UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK

universität wien

Kühn, Joachim [Bearb.]
Diogenes <Laertius>

In Diogenem Laertium Aegidii Menagii observationes & emendationes.

Volumen 2

apud Henricum Wetstenius
Amsterdam
1692

books2ebooks.eu

digitalisiert an der Universitätsbibliothek Wien

digitised at Vienna University Library

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?

eod digital on request

Whereever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need. A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.

Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.





With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. “Habsburg” is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the "Select Tool" in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the "Snapshot Tool" from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.
Terms and Conditions in English: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html
Terms and Conditions in German: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html

More eBooks

More eBooks are available at http://books2ebooks.eu

Universitätsbibliothek Wien
I
148.559 A
2

~~3. F.~~ 2. C. 89

~~1. F. 20~~

IN DIOGENEM LAERTIUM
ÆGIDII MENAGII
OBSERVATIONES & EMENDATIONES,
HAC EDITIONE PLURIMUM AUCTÆ.

Quibus ſubjungitur

HISTORIA MULIERUM PHILOSOPHARUM
eodem MENAGIO ſcriptore.

Accedunt

JOACHIMI KÜHNII in DIOGENEM LAERTIUM
OBSERVATIONES.

Ut &

VARIANTES LECTIONES EX DUOBUS CODICIBUS MSS.
Cantabrigienſi & Arundeliano, cum editione Aldobrandiniana collatis,
quas nobiſcum communicavit Vir Celeberr. TH. GALE.

EPISTOLÆ & PRÆFATIONES, variis DIOGENIS LAERTII
editionibus hactenus præfixæ.

INDICES AUCTORUM, RERUM & VERBORUM locupletiſſimi.

Colc: S: J:



Vien: 1740.

BIBLIOTH. UNIVERSIT. VINDOBONENSIS

AMSTELÆDAMI,
Apud HENRICUM WETSTENIUM.

cIↃ IↃ C VIIIC.

I
148559



ÆGIDIUS MENAGIUS
EMERICO BIGOTIO
S. P. D.

ET amavi te, EMERICE BIGOTI, & feci plurimi quo die primùm te vidi. Vidi autem te primùm (nam juvat hoc meminiſſe) apud Jacobum Sirmondum, Senem omni eruditione præſtantem; quem ſummâ obſervantiâ Juvenes ambo colebamus. Hoc videlicet maximè proprium eſt laudis tuæ, ut nemini innoteſcas, cui non ſtatim ſis in amoribus; qui te non in ſinu, non in oculis ferat. Et profectò quæcumque aut amicitiam conciliare, aut exiſtimationem parere poſſunt, in te non mediocriter elucent: probitas, humanitas, ſuavitas, affabilitas, modeſtia, exquiſitioris doctrinæ copia, judicium acre, ingenium perſpicax; & ſi quid hoc etiam ad rem pertinet, familiæ dignitas atque amplitudo. Quis enim noſtrûm ignorat, *Bigotios* in Senatu Neuſtriaco, Senatorum, Advocatorum Regiorum, Præſidum Infulatorum, magna cum dignitate munera expleviſſe? Sed nec paterno genere maternum inferius. Avus tuus maternus, *Claudius Grulartius*, Neuſtriaci Senatus Princeps fuit, Vir undecumque præſtantiſſimus; & qui ſupremæ dignitatis auctoritatem ingenio auxit, ſapientiâ, prudentiâ, eloquentiâ, eruditione. Filius ejus, *Henricus Grulartius*, avunculus tuus, in Germania, Pacis inter Principes Chriſtianos componendæ cauſsâ, Plenipotentiarii, ut vocant, munere functus eſt: quod maximum munus *Henrico* tamen minimùm contulit, tanto plus in illo erat! Sed quoniam hæc cùm ſcribo, te, Virorum modeſtiſſimum, videre mihi videor rubore ſuffuſum, & quaſi virgineo pudore dejicientem oculos, parcam jam nunc verecundiæ tuæ; & quamquam ſine fine laudandus es, laudandi te finem faciam. Ad tot tantaſque dotes, quas primo congreſſu in te deprehendi, cùm acceſſerit non modò erga me ſingularis amor, ſed plurima quoque ac ſuaviſſima officia, ex amico amiciſſimus mihi jamdudum factus es: ut hodie nemo ſit amicorum meorum, quem plus te, pauci, quos æquè amem. Inter illa plurima ac ſuaviſſima officia, hoc præcipuum eſſe duco, quòd meis ædibus, quoties Luteciæ Pariſiorum commoraris, amicè ac familiariter uteris: quo nihil in vita mihi aut jucundius quidquam accidit, aut utilius. Ut non immeritò Henricus Valeſius tuus, ſive potiùs noſter, quoties de te ſermonem habemus, (habemus autem quoties unà ſumus; ſumus autem ſæpiſſime) eo contubernio beatum me prædicare non deſinat.

At verò cùm cogitarem Scriptum aliquod meum tuo nomini tot nominibus mihi cariſſimo dicare; non ut ad gloriam tuam quidquam adjicerem; (neque enim ita ſum amens, ut ad eam quidquam meo teſtimonio poſſe adjici credam) ſed ut publicè omnibus & ſtudiorum noſtrorum conjunctionem, & amicitiam noſtram teſtatam facerem; ſimulque ut earum rerum memoriam poſteris proderem, ſi tamen ad poſteritatem Scripta mea perventura ſunt; commodè accidit, ut Octavianus Pulleynus, Bibliopola Anglus, qui editionem Diogenis Laërtii cum Variorum Commentariis parabat, Londino ad me ſcriberet, à popularibus ſuis quæ in eum Scriptorem habebam, magnopere efflagitari. Multa autem me habere, famâ acceperant. Ab ineunte ætate; fatebor enim; me omnis ars & doctrina liberalis, ſed maximè Philoſophica Hiſtoria, quam Ingeniorum Hiſtoriam ſoleo appellare, vehementer delectavit. Anni ſunt igitur viginti, aut amplius, ex quo in Diogenem Laërtium, Philoſophicæ Hiſtoriæ Scriptorem præcipuum, ingentes in hac Urbe Commentarios parabam, in quibus Veterum Philoſophorum Sectas omnes explanare, eorumque Vitas illuſtrare mens erat. Sed cùm in graviſſimum morbum, eumque diuturnum incidiſſem, Medicorum juſſu natale ſolum repetere, & ad manſuetiora me ſtudia convertere coactus, Commentarios illos Philoſophicos penitus abjeci: quorum etiam maxima pars poſtea periit, negligentiâ cartarum mearum cuſtodis. Ad Bibliopolam Anglum hæc ego cùm ſcripſiſſem, addidi, quod res erat, ex meis in Laërtium lucubrationibus nihil mihi ſupereſſe præter Notulas quaſdam atque Emendationes ad oram codicis mei adſcriptas: illas quidem fortaſſe non contemnendas, ſed quæ tamen tales non eſſent, ut editionem quam adornabat, tam avidè ab omnibus expetitam, morari deberent. Reſcribit Pulleynus, rogans me, obſecrans, obteſtans, ut earum copiam ſibi facerem. Diu ipſe reluctor. Prævidebam ſcilicet quod accidit, fore ut ſi me abſente Laërtiana illa mea ederentur, in manus hominum mendoſiſſima venirent. Tu contrà, non ſolùm mihi auctor eſſe, verum hortari, urgere, ut Bibliopolæ Anglo morem gererem, ſi non privatæ gloriæ, ſaltem publicæ utilitatis gratiâ. Quid multa? morem ei geſſi; ſive potius tibi, cui negare quidquam nec poſſum, nec debeo. Raptim igitur, dum tibi placere feſtino, Obſervationes in Laërtium & Emendationes ſcribo; ſed quæ latiùs ſe aperiente materiâ, in juſtos Commentarios crevêre. Eò verò fidentiùs hunc laborem ſuſcepi, quòd te habebam, qui mihi lucem in tenebris afferres; qui excurſus ſeſe nimiùm effundentes falce Criticâ amputares; qui κανὼν denique Scriptorum meorum; qui Cenſor eſſes. Sed ô fallaces hominum ſpes! ô cogitationes inanes! Italiam petens, vix cœpto in opere ecce me deſeris; eoque adjumento deſtitutum me & video et ſentio, cujus præcipuè fiduciâ opus illud ſuſceperam. Fateor quidem

dem te abſentem non mihi uſquequaque defuiſſe. Nam abſens varias Laërtii Lectiones, quas ex Codicibus Romano & Florentino Romæ & Florentiæ deſcripſeras, ad me miſiſti: quarum ope, nonnullos Laërtii locos videor mihi feliciter emendaſſe: certè plurimos de quorum lectione ambigebatur, confirmavi. Sed nihil hæc ad eam, quam præſens mihi operam præſtitiſſes. Quare ſi minùs eruditæ atque ingenioſæ Obſervationes & Emendationes illæ meæ tibi videbuntur, id tibi ipſi, hoc eſt, abſentiæ tuæ imputare debes. Qualeſcumque tamen tibi videbuntur; quando te auctore, te hortatore, te inſtigatore, eas ſcripſi, eas tibi, AMICISSIME ET DOCTISSIME BIGOTI, nunc inſcribo: teſtes (utinam ſempiternos) & amicitiæ noſtræ, & ſtudiorum noſtrorum conjunctionis. Luteciæ Pariſ. die xx. Auguſti anni CIↃ IↃ C LXIII. 1663

ÆGIDII MENAGII

De ſuis in DIOGENEM LAERTIUM Commentariis PRÆFATIO

Præfixa editioni Londinenſi.

IN hiſce meis in Laërtium Commentariis lapſum me non uno in loco facilè crediderim. Quis eſt enim tam Lynceus, qui in tenebris per ſalebroſa loca properans, nihil offendat; nuſquam incurrat? Quàm ſint Laërtii Scripta paſſim cùm tenebroſa, tum ſalebroſa, ignorat nemo, niſi qui Laërtium planè ignorat. Quàm properanter in eum ſcripſerim, teſtes ſunt Familiares mei; ipſe mihi ſum conſcius. Si quis verò de erroribus meis privatim me atque amicè monere volet, næ ille magnam à me gratiam iniverit. Nec me tamen inimicum habebit, ſi palam atque acerbiùs reprehenderit. Sed ſi minùs humanè mecum agere malit, (neſcio enim quo fato, certè nullo meo facto, famoſos libellos invidi ac malevoli homines in me ſcribere huc uſque non deſiterunt) eum rogatum velim, videat priùs an quæ in me reprehendet, non ipſemet in Addendis & Mutandis quæ ad calcem horum Commentariorum edita ſunt, correxerim. Nam ibi plurima mutavi, addidi, emendavi. Quocumque tandem modo mecum agetur, errata mea, cum honorifica eorum qui illa deprehenderint mentione, emendabo. Cogito enim, ſi vita ſupererit, illos meos præcipitatos Commentarios recognoſcere & retractare, ac veluti refingere; iiſque, quam paratam habeo, Latinam Laërtii Interpretationem meam, quando id multos cupere video, addere; ne toties de Veterum Interpretum erroribus Legentes admonere neceſſe habeam.

Interim hìc de quibuſdam quæ in me nonnullos delicatiſſimi faſtidii homines damnare audio, purgare me conabor. Damnant, quòd textum Laërtianum longioribus Commentariis onerarim, dum in rebus notis & pervulgatis locos integros Scriptorum quos in teſtimonium adduco, eoſque pervios, immo & ab aliis qui in Laërtium ſcripſerunt, animadverſos, exſcribo. Locos integros Scriptorum quos in teſtimonium adducas, in Commentariis exſcribere, ut paullò minus jucundum fatear, certè multò magis utile eſſe contendo. Eſt verò in hujuſmodi Scriptis utile dulci anteponendum. Quâ in ſententiâ cùm antea ſemper fuiſſem, in ea nuper valde ſum confirmatus judicio LUDOVICI NUBLÆI, *Viri judicii, quod omnes norunt, exactiſſimi. Non quivis Lector, inquiebat, quoſvis libros apud ſe habet: verùm ut habeat, non habet ad manum: nec ſi ad manum haberet, in eos lubens inſpiceret, dum calorem ſuum refrigerari, atque impetum retardari veretur. Conſultò igitur id, quod tantopere damnant, feci: necdum me feciſſe pœnitet. Fateor & id quoque, plurima me in medio atque ante pedes poſita collegiſſe. Sed fateantur illi quoque, ex meis Lectoribus plures futuros, qui hæc ignorent, quàm qui norint. Omnibus ſcribimus, tam Indoctis quàm Eruditis. Quis autem illorum longè majorem numerum eſſe neſcit? Igitur Scripta noſtra multitudini fuerunt accommodanda. Sed & Doctiſſimis abunde nos in hiſce Commentariis ſatisfeciſſe credimus, qui plurima abditis è fontibus, & à via publica remotis, hauſta exhibuimus; quique Laërtii aut corruptos aut obſcuros locos ampliùs mille, aliorum verò Scriptorum innumeros, aut reſtituimus aut illuſtravimus. Quòd ſi nonnulla ab aliis animadverſa animadvertimus; vel erant illa omnibus pervia, vel paucis cognita. Omnibus pervia, nullius eſſe, quia omnium erant, exiſtimavimus. Ad illa paucis cognita quod attinet, eorum auctores ubique laudavimus. Et ſi fortè alicubi non laudavimus, hoc mihi affirmanti credas velim, ea nos ab aliis non accepiſſe, ſed in ea cum illis fortuitò incidiſſe. Difficile eſt, immo haud poſſibile, tritâ ab aliis viâ ſic ingredi, ut in eorum veſtigia numquam incurras. Muſis*

---- facies non omnibus una;
Non diverſa tamen; qualem decet eſſe ſororum.

Quòd ſi paſſim Scriptores aliquot eximios, tam Veteres quàm Recentiores, ubi res tulit ut ab illis diſſentiremus, notavimus (quod modeſtè, ut natura noſtra fert, fecimus) id fecimus, non ut tantorum Virorum famæ officeremus, (id enim à moribus noſtris alienum eſt) ſed ne tantorum Virorum auctoritas incautos Legentes in errorem induceret. Atque hæc ſunt, LECTOR BENEVOLE, *quæ mihi apud te præfanda putavi. Errata * enim, ſive potiùs portenta Typographica, quando mea non ſunt, non eſt meum excuſare.*

* Errata illa, in hac noſtra editione emendata; addenda & mutanda, quorum ſub initium præfationis fit mentio, ſuis locis inſerta & mutata; imo & Commentarium ipſum magna acceſſione locupletatum eſſe, facilè animadvertet eruditus Lector. Quæ omnia licet ipſius Celeb. Menagii manu facta ſint, quum tamen novam præfationem non mitteret, nec ut priorem mutaret induci poſſet; hanc verbotenus excudere coacti fuimus vel inviti.

Reve-

Reverendiſſimo, Doctiſſimóque Viro,

ÆGIDIO MENAGIO,

JOANNES PEARSON.

QUamprimùm magni *Gaſſendi* Lucubrationes ad decimum *Laërtii* librum prodierunt in publicum, lætabar equidem Veterum Philoſophorum placita ab hujuſce ætatis viro maximo in lucem conſpectumque hominum, tanto cum apparatu ornatuque, eſſe prolata. Quamvis enim ſequeretur eas partes, quas ipſe minùs probaverim; mallemque præclarum ingenium, tam ſtupendam diligentiam atque doctrinam, ad alium aliquem potiùs Philoſophorum, quàm ad Epicurum adornandum dealbandumque contuliſſet; mirificè tamen dilucida & erudita Antiquitatis diſcuſſione delectabar: & qualemcunque Diogenis librum eventilatum, explicatum, illuſtratum, emendatum fuiſſe gaudebam.

Cùm verò te, præſtantiſſime *Menagi*, non unum tantummodo librum, aut loca aliquot obſcuriora, ut fieri ſolet, attigiſſe, ſed totum, quantus quantus eſt, Laërtium perluſtraſſe, & Auctorem, ſatis aut negligentem aut neglectum, mille mendis emaculaſſe ex ejuſdem *Gaſſendi* Epiſtola intelligerem, opus exoptatiſſimum ſummâ gratiſſimaque cum expectatione præſtolabar.

Accidit autem peropportunè ut *Octavianus Pulleynus*, Bibliopola celebris, de Laërtio edendo, & exemplarium penuriâ & libri caritate admonitus, cogitaret; & quid præcipuè in ea editione ſpectandum eſſet, à me fortè quæreret. Laudabam propoſitum: nec hærebam diutiùs quin ſtatim conſilium darem, ut te, Vir Clariſſime, adiret, à te opem peteret, efflagitaret.

Licet enim *Marcum Meibomium* in Laërtio emendando laboraſſe ex ipſius Epiſtola ad *Gaſſendum* ſcripta intellexiſſem; cùm tamen id ſe fruſtra fortaſſe feciſſe, quamprimùm idem à te ſuſceptum cognoſceret, ibidem fateatur; dabit & ipſe veniam, ſi ad te ſolum confugiendum putaverim.

Et perplacet mihi quidem conſilium numquam opportuniùs, nunquam feliciùs datum: Doctis ſanè omnibus certiſſimè placiturum. Ecce enim per *Octaviani* Fratrem, Virum doctiſſimum; tunc fortè in *Gallia* veſtra peregrinantem aut exulantem potiùs; annuiſſe te votis, & illius, & noſtris: aggreſſum eſſe opus, nullius, niſi tuis humeris, non formidandum: paratum te eſſe Obſervationes, prout quotidie ſub manibus tuis naſcerentur aut creſcerent, in Angliam mittere, nunciatum eſt.

Quare pollicebar omnia me facturum, ne te umquam tam liberalis animi pœniteret: ſed in ipſo Operis initio avocatus, & in alium quaſi Orbem ſubitò delatus atque defixus, intereſſe, proſpicere, aut ullas ἐργοδιώκτου partes explere haud potui. Si quid igitur ab operis peccatum ſit, veniam à te imprimis mihi petendam eſſe, haud invitus agnoſco. Quid autem à te in hiſce Obſervationibus præſtitum eſſe percipiam, lubentiſſimè commemoro, prædicoque.

Quid enim? qualis illa eſt diligentia tam varium Scriptorem ubique preſſis veſtigiis ſequi! non deſultoriè, ut amant plerumque Critici, ſed tenore perpetuo explicare! ad minima quæque animum advertere! maxima quæque penetrare! nihil intactum relinquere! difficultatem nullam diſſimulare! Quàm infinitæ lectionis indicium; Catalogos veteres ſupplere; Auctores cognomines addere; Opera & Scripta

pta Philoſophorum omiſſa eruere, adnotare, congerere; uniuscujuſque Sectarum Principis diſcipulos hinc inde colligere, & ſimul Lectoris aſpectui exhibere: id denique facere, quod Laërtius, tot Veterum voluminibus ſtipatus voluit, neque fecit! Quanta vis ingenii, tot loca planè deplorata reſtituere, tot mendoſa repurgare, tot obſcura illuſtrare, tot mutila reſarcire, tot errores corrigere, omniaque aut ex MSStorum fide, aut certiſſimis conjecturis ſanare! Quantum verò judicium, in aperiendis antiquorum Philoſophorum placitis, dijudicandiſque ſententiis, plerumque obſcuritate involutis, & præ affectata brevitate aut methodi neglectu confuſis; in deligendis, excerpendis, afferendiſque iis præcipuè ex optimis antiquiſſimiſque Scriptoribus etiamnum extantibus, quæ ad utilitatem potiùs quàm ad pompam ſpectant. Quanta denique animi moderatio! quantus candor! veram Criticam cum nullius famæ diſpendio exercere; nullius exiſtimationem lædere; nullius erroribus inſultare; nuſquam ex muſtaceo laureolam quærere; per quos profeceris, tam apertè profiteri; à viris doctiſſimis, non niſi ſalvo ipſorum honore, umquam diſſentire: ut exclamare cogar, O jecur verè Criticum, ſine ſplene!

His omnibus animi dotibus inſtructus Laërtium ornaſti, felicem quidem quòd te nactus ſit Commentatorem: ſed ſi ipſum tantummodo ſpectemus, tali Vindice haud fortaſſe dignum: ſin, ut unicum in hoc literarum genere nobis ex tam deplorando naufragio relictum intueamur, cui illuſtrando tantum induſtriæ, tantum ingenii, tantum judicii impertires, haud indignum.

Effeciſti enim, Vir Clariſſime, ut omnes cognoſcendæ rerum naturæ avidi, & inſtaurandæ Philoſophiæ ſeu liberè philoſophandi maximè cupidi, tandem intelligant unde hauriendum ſit, quod in hunc finem utile vel neceſſarium videatur: imò quod ſæculo harum rerum magnopere curioſo ſatisfacere poſſit.

Videant itaque quicquid eſt uſpiam eruditorum hominum, quantum humaniores ſeverioreſque literæ tibi debeant: & eo, quo par eſt, grato animo agnoſcant. Tu autem optimorum virorum opinione fruere, & Vale.

IN

IN DIOGENEM LAERTIUM

ÆGIDII MENAGII

OBSERVATIONES ET EMENDATIONES.

ΛΑΕΡΤΙΟΥ Διογένους περὶ βίων, δογμάτων καὶ ἀποφθεγμάτων, τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων] Sic quoque editio Frobeniana, & Stephanica, & MSS. duo Regiæ Bibliothecæ. Tres Laërtianos MSS. codices ex ea vidi Bibliotheca: integros duos; decurtatum unum. In decurtato, ita horum librorum titulus conceptus fuit; Λαερτίου Διογένους βίοι καὶ γνῶμαι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων, καὶ τῶν ἑκάστη αἱρέσει ἀρεσκόντων. Stephano, qui de Urbibus ſcripſit, Φιλόσοφος ἱστορίᾳ dicuntur in Ἔνετος, in Δρυίδαι, & in Χολλίδαι: quo titulo Porphyrius librum ſcripſerat, memoratum Nicephoro libro x. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 36. & Suidæ, in Σωκράτης. Scripſerat eodem titulo librum & Damaſcius, teſte Suida, in Ἱφικρατίδες, in Δῶρος, & in Δαμάσκιος. Eodem titulo liber inſcriptus etiamnum exſtat, qui Galeno tribuitur; & ita Laërtium ſuos inſcripſiſſe putamus. Φιλόσοφοι βίοι à Photio in Bibliotheca CLXI. appellantur: & Σοφιστῶν βίοι ab Euſtathio ad Iliad. μ. Ceterùm, pro Διογένης Λαέρτιος, ut vulgò Diogenes noſter dicitur; & ut eum quoque vocat Stephanus in Δρυίδαι, & Heſychius Mileſius in Antiſthene; Λαέρτιος Διογένης, ordine præpoſtero, etiam à Photio dicto loco, ut hîc, appellatur. Ita ſcriptorum præponi nonnumquam ſolent cognomina; præſertim cùm à patria, quemadmodum iſtud Diogenis, deſumpta ſunt: Diogenem enim à Laërta Ciliciæ oppido potiùs quàm à Laërtio patre, *Laërtium* appellatum crediderim; contra quàm Vir magnus exiſtimabat, qui eum Laërtii filium paſſim vocat. Sanè Λαερτιεὺς dicitur Stephano in Χολλίδαι: quod Laërtæ oppidi ἐθνικὸν eſſe nemo non videt; quamquam hujus non meminit Stephanus ipſe, ubi de hoc oppido agit, ſed τοῦ Λαερτίου & τοῦ Λαερτίου dumtaxat: & hoc poſtremum, ἐθνικὸν ἄμεινον ait eſſe. At Λαέρτης, non Λαέρτιος, dicitur Euſtathio loco laudato: ſed ubi Λαερτίτης reſcribendum exiſtimabat Tanaquillus Faber. Διογενιανὸς etiam, non Διογένης, à Tzetze appellatur. (Ita vel *Diogenianus* vel *Diogenes*, Grammaticus quidam Cyzicenus apud Suidam nuncupatur.) Dicitur & Ἐπιγραμματογράφος eidem Tzetzæ Chiliad. III. cap. 61. unde viſum ab eo credunt Laërtii volumen Epigrammatum in Viros illuſtres; cujus in his Philoſophorum Vitis toties Auctor meminit; & quod, quia omni metrorum genere ſcriptum fuit, Πάμμετρον inſcripſerat. Mirum autem, Diogenis Laërtii inter Græcos poëtas Voſſium non meminiſſe. Obiter hic obſervamus, eruditiſſimum Sponium in Itinere ſuo, tomo 2. ubi de populis Atticæ, ſcripſiſſe Ποταμὸν, patriam fuiſſe Diogenis Laërtii, quod unde acceperit fruſtra diu quæſivi. Ejus fidem ſecutus eſt doctiſſimus Harduinus in Obſervationibus ad Plinium.

Qua autem ætate vixerit Laërtius, non ita facilis eſt diſquiſitionis. Scriptorum qui ejus meminerint antiquiſſimi ſunt; Sopater Alexandrinus, qui, Photio teſte, multa ex Vitis Laërtii ſuis doctrinæ variæ Eclogis inſeruerat, quique Conſtantini Magni temporibus vixit, à quo interfectus eſt: & Heſychius Mileſius, qui ſub Juſtiniano vixit: & Stephanus, quem vixiſſe aliquamdiu ante tempora Juſtiniani, patet ex eo quòd Hermolaus quidam Grammaticus ſcripſit Epitomen librorum Stephani, quam Juſtiniano Imperatori nuncupavit, ut eſt apud Suidam in Ἑρμόλαος. Plutarchum laudat Laërtius in Speuſippo & Anaxarcho; Favorinum paſſim; & Epictetum in Epicuro; unde his poſteriorem fuiſſe conſtat. Vix enim eſt ut credam, vivos eos in teſtimonium adduxiſſe. Vixit Plutarchus ſub Trajano; Favorinus ſub Adriano; Epictetus verò uſque ad Marci tempora vitam produxit, ut Suidas refert, qui id procul dubio ab aliquo Scriptore antiquo acceperat. In eo non falli Suidam, ut ad Epicteti Enchiridion eum falli Salmaſius contendit, patet ex Themiſtio, auctore non contemnendo, qui Oratione XII. duos Antoninos Epicteto plurimum tribuiſſe ait; quod, niſi de Pio & Marco intelligi non poteſt. Hunc Themiſtii locum cùm olim Salmaſio oſtendiſſem, memini illum dicere, de ſua ſententia ampliùs cogitandum. certè illius argumenta, quibus Suidam refellere tentat, nihil evincunt, ut alibi oſtendemus. Sed ad rem. Recentiſſimus omnium ſucceſſionum, ultimuſque Philoſophorum, quorum Laërtius meminit, fuit Saturninus Cythenas, Sexti Empirici auditor: fuiſſe autem videtur Sextus Empiricus circa Trajani atque Hadriani tempora, ut ad Timonis Vitam obſervamus. Junior igitur Trajano & Hadriano, atque etiam Pio, Laërtius fuerit neceſſe eſt. At non longè poſt eorum tempora vixiſſe patet: ſiquidem in Præfatione Operis, cùm de ſecta Eclectica diſſerit, ait eam *nuper*; πρὸ ὀλίγου; à Potamone Alexandrino fuiſſe introductam: fuit autem Potamon ſub Auguſto & poſt Auguſtum, ut refert Suidas. Opus ſuum feminæ cuidam, Platonis ſtudioſæ, Laërtius nuncupaverat: quod apparet ex his verbis in Vita Platonis, φιλοπλάτωνι δέ σοι δικαίως ὑπαρχούσῃ, καὶ παρ' ὀντινοῦν τὰ τοῦ Φιλοσόφου δόγματα φιλοτίμως ζητούσῃ, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑπογράψαι καὶ τὴν φύσιν τῶν λόγων, καὶ τὴν τάξιν τῶν διαλόγων, &c. Ad eam feminam referendum, quod ſcribit idem Laërtius in Epicuro, θήσομαι δὲ καὶ τὰς κυρίας αὐτοῦ δόξας, καὶ εἴ τι ἔδοξεν ἐκλογῆς ἀξίως ἀνεφθέγχθαι, ὥστέ σε πανταχόθεν καταμαθεῖν τὸν ἄνδρα. Arriam illam fuiſſe, quam Galenus libro de Theriaca ad Piſonem cap. 3. multò omnium

ſibi cariſſimam vocat, veriſſimè, ut mihi quidem videtur, conjecit vir imprimis eruditus Thomas Reineſius Var. Lect. lib. II. cap. 12. nam & eam ſupra modum ab Imperatoribus commendatam, quod diligentem Philoſophiæ navaret operam, & Platonis libris maximè gauderet, ait ibidem Galenus. Quare Diogenem Galeni æqualem fuiſſe, hoc eſt Marci & Severi temporibus vixiſſe, ſtatuendum eſt. Nec obſtat quod ait Johannes Jonſius libro illo ſuo elegantiſſimo de Scriptoribus Philoſophicæ Hiſtoriæ, Galenum non eſſe auctorem libri de Theriaca ad Piſonem, cùm auctorem hujus libri Galeni æqualem fuiſſe conſtet: ſiquidem ſe paulò poſt Marcum Antoninum vivere, indicat cap. 2. Et profectò, ſi aliquamdiu poſt Marcum vixiſſet Laërtius, vix eſt ut hujus Imperatoris; qui Stoicus fuit & Stoicos libros Græcè ſcripſit; cùm de Stoicorum ſecta & eorum ſucceſſione ageret, non meminiſſet. Sed neque in eo albo Epicteti, germani Stoici, Vitam prætermiſiſſet.

Statutâ Diogenis noſtri ætate, ad alia, quæ eum attinent, tranſeundum. Voces aliquot ſignificationis reconditæ, immo & μοναδικὰς, apud eum Scriptorem paſſim invenies; de quibus ſuo loco monebimus. Ἐλεημοσύνην διδόναι, pro eo quod vulgò Gallicè dicimus *donner l'aumoſne*, in Ariſtotelis Vita uſurpavit: qui loquendi modus cùm Chriſtianorum Scriptorum proprius videatur, Laërtium Chriſtianum fuiſſe vir quidam doctus ſuſpicabatur: ſed fruſtra. Chriſtianum non fuiſſe, indicio eſſe poſſunt quas Epicuro tribuit laudes immodicæ; quin & inde Epicuréum fuiſſe conjicimus. Philoſophicas illas Vitas in varios libros diviſiſſe, teſtatur ipſe alicubi. In his multa repetita; multa μνημονικὰ ἁμαρτήματα; multa παραράματα reperiet, qui attentiùs eas evolvet: adeò verum eſt quod ait Ambroſius, Laërtii Interpres, plus in legendo ſtudii quàm in ſcribendo diligentiæ Laërtium adhibuiſſe. Keckermannus quoque eum languidè & frigidè ſcripſiſſe pronuntiat. Jam verò, quàm ſunt ejus epigrammata & languida, & frigida! In eo tamen Scriptore, plurima bonæ frugis; facta & dicta Philoſophorum; eorum variæ & ſectæ & opiniones: ut meritò Michaël Montanus noſter, plures Laërtios; aut quem habemus, vel planiorem, vel ampliorem, exoptaverit. Etiam Joſephus Scaliger, in Appendice ad Conjectanea in Varronem, pag. 189. Laërtium, *eruditiſſimum Scriptorem* vocat. Ipſe equidem Philoſophicam illam Hiſtoriam, *Ingenii humani Hiſtoriam* ſolitus ſum appellare. *Magnus autem defectus in illa Hiſtoria Philoſophica Laërtii, injuriâ temporum accidit, ut ex Indice vetuſtiſſimi codicis obſervatum mihi olim, qui longè plures Philoſophorum Vitas habet. In eo laterculo memini legere,* & Κορνοῦτον, & Πολέμωνα, & Ἄρειον, & *alios quamplurimos, ut alibi dicam. In his eſt,* & Μύρμηξ, *Philoſophus* Διαλεκτικός. Verba ſunt Salmaſii in Plinianis Exercitationibus, pag. 888. Verùm memoriâ lapſus eſt Salmaſius, cum Polemonis Vitam in his libris non exſtare putavit: ſed fortaſſe τυπογραφικὸν fuit ἁμάρτημα, pro *Potamonis*. An Cornuti, Arei, & Myrmecis, Vitas ſcripſerit Laërtius, dixerit Vates aliquis, non ego. crediderim non ſcripſiſſe. Aliquid tamen in Opere Laërtii deſiderari, nullus dubito. Certè deeſſe videtur Præfatio aliqua ad feminam illam φιλοπλάτωνα, cui opus dicaverat. Etiam in Catalogo librorum Chryſippi omnes libri Phyſici deſunt; aliique non pauci, ut ad eum Catalogum oſtendemus. Epitomen ſolùm eſſe hoc opus vir acerrimi judicii Tanaquillus Faber exiſtimabat.

Supereſt, ut de variis Diogenis Laërtii editionibus diſſeramus. Primùm Latinè prodiit, interprete Ambroſio Civenio, Monacho Camaldulenſi, viro non inerudito, ut ex ejus Vita, ab Auguſtino Florentino, Monacho itidem Camaldulenſi, conſcripta, conſtat; ſed qui tantâ licentiâ in his libris vertendis uſus eſt, ut ſcriptorem potiùs hiſtoriæ, quàm Hiſtorici interpretem dixeris. Obiter hîc obſervamus, ab eo rogatum fuiſſe Philelphum, ut Græcos verſus, qui in Laërtio reperiuntur, Latinos faceret. Quod nos docuit Philelphus ipſe, decade 2. hecatoſtichâ 7. ad Manettum, his Verſibus:

Ambroſius queritur Monachus, quod legis amicæ
Officium, MANETTE, nihil, nec nomina curem.
Fallitur Ambroſius: nam, ſi ſcrutabere verum,
Nomen amicitiæ ſanctum mihi, ſanctus & uſus.
Sed fugit Ambroſium vis tanti muneris, atque
Ipſius natura rei. tantùm utile cenſet,
Atque voluptatem quæ vim conflâvit amoris,
Conſervetque omnem. Nec enim, MANETTE, negabo
Quod minus obſequium cunctis in rebus amico
Præſtiterim, quotiens intempeſtiva poposcit,
Aut conſulta minùs. Si non epigrammata largi
Muneris in Latium nondum traduximus, atque
Eulogia, Argivis ſolventes protinus oris:
Quod totiens precibus, totienſque poposcit amicus:
Non ideo nobis adeo ſuccenſeat, ut nil
Cogitet officium quod ſit rerumque, dieque.
Si res plura petit, patitur quàm temporis hora,
Aut quod tempus avet, res negligit, audet amicus
Officium culpare meum, quòd remque diemque
Æquali expendens trutina, ſic ducit utrique
Se feciſſe ſatis, duce ſi Laërtius uno
Venerit in Latium: ne ſi, velut Iris, amictus
Venerit in Latium, moveat novus hiſtrio riſum.
Cantio longa quidem, tot me traducere verſus,
Quot, Grajum Vitas deſcribens ille virorum,
Rettulit Interpres. Si reddere quæque Latina
Nititur. Ambroſius, cur non quoque verſibus ornat
Scripta ſuis? Neſcit metrum, &c.

Et in epiſtola ad ipſum Ambroſium, apud Auguſtinum Florentinum, libro III. Hiſtoriarum Camaldulenſium, cap. 6. Verba Philelphi hæc ſunt: *De Diogenis Laërtii verſibus; quod perurbanè expoſtulas, ne mihi ſuccenſeas, rogo. Nam partim occupationibus, partim animi moleſtiâ factum, ut verſus illos Latinos facere ut juſſeras, diſtulerim in hanc diem. Sed geram profectò morem voluntati tuæ.* Obiter & hîc obſervamus, cùm Laërtii verſionem aggreſſus eſt Ambroſius, Laërtii opera necdum vidiſſe: quod ipſe ſic teſtatur

epiſtolâ 3. apud eundem Auguſtinum: *Ceterùm ex animi ſententia loquar: ſi opus ipſum anteà legiſſem, nullis unquam precibus ut id traducerem, induci potuiſſem. Eſt enim, quod tu minimè ignoras, plenum difficultatis Sectas omnes illas, ita ut ab eo traduntur, diligenterque exprimere.* Ambroſius Coſmo Medicæo Interpretationem ſuam nuncupaverat. Eam poſtea Benedictus Brugnolus, Veronenſis, vir & ipſe eruditus, & qui Julium Cæſarem Scaligerum literas docuit, ut Joſephus filius belliſſimâ illa ad Douſam epiſtolâ teſtatur, recognovit, & recognitam Laurentio Georgio & Jacobo Baduario, Patriciis Venetis, anno 1475. miſit. Is eſt Benedictus Brugnolus, qui Priſciani libros de octo partibus Orationis, emendavit, & recognovit. At Græcè primum prodiit Laërtius Baſiliæ apud Frobenium anno 1533. Græcum etiam poſtea edidit Henricus Stephanus cum Latina Interpretatione Benedicti Brugnoli ad calcem, anno 1570. & deinde cum eadem interpretatione è regione textus Græci, cumque Notis Iſaaci Caſauboni, ex cujus è nuncupatoria epiſtola ad Arnaldum patrem, amplos Commentarios in eum Scriptorem paraſſe intelligimus; quæ publici juris fieri Reipublicæ Literariæ maximè intereſſet. Circa eadem tempora, anno ſcilicet 1556. prodiit Antuerpiæ Ambroſii Latina Laërtii interpretatio, cum variis (ex vetuſtis exemplaribus) Johannis Sambuci lectionibus. Romæ porrò, anno 1594. Aloyſius Zanettus Laërtium Græcè edidit, cum Interpretatione accurata viri doctiſſimi & Latinæ Linguæ peritiſſimi Thomæ Aldobrandini, & ad fidem vetuſtorum Codicum; Farneſiani præcipuè, optimæ notæ & miræ vetuſtatis; diligenter emendata; cumque ejuſdem Annotationibus eruditis, ſed quæ in Leucippi vita deſinunt. Ad eam editionem, cùm ceteris emendatior viris doctis videretur, & ab illis magis frequentaretur, has Obſervationes atque Emendationes referre viſum eſt: & maximè, cùm id à nobis poſtularet Octavianus Pulleynus, Anglus Bibliopola, cujus rogatu illas ſcribimus.

AD PROOEMIUM.

1 Τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοι φασὶν ἀπὸ Βαρβάρων ἄρξαι] Ita Juſtinus Martyr, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Theophilus, Euſebius, Athanaſius, Theodoritus, alii.

Γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, &c.] Cyrillus lib. IV. contra Julianum: ἐφιλοσόφησαν δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κεκλημένοι Προφῆται· καὶ μὴν καὶ Ἀσσυρίων Χαλδαῖοι, καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυΐδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμανεῖοι, καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι, καὶ παρὰ Πέρσαις οἱ Μάγοι, καὶ παρ' Ἰνδοῖς οἱ Γυμνοσοφισταί. Erant autem Magi rerum divinarum periti & adminiſtri: quod vox ipſa ſignificat, teſte Porphyrio de abſtinentia animalium lib. III. παρὰ μέν γε τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ αὐτοῦ θεραπεύοντες, Μάγοι μὲν ὀνομάζονται· τοῦτο γὰρ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον σημαίνει ὁ Μάγος. Apulcius in Apologia prima: *Perſarum linguâ Magus eſt, qui noſtrâ ſacerdos.* Et Heſychius: Μάγον τὸν ἀπατεῶνα, φαρμακευτὴν. τὸν θεοσεβῆ, καὶ θεολόγον, καὶ ἱερέα, οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσι.

Παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας] Meminit hujus loci Stephanus in Δρυΐδαι. Δρυΐδαι, ἔθνος Γαλατικὸν φιλόσοφον. Διογένης Λαέρτιος ἐν φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ. Celtarum nomine, Germanos Græci comprehendunt.

Καὶ Σεμνοθέους] Ita legendum, non Σαμοθέους. A Deorum cultu, Vates illi Σεμνόθεοι vocabantur. In hanc meam Notulam ſcripſit olim eximiam Obſervationem vir eximius Johannes Galeſius Profeſſor Regius, & utriuſque Academiæ Academicus. Eam, à ſe mecum communicatam, hîc tecum, Lector benevole, communicare non pigebit.

Diogenes Laërtius, initio Procœmii, ſcribit eos qui in Galliis olim habebantur Sapientes, *Druidas* & Σεμνοθέους appellatos eſſe. Ita legunt omnes Laërtii Editores: nam quòd Σαμαθέους quidam Auctores legendum putaverunt, illud à Pſeudo-Beroſo eſt, quem eruditi omnes meritò exploſerunt. Σεμνοθέους autem dictos eſſe ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς σεμνότητος, ſeu quòd σεμνοὶ eſſent illis οἱ θεοὶ, conjicit Henricus Stephanus in Theſauro Linguæ Græcæ: quam conjecturam eruditiſſimus Menagius probat in ſuis ad Diogenem Laërtium Notis. *A Deorum cultu*, inquit, Σεμνόθεοι *Vates illi vocabantur.* Quamquam autem veteres Gallos Græcæ linguæ ſtudioſos fuiſſe conſtat, tamen Caſaubono aſſentior, barbararum gentium appellationes è lingua Græca non eſſe petendas. Itaque vix adduci poſſum ut exiſtimem, vocem Σεμνόθεος, quæ pura puta Græca eſt à veteribus Gallis fuiſſe uſurpatam. Suſpicionem auget, quòd apud nullum alium auctorem, quod quidem ſciam, Σεμνοθέων nomen inveniatur: licet de Gallorum Sapientibus, mentio frequens à Græcis Latiniſque facta fuerit. Itaque crediderim, eos qui in Galliis Sapientes olim habebantur, nomine aliquo è Veteri Gallica lingua ſumpto appellatos fuiſſe, quod nomen cùm à Græcis Laërtii exſcriptoribus non intelligeretur, ab iis in vocem Græcam Gallicæ aliquatenus ſimilem, fuerit mutatum. Quænam autem vox illa Gallica fuerit cogitanti, occurrit eos qui *Samnitæ* in Galliis appellabantur, ſapientiæ nomine celebres olim fuiſſe. Strabo Geographiæ libro IV. poſtquam egit de Druidibus, ait ἐν τῷ Ὠκεανῷ φασὶν εἶναι νῆσον μικρὰν, οὐ πάνυ πελαγίαν, προκειμένην τῆς ἐκβολῆς τοῦ Λείγηρος ποταμοῦ· οἰκεῖν δὲ ταύτην τὰς τῶν Σαμνιτῶν γυναῖκας, Διονύσῳ κατεχομένας, καὶ ἱλασκομένας τὸν θεὸν τοῦτον τελεταῖς τε καὶ ἄλλαις ἱεροποιΐαις ἐξιλεουμένας. Straboni conſentit Dionyſius Periegetes: niſi quòd Ἀμνίτας appellat qui à Strabone Σαμνῖται nuncupantur; ſive quòd ſigma initiale exciderit vitio Librariorum; ſive quòd hoc nomen & cum ſigma initiali & ſine ipſo ſcribatur: quod multis aliis urbium populorumque nominibus accidere, monet Caſaubonus Commentario in librum I. Strabonis. Sic, qui Sueſſiones Cæſari & Straboni, à Ptolemæo appellantur Οὐέγονες. Sed ut ad rem redeam, Dionyſius, mentione facta Inſularum Britannicarum, ait,

Ἀγχὶ δὲ νησιάδων ἕτερος πόρος, ἔνθα γυναῖκες

Ἀνδρῶν ἐντιπέρηθεν ἀγαυῶν Ἀμνιτάων
Ὀρνύμεναι τελέουσι κατὰ νόμον ἱερὸν Βάκχῳ.

In quem locum Euſtathius, Dionyſii Commentator, φασὶ νῆσον ὠκεανίαν εἶναι μικράν, οὐ πάνυ πελαγίαν, ἣν οἰκοῦσι γυναῖκες Ἀμνιτῶν Διονύσῳ κατεχόμεναι. Cùm ergo conſtet Samnitas, ut & Druidas, in Galliis ſapientiæ laude celebres fuiſſe; nec Gallorum Σεμνοθέων mentio apud ullum Auctorem Latinum, Græcumve, ſi hunc Laërtii locum excipias, occurrat; credibile eſt in hoc ipſo Laërtii loco legendum eſſe, non Σεμνοθέους, ſed Σαμνίτας: eamque vocem cùm à Librariis non intelligeretur, in Σεμνοθέους mutatam eſſe. Nec mirum exſcriptores Laërtii in voce Σαμνίτας mendum ſuſpicatos eſſe, cùm viri eruditiſſimi apud Strabonem, & Stephanum Byzantinum, eamdem vocem corruptam eſſe pronuntiarint. Xylander in laudatum Strabonis locum ſcribens, ait, SAMNITICAS MULIERES *apparet præve ſcribi.* Thomas de Pinedo hunc Stephani Byzantini locum enarrans, Σάμνιον, πόλις Βρεττανίας. τὸ ἐθνικὸν, Σάμνιος καὶ Σαμνίτης, *Duos errores*, inquit, *hic eſſe ſuſpicor: primum, quòd Samnium non fuit urbs, ſed regio: poſteriorem, quòd pro* Βρεττανίας *legendum ſit* Βρεττίας: *ſic enim Græcis vocabatur regio Bruttiorum ubi Samnites.* Quin & ipſe longè doctiſſimus Holſtenius in ſuis ad hunc Stephani locum Notis, *Errat Stephanus*, inquit, *dum ex provincia nobis fingit urbem. Deinde, pro* Βρεττανίας, *legendum videtur* Βρεττίας: *hoc enim nomine Bruttiorum regionem appellabant.* Sed neque erraſſe Stephanum, dum Samnitas in Galliis collocat, neque ullum in eo, neque in Strabone mendum eſſe, patet, tum ex allatis Dionyſii Periegetæ & Euſtathii verbis, tum ex eo quod Ptolemæus Geographiæ libro II. Samnitas prope Ligerim collocat. Σαμνῖται, inquit, πλησιάζοντες τῷ Λίγερι ποταμῷ. Neque verò diſplicet conjectura Ortelii, qui pro Σαμνῆτας legit Ναννῆτας apud Ptolemæum. Et fortè ita legendum eſt, tum apud Strabonem, tum apud Dionyſium Periegetem. Quod idem dici de Stephano Byzantino non poteſt, cùm apud ipſum vox Σάμνιον, & Σαμνίτης, vocibus quæ à litera ſigma incipiunt, connumerata fuerit. Summa ſit, in Proœmio Diogenis Laërtii, non Σεμνοθέους, ſed Σαμνίτας, videri legendum.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Μαγικῷ] Meminit & infrà, in eadem Præfatione, hujuſce libri Ariſtotelici idem Laërtius. Ariſtoteli quoque tribuitur à Plinio lib. xxx. cap. 1. Inter libros tamen Ariſtotelis à Laërtio in Ariſtotelis Vita non recenſetur: & certè, à nonnullis Antiſtheni; & ab aliis Rhodoni, tribuebatur, teſte Suida in Ἀντισθένης. Etiam inter ψευδεπιγράφους ab Anonymo numeratur in Vita Ariſtotelis M S. quam infrà, poſt noſtras ad Ariſtotelem Obſervationes, edendam curabimus.

Σωτίων ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ τῆς διαδοχῆς] Legiſſe videtur Vetus Interpres, ἐν τῷ ιγ, vertit enim, *in decimo tertio.* Infrà, in Anaxagora, ejuſdem operis idem Laërtius pleniùs meminit: Σωτίων ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν Φιλοσόφων. In eo exponebat Sotion, quis Philoſophus cuique ſucceſſerat, Philoſophorumque vitas perſequebatur, ut teſtatur Eunapius initio Vitarum. Hunc de Succeſſionibus librum in compendium redegerat Heraclides Lembus. Videndus Voſſius, libro eruditiſſimo de Hiſtoricis Græcis, & Jonſius de Scriptoribus Philoſophicæ Hiſtoriæ, II. 10.

Ὄχον] Μῶχον, non Ὄχον, hîc legendum plurimi viri docti exiſtimârunt: & ſanè ita Phœnix ille dicitur Straboni, Joſepho, Sexto Empirico, Tatiano, Euſebio, Jamblicho, Georgio Cedreno, & Athenæo: quod enim apud Athenæum hodie Μόσχον, non Μῶχον, legitur, τυπογραφικὸν fuit ἁμάρτημα: quamquam Phœnicium nomen ſit & *Moſchus*, ut patet ex Strabone, qui libro XVI. meminit Moſchi Sidonii. Modò ne ibi quoque ſit mendum, & *Moſchus* ſit pro *Mocho*: quod omnino ſtatuendum eſt. Apud Suidam tamen, qui hunc Laërtii locum exſcripſit, Ὄχος quoque legitur: Ὄχος, φιλόσοφος παρὰ Φοίνιξι, Ζάμολξις παρὰ Θραξὶν, Ἄτλας, παρὰ Λίβυσιν: ubi mendi ſuſpicionem tollit ſeries literarum. Ὄχος & Μῶχος idem. Vide Thomam Reineſium Diatribâ de Lingua Punica. Mochus ille Phœnix Phœniciâ linguâ ſcripſerat res patrias: auctor Athenæus, libro III.

Νείλου] Νεῖλος quoque dicitur Clementi Alexandrino, & Scholiaſtæ Apollonii: & Ciceroni *Nilus*: at, ut Caſaubonus obſervavit, Diodoro Siculo Νειλεύς.

Ἧς τοὺς προεστῶτας ἱερέας εἶναι καὶ προφήτας] *Prophetæ*, apud Ægyptios vocabatur ſummus ſacerdos, qui reliquis ſacerdotibus & paſtoribus præerat. Epiphanius libro III. adverſus Hæreſes: παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Videndus Valeſius ad librum IV. Hiſtor. Eccleſiaſticæ Euſebii. Meminit & Prophetarum Ægyptiorum idem Laërtius infrà, in Platone.

Ἀπὸ δὲ τούτου εἰς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἐτῶν εἶναι μυριάδας] De Ægyptiorum antiquitate Mela lib. I. cap. 9. *Ipſi vetuſtiſſimi, ut prædicant, hominum, trecentos & triginta Reges ante Amaſin, & ſupra tredecim millium annorum ætates, certis annalibus referunt; mandatumque literis ſervant, dum Ægyptii ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe ſidera, ac Solem his jam occidiſſe, unde nunc oritur.* Scholiaſtes Apollonii in lib. IV. Argonauticorum pag 186. Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ, μετὰ τὸν Ἰσιδος Ὧρον, βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν λέγει. ὥστε γίγνεσθαι ἀπὸ τῆς Σεσογχώσιδος βασιλείας μέχρι τῆς Νείλου ἔτη δισχίλια φ. ἀπὸ δὲ τῆς Νείλου βασιλείας μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἔτη υλσ. ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ ἔτη δισχίλια ἐννακόσια λς. De eorundem antiquitate, inſignis quoque locus eſt apud Herodotum, qui trecentorum Regum aſſervata fuiſſe corpora ſcribit: item apud Auguſtinum de Civitate Dei. 2

Σελήνης δὲ ὀκτακοσίας τριάκοντα δύο] Vox δύο deeſt in uno Codicum, qui in Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca aſſervantur.

Ἑρμόδωρος μὲν ὁ Πλατωνικός] Plinius, non Hermodorum, ſed Hermippum citat auctorem. Scripſerat Hermippus libros περὶ Μάγων, de quibus infrà.

Ξάνθος δὲ ὁ Λυδός] Is eſt Xanthus Candaulæ filius, Λυδιακῶν ſcriptor, de quo Suidas. Scripſerat & Μαγικὰ, quæ à Clemente Stromat. libro III. citantur: quos libros reſpexit, puto, hoc loco Laërtius.

Ἑξακόσια] MSS. duo ἑξακισχίλια. Sanè Magi Zoroaſtrem quinque annorum millibus Trojæ excidium anteceſſiſſe putant, ut eſt apud Plinium; & apud Plutarchum, tractatu de Iſide. Scaliger atque Petavius, qui hîc erratum eſſe in numero non animadverterunt, plures fuiſſe Zoroaſtras ſuſpicati ſunt. In numeris erratur ſæpe à Librariis: quod ut caveret Menecrates Medicus, librum ſcripſerat titulo ὁλογράμματος αὐτοκράτωρ, in quo numeri vocibus integris, non verò literis ſingulis, notati erant. Meminit hujus libri Galenus libro I. de Antidotis; ubi ejuſmodi conſilium probat.

Ὀστάνας] Suidas: Ὀστᾶναι· οὗτοι πρώην παρὰ Πέρσαις Μάγοι ἐλέγοντο. Ab Oſtane ſcilicet: de quo idem Suidas, in voce ἀστρονομία.

Ἀστραψύχους] Suidas Ἀστραμψύχους quod rectius puto. quamvis Ἄσταμψοι dicantur ab eodem, in voce Μάγοι. Aſtrampſychus quidam, non admodum vetus auctor, ſcripſit Oneirocritica, & de Mulomedicina: cujus etiam liber de Somniorum interpretatione exſtat, verſibus ſenariis conſcriptus.

3 Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις, Λίνος] Suidas quoque Muſæum Athenienſem facit: at Linum, facit Chalcidenſem. Ipſe quidem Lini Thebani meminit, ſed diverſi ab eo de quo hîc Laërtius. Ceterùm Voſſius, libro de Muſica, hunc Muſæum, qui Theogoniam & Sphæram primus ſcripſit, alium facit à Muſæo qui Orpheo erat σύγχρονος: eumque eſſe putat, cujus meminit Ariſtoteles lib. VIII. Politicorum & cujus hoc effatum profert, βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν. Profert & Muſæi hunc verſum Ariſtoteles libro & cap. VI. de Hiſtoria animalium: ubi de ovis aquilæ: Ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει. Sed an Muſæus ille, ſit vetuſtiſſimus ille Muſæus, Orphei æqualis, quem Maro fecit principem Elyſiacarum cantionum: *Muſæum ante omnes: medium nam plurima turba. Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis:* dixerit alius, non ego. Ejus eſſe, quod hodie exſtat Poëma de Herus & Leandri amoribus, putavit Julius Cæſar Scaliger Poëtices libro V. cap. I. Sed in eo omnino falſus eſt magnus ille Criticus: vel ipſo Joſepho Scaligero, filio, teſte. Ita enim ille epiſtolâ 247. ad Claudium Salmaſium: *Nonnum ita ſoleo legere, quomodo Mimos ſpectare ſolemus: qui nulla alia re magis nos oblectant, quàm quòd ridiculi ſunt. Parcior & caſtigatior quidem Muſæus, ſed qui cum illorum veterum frugalitate comparatus, prodigus videatur. Neque in hoc ſequimur optimi parentis noſtri judicium, quem acumina illa & flores declamatorii ita ceperunt, ut non dubitârit eum Homero præferre.* Fuit Muſæus ille, Grammaticus: quod rectè vidit Iſaacius Caſaubonus: qui videndus ad hunc ipſum Laërtii locum.

Καὶ τὸν μὲν Εὐμόλπου παῖδα φασὶ] Hieronymo quoque in Chronico Euſebiano Muſæus filius eſt Eumolpi: at Diodoro, filius eſt Orphei. Suidas Eumolpi patrem facit, filium Antiphemi, τοῦ Εὐφήμου, τοῦ Ἐκφάντου, τοῦ Κερκυῶνος. Servius varias de eo eſſe opiniones ait; alios, Lunæ filium; alios, Orphei eſſe velle. Lunæ filium vocat Orpheus in poëmatio de Deo.

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί. θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις
Πᾶσιν ὁμῶς. σὺ δ' ἄκουε, Φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης
Μουσαῖ'

Τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ] Id eſt, *Phaleris*. Aldobrandinus, qui *Phalaræ* vertit, videtur legiſſe Φαλάρᾳ: eſt autem Phalara: urbs Theſſaliæ. In ſequenti diſticho vertit quoque τὸ Φαληρικὸν οὖδας, *Phalarica tellus*. Tu verte, *Phalerica tellus*. In editione Sambuciana Φαληρινὸν legitur, minùs rectè. Φάληρον, navale fuit Athenienſium.

Μουσαῖον, φθίμενον] Ita meliùs, quàm, ut in Sambuci editione legitur, Μουσαίου.

Ἀπὸ τοῦ πατρὸς δὲ τοῦ Μουσαίου καὶ Εὐμολπίδαι καλοῦνται παρ' Ἀθηναίοις] Sophoclis Scholiaſtes ad Oedipum Colonæum: ζητεῖται δέ τι δήποτε εἰ Εὐμολπίδαι τῶν τελετῶν ἐξάρχουσι, ξένοι ὄντες· εἴποι δ' ἄν τις, ὅτι ἀξιοῦσιν ἔνιοι πρῶτον Εὔμολπον ποιῆσαι τὸν Δηϊόπης τῆς Τριπτολέμου τὰ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια, καὶ οὐ τὸν Θρᾷκα· καὶ τοῦτο ἱστορεῖν Ἴστρον ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτάκτων. Ἀκεσίδωρος δὲ πέμπτον ἀπὸ τοῦ πρώτου Εὐμόλπου εἶναι τὸν τὰς τελετὰς καταδείξαντα, γράφων οὕτως, Κατοικῆσαι δὲ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. τινὲς δέ φασι καὶ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν τὴν συντελουμένην κατ' ἐνιαυτὸν ἐν Ἐλευσῖνι Δήμητρι καὶ Κόρῃ. Ἀνδροτίων μὲν οὖν γράφει, οὐ τὸν Εὔμολπον εὑρεῖν τὴν μύησιν, ἀλλ' ἀπὸ τούτου Εὔμολπον πέμπτον γεγονότα· Εὐμόλπου δὲ γενέσθαι Κήρυκα· τοῦ δὲ, Εὔμολπον· τοῦ δὲ, Ἀντίφημον· τοῦ δὲ, Μουσαῖον, τὸν ποιητήν. τοῦ δὲ, Εὔμολπον, τὸν καταδείξαντα τὴν μύησιν, καὶ ἱεροφάντην γεγόνοτα. Heſychius: Εὐμολπίδαι, οὕτως οἱ ἀπὸ Εὐμόλπου ἐκαλοῦντο, τοῦ πρώτου ἱεροφαντήσαντος· πολλοὶ δὲ γεγόνασιν ὁμώνυμοι Εὐμολποι. Suidas: Εὐμολπίδαι γένος ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς, ὃς καὶ τὴν μύησιν εὗρεν, ἢ ἀπὸ τοῦ Μουσαίου υἱοῦ, ὃς ἦν ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος, &c. Videndus Meurſius in Eleuſ. cap. 2.

Τὸν δὲ Λίνον, παῖδα εἶναι Ἑρμοῦ καὶ Μούσης Οὐρανίας] Apollinis filium facit Virgilius Eclogâ 4. Variæ & de ea re exſtitere opiniones. Suidas: Λίνος, Χαλκιδεύς, Ἀπόλλωνος καὶ Τερψιχόρης, οἱ δὲ Ἀμφιμάρου καὶ Οὐρανίας· οἱ δὲ Ἑρμοῦ καὶ Οὐρανίας. Amphimari etiam filium facit Pauſanias in Bœoticis: λέγεται δὲ ὡς ὁ Λίνος οὗτος παῖς μὲν Οὐρανίας εἴη καὶ Ἀμφιμάρου τοῦ Ποσειδῶνος. Apollodorus in Bibliotheca υἱὸν Οἰάγρου κατ' ἐπίκλησιν Ἀπόλλωνος fuiſſe dicit. Apollinis & Pſamathes filium facit Linum Conon apud Photium in Bibliotheca. De Pſamathe Ovidius in Ibin:

Utque patrem Pſamathes, condat te Phœbus in ima
Tartara: quod natæ fecerat ille ſuæ.

Sed Statius multo plura in Thebaïde.

Ὅθεν λαβὼν Ἀναξαγόρας, &c.] Vide infrà, in Anaxagora.

Τοξευθέντα ὑπὸ Ἀπόλλωνος] Alii ab Hercule præceptore cæſum volunt. utriuſque ſententiæ meminit Pauſanias in Bœoticis. à canibus dilaceratum, ſcribit Cronon apud Photium.

Ὧδε Λίνον Θηβαῖον ἐδέξατο γαῖα θανόντα] Eſt qui legit, Ἥδε, *hæc tellus:* & in pentametro, εὐστέφανος, pro εὐστεφάνου. ipſe nihil muto.

5 Τὸν πᾶν τὸ ἀνθρώπειον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς] Origenes libro I. contra Celſum: ὅρα οὖν εἰ μὴ ἄντικρυς κακουργῶν, ἐξέβαλε τοῦ καταλόγου τῶν Σοφῶν καὶ Μωϋσέα: Λίνον, δὲ καὶ Μουσαῖον, καὶ Ὀρφέα, καὶ τὸν Φερεκύδην, καὶ τὸν Πέρσην Ζωροάστρην, καὶ Πυθαγόραν φήσας περὶ τῶνδε διειληφέναι, καὶ ἐς βίβλους κατατεθεῖσθαι τὰ ἑαυτῶν δόγματα, καὶ πεφυλάχθαι αὐτὰ μέχρι δεῦρο καὶ ἐκὼν μὲν ἐπελάθετο τοῦ περὶ τῶν νομιζομένων θεῶν μύθου ὡς ἀνθρωποπαθῶν ἀναγεγραμμένου μάλιστα ὑπὸ Ὀρφέως. *Conſidera igitur, an non procul dubio malicioſè Moſen in Sapientum catalogo praterierit; Linum verò, Muſæum, Orpheum, Pherecydem, Perſam Zoroaſtrem, Pythagoram, dixerit de hujuſmodi tractaſſe opinionibus, quæ libris eorum inſertæ ſerventur in hunc uſque diem: ubi volens ac prudens oblitus eſt fabulæ de his qui Dii putantur, tribuentis eis affectus Hominum: quod maximè apud Orphea legitur.*

Καὶ τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ] Id eſt, linguâ: quæ, ut ait Pollux II. 4. 25. ſermonis & fons & dux eſt: λόγου τε πηγὴ καὶ χορηγός. καταγλωττισμὸν, ſive etiam quid turpius. innuere videtur Diogenes. Sed aliquid deeſſe videtur.

Τοῦτον δὲ ὁ μὲν μῦθος ὑπὸ γυναικῶν ἀπολέσθαι φησί] Phanocles in Poëmate Ἔρωτες, ἢ καλοί, apud Stobæum; Pauſanias, in Bœoticis; & Ovidius, in Metamorphoſi, & Maro Georgicorum libro IV.

Ἐν Δίῳ τῆς Μακεδονίας] Ad differentiam illius quæ eſt in Euboea. De utraque Livius & Stephanus. Eſt & Dium in Epiro, in Thracia, in Theſſalia, &c.

Κραυνωθῆναι] Idem teſtatur & Pauſanias dicto loco. In cacumine montis Olympi ſepultum legitur in Epigrammate quodam lib. III. Anthol. εἰς ποιητάς.

6 Κλείταρχος] An potiùs Κλέαρχος? mox enim Laërtius: Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας καὶ τοὺς Γυμνοσοφιστὰς ἀπογόνους εἶναι τῶν μάγων φησίν. Nihil tamen muto.

Τοὺς δὲ Χαλδαίους, περὶ ἀστρονομίαν καὶ προῤῥησιν ἀσχολεῖσθαι] Immo & Aſtrologiam Chaldæos inveniſſe volunt Scriptores non pauci: unde & eorum nomen pro Aſtrologis ſumitur apud Catonem, Ciceronem, Tacitum, Gellium, & alibi paſſim. Babylonios numeros, dixit Horatius de Aſtrologiâ.

Ἀποφαίνεσθαί τε περί τε οὐσίας θεῶν καὶ γενέσεως, οὓς καὶ πῦρ εἶναι καὶ γῆν καὶ ὕδωρ] Herodotus in Clio: θύουσι δὲ ἡλίῳ, καὶ σελήνῃ, καὶ γῇ, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ ἀνέμοισι. & in Thalia: Πέρσαι θεὸν νομίζουσιν εἶναι τὸ πῦρ. Sidonius Carmine II.

Partibus at poſtquam ſtatuit nova formula fœdus,
Procopio dictante Magis: juratur ab illis
Ignis & unda Deus.

Idem teſtatur, de aqua, Strabo lib. XV. & de igne, Chryſoſtomus IV. ἀνδριάντων. De fluviis, etiam Arnobius, libro VI. *Ridetis temporibus priſcis Perſas fluvios coluiſſe.*

Τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν] Idem ſcribit Herodotus in Clio: ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύσθαι. ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι· ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, καθάπερ οἱ Ἕλληνες. & Strabo libro XV. Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται. & Cicero II. de Legibus: *Nec ſequor Magos Perſarum, quibus auctoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe patentia & libera.* Idipſum & in Germanis notavit Tacitus. *Ceterùm*, inquit, *nec cohibere parietibus Deos, neque in ullam humani oris ſpeciem aſſimilare, ex magnitudine Cæleſtium arbitrantur.* Zenonem quoque libro de Republica templa & Deorum ſimulachra prohibuiſſe, teſtatur Theodoritus Serm. III. de affect. Græcorum. Id ipſum & de Numa teſtatur Plutarchus; Verba ejus ſunt. ἔστι δὲ τὰ περὶ τῶν ἀφιδρυμάτων νομοθετήματα παντάπασιν ἀδελφὰ τῶν Πυθαγόρου δογμάτων. οὔτε γὰρ ἐκεῖνος αἰσθητὸν ἢ παθητὸν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον, καὶ νοητὸν ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον. οὕτως δὲ, διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα θεοῦ Ῥωμαίοις νομίζειν· οὐδ' ἦν παρ' αὐτοῖς, οὔτε γραπτὸν, οὔτε πλαστὸν εἶδος θεοῦ πρότερον, ἀλλ' ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι ναοὺς μὲν οἰκοδομούμενοι, καὶ καλιάδας ἱερὰς ἱστῶντες, ἄγαλμα δὲ οὐδὲν ἔμμορφον ποιούμενοι, διετέλουν. ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, οὔτε ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει. *Jam hujus de ſtatuis ſcita, undequaque Pythagoræ placitorum ſunt germana. Neque ille ſenſui, aut ulli dolori expoſitum rerum principium eſſe, ſed inviſibile, incorruptum, ſola mente exiſtimavit apprehenſibile. Hic vetuit Romanis, hominis vel beſtiæ formam tribuere Deo. Neque fuit ulla apud eos antè, vel picta, vel ficta imago Dei, ſed primos centum ſexaginta annos templa exſtruxerunt & cellas Diis: ſimulacrum per id temporis nullum habuerunt: neſas putantes, auguſtiora exprimere humilioribus: neque aſpirari aliter ad Deum quàm mente poſſe.*

Καὶ μάλιστα τῶν λεγόντων ἄῤῥενας εἶναι θεοὺς καὶ θηλείας] Vide infrà, in Stilpone.

Καὶ ἀνόσιον ἡγεῖσθαι πυρὶ θάπτειν] Perſarum cadavera humari, ſed non priùs quàm, aut ab alite, aut à cane trahantur, ſcribit Herodotus: additque Perſas Mortuum, cerâ circumlinentes, in terram condere. De eorum ſepultura, lectu digna multa legere eſt apud Agathiam Hiſtoriæ lib. II. 7

Καὶ ὅσιον νομίζειν μητρὶ ἢ θυγατρὶ μίγνυσθαι] Idem ſcripſit & Xanthus Lydius apud Clementem Alex. Strom. III. Ξάνθος δὲ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Μαγικοῖς, μίγνυνται δὲ, φησὶν, οἱ Μάγοι μητράσι καὶ θυγατράσι. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. III. 24. Πέρσαι δὲ καὶ μάλιστα αὐτῶν οἱ σοφίαν ἀσκεῖν δοκοῦντες οἱ Μάγοι γαμοῦσι τὰς μητέρας. Catullus:

Naſcatur Magus ex Gelli matriſque nefando
Conjugio; & diſcat Perſicum aruſpicium.
Nam Magus & matre & gnato gignatur oportet,
Si vera eſt Perſarum impia religio.

Meminit & Quintus Curtius, loco notiſſimo: & Agathias Hiſtoriæ libro II. Et Perſas reſpexit Ovidius, cùm ait,

Gentes tamen eſſe feruntur,
In quibus, & nato genitrix, & gnata parenti
Jungitur: & pietas geminato creſcit amore.

Ἀλλὰ καὶ εἰδώλων πλήρη εἶναι τὸν ἀέρα] Ambroſius

legiſſe videtur, δαιμόνων; vertit enim, *plenum eſſe dæmonibus aëra*: quæ fuit Thaletis ſententia, ut mox in ejus Vita videbitur. Si lêgit εἰδώλων, falſus eſt: non enim hæc vox apud Veteres *Dæmonas* ſignificavit, ſed apud Chriſtianos & Septuaginta Interpretes.

Τούτων δὲ ἐσθῆς μὲν, λευκή.] Eſt qui legat λιτή. ſed nihil mutandum. Ita quoque Pythagoram veſte alba indui ſolitum, refert Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro XII. cap. 32.

8 Γοητικὴν μαντείαν.] Μαγείαν, MS. & ita Ambroſius.

Δείνων ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν.] Hæ Hiſtoriæ fuerunt de rebus Perſicis, ut conſtat ex Athenæo & Cornelio Nepote, & ex Laërtio ipſo, in Vita Protagoræ; ibi enim Δίνωνος Περσικὰ, non Δίωνος, legendum rectè monuit Voſſius in Diſſertatione de Hiſtoricis Græcis. Δίνων & Δείνων promiſcuè ſcribuntur. Fuit Dinon ille, Hiſtoricus, & pater Clitarchi, qui Alexandri magni tempore, & poſt eum vixit. De eo videndus idem Voſſius dicto loco.

Ὃς καὶ μεθερμηνευόμενόν φησι τὸν Ζωροάστρην ἀστροθύτην εἶναι.] *Vult* Zoroaſtrem *linguâ Perſicâ ſignificare* aſtrorum ſacrificulum. *Nos ſcimus de poſteriore verbo veriſſimum eſſe* eſter *Perſicè eſſe ἄστρον, aut ἀστέρα, unde* Eſther *dicta fuerit. De priore membro quarant peritiores Linguæ Perſicæ: non enim ſumus ii, quos pudet non omnia ſcire.* Verba ſunt Scaligeri in Animadverſionibus ad Euſebii Chronicum. ἀστροθύτης ad verbum, eſt, *qui aſtrum immolat*: nec ita dici poſſet aſtrorum Sacrificulus. Omnino hîc legendum ἀστροθεάτην, id eſt, *aſtrorum contemplatorem*, ut ingeniose emendabat vir optimus, & doctiſſimus Samuel Bochartus de Geographia Sacra lib. IV. capite I. שור *ſchur* Hebræis eſt *contemplari*, Perſis autem אסתר *eſter*, *aſtrum*, ſonat. Alii, *Zoroaſtrem* interpretantur *aſtrum vivum*. Auctor Recognitionum Petri Apoſtoli, quæ ſub nomine Clementis Romani ex tralatione Rufini Aquileienſis Latinè editæ ſunt; nam Græcè, quod ſciam, non exſtant: *Et omnes qui erant ſuper terras deleti ſunt, exceptâ Noë familiâ, qui cum tribus filiis, eorumque uxoribus ſuperfuit. Ex quibus unus*, Cam *nomine, cuidam ex filiis ſuis, qui* Meſraim *appellabatur, à quo Ægyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus, malè compertam* (fortè, *malè comparatam*) *Magicæ artis tradidit diſciplinam. Hunc gentes, quæ tunc erant*, Zoroaſtrem *appellaverunt; admirantes primum Magicæ artis auctorem: cujus nomine etiam libri ſuper hoc plurimi habentur. Hic ergo aſtris multùm ac frequenter intentus, & volens apud Homines videri Deus, velut ſcintillas quaſdam ex ſtellis producere, & Hominibus oſtentare cœpit, quò rudes atque ignari in ſtuporem miraculi traherentur: cupienſque augere de ſe hujuſmodi opinionem ſapius iſta moliebatur; uſque quò ab ipſo Dæmone, quem importunius frequentabat, igne ſuccenſus concremaretur. Sed ſtulti homines, qui tunc erant, cùm debuiſſent utique opinionem, quam de eo conceperant, abjicere, quippe quam pœnali morte ejus viderant confutatam, in majus eam extollunt: extructo enim ſepulchro ad honorem ejus, tamquam amicum Dei ac fulminis, vehiculo ad cælum ſublatum adorare auſi ſunt, & quaſi vivens aſtrum colere. Hinc enim & nomen poſt mortem ejus* Zoroaſter, *hoc eſt* vivum ſidus, *appellatum eſt ab iis qui poſt unam generationem Græcæ linguæ loquelis fuerant repleti.* Id Græculorum eſt ſomnium, quibus ζωρότερον Iliad. I. idem eſt quod ζωτικότερον, ac ſi fiat ἀπὸ τοῦ ζῆν, pleonaſmo τοῦ ρ. inquit idem Bochartus dicto loco.

Καὶ δύο κατ' αὐτοὺς εἶναι ἀρχὰς, ἀγαθὸν δαίμονα καὶ κακὸν δαίμονα. καὶ τῷ μὲν ὄνομα εἶναι, Ζεὺς καὶ Ὡρομάσδης· τῷ δὲ, Ἅιδης, καὶ Ἀρειμάνιος. Idipſum de Perſis teſtatur Agathias Hiſtor. lib. II. qui & in eo cum Manichæis conſentire obſervat. νῦν δὲ, inquit, ὡς τὰ πολλὰ τοῖς Μανιχαίοις καλουμένοις ξυμφέρονται, ἐς ὅσον δύο τὰς πρώτας ἠγεῖσθαι ἀρχὰς, καὶ τὴν μὲν ἀγαθήν τε ἅμα καὶ τὰ κάλλιστα τῶν ὄντων ἀποκυήσασαν, ἐναντίως καὶ κατ' ἄμφω ἔχουσαν τὴν ἑτέραν· ὀνόματά τε αὐτοῖς ἐπάγουσι βαρβαρικὰ, καὶ τῇ σφετέρᾳ γλώττῃ πεποιημένα· τὸν μὲν ἀγαθὸν, εἴτε θεὸν, εἴτε δημιουργὸν, Ὡρμισδάστην ἀποκαλοῦσιν. Ἀρειμάνης δὲ ὄνομα τῷ κακίστῳ καὶ ὀλεθρίῳ.

Τῷ δὲ Ἅδης.] MSS. Henrici Stephani Ἄρης. Et ita legendum. Heſychius, præter Agathiam: Ἀρειμάνης. ὁ ἅιδης, παρὰ Πέρσαις.

Ἑρμιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μάγων.] Is eſt Hermippus Smyrnæus, de quo conſulendus Voſſius in Hiſtoricis Græcis, & Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ.

Εὔδοξος ἐν τῇ περιόδῳ.] Eudoxus Cnidius videlicet. Multa hiſtorica, atque ad gentium ritus pertinentia, aſperſerat huic operi *de Terræ ambitu*; quod propterea τὴν περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίαν vocat Strabo. Fuit opus grande, & quod multis libris conſtabat. Septimum citat Stephanus; & Porphyrius de Vita Pythagoræ. Vide Voſſium dicto loco.

Θεόπομπος ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν.] Is eſt Theopompus Chius, omnium Iſocratis diſcipulorum clariſſimus. Fuere autem hujus Philippicæ Hiſtoriæ libri LVIII. teſte Diodoro Siculo libro XVI. & Photio in Bibliotheca. Vide ſis eumdem Voſſium ibidem.

Καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμένειν.] 9 ἐπικυκλήσεσι legendum exiſtimabat Lucas Holſtenius ὁ φιλοσοφικώτατος, in ſuis ad Vitam Pythagoræ Obſervationibus; & vertendum, *res omnes ſuis revolutionibus permanere.* Nihil mutandum contendebat Franciſcus Carpentarius, vir doctiſſimus idemque elegantiſſimus, qui ſic hunc locum interpretabatur: omnia permanſura in ſua appellatione; id eſt, in ſua forma, unde appellatio deducitur: itaque quod eſt homo, permanſurum, ut vocetur homo; quod eſt equus, permanſurum, ut vocetur equus. & hoc eſt τὰ ὄντα ταῖς αὐτῶν ἐπικλήσεσι διαμενεῖν: atque iſta optimè conveniunt Magorum opinioni, qui τοὺς ἀνθρώπους ἀναβιώσεσθαι exiſtimabant, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους. Eſt & qui hunc locum ſic interpretetur, *res omnes eorum invocationibus permanere.* ἐπικλήσεις, ſunt *invocationes.* Virgilius: *Voce vocans Hecaten*, &c. & *magnâ Manes ter voce vocavi.*

Ταῦτα δὲ καὶ Εὔδημος ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ.] Fuit Eudemus Rhodius Theophraſti æmulus, auditor & diſci-

pulus Ariſtotelis. De eo videndus omnino Johannes Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. I. cap. 15.

Ἑκαταῖος δὲ] Hecatæum Mileſium, Hegeſandri filium, puto, intelligit, cujus, ut Hiſtorici, meminit Suidas. Fuit & alius Hecatæus, Abderites, Grammaticus, qui cognominatus eſt *Criticus*; de quo etiam Suidas.

Κλέαρχος δὲ ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας] De Clearcho illo Solenſi, Philoſopho Peripatetico, conſulendus Voſſius libro I. de Hiſtoricis Græcis. Hujus libri περὶ παιδείας mentio fit & apud Athenæum lib. XV. Citatur Clitarchus ab eodem Athenæo libro VIII. ἐν τῷ περὶ θινῶν. Inde obiter emendandus Suidas; apud quem, in νέοττον, Clearchus citatur ἐν τῷ περὶ οἴνων συγγράμματι, pro ἐν τῷ περὶ θινῶν.

Ἔνιοι δὲ καὶ τοὺς Ἰουδαίους ἐκ τούτων εἶναι] Celſus Judæos genere Ægyptios putabat, ut eſt apud Origenem libro III. contra Celſum. Idem à Strabone, & Juſtino, ſeu Trogo, traditum eſt. idem & ab Apione, ut eſt apud Joſephum libro I. contra Apionem.

Μὴ γὰρ εἰς τὸν ἥλιον βέλη Ξέρξην ἀκοντίσαι, μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν πέδας καθεῖναι] Hoc de Xerxe, illud de Dario, narrat Herodotus.

Τὰ μέντοι ἀγάλματα εἰκότως καθαιρεῖν] Καθελεῖν legendum videtur. Deorum ſimulacra Xerxem incendiſſe præter Ciceronem, loco ſupra allato, teſtatur & Herodotus in Urania.

10 Καὶ ἱέρακος] Lêgit Aldobrandinus, καὶ κόρακος; vertit enim *corvo*: ſed in margine lectio alia appoſita fuit, *vel accipitre*. ἱέρακος, rectum eſt. Fuit Accipitrum Urbs in Ægypto, ἱεράκων πόλις, ubi accipiter colebatur, de qua Strabo lib. XVII. Etiam accipitrem ab Ægyptiis coli, teſtatur Diodorus Siculus libro primo.

Ὡς φησι Μανεθὼς ἐν τῇ τῶν φυσικῶν ἐπιτομῇ] Ita quoque editio princeps: Sed in Stephanica, ut & in tribus codicibus Regiis, Μάνεθως diſertè ſcriptum fuit. Μάνεθως quoque apud Ælianum. Μανεθὼς ac Μανεθῶς apud Euſebium & Syncellum, & Μάναιθως apud Suidam. Ceterùm, de Manethone, ſacerdote Mendeſio, de quo Suidas, non de Manethone Sebennita Dioſpolitano, qui temporibus Ptolemæi Philadelphi flamen ſacrorum & ſcriba adytorum Ægypti fuit, accipiendum hîc Laërtium putat Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis.

Ἑκαταῖος ἐν τῇ πρώτῃ περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας] Accipit idem Voſſius ibidem, non de Hecatæo Mileſio, ſed de Hecatæo Abderita.

11 Ἀριστηγόρας] Is Αἰγυπτιακὰ ſcripſerat, quorum Stephanus non ſemel meminit. De ejus ætate, adeundus Voſſius de Hiſtoricis Græcis libro III.

Οὓς εἰς Ἑρμῆν ἀνήνεγκαν] Strabo libro XVII. ἀνατιθέασι δὲ τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σοφίαν.

Καὶ ὡς αὐτοὶ γεωμετρίαν καὶ ἀστρολογίαν καὶ ἀριθμητικὴν ἀνεῦρον] De Geometria, teſtis eſt Herodotus in Euterpe: ubi de Ægypto: δοκέει δέ μοι ἐντεῦθεν γεωμετρίη εὑρεθεῖσα, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. Quomodo autem ab Ægyptiis fuerit reperta, docet Servius ad Virgilii Eclogam III. *Inventa hæc eſt ars tempore quo Nilus, plus æquo creſcens, confudit terminos poſſeſſionum: ad quos innovandos adhibiti ſunt Philoſophi, qui lineis diviſerunt agros. inde Geometria dicitur; cùm non tantùm terra, ſed & maris, & cæli, & aëris ſpatia metiri conſueverit.* De Aſtrologia, teſtis quoque idem Herodotus ibidem; ubi ait omnium hominum primos Ægyptios annum comperiſſe; & Cicero libro I. de Divinatione. *Ægyptii & Babylonii*, inquit, *in camporum patentium æquoribus habitantes, cùm ex terra nihil emineret quod contemplationi cæli officere poſſet, omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt.* Videndus Scaliger in Manilium. De Arithmetica, teſtatur Plato in Phædro; ubi diſertè ait Ægyptios inveniſſe πεττείαν καὶ κυβείαν, hoc eſt, artem calculis & cubis numerandi. Ab iis Pythagoram eam artem, coſque illam ab Abrahamo, dum aliquamdiu in Ægypto moraretur, accepiſſe exiſtimat etiam Flavius Joſephus. De Arithmetices & Geometriæ ſtudio apud Ægyptios, videndus Diodorus Siculus libro primo.

Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον] Cicero Tuſcul. V. ubi de Pythagora: *Quem, ut ſcribit auditor Platonis Heraclides, Phliuntem ferunt veniſſe, eumque cum Leonte principe Phliaſiorum doctè & copioſè diſſeruiſſe quædam: cujus ingenium & eloquentiam cùm admiratus eſſet Leon, quæſiviſſe ex eo, quâ maximè arte confideret; at illum artem ſe ſcire nullam, ſed eſſe Philoſophum: admiratum Leontem novitatem nominis, quæſiiſſe ex eo quinam eſſent Philoſophi.* Quintilianus libro XII. cap. 1. *Nam & Pythagoras, non ſapientem ſe, ut qui ante eum fuerunt, ſed ſtudioſum ſapientiæ vocari voluit.* Clemens Stromat. I. ὀψὲ δὲ Πυθαγόρας φιλόσοφον ἑαυτὸν πρῶτος ἀνηγόρευσεν. Euſebius de Præp. Evang. X. 4. τῆς φιλοσοφίας ἀνευρὼν ὄνομα. & Lactantius 3. 14. *Unde apparet, aut Pythagoram voluiſſe laudare, qui ſe primus Philoſophum nominavit.* Notandum obiter, non Pythagoram ſolum à Veteribus *Philoſophum* ἁπλῶς fuiſſe appellatum, ſed etiam Porphyrium. Obſervabat Holſtenius de Vita Porphyrii p. 33. his verbis: *Melior Antiquitas unumquemque Philoſophorum illuſtri cognomine diſtinxit: nam, ut Pythagoram*, Philoſophum, ſapientem, *Socratem*; divinum, *Platonem*; *Ariſtotelem*, Dæmonium; magnum *Hippocratem*; *aliosque majorum gentium ſapientes taceam*, *aurea illa recentiorum Platonicorum catena, ut Damaſcius eam vocat, ſimili nominum varietate, à Proclo, aliisque poſterioribus ornatur; qui Ammonium*, θεοδίδακτον; *Plotinum*, μέγαν; *Longinum*, κριτικώτατον; *Amelium*, γενναῖον; *Theodorum*, θαυμαστὸν; *Jamblichum* θεῖον; *ſolum verò Porphyrium*, Philoſophum. 12

Θάττον δὲ, Σοφία ἐκαλεῖτο.] Vertit Aldobrandinus: *brevius* Sophia *vocabatur*. Mericus Caſaubonus, θάττον hîc *antea* ſignificare; ut & alibi apud Laërtium; contendit: qua de re nos infrà ad Diogenem Cynicum.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνου] Meminit hujus libri & Plinius lib. VII. cap. 52. *Huc pertinet nobile illud apud Græcos Volumen Heraclidis, ſeptem diebus femina exanimis ad vitam revocata.* & Galenus

lenus lib. 6. de Locis affectis: ἡ μὲν πρώτη λελεγμένη διαφορὰ τὸ κατὰ τοῦ Ποντικοῦ Ἡρακλείδου γεγραμμένον βιβλίον ἀπορίαν ἔχει πολλὴν ὅπως γίγνεται· λέγεται γὰρ ἄπνους τε καὶ ἄσφυκτος ἐκείνη ἡ ἀνθρωπος γεγονέναι, τῶν νεκρῶν ἐνὶ μόνῳ διαλλάττουσα, τῷ βραχεῖαν ἔχειν θερμότητα κατὰ τὰ μέσα μέρη τοῦ σώματος. ἐπιγέγραπται οὖν τὸ βιβλίον Ἄπνους Ἡρακλείδου, καὶ ζήτησιν ἔφη γεγονέναι τοῖς παροῦσιν ἰατροῖς, εἰ μήπω τέθνηκεν. & Origenes libro II. contra Celſum, ubi de reſurrectione Chriſti: πρὸς ἀπίστους δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἄπνου, οὐ πάντη ἔσται εἰς τὸν τόπον ἄχρηστα. At mirum Laërtium ipſum, qui hoc loco celeberrimi illius voluminis meminit, non meminiſſe in Catalogo librorum Heraclidis. Ibi quidem librum Heraclidis commemorat, cui titulus fuit αἰτίαι περὶ νόσων: In Empedocle verò, ait Heraclidem in libro περὶ νόσων ſcribere, Pauſaniam in his quæ de exanimi muliere ſcripſit, Empedocle uſum fuiſſe magiſtro. Verba Laërtii ſunt: Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ περὶ νόσων φησὶ, καὶ Παυσανίᾳ ὑφηγήσασθαι αὐτὸν τὰ περὶ τὴν ἄπνουν. Addit Laërtius: τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡρακλείδης (ita legendum, non, ut vulgo legitur, ὁ Ἡράκλειτος, rectè monuit hîc Caſaubonus, & Mercurialis Var. Lect. IV. 44. quod miror virum perſpicaciſſimum Joſephum Scaligerum non vidiſſe) φησὶ τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσφυκτον τὸ σῶμα. Ita quoque legendum ex Galeno, rectè monuit Mercurialis, non verò, ἄσηπτον, ut habet Aldobrandini editio, aut ἄσιτον, ut legitur apud Suidam. Ex his Laërtii verbis conjiciebat Caſaubonus, aut Heraclidem Ponticum duobus in libris de eadem femina ſcripſiſſe, aut eumdem librum duas habuiſſe inſcriptiones, Περὶ ἄπνου, & Περὶ νόσων. Sed fortaſſe verius eſt quod vir ἰατρικώτατος Petrus Petitus, amicus noſter, exiſtimabat, hujus libri περὶ τῆς ἄπνου auctorem fuiſſe Pauſaniam, Heraclidem verò eum duntaxat explanaſſe in libro περὶ τῶν νόσων: nec enim obſcurè id innuere videtur Laërtius ibidem, his verbis. Ἡρακλείδης μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος, ὡς ἐδοξάσθη Ἐμπεδοκλῆς ἀποστείλας (melius ἀναστήσας) τὴν νεκρὰν ἄνθρωπον ζῶσαν: eoque factum eſſe, ut liber ille Heraclidis περὶ τῶν νόσων, etiam περὶ τῆς ἄπνου vocitaretur. Certum eſt tamen ex Plinio & Galeno, ex Origene & Diogene noſtro, hoc Volumen περὶ ἄπνου Heraclidi Pontico Veteres tribuiſſe: ac proinde Joſephus Scaliger in Notis ad Manilium minùs verè conjecit, de Volumine illo accipiendum Celſum, cùm ait lib. II. cap. 6. *Si certa futuræ mortis indicia ſunt, quomodo interdum deſerti à Medicis convaleſcunt, quoſdamque fama prodiderit in ipſis funeribus revixiſſe? Quin etiam vir jure magni nominis Democritus, ne finitæ quidem vitæ ſatis certas notas eſſe propoſuit, quibus Medici credidiſſent: adeo illud non reliquit, ut certa aliqua ſigna futuræ mortis eſſent.* Quod ſi de muliere illa exanimi intelligendus Celſus eſſet, ſanè apud eum *Heraclides*, non *Democritus*, legendum audacter ipſe affirmarem. Sed edita lectio recta eſt; nam & Democritus Abderita ſcripſit in Medicina, διαιτητικὸν, & ἰητρικὴν γνώμην, & περὶ χυμῶν, & περὶ ἀνθρώπου φύσεως, & περὶ πυρετοῦ, & περὶ τῶν ἀπὸ νόσου βησσόντων, & περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν.

Οἱ δὲ Σοφοὶ, καὶ Σοφισταὶ ἐκαλοῦντο] Qua notione Solon πρῶτος σοφιστὴς dictus Iſocrati Oratione περὶ ἀντιδόσεως, ubi de Sophiſtis & Sycophantis: οὐκοῦν ἐπί γε τῶν προγόνων οὕτως εἶχεν· ἀλλὰ τοὺς μὲν καλουμένους σοφιστὰς ἐθαύμαζον, καὶ τοὺς συνόντας αὐτοῖς ἐζήλουν. Τοὺς δὲ συκοφάντας πλείστων κακῶν αἰτίους ἐνόμιζον εἶναι. μέγιστον δὲ τεκμήριον, Σόλωνα μὲν γὰρ τὸν πρῶτον τῶν πολιτῶν λαβόντα τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην προστάτην ἠξίωσαν τῆς πόλεως εἶναι. Similiter & Pythagoras à Tertulliano libro de anima cap. 24. *Samius Sophiſta*, appellatur. Philoſtratus quoque Sophiſt. lib. I. *Sophiſtas* Veteres appellaſſe ait, non tantum eos qui eximii in dicendo erant, verùm etiam ex Philoſophis qui facundè animi ſenſa exprimerent, &c. qua de re audiendus Fabius in procœmio Inſtitutionum: *Feruntque hæc, ut Cicero apertiſſimè colligit*, (lib. III. de Oratore) *quemadmodum juncta naturâ, ſic officio quoque copulata: ut iidem ſapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde ſe ſtudium, atque inertiâ factum eſt, ut artes eſſe plures viderentur. Nam ut primùm lingua eſſe cœpit in queſtu, inſtitutumque eloquentiæ bonis malè uti, curam morum qui diſerti habebantur, reliquerunt. Ea verò deſtituta, infirmioribus ingeniis velut præda fuit. Inde quidam, contempto dicendi labore, ad formandos animos, ſtatuendaſque vitæ leges regreſſi, partem quidem potiorem (ſi dividi poſſet) retinuerunt: nomen tamen ſibi inſolentiſſimum arrogaverunt, ut ſoli ſapientiæ ſtudioſi vocarentur: quod neque ſummi Imperatores, neque in conſiliis rerum maximarum, ac totius adminiſtratione Reipublicæ præclariſſimè verſati, ſibi unquam vindicare ſunt auſi*, &c. Propriè autem & ſine adjuncto, ita Pythagorei vocabantur. Lucianus in Jove Tragœdo: ἀφωνότεροι γεγένηνταί σοι τῶν Σοφιστῶν. *Pythagoricis taciturniores facti ſunt.*

Ἀλλὰ καὶ εἰ Ποιηταὶ, σοφισταί] Anacreon elegantiſſimo illo Odario in Roſam:

Τί δ' ἄνευ ῥόδου γένοιτ' ἂν;
Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠὼς,
Ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι,
Ῥοδόχρους δὲ κ' Ἀφροδίτα,
Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

Id eſt, παρὰ τῶν Ποιητῶν. Pindarus quoque Iſthmiorum Ode V.

--- μελέταν δὲ Σοφισταῖς
Διὸς ἔκατι προσβάλλον σεβιζομένοις.

Ad quem locum Scholiaſtes: Σοφιστὰς δὲ καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Ratio hujus appellationis eſt, quia olim Poëtæ, quemadmodum Philoſophi, morum præcepta docebant: Sed & quoſlibet qui in quacumque arte excellerent, σοφοὺς vocabant. Ariſtoteles VI. Ethic. 7. τὴν δὲ σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις, τοῖς ἀκριβεστάτοις δίδομεν· οἷον Φειδίαν, λιθουργὸν σοφόν. Ita Suidæ σοφιστὴς, πᾶς τεχνίτης: quod ipſum teſtatur & Heſychius. σοφίαν, inquit, πᾶσαν τέχνην ἔλεγον. Clementem vide Stromat. libro I.

Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις] Editio princeps & Stephanica, ἐν Ἀρχιλόχῳ: ſed legendum ἐν Ἀρχιλόχοις, ut legitur apud Hephæſtionem in Enchiridio pag. 50. aut

ἐν Ἀρχιλοχείοις, ut legitur apud Clementem Alexandrinum: utque hîc legit Aldobrandinus, qui vertit *in Archilochiis*. Rectius, ἐν Ἀρχιλόχοις: & ita reſcribo apud Clementem.

13 Καὶ οἱ μὲν Σοφοὶ] Meliùs legeretur, ut legitur in Codice Regio, καὶ οἱ μὲν οἱ Σοφοί.

Φιλοσοφίας δὲ δύο γεγόνασιν ἀρχαί, &c.] At tres eſſe Philoſophiæ origines, ait Clemens Stromateon I. Φιλοσοφίας τοίνυν μετὰ τοὺς προειρημένους ἄνδρας τρεῖς γεγόνασι διαδοχαὶ, ἐπώνυμοι τῶν τόπων περὶ οὓς διέτριψαν. Ἰταλικὴ μὲν, ἡ ἀπὸ Πυθαγόρου· Ἰωνικὴ δὲ, ἡ ἀπὸ Θαλοῦ· Ἐλεατικὴ δὲ, ἡ ἀπὸ Ξενοφάνους. Immo & quatuor fuiſſe ſcribit Themiſtius Orat. xv. Τέως δὲ τριχῇ διεσπάσθη· μᾶλλον δὲ τέτραχα, (loquitur de Philoſophia, quam Socrates, ſive potiùs Plato, ſparſim habitantem coëgit, atque in unum contraxit, quemadmodum Athenas Theſeus) καὶ χωρὶς μὲν ἦσαν Ἰταλιῶτιδες Μοῦσαι· χωρὶς δὲ αἱ Σικελικαί· χωρὶς δὲ ὁ χορὸς τῶν Ἰώνων. Ibi Petavius, pro Σικελικαὶ, emendare tentabat Ἀττικαί. Nihil mutandum docet locus ille Platonis in Sophiſta: τὸ δὲ παρ' ἡμῶν Ἐλεατικὸν ἔθνος ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνεφόησαν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστατον ἀμφότερα. Sed cur μᾶλλον δὲ τέτραχα, cùm de tribus tantùm mentio fiat? An hæc verba ſunt ex additamento ſcioli cujuſdam, quibus ille Atticas Muſas, hoc eſt, Philoſophiam Socraticam, ſignificari voluit? Ita ſanè videtur.

Κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐφιλοσόφησε] διέτριψε, editio Stephani & Baſileenſis. De ea autem Italiæ parte, quæ *Magna Græcia* dicta eſt, intelligendus Laërtius. Ciceronem vide Tuſcul. Quæſt. libro IV. & V. *Subciſivam Græciam* vocat Appuleius Apolog. I. *Pythagoras Zoroaſtri ſectator, ſimiliterque Magiæ peritus, Metapontum in litore Italiæ, quam ſubciſivam Græciam fecerat.*

15 Καὶ Ναυκύδης] Alibi, Ναυσικύδης appellatur: quod Caſaubonus adnotavit.

17 Τῶν δὲ φιλοσόφων, οἱ μὲν ἀπὸ πόλεων, &c.] Simplicius Præfatione ad Prædicamenta Ariſtotelis: Αἱ μὲν οὖν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεις, ἐπταχῶς ὀνομάζονται· ἢ ἀπὸ συστησαμένου τὴν αἵρεσιν, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι, καὶ Πλατωνικοί. ἢ ἀπὸ τῆς τοῦ αἱρεσιάρχου πατρίδος, ὡς Κυρηναϊκοί, οἱ ἀπὸ Ἀριστίππου· καὶ Μεγαρικοὶ, οἱ ἀπὸ Εὐκλείδου· καὶ Ἐλεατικοὶ, οἱ ἀπὸ Ξενοφάνους καὶ Παρμενίδου· ἢ ἀπὸ τοῦ τόπου ἐν ᾧ διέτριβον φιλοσοφοῦντες, ὡς Ἀκαδημαϊκοὶ καὶ Στωϊκοί. ἢ ἀπὸ συμβεβηκυίας ἐνεργείας, ὡς Περιπατητικοί. ἢ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ φιλοσοφεῖν κρίσεως, ὡς Ἐφεκτικοί, οἱ ἀπὸ Πύῤῥωνος. ἢ ἀπὸ τοῦ τέλους ὃ προτίθενται τῆς ἑαυτῶν φιλοσοφίας, ὡς Ἡδονικοὶ οἱ Ἐπικούρειοι· ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς ζωῆς, ὡς οἱ Κυνικοί. ἄλλο γὰρ τὸ τέλος οὗ στοχάζονται, καὶ ἄλλο τὸ εἶδος τῆς ἐπιτηδεύσεως· οὐ γὰρ δι' ἡδονῆς οἱ Ἐπικούρειοι τὴν ἡδονὴν ἐθήρων, ἀλλὰ διὰ πόνων μάλιστα καὶ ἐγκρατείας. Ammonius in Scholiis ad Ariſtotelis Categorias: ἰστέον τοίνυν, ὅτι αἱ τῶν φιλοσόφων αἱρέσεις λέγονται ἐπταχῶς. ἢ ἀπὸ τοῦ αἱρεσιάρχου, ὡς οἱ Πλατωνικοὶ καὶ Πυθαγόρειοι. ἢ ἀπὸ τῆς αἱρεσιάρχου πατρίδος, ὡς οἱ ἀπὸ μὲν Ἀριστίππου, Κυρηναϊκοὶ· ἀπὸ δὲ Εὐκλείδου, Μεγαρικοί. ἢ ἀπὸ τόπου ἐν ᾧ διέτριβον, ὡς Ἀκαδημαϊκοὶ ἀπὸ Ξενοκράτους, καὶ οἱ Στωϊκοὶ ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. ἢ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ φιλοσοφεῖν κρίσεως, ὡς οἱ Ἐφεκτικοὶ καλούμενοι. ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς ζωῆς, ὡς οἱ Κυνικοὶ, ὧν ἠγήσατο Ἀντισθένης. ἢ ἀπὸ τοῦ τέλους τῆς φιλοσοφίας, ὡς Ἡδονικοὶ οἱ Ἐπικούρειοι. ἢ ἀπὸ συμβεβηκότος, ὡς οἱ Περιπατητικοὶ, ἀπὸ Ἀριστοτέλους.

Καὶ Ἐρετρικοί] Malunt Ἐρίτριοι, vel Ἐρετριακοί. Stephanus in Ἐρετρία: ὁ πολίτης Ἐρετριεὺς, καὶ Ἐρέτριος, καὶ Ἐρετριακός. Ἐρετρικὴ tamen etiam mox; ubi de Sectis. Et infrà, paſſim. Et ita in Anthologia lib. III. εἰς ἀνδρείους. Εὐβοίης γένος ἐσμὲν Ἐρετρικόν. Utramque lectionem probat Caſaubonus. Ἐρετριακὴ habet Suidas.

Ἀπὸ συμπτωμάτων δὲ, ὡς οἱ Περιπατητικοί] Explicat optimè Simplicius dicto loco: ἢ ἀπὸ συμβεβηκυίας ἐνεργείας, ὡς Περιπατητικοί. Inepte Henricus Stephanus in Notis ad Heſychium Mileſium. *Dicti ſunt*, inquit, *Peripatetici, non à loco deambulationi accommodato & deſtinato, qualis erat Xyſtus*, (περίπατος Græcè) *ſed ex eo ipſo, quòd eo evenijſſet* (reſpicit verba Laërtii ἀπὸ συμπτωμάτων) *ut illis deambulatio placeret: Περιπατητικοὶ videlicet, quaſi* Deambulatores, ἀπὸ τοῦ περιπατῆσαι. Sed à loco tamen potiùs quàm ab actione ita appellatos exiſtimabat Johannes Jonſenius, ſive Jonſius: περίπατος enim non de loco minùs quàm de actione uſurpatur: quod pluribus exemplis probat ille in Diſſertatione de Philoſophia Peripatetica, ubi eum vide. Secùs Auctor φιλοσόφου ἱστορίας, quæ Galeno falſò tribuitur: ἢ δὲ ἐξ ἐνεργείας, ὡς ἡ Περιπατητική. τὸν γὰρ Ἀριστοτέλη κατὰ τοὺς περιπάτους συνουσίας πρὸς ὁμιλητὰς ποιούμενον, τῆς ἐπωνυμίας ταύτης καταξιῶσαι τὴν κατ' αὐτὸν φιλοσοφίαν. Notandum autem obiter, quod de voce περιπατεῖν, ex Dicæarcho, notat Plutarchus in libro de Reipublicæ gerendæ præceptis: eos ſcilicet περιπατεῖν propriè dici, qui in porticibus ſpatia ſurſum, deorſumque conficerent; non verò eos, qui in agrum, aut ad amicos, irent.

Οἱ δὲ ἀπὸ διαθέσεων, ὡς οἱ Εὐδαιμονικοί.] De his Athenæus libro XII. περὶ δὲ Ἀναξάρχου Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν πέμπτῳ Βίων, οὕτω γράφει. Τῶν Εὐδαιμονικῶν καλουμένων, διὰ τὴν τῶν χορηγησάντων ἀγωνίαν, περιπεσούσης ἐξουσίας, γυμνὴ μὲν ᾠνοχόει παιδίσκη, &c.

Τινὲς, ἀπὸ οἰήσεως, ὡς οἱ Φιλαλήθεις·] Qui ſunt illi Veritatis amatores? An Epicurei? hoc enim nomine Epicurum vocatum invenio. Athenæus libro XIII. καὶ πρῶτόν γε μνησθήσομαι τοῦ φιλαληθεστάτου Ἐπικούρου. Adde Petronium:

Ipſe pater veri, doctis Epicurus in hortis, &c.

Et Lucretium:

Cùm genuere virum, tali cum corde repertum,
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

Καὶ Ἐλεγκτικοὶ] Ἐλεκτικοὶ reponit Caſaubonus: atque ita MSS tres Regiæ Bibliothecæ, Stephani editio, & Vetus Interpres. Sed cùm de Eclectica ſecta infrà, in fine Procemii, ſic agat Laërtius, ut de ea mentionem non feciſſe appareat, hæc vox locum hîc

habere non poteſt. Nihil igitur mutandum exiſtimârim. Plutarchus in Pericle: διήκουσε Περικλῆς καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, πραγματευομένου περὶ φύσιν, ὡς Παρμενίδης, Ἐλεγκτικὴν δέ τινα, καὶ δι' ἐναντιολογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσαν ἐξασκήσαντες ἕξιν ἐναντιολεγίας. Atque etiam Ἐλεγκτικοὶ legendum exiſtimabat idem Jonſius ibidem.

Καὶ Ἀναλογητικοὶ] H. Stephanus Ἀναλογιστικοὶ ex conjectura reponebat: quam lectionem poſtea in MS. ſe inveniſſe ait. Certè Ἀναλογιστικῆς & Ἀναλογιστικῶν meminit Galenus cap. 1. libri περὶ αἱρέσεων. Item, Sextus Empiricus. Tamen Joſephus Scaliger in ora libri hîc legendum monebat Ἀπολογητικοί: atque ita legendum contendit, quem modò bis nominavi, Johannes Jonſius, loco laudato. Ἐλεγκτικοὶ καὶ Ἀπολογητικοί: id eſt, *Contradicentes*, ſive *Opponentes*, & *Defendentes*, ſive *Reſpondentes*. Omiſit Laërtius Elpiſticos: de quibus ſic Plutarchus libro IV. Quæſtionum, quæſtione 3. ὥσπερ οὖν οἱ προσαγορευθέντες Ἐλπιστικοὶ φιλόσοφοι, συνεκτικώτατον εἶναι τοῦ βίου τὸ ἐλπίζειν ἀποφαίνονται. De his nihil aliud memini me legere.

18 Μέρη δὲ φιλοσοφίας τρία, φυσικὸν, ἠθικὸν, διαλεκτικὸν] Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. libro & capite 11. οἱ Στωϊκοὶ τοίνυν, καὶ ἄλλοι τινὲς, τρία μέρη τῆς φιλοσοφίας εἶναι λέγουσι, λογικὸν, φυσικὸν, ἠθικόν.

Τὸ ἀμφοτέρων τοὺς λόγους πρεσβεῦον] πρεσβεύειν hîc, eſt *diſſerere*. Heſychius: πρεσβεύοντες, αἰτοῦντες, παρακαλοῦντες, λέγοντες. Galenus de Sectis ad Tirones cap. 7. ubi de Methodicis: καὶ τοῦτο πρεσβεύουσιν ἐπὶ παντί.

19 Κλειτόμαχος Καρχηδόνιος] Ambroſius, qui *Chalcedonius* vertit, legerat Χαλκηδόνιος, non Καρχηδόνιος: quas voces inter ſe invicem mutatas non rarò apud Scriptores invenire eſt. Sed Καρχηδόνιος legi debet: Clitomachus ille, Carthiginienſis fuit, & patriâ linguâ *Aſdrubal* dicebatur, teſte Plutarcho in libro primo de fortuna Alexandri, & Laërtio noſtro infrà, in Clitomacho. Καρχηδὼν quoque vocatur à Stephano, & ab Euſtathio ad Dionyſii περιήγησιν, & à Symmacho, libro decimo epiſtolâ octavâ. Sed de hoc infrà pluribus ad Clitomachi Vitam. Cur autem qui olim *Aſdrubal* vocabatur, Græcè dictus ſit *Clitomachus*, vide in Phaleg. pag. 815.

Ἱππόβοτος δ' ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων] Meminit & infrà, in Ariſtippo, hujuſce libri de Sectis; qui fortaſſe non alius fuit ab eo quem idem Hippobotus ſcripſerat de Philoſophis, & cujus meminit idem Laërtius in Thalete. Vide Jonſium de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. IV.

Ἐννέα φησὶν αἱρέσεις] Septem fuiſſe, dicit Ammonius loco allato. At Varro 288. teſte Auguſtino libro de Civitate Dei nono, capite primo. Verba ejus ſunt: *Marcus Varro in libro de Philoſophia, tam multam dogmatum varietatem diligenter & ſubtiliter ſcrutatus advertit, ut ad CCLXXVIII. ſectas, non quæ jam eſſent, ſed quæ eſſe poſſent, adhibens quaſdam differentias, facillimè perveniret.* Sed præcipuæ quatuor tantùm fuerunt: Academica, Peripatetica, Stoica, & Epicurea: de quibus Virgilius in Ciri:

Si me jam ſummâ Sapientia pangeret arce,
Quatuor Antiquis quæ Heredibus eſt data conſors.

Quo loco minùs rectè Gerardus Johannes Voſſius de Philoſophorum Sectis cap. 9. malebat *Hæreſibus*: ſecunda quippe in *Hæreſibus* corripitur. Sed ſi τὸ *Hæreſibus* magis placet, legi poſſet, *Quatuor antiquis quæ eſt Hæreſibus data conſors.*

Πέμπτην Ἀννικέρειον, ἕκτην Θεοδώρειον] Vide infrà, in Ariſtippo.

20 Τὴν μὲν Πυῤῥώνειον οὐδ' οἱ πλείους προσποιοῦνται διὰ τὴν ἀσάφειαν] Cicero II. de Finibus: *Nam Pyrrho, Ariſto, Herillus, jam diu abjecti.* & lib. IV. *Jam exploſa, ejectaque ſententia Pyrrhonis, Ariſtonis, Herilli.*

Αἵρεσιν δὲ λέγομεν, φασὶ, τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν, ἢ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν] Poſt ἀκολουθοῦσαν, addendam vocem ἀγωγὴν è Sexto Empirico rectè monuit Caſaubonus. Abeſt quoque à Suida; qui totum hunc locum Laërtianum exſcripſit in αἵρεσις. Galenus libro περὶ ἀρίστης αἱρέσεως ad Thraſybulum, in Theorematis, ex quibus Secta inſtituitur, tria requirit: primùm, ut ſit ἀληθές· deinde, χρήσιμον, poſtremò, ἀκόλουθον ταῖς ὑποτεθείσαις ἀρχαῖς. Unde ibidem definit theorema, τὸ κατ' ἀκολουθίαν τῶν φαινομένων τῷ λογισμῷ εὑρεθὲν καὶ καθολικῶς ἐξενεχθέν.

Πρόσκλισιν ἐν δόγμασιν] Ita etiam Suidas: nam quod habet πρόκλισιν, error eſt Librarii. Sed hîc legendum πρόσκλισιν δόγμασι, ut apud Sextum Empiricum & Clementem Alexandrinum legitur. abeſt quoque vox ἐν in MS uno Laërtiano Regiæ Bibliothecæ: ubi pro δόγμασιν, legitur νοήμασιν.

21 Ἐκλεκτικὴ] *Electivam* vertunt Lipſius & Voſſius. Eam ſectam probaſſe videtur Clemens Alexandrinus. Φιλοσοφίαν δὲ λέγω, inquit ille Stromat. lib. I. οὔτε τὴν Στωϊκὴν, οὐδὲ τὴν Πλατωνικὴν, ἢ τὴν Ἐπικουρείου τε καὶ Ἀριστοτελικὴν, ἀλλὰ ὅσα εἴρηται παρ' ἑκάστῃ τῶν αἱρέσεων τούτων, καλῶς δικαιοσύνην μετὰ εὐσεβοῦς ἐπιστήμης ἐκδιδάσκοντα, τοῦτο σύμπαν τὸ ἐκλεκτικὸν, φιλοσοφίαν φημί. Τὸ ἐκλεκτικὸν vocat Clemens, quod Laërtius ἐκλεκτικὴν appellavit. Auctor libri, qui *Introductio*, vel *Medicus* inſcribitur, quique Galeno adſcribitur, mentionem facit quorumdam Medicorum, quos Ἐκλεκτοὺς vocat: ἐγένοντο δέ τινες, καὶ Ἐπισυνθετικοὶ, ὡς Λεωνίδης ὁ Ἀλεξανδρεύς. καὶ Ἐκλεκτοὶ, ὡς Ἀρχιγένης ὁ Ἀπαμεὺς, τῆς Συρίας. Sed ibi legendum Ἐκλεκτικοί. Hos autem Ἐκλεκτικοὺς, *Miſcelliones* Latini appellârunt. Feſtus: *Miſcelliones appellantur, qui non certæ ſunt ſententiæ, ſed variorum mixtorumque judiciorum.* Galenus περὶ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ παθῶν τῆς ψυχῆς, ſe monitum fuiſſe à parente refert, ne cui ſe Sectæ addiceret, ſed omnes diſcens, ac judicans de omnibus, laudem quæreret: quod ſe feciſſe alibi gloriatur. Etiam Quintilianus libro III. capite 1. *Neque enim me cujuſquam ſectæ, velut quadam ſuperſtitione imbutus, addixi.*

Ποταμῶνος Ἀλεξανδρέως] De eo Suidas: Ποταμὼν, Ἀλεξανδρεὺς, φιλόσοφος, ἐγεγονὼς πρὸ Αὐγούστου, καὶ μετ' αὐτόν· ἔστιν αὐτοῦ εἰς τὰς Πλάτωνος πολιτείας ὑπομνήματα. Mirum de Secta ἐκλεκτικῇ mentionem

hoc loco non feciſſe Suidam: neque de libro quem στοιχείωσιν Potamon inſcripſerat, & de quo hîc Laërtius. Eſt verò στοιχείωσις, διατύπωσις vel πρώτη μάθησις, ut rectè Heſychius interpretatur. Utinam autem exſtarent libri illi Potamonis, in quibus ex ſingulis Sectis, quæ ſibi placuerant, ſelegerat: *Nullius addictus jurare in verba Magiſtri*, quod de ſe Horatius uſurpavit. Videndus Caſaubonus, Diatribâ primâ in Dionem Chryſoſt. Videtur autem Potamon ille Alexandrinus, τῆς ἐκλεκτικῆς φιλοσοφίας auctor, Dionis, & paucorum ſimilium, exemplo motus, eam philoſophandi viam inſtituiſſe, quæ Sapientiæ Candidatos neceſſitate alieno arbitrio ſerviendi ſolutos, in libertatem aſſereret.

Κριτήρια τῆς ἀληθείας εἶναι, &c.] Trifariam κριτήρων τῆς ἀληθείας dici poſſe ſcribit Sextus Empiricus, Pyrrh. Hypotyp. lib. II. cap. 3. quod eſt de Criterio: λέγοιτ' ἂν τριχῶς, τὸ ὑφ' οὗ, καὶ τὸ δι' οὗ, καὶ τὸ καθ' ὅ. οἷον, ὑφ' οὗ μὲν, ἄνθρωπος· δι' οὗ δὲ, ἤτοι αἴσθησις ἢ διάνοια· καθ' ὃ δὲ, ἡ προβολὴ τῆς φαντασίας, καθ' ἣν ὁ ἄνθρωπος ἐπιβάλλει κρίνειν διά τινος τῶν προειρημένων. An autem ſit κριτήριον τῆς ἀληθείας, diſſerit capite ſequenti. De Criterio, multa Galenus adverſus Favorinum, libro περὶ ἀρίστης διδασκαλίας.

Ἀρχάς τε τῶν ὅλων, τήν τε ὕλην καὶ τὸ ποιόν, &c.] Locus obſcurus. Apud Suidam, in αἵρεσις, legitur, ἀρχάς τε τῶν ὅλων τήν τε ὕλην καὶ τὸ ποιοῦν, ποιησίν τε καὶ τόπον. ἐξ οὗ γὰρ, καὶ ὑφ' οὗ, καὶ ποίῳ, καὶ ἐν ᾧ. Pro καὶ ποίῳ, in editione Frobeniana & Stephanica, & in tribus MSS. Regis legitur καὶ ποῦ. Caſaubonus emendabat τήν τε ὕλην κατὰ τὸ ποιοῦν. Legendum videtur, ἀρχάς τε τῶν ὅλων, τήν τε ὕλην καὶ τὸ ποιοῦν, ποιότητά τε καὶ τόπον· ἐξ οὗ γὰρ, καὶ ὑφ' οὗ, καὶ ποίῳ, καὶ ἐν ᾧ: neque enim veriſimile eſt; immo abſurdum eſſet; inter principia rerum non eſſe factam mentionem cauſſæ efficientis. quin ea quæ ſequuntur, τὸ ποιοῦν legendum eſſe indicant: addit enim Laërtius, principia illa rerum exponens, ἐξ οὗ γὰρ, καὶ ὑφ' οὗ, καὶ ποίῳ, καὶ ἐν ᾧ. τῷ ὕλην reſpondet τὸ ἐξ οὗ, materia quippe dicitur id ex quo: jam verò ὑφ' οὗ aliò referri non poteſt quàm ad τὸ ποιοῦν, id eſt, ad cauſam efficientem; eo enim loquendi modo utitur Ariſtoteles in demonſtranda cauſſa efficiente. Ita Phyſicorum libro & capite tertio, ubi de motu diſſerit: ἐντελέχεια γάρ ἐστι τούτου (ſupple κινητοῦ) καὶ ὑπὸ τοῦ κινητικοῦ. & poſteà, ubi de actione loquitur: καὶ τὸ τοῦδε ὑπὸ τοῦδε ἐνέργειαν εἶναι. neque τὸ ποιὸν dici poſſet ὑφ' οὗ. Vox autem ποιότητα, cùm voci καὶ ποίῳ reſpondeat, pro agendi modo, ſive qualitate, poſita videtur. Sanè veteribus Philoſophis, qui formam ſubſtantialem ignorabant, ποιότητες pro principiis habebantur, ut pluribus locis teſtatur Ariſtoteles: maximè verò, libro primo de generatione & corruptione. Quin & pro elementis acceptas fuiſſe teſtatur Galenus Commentario in librum I. Hippocratis περὶ φύσεως ἀνθρώπου.

AD LIBRUM I.

THALES.

Πατρὸς μὲν Ἐξαμίου] Examii filius dicitur quoque Stephano in Μίλητος. Hieronymo in Chronico Euſebii; & Cyrillo libro I. contra Julianum. 22

Μητρὸς δὲ Κλεοβουλίνης] Alia eſt Cleobulina illa, Thaletis mater, à Cleobulina filia Cleobuli, de qua infrà in Cleobulo.

Ἐκ τῶν Θηλιδῶν, οἵ εἰσι Φοίνικες] Euſebius de Præparat. Evangel. lib. x. cap. 4. nonnullos exiſtimare ait Thalem fuiſſe Phœnicem. Sed & Clemens Stromat. I. ἀλλὰ καὶ Θαλῆς, ὡς Λέανδρος καὶ Ἡρόδοτος ἱστοροῦσι, Φοινὶξ ἦν· ὡς δέ τινες ὑπειλήφασι, Μιλήσιος. Locus Herodoti eſt in Clio: cujus hæc ſunt verba, αὕτη γνώμη Θαλέω ἀνδρὸς Μιλησίου ἐγένετο, ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοινικος. adque hunc locum Herodoti reſpexit Hyginus in Poëtico Aſtronomico: ubi, de minore Arcto diſſerens, ait, *Thales enim qui diligenter de his rebus exquiſivit, & hanc primus* Arctον *appellavit, natione fuit Phœnix, ut Herodotus Mileſius dicit.* quare accedo doctiſſimi viri & de literis optimè meriti Gerardi Johannis Voſſii ſententiæ, exiſtimantis *Mileſii* cognomen, turbato ſcripturæ ductu, in alienum locum commigraſſe, & ſcripſiſſe Hyginum. *Thales enim Mileſius*, &c. Fuit ergo Thales ortus Mileti, ſed è Phœnicia oriundus.

Καὶ πρῶτος Σοφὸς ὠνομάσθη] Πρῶτον Σοφιστὴν dictum fuiſſe Solonem, ait Iſocrates Oratione περὶ ἀντιδόσεως, loco ſuprà allato.

Καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ Σοφοὶ ἐκλήθησαν] De his VII. Sapientibus Domitius Calderinus hæc Statii Papinii lib. v. Epicedio in Patrem, accipiebat.

--- quoſque orbe ſub omni
Ardua ſeptenâ numerat Sapientia famâ.

Sed omnino accipienda ſunt, quod jam Viri docti obſervarunt, de VII. illis Tragicis, qui temporibus Ptolemæi Philadelphi vixere, & quos *Pleiada* vocavere, quia in re Tragica elucebant, veluti Stellæ illæ in Pleiadis ſidere.

Ὅτε ἦλθε σὺν Νειλέῳ ἐκπεσόντι Φοινίκης] Neleum, Codri filium conditorem Mileti, pulſum fuiſſe Phœnicià Scriptorum dixit nemo. Quare Jacobus Palmerius Grentemenilius, vir Græcæ hiſtoriæ peritiſſimus, meritò hunc Laërtii locum mendoſum eſſe exiſtimabat, & pro φοινίκης legendum Ἀττικῆς. Neleus Atticâ exceſſit; non quidem vi pulſus, ſed voluntarius exul. Teſtis Callimachus hymno in Dianam:

Πότνια, πουλυμέλαθρε, πολύπτολι χαῖρε, Χιτώνη,
Μιλήτῳ ἐπίδημε. σὲ γὰρ ποιήσατο Νειλεὺς
Ἡγεμόνην, ὅτε νηυσὶν ἀνήγετο Κεκροπίηθεν.

Id eſt, *Veneranda, quæ multas domus & multas urbes poſſides, ſalve, Chitone, quæ Miletum inhabitas: Nam te Neleus ducem fecit, quando navibus advectus eſt ex Attica.* Teſtis & Pauſanias in Achaicis: ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον Μέδων καὶ Νειλεὺς πρεσβύτατοι τῶν Κόδρου παίδων ἐστασίασαν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, καὶ οὐκ ἔφασκεν ὁ Νειλεὺς ἀνέξεσθαι βασιλευόμενος ὑπὸ τοῦ

Μέδοντος, ὅτι ὁ Μέδων τὸν ἕτερον ἦν τῶν ποδῶν χωλός. δόξαν δὲ σφισιν ἀνενεγκεῖν εἰς τὸ χρηστήριον, τὸ ἐν Δελφοῖς, δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία τὴν βασιλείαν τῶν Ἀθηναίων. οὕτω δὴ ὁ Νειλεὺς καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Κόδρου παίδων ἐς ἀποικίαν ἀπεστάλησαν. *annis verò paucis poſtea Medon & Neleus, majores natu filiorum Codri, de principatu contenderunt. Et ajebat Neleus ſe non paſſurum eſſe ſub imperio Medontis, eo quòd Medon erat altero pede claudus. Cùm verò iis viſum fuiſſet ſuper eo judicium deferre Oraculo Delphico, Pythia regnum dedit Medonti: & ſic Neleus, & ceteri Codri filii, miſſi ſunt in Coloniam.* Adde & Ælianum Var. Hiſtor. VIII, 5. ὅτι Νειλεὺς ὁ Κόδρου τῆς βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, διὰ τὸ τὴν Πυθίαν Μέδοντι τὴν ἀρχὴν περιάψαι, εἰς ἀποικίαν στελλόμενος (ſic legendum, non στελλομένῳ.) *Quod Neleus, Codri filius, regno privatus reliquit Athenas, eo quòd Pythia Medonti principatum tribuerat, in coloniam miſſus.* Fabrum vide ad hunc Æliani locum. Errorem manaſſe conjiciebat idem Palmerius, quòd; quia ſuprà eodem pæne loco, dixerat Laërtius ἐκ τῶν Θηλυδῶν, οἱ εἰσι Φοίνικες, vox Φοινίκης Librarii memoriæ ultro ſe obtuliſſet. Vidit hunc errorem Caſaubonus, & emendare tentavit; legendo ἐκπεσὼν τῆς Φοινίκης. Sed mutavit errorem, non emendavit: quamvis enim fuerit Thales ἀνέκαθεν Phœnix, utpote ex Thelidis originem ducens; qui genus ſuum ad Cadmum referebant; ut nos docet Herodotus lib. I. & Diogenes hoc loco; non ideo de eo poſſit quis dicere ἐκπεσὼν τῆς φοινίκης· quippe ἐκπίπτειν non de eo dicitur qui originem traxit à quadam regione, verùm de eo qui mutavit lares, & exul factus eſt.

23 Τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας] Themiſtius Oratione XV. Θαλῆς δὲ ὕστερον φύσεώς τε ἥψατο πρῶτος, καὶ ἀνέβλεψεν εἰς τὸν οὐρανὸν, &c. Ceterùm H. Stephanus in Præfatione ad Laërtium, hîc, pro ἐγένετο, reponebat ἐγεύετο, cui lectioni favere videtur locus Themiſtii: nihil tamen muto.

Καὶ κατά τινας μὲν σύγγραμμα κατέλιπεν οὐδέν] Hos inter eſt Themiſtius: cujus hæc ſunt verba, loco laudato: Θαλῆς μὲν δὴ τοσαῦτα εἰσενεγκάμενος, οὐ κατέθετο ὅμως εἰς συγγραφὴν τὰ εὑρήματα.

Φώκου λέγεται εἶναι τοῦ Σαμίου] Phocum illum Samium non memini alibi me legere. Quis eſſet, ſciremus ex Eudemi Aſtrologorum Hiſtoria, de qua mox Laërtius, ſi hodie exſtaret: atque utinam exſtaret. Phoci cujuſdam meminit Plutarchus in Solone, ad quem Solon Carmen ſcripſit de tyrannide ſibi à populo oblata; qui fortaſſe non alius à Samio illo.

Εὑρετὴν τῆς ἄρκτου τῆς μικρᾶς] Id ipſum teſtatur & Theon ad Arati Phænomena: περὶ τὸν βόρειον πόλον ἄρκτοι ἅμα τροχόωσιν, ἤγουν τρέχουσι. διὰ γὰρ τοῦτο ἅμαξαι ὠνομάσθησαν· δύτται δὲ εἰσιν· τὴν μὲν Ναύπλιος εὗρε· τὴν δὲ δευτέραν, τὴν ἐλάσσονα, Θαλῆς ὁ σοφός. & Vetus Scholiaſtes Homeri (falſò Didymum appellant) ad Iliad. II. ψ. 487. Ἄρκτοι δύο δείκνυνται ἐν τῷ βορείῳ κλίματι. αὕτη τε ἡ μεγάλη, ἡ καλουμένη καὶ ἅμαξα, διὰ τὸ εἰς ἁμάξης τύπον κατηστερίσθαι, καὶ ἐγγὺς ἐκείνης ἡ μικρὰ, ἡ Κυνόσουρα καλουμένη, διὰ τὸ ὡς κυνὸς ἔχειν ἀνακεκλασμένην τὴν οὐράν· ἧς Ὅμηρος οὐ μέμνηται, ὡς ὕστερον εὑρεθείσης ὑπὸ Θαλοῦ τοῦ Μιλησίου, ἑνὸς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν. ac propterea *Phœnicen* appellatum vult Hyginus, in Poëtico Aſtronomico. *Incidit etiam*, inquit, *compluribus erratio, quibus de cauſis minor Arctos* Phœnice *appelletur: & illi qui hanc obſervent: veriùs & diligentiùs navigare dicantur: & quare ſi hæc ſit certior quàm major, non omnes hanc obſervent; qui non intelligere videntur de qua hiſtoria ſit profecta ratio, ut* Phœnice *appelletur. Thales enim, qui diligenter de his rebus exquiſivit, & hanc primus* Arcton *appellavit, natione fuit Phœnix, ut Herodotus Mileſius dicit.* Scholiaſtes Germanici Cæſaris ad Aratæa Phænomena: *Porro Arctus minor à pluribus* Phœnice, *à Græcis* Arctophylax, *à nonnullis* Canis Cauda *vocatur.* Cæſar Germanicus Metaphraſim ſcripſerat in Arati Phænomena, quam falſò Julio Cæſari tribuit Suidas in Καῖσαρ Ἰούλιος. Ceterùm, in loco Hygini legendum cum Gerardo Voſſio, *Thales enim Mileſius, qui*, &c. *ut Herodotus dicit. Nationem* autem poſuit Hyginus pro *ortu*: non enim natus in Phœnicia Thales: ſed ex eâ oriundus. Videndus hîc Palmerius: qui Phœnices nautas ante Thaletis tempora uſos fuiſſe Cynoſurâ, contendit: & inde dictam *Phœnicen*. Optimè. Ovidius: *Quorum Cynoſura petatur Sidoniis, Helicen Graja carina notet.*

Ἐν τοῖς Ἰάμβοις] Scazontibus videlicet, ſeu Choliambis. Hujus libri non meminit Suidas, qui opera Callimachi recenſet. Ceterùm, hos verſus duobus auctiores citat Joſephus Scaliger ad Sphæram Manilii,

Ἔπλευσεν εἰς Μίλητον· ἦν γὰρ ἡ νίκη
Θάλητος, ὃς τάτ' ἄλλα δέξιος γνώμην,
Καὶ τῆς ἀμάξης, &c.

quos unde habuerit, necdum comperi

Τὰ ἄλλα κατάληπτα εἶναι δοκιμάσας] Caſaubonus hîc, & Scaliger de Emendat. Temp. lib. IV. de anno προηγήσεως ἰσημερινῆς, contrario ſenſu, ἀκατάληπτα reponunt: quod rudi illi ſæculo magis convenire exiſtimant. Utinam autem illi libri exſtarent jam tum primùm naſcentis Aſtrologiæ, inquit Scaliger dicto loco.

Δοκεῖ δὲ κατά τινας πρῶτος ἀστρολογῆσαι, καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπὰς προειπεῖν, ὥς φησιν Εὔδημος, &c.] Idem teſtatur & Clemens Stromat I. Θαλῆν δὲ Εὔδημος ἐν ταῖς ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις, τὴν γενομένην ἔκλειψιν τοῦ ἡλίου προειπεῖν φησι, καθ' οὓς χρόνους συνῆψαν μάχην πρὸς ἀλλήλους Μῆδοί τε καὶ Λυδοὶ, βασιλεύοντος Κυαξάρους μὲν, τοῦ Ἀστυάγους πατρὸς, Μήδων. Ἀλυάττου δὲ τοῦ Κροίσου, Λυδῶν· συμβάλλει δὲ αὐτῷ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ· εἰσὶ δὲ οἱ χρόνοι ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Verba Herodoti ſunt hæc: συμβολῆς γενομένης συνήνεικε ὥστε τῆς μάχης συνεστεώσης, τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι· τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύτην τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγόρευσε. Plinius quoque II. 12. *Apud Græcos autem inveſtigavit primus omnium Thales, Olympiadis* LVIII. *anno quarto, prædicto Solis defectu, qui Halyatte rege factus eſt, Urbis conditæ anno* CLXX. Et Themiſtius Orat. XV. καὶ προεφήτευσε

ἐν κοινῷ ἅπασι Μιλησίοις, ὅτι νυξὶ ἐγένετο ἐν ἡμέρᾳ, καὶ δύσεται ἅμα ὁ ἥλιος καὶ ὑποκεύσεται ἡ σελήνη. ὥστε ἀποτέμνεσθαι αὐγὴν καὶ τὰς ἀκτῖνας. Et Cicero 1. de Divinatione: *Idem primus defectionem Solis, quæ Aſtyage regnante facta eſt, prædixiſſe fertur.* Et Tzetzes Chiliad 2. 55. Ἐκλείψεις, περιόδους τε σελήνης εὗρε πρῶτος. Addendus & Appuleii locus inſignis Florid. IV. *Thales Mileſius ex* VII. *illis ſapientiâ memoratis viris facilè præcipuus: fuit enim Geometriæ penes Graios primus repertor, & naturæ rerum certiſſimus explorator, & aſtrorum peritiſſimus contemplator: maximas res parvis lineis reperit: temporum ambitus, ventorum flatus, ſtellarum meatus, tonitruum ſonora miracula, ſiderum obliqua curricula, Solis annua revertícula. idem Lunæ vel naſcentis incrementa, vel ſeneſcentis diſpendia, vel delinquentis obſtacula: idem ſanè jam proclivi ſenectute divinam rationem de Sole commentus eſt, quoties Sol magnitudine ſua circulum, quem permeat, metiatur.* Subjungit Appuleius: *Id à ſe recens inventum Thales memoratur edocuiſſe Mandraytum Prienenſem, qui novâ & inopinatâ cognitione impendio delectatus, optare juſſit quantam vellet mercedem ſibi pro tanto documento rependi. Satis, inquit, mihi fuerit mercedis, Thales ſapiens, ſi id quod à me didiciſti, cùm proferre ad quoſpiam cœperis, tibi non adſciveris, ſed ejus inventi me potiùs quàm alium repertorem prædicaveris. Pulchra merces prorſum, ac tali viro digna & perpetua: nam & in hodiernum, ac dehinc ſemper, Thali ea merces perſolvetur ab omnibus nobis, qui ejus cæleſtia ſtudia verè cognovimus.*

Ὡς φησιν Εὔδημος ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ] Clemens loco laudato: Θαλῆν δὲ Εὔδημος ἐν ταῖς ἀστρολογικαῖς ἱστορίαις, &c. Idem ex ejuſdem Eudemi Aſtrologica hiſtoria prodidit Theo Smyrnæus. At Proclus in IV. primi Euclidis teſtatur Thaleti hoc ab Eudemo tribui ἐν ταῖς γεωμετρικαῖς ἱστορίαις. Potuit idem utroque in opere dixiſſe, ait Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. 3. ubi eum vide.

Μαρτυρεῖ δ' αὐτῷ] Μαρτυρεῖ δ' αὐτὸ, ceteræ editiones, treſque MSS. Codices Regiæ Bibliothecæ. Utraque lectio recta eſt; ſed Aldobrandiniana magis arridet.

24 Ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτον εἰπεῖν ἀθανάτους τὰς ψυχάς] In his eſt Nemeſius, de Natura Hominis cap. 2. Θαλῆς μὲν γὰρ πρῶτος τὴν ψυχὴν ἔφησεν ἀεικίνητον καὶ αὐτοκίνητον. Id Ægyptiis tribuit Herodotus in Euterpe: Pauſanias Chaldæis atque Indorum Magis. Plurimi Pherecydi id tribuerunt. Vide nos infrà in Pherecyde.

Χοιρίλος ὁ ποιητής] De quo Chœrilo accipiendus ſit Laërtius, incertum eſt; nam tres aut quatuor ejus nominis Poëtæ fuerunt. Primus, Chœrilus Athenienſis, Tragicus, quem vixiſſe Olympiade LXIV. tradit Suidas: alter, Samius, ſive, ut alii volunt, Jaſſenſis; aut etiam Halicarnaſſenſis, qui carmine Athenienſium de Xerxe victoriam celebravit, pro cujus ſingulis verſibus aureum ſtaterem retulit, eodem Suida teſte, nec non Heſychio Mileſio: quin & decretum, ut ejus Poëma unà cum Homeri Poëmate recitaretur. Is in Macedonia apud Archelaum obiit. Ab eo Chœrilo alium eſſe illum quem Plutarchus refert cum Lyſandro ſemper fuiſſe, ut ejus res geſtas panderet, veriſimili conjectura exiſtimat Voſſius in Diſſertatione de Poëtis Græcis, cùm inter victoriam illam Athenienſium contra Xerxem, & Athenas à Lyſandro captas interſint Olympiades undeviginti. Fuit & alius Chœrilus temporibus Alexandri, de quo Horatius,

Gratus Alexandro Regi magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus & malè natis
Retulit acceptos regale numiſma Philippos.

Quod Athenienſes fecerunt, tribuit Horatius Alexandro. Sed fortaſſe; quæ conjectura eſt Turnebi; Chœrilus qui res Alexandri carmine complexus erat, ab Alexandro, Athenienſium factum imitante, ſingulis in verſum Philippeis aureis etiam donatus fuit. Ceterùm hîc pro Χοιρίλος editio princeps & Stephanica habent Χοίριλλος; & ita quoque apud Heſychium Mileſium, & Proclum ad Timæum Platonis: ſed Χοιρίλος cum unico λ ſcribendum videtur, ut & Horatius ſcripſit, & Flavius Joſephus lib. 1. contra Apionem.

Καὶ πρῶτος τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος τοῦ σεληναίου ἑπτακοσιοστὸν καὶ εἰκοστὸν μέρος ἀπεφήνατο] Recte Caſaubonus καὶ πρὸς τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος, τὸ τοῦ σεληναίου, &c. & ita vetus Interpres.

Καὶ τὴν ὑστέραν τοῦ μηνὸς τριακάδα εἶπε] Τριακὰς, ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνὸς, in Gloſſis Heſychii, & apud Suidam.

Πρῶτος δὲ καὶ περὶ φύσεως διελέχθη] Euſebii Chronicon: *Thales primus Phyſicus agnoſcitur.* Cyrillus contra Julianum lib. 1. τριακοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι Θαλῆς Μιλήσιος πρῶτος φυσικὸς φιλόσοφος γενέσθαι λέγεται. Simplicius in textum ſextum primi Phyſicorum Ariſtotelis: Θαλῆς δὲ πρῶτος παραδέδοται τὴν περὶ φύσεως ἱστορίαν τοῖς Ἕλλησιν ἐκφῆναι. Themiſtius loco ſupra laudato: Θαλῆς δὲ ὕστερον φύσεώς τε ἤψατο πρῶτος, &c. Alcmæonem Crotoniatam primum Phyſica ſcripſiſſe ſcribit Clemens Alexandrinus lib. 1. Στρωματέων. idem ſcribit & Laërtius, ex Favorino, in Vita Alcmæonis.

Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Ἵππίας φασὶν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀψύχοις μεταδιδόναι ψυχὰς, τεκμαιρόμενον ἐκ λίθου τῆς μαγνήτιδος καὶ τοῦ ἠλέκτρου] Locus Ariſtotelis eſt lib. 1. de anima cap. 2. ἔοικε δὲ καὶ Θαλῆς ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι, κινητικόν τι τὴν ψυχὴν ὑπολαμβάνειν, εἴπερ τὸν λίθον ἔφη ψυχὴν ἔχειν, ὅτι τὸν σίδηρον κινεῖ.

Παρά τε Αἰγυπτίων,] Subdit idem Laërtius Thalem Magiſtrum nullum habuiſſe, ſed in Ægyptum profectum cum Sacerdotibus Ægyptiis congreſſum fuiſſe. Clemens quoque Stromat. lib. 1. μόνος οὗτος δοκεῖ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων Προφήταις συμβεβληκέναι. Et poſtea: Θαλῆς δὲ, Φοινὶξ ὢν τὸ γένος, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων Προφήταις συμβεβληκέναι εἴρηται. Jamblichus in tractatu quem ad Nicomachi Geraſeni Arithmeticam ſcripſit, qui extat MS. in Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca: Θαλῆς μὲν μονάδων σύστημα ὡρίσατο, κατὰ τὸ Αἰγυπτιακὸν ἀρέσκον, ὅπουπερ καὶ ἐφιλομαθήσε. Loquitur de numeri definitione. Adde & Joſephum lib. 1. contra Apionem, & Euſebium de præpar. Evang. x. 4.

Γεωμετρεῖν] Apuleius Florid. IV. *Thales Mileſius Geometriæ penes Graios primus repertor.* Proclus cum Thalete jungit Ameriſtum, Steſichori poëtæ fratrem. Alii hanc gloriam tribuunt Mœridi & Pythagoræ: Vide Laërtium noſtrum in Pythagora.

Παμφίλη] Fuit genere Ægyptia, vel, ut alii volunt, Epidauria: ac præcipuè perutiles ſcripſit octo libros hiſtoriæ miſcellæ; quibus congeſſit quæ vel ex marito, vel ex viris eruditis qui mariti ædes frequentabant, audiiſſet, vel quæ ipſa obſervâſſet. Vide Photium tmemate VIII. & Suidam in Παμφίλη, & Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. II. cap. 7. Alia eſt Pamphila, Latoi filia, quæ primùm bombycia in Co inſula texuiſſe dicitur, ut eſt apud Ariſtotelem de Hiſtor. animal. libro V. cap. 19. & Plinium libro IV. cap. 12. & libro XI. cap. 22. ubi malè *in Ceo*, pro *in Co*: qui error eſt & in Solino. Vide tamen doctiſſimum Salmaſium in Plinianis Exercitationibus pag. 143. & ſequentibus. Ceterùm, apud Ariſtotelem, dicto loco, pro eo quod libri editi habent, Παμφίλη, Λατόου θυγάτηρ, manuſcripti exhibent, Παμφίλη, Πλάτεω θυγάτηρ.

25 Οἱ δὲ Πυθαγόραν φασὶν, ὧν ἐστιν Ἀπολλόδωρος ὁ Λογιστικός] In his eſt & Cicero de Natura Deorum lib. III. *Quanquam Pythagoras, cùm in Geometria quiddam novi invenisſet, Muſis bovem immolavisſe dicitur.*

Ἀπολλόδωρος ὁ Λογιστικός] Idem ab eodem Laërtio eadem in re teſtis adducitur infrà in Vita Pythagoræ. ὁ Λογιστικὸς, id eſt, *computator*. De differentia inter Λογιστικοὺς & Ἀριθμητικοὺς, videndus Theon Smyrnæus, & ad eum Scriptorem eruditiſſimus Bullialdus.

Εὕφορβον εὑρεῖν τὸν Φρύγα] Euphorbum illum Phrygem alibi me legere non memini.

Καὶ αὐτὸς δέ φησιν, ὡς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ, μονήρη αὐτὸν γεγονέναι] Hæc verba καὶ αὐτὸς δέ φησιν, corrupta eſſe, & nomen Scriptoris alicujus in mendo hîc cubare, rectè vidit Caſaubonus. Si conjecturæ indulgere licet, ſcripſiſſe puto Laërtium Κλεῖτος δέ φησιν, aut Κλύτος. Clitus, ſive Clytus, Philoſophus Peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus, patriâ Mileſius, de Mileto ſcripſerat. Athenæus lib. XII. Κλεῖτος δὲ ὁ Ἀριστοτελικὸς ἐν τοῖς περὶ Μιλήτου. Et lib. XIV. Κλύτος ὁ Μιλήσιος, Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μιλήτου. In his autem de Mileto libris, Clitum de Thalete, viro magni nominis, & cujus natalibus Miletus jure gloriabatur, non ſiluiſſe veroſimile eſt, & verum arbitror. Jam verò quàm proclivis fuerit error ex ΚΛΕΙΤΟΣ, aut ΚΛΥΤΟΣ, in ΚΑΙΑΥΤΟΣ, ex ductu literarum nemo non videt. Ceterùm, de eo ipſo Clito accipiendum crediderim Laërtium in Indice librorum Chryſippi, ubi Chryſippi librum περὶ δυνατῶν πρὸς Κλεῖτον recenſet.

Ὡς Ἡρακλείδης ἱστορεῖ] Accipio de Heraclide, Serapionis filio, cognomento *Lembo*, qui de Philoſophorum ſucceſſione ſcripſerat, & qui paſſim Diogeni noſtro memoratur.

26 Καὶ Κίβισσον υἱὸν ἔχειν] Κύβιστον apud Plutarchum in Solone, & in Numa. Κίδιστον MSS tres Reg. Biblioth. ſed in uno ſupra adnotatum Κίβισσον.

Οἱ δὲ ἄγαμον μεῖναι, τῆς δὲ ἀδελφῆς τὸν υἱὸν θέσθαι] Suidas in θετόν: θετόν. εἰσποίητον, οὐ γνήσιον. Θαλῆν τὸν φιλόσοφον μὴ γήμαντα τῆς ἀδελφῆς τὸν υἱὸν θέσθαι.

Διὰ φιλοτεκνίαν] Editio Baſileenſis, & vetus interpres, δι' ἀφιλοτεκνίαν. Videndus Caſaubonus & H. Stephanus.

Καὶ λέγουσιν ὅτι τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, &c.] Plutarchus Sympoſ. III. 6. καθάπερ οὖν Θαλῆς ὁ σοφὸς ὑπὸ τῆς μητρὸς ἐνοχλούμενος γῆμαι κελευούσης, πῶς ὑπεξέφυγε, παρήγαγε λόγῳ πρὸς τὴν ἐν ἀρχῇ μὲν, οὔπω καιρὸς, ὦ μῆτερ. εἶτα ἐπειδὴ παρήκμασεν ἐγκειμένης, οὐκέτι καιρός. Meminit & Stobæus Sermone 66. Θαλῆς τῇ μητρὶ γυναῖκα λαβεῖν δεομένῃ, οὔπω καιρὸς ἔλεγεν· εἶτα προβὰς, οὐκέτε καιρός.

Φησὶ δὲ καὶ ὁ Ῥόδιος Ἱερώνυμος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν σποράδην ὑπομνημάτων] Fuit Hieronymus Rhodius Philoſophiâ Peripateticus: atque inde eſt quòd Ἀριστοτέλους μαθητὴς dicitur Athenæo X. 6. non enim Ariſtotelis auditor eſſe potuit, cùm vixerit ætate Arceſilai & Timonis, Laërtio teſte. Scripſit inter alia, Hiſtorias: quod opus idem eſſe, ac τὰ σποράδην ὑπομνήματα, quæ hîc citat Laërtius, putat Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis. Ariſtoteles Politicorum I. cap. 11. ubi hoc idem narrat de Thalete: quod Hieronymus Rhodius, ait eſſe, ex iis quæ σποράδην dicuntur: ἔτι δὲ καὶ τὰ λεγόμενα σποράδην, δεῖ συλλέγειν· πάντα γὰρ ὠφέλιμα ταῦτ' ἐστὶ τοῖς τιμῶσι τὴν χρηματιστικήν· οἷον καὶ τὸ Θάλεω τοῦ Μιλησίου, &c.

Βουλόμενος δεῖξαι, ῥᾴδιον εἶναι πλουτεῖν, φορᾶς μελλούσης ἐλαιῶν ἔσεσθαι προνοήσας, ἐμισθώσατο τὰ ἐλαιουργεῖα] Ἐλαιουργεῖα, non ſunt olearia officinæ, ut ea Aldobrandinus interpretatur, ſed trapeta, ſive torcularia premendo oleo. Veteres Gloſſæ: *trapetum*, ἐλαιῶν μύλος, ἐλαιουργεῖον. Eadem voce utitur & Ariſtoteles Politicorum lib. I. cap. 11. ubi idem narrat de Thalete: ὀνειδιζόντων γὰρ αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν, ὡς ἀνωφελοῦς τῆς φιλοσοφίας οὔσης, καταναήσαντά φασιν αὐτὸν ἐλαιῶν φορὰν ἐσομένην ἐκ τῆς ἀστρολογίας, ἔτι χειμῶνος ὄντος, εὐπορήσαντα χρημάτων ὀλίγων ἀρραβῶνας διαδοῦναι τῶν ἐλαιουργείων, τῶν τ' ἐν Μιλήτῳ καὶ Χίῳ πάντων, ὀλίγου μισθωσαμένου, ἄτ' οὐθενὸς ἐπιβάλλοντος. ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς ἦκε, πολλῶν ζητουμένων ἅμα καὶ ἐξαίφνης, ἐκμισθοῦντα ὃν τρόπον ἠβούλετο, πολλὰ χρήματα συλλέξαντος, ἐπιδεῖξαι ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι πλουτεῖν τοῖς φιλοσόφοις ἂν βούλωνται, ἀλλ' οὐ τοῦτ' ἔστι περὶ ὃ σπουδάζουσι. Cicero lib. I. de Divinatione, non olearia trapeta, ſed omnem oleam Thaletem coëmiſſe ait. Verba ejus ſunt: *Non plus quàm Mileſium Thalem: qui, ut objurgatores ſuos convinceret, oſtenderetque etiam Philoſophum, ſi ei commodum eſſet, pecuniam facere poſſe, omnem oleam, antequam florere cœpiſſet, in agro Mileſio coëmiſſe dicitur.* Plinius non omnem oleam, ſed omne oleum ait: qui etiam hoc inventum acutum ad pecuniam parandam, non Thaleti, verùm Democrito tribuit, his verbis, lib. XVIII. cap. 28. *Ferunt Democritum, qui primus intellexit oſtenditque cum terris cæli ſocietatem, ſpernentibus hanc curam ejus opulentiſſimis civium, prævisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, quâ dixi-*

mus ratione, oſtendemuſque jam plenius, magna tum vilitate propter ſpem olivæ, coëmiſſe in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietem doctrinarum ei ſciebant inprimis cordi eſſe. atque ut apparuit cauſa, & ingens divitiarum curſus, reſtituiſſe mercem anxiæ & avidæ dominorum pœnitentiæ, contentum ita probaſſe opes ſibi in facili, cùm vellet, fore.

27 Ἀρχὴν δὲ τῶν πάντων ὕδωρ ὑπεστήσατο] Cicero de Natura Deorum lib. I. *Thales enim Mileſius, qui primus de talibus rebus quæſivit, aquam dixit eſſe initium rerum: Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret.* & lib. v. Academ. Quæſt. *Princeps Thales unus è Septem, cui ſex reliquos conceſſiſſe primas ferunt, ex aqua dixit conſtare omnia.* Tertullianus libro I. adverſus Marcionem: *Ut ergo aliquid & de iſto hujus mundi indigno loquar; cui & apud Græcos ornamenti & cultus, non ſordium nomen eſt, indignas videlicet ſubſtantias ipſi illi Sapientiæ profeſſores, de quorum ingeniis omnis hæreſis animatur, Deos pronuntiaverunt: Ut Thales aquam, ut Heraclitus ignem, ut Anaximenes aërem & ætherem, ut Plato ſidera, &c.* Eam autem Thaletis opinionem egregiè, ut omnia, explicat Ariſtoteles Metaphyſicorum lib. I. cap. 3. ἀλλὰ Θαλῆς μὲν ὁ τῆς τοιαύτης ἀρχηγὸς φιλοσοφίας, ὕδωρ φησὶν εἶναι (ἀρχὴν ſupple)· διὸ καὶ τὴν γῆν ἐφ' ὕδατος ἀπεφήνατο εἶναι, λαβὼν ἴσως τὴν ὑπόληψιν ταύτην ἐκ τοῦ πάντων ὁρᾶν τὴν τροφὴν ὑγρὰν οὖσαν, καὶ αὐτὸ τὸ θερμὸν ἐκ τούτου γιγνόμενον, καὶ τὸ ζῷον τούτῳ ζῶν· τὸ δ' ἐξ οὗ γίγνεταί τι, τοῦτ' ἔστιν ἀρχὴ πάντων· διά τε δὴ τοῦτο τὴν ὑπόληψιν λαβὼν ταύτην, καὶ διὰ τὸ πάντων τὰ σπέρματα τὴν φύσιν ὑγρὰν ἔχειν· τὸ δ' ὕδωρ ἀρχὴ φύσεως ἐστι τοῖς ὑγροῖς. εἰσὶ δὲ τινες, οἳ καὶ τοὺς παμπαλαίους, καὶ πολὺ πρὸ τῆς νῦν γενέσεως καὶ πρώτους θεολογήσαντας οὕτως οἴονται περὶ τῆς φύσεως διαλαβεῖν. Ὠκεανόν τε γὰρ καὶ Τηθὺν ἐποίησαν τῆς γενέσεως πατέρας, καὶ τὸν ὅρκον τῶν θεῶν ὕδωρ, τὴν καλουμένην ὑπ' αὐτῶν Στύγα τῶν ποιητῶν, &c. Explicat & Plutarchus de Placitis Philoſophorum; ubi eum vide. Vide & Scaligerum in Exercitationibus ad Cardanum. Ceterùm, hanc Thaletis de aqua ſententiam, ipſiuſmet verbis, ex libro ejus II. de Principiis, ſi Galeno fides, ſubſignabimus: Ita enim ille tractatu περὶ χυμῶν, quem Græcè manu ſcriptum; nam Latine ſolùm editus eſt, mecum communicavit, vir plenus officii & juvandis ſtudiis natus, Jacobus Mentelius, Patricius, Medicus Pariſienſis celeberrimus: τὸ μὲν οὖν μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα τὰ στοιχεῖα, ὡς γίνεσθαι τοὺς χυμούς, πολλοὶ τῶν Φυσικῶν συγκεχωρήκασι· καὶ τοῦτο μὲν διὰ τὴν ἐνάργειαν· Θαλῆς μὲν οὖν καίπερ ἐκ τοῦ ὕδατός φησι συνεστᾶναι πάντα· ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο βούλεται ἄμεινον δὲ καὶ αὐτοῦ τὴν ῥῆσιν προσθεῖναι, ἐκ τοῦ δευτέρου περὶ τῶν ἀρχῶν, ἔχουσαν ὧδε πως. Τὰ μὲν οὖν πολυθρύλλητα τέτταρα, ὧν τὸ πρῶτον εἶναι ὕδωρ φαμὲν, καὶ ὡσανεὶ μόνον στοιχεῖον τίθεμεν πρὸς σύγκρισιν, καὶ πήγνυσιν, καὶ σύστασιν τῶν ἐγκοσμίων, πρὸς ἄλληλα συγκεραίνυνται· πῶς δὲ, ἤδη λέλεκται ἡμῖν ἐν τῷ πρώτῳ. Sed libros illos περὶ τῶν ἀρχῶν Thaletis eſſe, credat alius, non ego; quis enim eorum præter Galenum meminit? Quin & Galenus ipſe ſectione 26. Commentarii primi in librum Hippocratis de Natura Humana, hanc Thaletis de aqua ſententiam in libris ejus negat inveniri. Verba Galeni hæc ſunt: εἰ γὰρ ὅτι Θαλῆς ἀπεφήνατο στοιχεῖον μόνον εἶναι τὸ ὕδωρ, ἐκ συγγράμματος αὐτοῦ δεικνύναι οὐκ ἔχομεν, ἀλλ' ὅμως ἅπασι καὶ τοῦτο πεπίστευται. Exiſtimabat idem Mentelius, Galenum ſcripſiſſe Commentarios in librum Hippocratis de Natura Humana ante Commentarios in librum περὶ χυμῶν, cùm necdum in libros Thaletis περὶ τῶν ἀρχῶν incidiſſet: quin enim Galeni eſſet tractatus ille in libros περὶ χυμῶν, nullus dubitabat. Porro ex ſupra allatis locis obſervare eſt, etiamnum Galeni tempore Thaletis ſcripta exſtitiſſe.

Καὶ τὸν κόσμον ἔμψυχον καὶ δαιμόνων πλήρη] Ariſtoteles de anima I. 8. καὶ ἐν τῷ ὅλῳ δέ τινες ψυχὴν μεμίχθαι φασὶν. ὅθεν ἴσως καὶ Θαλῆς ᾠήθη πάντα πλήρη θεῶν εἶναι. Cicero lib. II. de Legibus: *& quod Thales, qui ſapientiſſimus in ſeptem fuit, Homines exiſtimare oportere omnia quæ cernerentur, Deorum eſſe plena.*

Τάς τε ὥρας τοῦ ἐνιαυτοῦ φασὶν αὐτὸν εὑρεῖν] Id ipſum teſtatur & Apuleius loco ſupra allato.

Καὶ ἐκμετρῆσαί φασιν αὐτὸν τὰς πυραμίδας ἐκ τῆς σκιᾶς παρατηρήσαντα, ὅτε ἡμῖν ἰσομεγέθεις εἰσί] Legendum videtur, ὅτε ἡμῖν ἰσομεγέθης ἐστί. Plinius, ubi de Pyramidibus: *menſurum altitudinis earum, omniumque ſimilium deprehendere invenit Thales Mileſius, umbram metiendo, quâ horâ par eſſe corpori ſolet.* Plutarchus in convivio VII. Sapientum: ἐπεὶ σοῦ τε καὶ τἄλλα θαυμάζει, verba ſunt Niloxeni ad Thalem de Amaſi Ægypti Rege, καὶ τῆς πυραμίδος τὴν μέτρησιν ὑπερφυῶς ἠγάπησεν, ὅτι πᾶσης ἄνευ πραγματείας, καὶ μηδενὸς ὀργάνου δεηθεὶς, ἀλλὰ τὴν βακτηρίαν στήσας ἐπὶ τῷ πέρατι τῆς σκιᾶς, ἣν ἡ πυραμὶς ἐποίει, γενομένων τῇ ἐπαφῇ τῆς ἀκτῖνος δυοῖν τριγώνων, ἔδειξας, ὃν ἡ σκιὰ πρὸς τὴν σκιὰν λόγον εἶχε, τὴν πυραμίδα πρὸς τὴν βακτηρίαν ἔχουσαν. *Nam cùm te quoque ob alia quædam ſuſpicit, tum verò mirum in modum ei arridet, quòd pyramidis altitudinem abſque ullo labore aut inſtrumento dimenſus es: ſed ſcipione ad umbræ, quam jaciebat pyramis, finem erecto, ac tactu radiorum, duobus triangulis conſtitutis, demonſtraviſti altitudinem pyramidis ad ſcipionis altitudinem eâ eſſe proportione, quam umbra illius ad hujus umbram haberet.* Ferri tamen poteſt recepta lectio, atque eam tuetur Salmaſius in Plinianis Exercitationibus pag. 640. Magnitudinem pyramidum ſcilicet eam intellexit Laërtius, cui umbra corporis par eſt: atque ita Plinius loquitur lib. XXXVI. cap. 10. *Ei qui eſt in Campo,* ſermo eſt de obeliſco, *Divus Auguſtus addidit mirabilem uſum ad deprehendendas Solis umbras, dierumque ac Noctium magnitudines, ſtrato lapide ad obeliſci magnitudinem, cui par fieret umbra, Brumæ confectæ die, horâ ſextâ.*

Μινύης] Scriptor mihi ignotus. Μινύης nomen eſſe proprium, conſtat ex Apollonii Rhodii libro I. ejuſque 28
doctiſſimo Scholiaſte.

Βόλον ἀγοράσαι] *Factum* etiam vocat Valerius Maximus. lib. IV. cap. I. eamdem hiſtoriam referens. *A Piſcatoribus,* inquit, *in Mileſia regione verriculum tra-*

trahentibus, quidam jactum emerat. extractâ deinde magni ponderis aureâ mensâ Delphicâ, orta controverſia eſt: illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunam tractus ſe emiſſe dicente; quâ conditione, propter novitatem rei, & magnitudinem pecuniæ, ad univerſum ejus civitatis populum delatâ, placuit Apollinem Delphicum conſuli, cuinam adjudicari menſa deberet. Deus reſpondit illi eſſe dandam, qui ſapientiâ ceteris præſtaret, his verbis,

Ὃς σοφίᾳ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδ' ἂν δῶ.

Tum Mileſii conſenſu Thaleti menſam dederunt: ille ceſſit eam Bianti, Bias Pittaco: is protinus alii, deinceps que per omnium Sapientium orbem. ad ultimum ad Solonem pervenit, qui & titulum ampliſſimæ ſapientiæ, & præmium ad ipſum Apollinem tranſtulit. Eam Hiſtoriam narrat & Plutarchus in Solone, ubi de VII. Sapientibus: Ἔτι δὲ μᾶλλον εἰς ἀξίωμα καὶ δόξαν αὐτοὺς κατέστησεν ἡ τοῦ τρίποδος περίοδος, καὶ διὰ πάντων ἀνακύκλησις καὶ ἀνθύπειξις, μετ' εὐμενείας φιλοτίμου γινομένη. Κῴων γὰρ, ὥς φασι, καταγόντων σαγήνην, καὶ ξένων ἐκ Μιλήτου πριαμένων τὸν βόλον οὔπω φανερὸν ὄντα, χρυσοῦς ἐφάνη τρίπους ἑλκόμενος, ὃν λέγουσιν Ἑλένην πλέουσαν ἐκ Τροίας αὐτόθι καθεῖναι, χρησμοῦ τινὸς ἀναμνησθεῖσαν παλαιοῦ γενομένης δὲ τοῖς ξένοις πρῶτον ἀντιλογίας πρὸς τοὺς ἁλιέας περὶ τοῦ τρίποδος, εἶτα τῶν πόλεων ἀναδεξαμένων τὴν διαφορὰν ἄχρι πολέμου προελθοῦσαν, ἀνεῖλεν ἀμφοτέροις ἡ Πυθία, τῷ σοφωτάτῳ τὸν τρίποδα ἀποδοῦναι. καὶ πρῶτον μὲν ἀπέστελλε πρὸς Θαλῆν εἰς Μίλητον, ἐκουσίως Κῴων ἐνίων δωρουμένων ἐκεῖνο περὶ οὗ πρὸς ἅπαντας ὁμοῦ Μιλησίους ἐπολέμησαν. Θαλεῦ δὲ Βίαντα σοφώτερον ἀποφαίνοντος αὐτοῦ, πρὸς ἐκεῖνον ἦκεν· ἀπ' ἐκείνου δ' αὖθις ἀπέστελλε πρὸς ἄλλον ὡς σοφώτερον· εἶτα περιῶν, καὶ ἀναπεμπόμενος οὕτως, ἐπὶ Θαλῆν τὸ δεύτερον ἀφίκετο· καὶ τέλος εἰς Θήβας ἐκ Μιλήτου κομισθείς, τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι καθιερώθη. Θεόφραστος δὲ φησι πρῶτον μὲν εἰς Πριήνην Βίαντι τὸν τρίποδα πεμφθῆναι, δεύτερον δ' εἰς Μίλητον Θάλῃ, Βίαντος ὠποπέμψαντος· οὕτω δὲ διὰ πάντων, πάλιν εἰς Βίαντα περιελθεῖν, τέλος δὲ εἰς Δελφοὺς ἀποσταλῆναι. ταῦτα μὲν ὑπὸ πλειόνων τεθρύλληται, πλὴν ὅτι τὸ δῶρον ἀντὶ τοῦ τρίποδος οἱ μὲν φιάλην ὑπὸ Κροίσου πεμφθεῖσαν, οἱ δὲ ποτήριον Βαθυκλέους ἀπολιπόντος εἶναι λέγουσιν. Id eſt: *Majorem authoritatem iis & gloriam menſæ orbis, & per omnes circulus, mutuaque inter ipſos cum honorificâ modeſtiâ conceſſio conciliavit. Nam quum Coi, ut fama eſt, verriculum traherent, cujus jactum adhuc incertum hoſpites emerant Mileſii, auream menſam conſpexerunt extractam, quam fuiſſe ab Helenâ ajunt à Trojâ remeante, cùm veteris Oraculi reminiſceretur, dejectam. Concertatione de menſa inter hoſpites & piſcatores exortâ, excipientibus inde civitatibus contentionem, quæ in bellum uſque erupit, reſponſum utriſque ab oraculo Delphico eſt, ut ſapientiſſimo menſam donarent. Ita primum Miletum eſt ad Thalem miſſa, Cois uni illi id, de quo cum univerſis Mileſiis arma contulerant, ultro dono dantibus. Thale Biantem ſe ſapientiorem aſſerente, ad illum pervenit; ab illo rurſus ad alium miſſa eſt, tanquam ſapientiorem. Inde ita circulans & remiſſa, rediit iterum ad Thalem. Ad ultimum ex Mileto Thebas deportata, & Apollini Iſmenio eſt ſacrata. Theophraſtus auctor eſt Prienem eam primùm ad Biantem fuiſſe deſtinatam, deinde ad Thalem remittente eam Miletum Biante, ita ambitu omnium confecto rediiſſe ad Biantem, ad extremum Delphos deportatam. Hæc fama eſt à pleriſque vulgata, niſi quòd donum, pro menſa alii phialam à Cræſo miſſam, alii relictum ibi à Bathycle poculum prodant.* Meminit & Porphyrius Philoſophicæ Hiſtoriæ lib. I. apud Cyrillum lib. I. contra Julianum: Πορφύριος μὲν οὖν, ὁ πικρὸς καθ' ἡμῶν καταχέας λόγους, καὶ τῆς Χριστιανῶν θρησκείας μονονουχὶ κατορχούμενος, τοὺς ὠνομασμένους Σοφοὺς, τὸν ἀριθμὸν ὄντας ἑπτὰ, τὴν τοιάνδε κλῆσιν ἁρπάσαι φησὶν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. γράφει δὲ οὕτως ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς Φιλοσόφου Ἱστορίας. ἐννέα δὲ ὄντων ἑπτὰ κληθῆναι Σοφοὺς ἐξ αἰτίας τοιαύτης· ἁλιέως βόλον νεανίσκοις ἀποδομένου ἰχθύων, συνέβη χρυσοῦν τρίποδα ἐν τῷ βόλῳ εὑρεθῆναι· τοῦ δὲ ἁλιέως ἰχθῦς, ἀλλὰ μὴ τρίποδα πεπρακέναι λέγοντος, καὶ τῶν νεανίσκων εἰς τὴν αὐτῶν τύχην ἀναφερόντων τὴν εὕρεσιν, ἔδοξε τῷ Θεῷ τὴν κρίσιν ἐπιτρέψαι· τοῦ δὲ χρήσαντος διδόναι τὸν τρίποδα τῷ σοφῷ, Θάλητι πρώτῳ ὁ τρίπους προσηνέχθη, ὁ δὲ πρὸς Βίαντα ἀπέπεμψεν, ἐκεῖνον φάμενος εἶναι τὸν σοφέν· ὁ δὲ πρὸς ἕτερον πέμπει, κἀκεῖνος πρὸς ἄλλον, ἕως εἰς τοὺς ἑπτὰ τοῦ τρίποδος ἐκπεριαχθέντος, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντος ἐπὶ τὸν πρῶτον, ἐδόξεν ἀναθεῖναι τῷ Θεῷ· τοῦτον γὰρ εἶναι πάντων τὸν σοφώτατον. *Porphyrius ille qui amarulentis ſermonibus nos inſectatus, Religioni Chriſtianæ, tantùm non ſaltando illuſit, Septem illos vulgò dictos Sapientes hanc appellationem ex ejuſmodi cauſa traxiſſe ait; ſic enim in primo Philoſophicæ Hiſtoriæ libro ſcribit: Et cum novem eſſent, Septem vocatos eſſe Sapientes ex hac occaſione: Cùm Piſcator jactum retis Adoleſcentibus vendidiſſet, aureum tripodem in jactu inveniri contigit; verùm Piſcatore contendente piſces, non autem tripodem, ſe vendidiſſe, contra Adoleſcentibus tale repertum fortunæ ſuæ adſcribentibus, placuit ejus rei arbitrium Deo permittere, qui cùm Oraculum edidiſſet, dandum eſſe hunc tripodem Sapienti; primò Thaleti delatus eſt, qui ad Biantem illum remiſit, inquiens eum eſſe ſapientem; hic verò ad alium mittit; & rurſus ille ad alium, donec circumlatum ad Septem illos tripodem, atque ad primum veluti gyro reverſum, viſum eſt Deo conſecrare, utpote omnium ſapientiſſimo.* Adde & Ariſtophanis Scholiaſten ad hæc in Pluto, Ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου. Τινὲς δὲ, inquit, οὕτω φασὶ κτήσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα τὸν τρίποδα. Ἁλιεῖς ἐν Μιλήτῳ τινὲς μισθῷ βόλον ἔῤῥιπτον, ἵνα τὸ ἀναφερόμενον εἴη τοῦ ἀγοράσαντος τὸν βόλον. συμβέβηκε γοῦν ἀντὶ ἰχθύων τρίποδα χρυσοῦν περιλαβεῖν αὐτοὺς τῷ δικτύῳ· ἐφιλονείκουν οὖν περὶ αὐτοῦ. οἱ μὲν ἁλιεῖς ὡς ἰχθῦς πεπράκασιν, οὐ τρίποδα, οἱ δ' ἀγοράσαντες ἔλεγον, ὡς πᾶν τὸ ἀνιὸν, καὶ πᾶν ὅτι τύχοι ὠνήσαντο· οὕτως οὖν αὐτῶν φιλονεικούντων, ἔδοξεν ἐρωτῆσαι τὸν Ἀπόλλωνα. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοῖς ταῦτα,

Ἐγγονε Μιλήτου, τρίποδος πέρι, Φοίβον ἐρωτᾷς;
Ὃς σοφίᾳ πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδα δός.

πρεσβύτατον οὖν αὐτὸν τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς· ἕκαστος δὲ τούτων πυνθάνεσθαι σοφὸς εἶναι. διόπερ ἐγνώκασιν ὡς σο-

φωτέρῳ πάντων ἀναθεῖναι αὐτὸν τῷ Ἀπόλλωνι· ὅθεν φασὶν ἐσχηκέναι αὐτὸν τὸν τρίποδα. Meminit ejuſdem hiſtoriæ idem Scholiaſtes ad Equites, & Auſonius in Sapientibus.

Τίς σοφίη πάντων, &c.] Malim Ὃς σοφίη, ut apud Scholiaſten Ariſtophanis, nec non apud Valerium Maximum, apud quem malè ἂν δῶ pro αὐδῶ. Tamen Ariſtophanis Scholiaſtes:

Ὃς σοφίη πάντων πρῶτος, τούτῳ τρίποδα δός·

ubi, ut & apud Valerium Maximum, legebat Tanaquillus Faber, τριπόδην δός. τρίπους τριπόδης, ut Οἰδίπους Οἰδιπόδης. τρίποδ' ἂν δός, malebat magnus Bochartus.

Διδῶσιν] MSS. διδοῦσιν. rectè. Fruſtra quippe Phrynichus obſervabat, διδόασιν dicendum, non διδοῦσι. Callimachus, poëtarum Græcorum elegantiſſimus: Αἰεὶ γὰρ σμικροῖς σμικρὰ διδοῦσι θεοί.

Παρὰ Λεάνδρου λαβὼν τοῦ Μιλησίου] *Leander* & *Leandrius* promiſcuè Scriptor ille dicitur. patriâ Mileſius, de Mileto & Mileſiis commentarium ſcripſerat. Voſſium vide de Hiſtoricis Græcis lib. III.

Καταλιπεῖν καὶ ἐπισκῆψαι] Καταλιπεῖν, eſt *poſteris relinquere*; ἐπισκῆπτειν, *moriendo quippiam mandare.*

29 Εἰπὼν οὕτω, κατὰ τὸν Καλλίμαχον] Id eſt, *Sic dicens, juxta Callimachum, ut verſibus expreſſit Callimachus.* Ineptè Aldobrandinus, *qui eam Apollini Didymæo cum his verſibus ex Callimacho miſit.* Thalete poſterior multò Callimachus.

Μεδοῦντι] Μεδεῦντι meliùs MSS. tres Reg. Bibliothecæ, ceteræque editiones.

Τὸ δὲ πεζὸν οὕτως ἔχει] Vel inde apparet λόγον πεζὸν ſumi poſſe pro ſoluta oratione: de quo tamen videtur addubitare Franciſcus Vigerius in Idiotiſmis, vir alioquin Græcè doctiſſimus. eadem notione uſurpavit & Dionyſius Halicarnaſſeus in Præceptis Rhetoricis: οὐχ ἡ αὐτὴ μεταχείρησις ποιήσεώς τε, καὶ πεζοῦ λόγου, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς μέτροις οὕτωσὶ δὲ καὶ ἐννοήμασι διενήνοχε ταῦτα. Item Xiphilinus, ubi de Hadriano Imperatore: φύσει Φιλολόγος ἦν ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ, καί τινα πεζὰ, καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντοδαπὰ καταλέλοιπε. & Clemens Stromat. VI. τὰ δὲ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον, καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, Εὐμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι. Et Strabo, & Lucianus, & Ariſtides, & quis non?

Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ] Delphinii Apollinis meminit quidem Plutarchus in Theſeo, & in eo tractatu in quo agit, terreſtriane an aquatica animalia prudentiora ſint. Meminit & Pauſanias in Atticis, Pollux lib. VIII, 10. Lycophron & ejus Scholiaſtes, Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites, Scholiaſtes Pindari ad Nem. Odyſſ. v. & Etymologicus in ἐπὶ Δελφινίῳ. Sed hæc vox hîc locum habere non poteſt, cùm hæc Laërtii verba, τὸ δὲ πεζὸν οὕτως ἔχει Θαλῆς, &c. convenire debeant cum verſibus Callimachi, verſus autem Callimachi de Apolline Mileſio intelligendi ſint, non de Apolline Delphinio, qui Athenis colebatur.

Θαλῆς με τῷ μεδεῦντι Νειλέω δήμου, &c.
τῷ μεδεῦντι Νειλέω δήμου, hoc eſt, *Apollini Mileſio*; erant quippe Mileſii, Nelei populus: ut eſt apud Strabonem lib. XIV. Quare quin hic reſcribendum Ἀπόλλωνι Διδυμαίῳ, nullus dubito. Laërtius ipſe ſuprà: ὁ δὲ τῷ Διδυμαίῳ Ἀπόλλωνι ἀπέστειλεν. & infrà: ὁ δὲ μετὰ τὴν περίοδον τῷ Διδυμαίῳ τίθησιν Ἀπόλλωνι. Mileſius autem Apollo & Didymæus idem. Stephanus: Δίδυμα, οὐδέτερως· τόπος, καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διὶ καὶ Ἀπόλλωνι. Strabo dicto loco: μετὰ δὲ τὸ Ποσείδιον τὸ Μιλήσιον, ἑξῆς ἐστὶ τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος, τὸ ἐν Βραγχίδαις, &c. Adde & Pomponium Melam lib. I. cap. 17. *Poſt Baſilicum Ionia aliquot ſe ambagibus ſinuat: & primum à Poſideo promontorio flexum inchoans, cingit oraculum Apollinis, dictum olim Branchidæ, nunc Didymei: Miletum, urbem quondam Ioniæ totius belli pacisque artibus principem, patriam Thaletis Aſtrologi*, &c. Didymæi Apollinis præter Orpheum in Hymno, Origenem lib. I. contra Celſum, Ulpianum in Fragmentis tit. XX. & Marcianum Heracleotam, meminit Macrobius, qui & nominis rationem reddit. Oraculi Didymæi meminit quoque Parthenius in Eroticis. Ceterùm Plutarchus in Solone menſam illam quam Piſcatores extraxerunt, Apollini Iſmenio ſacratam ſcribit. Hæc adnotaveram, cùm vir elegantiſſimi ingenii, ſed & judicii acerrimi, Paulus Pelliſſonius, amicus meus ſingularis, monuit me hæc verba, τὸ δὲ πεζὸν οὕτως ἔχει· Θαλῆς, &c. à ſuperioribus dividi oportere, & cum ſequentibus καθά φησιν Ἔλευσις ἐν τῷ περὶ Ἀχιλλέως conjungenda eſſe, ac proinde nihil mutandum: de qua interpretatione ampliùs deliberandum cenſeo.

Ἔλευσις ἐν τῷ περὶ Ἀχιλλέως] De Scriptore illo alibi, quod ſciam, nulla mentio. An potiùs ſcripſerit Laërtius Ἐλεύσινος; Suidas: Ἐλεύσινος, ὄνομα κύριον. Legi poſſet & Ἐλεύσιος· quod item eſt nomen proprium. Nihil tamen muto: nam Ἔλευσις quoque nomen proprium eſt: & ita appellatur Heros ille qui Eleuſini populo nomen dedit. Pauſanias in Atticis: Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, &c. Et Harpocration in Ἐλευσίνια: ὠνομάσθη δὲ ἡ πόλις Ἔλευσις ἀπὸ Ἐλευσῖνος, τοῦ Ἑρμοῦ. Servius ad Georg. I. *Triptolemo regnum tradidit*, Cephalus ſcilicet, *qui accepto regno oppidum conſtituit, & ex patris nomine* Eleuſinem *appellavit. Eleuſinum* eum vocat Hyginus Fab. 275.

Ἀλέξων ὁ Μύνδιος ἐν ἕνατῳ μυθικῶν] Et hoc Scriptoris nomen alibi quoque non memini me legere. Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος citatur Plutarcho in Vita Marii; Artemidoro lib. I. cap. 69. & lib. II. cap. 71. Ptolemæo, Hephæſtionis filio, lib. II. περὶ τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας apud Photium CXC. Æliano de animalibus V. & Theocriti Scholiaſtæ ad Idyllium VII. & ita ſcripſiſſe Laërtium non dubitamus.

Εὔδοξος δ' ὁ Κνίδιος] Hujus Vitam ſcripſit Diogenes noſter.

Εὐάνθης ὁ Μιλήσιος] Neque hujus Scriptoris mentionem factam alibi comperi. Meminit quidem Euanthis Samii Plutarchus in Solone, & Euanthis Cyziceni B. Hieronymus lib. II. adverſus Jovinianum: ſed apud quem *Neanthes Cyzicenus* legendum rectè monet Jonſius.

30 Τοῦτον οἱ περὶ τὸν Εὔδοξον ἀντὶ Κλεοβούλου τιθέασι, Πλάτων δ' ἀντὶ Περιάνδρου] Hæc ſunt addititia; & in orâ libri à ſciolo ſcripta, qui infrà, in eadem Thaletis Vita, ubi de nominibus VII. Sapientum diſſeritur, legerat, Πλάτων δ' ἐν Πρωταγόρᾳ Μύσωνα ἀντὶ τοῦ Περιάνδρου.

Ἀνεῖπεν ὁ Πύθιος] Ἀνεῖλεν, malebat Caſaubonus ad Vitam Myſonis. Etiam Scholiaſtes Ariſtophanis: ἔδοξεν ἐρωτῆσαι τὸν Ἀπόλλωνα· ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὐτοῖς ταῦτα, Ἐκγονε Μιλήτου, &c. & Plutarchus: τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν τῷ σοφωτάτῳ τὸν τρίπουν ἀποδοῦναι. & Porphyrius: ἀνεῖλεν ἀμφοτέροις ἡ Πυθία, &c. Suidas quoque: ἀνεῖλεν, ἀντὶ τοῦ ἐμαντεύσατο. Vox eſt Ionum. Corinthus ἐν τῷ περὶ τῆς Ἰάδος διαλέκτου: καὶ τὸ μαντεύεσθαι, ἀνελεῖν.

Φιάλην ἀποσταλῆναι] De Phialâ illâ accipiendi verſus, quos è Phœnice Colophonio profert Athenæus lib. XI. Sunt autem iſti,

Θαλῆς γὰρ ὅστις ἀστέων ὀνήϊστος,
Καὶ τῶν τότ' ὡς λέγουσι πολλῶν ἀνθρώπων
Ἐὼν ἄριστος, ἔλαβε πελλίδα χρυσῆν.

Ibi quippe, ut Athenæus obſervat, vox πελλὶς pro *phiala* poſita eſt.

Δαίδακος δ' ὁ Πλατωνικὸς] Legendum videtur cum Caſaubono Δαΐμαχος δ' ὁ Πλατωνικὸς, vel Πλαταιεύς. Addit Caſaubonus, Daïmachi illius pleraque in ſuam hiſtoriam totidem verbis Ephorum tranſcripſiſſe: in quo vehementer fallitur: fuit enim Daïmacho multò antiquior Ephorus, ut docet Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. I. capite 12.

Καὶ Κλέαρχος] Accipio de Clearcho Solenſi: de quo ſupra. Scripſerat inter alia, librum περὶ βίων, ad quem, puto, reſpexit hîc Laërtius.

Ἄνδρων δ' ἐν τῷ Τρίποδι] Is eſt Andron Epheſius, alius ab Alexandrino qui Chronica ſcripſit: alius item ab Halicarnaſſenſi, Scriptore Epitomes Cognationum: & alius à Teïo qui periplum compoſuit: de quibus omnibus conſulendus Voſſius libro de Hiſtoricis Græcis. Libri illius, quem Τρίποδα Andron Epheſius inſcripſerat, meminit quoque Euſeb. lib. X. de Præpar. Evang. cap. τὰ Πλωτίνεια, ex Porphyrio quòd Græci ſint fures, & Clemens libro primo στρωματέων. Meminit & Suidas, & Michaël Apoſtolius: uterque in Σαμίων ὁ δῆμος. Andronem Epheſium inter VII. Sapientes Ariſtodemum numeraſſe, etiam teſtatur Scholiaſtes Pindari ad Odam II. Iſthmiorum: Σπαρτιάτην δὲ Ἀριστόδημον ἐν τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς ἀναγράφεται Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιος. ſcilicet ἐν τῷ Τρίποδι.

31 Μέμνηται τοῦ Ἀριστοδήμου καὶ Ἀλκαῖος, &c.] Scholiaſtes Pindari ad illa in Iſthmiacis Ode II.

Νῦν δὲ ἐφίητι τὼργείου φυλάξαι
Γῆμα, τᾶς ἀλαθείας ἄγχιστα βαῖνον,
Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ·

ὁ μέν τοι Πίνδαρος τὸ ὄνομα οὐ δεδήλωκεν· οὗτος οὖν ὁ Ἀριστόδημος Σπαρτιάτης ὢν, πένης γεγονὼς, καὶ συναπολέσας τὴν τῶν φίλων ἑταιρείαν, ἔφη, χρήματα, χρήματ' ἀνήρ· οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν, εἰ Σπαρτιάτην ὄντα τὸν Ἀριστόδημον, Ἀργεῖον ἔφη. ἔστι καὶ παρ' Ὁμήρῳ τὸ τοιοῦτον εὑρέσθαι· καὶ γὰρ Ἀργείην Ἑλένην φησί. καίτοιγε Λακεδαιμονία ἦν. Ἄλλως. Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ. τοῦτο ἀναγράφεται μὲν εἰς τὰς παροιμίας ὑπ' ἐνίων. Ἀτόφθεγμα δέ ἐστιν Ἀριστοδήμου, καθάπερ φησὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν· τοῦτον δὲ τὸν Ἀριστόδημον Πίνδαρος μὲν οὐ τίθησιν ἐξ ὀνόματος, ὡς δήλου ὄντος ὃς ἐστιν ὁ τοῦτο εἰπών· μόνον δὲ ἐσημειώσατο τὴν πατρίδα, ὅτι Ἀργεῖος. Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸ ὄνομα καὶ τὴν πατρίδα τίθησιν, οὐκ Ἄργος, ἀλλὰ Σπάρτην. Ὡς γὰρ δήποτε φασὶν Ἀριστόδημον ἐν Σπάρτᾳ λόγου οὐκ ἀπαλαμνον εἰπεῖν. Χρήματ' ἀνήρ· πενιχρὸς δὲ οὐδεὶς οὐ πέλετ' ἐσθλὸς, οὐδὲ τίμιος. Meminit & Zenobius Proverbiorum Centuriâ VI. numero 43. & Suidas in Χρήματ' ἀνὴρ, ubi hunc Laërtii locum exſcribit. Ceterùm apud Suidam ſcribendum videtur, Χρήματα, χρήματ' ἀνήρ· πενιχρὸς δ' ἔστ' οὐδέποτ' ἐσθλὸς, ut ſit verſus. Et hîc, Χρήματα, Χρήματ' ἀνήρ· πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλός.

Οὗ φασι] Vox οὗ abeſt à Stephani editionibus; neque eam agnoſcunt Suidas & Pindari Scholiaſtes. Sed agnoſcunt Membranæ omnes, & Frobeniana editio.

Φανόδικος] Meliùs fortè Φανόδημος. Is Antiquitates Atticas ſcripſerat, teſte Dionyſio Halicarnaſſenſi. Φανόδικος tamen etiam infra in vita Biantis.

Εἰς ἄστυ] Athenas.

Ἡφαιστότευκτον] Id eſt, *à Vulcano fabricatum.* 32 quâ voce uſus eſt & Sophocles in Philoctete:

Ὦ Λημνία χθὼν, καὶ τὸ παγκρατὲς σέλας
Ἡφαιστότευκτον.

Et Scholiaſtes Apollonii ad hunc verſum lib. II. Argonauticorum, & Scholiaſtes Ariſtophanis loco mox afferendo.

Ἀλλ' ὄγε χαλκείην πλαταγὴν ἐνὶ χερσὶ τινάσσων. πλαταγὴν ἐξυτόνως, &c. φασὶ δὲ αὐτὴν ἡφαιστότευκτον οὖσαν. & anonymus Scholiaſtes Homeri ad Iliad. Ψ. χ. 91. τὸν Ἡφαιστότευκτον ἀμφορέα. & alibi. utitur & Apollodorus lib. I. ubi de Orione: ἀλλὰ τῷ μὲν Ποσειδῶνι ἡφαιστότευκτον ὑπὸ γῆν κατεσκεύασεν οἶκον. Auctor Etymologici Magni: αἰγίς. τὸ τοῦ Διὸς ἡφαιστότευκτον ὅπλον. Similiter, ἡφαιστοτεύχεις δεῖπας in Heliadibus Æſchyli apud Athenæum XI. 15.

Καὶ δοθῆναι πρὸς τοῦ θεοῦ Πέλοπι γαμεῦντι] Peleo uxorem ducenti enſem dediſſe Vulcanum, ſcribit Scholiaſtes Pindari ad Pyth. Oden. III. τῷ μὲν γὰρ Πηλεῖ γαμοῦντι τὴν Θέτιν, ὁ Ποσειδῶν διὰ τὴν σωφροσύνην ἐδωρήσατο ἵππους· Ἥφαιστος δὲ μάχαιραν. Item Scholiaſtes Ariſtophanis ad illum è Nubibus verſum, in quo dicitur Peleus διὰ τὸ σωφρονεῖν λαβεῖν τὴν μάχαιραν. ὅτε ἀφῆκεν αὐτὸν Ἄκαστος μεταξὺ θηρίων, οἱ θεοὶ δεδώκασιν λαβεῖν διὰ σωφροσύνην ἡφαιστότευκτον μάχαιραν.

Ὑπὸ Ἀλεξάνδρου] Paride.

Λακαίνης] Helenâ. Propertius:

Ipſe Paris nudâ ſertur periiſſe Lacænâ.

De eo cratere intelligendus Apuleius in Apologia: *Nec Proteus faciem, nec Ulyſſes ſcrobem, nec Æolus follem, nec Helena craterem, nec Circe poculum, nec Venus cingulum.* Item Philoſtratus de Vitis Sophiſt. in Epiſtola ad Antoninum: τόδε φρόντισμα τοῦτο, ἄριστε ὑπάτων, καὶ τὰ ἄχθη σοι κουφιεῖ τῆς γνώμης, ὥσπερ ὁ κρατὴρ τῆς Ἑλένης τοῖς Αἰγυπτίοις φαρμάκοις. Ταμάσιον κρατῆρα vocat Lycophron in Caſſandra.

Nominis rationem reddit Euſtathius: τὴν μέν τοι ἐν Κύπρῳ τεμένην, Τάμασον ἀξιοῦσιν οἱ παλαιοὶ λέγεσθαι. ἀφ' ἧς καὶ ὁ Ταμάσιος κρατήρ.

Ὅτι περιμάχητος ἔστιν.] Eadem voce, de eadem loquens Helena, utitur Iſocrates in ejus laudatione: τῆς δὲ περίβλεπτον, καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησε. loquitur de Jove.

Γρίφον] Ita legendum, aut, quemadmodum habent MSS. duo, γρῖπον; non verò γρῦφον, ut habet Stephani editio.

Τίθησιν Ἀπόλλωνι] Τίθησιν, hoc eſt, ἀνατίθησιν.

33 Μερόπων] Id eſt, Coorum. Stephanus: Μέροψ. Τρίοπα παῖς, ἀφ' οὗ Μέροπες οἱ Κῷοι. Plin. v. 31. *Nobiliſſima autem in eo ſinu Cos, &c. Merope vocata.*

Τρίποδα χρύσειον] Æneum fuiſſe, ait infrà in Biante.

Ἕρμιππος δ' ἐν Βίοις] Is eſt Hermippus Smyrnæus, de quo ſuprà.

34 Ὑπὸ γραὸς, &c.] Socrates apud Platonem in Theæteto: ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδωρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ, Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δ' ἔμπροσθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας, λανθάνοι αὐτόν. Idem, & totidem verbis, legas apud Jamblichum in Protreptico cap. 14. Origenes quoque, in Philoſophicis necdum editis, quæ manuſcripta mecum communicavit Carolus Monchalius, Archiepiſcopus Toloſanus ὁ μακαρίτης: ἀποβλέπων πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἄνω ἐπιμελῶς κατανοῶν, εἰς φρέαρ ἐνέπεσεν, ὃν ἐγγελάσασά τις θεραπαινὶς, Θρᾷττα τοῦνομα, ἔφη τὰ ἐν οὐρανῷ προθυμούμενος ἰδεῖν, τὸ ἐν ποσὶν οὐκ οἶδεν. Terrullianus de Anima: *Sed enormis intentio Philoſophiæ ſolet plerumque nec proſpicere pro pedibus. Sic Thales in puteum.*

Οἰόνθ' ἑπτὰ Θάλητα σοφῶν σοφὸν ἀστρονομήματα δὲ γεγραμμένα] Aſſentior Caſaubono legenti,

Οἷόν θ' ἑπτὰ Θάλητα Σοφῶν σοφὸν Ἀστρονόμημα.

τὰ δὲ γεγραμμένα. Ἀστρονόμημα, hoc eſt, Ἀστρολόγος. Ita quoque Baſil. editio, & Stephanica, & Sambucus, & MSS.

Θάλητα] Dicitur Θαλῆς, & Θάλης. à Θάλης, barytono, eſt Θάλητος, à Θαλῆς, circumflexo, eſt Θαλοῦ. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nubes: διχῶς δὲ τοὔνομα ἐκφωνητέον. βαρύτονον μὲν, Θάλης, ὡς Χρέμης, οὗ ἡ γενικὴ Θάλητος, ὡς Χρέμητος, Θάλητι, Θάλητα. εἰ δὲ καὶ περισπωμένως Θαλῆς, ὡς Ἑρμῆς, καὶ Θαλοῦ, ὡς Ἑρμοῦ. & ad Aves. Ἀθηναῖοι περισπῶσιν, ἡ δὲ κοινὴ βαρύνει, καὶ ὅτε μὲν περισπᾶται, Θαλοῦ ἐστιν ἡ γενικὴ· ὅτε δὲ βαρύνεται, Θάλητος. Eadem legas apud Suidam in Θαλῆς.

Λόβων ὁ Ἀργεῖος] Quâ ætate vixerit Lobon ille Argivus, incertum eſt. Librum de Poëtis ſcripſerat, cujus meminit Laërtius infrà in Epimenide.

35 Οὔτι τὰ πόλλ' ἔπη, &c.] Locus corruptus, cujus partem ita reſtituebat Joſeph. Scaliger,

Οὔτι τὰ πόλλ' ἔπεα φρονίμην ἀπεφήνατο δόξων·
Εὖ τι μάτευε σοφὸν, ἐν δέ τι κεδνὸν ἑλοῦ.
----- λύσεις ---- γὰρ ἀνδρῶν
Κωτίλων γλώσσας τὰς ἀπεραντολόγους.

Ἀποφθέγματα αὐτοῦ τάδε, πρεσβύτατον τῶν ὄντων,] Habuit Laërtius à Plutarcho, cujus hæc ſunt verba in Convivio VII. Sapientum. Τί πρεσβύτατον; θεὸς, ἔφη Θαλῆς· ἀγένητον γάρ ἐστι. Τί μέγιστον; τόπος· τἆλλα μὲν γὰρ ὁ κόσμος, τὸν δὲ κόσμον οὗτος περιέχει. Τί κάλλιστον; κόσμος· πῶν γὰρ τὸ κατὰ τάξιν τούτου μέρος ἐστί. Τί σοφώτατον; χρόνος· τὰ μὲν γὰρ εὕρηκεν οὗτος ἤδη, τὰ δὲ εὑρήσει. Τί κοινότατον; ἐλπίς· καὶ γὰρ οἷς ἄλλο μηθὲν, αὕτη πάρεστι. Τί ἀφελιμώτατον; ἀρετή· καὶ γὰρ τἆλλα τῷ χρῆσθαι καλῶς, ὠφέλιμα ποιεῖ. Τί βλαβερώτατον; κακία· καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα βλάπτει παραγενομένη. Τί ἰσχυρότατον; ἀνάγκη· μόνον γὰρ ἀνίκητον. Τί ῥᾷστον; τὸ κατὰ φύσιν. ἐπεὶ πρὸς ἡδονάς γε πολλάκις ἀπαγορεύουσιν. Sed & Stobæus Sermone III. hæc Thaletis apophthegmata eſſe ait: καιρὸν γνῶθι. ὃ μέλλεις ποιεῖν, μὴ λέγε· ἀποτυχὼν γὰρ καταγελασθήσῃ. τοῖς ἐπιτηδείοις χρῶ. ὅσα νεμεσᾶς τῷ πλησίον, αὐτὸς μὴ ποίει. δυσπραγοῦντα μὴ ὀνείδιζε· ἐπὶ γὰρ τούτοις νέμεσις θεῶν κάθηται· ἀγάπα τὸν πλησίον. μικρὰ ἐλαττούμενος, τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε. δεινὸν τὸ συνιδεῖν τὸ μέλλον. πιστὸν γῆ· ἄπιστον θάλασσα. ἄπληστον κέρδος. κτῆσαι κεκλοκαγαθίαν. θεραπείαν ζήτει. φίλει τὴν παιδείαν, σωφροσύνην, φρόνησιν, ἀλήθειαν, πίστιν, ἐμπειρίαν, ἐπιδεξιότητα, ἑταιρείαν, οἰκονομίαν, τέχνην, εὐσέβειαν.

Τάχιστον, νοῦς· διὰ παντὸς γὰρ τρέχει.]

Ἰσχυρότατον ἀνάγκη· κρατεῖ γὰρ πάντων] Auctor libri φιλοσόφου ἱστορίας, qui falſò Galeno tribuitur: τὴν ἀνάγκην Θαλῆς ἰσχυροτάτην εἶναί φησι· κρατεῖν γὰρ αὐτὴν τοῦ παντός.

Σοφώτατον χρόνος, ἀνευρίσκει γὰρ πάντα] Pythagoricus Paro contrà, tempus inſipientiſſimum eſſe dicebat, quòd oblivioni omnia traderet. utriuſque opinionis mentionem facit Ariſtoteles Phyſicor. IV. cap. 13. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται· διὸ καὶ οἱ μὲν σοφώτατον ἔλεγον· ὁ δὲ Πυθαγόρειος Πάρων, ἀμαθέστατον, ὅτι καὶ ἐπιλανθάνεται ἐν τούτῳ. λέγων ὀρθότερον.

Πρὸς τὸν πυθόμενον τί πρότερον ἐγεγένει νὺξ ἢ ἡμέρα, 36
ἡ νὺξ, ἔφη, μιᾷ ἡμέρᾳ] In Excerptis ex Veteri Lexico Græco-Latino, ubi de Reſponſis Sapientum: τῷ πέμπτῳ ἠρώτησεν, τίς πρῶτος ἐγεννήθη, νὺξ ἢ ἡμέρα; Ὁ δὲ εἶπεν νύκτα, μίαν πρότερον ἡμέραν. Contrarium reſpondit Alexandro Magno Gymnoſophiſta quidam, teſte Plutarcho in vita Alexandri: ἐρωτηθεὶς πότερον οἴεται τὴν ἡμέραν ἢ τὴν νύκτα προτέραν γεγονέναι, τὴν ἡμέραν, εἶπεν, ἡμέρᾳ μιᾷ· καὶ προσεῖπεν οὕτως θαυμάσαντος τοῦ βασιλέως, ὅτι τῶν ἀπόρων ἐρωτήσεων ἀνάγκη καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἀπόρους εἶναι.

Ἠρώτησέ τις αὐτὸν εἰ λήθει θεοὺς ἄνθρωπος ἀδικῶν· ἀλλ' οὐδὲ διανοούμενος, ἔφη] Valerius Maximus VIII. 2. *Mirificè etiam Thales: nam interrogatus, an facta Hominum Deos fallerent, nec cogitata, inquit.* Dictum hoc Pittaco tribuit Theon Sophiſta in Progymnaſ. Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος ἐρωτηθεὶς εἰ λανθάνει τις τοὺς θεοὺς φαῦλόν τι ποιῶν, εἶπεν, οὐδὲ διανοούμενος. Eleganter autem Lucianus in hunc ſenſum:

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσεις δὲ θεοὺς, οὐδὲ λογιζόμενος.

Et Euripides in Phryxo, apud Sextum adverſus Mathematicos:

Ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται καθ' ἡμέραν
Κακόν τι πράσσων τοὺς θεοὺς λελῆθέναι,
Δοκεῖ πονηρὸς καὶ δοκῶν, ἁλίσκεται,
Ὅταν χολὴν ἄγουσα τυγχάνει Δίκη.

Τὸ ἄλλῳ ὑποτίθεσθαι] Id eſt, *alteri præcepta dare.* Inde ὑποθῆκαι, pro *præceptis.*

Τί δύσκολον εἰη τεθεαμένος, Γέροντα, ἔφη, τύραννον] Lego τί δὲ καινόν. Plutarchus de Dæmonio Socratis: εἶτα οὐχ ὑπὲρ εὖ Θαλῆς ὁ παλαιὸς ἀπὸ ξένης ἐλθὼν διὰ χρόνου, τῶν φίλων ἐρωτώντων ὅ, τι καινότατον ἱστορήκοι, τύραννον, ἔφη, γέροντα. & in Convivio VII. Sapientum: ἀλλ' ὅπερ, ἔφην, Niloxenus Thaletem compellat, διεβλήθης μισοβασιλεὺς εἶναι, καί τινες ὑβριστικαί σου περὶ Τυράννων ἀποφάσεις ἀνεφέροντο πρὸς αὐτὸν· (ſermo eſt de Amaſi) ὡς ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Μολπαγόρου τοῦ Ἴωνος, τί παραδοξότατον εἴης ἑωρακώς, ἀποκρίναιο, Τύραννον γέροντα. & poſtea: ἐπὶ τούτῳ δὲ Θαλῆς ἔφησεν εὐδαιμονίαν ἄρχοντος νομίζειν, εἰ ἐτελεύτησε γηράσας κατὰ φύσιν.

Ad Generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci
Deſcendunt Reges, & ſicca morte Tyranni,

inquit Satyricus. Vox δύσκολον, quæ præceſſit, fraudi fuit Librario. Ferri tamen poſſit τί δύσκολον. hoc eſt, *quid difficile? quid arduum?* Ita infrà, inter dicta Chilonis, τί δύσκολον; τὸ τὰ ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι. Et in Anthologia, Titulo εἰς φιλίαν. Πρᾶγμα μὲν ἐσθ' ὁ φίλος πάνυ δύσκολον. Sed τί δὲ καινόν· longè elegantius. Ineptè autem Aldobrandinus, *quid acerbum?*

Ἐὰν ἃ τοῖς ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ μὴ δρῶμεν] Stobæus loco laudato: ὅσα νεμεσᾷς τῷ πλησίον, αὐτὸς μὴ ποίει.

37 Ὁ τὸ μὲν σῶμα ὑγιὴς, τὴν δὲ ψυχὴν εὔπορος, τὴν δὲ φύσιν εὐπαίδευτος] Τὴν δὲ τύχην εὔπορος, τὴν δὲ ψυχὴν εὐπαίδευτος habent MSS. duo, & editiones Stephani: nec malè. Hæc verba, τὴν δὲ ψυχὴν εὔπορος, abſunt à Baſileenſi.

Τὸν Νεῖλον, εἶπε, πληθύνειν ἀνακοπτομένων τῶν ῥευμάτων ὑπὸ τῶν Ἐτησίων ἐναντίων ὄντων] Seneca Quæſt. Natural. IV. 2. *Si Thaleti credis, Eteſiæ diſcedenti Nilo reſiſtunt, & curſus ejus actu contra oſtia mari ſuſtinent; ita reverberatus in ſe recurrit, nec creſcit, ſed exitu prohibitus reſiſtit, & quacumque mox potuit, inconcuſſus erumpit.* Auctor Hiſtoriæ Philoſophicæ, quæ fallò Galeno tribuitur, capite περὶ ἀναβάσεως τοῦ Νείλου: Θαλῆς τοὺς ἐτησίους ἀνέμους αἰτιᾶται πνέοντας ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ τῇ παροιδήσει τοῦ ἀντιπαρήκοντος πελάγους ἀντικόπτεσθαι καὶ πληροῦσθαι τὸν Νεῖλον. Diodorus Siculus libro I. Θαλῆς μὲν οὖν, εἷς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ὀνομαζόμενος, φησὶ τοὺς ἐτησίας, ἀντιπνέοντας ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ, κωλύειν εἰς θάλασσαν προχεῖσθαι τὸ ῥεῦμα, καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸν πληρούμενον ἐπικλύζειν, ταπεινὴν οὖσαν καὶ πεδιάδα τὴν Αἴγυπτον. *Thales, qui inter Sapientes ſeptem recenſetur, Eteſiarum flatus, oſtiis fluvii adverſos, obſtare ne fluentum ſuum in mare profundat: ideoque tunc facto & repleto aquis alveo, Ægyptum, ut quæ humilis ſit, inundari perhibet.* Improbat hanc Thaletis opinionem Diodorus: qui & alias, vero ſimiliores, ut ſibi videtur, profert. Vetus Scriptor anonymus (fortè Phlegon Trallianus) in Tractatu Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως, qui manu ſcriptus ſervatur in Bibliotheca Veneta; & cujus exemplum mecum communicavit Mericus Bigotius; ejuſdem & ipſe opinionis meminit, his verbis: Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, εἷς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν, φησὶ διὰ τοὺς ἐτησίας γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν. πνεῖν γὰρ αὐτοὺς ἐναντίους τῷ ποταμῷ· καὶ τὰ στόματα κεῖσθαι κατὰ τὴν πνοὴν αὐτῶν. τὸν μὲν οὖν ἄνεμον ἐξ ἐναντίας πνέοντα κωλύειν τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐμπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν· τὸ δὲ κῦμα προσπίπτον τοῖς στόμασι, καὶ οὔριον ὄν, αἴτιον ἀνακόπτειν τὸν ποταμὸν, καὶ ἀναπλήρωσιν οὕτως φησὶν γίνεσθαι τοῦ ποταμοῦ. Ceterùm, de Thaletis & aliorum circa Nili incrementum opinione, videndus Herodotus in Euterpe, Lucretius lib. VI. Plinius lib. V. cap. 9. Solinus cap. 32. Proclus ad Timæum Platonis lib. I. pag. 37. Arrianus de vita Alexandri lib. VII. Pomponius Mela lib. I. cap. 9. & ad eum eruditiſſimus Iſaacus Voſſius, τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον. Videndus & Marinus Curellus Camerarius, Medicorum noſtræ ætatis longè φιλοσοφικώτατος, Diſſertatione de Nili incremento, ubi nitro tribuit hujus incrementi cauſam. Sed & de hujus incrementi cauſâ diſputatum nuper in ædibus Viri ampliſſimi Henrici Haberti Mommorii, Magiſtri Libellorum ſupplicum, quas & Μουσῶν θύρας, & *Philoſophiæ domicilium* verè dixeris, cùm eas frequentare ſoleant Viri Philoſophi de rebus Phyſicis diſceptaturi. Horum autem ſententiam hîc apponere ſuperſedeo, quia eam in ſuis Commentariis Phyſicis, quæ brevi prodibunt, pluribus atque elegantiſſimè expoſuit Samuël Sorberius, Academiæ Mommorianæ Scriba, ſed qui meritò τῆς φύσεως γραμματεὺς, τὸν κάλαμον ἀποβρέχων εἰς νοῦν vocitari poſſet, quemadmodum Ariſtoteles, Suida teſte, vocabatur. Hæc ſcripſeram, cùm prodiit Iſacii Voſſii Tractatus de Nilo, in quo Nili incrementum.

Ἀνακοπτομένων τῶν ῥευμάτων] Utitur eadem voce & Joſephus Antiquitatum Judaïcarum libro II. cap. 7. τοσαῦτα ἐπιθεικάσας; Moyſes nimirum; τύπτει τῇ βακτηρίᾳ τὴν θάλασσαν· ἡ δ' ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀνεκόπη, καὶ εἰς ἑαυτὴν ὑποχωρήσασα, γυμνὴν ἀφῆκε τὴν γῆν ὁδὸν Ἑβραίοις εἶναι καὶ φυγήν. *Hæc precatus, mare virgâ percutit: quo ictu repente ſciſſum, & retrorſum ſe recipiens, nudum ſolum Ebræis ad fugam capeſſendam relinquit:* Ita interpres Sigiſmundus Gelenius. Tu verte: *ictu mare retunditur, & ſeipſum in ſe recipiens*, &c. Utitur eadem voce & Arrianus, & Phlegon, dictis locis. ἀνακόψαι τὸ ῥεῦμα, dixit quoque Gregorius, pro *retro inhibere fluctus, relidere*, teſte Budæo.

Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς] Plures hujus nominis Scriptores fuere, de quibus fuſè Scipio Tettus in Apollodoris, & Johannes Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. II. cap. 17. De Apollodoro illo Grammatico, Athenienſi, qui filius fuit Aſclepiadis, Ariſtarchi Grammatici, & Panætii Philoſophi, diſcipulus, & cujus exſtat liber *Bibliotheca*

inſcriptus, accipiendus Laërtius. Etiam horum Χρονικῶν meminit in Empedocle, Pittaco, Ariſtotele, Stratone, Chryſippo, Zenone Eleate, & Pyrrhone. Χρονικὴν σύνταξιν vocant alii. Vide Voſſium de Scriptoribus Græcis. Scripta autem fuiſſe verſibus jambicis hæc Apollodori Chronica, docuit me Henricus Valeſius, magnum Galliæ noſtræ lumen.

Γεγενῆσθαι αὐτὸν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος] Similiter Cyrillus Alexandrinus lib. I. contra Julianum, refert Thaletem natum eſſe Olympiade xxxv. & vitam produxiſſe uſque ad Olympiadem LVIII. Tatianus Oratione contra Græcos vixiſſe ait circiter L. Olympiadem.

38 Σωσικράτης] Accipio de Soſicrate Rhodio, qui, teſte Athenæo, & Laërtio noſtro, de Philoſophorum ſucceſſione ſcripſerat; ubi hæc de Thaletis ætate retuliſſe veroſimile eſt.

Γεγονότα κατὰ Κροῖσον, ᾧ καὶ τὸν Ἅλυν ὑποσχέσθαι ἄνευ γεφύρας περᾶσαι] Idem legas apud Lucianum in Hippia: καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος πρὸ αὐτῶν ὑποσχόμενος Κροίσῳ ἀβροχον διαβιβάσειν τὸν στρατὸν ἐπινοίᾳ κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν περιήγαγεν, οὐ μηχανικὸς οὗτος γενόμενος, σοφὸς δὲ καὶ ἐπινοῆσαι καὶ συνιέναι πιθανώτατος. Meminit hujus facti & Herodotus pluribus verbis, quæ videſis libro I. Meminit & Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes.

Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις] Voſſius lib. I. de Hiſtor. Græcis cap. 23. ait hoc loco, ubi legitur apud Laërtium Δημήτριος ὁ Μάγνης περὶ συνωνύμων, malle Caſaubonum περὶ ὁμωνύμων: verùm nihil mutandum, cùm de utriſque egerit Demetrius Magnes. Aliud agebat Vir magnus cùm hæc ſcriberet: nam neque hoc loco legitur περὶ συνωνύμων· neque etiam περὶ ὁμωνύμων hoc loco reponendum putabat Caſaubonus; ſed apud Plutarchum in vita Demoſthenis. Vide ejus notam ad hunc locum. Demetrius ille Magnes, fuit Attici & Ciceronis æqualis. Libri ejus περὶ ὁμωνύμων integra deſcriptio erat, περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν, καὶ συγγραφέων, ut conſtat ex Laërtio in Epimenide.

Καλαντινικὸς] In tribus Codicibus Regiis ſcriptum fuit Καλαντιανὸς· ſed in uno ſuperadditum νι manu diverſâ. Legendum Καλατιανὸς, aut Καλαντιανὸς. Laërtius infrà, in Demetrio; ubi de pluribus Demetriis agit: ἕκτος, Καλατιανὸς, ὁ γεγραφὼς περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης εἴκοσι βίβλους. ita editiones Stephani & codex Regius: atque ita Demetrius ille dicitur Straboni lib. I. Δημήτριος δ' ὁ Καλατιανὸς τοὺς καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα, &c. & Dionyſio Halicarnaſſeo, libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, pag. 5. φύλαρχον λέγω, καὶ Δοῦριν, καὶ Πολύβιον, καὶ Σάωνα, καὶ τὸν Καλαντιανὸν Δημήτριον, &c. Ita quoque dicitur Marciano Heracleotæ verſu 117.

Δημητρίῳ τε Καλατιανῷ συγγραφεῖ, &c.

& verſu 728.

Ὁ Καλατιανὸς συγγραφεὺς Δημήτριος.

Corrigendi Codices Scholiaſtæ Theocriti ad Idyll. I. 65. in quibus ὁ Καλετιανὸς dicitur Demetrius ille. Athenæus etiam lib. XII. Sileni cujuſdam Calatiani mentionem facit: Σιληνὸς ὁ Καλατιανὸς ἐν τρίτῳ Σικελικῶν· Καλατία, ſive Καλαντία, urbs eſt in Mœſia minori, ſi Ptolemæo fides.

Τρίτος, ἀρχαῖος πάνυ] Is eſt Thaletas, ſive Thales, Cretenſis Gortynius, ποιητὴς παιάνων, de quo Plutarchus lib. περὶ Μουσικῆς, & Pauſanias in Atticis; & quem Lycurgi tempore vixiſſe, diſcimus ex Strabone lib. X. & è Sexto Empirico lib. II. adverſùs Mathematicos. Meminit & Suidas in Θαλῆτας: qui eum ante Homeri tempora vixiſſe ait.

Κατὰ Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον καὶ Λυκοῦργον] Nam & Lycurgum Homeri æqualem fuiſſe, imo & cum eo in Chio collocutum, nonnulli exiſtimârunt, ut eſt apud Strabonem in X.

Δοῦρις ἐν τῷ περὶ ζωγραφίας] Voſſius in Diſſertatione de Hiſtoricis Græcis, Durim illum, qui de pictura ſcripſerat, alium eſſe exiſtimat à Duride Samio, Hiſtorico celeberrimo, qui frequens citatur Athenæo, Straboni, Ciceroni, aliis: at eumdem eſſe putat cum Duride illo, quem Toreuticen ſcripſiſſe ait Plinius; nec alium eſſe eum, cujus teſtimonio utitur Laërtius in Socrate; cùm Socratem ſcribit ἐργάσασθαι λίθους; ſunt enim affines artes Pictorum & Sculptorum & Tornatorum.

Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς] De Dionyſio Halicarnaſſeo, nobili Critico, accipiendum ſuſpicatur Caſaubonus. Sed an potiùs legendum Διονύσιος ἐν Χρονικοῖς? Dionyſius in Chronicis citatur Suidæ in Εὐριπίδης. Certè lectio Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς, quam tentabat idem Caſaubonus, locum hîc habere non poteſt, cùm Thaletas ille Cres Poëta, ad quem reſpexiſſe vult Laërtium, νεώτερος & ἄδοξος minimè fuerit; cumque jam de eo egerit Laërtius, ut ex his quæ ſupra retulimus, manifeſtum eſt. Videndus Jonſius de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ. lib. III. cap. 8.

Ἐτελεύτησεν ἀγῶνα θεώμενος γυμνικὸν ὑπό τε καύ- 39
ματος] Ælianus Var. Hiſt. XIV. 18. de quodam Chio mentionem facit, qui multò acerbius ſupplicium exiſtimans à radiis Solis in Olympicis ludis coqui, quàm in molam detrudi, Servo infenſus, Non, inquit, in piſtrinum ego te detrudam, ſed Olympiam ducam.

Τούτου ἐστὶ τὸ, γνῶθι σαυτὸν, &c. Ἐξιδιοποιήσα- 40
σθαι Χείλωνα.] Sidonius Apollinaris, in Epithalamio Polemii & Araneolæ:

Noſcere ſeſe ipſum, Chilo Spartane, docebas.

Auſonius quoque in Ludo VII. Sapientum:

Delphis Solonem ſcripſiſſe fama eſt Atticum,
γνῶθι σεαυτὸν, quod Latinum eſt, NOSCE TE.
Multi hoc Laconis eſſe Chilonis putant.

Et poſteà:

Spartanus ego ſum Chilo, qui nunc prodeo;
Brevitate notâ, quâ Lacones utimur,
Commendo noſtrum γνῶθι σαυτὸν, NOSCE TE,
Quod in columnâ jam tenetur Delphicâ.

Heſychius Lexicographus: γνῶθι σαυτόν. ἀπόφθεγμα Χείλωνος. Eſt & verſus Græcus hac de re: Χείλων δ' ἐν κοίλῃ Λακεδαίμονι, γνῶθι σεαυτόν· quem ſic vertit Auſonius: Chilon, cui patria eſt *Lacedæmon*, noſcere ſeipſum. Clemens Alexandrinus στρωματέων li-

bro primo, τὸ μὲν οὖν γνῶθι σαυτὸν, οἱ μὲν Χείλωνος ὑπειλήφασι· Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν, Θαλοῦ· Ἀριστοτέλης, τῆς Πυθίας. Ab Ariſtotele ſtat Juvenalis: *è cælo deſcendit γνῶθι σεαυτόν.* Plutarchus quoque in comparatione Demoſthenis & Ciceronis, Cæcilium redarguens, qui auſus erat temere & inconſultò comparationem Ciceronis cum Demoſthene ſcribere, ait, Si promptum cuivis eſſet τὸ γνῶθι σεαυτὸν, non haberetur fortaſſe divinum oraculum. Tribuit & Apollini Galenus libro de animi perturbationibus capite 2. ὥσθ' ὅπερ ὤμην, ὁτε μειράκιον ἦν, ἐπαινεῖσθαι μάτην, τοῦτο δ' ἦν τὸ Πύθιον, γνῶναι κελεῦον ἑαυτὸν, οὐ γὰρ εἶναι μέγα τὸ πρόσταγμα, τοῦθ' εὗρον ὕστερον δικαίως ἐπαινούμενον. ἀκριβῶς μὲν γὰρ ὁ σωφρονέστατος, ὃς μόνος ἂν ἑαυτὸν γνοίη. *Quocirca Oraculum Apollinis Pythii, ut quiſque ſe ipſum norit, quod mihi adhuc puero nil tanti videbatur, id poſteà deprehendi vel optimo jure laudari. Etenim is ſolus atque apprime ſapiens eſt, qui ſemetipſum uſquequaque pernovit.* Sed ſuper ea re audiendus omnino Porphyrius. Ita ille apud Stobæum Sermone XXI. τί ποτε ἦν ἄρα, καὶ τίνος τὸ ἱερὸν πρόσταγμα τὸ ἐν Πυθοῖ, ὃ γνῶναι ἑαυτὸν τοῖς τοῦ Θεοῦ δεησομένοις προσαγορεύει; μήτε γὰρ τιμῆσαι θεὸν τὰ πρεσήκοντα, μηδ' αὖ τυχεῖν τοῦ Θεοῦ δεηθέντα, τὸν ἀγνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ ἐνισχόμενον, παραγγέλλειν ἔοικεν. ἀλλ' εἴτε Φημονόη ἐπὶ πάντα λυσιτελοῦν τὰ ἀνθρώπινα τοῦτο ἐθέσπισεν, δι' ἧς πρώτης ὁ Πύθιος λέγεται τὰς εἰς ἀνθρώπους διαδοῦναι χάριτας· εἴτε Φανόθεα ἡ Δελφοῦ· εἴτε Βίαντος, ἢ Θαλοῦ, ἢ Χείλωνος ἦν ἀνάθημα, ὁρμηθὲν ἀπό τινος θείας ἐπινοίας. εἴτε Κλεάρχῳ προσεκτέον μᾶλλον τοῦ μὲν Πυθίου φράζοντι εἶναι παράγγελμα, χρησθῆναι δὲ Χείλωνι τὸ ἄριστον ἀνθρώποις μαθεῖν πυνθανομένῳ· εἴτε καὶ πρὸ Χείλωνος ἦν ἔτι ἀνάγραπτον ἐν τῷ ἱδρυθέντι νηῷ μετὰ τὸν πέτρινόν τε, καὶ χαλκοῦν, καθάπερ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας εἴρηκε. τὸ μὲν, ὅτου ἂν εἴη, Γ' ἀμβλιχε, ἀμφισβητήσιμον ἔστω, πάντως δὲ ὅτι ὑπὸ θεοῦ, ἢ οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐρρήθη, ἐξ αὐτοῦ φαίνοιτ' ἂν τοῦ ἐν τοῖς Πυθίοις αὐτὸ κεῖσθαι ἀναμφήριστον. *Qualenam fuit, & à quo profectum ſacrum illud Pythicum præceptum, quod Deo ſupplices futuros cognoſcere ſeſe jubet? neque enim Deum, ut par eſt, culturum, neque voti compotem fore eum qui ignorantiâ ſui laboret, ſignificare videtur. Sed, ſive Phemonoë hoc ad omnes res humanas utiliſſimum oraculum deprompſerit, ſive Phanothea, Delphi filia; ſive Biantis, aut Thaletis, vel Chilonis, ceu anathema quodpiam ex inſpiratione divina effuſum; ſive, ut Clearchus tradit, Pythius ipſe Deus Chiloni ita reſponderit interroganti, quidnam tandem hominibus optimum eſſet, ſive etiam ante Chilonem in Templo illud ipſum inſcriptum fuerit, ut Ariſtoteles in libris de Philoſophia meminit. Cujus, ô Jambliche, hæc ſententia ſit auctoris, eſto quidem in controverſia: at procul dubio, aut à Deo, aut non ſine Deo dictam eſſe inde conſtat, quod Pythico templo conſecrata eſt.* Illud autem, γνῶθι σεαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam ſolùm eſſe dictum, verùm etiam ut bona noſtra norimus, inquit veriſſimè Marcus Cicero epiſtolâ quâdam ad Quintum Fratrem.

Ἀντισθένης ἐν ταῖς διαδοχαῖς] τῶν Φιλοσόφων videlicet. Laërtius infra in Ariſtippo: καθά φησιν Ἀντισθένης ἐν Φιλοσόφων διαδοχαῖς. Antiſthenem autem illum, qui de ſucceſſionibus Philoſophorum ſcripſerat, accipit Voſſius de Antiſthene Peripatetico Philoſopho, qui citatur à Phlegonte Tralliano Mirab. cap. 3. & quem eumdem eſſe putat idem Voſſius ac Antiſthenem Rhodium, Hiſtoricum, cujus meminit Laërtius in Antiſthene Cynico.

Φημονόης] Fuit Apollinis Sacerdos, de qua Pauſanias in Phocicis: & Proclus in Eclogis χρηστομαθείας apud Photium. Hexametrum invenisse dicitur, huncque primùm effudiſſe,

Συμφέρετε πτερά τ' οἰωνοὶ, κηρόν τε μέλισσαι.

Alii, ut hoc obiter dicam, Hexametri verſus originem Thaleti noſtro tribuunt. Ceterùm de tempore quo vixit Phemonoë, videndus Scaliger ad Euſebii Chronicon.

Ἐξιδιοποιήσασθαι] Id eſt, *ſibi vendicare*; quâ voce utitur Athenæus in libris Deipnoſophiſtarum, & Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis. Ita Gallicè dicimus, *s'approprier.*

Δάμων ὁ Κυρηναῖος] Damon quidem ἀπλῶς, ſine patriæ nomine, citatur Plinio, Plutarcho, Athenæo, & Scholiaſtæ Ariſtophanis: at qui præter Laërtium Damonis Cyrenæi meminerit, Scriptorem nullum invenies, puto.

Ἀναξιμένης] De Anaximene Rhetore accipit Meurſius in Notis ad Chalcidii Timæum.

Ποιητικῆς] Lege ποιητικῇ.

Δικαίαρχος] Accipit Voſſius de Dicæarcho Meſſenio, Ariſtotelis diſcipulo. Is, inter alia, de Vitis ſcripſerat, cujus libri meminit Laërtius in Platone: & ad hunc librum referenda quæ hîc habet Laërtius.

Ἀρχέτιμός τε ὁ Συρακούσιος] Videtur alius ab Archetimo Arcadicorum Scriptore, inquit Voſſius. eumdem eſſe putat Jonſius.

Παρὰ Κυψέλῳ] Fuit Cypſelus ille Periandri pater. Vide Plutarchum in Convivio VII. Sapientum, & Laërtium infrà in Periandro.

Εὔφορος] *Ephorus* hîc, ut & mox, vertit Aldobrandinus: ac proinde legit Ἔφορος. Ita quoque legendum exiſtimabat Jonſius lib. I. de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ. cap. 9. ubi Ephorum illum de Ephoro Cumano, Iſocratis diſcipulo, accipit. Sed nihil mutandum. Euphorus alius eſt ab Ephoro: vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. III.

Ἐν Πανιωνίῳ] Lucum & urbem fuiſſe in litore juxta Epheſum & Samum, ait Stephanus: ſed Diodorus & Herodotus circa Mycalen montem ponunt. In hunc locum convenire omnes Iones ſolebant, ſacrificium celebraturi, quod πανιωνία dicebatur: atque inde *Panionium.* Pomponius Mela I. 17. ubi de Ionia: *Ibi eſt Panionium, ſacra regio, & ob id eo nomine appellata, quòd eam communiter Iones colunt.*

Ἦν Λακεδαιμόνιος Χείλων σοφὸς, ὃς τάδ' ἔλεξε, Μηδὲν ἄγαν, &c.] Clemens Stromat. I. Χείλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τὸ, μηδὲν ἄγαν· Στράτων δὲ ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, Στρατοδήμῳ τῷ Τεγεάτῃ προσάπτει τὸ ἀπόφθεγμα· Δίδυμος δὲ, Σόλωνι αὐτὸ ἀνατίθησιν. 41

Ariſtoteles quoque Rhetor. II. 12. ubi de Juvenum moribus agit, hoc ſcitum Chiloni tribuit: καὶ ἅπαντα, inquit, ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ σφοδρότερον ἁμαρτάνουσι, παρὰ τὸ Χειλώνειον· πάντα γὰρ ἄγαν πράττουσι. Ita & Critias, & Pindarus, apud Scholiaſten Euripidis in Hippolyto: καὶ μάρτυρες ἔσονται οἱ Σοφοί, εἴπου ἑνὸς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ἐστιν ἀπόφθεγμα τὸ μηδὲν ἄγαν, ὅπερ Χείλωνι ἀνατιθέασιν, ὡς Κριτίας καὶ Πίνδαρος· οἱ δὲ Σωδάμῳ, ὡς τὸ ἐν Τεγέᾳ ἐπίγραμμα δηλοῖ,

Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτου, ὁς μὲ ἀνέθηκεν,
Μηδὲν ἄγαν, καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά.

ὁ δὲ Θεόφραστος, ὡς τὰ Σισύφου λεγόμενα καὶ Πιτθέως, οἷον μηδὲν ἄγαν, μηδὲ δίκαν δικάσῃς. ubi legendum videtur ex Clemente, Στρατοδήμῳ. Σώδαμος tamen etiam apud Scholiaſten Pindari, teſte Caſaubono. Tribuit & hoc ſcitum Chiloni Plinius lib. VII. cap. 32. ubi tria præcepta Chilonis memorat, *noſſe ſe quemque*, *nihil nimium cupere*, (ita interpretatur illud μηδὲν ἄγαν) *comitemque aris alieni atque litis eſſe miſeriam.* Pittaco tribuit Auſonius in Ludo Sapientum. *Ex Mitylenæis*, Nimium nil, *Pittacus oris.* Et quidem ex Græco verſu, Πιττακὸς, οὐδὲν ἄγαν, ὃς ἦν γένος ἐκ Μιτυλήνης. Qui & Cleobulum ſic loquentem inducit:

--- Poëta dixiſſe iſthoc loco,
A ſer videtur Veſter, *ut* Ne quid Nimis.
Et noſter quidam, μηδὲν ἄγαν.

Illud autem *ne quis nimis*, *nimis me deleſtat*, dixit eleganter Alphæus Mitylenæus lib. I. Anthologiæ tit. εἰς αὐτάρκειαν·

Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν με τέρπει.

At contrà Ariſtoteles Rhetor. II. 21. οὐκ ἀρέσκει δέ μοι τὸ λεγόμενον, μηδὲν ἄγαν· δεῖ γὰρ τοὺς γε κακοὺς ἄγαν μισεῖν.

Στασιάζεται δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν, &c.] Clemens Stromat. I. ubi de VII. Sapientibus, τὸν δὲ ἑβδομον, οἱ μὲν Περίανδρον εἶναι λέγουσι τὸν Κορίνθιον· οἱ δὲ Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην· οἱ δὲ Ἐπιμενίδην τὸν Κρῆτα, &c. Atque huc referendus Porphyrii locus ſuprà allatus, ubi novem fuiſſe Sapientes ait.

Πλάτων δ' ἐν Πρωταγόρᾳ Μύσωνα ἀντὶ Περιάνδρου] Idem legas apud Clementem Alexandrinum dicto loco: Πλάτων δὲ ἀντὶ Περιάνδρου, ὡς ἀναξίου σοφίας, διὰ τὸ τετυραννηκέναι, ἀντικατατάττει Μύσωνα τὸν Χηνέα. Pauſanias quoque in Phocicis: Ἐν δὲ τῷ προνάῳ τῷ ἐν Δελφοῖς ἐγγεγραμμένα ἐστὶν ὠφελήματα ἀνθρώποις ἐς βίον. ἐγράφη δὲ ὑπὸ ἀνδρῶν, οὓς γενέσθαι σοφοὺς λέγουσιν Ἕλληνες. οὗτοι δὲ ἦσαν, ἐκ μὲν Ἰωνίας, Θαλῆς τε Μιλήσιος, καὶ Πριηνεὺς Βίας· Αἰολέων δὲ τῶν ἐν Λέσβῳ, Πιττακὸς Μιτυληναῖος· ἐκ Δωριέων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, Κλεόβουλος Λίνδιος, καὶ Ἀθηναῖός τε Σόλων, καὶ Σπαρτιάτης Χείλων. τὸν δὲ ἕβδομον Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἀντὶ Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου ἀκατειλόχητον Χηνέα. Lege ἀντὶ Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου Μύσωνα καταλέγει τὸν Χηνέα: Adde & Diodorum Siculum in Excerptis à Valeſio editis: Μύσων τις ἦν Μαλιεὺς, ὃς οἴκει ἐν κώμῃ Χηναῖς καλουμένῃ, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν ἀγρῷ διατρίβων, καὶ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγροῦμενος· ὃν ἀντεισῆξαν εἰς τοὺς ἑπτὰ Σοφοὺς, ἐκκρίναντες τὸν Περίανδρον τὸν Κορίνθιον, διὰ τὸ τύραννον γεγενῆσθαι πικρόν. *Erat Myſo quidam Malienſis in pago*, *cui* Chenæ *nomen eſt*, *degens*; *qui uplurimùm in agro verſabatur*, *obſcurus*, *& hominibus fere ignotus. Hunc abdicato Periandro Corinthio*, *quòd Tyrannus acerbiſſimus extitiſſet*, *in Septem Sapientum collegium cooptarunt.*

Ἀριστόδημον] Suidas in χρήματ' ἀνὴρ· ὁ δ' Ἀριστόδημος ἐγκαταριθμεῖται τοῖς ζ Σοφοῖς ὑπό τινων. Pindari Scholiaſtes ad Odam I. Iſthmiorum, ſtatim initio: Σπαρτιάτην δὲ Ἀριστόδημον ἐν τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς ἀναγράφεται Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιος· quem locum ſuprà adduximus.

Ἀκουσίλαον, Κάβα, ἢ Σκάβρα, Ἀργεῖον] Malè Aldobrandinus, *Acuſilaum Cabam*, *ſive Scabram*, *Argivum.* Vertendum fuit, *Acuſilaum*, *Cabæ*, *ſive Scabræ*, *filium*, *Argivum.* Suidas: Ἀκουσίλαος, Κάβα υἱὸς, Ἀργεῖος. Clemens Stromat I. οἱ δὲ Ἀκουσίλαον τὸν Ἀργεῖον, ἐγκατέλεξαν τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς. Joſephus quoque libro I. contra Apionem: λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τὸν Μιλήσιον, καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον. Et Strabo lib. X. Ἀκουσίλαος δὲ Ἀργεῖος, &c. Meminit hujus Acuſilai Argivi & Cicero II. de Oratore, & Dionyſius in epiſtola ad Tuberonem. Similem errorem erravit Interpres Luciani in Macrobiis, dum hæc; Ἀθηνόδωρος, Σάνδωνες, Ταρσεὺς, Στωικὸς, vertit *Athenodorus Sandonius*, *Tarſenſis Stoicus.* Ἀθηνόδωρος Σάνδωνος, eſt Σάνδωνος υἱός. Ceterùm de ſcriptis & ætate Acuſilai Argivi, adeundus Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. I. & 2. & lib. IV. cap. 2.

Ἕρμιππος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν Σοφῶν] Hermippum Smyrnæum intelligit, Callimachi diſcipulum, de quo ſupra. Citatur & Athenæo libro X. Deipnoſophiſtarum ἐν τοῖς περὶ τῶν ἑπτὰ Σοφῶν, & Proclo in Heſiodi ἔργα καὶ ἡμέρας lib. I. ℣. 41. 42

Λάσων Χαρμαντίδου ἢ Συμβρίνου, ἢ, ὡς Ἀριστόξενος, Χαβρίνου, Ἑρμιονέα] Pro Συμβρίνου MSS. & aliæ editiones habent Σισυμβρίνου. Pro Χαβρίνου habet Suidas χαρβίνου· Λάσος, Χαρβίνου, Ἑρμιονεύς. τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς, ἀντὶ Περιάνδρου. Χαρβίνου quoque apud Anonymum in deſcriptione Olympiadum Olymp. NH: Λάσος, Χαρβίνου. Ἑρμιονεὺς, πόλεως τῆς Ἀχαΐας, πρῶτος περὶ μουσικῆς λόγους ἔγραψε, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε, καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους. Τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς. Idem legas apud Scholiaſten Ariſtophanis ad Veſpas. Λάσος Χαρβίνου Ἑρμιονεὺς, πόλεως τῆς Ἀχαΐας, γεγονὼς κατὰ τὴν νη' Ὀλυμπιάδα, (Voſſius κατὰ τὴν ὁ') ὅτε Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου. Τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ἑπτὰ Σοφοῖς, ἀντὶ Περιάνδρου. πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς ἔγραψε λόγον, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε, καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους. Is Poëta fuit, & Odam ἄσιγμον, id eſt, in qua nullum foret ſigma, ſcripſit, ut teſtis eſt Athenæus. Corrigendus obiter Tzetzes in Prolegomenis ad Poëtas, quæ editioni Lycophronis præfixa ſunt: Λυρικοὶ δὲ, inquit, ὀνομαστοὶ δέκα, Στησίχορος, &c. δεύτερος δὲ, Λάσος, Λαβρίνης Ἑρμιονεύς. Lege Λάσος, Χαβρίνου, Ἑρμιονεύς. Notandum autem, quod jam Voſſius notavit, & ante eum Angelus Baſſus, quem à patria *Politianum* vocant, ex uno Poëta tres Poëtas feciſſe Tzetzem.

Cor-

Corrigendus obiter & Strobæus Sermone XXVII. *Τάσσος Ἑρμιονεὺς, ἐρωτηθεὶς*, &c. Lege *Λάσος Ἑρμιονεύς*. Ceterùm, rectè hîc obſervat Caſaubonus, excidiſſe nomen aliquod Sapientis: non enim ſeptemdecim ſed ſexdecim tantùm à Laërtio recenſentur, qui tamen ſeptemdecim ab Hermippo numerari dixerat: rectéque conjicit Myſonis nomen excidiſſe. Poſt *Χείλωνα*, excidiſſe *Μύσωνα*, propter affinitatem harum vocum, veroſimile eſt.

Φέρονται δὲ καὶ τοῦ Θαλοῦ ἐπιστολαὶ αἵδε] Accedo lubens Joſephi Scaligeri ſententiæ, exiſtimantis Epiſtolas illas omnes, quæ ſub nomine Thaletis, Solonis, Pittaci, Democriti, apud Diogenem Laërtium leguntur, ſuppoſititias eſſe. Eum videſis Epiſtolâ ad Everardum Vorſtium, quæ eſt CCCVI. libro IV. Idem & Dionyſio Petavio videbatur, quem vide in Paralipomenis librorum de doctrina Temporum. p. 858. Videſis & ipſum Laërtium in Epimenide, ubi ait Demetrium Magneſium in libro de Scriptoribus quorum eſt idem nomen, Epiſtolam quandam quæ ſub Epimenidis nomine ad Solonem circumferebatur, ut recentem, neque Creticâ linguâ, ſed Atticâ, & eâ quidem novâ, ſcriptam, falſi arguiſſe. Id ipſum & de iis Epiſtolis dicendum eſt, quæ nuper ſub nomine Socratis prodierunt.

43 *Μᾶλλον ἢ ἐφ' ὁποισισοῦν*] *Μᾶλλον* abeſt à duobus MSS. Hæc vox apud Scriptores frequenter ſubauditur.

Λεσχηνώτης] *Λεσχηνεύτης* Joſephus Scaliger in ora libri emendaverat. Nihil mutandum exiſtimabat H. Stephanus, quem vide. & ſanè ter eadem voce utitur Anaximenes infra in Epiſtolis ad Pythagoram: *ἡμεῖς δὲ οἱ λεσχηνῶται, αὐτοί τε μεμνώμεθα τοῦ ἀνδρὸς, οἵτε ἡμέων παῖδές τε καὶ λεσχηνῶται*. Et poſtea: *φοιτέουσι δέ τοι λεσχηνῶται καὶ ἐκ Σικελίης. λέσχη* eſt *auditorium, ſchola, exhedra*: quam vocem Petavius ad Themiſtium ab Ebraico vel Syriaco לשכה *Cella* factam eſſe exiſtimabat. Idem & Joſepho Scaligero videbatur. *Purum putum Syriacum eſt λέσχη, quo uſus eſt Eſdra, magnus ille divinæ legis Scriba*, inquit ille ad Catullum. & verum eſſe contendit Gallorum longè doctiſſimus Samuel Bochartus.

Παρά σε ἀφίξομαι εἰς Σύρον] Malè Stephani editio, & MS. *εἰς οὖρον*. Vide infrà in Pherecyde.

Πλώσαντες] Caſaubonus *εἰ πλώσαντες*· & ita poſtulat conſtructio, niſi mox legas, *παρά σε δὲ μὴ πλώσαντες*.

Κατὰ τὴν κεῖθι ἱστορίην] MSS. tres *κατὰ τῶν*. Legerem lubens, *κατὰ τὴν τῶν κεῖθι ἱστορίην*.

44 *Ἡμεῖς δὲ οἱ*] Meliùs *ἡμέες*: ſcripta eſt enim *ἰάδι διαλέκτῳ* hæc Epiſtola.

Αἰσυμνήτας] Videndus Scholiaſtes Sophoclis ad Oedipum Tyrannum.

Ἐπέστειλε δέ σοι] Meliùs *τοι*, ut infrà ea ipſa in Epiſtola; & ſuprà, Epiſtolâ ad Pherecydem.

Κεῖθι οἰκέειν, καὶ αὐτοὶ] Lego, *οἰκέειν κεῖθι, καὶ αὐτοί*.

SOLON.

Ἐξηκεστίδου] Exceſtidæ filium appellat Solonem 45
& Plutarchus in ejus Vita, & Lucianus in Dialogo Æaci & Menippi, & Diodorus Siculus in Excerptis à Valeſio editis, & Stobæus Sermone III, & quis non? At Philocles quidam, teſte Didymo apud Plutarchum, præter aliorum opinionem, Euphorionis filium fuiſſe aſſerebat. Fuit autem Exceſtides ille *οὐσίᾳ μὲν καὶ δυνάμει μέσου τῶν πολιτῶν, οἰκίας δὲ πρώτης κατὰ γένος· ἦν γὰρ Κοδρίδης ἀνέκαθεν*. verba ſunt Plutarchi.

Σαλαμίνιος] Athenienſis dicitur Thaleti in Epiſtola, Herodoto in Clio, Ciceroni libro I. de Divinatione, Pauſaniæ in Phocicis, Apollinari Sidonio in Epithalamio Polemii & Araneolæ, Auſonio in Ludo VII. Sapientum, Suidæ, & aliis. Quin & Athenienſem ſe ipſe appellat in Elegia. Natum fuiſſe Salamine cenſet Meurſius in ejus Vita: ſed tranſlatum Athenas, cùm parentes ejus Athenienſes eſſent, ubi vitam deinceps egerit: atque inde factum ut Athenienſis eſſe diceretur. Cilicem vocat Auctor Etymologici: qua de re nos infrà.

Πρῶτον μὲν] Aliter *πρῶτος*: ſed nihil mutandum. Vide Caſaub.

Καὶ γὰρ ἐπὶ σώμασιν ἐδανείζοντο] Plutarchus libro de vitando ære alieno: *τί γὰρ ἄνησε Σόλων Ἀθηναίους, ἀπαλλάξας τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὀφείλειν*. & in vita Solonis: *πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν, σεισάχθειαν ὀνομάσαντος· τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα, γράψας τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν ἀνεῖσθαι· πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν, ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν*. Rationem reddit Diodorus Siculus lib. I. *ἡγούμενος δεῖν εἶναι τὰ σώματα τῶν πόλεων*, Solon ſcilicet, *ἵνα τὰς καθηκούσας λειτουργίας ἔχωσιν αἱ πόλεις, καὶ κατὰ πόλεμον καὶ κατ' εἰρήνην. αὔτοπεν γὰρ στρατιώτην εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος προϊόντα κίνδυνον, εἰ τύχοι, πρὸς δάνειον ὑπὸ τοῦ πιστεύσαντος ἀπάγεσθαι, καὶ τῆς τῶν ἰδιωτῶν πλεονεξίας ἕνεκα κινδυνεύειν τὴν κοινὴν ἁπάντων σωτηρίαν*.

Ἑπτὰ δὴ ταλάντων] Plutarchus quinque talenta dicit; Polyzelus Rhodius quindecim, teſte eodem Plutarcho.

Καὶ οὗτος ὁ νόμος ἐκλήθη σεισάχθεια· φανερὸν δὲ διά τι] Rationem reddit Heſychius: *σεισάχθεια· Σόλων χρεῶν ἀποκοπὴν δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν ἐνομοθέτησεν ἥπτερ σεισάχθειαν ἐκάλεσε, παρὰ τὸ ἀποσείσασθαι τὰ βάρη τῶν δανείων*. Porrò ſimilis lex apud Ægyptios fuit; atque inde Solonem ſuam Athenas invexiſſe conjicit Diodorus Siculus Biblioth. lib. I. Nonnulli autem exiſtimârunt, ut eſt apud Plutarchum & Etymologici Auctorem, non remiſſione æris alieni, ſed uſurarum moderatione, & menſurarum ac monetæ pretii auctione, pauperes Solonem ſublevaſſe, atque hoc beneficium *σεισάχθειαν* appellaſſe. Ceterùm auctor eſt Plutarchus hac Solonis lege primùm offenſos Athenienſes, ſed mox delinitos, ſacrificium, quod *σεισάχθειαν* nuncuparunt, publicè in eam rem inſtituiſſe. Notandum verò obiter, *σεισάχθειαν*,

vocem fuiſſe Atticam. Mœris Atticiſta: σεισάχθειαν, Ἀττικοῖς· χρεῶν ἀποκοπήν, Ἕλληνες.

Καὶ ἐς τοὺς ἄξονας κατέθετο] Gellius II. 12. *In Legibus Solonis illis antiquiſſimis, quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt.* Plutarchus quoque in ligneis axibus ſcriptas fuiſſe ait, quorum adhuc ſuo tempore exiguæ reliquiæ ſervabantur. Etiam Porphyrio in Epiſtolam Horatii ad Piſones: *Æreis enim Tabulis Antiqui non ſunt uſi, ſed roboreis has incidebant leges: unde adhuc Athenis legum tabulæ* Axones *vocantur.* Inde igitur hæ leges ἄξονες dictæ. Suidas: Ἄξονες, οὕτως ἐκάλεσαν Ἀθηναῖοι τοὺς Σόλωνος νόμους, διὰ τὸ ἐγγραφῆναι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν· ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆμα. Vide Harpocrationem, à quo hæc habuit Suidas. Auctor Etymologici: Ἄξονες. ξύλα ἦν τετράγωνα, ἀπὸ τοῦ ἐδάφους μέχρι τοῦ ὀρόφου διήκοντα, καὶ διά τινος περόνης στρεφόμενα, ἐφ' ὧν οἱ Σόλωνος νόμοι ἀπεγράφοντο, τοῖς τῶν ἁμαξῶν ἄξοσιν κώδιξι στρεφόμενοι. Etiam antiquiſſimas Romanorum Leges in tabulis ligneis conſcriptas fuiſſe volebat Joſephus Scaliger ad Guilandinum: quare in his Pomponii Juriſconſulti verbis, in libro II. de Origine Juris, *placuit publica auctoritate decem conſtitui viros, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus; & civitas fundaretur legibus, quas in* 12 *Tabulas eboreas perſcriptas pro Roſtris compoſuerunt*, pro *eboreas* legebat *roboreas.* Sed *eboreas* rectum eſt: nam Veteres in ebore ſcripſiſſe, docet nos Martialis in Apophoretis epigrammate III. & Vopiſcus in Vita Taciti: quod Salmaſius & Voſſius jam obſervârunt. Redeo ad leges Solonis. Fuerunt ſcriptæ & in cyrbibus: qui non è ligno, quemadmodum Axes fuerunt, ſed è lapide, ut ait Harpocration. æneos fuiſſe refert Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves. Sed & æneos fuiſſe axes, ſcripſit Pollux VIII. 10. quos è ligno alii dicunt. ἄξονας inter & κύρβεις fuit & aliud diſcrimen, teſte Ammonio de Differentiis vocabulorum; nam axes quadrati erant; Cyrbes verò, triquetri: Axes Leges privatas continebant, Cyrbes Leges publicas, & ſacrificia. Heſychius confundit, & Axes cum Cyrbibus eoſdem facit: κύρβις. στήλη τρίγωνος, ἢ ξύλινος ἄξων, ἐν ᾧ τὸ παλαιὸν οἱ νόμοι ἐγράφοντο. Pariter verò Axes & Cyrbes βουστροφηδὸν ſcripti erant; ut apud Harpocrationem & Suidam nos docet Didymus, qui περὶ τῶν ἀξόνων τῶν Σόλωνος Commentarium ſcripſerat ad Aſclepiadem, teſte Plutarcho in vita Solonis, ipſo ſtatim initio. Quid ſit *ſcribere* βουστροφηδὸν, docebit te Marius Victorinus lib. I. cap. de verſu. In Solonis Axes ſcripſerat & Seleucus: teſte Suida in Ὀργεῶνες. Citatur Solon ipſe ἐν τοῖς Ἄξοσιν, ab Ammonio libello de Similibus & differentibus vocabulis, voce οἰκότριψ. De Axibus & Cyrbibus plura qui volet, adeat Meurſium in Solone cap. 24. & Samuëlem Petitum ad Leges Atticas.

46 Τῆς πατρίδος αὐτοῦ Σαλαμῖνος ἀμφισβητουμένης] Editio Frobeniana & Stephanicæ, τῆς πατρίδος αὐτοῦ ἀμφισβητουμένης, δηλονότι τῆς Σαλαμῖνος. Magis placet Aldobrandini lectio: iſtud δηλονότι τῆς Σαλαμῖνος ſapit additamentum.

Ὑπό τε Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων] Præter Plutarchum in Solone, & Ciceronem lib. I. de Officiis, hanc de Solone hiſtoriam recenſent Demoſthenes in Oratione de falſa legatione, Polyænus Stratagemat. lib. I. Libanius Declamat. XVI. & Juſtinus lib. II. Meminit & Ariſtides Oratione Leuctricâ V.

Ἀνέγνω διὰ τοῦ κήρυκος] Ipſummet hos Elegos pronuntiaſſe ſcribit Plutarchus.

Φολεγάνδριος] Pholegandros una eſt ex Sporadibus: 47
ſic dicta à Pholegandro Minois filio, inquit Stephanus.

Σικινήτης] Sicinus Inſula eſt juxta Cretam. Σίκινος Straboni & Stephano dicitur: at Ptolemæo etiam Σικίνος; & Plinio, *Sycinus.*

Τῶν Σαλαμῖν' ἀφέτων] Iſaacus Voſſius, Vir doctiſſimus & mihi amiciſſimus, in Notis quas ad Juſtinum pæne puer edidit, legebat unica voce, Σαλαμιναφετῶν. Frobeniana editio & Stephanica habent τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων: quam lectionem adverſus Voſſium tuetur in Notis ad Phædrum Tanaquillus Faber, Vir quoque doctiſſimus & mihi amiciſſimus: & certè quin ſecunda in ἀφέτων, propter liquidam mutæ junctam, corripi queat, nulla dubitatio eſt. Utraque lectio ferri poteſt. Voſſii ſententiæ favet lectio Aldobrandiniana, τῶν Σαλαμῖν' ἀφέτων: & ſic quoque MSS. teſte H. Stephano. Malè Sambucus τὴν Σαλαμῖνα φυγών.

Ἐδείξε τοὺς νεκροὺς πρὸς ἀνατολὰς ἐστραμμένους, ὡς 48
ἦν ἔθος θάπτειν Ἀθηναίοις] Imo mos fuit apud Athenienſes obverſos ad Occidentem mortuos ſepeliri, teſte Plutarcho in Solone & Æliano VII, 19. & V. 14. qui mos quoque fuit veterum Chriſtianorum. Cum Diogene tamen conſentit Thucydidis Scholiaſtes. Vide Caſaubonum & Aldobrandinum.

Καὶ ἀπὸ τῶν δήμων τοὺς χρηματισμοὺς ἐγκεχαραγμένους, ὅπερ ἦν ἴδιον Ἀθηναίων] Pauſanias in Atticis: οἱ δὲ ἄλλοι τάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδήμειαν, καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι, τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. *Alii in via ſunt quæ ad Academium ducit, ſepulti, ac pilæ tumulis impoſitæ, cum elogiis nomen cujuſque & curiam teſtantibus.* Qui locus mirè hunc Laërtii locum illuſtrat. Χρηματισμοὶ, ſunt *denominationes.* Plutarchus in Antonio, ubi de Cleopatra: νέα Ἶσις ἐχρημάτισε. *Nova Iſis cognominata eſt.* Paulus epiſtolâ ad Romanos VII, 3. ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει. Johannes Antiochenus Malela in Chronographia ἀνεκδότῳ, ubi de Julio Cæſare: χρηματίζει οὖν ἡ μεγάλη Ἀντιόχεια κατὰ τιμὴν ἔτος πρῶτον ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ Καίσαρος Γαΐου Ἰουλίου. Et poſteà, ubi de Auguſto: ἐχρημάτιζεν ἑαυτὸν Αὔγουστος Καῖσαρ Ὀκταουιανὸς, &c. Inde emendandum Chronicon Alexandrinum, ſive potiùs Conſtantinopolitanum: ἐχρημάτιζεν οὕτως· Αὔγουστος Καῖσαρ ὁ γλυκινός. Legendum, ἐχρημάτιζεν ἑαυτὸν οὕτως· Αὔγουστος Καισαρ Ὀκταουιανός. Quam veriſſimam emendationem acceptam refero Stephano Monachio, viro docto & eleganti. Utitur voce χρηματίζειν eadem notione & Strabo libro XIII. ubi de Metrodoro: ἐχρημάτιζε Καρχηδόνιος. Vide Aldobrandinum.

Ἔνιοι δὲ φασι καὶ ἐγγράψαι αὐτὸν εἰς τὸν κατάλογον τοῦ Ὁμήρου μετὰ τὸν, &c.] Ita Marbodum Andinum, Rhedonenſem Epiſcopum, fama eſt, ut patriæ gratificaretur, hos de Meduana & Ligeri verſus Lucano inſeruiſſe,

In nebulis, Meduana, tuis, marcere peroſus
Andus, jam placido Ligeris recreatur ab amne.

Sanè in omnibus MSS. Codicibus antiquis non comparent, vel ipſo Grotio teſte, qui eos in ſua ἐκδόσει edendos curavit. Sed ad Laërtium ut redeam, de Homeri verſu idem quod Laërtius, refert Ulpianus ad Demoſthenis Orationem de falſa legatione: σημείωσαι περὶ τοῦ Σόλωνος, ὅτι ἀμφισβητούντων Μεγαρέων καὶ Ἀθηναίων περὶ Σαλαμῖνος, ὁ Σόλων ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν ἐπῶν τὴν ἀπόδειξιν ἐποιήσατο, στίχον παρενθεὶς πεπλασμένον·

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας·
καὶ προσέθηκε τόνδε τὸν στίχον,
Στῆσε δ' ἀγὼν' ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

τοῦτον δὲ πλάσας τὸν στίχον, ἐνίκησεν ἐν τῇ δίκῃ τοὺς Μεγαρέας· ἔδειξε γὰρ ὅτι Ἀθηναίων ἦν ἡ Σαλαμὶς ἐκ παλαιοῦ. Idem refert & Plutarchus in Solonis Vita, ſectione 38. additque, Megarenſes arbitrium rei & judicium Lacedæmoniis detuliſſe. Sed ipſe paulò pòſt, vel ipſorum Athenienſium teſtimonio, eam hiſtoriam refellit. Strabo lib. IX. Solonem, vel Piſiſtratum, fuiſſe dicit, qui eum verſum Navium Catalogo addiderit. Eadem dicit ex hoc ipſo Strabonis loco Euſtathius ad memoratum locum Homeri. Sed quiſquis tandem ille fuerit, conſtat hoc verſu, ut teſtimonio, uſos fuiſſe περὶ Σαλαμῖνος Athenienſes, teſte Ariſtotele Rhetoricorum lib. I. cap. 15. item Quintiliano libro V. cap. 9. cujus hæc ſunt verba: *Neque eſt ignobile exemplum, Megareos ab Athenienſibus, cùm de Salamine contenderent, victos Homeri verſu, qui tamen ipſe non in omni editione reperitur, ſignificans, Ajacem naves ſuas Athenienſibus junxiſſe.* Hic verſus; ut hoc obiter dicam; citatur ab Herodoto in Vita Homeri; ſi tamen hanc vitam ſcripſit Herodotus. Ceterùm, hîc verba aliqua deſiderari, rectè vidit Caſaubonus. Scripſiſſe crediderim Laërtium, ἔνιοι δὲ φασι καὶ ἐγγράψαι εἰς τὸν κατάλογον τοῦ Ὁμήρου, μετὰ τὸν

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
τόνδε
Στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Non abs re forſan fuerit hîc obſervare quod ait Suidas, Daphidam Telmiſenſem Grammaticum, qui de Homero, ejuſque poëſi ſcripſit, Homerum mendacii arguiſſe: neque enim ad Iliacam expeditionem iviſſe Athenienſes. Sed & huc pertinet quod in Theſei Vita narrat Plutarchus, Piſiſtratum in Athenienſium gratiam, inſeruiſſe in Necyam illum verſum.

Θησέα, Πειρίθοόν τε, θεῶν ἀριδείκετα τέκνα.

& ex Heſiodo hunc ſuſtuliſſe,

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπῆίδος Αἴγλης.

Πρὸς αὐτοῦ] Editio Stephani & Frobenii, παρ' αὐτοῦ. quæ lectio magis placet.

49 Ὁ δὲ οὐχ εἵλετο] Pluribus id ipſum refert Plutarchus: qui addit Solonem amicis dixiſſe, *Pulchrum ſundum eſſe tyrannidem, ſed exitum non habere.* eſt & in hanc rem elegans locus Ariſtidis, quem vide Oratione Platonicâ II.

Καὶ Πεισίστρατον τὸν συγγενῆ] Solonem materno genere Piſiſtratum contigiſſe, Plutarchus refert ex Heraclide Pontico: τὴν δὲ μητέρα τοῦ Σόλωνος Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἱστορεῖ τῆς Πεισιστράτου μητρὸς ἀνεψιὰν γενέσθαι. Sed & paterno genere Piſiſtratum contigit: uterque enim ad Codrum paternum genus referebat. De Piſiſtrato mox videbimus. De Solone, teſtatur Plutarchus: ἦν δὲ Κοδρίδης ἀνέκαθεν. Loquitur de Execeſtide, Solonis patre. Sed & Laërtius noſter infrà, in Platonis Vita, Solonem genus ſuum ad Neleum & Neptunum referre ait: erat autem Neleus Codri filius: quin & diſertè addit ibidem idem Laërtius, Solonis patrem Codro, Melanthi filio, prognatum eſſe exiſtimari.

Ἄιξας γὰρ εἴς τινα ἐκκλησίαν μετὰ δάρατος καὶ ἀσπίδος] εἰς τὴν ἐκκλησίαν malebat Tanaquillus Faber. Editio Baſilienſis & Stephanica, ἄξας γὰρ εἴς τινα ἐκκλησίαν μετὰ θώρακος καὶ ἀσπίδος. Ubi ἄξας reſcribendum; quod pro ἄιξας dicebant Attici: & ita apud Ariſtophanem non uno loco. Sed δόρατος rectum eſt. Ælianus Var. Hiſt. VIII, 16. καθεζόμενος δὲ Σόλων πρὸ τῆς οἰκίας τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ παρυθέμενος, ἔλεγεν, &c. Et deinde: ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ στρατηγίου. Solon ipſe in Epiſtola ad Epimenidem: ἐγὼ δὴ θέμενος πρὸ τοῦ στρατηγίου τὰ ὅπλα. & Plutarchus in Solone: καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμενος εἰς τὸν στενωπόν, &c. & Ariſtides Oratione de Smyrna ad Marcum Aurelium & Aurelium Commodum Imperatores: εἰσήει δέ με καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος, ὃν φασι πολιτείας καταλυθείσης, λαβόντα ἀσπίδα καὶ δόρυ, καθῆσθαι πρὸ τῆς οἰκίας.

Προαισθόμενος, &c. προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Πεισιστράτου] Valerius Maximus V. 3. *Piſiſtrati tyrannidem primus vidit orientem; & ſolus armis opprimi debere palam dictitare auſus eſt.*

Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν μὲν, σοφώτερος, τῶν δὲ, ἀνδρειότερός εἰμι, &c.] Solon ipſe infrà in Epiſtola ad Epimenidem; Plutarchus in Solone; Ælianus Var. Hiſtor. VIII. 16. necnon Ariſtides Oratione de Smyrna.

Χιόνος μέρος] Χιόνος βία, editio Stephani & Frobenii. Sed μένος quoque apud Plutarchum; qui eos verſus, hoc diſticho; qui poſt hunc pentametrum, 50

Βροντή τ' ἐκ λαμπρῆς γίνεται ἀστεροπῆς.

inſertus eſt; recitat auctiores;

Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται, ἢν δέ τις αὐτὴν
Μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη.

Ἄϊδρις ἐὼν] Editio Stephanica & Frobeniana, ἀϊδρείῃ.

Ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ στρατηγίου, καὶ εἰπών, Ὦ πατρὶς, &c.] Idem legas apud Plutarchum. Meminit & Solon ipſe Epiſtolâ ad Epimenidem.

Ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον] Meminit Plutarchus hujus profectionis in Ægyptum; ubi præceptores Pſenophin & Sonchin habuiſſe Solonem ſcribit: πρῶτον μὲν οὖν εἰς Αἴγυπτον ἀφίκετο, καὶ διέτριψεν, ὡς καὶ πρότερον αὐτός φησι,

Νείλου ἐπὶ προχοΐσι, Καναβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς.

χρόνον δὲ τινα καὶ τοῖς περὶ Ψένοφιν τὸν Ἡλιουπολίτην, καὶ Σώγχιν τὸν Σαΐτην, λογιωτάτοις οὖσι τῶν ἱερέων, συνεφιλοσόφησε· παρ' οὗ καὶ τὸν Ἀτλαντικὸν ἀκούσας λόγον, ὡς Πλάτων φησὶν, ἐπεχείρησε διὰ ποιήματος ἐξενεγκεῖν εἰς τοὺς Ἕλληνας, Primùm in Ægyptum est delatus, ibique commoratus, ut ipse antè dicit,

Faucibus in Nili, quà litora curva Canopi,

aliquantisper etiam cum Pſenophide Heliopolita, & Sonchide Saita, inter Sacerdotes literatiſſimos, philoſophatus eſt: ex quibus audivit, ut auctor eſt Plato, ſermonem Atlanticum, quem verſibus apud Græcos aggreſſus eſt explicare. Meminit & libello, de Iſide & Oſiride: ἡ μὲν οὖν εὐλάβεια τῆς περὶ τὰ θεῖα σοφίας Αἰγυπτίων τοσαύτη ἦν. μαρτυροῦσι δὲ καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ σοφώτατοι, Σόλων, Θαλῆς, Πλάτων, Εὔδοξος, Πυθαγόρας, ὡς δ' ἔνιοί φασι καὶ Λυκοῦργος, εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενοι, καὶ συγγενόμενοι τοῖς ἱερεῦσιν· Εὔδοξον μὲν οὖν Χονούφεώς φασι Μεμφίτου διακοῦσαι· Σόλωνα δὲ, Σόγχιτος (lego Σώγχιδος) Σαΐτου· Πυθαγόραν δὲ, Οἰνούφεως Ἡλιουπολίτου. *Talis ergo fuit Ægyptiorum accuratio, in contemplatione rerum divinarum. Teſtimonium perhibent etiam Græcorum ſapientiſſimi, Solon, Thales, Plato, Eudoxus, Pythagoras, & (ut quibuſdam placet) etiam Lycurgus: qui in Ægyptum venerunt, & cum Sacerdotibus verſati ſunt. Et ab Eudoxo quidem Chonuphim Memphitam fuiſſe auditum ajunt, à Solone Sonchidem Saitam, à Pythagora Oenuphim Heliopolitam.* Ubi obſerva Οἰνεύφεα vocari, qui loco proximè allato Ψένοφις dictus eſt. Clemens in I. στρωμ. Σεχνούφιδα appellat: ἱστορεῖται δὲ, Πυθαγόρας μὲν Σώγχηδι (lego Σώγχιδι) τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχιπροφήτῃ μυηθεῖναι· Πλάτων δὲ, Σεχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ· Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κονεύφιδι, τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Ubi quoque obſervare eſt, Pythagoræ, non Solonis, Sonchin præceptorem dici. In colloquio autem illo cum Sacerdotibus Ægyptiis, cùm de rebus antiquis interrogaret Solon, ſic eum Seniorum quidam affatus eſt, *O Solon, Solon, Græci ſemper pueri eſtis: ſenex nullus eſt Græcorum.* Refert Plato in Timæo. In Ægyptum navigaſſe Solonem, teſtatur quoque Heraclides libro de Politiis: ſed poſtquam Leges condidiſſet: ὡς δὲ διώχλουν αὐτῷ τινες περὶ τῶν νόμων, ἀπεδήμησεν εἰς Αἴγυπτον. Diogenem noſtrum, qui hanc profectionem Solonem ſuſcepiſſe ait Piſiſtrato dominante, falli docet Meurſius in Vita Solonis. Plutarchus verò Athenis manſiſſe ſcribit; Urbe à Piſiſtrato occupatâ; quamquam amici ſuaderent ut abiret: quod nec verum eſt, nec veroſimile; licèt idem ſcribat Ælianus Var. Hiſtor. VIII. 16. Nam & Gellius XVII. 2. Urbe quoque exceſſiſſe ait: *Servio autem Tullio regnante, Piſiſtratus Athenis Tyrannus fuit, Solone antè in exilium voluntarium profecto:* & Piſiſtratus ipſe Solonem ad reditum invitat Epiſtolâ infrà poſitâ, quam ad eum ſcripſit: de quo Solon ſe excuſat Epiſtolâ quâ Piſiſtrati Epiſtolæ reſpondet. Sed, ut jam monuimus, hæ Epiſtolæ ſuppoſititiæ videntur.

Καὶ εἰς Κύπρον] Ubi apud Philocyprum, ejus regionis Regem, tantâ in gratiâ fuit, uti urbem, *Æpeam* anteà nominatam, ab ejus nomine *Solos* appellaret. auctor Plutarchus. Achilles Tatius in Vita Arati, *Cypranorem* vocat, quem Plutarchus *Philocyprum* appellat. Utriuſque locum mox proferemus.

Καὶ πρὸς Κροῖσον ἦλθεν· ὅτε καὶ ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, Τίς σοι δοκεῖ εὐδαίμων, &c.] Pluribus hanc hiſtoriam referunt Herodotus libro I. Plutarchus in Solone, Auſonius in Ludo VII. Sapientum, & Tzetzes Chil. V. Hiſtor. VI. Non defuere tamen qui decantatum illum congreſſum Crœſi & Solonis inter fabulas reponerent, utpote minimè conſentaneum rationi temporum: neque res difficultate caret. Vide Plutarchum in Solone, ſub finem.

Τέλλος ἔφη, Ἀθηναῖος] Ita Codex Farneſianus, teſte Aldobrandino. Τέλος, habet editio Baſileenſis: Τέλλος, editio Stephani: & ita quoque apud Plutarchum libello, Quomodo ab adulatore amicus diſcerni queat; necnon in Publicola cap. 25. Ita etiam apud Herodotum in Clio capite 3. & Lucianum in Contemplantibus: quare Τέλλος malim. ΤΕΛΛΟΣ pro ΤΕΛΛΟΣ vitioſè ab Exſcriptoribus ſcriptum fuit, ob exiguum diſcrimen, quod inter Λ & Λ videas: Græci enim veteres minuſcula characterum formâ, quæ poſtea in uſu fuit, non utebantur; ſed eos tantùm characteres uſurpabant, quos nunc *majuſculos*, ſeu *capitales* vocamus: & quos *pollicales literas* vocat Sanctus Hieronymus. Ceterùm, Tellus ille, *Telen* dicitur Auſonio, ſive, ut in veteri libro ſcriptum fuit, *Tellan.*

Φυσικῷ γὰρ ἄνθει κεκόσμηνται] De pavone, Moſchus in Idyllio Europæ: 51

Ὄρνις ἀγαλλόμενος πτερύγων πολυανθεῖ χροιῇ,
Ταρσὸν ἀναπλώσας, ὡσεί τε τις ὠκυαλὸς νηῦς.

Lucianus quoque, ἔαρ ἀνθῶν, & Achilles Tatius, ἄνθη πτερῶν, & λειμῶνα πτερῶν, de eadem avi uſurparunt.

Καὶ μυρίῳ καλλίονι] Gallicè diceremus, *mille fois plus beau.*

Ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ πόλιν ᾤκισεν, ἣν ἀπ' αὐτοῦ Σόλους ἐκάλεσεν] Fallitur ergo Euſtathius, qui ad Iliadem Homeri, pag. 1332. edit. Romanæ, Solonem à Solis civitate vocatum ſcribit: δοκεῖ δὲ καὶ ὁ νομοθέτης Σόλων ἐκεῖθεν παρωνομάσθαι. Sed rem longè aliter narrat Plutarchus: ἔπειτα πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων, ὃς εἶχεν οὐ μεγάλην πόλιν οἰκιζομένην ὑπὸ Δημοφῶντος τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον ποταμὸν, ἐν χωρίοις, ὀχυροῖς μὲν, ἄλλως δὲ δυσχερέσι καὶ φαύλοις, κειμένην· ἔπεισεν οὖν αὐτὸν ὁ Σόλων, ὑποκειμένου καλοῦ πεδίου, μεταθέντα τὴν πόλιν, ἡδίονα καὶ μείζονα κατασκευάσαι. καὶ παρὼν ἐπεμελήθη τοῦ συνοικισμοῦ, καὶ συνδιεκόσμησε πρός τε διαγωγὴν ἄριστα καὶ πρὸς ἀσφάλειαν· ὥστε πολλοὺς μὲν οἰκήτορας τῷ Φιλοκύπρῳ συνελθεῖν, ζηλῶσαι δὲ τοὺς ἄλλους βασιλέας. διὸ καὶ τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς, Αἰπεῖαν καλουμένην τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ' ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσε. *Inde in Cyprum navigavit, ubi in ſumma gratia fuit apud quendam illius regionis Regem Philocyprum. Habebat oppidum hic exiguum, à Demophonte Theſei filio, ad Clarium amnem, conditum; munito quidem loco, ſed aſpero & ſterili. Ei Solon, cùm huic loco pulcher cam-*

pus ſubjectus eſſet, perſuaſit ut urbem transferret, amæniorem que & ampliorem exſtrueret. Atque ipſe præſens ut frequentaretur oppidum cultoribus curam egit, ſociuſque fuit Regis in conſtituendo eo cùm ad vitam tum ad ſecuritatem commodiſſimè tuendam. Unde frequentes Incolæ confluxerunt ad Philocyprum, invideruntque ceteri Reges. Quare Soloni honorem habuit, nominata urbe, ab ejus nomine, Solis, quæ antea Æpea vocabatur. In Solis Cypri cum Plutarcho conſentit Achilles Tatius in Vita Arati: ſed, ut jam monuimus, quem Plutarchus Philocyprum, Cypranorem ipſe appellat: μέμνηται δὲ τούτων, loquitur de Solis in Cypro, Σόλων ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, ταῖς πρὸς Κυπράνορα τὸν βασιλέα· ὃς συμβουλευθεὶς ὑπὸ Σόλωνος κτίσαι τὴν πόλιν, χάριν τοῦ ἀνδρὸς Σόλους ὠνόμασεν, ἀμοιβὴν ταύτην νέμων τῆς συμβουλῆς αὐτοῦ. *Horum* (in Cypro) *Solorum meminit Solon in Elegiis ad Cypranorem Regem: qui conſilio ab ipſo accepto de condenda urbe, ejus cauſa eam* Solos *appellavit, hanc ei pro conſilio gratiam rependens.* Etiam Auctor Etymologici: Σόλοι, ἡ ἐν Κύπρῳ πόλις, ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Ἀθηναίων νομοθέτου. Stat à Diogene Laërtio Stephanus: nam in Cilicia Solos quoque ponit, quos & à Solone ſic vocatos, ait: Σόλοι, Κιλικίας πόλις, inquit, ἡ νῦν Πομπηίου πόλις. κέκληται δὲ ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἁλὶ ἀνεκτίσθη ὑπὸ Πομπηίου, καὶ μετωνομάσθη Πομπηϊούπολις. Ubi obiter legendum moneo, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλιάσιν. Euphorionem περὶ Ἀλικάδων, citat Clemens Alexandrinus Στρωμ. lib. I. Apud Stephanum ſcriptum fuerat Εὐφορίων ἐν Ἀλ. compendioſè, pro ἐν Ἀλιάσιν, ex quo poſtea imperiti Librarii ἐν Ἁλὶ, fecerunt. Legi poſſet & ἐν Ἀραῖς, in quibus citatur idem Euphorion eidem Stephano in Ἀλύβῃ: quæ eſt Tanaquilli Fabri conjectura. Item & Χιλιάσι, ut Bochartus conjiciebat: in quibus citatur ab Athenæo libro x. cap. 10. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Εὐφορίων ὁ ἱστοποιὸς ἐν χιλιάσι· & à Stephano, in Ἀσκανίᾳ, & in Χαονίᾳ. Porrò, ſtat à Laërtio etiam Euſtathius ad Dionyſii περιήγησιν, cujus locum mox proferemus. Idem legas apud Scriptorem anonymum Vitæ Arati: niſi quod Solonem Lindium vocat: Ἄρατος πατρὸς μὲν Ἀθηνοδώρου, μητρὸς δὲ Ληνοδώρας (Achilles Tatius Ἀντοφίλας) ἐκ Σόλων τῆς Κιλικίας. ὠνόμασται δὲ ἡ ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Λινδίου· ἔστι δὲ ἡ νῦν Πομπηϊούπολις. Hujus Solonis Lindii non meminit Meurſius, qui lib. ſingulari de Solone capite 1. Solones omnes recenſet: neque alius, puto, meminit: quare hæc vox Λινδίου valde mihi mendi ſuſpecta eſt: & pro ea reponendum lubens crediderim Ἀθηναίου. ΛΙΝΔΙΟΥ ab ΑΘΗΝΑΙΟΥ, ſi formam literarum potiùs quàm ſonum ſpectes, non ita longè abit. Vide tamen infrà locum Euſtathii: ubi dicitur nonnullos exiſtimare Solos Ciliciæ à Rhodiis conditos fuiſſe: eſt autem Lindos urbs in Rhodo. Utriuſque urbis cùm Ciliciæ. tum Cypri meminit Suidas in Voce Σόλων: & utriuſque Solonem conditorem facit: ἐπιβουλευθεὶς δ' ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, ἀπεδήμησεν ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἔκτισε πόλιν, ἣν Σόλους ἐκάλεσεν ἐξ αὐτοῦ. οἱ δὲ, καὶ τοὺς ἐν Κύπρῳ Σόλους ἐξ αὐτοῦ φασὶ, καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν ἐν Κύπρῳ. Quia autem diu in Cilicia commoratus eſt Solon, ibique, ut quidam volunt, diem ſuum obiit, inde factum eſſe exiſtimo, ut Cilix eſſe diceretur. Auctor Etymologici: Σόλοικοι, οἱ Βάρβαροι· ἀπὸ Σόλωνος, Κίλικος. Ita Hippocrates, qui Cous erat; quòd diu in Theſſalia commoratus eſſet; ubi & vita functum ſcribit Soranus in ejus Vita; Theſſalus appellatur, in Epigrammate quodam incerti Auctoris lib. III. Anthol. tit. εἰς ἰατρούς.

Θέσσαλος Ἱπποκράτης, Κῷος γένος, ἐνθάδε κεῖται,
Φοίβου ἀπὸ ῥίζης ἀθανάτου γεγαώς.

Sed fortaſſe ibi legendum Θέσσαλος Ἱπποκράτους; & accipiendum Epigramma de Theſſalo, Hippocratis filio, qui & ipſe magni nominis Medicus exſtitit, & verè τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον· ut eum meritò Galenus proœmio Commentarii in librum Hippocratis de Natura Humana, θαυμάσιον ἄνδρα vocaverit.

Οἱ τῷ χρόνῳ τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες, σολοικίζειν ἐλέχθησαν] Suidas: Σόλοι· Κιλικίας πόλις (ita legendum, non Σικελίας) καὶ Κύπρου, ἀφ' ὧν ὁ σολοικισμός, βαρβαριζόντων κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶσσαν. Euſtathius in Dionyſii περιήγησιν, ubi de Solis Ciliciæ: φασὶ δὲ καὶ τὸν σολοικισμὸν ἐντεῦθεν λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, ὡς ἀνδρῶν ποτε Ἀττικῶν οἰκησάντων ἐκεῖ, καὶ τὴν εὐγενῆ παρακοπέντων Ἀττικὴν γλῶτταν, καὶ ἐξαγροικισθέντων διὰ τὸν ἐν Σόλοις οἰκισμόν· ὅθεν καὶ πάντας τοὺς τοιούτους, Σολοίκους λέγεσθαι, ὅ ἐστι Βαρβάρους, κατὰ τοὺς ἐν Σόλοις οἰκήσαντας. Meminit & ad Iliadem Homeri, pag. 1332. edit. Romanæ. Ineptè Chœroboſcus apud Auctorem Etymologici: σολοικισμὸς λέγεται ὁ τοῦ σώου λόγου αἰκισμός, ἤγουν ὕβρις τοῦ ὁλοκλήρου λόγου. Cujus originis meminit & Suidas: σολοικισμὸς, ὁ τοῦ σόου λόγου αἰκισμός· σάος γὰρ καὶ διὰ τοῦ ο μικροῦ. ἔνθεν καὶ λαόσοος, ἡ τὸν λαὸν σώζουσα.

Καί εἰσιν οἱ μὲν ἔνθεν, Σολεῖς· οἱ δ' ἀπὸ Κύπρου, Σόλοι] Id ipſum obſervat & Achilles Tatius in Vita Arati: οἱ δὲ Σόλοι, πόλις ἐπιφανεστάτη τῆς Κιλικίας, ἀφ' ἧς πολλοὶ, κἀγαθοὶ γεγόνασιν ἄνδρες. καλεῖται δὲ νῦν Πομπηίου πόλις. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Σόλοι τῆς Κύπρου· ἀλλ' οἱ μὲν Κύπριοι, Σόλιοι καλοῦνται· οἱ δὲ Κιλίκιοι, Σολεῖς. & Euſtathius dicto loco: πόλις Κιλικίας καὶ οἱ Σόλοι, ἡ νῦν Πομπηίου πόλις. λέγονται δὲ Σόλοι, κατά τινας, ἀπὸ Σόλωνος· οἱ δὲ φασι Ῥοδίων καὶ Ἀχαιῶν κτίσμα τὴν τοιαύτην πόλιν. τούτων οἱ πολῖται οὐ Σόλοι, ἀλλὰ Σολεῖς. At Stephanus Σολεῖς & Σολίους eoſdem facit.

Ὑμέων δ' εἷς μὲν, &c.] Apud Clementem Strom. 1. 52
ut & apud Plutarchum in Solone, hi quatuor poſtremi verſus mutato ordine leguntur: quod enim hîc diſtichum primo loco poſitum eſt, ibi poſtremo ponitur. Ibi quoque Σύμπασιν, non Σύμπασι, legitur, & ita legendum oportere, metri ratio docet. pro καῦφος legitur apud Clementem χαῦνος, & apud Plutarchum καῦνος. pro εἰς ἔπος αἴολον, apud utrumque εἰς ἔπη αἰμύλον. In ſuperioribus verſibus pro μοῖραν, μῆνιν, & pro ῥύσια, ἐρύματα apud Plutarchum legi obſervarunt Caſaubonus & Aldobrandinus, quos adi.

Οὔτε μόνος Ἑλλήνων τυραννίδι ἐπεθέμην] Vide Aldo- 53
brandinum.

Οὔτε ὡς οὐ προσῆκεν] Ὡς, abeſt à MSS. & quidem rectè.

Γένους ὄντι τῶν Κοδριδῶν] Ad Codrum, Athenienſium Regum ultimum, genus ſuum referebat Piſiſtratus. Herodotus libro v. ubi de Piſiſtratidis ejectis loquitur: μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ, ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἑξ καὶ τριήκοντα, ἐόντες δὲ καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεῖδαι, ἐκ τῶν αὐτέων γεγονότες, καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον. *Moxque, exceſſerunt in Sigeum, ad Scamandrum ſitum, cùm ſex & triginta annos principatum Athenienſium tenuiſſent; etiam ipſi origine Pylii, & Nelidæ: ex iiſdem oriundi, quibus Codrus, & Melanthus.* Atque ea de cauſa Hippocrates, Piſiſtrati Tyranni pater, animum induxit, ut filio nomen *Piſiſtrati* daret; de Piſiſtrato, Neſtoris filio, eum nuncupans. Herodotus dicto loco: ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τὼυτὸ οὔνομα ἀπεμνημόνευσε Ἱπποκράτης τῷ παῖδι θέσθαι τὸν Πεισίστρατον, ἐπὶ τοῦ Νέστορος Πεισίστρατου ποιεύμενος τὴν ἐπωνυμίην. Idem teſtatur, ſed dubitanter, Euſtathius ad Odyſſ. γ'. ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ τῷ ὑστέρῳ Τυράννῳ Πεισιστράτῳ ἐκ τοῦ τοιούτου Νεστορίδου Πεισιστράτου δόξει ἂν ἴσως ἀπομνημονευθῆναι ἡ κλῆσις. Fuiſſe autem Piſiſtratum illum Neſtoridem à Codro, ad quem Piſiſtratus Tyrannus genus ſuum referebat, ſtirpe quartum, ex Apollodori libro I. monuit Meurſius in Piſiſtrati Tyranni vita; erat quippe, inquit, Codri filius Neleus, hujus Neſtor, hujus Piſiſtratus. Melanthus de quo Herodotus loco mox laudato, fuit Codri pater. Eſt hic error longè graviſſimus Meurſii; qui Codrum, ultimum Athenienſium Regem, antiquiorem facit Neſtore: nec animadvertit duos fuiſſe Neleos: alterum, Neſtoris patrem, à quo Pylus eſt condita: alterum, filium Codri, qui Jonicam coloniam deduxit. Prior ille, Neſtoris filius fuit, ut auctor eſt Apollodorus. Melanthus, de quo Herodotus loco mox laudato, fuit Codri pater.

Τά τε ἄλλα ἀμαρτάνω οὐδὲν ἢ περὶ θεοὺς ἢ περὶ ἀνθρώπους] De virtutibus Piſiſtrati videndus Meurſius in Piſiſtrato cap. VI.

Ἀλλὰ, καθότι σὺ διέθηκας τοὺς θεσμοὺς Ἀθηναίοις, ἐπιτροσῶ πολιτεύειν] Etiam Solonis leges plurimas retinuiſſe Piſiſtratum teſtatur Plutarchus in Solone. Rectè autem hîc Caſaubonus ἐπιτρέπω emendabat. Ita quoque Joſephus Scaliger in ora libri, qui in manus meas incidit, emendaverat: & ſic quoque Mitalerius.

Τοὺς θεσμοὺς] Minùs propriè Solonis leges θεσμοὺς, id eſt, *ſanctiones*, vocat Piſiſtratus. θεσμοὶ propriè Draconis leges dicebantur; ut νόμοι, Solonis leges. Obſervabat ad Solonem Meurſius ex Andocide in Oratione de Myſteriis: τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. & deinde: Τισαμένὸς εἶπε πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια· νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις, καὶ σταθμοῖς· χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς, οἵσπερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Ælianus quoque Var. Hiſt. VIII. 80. καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι (νόμοις) τοῖς Δράκοντος· ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι θεσμοί. Auctor Etymologici in θεσμοθέται· θεσμὸν γὰρ εἶναι τὸν Δράκοντος, νόμον δὲ τὸν Σόλωνος. Cauſa autem appellationis, quia hoc procœmium fere earum erat, θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀττικὴν νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. *Sanctio perpetua Atticam incolentibus, rata in univerſum tempus*, ut ex Porphyrio de abſtinentia animalium libro IV. obſervat idem Meurſius. Tamen Solonis leges etiam θέσμια vocat Herodotus in Clio, ubi & de Piſiſtrato: ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχεν Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας, οὔτε θέσμια μεταλλάξας, &c. & Solon ipſe infrà in Epiſtola ad Epimenidem: Οὔτε αἱ ἐμοὶ θεσμοὶ, &c. Et in procœmio Carminum, quibus leges ſuas expoſuit, teſte Plutarcho in ejus vita,

Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ,
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Οἷα δὲ καὶ τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ἦν τὰ ῥητὰ γέρα] Supplendum putat Caſaubonus, ἔστι κἀμοὶ, aut tale quid. Nihil addendum exiſtimabat doctiſſimus Marquardus Gudius, ſed legendum, καὶ ὁ τύραννος ἐγὼ, οὐ πλεῖόν τι φέρω μοὶ (non φέρομαι, ut vulgo legitur) τἀξιώματος καὶ τῆς τιμῆς· οἷα δὲ καὶ τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ἦν τὰ ῥητὰ γέρα, & vertendum, *Et Tyrannus ego, non ſumo mihi amplius aliquid quàm dignitatem & honorem: dicta autem & rata ſtipendia, quanta etiam alii olim Reges habuiſſe.* φέρω μοὶ, eſt *obtineo, confero mihi.*

Ἀπάγει δὲ ἕκαστος τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην] Aliquando actum cùm inveniſſet in petricoſo agro laborantem Senem, acceſſit quærens, quoſnam hinc referret fructus: illo autem reſpondente, dolores & ſphacelos; & tamen fructuum decimam à Piſiſtrato exigi; miratus viri libertatem, decimæ immunitatem dedit. Rem narrat Tharræus in Proverbiis, Zenobius Centuriâ IV. Proverb. 76. Apoſtolius X. 8. (ubi malè δωδεκάτην pro δεκάτην) Suidas in σφακελισμὸς, & Appendix Vaticana Schotti. At ejus filii Hippias & Hipparchus, qui & ipſi tyrannidem Athenis exercuerunt, vigeſimam tantùm exegere. auctor Thucydides lib. VI.

Οὔτε μέμφομαι] Editio Stephani οὔ τι, quod magis placet. 54

Ἔσῃ ἀνὰ πρώτους] MSS. & Stephani editio ἔσῃ ἂν πρῶτος.

Ὅρον ἀνθρωπίνου βίου φησὶν ἔτη ἑβδομήκοντα] Solon ipſe apud Herodotum lib. I. cap. 3. ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα εὖρον τῆς ζωῆς ἀνθρώπῳ προτίθημι. Philo Judæus περὶ κοσμοποιΐας· τὰς ἡλικίας ταύτας ἀνέγραψε καὶ Σόλων, ὁ τῶν Ἀθηναίων νομοθέτης, Ἐλεγεῖα ποιήσας τάδε,

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον, ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.
Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσει θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτοὺς,
Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης·
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
Ἀκχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης·
Τῇ δὲ τεταρτάτῃ πᾶς ἐνὶ ἑβδομάδεσσιν ἄριστος
Ἰσχὺν, σίτ' ἀνδρὸς σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἀνδρα μεμνημένον ἀρ' γάμου εἶναι
Καὶ παίδων ζητεῖν ἐξοπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρὸς,
Οὐ δ' ἔρδειν ἐθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μετ' ἀρίστοις·
Ὀκτὼ δ' ἀμφότερα, τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη·
Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ,

Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίη.
Τῇ δεκάτῃ δ' εἴτις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

ὁ μὲν οὖν Σόλων ἑβδομάσι δέκα ταῖς εἰρημέναις καταριθμεῖ τὸν ἀνθρώπινον βίον· ὁ δ' ἰατρὸς Ἱπποκράτης ἡλικίας ἑπτὰ εἶναί φησι, παιδίου, παιδὸς, μειρακίου, νεανίσκου, ἀνδρὸς, πρεσβύτου, γέροντος, &c. Audiendus & Cenſorinus de Die natali cap. 14. *Hippocrates, Medicus, in ſeptem gradus ætates diſtribuit. Finem primæ putavit, ſeptem annorum: ſecundæ, quatuordecim: tertiæ, viginti octo: quartæ, triginta quinque: quintæ, quadraginta duo: ſextæ, quinquaginta ſex: ſeptimæ, noviſſimum annum vitæ humanæ. Solon autem partes fecit decem, & Hippocrates gradum tertium, & ſextum, & ſeptimum, ſingulos biſariam diviſit, ut unaquæque ætas annos haberet ſeptenos. Staſeas Peripateticus ad has Solonis decem hebdomadas addidit, & ſpatium plenæ vitæ quatuor & octoginta annorum eſſe dixit: quem terminum ſi quis præterit, facere idem quod* σταδιοδρόμοι *ac quadrigæ faciunt, cùm extra finem procurrunt.* Sed & ſeneſcentem ſe multa in dies addiſcere, ſcripſit Solon in iiſdem Elegis. Αἰσγηράσκω, πολλὰ διδασκόμενος. Quod Solonis dictum immeritò damnat Plato libro VII. de Republica. Soloni conſentanea etiam David Pſalmo 89. *Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.*

55 Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω] *Iniquiſſimum enim quis meritò dixerit patrem egere, cùm filius ſit in facultatibus*, inquit Ulpianus l. v. ſect. 13. de agnoſcendis & alendis liberis vel parentibus: *& parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere juſtum eſt*, ait Antoninus Pius Cod. eodem titulo. Legis Solonis meminit Æſchines contra Timarchum, ubi de Oratorum exploratione, ſive δοκιμασίᾳ· τὸν πατέρα τύπτων, ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. *Qui patrem aut matrem verberat, aut non alit, aut tectum eis ad habitandum non præbet, hunc in populo orare non ſinit.* Et Demoſthenes contra Timocratem: οἱ νόμοι δὲ ζῶντας ἀναγκάζουσι τοὺς παῖδας τοὺς γονέας τρέφειν. Et Ælianus de Animalibus lib. IX. cap. 1. Καὶ Σόλων μὲν τοῖς λέουσι ταῦτα οὐ κελεύει, loquitur de leonum in parentes pietate, νομοθετῶν τρέφειν τοὺς πατέρας ἐπάναγκες. πελαργικὸν νόμον vocat Ariſtophanes in Avibus. Parentum autem appellatione continentur pater & mater, avus atque avia, proavus atque proavia. Iſæus ἐν τῷ περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου, ubi de hac Solonis lege: κελεύει γὰρ τρέφειν τοὺς γονέας· γονεῖς δ' εἰσὶ μήτηρ καὶ πατὴρ, πάππος καὶ τήθη, καὶ τούτων μήτηρ καὶ πατὴρ, ἐὰν ἔτι ζῶσιν· ἐκεῖνοι γὰρ ἀρχὴ τοῦ γένους εἰσὶ, καὶ τὰ ἐκείνων παραδίδοται τοῖς ἐκγόνοις. διόπερ ἀνάγκη τρέφειν αὐτοὺς ἐστι, κἂν μηδὲν καταλίπωσι. Idem legibus Romanis definitum. Ulpianus dictâ l. v. ſect. 2. *Utrum autem tantùm patrem, avumque paternum, proavumve paterni avi patrem, ceteroſque virilis ſexus parentes alere cogamur; an verò etiam matrem, ceteroſque parentes, & per illum ſexum contingentes cogamur alere, videndum: & magis eſt, ut utrobique ſe judex interponat, quorumdam neceſſitatibus faciliùs ſuccurſurus, quorumdam ægritudini; & cùm ex æquitate hæc res deſcendat, caritateque ſanguinis, ſingulorum deſideria perpendere judicem oportet.* Nec ſolùm Parentum nomine naturâ Parentes intelligebantur, ſed etiam adoptione, ut diſcimus ex Lyſia contra Agoratum. Si autem filium nullam artem docuiſſet pater, tunc patrem alere filius non tenebatur, ut eſt apud Plutarchum in Solone, Vitruvium in Præfatione libri I. & Galenum in Exhortatione ad Medicinam capite 4. Id etiam indulſit Solon è meretricibus procreatis. auctor eſt Heraclides Ponticus apud Plutarchum dicto loco. Sed neque etiam apud Græcos matrem alere ex non legitimis nuptiis ſuſcepti tenebantur, ut nos docuit Syneſius Epiſt. 110. Aliter apud Romanos, qui, ut ait Ulpianus dictâ lib. v. ſect. 4. matrem cogunt, præſertim vulgo quæſitos, liberos alere, necnon ipſos eam.

Ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς] Rationem reddit Æſchines Oratione contra Timarchum, ubi de iis qui in Oratorum ordinem cooptari non poſſunt; εἰ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς, ἢ ὢν οἷ κληρονόμος γένηται· τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. *Si paternum, aut aliam quamvis ad ſe delatam hereditatem decoxerit: qui enim privatam domum malè rexerit, publicam non multò meliùs rem tuebitur.* Similiter Paulus Epiſtolâ I. ad Timotheum cap. 3. poſtquam Epiſcopum dixit ſuæ domui bene præpoſitum eſſe oportere, addit, *Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit?* Sed & alterius Legis meminit Laërtius noſter in Democrito, quâ cavebatur, ne quis ſepulturâ in patriâ afficeretur, qui patrimonium diſſipaviſſet. Vide locum.

Καὶ ὁ ἀργὸς, ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι] Hanc legem ab Ægyptiis, apud quos unuſquiſque nomen publicè profiteri, ſimulque indicare, & quo proventu, & quo vitæ genere ſibi victum compararet, tenebatur, Athenas à Solone invectam fuiſſe ſcribit Herodotus in Euterpe, & Diodorus lib. I. Piſiſtratum verò eam tuliſſe, non Solonem, teſtatur Theophraſtus apud Plutarchum in Solone. At Lyſias, teſte hîc Diogene noſtro, Draconem hujus auctorem facit. Et ſane Plutarchus, poſtquam in vita Solonis de aſperitate legum Draconis mentionem injecit, ſubdit, tantam fuiſſe, ut Ocioſos morte mulctaret: ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν. Ergo legem Solon non tulit primus, ſed pœnam tantùm lenivit: quamquam pœnam Ocioſorum, ex Draconis lege, non mortem, ſed infamiam fuiſſe ſcribat Pollux VIII. 6. qui addit Ocioſum, ex Solonis lege, infamiâ quoque mulctatum, ſed tum demum, ſi ter reus peractus eſſet: τῆς δὲ ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἄτιμία ἦν, τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρὶς ἁλῴη, ἠτιμοῦτο. Quæ de pœna infamiæ ex Draconis lege dicit, falſa eſſe non dubitamus; cùm, præter Plutarchum, auctorem graviſſimum, qui diſertis verbis loco allato hoc crimen ex Draconis lege capita-

le fuiſſe ſcribit, etiam apud Ægyptios, à quibus hanc legem Solonem accepiſſe volunt Herodotus & Diodorus Siculus, Ocioſi morte punirentur. Ceterum potuiſſe quemvis hanc ἀργίας δίκην ſcribere, ſolus, quod ſciam, Diogenes noſter annotavit. Sed & idem apud Romanos cuivis licuiſſe diſcimus ex l. unica Cod. de Mendicantibus validis; quæ eſt Gratiani, Valentin. & Theodoſii: *Cunctis quos in publicum quæſtum incerta mendicitas vocaverit, inſpectis, exploretur in ſingulis & integritas corporum, & robur annorum: atque inertibus & abſque ulla debilitate miſerandis neceſſitas inferatur, ut eorum quidem quos tenet conditio ſervilis, proditor ſtudioſius & diligens dominium conſequatur: eorum verò quos natalium ſola libertas perſequitur, colonatu perpetuo fulciatur quiſquis hujuſmodi lentitudinem prodiderit, ac probaverit*, &c. Ita legendum, non *lenitudinem*. *Lentitudo* eſt ἀργία. Eam porro curam homines ocioſos, peregrinos, vagantes, coërcendi Juſtinianus Imp. Novella LXXX. mandavit Quæſtori, qui propterea ἐρευνητὴς, hoc eſt, *inquiſitor*, vocabatur, quia in Ocioſos inquireret: valentes autem corpore telluris inutile pondus eſſe non permittebat, ſed Mancipibus, Olitoribus, & aliis id genus artificibus ad miniſterium tradebat. At Galba Imperator, referente Suetonio, ſolitus erat dicere, quod nemo rationem ocii ſui reddere cogeretur. & Hermondas, Athenis quodam ocii damnato, oſtendi ſibi petiit qui tam liberalis criminis convictus eſſet. Refert Plutarchus inter Laconica Apophthegmata.

Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Νεικείδου] Editio Stephani & Baſileenſis, κατὰ Νικίου.

Τόντε ἡταιρηκότα εἴργειν τοῦ βήματος] ἡταιρηκότα, id eſt: *muliebria paſſum*, non verò *ſcortatorem*, ut minùs rectè Aldobrandinus & Meurſius interpretantur. Pollux lib. VI. cap. 30. ubi de Cinædo: καὶ ὁ θηλυδρίας, καὶ ὁ γυναικίας, &c. μαλακὸς, ἡταιρηκὼς, ἐκπεπορνευμένος. Hujus legis meminit Æſchines contra Timarchum: *ἄν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ· μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητήν· μηδ' ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω, μηδὲ γνώμην λεγέτω, μηδ' εἰς τὰ δημοτελῆ εἰσίτω, μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανοφορίαις στεφανούσθω, μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντηρίων πορευέσθω. ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν, θανάτῳ ζημιούσθω. Si quis Athenienſis corpore quæſtum fecerit, nullum è novem Magiſtratibus gerere ei liceto, nec ſacerdotio fungi, neque pro populo agere, nullum denique magiſtratum, ſive domi, ſive peregre, ſive ſorte, ſive ſuffragio dari ſolitum, capeſſere. Neque Legatus quoquam deſtinator, ſententiam ne dicito; neque in publica ſana intrato; neque feſtis ſolemnibus, quibus coronari mos eſt, coronam geſtato; neque intra fori purificatoria vaſa ingreditor. Si quis eorum quidquam fecerit, corpore meruiſſe convictus, morte plectitor.* Meminit & Demoſthenes in Androtionem: *ἄξιον τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὸν θέντα τὸν νόμον ἐξετάσαι Σόλωνα, καὶ θιάσασθαι, ὅσην πρόνοιαν ἐποιεῖτο ἐν ἅπασιν οἷς ἐτίθει νόμοις τῆς πολιτείας· καὶ ὅσῳ περὶ τούτου μᾶλλον ἐσπούδαζεν, ἢ περὶ τοῦ πράγματος αὐτοῦ, οὗ τιθεὶς τὸν νόμον. πολλαχόθεν μὲν οὖν ἄν τις ἴδοι τοῦτο· οὐχ ἥκιστα δ' ἐκ τούτου τοῦ νόμου, μήτε λέγειν, μήτε γράφειν ἐξεῖναι τοῖς ἡταιρηκόσιν. Operæprecium porro eſt, Athenienſes, diligenter inquirere & ſpectare, quantæ curæ Soloni fuerit, hujus legis auctori, in omnibus quas ſanxit legibus, Reſpublica: & quantò de hac, quam de iis rebus quæ legibus continentur, magis ſolicitus fuerit. Quod cùm ex aliis multis legibus perſpicitur, tum verò ex hac, quâ vetat, ne ii, qui ſe proſtituerunt, in publico vel dicant, vel decernant.* Adde Marium Victorinum in II. Rhetor. Ciceronis: & Syrianum in Hermogenem. Rationem Legiſlatoris profert Æſchines dicto loco: *τὸν γὰρ τὸ σῶμα τὸ ἑαυτοῦ ἐφ' ὕβρει πεπρακότα, καὶ τὰ κοινὰ τὰ τῆς πόλεως ῥᾳδίως ἡγήσατο ἀποδώσεσθαι. Nam qui ſuum corpus ad ignominiam vendiderit, eum etiam Reipublicæ negotia facilè venditurum putavit.* Idem tamen Legiſlator, ſolis ingenuis παιδεραστεῖν permiſit. Chryſoſtomus Homiliâ v. in Epiſtolam ad Titum: καὶ παρ' αὐτοῖς ὁ θαυμαστὸς φιλόσοφός τις, ἐνομοθέτει, δούλῳ ἐξεῖναι, μηδὲ παιδεραστεῖν, μηδὲ ξηραλοιφεῖν, ὡς ἐναρέτου τοῦ πράγματος ὄντος, καὶ πολλὴν ἔχοντος τιμήν. διὰ τοῦτο καὶ ἐπ' οἰκήματος εἱστήκεισαν φανερῶς τοῦτο ποιοῦντες. Et Homiliâ in Epiſtolam ad Romanos: καὶ νομοθέτης τις παρ' αὐτοῖς, οἰκέτας ἐκέλευσε, μήτε ξηραλοιφεῖν, μήτε παιδεραστεῖν, τοῖς ἐλευθέροις τῆς προεδρείας παραχωρήσας ταύτης, μᾶλλον δὲ τῆς ἀσχημοσύνης. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐνόμισαν ἀσχημοσύνην εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς σεμνὸν καὶ μεῖζον ἢ κατ' οἰκετῶν ἀξίωμα, τοῖς ἐλευθέροις ἐπέτρεψεν ὁ σοφώτατος τῶν Ἀθηναίων δῆμος, καὶ ὁ μέγας παρ' αὐτοῖς Σόλων.* Legis meminit Plutarchus in Solone, & in Ἐρωτικῷ, & Æſchines ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. Eam autem de amore honeſto intelligendam, putabat Samuel Petitus, in Commentario in Leges Atticas: quod Chryſoſtomi locis ſuprà allatis, contrarium eſt.

Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμὰς, Ἰσθμιονίκῃ δὲ ἑκατὸν] Ex Plutarcho: τῷ δ' Ἰσθμια νικήσαντι δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν διδόσθαι, τῷ δ' Ὀλύμπια, πεντακοσίας. Verùm hæc lex diu non obtinuit: nam non longè poſt Olympionicæ publicè ſunt excepti in Prytaneio, qua de re Petitus ad LL. Atticas p. 60. Et verò, qui lupum abs ſe captum, aut occiſum, adduxiſſet, quinque drachmas; qui lupam, drachmam unam dari ei juſſit Solon. auctor Plutarchus. At Scholiaſtes Ariſtophanis in Ranis, qui lupi catulum occidiſſet, hunc talentum; qui adultum lupum, eum duo talenta ex lege accepiſſe ait. Id verò mirum, cùm adeò honoratum animal apud Athenienſes eſſet lupus; erat enim Apollini ſacer; ut qui eum occidiſſet, colligere neceſſaria ad ſepulturam teneretur: de quo videndus Meurſius in Solone c. 19.

Καὶ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων] Adi Samuelem Petitum loco laudato.

Μόνων ἐκείνων τῶν ἐν πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τοὺς υἱοὺς δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι] Laudat hanc legem Lesbonax in Protreptico, & Plato in Menexeno. Ad annum autem duntaxat vigeſimum ale-

alebantur & educabantur, uti nos, ex Æſchine, docuit Samuel Petitus ad LL. Atticas pag. 560. Sed & Solonis æmulatione lege ſanxit Piſiſtratus, ut etiam mutilati in bello de publica pecunia alerentur. Refert ex Heraclide Plutarchus in Vita Solonis.

56 Ἀθληταὶ δὲ καὶ ἀσκούμενοι, πολυδάπανοι, καὶ νικῶντες ἐπιζήμιοι, καὶ στεφανοῦνται κατὰ τῆς πατρίδος μᾶλλον ἢ κατὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν] De contemptu exercitationis Athleticæ, legendus diligenter Galenus in Exhortatione ad Medicinam cap. v. vi. vii. & viii.

Κατὰ τὸν Εὐριπίδην] In Autolyco primo. Athenæus lib. x. ubi de Athletis: διὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐλύκῳ λέγει,

Κακῶν γε ὄντων μυρίων καθ' Ἑλλάδα
Οὐδὲν κακιόν ἐστιν Ἀθλητῶν γένους, &c.
Λαμπροὶ δ' ἐν ἤβῃ καὶ πόλεως ἀγάλματα
Φοιτῶσ'· ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν,
Τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας.

ubi obſerva ἐκβαλόντες legi, non ut hîc ἐκλείποντες. Sed & apud Galenum in Exhortatione ad Medicinam & Artes; Κακῶν γὰρ ὄντων legitur, non, ut apud Athenæum, Κακῶν γε ὄντων.

Τρίβωνες ἐκλείποντες οἴχονται κρόκας] Id eſt, *pallia ſic detrita, ut præter tramam nihil eis ſit reliquum.* Videndus Caſaubonus ad Athenæum dicto loco, & Marcilius ad hæc Perſii:

--- mihi trama figuræ
Sit reliqua: aſt illi tremat omento popa venter.

Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν] Id eſt, *Tutorem Pupillorum ſuorum matrem in uxorem non ducere.* Ineptè Interpretes τὸ συνοικεῖν de habitatione hîc accipiunt. Julius Pollux III. 3. 4. ὁ δὲ καὶ γάμος, καλοῖτ' ἂν καὶ συνδυασμὸς, καὶ σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, καὶ συνοίκησις, &c. καὶ γαμέτης μὲν, ὁ γήμας, καὶ ἀνὴρ, καὶ νυμφίος, καὶ ὁ συνοικῶν, &c. ἡ δὲ νύμφη, γαμετὴ, καὶ γυνὴ, καὶ συνοικοῦσα. De matrimonio etiam uſurpavit Demoſthenes in Neæram: τοῦ μὲν νόμου τοίνυν ἀκηκόατε, ὃς οὐκ ἐᾷ τὴν ξένην ἀστῷ συνοικεῖν, οὐδὲ τὴν ἀστὴν τῷ ξένῳ· atque inde συνοικίζειν apud Iſocratem & Polybium pro *nuptui dare.* Tutoribus tamen qui teſtamento dabantur, matres Pupillorum ſuorum in uxores ducere conceſſum fuiſſe videtur, ſi quidem moriens pater ſupremis teſtamenti ſui tabulis id caviſſet. Vide Petitum ad Leges Atticas pag. 447. Non ſolùm autem legibus Atticis Tutor Pupillorum ſuorum matrem ducere non poterat; ſed neque etiam Pupillæ Tutori ſuo, immo neque Tutoris filio, nubere permittebatur. Syrianus ad Hermogenem pag. 132. νόμος τὴν ἐπιτροπευομένην γυναῖκα, μήτε τὸν ἐπίτροπον, μήτε τὸν παῖδα αὐτοῦ γαμεῖν. Hujus Legis meminit & Marcellinus in eumdem Hermogenem, & Cyrus Sophiſta de differ. Stat. & Anonymus Probl. Rhet. I. Id ipſum & Legibus Romanis cavebatur. Vide Titulum in Codice Juſtinianæo *De interdicto matrimonio inter Pupillam, & Tutorem ſeu Curatorem, filioſque eorum.* & fortaſſe Jus Romanum potius quàm Atticum Syrianus, Marcellinus, Cyrus Sophiſta, atque Anonymus, dictis locis reſpexerunt.

Μηδ' ἐπιτροπεύειν εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τις τελευτησάντων.]

--- Pupillumve utinam, quem proximus heres
--- Impello, expungam,

ait Satiricus. Aliter Romanis viſum, apud quos Lege XII. Tabularum Adgnatis & Conſanguineis legitimæ tutelæ delatæ ſunt: *hoc ſummâ providentiâ,* inquit Ulpianus lib. I. de Legitimis Tutoribus, *ut qui ſperarent ſucceſſionem Pupilli, iidem tuerentur ejus bona, ne dilapidarentur.* Hac ipſâ ratione utitur & Diodorus Siculus lib. XIII. ubi Legem Charondæ refert, quâ Pupilli cognatis tutela ejus committebatur, adgnatis autem rei pupillaris adminiſtratio: οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ μητρὸς συγγενεῖς οὐ προσήκοντες τῇ κληρονομίᾳ τῶν ὀρφάνων οὐκ ἐπιβουλεύουσιν· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς οἰκεῖοι ἐπιβουλεῦσαι μὲν οὐ δύνανται, διὰ τὸ μὴ πιστεύεσθαι τοῦ σώματος, τῆς δ' οὐσίας εἰς ἐκείνους καθηκούσης, ἐὰν οἱ ὀρφανοὶ τελευτήσωσιν, ἢ διὰ νόσον, ἢ τινα ἄλλην περίστασιν, ἀκριβέστερον οἰκονομήσουσι τὰ χρήματα, ὡς ἰδίας τὰς ἐκ τῆς τύχης ἐλπίδας ἔχοντες. Non tamen Legibus Atticis à tutela excludebantur omnes agnati, ſed ii tantùm qui gradu proximiori eſſent. Auctor Etymologici in κήρα· κηρωσταὶ δὲ λέγονται, οἱ μακρόθεν τοῦ γένους κληρονόμοι, οἷον ἐπίτροποι, οἱ τοῦ κήρου καὶ ἐρήμου συγγενῶν οἴκου κληρονόμοι. Plura vide apud Samuelem Petitum ad Leges Atticas, titulo de Tutelis.

Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τοῦ 57
πραθέντος δακτυλίου] Hanc Solonis legem ad annulum ſignatorium pertinere, nemo non videt. Nolebat Solon fraudem cuiquam fieri ab annulario. Ita apud nos lege cavetur ne κλειδοποιοὶ, ut loquamur quo modo poſſumus, clavium abs ſe pro aliis fabricatarum penes ſe ἔκτυπα retineant.

Καὶ ἐὰν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις, ἀντεκκόπτειν τοὺς δύο] Neque enim, ut ait Ariſtoteles Rhetor. lib. I. cap. 7. hanc Solonis legem reſpiciens, æqualis pœna eſt, ſi quis altero oculo utentem occæcaverit, & duos habentem; quia unicum & ſolum, quod amabatur, ſublatum eſt: καὶ τὸ ἀγαπητὸν, καὶ τοῖς μὲν μόνον, τοῖς δὲ μετ' ἄλλων. διὸ καὶ οὐκ ἴσην ζημίαν ὄν τις τὸν ἑτερόφθαλμον τυφλώσῃ, καὶ τὸν δύο ἔχοντα· ἀγαπητὸν γὰρ καὶ μόνον ἀφῄρηται. Verum aliter ac Solon de pœna ejus qui defioculum excæcavit, ſtatuiſſe videtur Leo Imperator. Ita enim ille Novellâ 92. *Si quis cujuſquam viſum læſerit, hunc ſi unum oculum ademerit, uno ſimiliter eodemque privari, ac talionis pœnam ſubire jubemus. Si verò ambobus oculis maleficas manus injecerit, quoniam hic pœnæ æqualitas, neque cui nocitum eſt, proſit, (quæ enim in hoc cæco utilitas eſt, ſi alius etiam cæcus ſit?) neque pœnæ obnoxio, tametſi non immeritò, tamen acerbiùs quàm par ſit, cum cæcis nihil miſerius ſit, inferatur: jubemus ne æquabiliter, ſed diverſo modo pœna procedat: ita ut & maleficus puniatur, & qui læſus eſt, utilitatis quiddam ſentiat. Hunc autem in modum Legem concipimus: Quicumque amborum oculorum jacturam alicui intulerit, quò ſceleris ſui notam ferat, ipſe uno orbator. Et quoniam ſceleratâ manu mutilari ipſum æquum eſſet, pro manus amiſſione beſſe bonorum ſuorum multator; eumque in acerbæ vitæ conſolationem, cui eruti ſint oculi, accipito:* & cætera, quæ vide. Sed neque abs re fortaſſe fuerit hîc annotaſſe quod refert

Galenus libro de animi perturbationibus cap. 4. ſcilicet Hadrianum Imperatorem, miniſtri oculum ſtylo eruiſſe; cumque ex plaga unoculum videret, vocaſſe ad ſe, eique poteſtatem feciſſe, pro damno munus ut peteret: at miſellus ille cùm ſubticeſceret, iterum juſſiſſe Imperatorem, peteret quid vellet: cui ille, abnuere ſe aliud quidvis; oculum qui abeſſet expetere: quod enim reperitur munus, inquiebat, quo tanta jactura reſarciri queat?

Ἂν μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃ· εἰ δὲ μή, θάνατος ἡ ζημία] Furtum enim potiùs quàm inventum videtur, ut loquitur Ælianus Var. Hiſtor. lib. IV. cap. 1. ubi de Bibliis, apud quos etiam res in via repertas tollere non licebat: Βίβλιος ἀνὴρ ἐν ὁδῷ περιτυχὼν οὐδὲν ὧν μὴ κατέθετο ἀναιρεῖται· οὐ γὰρ ἡγεῖται τὸ τοιοῦτον ἕυρημα, ἀλλὰ ἀδίκημα. Hanc Legem ergo ab Ægyptiis accepiſſe videtur Solon; illi, à Judæis: eam quippe Joſephus inter Judaïcas totidem pene verbis recenſet: ὃ μὴ κατέθηκέ τις οὐκ ἀναιρήσεται, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, εἰσὶ κολάσεις οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. Apud Romanos, qui alienum quid jacens lucri faciendi causâ ſuſtulit, furti obſtringitur: quod ſi dominus id dereliquit, furtum non fit ejus, lib. 43. ſect. 4. & 5. D. de furtis.

Τῷ ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν] Ad Archontem Ἐπώνυμον, apud quem ebrietatis actionem ſortiebantur, ut docet Pollux VIII. 9. 2. propriè hanc Solonis Legem ſpectaſſe exiſtimabat Samuel Petitus ad Leges Atticas. Teſtatur ex Hyperide Athenæus lib. XIII. Areopagitas Areopago interdixiſſe quidam, qui in caupona pranſus eſſet. Atque huc ſpectant hæc Proverbiorum cap. XXXI. 4. *Noli Regibus, ô Lamuel, noli Regibus dare vinum, quia nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas, & ne fortè bibant, & obliviſcantur, & mutent cauſam filiorum pauperis.*

Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον] Nihil hîc viderunt Interpretes. Τὰ Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖσθαι, eſt Homeri poëſim ordine debito conſutam alternis recitare; ita ut, ubi unus deſiiſſet canere, alter inde quod ſequeretur, auſpicaretur; ſicque unum Homericæ poëſeos conflaretur corpus; ut rectè hunc locum interpretatus eſt, vir undecunque doctiſſimus, Leo Allatius libro de patria Homeri c. 5. Heſychius: ὑποβλήδην, ὑποβάλλων τὸν λόγον πρὶν σιωπῆσαι τὸν λέγοντα. ἄλλοι, ὑπολαμβάνων. Idem ergo ἐξ ὑποβολῆς quod ἐξ ὑπολήψεως. Plato in Hipparcho ea ipſa de re, de quâ hîc Laërtius: καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί, καὶ ἠνάγκασε τοὺς Ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. Id Latini dicunt *legendi vicem excipere.* Suetonius in vita Horatii. Notandum autem obiter, non Soloni, ut Laërtius, hanc Legem tribuere Platonem, ſed Hipparcho Piſiſtrati filio. Sic quoque Ælianus Var. Hiſtor. VIII. 2. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν τοῦ Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων· οὗτος καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς Ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. Memi-

nit Legis & Lycurgus Orator ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους; ſed ſine auctoris nomine: βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. Sed ad Laërtium ut redeam, quid ſit ἐξ ὑποβολῆς ῥαψῳδεῖσθαι, ipſemet interpretatur, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον. Ceterùm hîc, pro τὸν ἐχόμενον, legebat Florens Chriſtianus τὸν ἑπόμενον· ſed nihil mutandum. τὸν ἐχόμενον etiam Suidas agnovit in ὑποβολὴ, ubi hunc Laërtii locum exſcripſit.

Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος] Piſiſtratus Homeri libros confuſos antea ſic diſpoſuiſſe dicitur, ut nunc habemus. verba ſunt Ciceronis lib. III. de Oratore. Idem teſtatur & Ælianus Var. Hiſtor. XIII. 14. ὕστερον δὲ Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀνέφηνε τὴν Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν. Adde Pauſaniam in Achaïcis: Πεισίστρατον δὲ ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε, καὶ ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροισεν, &c. & Libanium in Panegyrico Juliano Imp. dicto: εἰ δὲ Πεισίστρατον ἐπαινοῦμεν ὑπὲρ τῆς τῶν ἑτέρων πεποιημένων συλλογῆς, &c. Quomodo ergo Homerum Solon magis quàm Piſiſtratus illuſtravit? an quia, inquit Aldobrandinus, quod lege decernitur, quodque publicè fit, id illuſtrius eſt, quàm quod privatim & ab uno? Exiſtimabat Leo Allatius, loco laudato, cùm ante Solonem omnia Homeri carmina confuſa & ſine ordine apud pleroſque palarent; nec eorum ſeries ſine labore & acri judicio excogitari poſſet, recitationem illam ἐξ ὑπολήψεως, ſive ἐξ ὑποβολῆς, id effeciſſe uti eorum rectus ordo haberetur. Hæc ita ad Auctoris mentem digeſta Piſiſtratus poſtea diviſit in libros: quare majus Homericæ poëſi, quæ obſcura & confuſa, tantùm non contemptui erat, ex Solonis ſtudio lumen, cùm tunc clara apertaque per ora Virûm vagari cœperit, quàm ex Piſiſtrati labore, acceſſiſſe videtur. In re tam obſcura & difficili οὐδὲν ὁρίζω.

Διευχίδας ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν] Scripſit Dieuchidas Megaricorum Hiſtoriam, Megaricus ipſe: Μεγαρικὸς enim dicitur Clementi Alexandrino Stromat. lib. VI. Vitioſè apud Harpocrationem Δευχίδας ſcriptum eſt non uno loco; & vitioſiùs apud Scholiaſten Apollonii pag. 6. & pag. 24. Δηρηχίδας.

Ἦν δὲ μάλιστα τὰ ἔπη ταυτὶ, Οἱ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον, καὶ τὰ ἑξῆς] Locus ſubobſcurus. exiſtimârim Rapſodos carmina Homeri alternis præcipuè ceciniſſe in ea parte Operis quæ *Navium Catalogus*, ſive *Bœotia*, dicitur, ubi plures ſunt verſus qui ab ejuſmodi vocibus Οἱ δ' ἄρα, & Οἵ τε, & Οἱ δὲ, & Οἱ μὲν incipiunt. Exiſtimabat Franciſcus Carpentarius Solonem, utpote Athenienſem, hunc Homeri locum, ubi de civitate Athenienſium non ſine laude fit mentio, à popularibus ſuis præcipuè recitandum, lege caviſſe.

Πρῶτος δὲ Σόλων τὴν τριακάδα, ἔνην καὶ νέαν ἐκάλεσεν] Idem tradit Plutarchus: ſed & hoc addit, Solonem primum itidem νουμηνίαν appellaſſe, et à vigeſimo numerationem quoque detrahendo inſtituiſſe. Vide Ariſtophanem ἐν νεφέλαις.

Καὶ πρῶτος τὴν συναγωγὴν τῶν ἐννέα Ἀρχόντων ἐποιη- 58

σεν] Hoc eſt, quod ait Suidas in Ἄρχων, ubi de illis novem Archontibus: Καὶ πρὸ μὲν τῶν Σόλωνος νόμων, οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἅμα δικάζειν· ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς καθῆστο παρὰ τῷ καλουμένῳ Βουκολείῳ· ὁ δὲ Πολέμαρχος ἐν Λυκείῳ· καὶ ὁ Ἄρχων παρὰ τοὺς Ἐπωνύμους· οἱ Θεσμοθέται παρὰ τὸ Θεσμοθέσιον. *Et quidem ante Solonis Leges, non licebat ipſis unà jus dicere; ſedebatque Rex ad Bucoleum, quod vocabatur; Polemarchus in Lyceo; Archon verò ad Eponymos; Theſmothetæ ad Theſmotheſium.* De novem Archontibus Pollux VIII. 9. Ἀρχόντων Ἀθήνησιν ὀνόματα, οἱ ἐννέα ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ, ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος Ἄρχων, Βασιλεὺς, Πολέμαρχος, καὶ Θεσμοθέται ἕξ. ἐκ τούτων γὰρ οἱ ἐννέα Ἄρχοντες συμπληροῦνται, &c. Sunt qui Areopagum quoque Solonem inſtituiſſe putent, ſed falſò. Vide Meurſium de Senatu Areopagitico libro ſingulari cap. 3. ubi quid eo in Senatu Solon præſtiterit, diſces.

Ὡς Ἀπολλόδωρός φησιν ἐν δευτέρῳ περὶ νομοθετῶν] Accipit Voſſius de Apollodoro Aſclepiadis filio, Athenienſi Grammatico, cujus Bibliothecam de origine Deorum habemus. Hujus libri de Legiſlatoribus alibi, ut puto, mentionem non reperies. De Apollodoro illo Grammatico, videndi Voſſius & Jonſius.

Ἀλλὰ καὶ τῆς στάσεως γενομένης, οὔτε μετὰ τῶν ἐξ ἄστεος, &c.] Sed mirum, cùm Solon ipſe Legem tulerit, quâ infamem eſſe jubebat, qui ſeditione exortâ neutram partem ſequutus fuiſſet. Meminit, præter Plutarchum in Solone, in Præceptis Reip. gerendæ, in libro de ſera Numinis vindicta, & in tractatu de ſollertia animalium, Gellius lib. II. cap. 12. & Johannes Cantacuzenus Hiſtor. lib. IV. cap. 13. Adde & Ciceronem lib. X. epiſt. ad Atticum: cujus hæc ſunt verba: *Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto etiam mei, Legem negligam, qui capite ſanxit, ſi qui in ſeditione non alterius utrius partis fuiſſet.* In quo memoriâ lapſum putat Meurſius, cùm ceteri Scriptores omnes uno ore dicant hujus Legis pœnam fuiſſe infamiam.

Ἔλεγε δὲ τὸν μὲν λόγον εἴδωλον εἶναι τῶν ἔργων] Syrianus ad Hermogenem: *quemadmodum etiam Solon clamat, qualis eſt vita, talis quoque oratio, & qualis oratio eſt, tales etiam actiones.* Syriani verba ſic Latinè ſonant. Similiter Democritus infra: λόγος ἔργου σκιά. & Comicus,

Ἤθους χαρακτὴρ ἐστι τ' ἀνθρώπου λόγος.

Tribuitur hoc Simonidi à Michaële Pſello in Dialogo περὶ ἐνεργείας δαιμόνων, ſtatim initio: εἰ γὰρ κατὰ τὸν Σιμωνίδην, inquit, ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐστιν, &c.

Τοὺς δὲ νόμους τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους] Anacharſidi tribuit Valerius Maximus VII. 2. XI. *quàm porro ſubtiliter Anacharſis leges aranearum telis comparabat: Nam ut illas infirmiora animalia retinere, valentiora tranſmittere; ita his humiles & pauperes conſtringi, divites & præpotentes non alligari, videmus.* Et Plutarchus in Solone: τὸν οὖν Ἀνάχαρσιν πυθόμενον, καταγελᾶν τῆς πραγματείας τοῦ Σόλωνος, οἰομένου γράμμασιν ἐφέξειν τὰς ἀδικίας καὶ πλεονεξίας τῶν πολιτῶν, ἃ μηδὲν τῶν ἀραχνίων διαφέρειν, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνα, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς καὶ λεπτοὺς τῶν ἁλισκομένων καθέξειν, ὑπὸ δὲ τῶν δυνατῶν καὶ πλουσίων διαῤῥαγήσεσθαι. *Enimvero re intellectâ deriſiſſe Anacharſim molitionem Solonis, qui civium ſe injurias & cupiditates putaret refranaturum ſcripturâ, quæ nihil à telis araneorum differret: ſed ſicut illa, imbecillos tenueſque eſſet, quos comprehendiſſet, retenturæ; validos verò & divites tranſmiſſuræ.* Zaleuco tribuitur à Stobæo Serm. XLIII. Ζάλευκος ὁ τῶν Λοκρῶν νομοθέτης τοὺς νόμους ἔφησε τοῖς ἀραχνίοις ὁμοίους εἶναι· ἐὰν μὲν γὰρ ἐμπέσῃ μυῖα ἢ κώνωψ, κατέχεται· ἐὰν δὲ σφὴξ ἢ μέλιττα, διαῤῥήξασα ἀφίπταται· οὕτω καὶ ἐπὶ τοὺς νόμους. *Zaleucus Locrenſium legiſlator Leges ajebat aranearum telis ſimiles eſſe: Nam ſi muſca aut culex inciderit, retinetur: ſi vero veſpa aut apes, diſruptâ telâ avolat. ita ſe res habet etiam in legibus.*

Ἔφασκέ τε σφραγίζεσθαι τὸν μὲν λόγον σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ] Inter Solonis apophthegmata, id ipſum, & totidem verbis, ex Demetrio Phalereo refert Stobæus Serm. III. Meminit & Serm. XXXII.

Ἐρωτηθεὶς διὰ τί κατὰ πατροκτόνου νόμον οὐκ ἔθηκε] 59
Cicero pro S. Roſcio Amerino: *Prudentiſſima Civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur. Ejus porro Civitatis ſapientiſſimum civem Solonem fuiſſe dicunt; eum, qui Leges, quibus hodie quoque utuntur, ſcripſerit. Is, cùm interrogaretur cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum, qui parentem necaſſet, reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur, cùm de eo nihil ſanxerit, quod antea commiſſum non erat, ne non tam prohibere, quàm admonere, videretur.* Meminit & Hieronymus epiſt. CLI. & Sopater in Hermogenem, & Paulus Diaconus Hiſtor. Miſcel. lib. V. atque Oroſius lib. V. cap. 16. Ita de Diis, aut eorum cultu, Legem nullam tulit, ut eſt apud Maximum Tyrium Diſſertatione XXXIX. nec enim putavit, inquit Meurſius, ut in Deum impius quiſquam inveniretur.

Πῶς τε ἥκιστα ἀδικοῖεν οἱ ἄνθρωποι, Εἰ ὁμοίως, ἔφη, ἀχθοιντο τοῖς ἀδικουμένοις οἱ μὴ ἀδικούμενοι] Stobæus Sermone XLI. Σόλων ἐρωτηθείς, πῶς ἂν μὴ γίγνοιτο ἀδίκημα ἐν τῇ πόλει, εἶπεν, εἰ ὁμοίως ἀγανακτοῖεν οἱ μὴ ἀδικούμενοι τοῖς ἀδικουμένοις. *Solon interrogatus, quanam ratione nullum in Urbe ſcelus perpetraretur; ſi tam indignarentur illi, inquit, quibus non eſt facta injuria, quam quibus facta eſt.* Meminit & Plutarchus, his verbis: ἐρωτηθεὶς ἥτις οἰκεῖται κάλλιστα τῶν πόλεων, Ἐκείνη, εἶπεν, ἐν ᾗ τῶν ἀδικουμένων οὐχ ἧττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικοῦντας. *Quum eſſet ex eo quæſitum, quæ eſſet optimè comparata civitas, illa, inquit, in qua illæſi æquè ac læſi inſectantur & vindicant maleficia.*

Καὶ τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλούτου γεννᾶσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου] Meminit Clemens Alexandrinus Στρωματ. lib. VI. initio: Σόλωνος δὲ ποιήσαντος.

Τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἕπηται, ἀντικρὺς ὁ Θέογνις γράφει,

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται.

ὅθεν καὶ Θουκυδίδης ἐν ἱστορίαις, Εἰώθασιν δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, φησιν, οἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου

ἀπροσδόκητος εὐπραγία ἔλθῃ, εἰς ὕβριν τρέπεσθαι· καὶ Φίλιστος ὁμοίως τὰ αὐτὰ μιμεῖται, ὧδε λέγων, Τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα, ἀσφαλέστερα παρὰ δόξαν καὶ κακοπραγίαν· εἰώθασι γὰρ μάλιστα οἱ παρὰ δόξαν ἀπροσδοκήτως εὖ πράσσοντες εἰς ὕβριν τρέπεσθαι. *Cùm autem dixiſſet Solon*,

Naſcitur ex nimiis opibus petulantia multa,
apertè ſcribit Theognis,

Naſcitur ex nimiis opibus petulantia pravis.

Unde etiam Thucydides in Hiſtoriis: Solent autem, *inquit*, permulti homines, quibus maximè res ſecundæ aliquantiſper evenerint, fieri inſolentes. *Philiſtus quoque ſimiliter eadem imitatur, ſic dicens*: Multa autem quæ convenienter rationi feliciter ſuccedunt hominibus, ſunt & ad famam, & ad rerum adverſarum cautionem, tutiora. Quibus enim præter ſpem & expectationem res ſecundæ accidunt, inſolentes evadere ſolent. Atque hinc eſſe Johannes Boëvinius, Juvenis apprimè eruditus, exiſtimabat, quòd apud Pindarum κόρος uſurpatur pro ὕβρις ἡ ἀπὸ τοῦ κόρου, Olympiorum Ode I. epod. 2. ubi de Tantalo: ἀλλὰ γὰρ καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη. Κόρῳ δ' ἔλεν ἄταν ὑπέροπτεν. Et Ode III. epod. 5. ἀλλ' αἶνον ἔβα κόρος οὐ δίκᾳ συναντόμενος. Et Iſthmiorum Ode III. εἴτις ἀνδρῶν εὐτυχήσαις, ἢ σὺν εὐδόξοις ἀέθλοις, ἢ σθένει πλούτου κατέχει φρεσὶν αἰανῆ κόρον, ἄξιος εὐλογίαις ἀστῶν μεμίχθαι. Qui etiam obſervabat, eumdem Poëtam Olympiorum Ode XIII. antiſt. 1. dixiſſe, ὕβριν κόρου ματέρα, injuriam, ſatietatis matrem, per hypallagen: cùm debuiſſet dicere, *ſatietatem, injuriæ matrem*.

Ἠξίωσέ τε Ἀθηναίους τὰς ἡμέρας κατὰ σελήνην ἄγειν] Vide Joſephum Scaligerum de Emendatione Temporum lib. I. cap. de anno æquabili minore Græcorum pag. 23. & 64.

Καὶ Θέσπιν ἐκώλυσε τραγῳδίας ἄγειν τε καὶ διδάσκειν, ὡς ἀνωφελῆ τὴν ψευδολογίαν] Fuſiùs id commemorat Plutarchus, quem vide. Factum verò iſthuc ipſum circa initia tyrannidis Piſiſtrateæ, eodem Plutarcho teſte, id eſt, Olympiade L. Itaque, ut rectè monuit Meurſius in Solone, graviter errat Suidas, qui, in Θέσπις, Olympiade LXI. Theſpin Fabulas primùm docuiſſe ſcribit. Sed rectè quoque hîc monuit Caſaubonus pro ἄγειν legendum videri ἄδειν. vox ἄγειν, quæ præceſſit, fraudi fuit Librario. ἄδειν & διδάσκειν τραγῳδίας Poëtæ dicebantur. Ad Comœdiæ ſcriptionem quod attinet, adeò rem eſſe indecoram & importunam exiſtimarunt Athenienſes, ut lege caverint ne quis Comœdiam unquam Areopagita ſcriberet, teſte Plutarcho, libro de gloria Athenienſium. Exſtat Ælii Ariſtidis Oratio de non agendis Comœdiis, περὶ τοῦ μὴ δεῖν κωμῳδεῖν. At Gorgias Tragœdiam dicebat eſſe fallaciam, quâ qui deciperet juſtior eſſet non decipiente, & qui deciperetur, eo qui non deciperetur ſapientior. auctor Plutarchus in libro quo tractat, quomodo Juvem audienda ſint Poëmata.

60 Ὅτ' οὖν Πεισίστρατος ἑαυτὸν κατέτρωσεν] Hunc locum optimè interpretatus eſt Aldobrandinus, quem vide.

Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν Φιλοσόφων αἱρέσεων] Apollodorum Athenienſem Grammaticum intelligit, de quo ſuprà. Scripſerat & συναγωγὴν τῶν δογμάτων, cujus meminit Laërtius noſter in Chryſippo: quod opus huic περὶ τῶν Φιλοσόφων αἱρέσεων vel idem, vel geminum eſſe Voſſius exiſtimabat.

Καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε] Stobæus ex Demetrio Phalereo, dicto loco: Φύλασσε καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν. & Serm. XXXV. τρόπου καλοκαγαθίαν ὅρκου πιστοτέραν ἔχε.

Μὴ ψεύδου] Apud Stobæum Serm. III. μὴ ψεύδου, ἀλλ' ἀλήθευε.

Τὰ σπουδαῖα μελέτα] Totidem verbis apud Stobæum ibidem.

Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ· οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε] Apud Stobæum: Φίλους μὴ ταχὺ κτῶ· οὓς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ταχὺ ἀποδοκίμαζε.

Ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι] Pleniùs apud Stobæum Serm. XLIV. ἄρχε, πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι· ἄρχεσθαι γὰρ μαθών, ἄρχειν ἐπιστήσῃ.

Συμβούλευε μὴ τὰ ἡδιστα, ἀλλὰ τὰ ἄριστα] Ita αὐτολεξεὶ apud Stobæum Serm. XI. Ita & Laërtiani Codices Regiæ Bibliothecæ: ſed τὰ κάλλιστα pro τὰ ἄριστα, Editio Stephani & Frobenii.

Νοῦν ἡγεμόνα ποίου] Inde τὸ ἡγεμονικὸν Stoïcis.

Μὴ κακοῖς ὁμίλει] Totidem verbis apud Stobæum Serm. III.

Θεοὺς τίμα] Apud Stobæum dicto loco; χρῶ τοῖς θεοῖς.

Γονέας αἰδοῦ] Apud Stobæum ibidem: τῶν γονέων μὴ λέγε δικαιότερα.

Ἐξηκονταέτη] Scripſerat, puto, Mimnermus ὀγδηκονταέτη· Solon verò ἑξηκονταέτη. Hinc enim, ut ſupra ex ipſomet Laërtio vidimus, humanæ vitæ terminum ſeptuaginta annos eſſe definivit.

Ἐπιτιμῶντα αὐτῷ εἰπεῖν] Sed & Mimnermum de vi- 61
tæ ſpatio refellens, exclamavit Solon

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος πόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Ποιήσαιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

refert Plutarchus in Comparatione Solonis & Publicolæ. Apud Stobæum Serm. CXIX. pro ποιήσαιμι legitur καλλείποιμι. Hos verſus reſpexit Cicero Tuſculan. Quæſt. lib. I. *Melior Ennii, quàm Solonis, oratio. Hîc enim noſter*

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu Faxit.
At verò ſapiens ille,
Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Et in Catone Majore: *Solonis quidem ſapientis eulogium eſt, quoſe negat velle, ſuam mortem dolore amicorum & lamentis vacare. Sed haud ſcio, an melius Ennius*:

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit.

Ὅτι σεῦ τοῖον ἐπεφρασάμην] Editio Stephani & Baſileenſis, ὅτι σ' εὖ τοῖον ἐπεφρασάμην. Florens Chriſtianus in ora libri emendaverat, ὅτι σεῦ λώϊον ἐφρασάμην, id eſt, *quod te melius ſim locutus*, & ita legendum videtur.

Καὶ μεταποίησον ἀγυιὰς] Suſpecta lectio. nihil tamen muto.

Κρυπτὸν ἔγχος ἔχων] Ita cæteræ editiones. Ita MSS. omnes quos vidit Stephanus: quam lectionem & Sambucus in ora libri annotavit. & ſanè *occultus gladius* de amicitiâ infidâ & fucoſâ rectè uſurpari poteſt; quod vel ex ipſa *dolonis* voce intelligere eſt. Malim tamen hîc ἔγθος cum Caſaubono, propter vocem κραδίη: & ita legiſſe videtur Vetus interpres. Ferri poteſt & lectio quam Sambucus exhibuit,

Ὄρα μὴ κρυπτὸν ἐχθρὸς ἔχων
Κραδίην, &c.

pro κραδίη, κραδίην quoque habuit Editio Baſileenſis.

Ἐκ μελαίνας φρενὸς] Μέλας ἀντὶ τοῦ πονηροῦ uſurpatur. Plutarchus: μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν. Horatius lib. I. Sat. 4. *Hic niger eſt, hunc tu, Romane, caveto.* Ibidem: *Inſeſto nigris.* Marcus Antoninus lib. XIV. ſect. 19. μέλαν ἦθος, θῆλυ ἦθος, περισκελὲς ἦθος, θηριώδες, βοσκηματώδες, παιδαριῶδες, βλακικὸν, κίβδηλον, βωμολόχον, καπηλικὸν, τυραννικόν. & ſuprà, eodem libro ſect. II. κατὰ τὸν Ἀγάθωνα.

---- μὴ μέλαν
Ἦθος περιβλέπεσθ', ἀλλ' ἐπὶ τῆς γραμμῆς τρέχειν.
Ὀρθὸν, μὴ διερρῖμμένον. Ita ſcribendus hic locus.

Γέγραφε δὲ δῆλον μὲν ὅτι τοὺς νόμους] Tradidere verò nonnulli has ſuas Leges aggreſſum Carmine efferre: quarum hoc erat initium:

Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα Διὶ Κρονίδῃ βασιλῆϊ,
Θεσμοῖς τοῖσδε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

teſtis eſt Plutarchus in ejus vita. Notatu dignum eſt quod ſcribit Suidas in ἱππᾶς. ὁ Σόλων, inquit, τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας, εἰς ἑ τέλη τὸ πᾶν πλῆθος αὐτῶν διέταξε τῶν κατὰ τὰς οὐσίας τιμημάτων. καὶ τῷ πρώτῳ ὄνομα ἦν Πεντακοσιομεδίμνων. τῷ δευτέρῳ, Ἱππέων· τῷ τρίτῳ, Ζευγιτῶν· τῷ δ', Θητῶν, τῷ δὲ ε', Ἱππᾶς. Videndus Harpocration in πεντακοσιομέδιμνοι.

Δημηγορίας] Ariſtides Oratione Platonicâ II. καίτοι Σόλων τὰ μὲν εἰς Μεγαρέας ἔχοντα ἆσαι λέγεται· τοὺς δὲ νόμους οὐκ ᾔδε περιῶν· οὐδὲ τοὺς λόγους τοὺς ὑπὲρ τῶν εὐπόρων πρὸς τὸν δῆμον, οὐδὲ τοὺς ὑπὲρ τῶν πολλῶν πρὸς τοὺς πλουσίους οὐκ ᾔδεν· οὐδ' ὅσα ἄλλα ἐπολιτεύετο οὐκ ᾄδων, οὐδὲ ἐν μέτροις ἐπολιτεύετο· ἀλλὰ τῷ τῆς ῥητορικῆς τύπῳ καθαρῶς χρώμενος. ἐν οἷς ἅπασι κάλλιστα ἐπέδειξεν, ὅτι γε τῷ ὀρθοτάτῳ τῶν λόγων αὐτὸς ἂν εἴη ῥήτωρ καὶ σοφός. *Veruntamen Solon ea quidem, quæ ad Megarenſes pertinebant, cecinisse dicitur: ſed nec Leges; nec Sermones quos tum pro Divitibus ad Plebem tum pro Plebe ad Divites habuit, nec quæcunque geſſit alia, cecinit, vel carmine complexus eſt: verùm oratoriam adhibuit formam, ac ſe juſtiſſimè Oratorem ſimul & Sapientem eſſe pulcherrimè oſtendit.* Atque hoc eſt quod ait Cicero in Bruto: *Ante Solonis ætatem, de nullo, ut Diſerto, memoria proditum eſt.* Idem de Oratore lib. I. *Jam verò de legibus inſtituendis, de bello, de pace, de ſociis, de vectigalibus; de jure civium generatim in ordines ætateſque deſcripto, dicant vel Græci, ſi volunt, Lycurgum aut Solonem (quamquam illos quidem cenſemus in numero Eloquentium reponendos) ſciſſe melius quàm Hyperidem aut Demoſthenem.* Etiam inter Oratores Solonem recenſet Dion Chryſoſtomus Orat. XXI. Atque inde eſt quòd, ut eſt apud Themiſtium Orat. IV° *Sophiſta* fuit appellatus. Immo & *primus Sophiſta*, ut jam ex Iſocrate monuimus.

Καὶ εἰς ἑαυτὸν ὑποθήκας] Ita Marcus Imperator libros ſuos τὰ εἰς ἑαυτὸν inſcripſit. Sunt verò ὑποθῆκαι *Præcepta*, ſive *Præceptiones*, quales ſunt Pythagoricæ illæ, quæ *Aureа Carmina Pythagoræ* vulgò appellantur: quas etiam ὑποθήκας propterea vocat Hierocles, Commentario in Carmina illa Aurea, non longè ab initio: διὸ καὶ ἐν ταῖς Πυθαγορικαῖς ὑποθήκαις, τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἔπεσιν ὁ λόγος. & Simplicius in Epicteti Enchiridion, ipſo etiam initio: κομματικοὶ δὲ εἰσιν οἱ λόγοι καὶ γνωμονικοὶ κατὰ τὸ τῶν ὑποθηκῶν καλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἴδος. παραινέσεις vocavit Galenus, libro de animi perturbationibus cap. VI. Ἐγὼ δήποτε καὶ ταύτας δὲ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις, εἴθισα δὶς τῆς ἡμέρας ἀναγινώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ' ἀπὸ στόματος ὕστερον. *Equidem ego Monitiones has, quæ Pythagoræ auctore circumferuntur, primùm quotidie bis legere conſuevi, deinde memoriter repetere.* Sunt autem παραινέσεις & ὑποθῆκαι. Idem Heſychius: ὑποθήκη, παραίνεσις. Suidas: ὑποθῆκαι, παραινέσεις. Heſiodo tribuitur liber hoc titulo. Teſtatur Quintilianus libro & capite primo. *Quidam literis inſtituendos qui minores ſeptem annis eſſent, non putaverunt: quòd illa primùm ætas & intellectum diſciplinarum capere, & laborem pati non poſſit: in qua ſententia Heſiodum eſſe, plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Ariſtophanem fuerunt: nam is primus ὑποθήκας; in quo libro ſcriptum hoc inveniturı negavit eſſe hujus Poëtæ.* Earum verò Solonis ὑποθηκῶν meminit & Suidas in Σόλων, & Plutarchus in Vita Solonis; de illis enim hæc verba accipienda nullus dubito, ὕστερον δὲ καὶ γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφους. Sed & de iiſdem accipienda putat Meurſius, quæ ait Ariſtides Oratione περὶ παραφθέγματος. ὁ δὲ δὴ Σόλων καὶ βιβλίον ἐξεπίτηδες πεποίηκεν, ὥσπερ ἡμεῖς εἰς τὴν Ἀθηνᾶν, οὕτως ἐκεῖνος εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν. *Solon, quemadmodum nos in Minervam, ſic ipſe in ſe ſuamque Reip. adminiſtrationem libellum ſtudioſe conſcripſit.* Subjungit Ariſtides: ἐν ᾧ ἄλλα τε δὴ λέγει, καὶ ταῦτα,

Ἅμα γὰρ ἄελπτα, σὺν θεοῖσιν, ἤνυσα, &c.

καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ἐν τοῖς Τριμέτροις. ἐν δὲ τοῖς Ἰάμβοις·

Συμμαρτυροίη ταῦτ' ἂν ἐν δίκῃ χρόνου
Μήτηρ μεγίστη δαιμόνων Ὀλυμπίων, &c.

Ex quibus intelligimus hunc Solonis librum de ſe, ſuaque Reipublicæ adminiſtratione verſibus comprehenſum fuiſſe: quod etiam teſtatur Plutarchus: ὕστερον δὲ καὶ γνώμας ἐνέτεινε φιλοσόφους, καὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ συγκατέπλεκε τοῖς ποιήμασιν. Sed an liber ille idem ſit ac ὑποθῆκαι, ut Meurſius exiſtimat, ampliùs cogitandum.

Ἐλεγεῖα] Solonis Elegi paſſim ab Auctoribus citantur. Exſtat ejus Elegia prolixior apud Stobæum Sermone VII. Aliam protulimus ſuprà ex Philone, de decem ætatibus hominis: cujus meminit & Cenſorinus capite XIV. his verbis: *Fere enim poſt ſeptimum*

quemque annum articulos quoſdam, & in his aliquid novi, Natura oſtendit, ut in Elegia Solonis oſtendere datur. Anonymus in Vita Arati, loco laudato, laudat Solonis Elegias ad Cypranorem. Maximè autem ex illis Elegis, celebratur hic verſus, Αἰεὶ γηράσκω, πολλὰ διδασκόμενος.

Καὶ τὰ περὶ Σαλαμῖνος] Elegi fuerunt. Laërtius ſupra, ἔνθα τοῖς Ἀθηναίοις ἀνέγνω διὰ τοῦ κήρυκος τὰ συντείνοντα περὶ Σαλαμῖνος ἐλεγεῖα. Meminit etiam Plutarchus: qui centum verſibus, & quidem elegantiſſimis, hoc Poëma conſtitiſſe dicit: ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγεῖαν, ἧς ἐστιν ἀρχὴ,

Αὐτὸς κήρυξ, ἦλθον ἀφ' ἱμερτῆς Σαλαμῖνος,
Κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος.

τοῦτο τὸ ποίημα Σαλαμὶς ἐπιγέγραπται, καὶ στίχων ἑκατόν ἐστι, χαριέντως πάνυ πεποιημένον.

Καὶ τῆς τῶν Ἀθηναίων πολιτείας] Illud ipſum opus eſſe, quod de ſua adminiſtratione Solonem ſcripſiſſe, narrant Plutarchus & Ariſtides, exiſtimabat Meurſius. Idem & mihi videbatur. De eo opere Plutarchus: καὶ τῶν πολιτικῶν πολλὰ συγκατέπλεκε τοῖς ποιήμασιν, οὐχ ἱστορίας ἕνεκεν καὶ μνήμης, ἀλλ' ἀπολογισμούς τε τῶν πεπραγμένων ἔχοντα, καὶ προτροπὰς ἐνιαχοῦ καὶ νουθεσίας, καὶ ἐπιπλήξεις πρὸς τοὺς Ἀθηναίους: *& ex iis quæ geſſerat in Rep. intexuit multa verſibus, non ſcribendi hiſtoriam, vel memoriæ causâ, ſed ad defendendas actiones ſuas, interim ad excitandos, caſtigandoſque, & objurgandos Athenienſes.*

Καὶ Ἰάμβους] Eos citat Athenæus lib. XIV. Julius Pollux x. 24. Ariſtides Oratione περὶ παραφθέγματος, loco laudato; ubi à Trimetris diverſos facit. citat & Trimetra Oratione Platonicâ II.

Καὶ ἐπῳδούς] Epodos Solonis, præter Diogenem noſtrum, qui laudaret, neminem novi. Ex eo opere & Odas ſcripſiſſe conjiciebat amicus quidam meus: quippe exiſtimabat ἐπῳδοὺς vocari Carmina poſt Odas ſcripta; quemadmodum Philoni Judæo πλατωνίζοντι, libro περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος, Deuteronomium dicitur ἐπινομὶς, quaſi dicas *poſt legem.* Sed eam ἐπῳδῶν originem poſt H. Stephanum refellit ad Horatium Lævinus Torrentius. Ceterùm de Solonis præſtantia in Carmine, videndus Plato in Timæo, & ad Timæum Proclus lib. I. pag. 28.

62 Ἐπὶ δὲ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐπιγέγραπται τόδε, Η' Μήδων, &c.] De ſtatuâ Soloni poſitâ intelligendus videtur Laërtius. Sed de qua, incertum eſt: nam gemina defuncto poſita eſt. Unam, æneam, Athenienſes honoris ergò in foro illi poſuerunt, cujus meminit Pauſanias in Atticis, Ælianus Var. Hiſtor. VIII. 16. Demoſthenes in Ariſtogitonem Orat. II. Libanius Declamat. XXIX. Alteram, item in foro, Salaminii dedicarunt, manu intra veſtem conditâ; monumentum ac ſimulachrum ejus geſtus, quo utebatur, cùm ad Populum Athenienſem verba faceret. Meminit hujus ſtatuæ Æſchines contra Timarchum. Dion Chryſoſtomus Orat. XXXVII. qui Solone vivo hanc dedicatam eſſe ait: in quo falli, ex hoc Demoſthenis loco de falſa Legatione, rectè vidit Meurſius: καίτοι τὸν μὲν ἀνδριάντα τοῦτον οὔπω γ' ἔτη φασὶν ἀνακεῖσθαι Σαλαμίνιοι. ἀπὸ Σόλωνος δὲ ὁμοῦ σ' ἐστὶν ἔτη, καὶ γ' (ita optimè idem Meurſius pro μ') εἰς τὸν νυνὶ χρόνον. *At iſtam ſtatuam nondum ante annos L. fuiſſe dedicatam dicunt Salaminii. A Solone autem, omnino CC. ſunt anni, & L. ad hanc uſque ætatem.* De ſtatuâ à Salaminiis poſitâ, veriſimili conjecturâ, accipit Meurſius Laërtium.

Τεκνεῖ] Τεκνοῖ legi oportere, nemo non vidit: Scaliger, Caſaubonus, Chriſtianus.

Περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, &c. ὅτε καὶ τίθησι νόμους] Cyrillus libro I. contra Julianum: τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι, Σόλων νενομοθέτηκε, τοὺς Δράκοντος νόμους περιελὼν, πλὴν τῶν φονικῶν. In Olympiade conſentiunt alii Scriptores; circa annum variant. In Deſcriptione Olympiadum, à Scaligero collectâ, anno 3. Olympiadis XLVI. Leges Solonem ſcripſiſſe dicitur: Euſebius eas eum ſcripſiſſe ait anno 2. ejuſdem Olympiadis.

Ἐτελεύτησε δ' ἐν Κύπρῳ] Suidas in Σόλων· οἱ δὲ, καὶ τοὺς ἐν Κύπρῳ Σόλους ἐξ αὐτοῦ φασί. καὶ τελευτῆσαι αὐτὸν ἐν Κύπρῳ. Valerius Maximus V. 3. *Solon ſenectutem Cypri profugus exegit; neque ei in patria, de quæ optimè meruerat, humari contigit.*

Βιοὺς ἔτη ὀγδοήκοντα] Ælian. VIII. 16. ὑπέργηρως ὢν, τὸν βίον ἐτελεύτησεν.

Ἀποκομίσαι αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ εἰς Σαλαμῖνα, καὶ τεφρώσαντας εἰς τὴν χώραν σπεῖραι] Fabuloſum cenſet Plutarchus, quamquam ab Ariſtotele, aliiſque viris dignis quibus fides habeatur, memoratum. Ut rem veram narrat quoque Ariſtides Orat. Platonicâ II.

Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείροσι] Ἐν τοῖς Χείροσι, *in Deterioribus.* Ita Stephani editio. Apud Plutarchum in Pericle, citatur quoque Cratinus ἐν Χείροσι, nec non apud Pollucem lib. VI. cap. 16. & lib. VII. cap. 33. 10. ubi tamen Interpretes; ut hîc Aldobrandinus; *in Chironibus.* Etiam Pherecrati *Chiron*, incerti licet auctoris, tribui ſolet, ut conſtat ex Athenæi lib IX. & XIV. Nicomachus Harmonices Manualis lib. II. pag. 35. καὶ Φερεκράτης ὁ Κωμικὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Χείρωνι. Χείρωνας vocat Priſcianus lib. XVIII. At Frobenii Codex hîc ἐν τοῖς Χείρωσι. *in Chironibus.* & ita apud Athenæum lib. XII. circa finem, & Ariſtophanis Scholiaſten ad Nubes pag. 176. & Zenobium Centur. II. 66 Sambucus quoque hîc *in Chirone:* ut legiſſe videatur, ἐν Χείρωνι: quemadmodum legitur apud Heſychium in αὐτόφορτοι: ὁ δὲ Κρατῖνος ἐν Χείρωνι. Quare apud Suidam in ἀνεκὰς, pro Κρατῖνος Η'ρωσι, Reineſius Var. Lect. libro & capite III. legendum exiſtimabat Κρατῖνος Χείρωσι. Sed fortaſſe nihil mutandum: nam & Julio Polluci x. 17. citatur quoque Cratinus ἐν Η'ρωσι. & eo titulo Ariſtophanes Fabulam ſcripſerat, cujus meminit Pollux non ſemel: eodem titulo fecerat & Chionides, laudatam Polluci x. 7. & Crates, memoratam eidem x. 23.

Αἰάντος] Salaminii.

Ἐν τῇ προειρημένῃ Παμμέτρῳ] Atque inde eſt quòd 63
Laërtius ἐπιγραμματοποιὸς dicitur Tzetzæ, ut ſuprà monuimus.

Ψυχὴν δ' ἄξονες] Ludit in voce ἄξονες, quæ & ro-

træ axes, & tabulas legum Solonis ſignificat. Pro αὐτοῖς Caſaubonus emendabat ἀστοῖς: Sed αὐτοῖς rectum eſt, nam ad ἄξονες refertur.

Axes ad Superos animam vexere, quòd illis
Impoſuit mitis non grave Legis onus.

Ita optimè Hugo Grotius hunc locum eſt interpretatus.

Μηδὲν ἄγαν] Apollinaris Sidonius:

Atticus inde Solon, ne quid nimis, *approbat unum.*

Vide ſupra in Thalete.

Διοσκουρίδης ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν] In eo libro, qui eruditiſſ. Voſſii diligentiam fugit, citatur quoque Dioſcorides apud Athenæum lib. XI. cap. ultimo. Varii Dioſcorides fuere, de quibus conſulendus Jonſius lib. II. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ cap. 6.

Οὗ ἡμεῖς οὐ παρειλήφαμεν] Id eſt, *de cujus nomine nihil accepimus.* Filium habuit Solon, ſed cujus nomen ignoratur. De eo lepidam hiſtoriam narrantem Plutarchum, ſed verbis Latinis, quia longiuſcula eſt, audiamus: *Quum profectus eſſet Miletum, ad Thalem, Solon, ajunt, mirum ſibi eum dixiſſe videri, quod nuptias & ſobolis procreationem omnino negligeret: Thalem autem in præſentia quidem tacuiſſe, aliquot verò dierum intervallo ſubornaſſe peregrinum quemdam; qui modò decimo die Athenis profectum ſe diceret. Quærente Solone, numquid Athenis novi eſſet; hominem, quæ diceret edoctum, nihil reſpondiſſe aliud, niſi ſanè quòd Adoleſcens efferretur, & proſequeretur funus tota civitas: nam erat, ut ferebatur, clari viri filius, & virtute inter cives primi. Nec aderat ille, ſed longo jam ſpacio dixerunt eum peregre eſſe. O hominem infortunatum, dixiſſe Solonem. Quodnam ferebant ejus nomen? Audivi equidem, inquit, nomen; ſed excidit mihi. memini tantùm multam habitam mentionem ejus ſapientiæ & juſtitiæ. Ita ſcilicet admoto ad ſingulas interrogationes metu, Solonem tandem commotum, ipſum hoſpiti ſuggeſſiſſe nomen, ac requiſiſſe, Solonis illéne defunctus eſſet filius. Quo annuente, cæpiſſe illum caput cædere, aliaque & facere & dicere, quæ mœrore oppreſſi aſſolent. Tum Thalem, repreſſo Solone, ridentem dixiſſe; at hæc me, Solon, à connubio deterruerunt, & à liberis tollendis; quæ te etiam infringunt, virum conſtantiſſimum.* Refert eamdem hiſtoriam Tzetzes Var. Hiſtor. Chil. v. cap. 5.

64 Ἐπαγγέλλεις] Malim ἀπαγγέλλεις, ut habent Membranæ.

Τοὶ ἐπιβουλεύειν] Ita in fine Epiſtolæ: καὶ οὐδὲς ἔτι τοι δεινὸς. Et in Epiſtola ad Epimenidem: ἕτοιμός τοι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀμύνειν. Malim σοί.

Περὶ αὐτῷ] Rectiùs aliæ editiones περὶ αὐτῷ: quamquam αὐτοῦ pro αὐτοῦ non rarò apud Scriptores Græcos occurrat.

Οὔτε σὺ καθήρας τὴν πόλιν] Malè Vetus Interpres *antiquatis legibus.* Eumdem errorem erravit & Hieronymus in Chronico Euſebii: *Epimenides Athenas ſubvertit.* Ita enim Veteres Codices Scaligero teſte. καθήρας τὴν πόλιν, id eſt, *luſtratâ Urbe, Urbe purgatâ*, ut bene Aldobrandinus. De illa Urbis luſtratione vide nos infra ad Epimenidis Vitam.

65 Οὐδ' οἱ ἐμοὶ ἀμείνους εἰσὶ, καὶ ὅσα ἐγὼ ἐνομοθέτησα] Cùm Cuſtodes obtinuiſſet Piſiſtratus, poſtulavit Solon, ut quas tulerat leges abrogarentur: eamque in rem Declamatio fuit, cum hoc titulo, ὁ Σόλων αἰτῶν ἀπαλείφειν τοὺς νόμους, λαβόντος τὴν φρουρὰν τοῦ Πεισιστράτου. Meminit Philoſtratus in Polemonis Elogio.

Οἱ δ' ἐπιτρέποντες] Id eſt, *qui Remp. curabant*, quâ notione hoc verbum alibi non memini me legere. ἐπιτραπέντες τὸ κοινὸν, ἔβλαπτον, tentabat Tanaquillus Faber, id eſt, *ii quibus commiſſa Reſp. fuerat*: ita enim Græci loquuntur. fortaſſis etiam legi queat ἐπιτροπεύοντες.

Εἶτα δὲ ἑαυτῷ τραύματα ποιήσας] Hiſtoriam hanc 66
pluribus narrat Herodotus lib. I. τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασεν εἰς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθρούς, οἱ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν. ἐδέετο δὲ τοῦ δήμου φυλακῆς τινὸς πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι. πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ ἄλλα ἀποδειξάμενος μεγάλα ἔργα. ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἐξαπατηθεὶς, ἔδωκέν οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, &c. Meminit & Plutarchus in Solone: κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Πεισίστρατος, ἦκεν εἰς ἀγοράν, ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος· καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον, ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος. & Polyænus lib. I. κατατρώσας ἑαυτὸν οὐ καιρίοις τραύμασι, τῆς ὑστεραίας προῆλθεν ἐπὶ τὴν ἀγοράν, δεικνύων τοῖς Ἀθηναίοις ταῦτα. Juſtinus quoque lib. II. *Piſiſtratus, quaſi ſibi, non patriæ vicisſet, tyrannidem per dolum occupat: quippe voluntariis verberibus domi affectus, laceratoque corpore, in publicum progreditur, advocatâ concione, vulnera Populo oſtendit; de crudelitate Principum, à quibus hæc ſe paſſum ſimulabat, queritur: adduntur vocibus lacrimæ, & invidioſâ oratione multitudo credula accenditur: amore plebis, inviſum ſe Senatui affirmat; obtinet ad cuſtodiam corporis ſui Satellitum auxilium; per quos occupatâ tyrannide, per annos triginta tres regnavit.* Adde & Diodorum Siculum lib. XIII. Λέγεται δὲ τοῦτο πρᾶξαι τὸν Διονύσιον, ὑπομιμούμενον Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασιν ἑαυτὸν κατατραυματίσαντα προελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ἐπιβεβουλευμένον· καὶ διὰ τοῦτο φυλακὴν λαβεῖν παρὰ τῶν πολιτῶν, ᾗ χρησάμενον, τὴν τυραννίδα περιποιῆσθαι.

Ἐπ' Ἡλιαίαν] Corrige, ἐφ' Ἡλιαίαν. Heliæa, tribunal erat Athenis, omnium maximum: ita dictum ἀπὸ τοῦ ἥλιος, quòd in loco ſubdiali eſſet, & ſoli expoſito: vel ἀπὸ τοῦ ἁλίζεσθαι, quòd ibi conveniret ac congregaretur multitudo Judicum: eſt enim ἁλίζεσθαι idem ac συναθροίζεσθαι. In eo tractabantur negotia publica civitatis, ac Reip. univerſæ. Quingentis Judicibus ut plurimùm conſtabat: ſed ſi neceſſitas ferret, duplicabatur numerus ille, ac etiam triplicabatur. Jusjurandum Heliaſtarum, planè inſigne, memorat Demoſthenes Oratione contra Timocratem. Hæc, & plura, Meurſius libro de Areopago cap. XI.

Καὶ φύλακας ἠξίου παρασχεῖν] Quod Tyrannidis ſignum eſſe, ait Ariſtoteles Rhetor. lib. I. capite 2. Ubi quoque teſtatur, Piſiſtratum, cùm Tyranni-

dem affectaret, poſtulaſſe cuſtodiam; & cùm obtinuiſſet, Tyrannidem occupaſſe: καὶ γὰρ Πεισίστρατος πρότερον ἐπιβουλεύων, ἤτει φυλακὴν, καὶ λαβὼν ἐτυράννησε.

Οὗτοι δὲ ἦσαν κορυνηφόροι] Herodotus loco proximè laudato: ὁ δὲ δῆμος, ὁ τῶν Ἀθηναίων, ἐξαπατηθεὶς, ἔδωκέν οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες, εἵποντό οἱ ὄπισθεν. Piſiſtratidarum ſatellites λυκόποδας vocatos fuiſſe, quia ſemper pellibus lupinis crura tecta habebant, vel quia in clypeis lupi inſigne geſtabant, Suidas in λυκόποδες teſtatum reliquit.

Τῆς θητείας] θητεία, eſt ſervitus, mercedis causâ. Heſychius: θητεῖαι, μισθώσεις, μισθοδουλεῖαι. θητεύει, δουλεύει μισθῷ. Inde Æſopus ab Idmone, hero ſuo, Θῆτα appellabatur, ut ex Ptolemæo, Hephæſtionis filio, narrat Photius in Bibliotheca: διὰ τὸ δουλικὸς εἶναι καὶ πολύτροπος· θῆτες γὰρ οἱ δοῦλοι. Cives Athenienſes in quatuor claſſes Solon diviſerat, in Pentacoſiomedimnos, Equites, Zeugitas & Thetes: qua de re Plutarchus in Solone, Ariſtoteles Polit. II. 10. Pollux VIII. 10. Malè igitur Aldobrandinus hunc locum ita eſt interpretatus, *ne igitur ego fruſtra contendi tenuiores ex mercenaria ut eriperem ſervitute*; qui ſic fuit exponendus: *ne igitur illi fruſtra* (ſupple Athenienſes Diacrii, de quibus ſupra, οἱ δὲ ἀνηκουστήσαντές μου, παρέσχον τοὺς ἄνδρας) *Pauperes ſuos è mercenaria ut eriperent ſervitute, contenderunt.* Athenienſium Reſpublica trifariam diviſa erat, in Παραλίους, Πεδαίους & Διακρίους. Paràliis præerat Megacles, Pediæis Lycurgus, Diacriis Piſiſtratus. Plutarchus in Solone: προειστήκει τῶν μὲν Πεδιαίων Λυκοῦργος, τῶν δὲ Παραλίων Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος, Πεισίστρατος δὲ τῶν Διακρίων. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas: κατὰ γὰρ τοῦ Σόλωνος νόμους, τρεῖς ἦσαν αἱ τάξεις· μία μὲν, τῶν Παραλίων, ὧν προειστήκει Μεγακλῆς· ἑτέρα δὲ, τῶν Πεδιαίων, ὧν προειστήκει Λυκοῦργος· τρίτη δὲ, τῶν Διακρίων, ὧν προειστήκει Πεισίστρατος. Inter Diacrios autem, quorum dux fuit Piſiſtratus, erant homines capite cenſi, egeſtate Divitibus ſummopere infenſi. Plutarchus dicto loco: Πεισίστρατος δὲ (προειστήκει) τῶν Διακρίων, ἐν οἷς ἦν ὁ θητικὸς ὄχλος, καὶ μάλιστα τοῖς πλουσίοις ἀχθόμενος. Piſiſtratus Tyrannidem animo agitans, his opitulari adverſus potentiores ſimulavit, eorumque operâ oppreſſis cæteris, Rempublicam invaſit.

Ἐκ σοῦ πείσεσθαι] Meliùs aliæ editiones ὑπὸ σοῦ.

Καὶ γὰρ πρὸ τῆς τυραννίδος φίλος σοι ἦν] Quidam etiam amatorem fuiſſe ajunt. Teſtatur Ælianus VIII. 16.

67 Καὶ σέ φημι πάντων τυράννων εἶναι βέλτιστον] Idem & Æſopo videbatur, qui propterea Fabulam de Ranis, quæ Regem à Jove petiere, compoſuit. Phædrus lib. I. Fab. 3.

Arcem Tyrannus occupat Piſiſtratus.
Cùm triſtem ſervitutem flerent Attici;
Non quia crudelis ille, ſed quoniam grave
Omnino inſuetis onus, &c.

Hinc illa Ciceronis ad Atticum VII. 20. *Ad fugam hortatur amicitia Pompei, cauſa bonorum, turpitudo conjungendi cum Tyranno, qui quidem incertum eſt, Phalarimne, an Piſiſtratum, ſit imitaturus.* Plutarchus quoque in Solone: καὶ πρὸς αὐτὸν (ὁ Σόλων) ἔλεγε, καὶ πρὸς ἑτέρους, ὡς, εἴ τις ἐξέλοι τὸ φιλότροπον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἰάσαιτο τῆς τυραννίδος, οὐκ ἔστιν ἄλλος εὐφυέστερος πρὸς ἀρετὴν οὐδὲ βελτίων πολίτης. Plura de virtutibus ejus & ingenio vide apud Meurſium, in Piſiſtrato cap. VI.

Εἰ διαθεῖς Ἀθηναίοις ἰσοπολιτείαν] Seneca Epiſt. XC. *Solon, qui Athenas æquo jure fundavit, inter ſeptem ævi ſapientiâ notos.* Phædrus dicto loco:

Athenæ quum florerent æquis legibus, &c.

Juſtinus lib. II. *Tanto temperamento inter Plebem, Senatumque egit, ut ab utriſque parem gratiam traheret.* Solon ipſe infrà Epiſtola ad Crœſum: ἀλλὰ καὶ ἡδίων ἡμῖν ἡ βιοτὴ ἔνθα πᾶσι τὰ δίκαια καὶ ἴσα. Qua de re ſibi ipſe, etiam compoſitis verſibus, gratulabatur, ut eſt apud Plutarchum: ἐπισημαίνεται δ' αὐτὸς αὐτῷ τὴν ἐξίσωσιν οὕτως,

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσσον ἐπαρκεῖ,
Τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἱ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ,
Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Ἕστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι·
Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέρους ἀδίκως.

Ἐν τῇ παρά σοι βασιλείᾳ] Meliùs ceteræ editiones παρά σου.

CHILON.

ΧΕΙΛΩΝ] Scribitur Χίλων apud Herodotum in Polymnia, Plutarchum in Convivio VII. Sapientum; Diodorum Siculum in Excerptis; Clementem Alexandrinum Στρωμ. lib. I. Cyrillum contra Julianum lib. I. Stobæum Serm. III. & Suidam in Χίλων. Etiam Plutarchus in Catone Majore Literatoris cujuſdam meminit, qui Catonem erudivit, quem Χίλωνα appellat. Etiam Polybio libro quarto Lacedæmonius quidam, Χίλων dicitur. Et apud Harpocrationem legimus, Χίλων, ὄνομα κύριον. Αἰσχίνης. Sed Χείλων rectius videtur: fit enim hoc nomen ἀπὸ τοῦ Χείλος. Sextus Pompeius de verborum ſignificatione: CHILO *dicitur cognomento à magnitudine labiorum.* CILO, *ſine aſpiratione, cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtraque velut reciſa videtur.* 68

Δαμαγήτου] Ita quoque Suidas. Corruptè apud Stobæum Serm. III. Πάγητος.

Λακεδαιμόνιος] Johannes Hantuillenſis, Neuſtrius, in Architrenio, ubi de Septem Sapientibus:

---- *Spartas Chilon illuxit Athenis.*
Sol hominum Solon.

Ita rectè in Laconicis Meurſius hunc locum emendabat. Malè vulgò, *Spartæ Thilon.*

Ἐπίσταμαι, εἶπεν, ἀδικεῖσθαι, σὺ δὲ οὔ] De Chilone Diodorus Siculus dicto loco: τῷ λόγῳ σύμφωνον ἔσχε τὸν βίον, ὅπερ σπανίως εὕροι τις ἂν γινόμενον. τῶν γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων τοὺς πλείστους ἰδεῖν ἔστι, λέγοντας μὲν τὰ κάλλιστα, πράττοντας δὲ τὰ χείριστα, καὶ τὴν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτῶν σεμνότητα καὶ σύνεσιν

διὰ

διὰ τῆς πείρας ἐλεγχομένων. ὁ δὲ Χίλων χωρὶς τῆς κατὰ τὸν βίον ἐν ἅπασι τοῖς πραττομένοις ἀρετῆς, πολλὰ διενοήθη καὶ ἀπεφθέγξατο μνήμης ἄξια. *Conſentientem cum ſermonibus ſuis vitam agebat, quod rarò admodum reperias. Pleroſque enim ætatis noſtræ Philoſophos videre eſt, pulcherrimis quidem utentes ſermonibus, moribus verò turpiſſimis; qui gravitatem ac prudentiam, quam aſpectu verbiſque promittunt, factis ſuis refutant. At Chilo præter conſtantem in omni vita virtutem, multa & cogitavit & dixit præclarè, quæ memoriâ imprimis digna ſunt.* Lacedæmonii autem (Lacedæmonius erat Chilo) injuriarum patientiam profitebantur, immò & eas pati poſſe precibus à Deo poſtulabant. Hinc illa apud Petronium: *Et ego quidem tres plagas Spartanâ nobilitate concoxi.* Menandri eſt hoc quoque:

Οὗτος κράτιστός ἐστ' ἀνὴρ, ὦ Γοργία,
Ὅστις ἀδικεῖσθαι πλεῖστ' ἐπίσταται βροτῶν.

Vide infrà inter dicta Chilonis.

Γέγονε δὲ Ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, &c.] Κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην legit Caſaubonus: nullâ addita ratione: ſed, puto, ut prius illud membrum cum ſequenti quadret: in quo ſubaudiri velle videtur Caſaubonus vocem πεντηκοστήν: & ſic quidem Laërtii verba cum ratione temporis ſatis congruere videntur. aliter in poſteriori membro, ducentorum annorum erit ἀναχρονισμός. Vertit Ambroſius: *fuit Ephorus circa* 55. *Olympiadem.* Scaliger ad Euſebii Chronicon; ubi hunc Laërtii locum profert; nihil in eo mutat: ſed in ſequentibus legit, Παμφίλη δὲ φησι κατὰ τὴν πέμπτην, non verò ἕκτην, ut hîc editum eſt. Nihil quoque in priori membro mutabat Jacobus Palmerius Grentemenilius, vir Chronologiæ peritiſſimus; ſed in poſteriori legebat, κατὰ τὴν ἑξῆς, id eſt, *Olympiade proximè ſequenti.* Cyrillus lib. I. contra Julianum ait, LVI. Olympiade, Cyro Perſarum regnum obtinente, vixiſſe Aggæum & Zachariam Prophetas, & jam tum notos eſſe Simonidem & Chilonem, qui è numero VII. Sapientum fuerunt: πεντηκοστῇ ἕκτῃ Ὀλυμπιάδι, Κύρου διέποντος τὰ κράτη Περσῶν, προεφήτευον Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας· γνώριμοι δὲ ἦσαν ἤδη Σιμωνίδης καὶ Χίλων, τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ὄντες. Simonidem, qui inter VII. Sapientes recenſeret, præter Cyrillum, neminem vidi. Certè hos inter à Diogene noſtro non memoratur, qui fuſè de numero & nominibus ſapientum agit in Thalete. Quare hæc vox Σιμωνίδης ſuſpecta videtur: immo omnino mendoſa eſt: nam ſuprà de Simonidis ætate jam retulerat Cyrillus, his verbis, εἰκοστῇ ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι Ἱππώνακτα, καὶ Σιμωνίδην φασὶ γενέσθαι, καὶ τὸν μουσικὸν Ἀριστόξενον. Scripſiſſe Cyrillum nullus dubito, γνώριμοι δὲ ἦσαν ἤδη Ἐπιμενίδης καὶ Χίλων, τῶν ἑπτὰ Σοφῶν ὄντες.

Καὶ πρῶτον Ἔφορον γενέσθαι] Cave hæc conferas cum prima Ephororum inſtitutione: quaſi dicere voluerit Chilonem, nondum ante conſtitutis Ephoris, primum creatum fuiſſe Ephorum: hoc enim foret falſiſſimum. Ephori enim à Rege Theopompo primùm inſtituti, aut à Lycurgo; ut à Cragio docetur, in libro de Rep. Lacedæmoniorum. Ergo vox πρῶτον intelligenda ordinativè; non adverbialiter. hoc ergo ſibi vult Laërtius, Chilona fuiſſe primum ordine inter quinque Ephoros. Primus Ephorus ἐπώνυμος erat, & annum notabat. Vide Palmerium.

Ἐπὶ Εὐθυδήμου] Auctor Olympiadum, ad Olympiadem LVI. anno 1. Εὐθύδημος (ἄρχων·) Χείλων πρῶτος Ἔφορος ἐν Λακεδαίμονι κατέστη. Inde corrigendus locus in Chronico Marmoris Arundelliani lineâ 57. Ἄρχοντος Ἀθήνησι τοῦ δήμου. lege τοῦ Εὐθυδήμου. quam emendationem acceptam refero Viro nobiliſſimo Jacobo Palmerio Grentemenilio. Euthydemi Ἄρχοντες Athenis fuere plures, de quibus conſulendus diligentiſſimus Meurſius libro de iis qui Athenis ſummum illum magiſtratum obierunt: at nullus Demus hos inter invenitur.

Καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο Ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζευγνῦναι· Σάτυρος δὲ Λυκοῦργον] Τὸ παραζευγνῦναι, ſi intelligas de prima Ephororum inſtitutione, ut intellexit Meurſius in Laconicis II. 4. toto cælo erraveris: nam prima Ephororum inſtitutio, ſi Satyro & Herodoto credimus, facta eſt à Lycurgo: ſi verò Plutarcho, à rege Theopompo, plurimis poſt Lycurgum annis: nam Theopompus dux erat Laconum in primo bello Meſſeniaco, quod cœpit Olympiade nonâ, & confectum fuit Olympiade decimâ quartâ, ut computat Pauſanias in Meſſeniacis. Igitur Ephororum inſtitutio præceſſit annis 168. vel pluribus, annum quo Chilon Ephorus primus renuntiatus eſt. Quare Palmerius noſter accipienda hæc Soſicratis verba exiſtimabat de Ephororum profectione ad bellum unà cum Regibus. Euſebius ſequi videtur Herodoti & Satyri auctoritatem: ponit enim Ephororum inſtitutionem, Olympiade quintâ. Vide hîc Aldobrandinum, & Palmerium.

Σάτυρος] Id eſt Satyrus, Peripateticus Philoſophus, qui illuſtrium Virorum Vitas ſcripſerat: & de quo adeundus Voſſius lib. III. de Hiſtoricis Græcis.

Ὡς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ] Ἐν τῇ πρώτῃ deeſt in aliis editionibus: agnoſcunt manu exarati Codices, & Vetus Interpres. Ecce tibi verba Herodoti: Ἱπποκράτεϊ, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θωρέοντι τὰ Ὀλύμπια, τέρας ἐγένετο. (Fuit Hippocrates ille Piſiſtrati Tyranni pater.) θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ οἱ λέβητες ἐπεστεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν καὶ ὑπερέβαλον. Χείλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος παρατυχὼν, καὶ θεησάμενος τὸ τέρας, συνεβούλευεν Ἱπποκράτεϊ, πρῶτα μὲν, γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία· εἰ δὲ τυγχάνοι ἔχων, δεύτερα τὴν γυναῖκα ἐκπέμπειν· καὶ εἴ τις οἱ τυγχάνοι ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπείπασθαι. σύκων ταῦτα παραινέσαντος Χείλωνος πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα· γενέσθαι τε οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον. *Hippocrati, cùm privatus eſſet, & Olympia ſpectaret, prodigium ingens evenit. Nam, cùm ſacra ipſe faceret, quæ adſtabant ahena, plena carne & aquâ, ſine igne efferbuerunt, & redundarunt. Quod cùm Chilo Lacedæmonius, fortè præſens, conſpicaretur, ſuaſit Hippocrati, primùm, ne fœcundam uxorem ducere vellet; deinde ſi jam duxiſſet, ut dimitteret; ac ſi filium genuiſſet, abdicaret.*

Sed Hippocrates, ſpretis Chilonis monitis, poſtea Piſiſtratum ſuſtulit. Ad hanc hiſtoriam reſpexit Auctor libri, εἰ ζῶεν τὸ κατὰ γαστρὸς, qui Galeno tribuitur: οὕπω Περικλῆς ἐγίνετο Ὀλύμπιος, καὶ πᾶσιν ἤδη φοβερὸς τοῖς Ἕλλησι διὰ τὸ ἐνύπνιον ἦν. οὔπω Πεισίστρατος, καὶ τύραννος ἦν. *Nondum natus erat Pericles Olympius, & jam formidabilis erat omnibus Græcis, propter ſomnium. Nondum Piſiſtratus, & Tyrannus erat.*

69 Αἰσώπου] Interfuiſſe Æſopum VII. Sapientum colloquio apud Crœſum Sardibus, & Corinthi poſtea apud Periandrum, diſcimus ex Plutarcho. Ubi autem hunc cum Chilone ſermonem habuerit, incertum eſt.

Ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, ἐλπίσιν ἀγαθαῖς] Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοὶ, ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσι. *Spes malæ, ſicut malus dux, ad peccata ducunt*, inquit Socrates, apud Stobæum Serm. CIX. Cæterùm ad hanc interrogationem aliter reſpondit Ariſtippus infra apud Laërtium: ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, ἔφη, ὅπερ οἱ δεδαμασμένοι ἵπποι τῶν ἀδαμάστων. & aliter Ariſtoteles: ἐρωτηθεὶς, τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, Οὔφῳ, εἶπεν, οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων.

Τί δύσκολον; Τὸ τὰ ἀπόῤῥητα σιωπῆσαι] Aliter apud Stobæum Serm. XIX. Χείλων ἐρωτηθεὶς τί χαλεπώτατον; Τὸ γινώσκειν ἑαυτὸν, ἔφη. πολλὰ γὰρ ὑπὸ φιλαυτίας ἕκαστον ἑαυτῷ προστιθέναι.

Γλώττης κρατεῖν, καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ] Apud Stobæum Serm. III. ubi ex Demetrio Phalereo Chilonis apophthegmata recenſet, ita hoc Chilonis recenſetur: πίνων, μὴ πολλὰ λάλει· ἁμαρτήσῃ γάρ.

Μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον, &c.] Apud Stobæum ibidem: μὴ κακολόγει τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μή, ἀκούσῃ ἐφ' οἷς λυπηθήσῃ. Terent. *ea quæ non volt audiet.*

Μὴ ἀπειλεῖν μηδενὶ, γυναικῶδες γάρ] Longè aliter apud Stobæum: μὴ ἀπείλει τοῖς ἐλευθέροις, οὐ γὰρ καλόν. quo ſenſu Brutus atque Caſſius Antonio reſcripſerunt: *neque enim decet, aut convenit nobis, periculo ulli ſubmittere animum noſtrum: neque eſt Antonio poſtulandum, ut iis imperet, quorum operâ liber eſt. Nos ſi alia hortarentur, ut bellum civile ſuſcitare vellemus, litteræ tuæ nihil proficerent: nulla enim minantis auctoritas apud liberos eſt.*

70 Ταχύτερον ἐπὶ τὰς ἀτυχίας τῶν φίλων, ἢ ἐπὶ τὰς εὐτυχίας πορεύεσθαι] Paulò aliter apud Stobæum: ἐπὶ τὰ δεῖπνα τῶν φίλων βραδέως πορεύου· ἐπὶ τὰς ἀτυχίας, ταχέως.

Γάμον εὐτελῆ ποιεῖσθαι] Similiter apud Stobæum Serm. III. γάμους εὐτελεῖς ποιοῦ. & Serm. LXVIII. γάμους εὐτελεῖς καὶ ἰσοτίμους ποιεῖν.

Τὸν τεθνηκότα μὴ κακολογεῖν] Apud Stobæum quoque Serm. III. inter Chilonis apophthegmata hoc apophthegma recenſetur, his verbis: τὸν τετελευτηκότα μακάριζε. & pleniùs Serm. CXXIII. τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει, ἀλλὰ μακάριζε. Lex fuit Solonis, de qua Plutarchus in ejus Vita: ἐπαινεῖται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν. καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας, ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀίδιον. *Commendatur item Lex Solonis, quæ maledicta vetat in Defunctos congerere. Eſt enim pium putare eos qui deceſſerunt, ſanctos; abſtinere ab iis qui non adſunt, juſtum; & civile, odii tollere æternitatem.* & Demoſthenes Oratione in Leptinem: καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν κυκλῷ δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός. *Quin etiam illa lex Solonis eſt è laudatarum numero*, Mortuo nemini maledicendum, *etium ne quis à liberis ejus maledictis inceſſatur.*

Γῆρας τιμᾶν] Apud Stobæum: πρεσβύτερον σέβου.

Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν.] Apud Stobæum Serm. III. ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν. Sed plenius, ut hîc, Serm. I. ζημίαν αἱροῦ μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν· τὸ μὲν γὰρ ἅπαξ σε λυπήσει, τὸ δὲ διὰ παντός. Habuit autem hoc Chilon ab Heſiodo, cujus hîc verſus in Operibus,

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἴσ' ἄτῃσιν.

Eodem ſenſu dixit Poëta incertus.

Τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος, ἂν δίκαιον ᾖ.

Ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγελᾶν] Εὐτυχοῦντι legerat Interpres; vertit enim *elato ſecundis in rebus non arridendum.* Cave quid mutes. Ita apud Stobæum Serm. III. ubi de dictis Chilonis: τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα. & Serm. CX. ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη. Ita quoque apud Laërtium infra inter dicta Pittaci: ἀτυχίαν μὴ ὀνειδίζειν.

Ἰσχυρὸν ὄντα, πρᾶον εἶναι, ὅπως οἱ πλησίον, &c.] Apud Stobæum Serm. III. ἰσχυρὸς ὢν, ἴσχυον σεαυτὸν πάρεχε, ὅπως σε αἰσχύνωνται μᾶλλον, ἢ φοβῶνται.

Μανθάνειν τῆς αὐτοῦ οἰκίας προστατεῖν] Apud Stobæum: τῆς ἰδίας οἰκίας προστάτει.

Τὴν γλῶτταν μὴ προτρέχειν τοῦ νοῦ.] Apud Stobæum: ἡ γλῶσσά σου μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ. Sed & Auctor παραινέσεως ad Demonicum: ἐν πολλοῖς ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας· ſive is ſit Iſocrates Apolloniates, veteris illius Iſocratis, qui Socratis & Platonis æqualis fuit, diſcipulus: ſive Iſocrates alius, Dionyſii Halicarnaſſei ſodalis: quippe ea de re ambigitur; de qua Muretus Var. lect. lib. & cap. 1.

Θυμοῦ κρατεῖν] Habes totidem verbis apud Stobæum.

Μὴ ἐπιθυμεῖν ἀδυνάτων] Idem legas apud Stobæum. Horatius: *animum rege.*

Ἐν ὁδῷ μὴ σπεύδειν. λέγοντα μὴ κινεῖν τὴν χεῖρα, μανικὸν γάρ] Paulò aliter refert Stobæus: ἐν ὁδῷ μὴ σπεῦδε προάγειν, μηδὲ τὴν χεῖρα κινεῖν· μανικὸν γάρ. ubi, pro μὴ σπεῦδε προάγειν, legendum fortè, μὴ σπεύδειν, ut apud Laërtium. quid enim hoc ſibi vult μὴ σπεῦδε προάγειν? Magnanimi βραδεῖαν κίνησιν eſſe, notavit magnus Magiſter in Ethicis.

Νόμοις πείθεσθαι] Totidem verbis apud Stobæum.

Τῶν δὲ ἀδόμενων αὐτοῦ, &c.] Inde apparet verſus eſſe qui ſequuntur. 71

Αὐτὸς μὲν κατὰ τὸν νόμον, τὸν δὲ φίλον πείσειεν ἀποδικάσαι αὐτοῦ, ἵνα ἀμφότερα καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν φίλον τηρήσῃ.] Poſt illa verba αὐτὸς μὲν κατὰ τὸν νόμον, deſiderari aliquid Caſaubonus verè exiſtima-

bat. Scripſerat fortaſſe Laërtius: κρίνων γάρ ποτε φίλῳ δίκην· αὐτὸς μὲν κατεδίκαζε κατὰ τὸν νόμον, τοὺς δὲ φίλους (ſupple συνδικαστὰς) ἔπεισεν ἀποδικάσαι αὐτὸν, ἵνα ἀμφότερα καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν φίλον τηρήσῃ. Hoc eſt, *Cùm ſuper amici capite Judex cum aliis ſederet, ipſe quidem ſecundum leges judicavit, & amicum condemnavit; amicis ut eum abſolverent, perſuaſit: idque, ut utrumque & amicum & legem ipſe ſervaret.* Hanc fuiſſe Laërtii mentem patet ex his Gellii lib. I. cap. 3. *Lacedæmonium Chilonem, unum ex illo inclyto numero Sapientum, ſcriptum eſt in libris eorum, qui vitas, reſque geſtas clarorum hominum memoriæ mandaverunt, quum die vitæ ſuæ poſtremo eum inibi mors occuparet, ad circumſtantes amicos ſic loquutum:* Dicta mea, *inquit*, factaque in ætate longa pleraque omnia fuiſſe non pœnitenda, forſitan vos etiam ſciatis. Ego certè in hoc quidem tempore non fallo me, nihil eſſe quicquam commiſſum à me, cujus memoria rei aliquid pariat ægritudinis: niſi profectò illud unum ſit, quod rectè ne, an perperam, fecerim, nondum mihi planè liquet. Super Amici capite Judex cum duobus aliis fui. Lex ita fuit, uti eum hominem condemnari neceſſe eſſet. Aut Amicus igitur capitalis perdendus, aut adhibenda fraus Legi fuit. Multa cum Amico meo ad caſum tam ancipitem mederdum conſultanti viſum eſt eſſe id quod feci, præ hoc quod erant alia, toleratu facilius: Tacitus ad condemnandum ſententiam tuli; his qui ſimul judicabant, ut abſolverent, perſuaſi. Sic mihi & Judicis & Amici officium in re tanta ſalvum fuit. Vox κατεδίκαζε, quæ καταζε compendioſè ſcripta fuerat, omiſſa videtur ab imperito Librario, propter ſequentem κατὰ; qui & τὸν φίλον pro τοὺς δὲ φίλους ſcripſiſſe videtur, propter præcedentia verba κρίνων γάρ ποτε φίλῳ δίκην. quàm verò proclive fuerit mutare ἔπεισεν in πείσειεν, & αὐτοῦ in αὐτὸν, nemo non videt. δίκη etiam de criminibus uſurpatur. Vide Budæum in Commentariis Linguæ Græcæ, ſtatim initio.

Περὶ Κυθήρων] Ita quoque MS. Regiæ Bibliothecæ. περὶ Κυθήρας numero ſingulari editio Stephani minùs rectè. Vide Aldobrandinum.

Καταμαθὼν γὰρ τὴν φύσιν αὐτῆς, Εἴθε, ἔφη, &c.] Habuit hæc Laërtius ex Herodoto: qui in Polymnia, ubi de conſilio illo quod Demaratus, Lacedæmoniorum Rex, ſed exul, Xerxi dedit, de ſubigendis Lacedæmoniis, Chilonis prædictionem de Cytheris ita narrat: ἔστι δὲ ἐπ' αὐτῇ, (ſermo eſt de orâ Lacedæmonicâ, in quam trecentas naves cum ſuis propugnatoribus ut mitteret, Xerxi auctor erat Demaratus) νῆσος ἐπικειμένη, τῇ οὔνομά ἐστι Κύθηρα· τὴν Χίλων, ἀνὴρ παρ' ἡμῖν σοφώτατος γενόμενος, κέρδος μέζον ἔφη εἶναι Σπαρτιήτῃσι κατὰ τῆς θαλάσσης καταδεδυκέναι μᾶλλον ἢ ὑπερέχειν, αἰεί τι προσδοκῶν ἀπ' αὐτῆς τοιοῦτο ἔσεσθαι οἷόν τι ἐγὼ ἐξηγέομαι· οὔτι τὸν σὸν στόλον προειδὼς, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως φοβεόμενος ἀνδρῶν στόλον. ἐκ ταύτης οὖν τῆς νήσου ὁρμεώμενοι, φοβεόντων τοὺς Λακεδαιμονίους. παροίκου δὲ πολέμου ἐόντος οἰκηίου, οὐδὲν δεινοὶ ἔσονταί τοι, μὴ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἀλισκομένης ὑπὸ τοῦ πέζοῦ, βοηθέουσι ταύτῃ· καταδουλωθείσης δὲ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, ἀσθενὲς ἤδη τὸ Λακωνικὸν μοῦνον λείπεται. ἢν δὲ ταῦτα μὴ ποιέῃς, τάδε τοι προσδόκα ἔσεσθαι· ἔστι τῆς Πελοποννήσου ἰσθμὸς στεινός. ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ πάντων Πελοποννησίων συνομοσάντων ἐπί σε, μάχας ἰσχυροτέρας ἄλλας τῶν γενομένων προσδέκεο ἔσεσθαί τοι. ἐκείνῳ δὲ ποιήσαντι, ἀμαχητὶ ὅ, τε ἰσθμὸς οὗτος καὶ αἱ πόλεις προσχωρήσουσι. *Adjacet autem illi Inſula, nomine Cythera: quam obrui mari quàm exſtare conducibilius eſſe Lacedæmoniis Chilon ajebat, vir apud nos ſapientiſſimus: videlicet exſpectans ſemper ab ea aliquid tale futurum, quale nunc ego expono: non ille quidem tuam claſſem prævidens, ſed quamcumque ſimiliter extimeſcens. Exhac igitur Inſula proficiſcentes Tui Lacedæmonios territent. Ita illis domeſtico occupati bello, neque tibi erunt infeſti, neque cæteræ Græciæ, quum à tuis pedeſtribus copiis expugnabitur, auxilia ferent. Subactâ autem reliquâ Græciâ Lacones per ſe reddentur invalidi. Quod niſi feceris hoc fore exſpecta: Eſt Peloponneſi arctus Iſthmus, quo in loco Peloponnenſibus omnibus coactis, alia tibi prælia ſuperioribus atrociora futura proſpicio. At ſi illud feceris, & Iſthmus hic citra prælium, & cæteræ civitates ultro tibi ſe dedent.*

Βραχυλόγος τε ἦν. ὅθεν καὶ Ἀριστογόρας] Suidas totidem verbis: Χίλων, &c. ὃς ἦν βραχυλόγος· ὅθεν καὶ Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος τοῦτον τὸν τρόπον Χιλώνειον καλεῖ. καὶ Χιλώνειος τρόπος ἡ βραχυλογία· ὁ γὰρ Χίλων βραχυλόγος ἦν. Chilon ipſe apud Auſonium, poſt Solonem verba faciens: 72.

Lumbi ſedendo, oculique ſpectando dolent,
Manendo Solonem, quoad ſe ſe recipiat.
Quàm pauca, quàm diu loquuntur Attici!
Unam trecentis verſibus ſententiam
Tandem peregit; meque reſpectans abit.
Spartanus ego ſum Chilon, qui nunc prodeo.
Brevitate notâ, quâ Lacones utimur,
Commendo noſtrum γνῶθι σεαυτὸν, &c.

Ἀριστογόρας ὁ Μιλήσιος] Idemne ſit Ariſtagoras ille Mileſius ac Ariſtagoras Ægyptiacorum ſcriptor, de quo ſupra ad Laërtii procœmium, addubitabat meritò Gerardus Joannes Voſſius, libro III. de Hiſtoricis Græcis. Interpretatur Aldobrandinus hunc locum de Ariſtagora, Mileti Procuratore, Molpagoræ filio, Hiſtiæi Mileſiorum Tyranni genero, de quo Herodotus lib. v.

Βράγχου δὲ εἶναι, ὃς τὸ ἱερὸν ἔκτισε τὸ ἐν Βραγχίδαις] Locus obſcurus & meo judicio mutilus; ideoque ab Ambroſio prætermiſſus. Exiſtimârim tamen hoc voluiſſe Laërtium, Ariſtagoram Mileſium brevem illum loquendi modum *Chilonium* appellâſſe, quia inter Lacedæmonios, brevitatis amantes, præcipuè breviloquus fuit Chilon: illius autem loquendi modi auctorem fuiſſe Branchum, qui apud Branchidas Templum condidit, & qui ejus Antiſtes fuit. Notum quàm paucis verbis ederentur Oracula. Erat autem Templum illud in agro Mileſio, Apollinis oraculo celeberrimum. Branchus Apollinis fuit Amaſius, Macheræi, viri Delphi, de ſtirpe natus, ut eſt apud Strabonem lib. IX. & lib. XIV. qui Branchum non Templi conditorem facit, ut Laërtius, ſed Antiſtitem. Ab eo Brancho *Branchidæ* dicti ſunt qui ei eo in fa-

no ſucceſſerunt Antiſtites; eadem ratione quâ Jamidæ, Telliadæ, Clytidæ dicti ſunt olim familiæ Vatum in Græcia, ut doctè ad Marcellinum doctiſſimus Valeſius obſervavit: ubi & ex Canone in narratione 38. & 44. docuit nos Evangelum Brancho primùm ſucceſſiſſe. Branchidæ illi Antiſtites *Branchidarum* nomen poſtea loco dedere, qui tandem *Didymæi Apollinis* nomine fuit appellatus, ut eſt apud Plinium, lib. v. cap. 29. & Pomponium Melam lib. I. cap. 17. Vide nos ſupra ad Thalem.

Περὶ τὴν πεντηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα, ὅτε Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς ἤκμαζεν,] Mortuus eſt autem Æſopus anno I. Olympiadis LIV. quemadmodum Euſebius & Suidas teſtantur: ut ferendus non ſit Planudes, qui, in Æſopi Vita, Æſopum veniſſe vult in Ægyptum Rege Nectenabo; quique eum & Piræum & Euripidem nominantem inducit; de qua ἀνιστορησίᾳ Gaſpar Bachetus Meziriacus in Vita Æſopi, & Franciſcus Vavaſſor libro illo ſuo elegantiſſimo de Ludicra Dictione.

Ὁ λογοποιὸς] Hoc eſt, *Fabulator*. Heſychius: λογοποιήσαντες, πλασάμενοι λόγους ψευδεῖς. Ita autem dictus eſt Æſopus, non quòd primus muta loqui docuerit, nam ante eum Heſiodus hoc fecerat in ſermone Luſciniæ ad Accipitrem; ſed quia præcipue hoc ſcribendi genus ſectatus eſt: unde & *Fabulæ Æſopicæ* ſimiles Fabulæ dicuntur.

Τελεύτησε δ', ὡς φησιν Ἕρμιππος, ἐν Πίσῃ, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην, &c.] Plinius VII. 32. ubi de Chilone: *Quin & funus ejus, cùm, victore filio Olympiæ, expiraſſet gaudio, tota Græcia proſequuta eſt.* Tertullianus libro de Anima ſect. 52. *Nam etſi præ gaudio ſpiritum quis exhalet, ut Chilon Spartanus, dum victorem Olympiæ filium amplectitur.* Ceterùm hîc rectiùs legeretur, τὸν υἱὸν Ὀλυμπιονίκην πυγμῆς ἀσπαζόμενος.

73 Οὕνεκα υἱὸς] Rectiùs οὕνεκεν Editiones Stephani.

Τόνδε δορυστέφανος Σπάρτα] Spartani haſtâ eminebant. Procopius in epiſtola ad Muſæum: ἄλλοις μὲν γὰρ ἄλλος μεγαφρονεῖ· ὁ Λυδὸς χρυσῷ· ὁ Σπαρτιάτης, τῷ δόρατι· χορδαῖς, Ἀρίων.

Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα] Clemens Stromat. VI. Τί δὲ, οὐχὶ καὶ Χείλωνος τοῦ σοφιστοῦ ἀποφθεγξαμένου, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, Ἐπίχαρμος τὴν αὐτὴν γνώμην ἑτέρῳ ὀνόματι προσηνίγκατο, εἰπὼν ἐγγύα ἄτας θυγάτηρ, ἐγγύα δὲ ζαμίας. & lib. I. τὸ δ' ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, Κλεομένης μὲν ἐν τῷ περὶ Ἡσιόδου Ὁμήρου φησὶ προειρῆσθαι διὰ τούτων,

Δειλαί τοι δειλῶν τε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι.

Οἱ δὲ περὶ Ἀριστοτέλη Χίλωνος αὐτὸ νομίζουσι. Δίδυμος δὲ Θαλοῦ φησὶν εἶναι τὴν παραίνεσιν. Plinius dicto loco: *Rurſus Mortales oraculorum ſocietatem dederunt Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta ejus Delphis conſecrando aureis literis quæ ſunt hæc:* Noſſe ſe quemque, &, nihil nimiùm cupere: comitemque æris alieni atque litis eſſe miſeriam. Thaleti tribuitur in Epigrammate de dictis VII. Sapientum:

Ἐγγύην φεύγειν δὲ, Θαλῆς Μιλήσιος ηὐδα.

unde Auſonius:

Mileti, fugiſſe Thales vadimonia, *alumnus.*

Et:

Thales, ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτη, prætulit;
Spondere qui nos, noxa quia præſto eſt, vetat.
Hoc nos monere fœneratis non placet.

ubi τὸ *fœneratis* eſt *fœneratoribus*. Et poſtea de Thalete:

Nos, ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτη, dicimus:
Latinum eſt, ſponde, noxa eſt præſto tibi.
Fer mille poſſum currere exempla, ut probem
Prædes, vadeſque pœnitudinis reos.

Mirum verò in illo apophthegmate, (verba ſunt Salmaſii de Modo Uſurarum cap. 16.) non dico omnes recentiores Interpretes; nam de his quid mirum? ſed Auſonium, ἐγγύα pro verbo accepiſſe, & *ſponde* vertiſſe. Nomen eſt, non verbum; nec verbi imperandi modus. Quod ſi eſſet, ab agendi verbo ἐγγυᾶν veniret, quod hoc ſenſu Græcis non uſurpatur. Sed in patiendi forma ἐγγυᾶσθαι eſt *ſpondere*, non ἐγγυᾶν. ἐγγύα, non eſt *ſponde*, ſed *ſponſio*: & ἐγγυῶ ſcribendum eſſet, ut eſſet *ſponde*, ab ἐγγυῶμαι. Malè autem ceteræ Editiones Laërtianæ ἄτα habent in dandi caſu, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα, hoc eſt ad verbum, *ſponſio, ei verò præſto eſt noxa.* Similes loquutiones obſervat Salmaſius loco laudato; quas vide. ἐγγύη, eſt etiam ἡ γάμου ἀπογραφή· atque inde eſt quòd hoc Chilonis dictum nonnulli de nuptiis acceperunt. Plutarchus in Convivio ſub finem: καὶ τοῦτο δὲ τὸ πολλοὺς μὲν ἀγάμους, πολλοὺς δὲ ἀπίστους, ἐνίους δὲ καὶ ἀφώνους πεποιηκὸς, ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα.

Ἐπιστέλλεις ἐμμεῖναι στρατείᾳ] Cæteræ Editiones ἐπιστέλλεις ἐμὶν ἀστρατείαν. & ita MSS. tres Regiæ Bibliothecæ. ſed unus habebat poſtea ὡς αὐτόσκα ἐξερποισαιτῶν δὲ δοκέω· alter ὥς αὐτοσκα ἐξέρποις, ἐγὼν δὲ δοκέω. Legit Caſaubonus probabili conjectura, ἐπιστέλλεις ἐμὶν ἐκστράτειαν ἔπι ἐκδάμως, καὶ ὡς αὐτὸς ἐξέρποις.

Καὶ τῆνον] Laconicè pro ἐκεῖνον. Plutarchus in Convivio: ὁ δὲ καὶ Χίλων, λακωνίσας τῇ φωνῇ, Καὶ τύνη, ἔφη, βραδὺς, &c.

Οὗτις καὶ οἶκοι ἐξ αὐτὸς αὐτῷ κατθάνῃ] Ἐξ αὐτὸς αὐτοῦ ceteræ Editiones, & MS. unus. ſed αὐτῷ rectum eſt; eſt enim genitivus Doricus. An potiùs legendum, ὅστις καὶ οἶκοι ἐξ αὐτῷ αὐτὸς κατθάνῃ;

PITTACUS.

Ὑῤῥάδιον] Suidas: υἱὸς Καΐκου καὶ Ὑῤῥαδίου, Θρακός· μητρὸς δὲ Λεσβίας. Lege Καΐκου, ἢ Ὑῤῥαδίου. Idem Suidas, in ὕῤῥα: ὕῤῥα, παῖς. ὁ Πιττακὸς. καὶ Ὑῤῥάδιος, ὁ αὐτός. καὶ Ὑῤῥιαδιανὸς, ὄνομα κύριον. Etiam Heſychius ὕῤῥα, παιδίον ſignificare ait. ὑῤῥάδιος, inquit, ἀπό τινος τῶν προγόνων, ἄδοξος, ἢ εἰκαῖος. ὕῤῥα, παιδίον. Sed & Varinus Ὑῤῥάδιον, de Pittaci patre interpretatur. Ὑῤῥάδιον, inquit, κύριον. ὁ πατὴρ τοῦ Πιττακοῦ. Et Theodorus libro II. Grammatices patronymicum eſſe ait. Verba ejus ſunt: ἔστι δὲ καὶ ἑτέρου πατρωνυμικοῦ εἴδος καταχρηστικῶς· ἐπεὶ μὲν ἀρσενικοῦ εἰς διος, οἷον, Ὑῤῥάδιος. Ὑῤῥάδιος autem eſt ab ὕῤῥα, quod eſt *puer*: ὕῤῥα autem ab ὑῤ Laconico, pro ὗς: unde ὕραξ: ex quo *ſorex*. ὗς, ὑῤ, ὕρα, ὑῤῥα, 74

ὑῤῥάδιος. ὗς verò ab ὕω, *produco*: unde υἱὸς & υἱεὺς, *filius*, & ὕλη, *materia, ſilva*. Ab eodem ὗς, eſt μῦς, *mus*: hoc eſt, προγέννημά τι, *animalculum quoddam*. Ex ὕω verò, factum φύω, præpoſito φ: ut φόξος, ab ὀξύς. A φύω verò, φύλλον, φυτὸν, φυτεύω, &c. Ab ὕλη verò, ξύλον. Sed de his pluribus, Deo dante, in Radicibus noſtris Linguæ Græcæ.

Οὗτος μετὰ τῶν Ἀλκαίου γενόμενος ἀδελφῶν] Alcæi fratres fuere Cicis & Antimenides. De Antimenide, videndus Strabo lib. XIII.

Μέλαγχρον] Suidas in Πιττακός· Μέλαγχρον τὸν Τύραννον Μιτυλήνης ἀνεῖλε.

Καὶ περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρας μαχομένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων, ἐστρατήγει μὲν αὐτὸς, Ἀθηναίων δὲ Φρύνων] Poſt vocem αὐτὸς, vocem Μιτυληναίων exciditſe rectè monuit Caſaubonus ex Strabone lib. XIII. & Plutarcho de malignitate Herodoti. Adde & Æſchyli Scholiaſten ad Eumenidas: Μιτυληναῖοι ἐμάχοντο πρὸς Ἀθηναίους περὶ πόλεως Σιγείου· ἔδοξεν οὖν μονομαχίᾳ λῦσαι τὸν πόλεμον. καὶ ὑπὲρ μὲν Μιτυληναίων ἐπολέμει Πιττακὸς, ὑπὲρ δὲ Ἀθηναίων Φρύνων· ἡττηθέντος δὲ Φρύνωνος διελύθη τὰ τῆς μάχης. Idem legas in Deſcriptione Olympiadum, Olympiade ΜΘ. περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρας μαχομένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων, Πιττακὸς ὁ Μιτυληναίος, τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν στρατηγῶν, συνέθετο μονομαχῆσαι πρὸς Φρύνωνα στρατηγὸν Ἀθηναίων παγκρατιαστήν· Ὀλυμπιονίκην· καὶ δίκτυον ἔχων ὑπὸ τὴν ἀσπίδα, λαβραίως περιέβαλε τὸν Φρύνωνα, καὶ κτείνας αὐτὸν περιέσωσε τὸ χωρίον: quæ ex Diogene noſtro exſcripſit ſine dubio Scaliger. Vitioſè apud Iſidorum Peluſiotam, Φρύνων ille, Φρύων appellatur. Verba ejus ſunt in epiſtola ſexta libri quinti: φασὶ γὰρ ὡς Πιττακὸς λαβὼν τὴν ἀρχὴν παρὰ Μιτυληναίων, νενικηκὼς Φρύονα μονομαχίᾳ, τὸν ἄρχοντα Ῥηγίου, ἀπεδίδου τὴν ἀρχήν. τῶν δὲ μὴ βουλομένων κομίσασθαι ἐβιάσατο, μὴ βουλόμενος τύραννος, ἀλλ' ἰδιώτης εἶναι, &c. ubi pro Ῥηγίου, legendum Σιγείου.

Ἀχιλλείτιδος χώρας] Strabo dicto loco: Ἀχίλλειον δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ Ἀχιλλέως μνῆμα, κατοικία μικρά.

Συνέθετο δὴ μονομαχῆσαι πρὸς αὐτόν· καὶ δίκτυον ἔχων] Strabo ibidem: ὕστερον δ' ἐν μονομαχίᾳ προσκαλεσαμένου τοῦ Φρύνωνος ἁλιευτικὴν ἀναλαβὼν σκευὴν, συνέδραμε, καὶ τῷ μὲν ἀμφιβλήστρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ, καὶ τῷ ξιφιδίῳ ἔπειρε, καὶ ἀνεῖλε. μένοντος δ' ἔτι τοῦ πολέμου, Περίανδρος διαιτητὴς αἱρεθεὶς ὑπὸ ἀμφοῖν ἔλυσε τὸν πόλεμον, &c. Feſtus: *Retiario pugnanti adverſus Mirmillonem cantabatur*: Non te peto, piſcem peto. quid me fugis, Galle, &c. *Hoc autem genus pugnæ inſtitutum videtur à Pittaco, uno ex Septem ſapientibus, qui adverſus Phrynonem dimicaturus propter controverſius finium, quæ erant inter Atticos & Mitylenæos rete occulto lato impedivit Phrynonem.* Polyænus Stratag. lib. I. Πιττακὸς δὲ ὑπὸ τῇ ἀσπίδι κρύψας ἀμφίβληστρον, περιέβαλλε τὸν Φρύνωνα, καὶ ῥᾳδίως ἐπισπασάμενος κτιννύει· καὶ Σίγειον τοῖς δεσμίοις τῶ τε λίνῳ ἐθήρευσεν, &c. Οἷόν τε νῦν οἱ μονομάχαι λίνεα ἔχουσι.

ἰσχυρῶς ἐτίμησαν] ἰσχυρῶς, id eſt: *valdè*. Ælianus Var. Hiſtor. XIII. 38. ἰσχυρῶς Ὄμηρον ἐθαύμαζεν Ἀλκιβιάδης. Ita nos Galli, *ils l'honorèrent fort: Il l'admiroit fort.*

Καὶ τὴν ἀρχὴν ἐνεχείρησαν] Corrige ἐνεχείρισαν. Alcæus, apud Plutarchum in Amatorio, negat Mitylenæos Pittaco Tyrannidem ultro detuliſſe.

Ὁ δὲ ἱερὰν ἀνῆκεν] Florens Chriſtianus ἀνέθηκεν. Mihi placet nihil mutare.

Ἥτις νῦν Πιττάκειος καλεῖται] Plutarchus de Herodoti malignitate, ubi de certamine Pittaci contra Phrynonem: τῶν δὲ Μιτυληναίων δωρεὰς αὐτῷ μεγάλας διδόντων, ἀκοντίσας τὸ δόρυ, τοῦτο μόνον τὸ χωρίον ἀξίωσεν ὅσον ἐπίσχεν ἡ αἰχμή· καὶ καλεῖται μέχρι νῦν Πιττάκιον. *Ac Mitylenæis magna ei dona offerentibus, conjectâ haſtâ id duntaxat agri petiit, quò cuſpis pertigiſſet: locuſque is etiamnum* Pittacium *dicitur*. Aliter Cornelius Nepos, ſive Æmilius Probus, in Thraſybulo: *Bene ergo Pittacus ille, qui Septem Sapientum numero eſt habitus, cùm ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent: Nolite, rogo vos, inquit, mihi dare quod multi invideant, plures etiam concupiſcant. quare & iſtis nolo ampliùs quam centum jugera, quæ & meum animi æquitatem, & veſtram voluntatem indicent.*

Ἀποτεμόμενος] Malè Editio princeps, ἀποτυγχανόμενος.

Τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πλεῖον εἶναι] Heſiodus in Operibus lib. I.

Νήπιοι οὐδ' ἴασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Ἀλλὰ καὶ Κροίσου διδόντος χρήματα οὐκ ἐδέξατο, εἰπὼν ἔχειν ὧν ἐβούλετο διπλάσια] Meminit Plutarchus libro περὶ φιλαδελφίας· Οἷόν ἐστι καὶ τὸ τοῦ Πιττακοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Λυδῶν πυνθανόμενον, εἰ χρήματά ἐστιν αὐτῷ· διπλάσια, εἶπεν, ἢ ἐβουλόμην, τοῦ ἀδελφοῦ τεθνηκότος. *Quale eſt illud Pittaci, qui à Rege Lydorum interrogatus an pecunias poſſideret: Duplò majores, inquit, quàm vellet, fratre ſcilicet defuncto.* Etiam Diodoro Siculo in Excerptis dicitur Pittacus in conteminendo lucro abſtinentiſſimus: κατὰ τὴν πρὸς τὸ κέρδος μεγαλοψυχίαν ἀφιλάργυρος. Stobæus quoque Serm. VIII. Pittaco tribuit hoc effatum: ἄπληστον τὸ διαπαντὸς κέρδος. *Quæſitum ubique lucrum, inexplebile.* Sed quando de pecuniis mentio injecta eſt, non gravabor Pittaci in Amphiaraum apophthegma hîc adnotare, cujus meminit Ariſtoteles Rhetor. II. 13. Juvenes videlicet, quia nondum indigentiam experti ſunt, pecuniarum ſtudioſos minimè eſſe.

Τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τυρραῖον] Ita omnes Codices manu exarati, nec non Baſileenſis editio. Malè Πυῤῥαῖον Editio Stephani. 76

Καθήμενον ἐπὶ κουρείου] Sedere ſolebant Otioſi in Tonſtrinis ad confabulandum, quas propterea Theophraſtus, teſte Plutarcho in Sympoſiacis, ἀσινα συμπόσια appellabat.

Συγγνώμη τιμωρίας κρείσσων] Julianus Imperator Oratione II. τὸν Πιττακὸν ἐπαινῶν τοῦ λόγου, ὃς τὴν συγγνώμην τῆς τιμωρίας προὐτίθει. Stobæus Serm. XVII. Πιττακὸς ἀδικηθεὶς ὑπό τινος, καὶ ἔχων ἐξουσίαν αὐτὸν κολάσαι, ἀφῆκεν, εἰπὼν, συγγνώμη τιμωρίας ἀμείνων· τὸ μὲν γὰρ, ἡμέρου φύσεώς ἐστι, τὸ δὲ, θηριώδους. Benigniſſimum quoque fuiſſe Pittacum, & 75

qui aliorum culpam libenter excuſaret, ſcribit Diodorus Siculus in Excerptis.

Νόμους δὲ ἔθηκε τῷ μεθύοντι, ἐὰν ἁμάρτῃ, &c.] Meminit Ariſtoteles de Republica lib. II. cap. 12. ἐγένετο δὲ καὶ Πιττακὸς νόμων δημιουργὸς ἀλλ' οὐ πολιτείας· νόμος δ' ἴδιος αὐτοῦ, τὸ τοὺς μεθύοντας ἂν τι πταίωσι πλείω ζημίαν ἀποτίνειν τῶν νηφόντων. διὰ γὰρ τὸ πλείους ὑβρίζειν μεθύοντας ἢ νήφοντας, οὐ πρὸς τὴν συγγνώμην ἀπέβλεψεν, ὅτι δεῖ μεθύουσιν ἔχειν μᾶλλον· ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον. *Fuit autem & Pittacus Legum quidem Opifex, ſed non Reip. Lex autem ejus propria eſt, ut ſi quem Ebrii pulſarint, graviores pœnas dent, quàm ſi Sicci pulſarint. Propterea enim quod plures Temulenti atque Ebrii, petulantes & contumelioſi ſint in alterum, quàm Sicci & Sobrii: non ad ignoſcendi rationem ſpectavit, Ebriis magis eſſe ignoſcendum, ſed ad utile.* Et Nicomacheorum libro III. cap. 7. καὶ γὰρ ἐπ' αὐτῷ τῷ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος εἶναι δοκῇ τῆς ἀγνοίας· οἷον, τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς· κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι· τοῦτο δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας. *Nam etiam propterea quòd quippiam ignoratum ſit, caſtigant Latores Legum, ſi quis ſibi ipſe ſuæ inſcientiæ cauſa eſſe videatur. Verbi gratia, in Ebrios duplex pœna conſtituta eſt: principium enim in ipſis eſt. Nam ſitum in eis erat, ne ebrii fierent: ebrietas autem cauſa inſcientiæ eſt.* Meminit & Plutarchus in Convivio: ὑποφθάσας δὲ Ἀνάχαρσις, Σὲ γάρ, ὦ Πιττακέ, καὶ τὸν σὸν ἐκεῖνον φοβεῖται νόμον, ἐν ᾧ γέγραφας, ἐάν τις ὀτιοῦν μεθύων ἁμάρτῃ, διπλωσίων ἢ τῷ νήφοντι τὴν ζημίαν· *Subjecit autem Anacharſis: quia tuam illam duram timet legem, quâ ſi quis per ebrietatem delinquat, duplam ejus, quæ ſobrio infligeretur, pœnam conſtituiſti.* Non autem abs re forſan fuerit hîc obſervare, quod de Pittaco narrat Athenæus libro x. Periandrum Corinthium monuiſſe ut ebrietatem fugeret ac comeſſationes, ne talis eſſe cognoſceretur qualis revera eſſet, non qualem ſe eſſe ſimulabat.

Πολλοῦ κατὰ τὴν νῆσον οἴνου γινομένου] Lesbos maximè fuit vitifera. Diodorus Siculus in Excerptis: Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος οὐ μόνον ἐν σοφίᾳ θαυμαστὸς ἦν, ἀλλὰ καὶ πολίτης ἐγένετο τοιοῦτος, οἷον ἕτερον οὐκ ἤνεγκεν ἡ νῆσος. δοκῶ δ' οὐδ' ἂν ὕστερον ἐνέγκαι, μέχρι ἂν τὸν οἶνον φέρῃ πλείω τε καὶ ἡδίω. *Pittacus Mitylenæus, non ſolùm ſapientiæ nomine vir admirandus fuit, ſed etiam ejuſmodi civis, qualem antea nullum Lesbos inſula produxit; neque in poſterum meo judicio produ&ura eſt, donec vinum quoque lurgius ac ſuavius ferat.* Lesbii vini plurima apud Auctores mentio: apud Virgilium in Georgicis, A. Gellium XII. 7. Athenæum lib. I. alios.

Εἰπέ τε χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· οὗ καὶ Σιμωνίδης μέμνηται] Plutarchus in Convivio: καὶ Πιττακὸς εἰ μοναρχίᾳ μὴ προσῆλθεν, οὐκ ἂν εἶπεν, ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Meminit & Baſilius in Exhortatione ad Adoleſcentes: ἀληθὴς ὁ τοῦ Πιττακοῦ λόγος, ὃς χαλεπὸν ἔφησεν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Et plenius Zenobius Centuriâ VI. Proverb. 38. χαλεπὰ τὰ καλά. παροιμία, ἧς μέμνηται καὶ Πλάτων. ἐλέχθη δὲ ἐντεῦθεν. Περίανδρον τὸν Κορίνθιον κατ' ἀρχὰς μὲν εἶναι δημοτικὸν, ὕστερον δὲ, τὴν προαίρεσιν μεταβαλεῖν, καὶ τυραννικὸν ἀπὸ δημοτικοῦ γενέσθαι. καὶ ταῦτα Πιττακὸν πυθόμενον τὸν Μιτυληναῖον, καὶ δείσαντα περὶ τῆς αὑτῆς γνώμης, φυγεῖν τότε τυραννεῖσθαι Μιτυληναίων. ἀλλὰ πυνθανομένων δ' ἦν αἰτίαν ἀφίστατο τῆς ἐξουσίας, εἰπεῖν τὸν Πιττακὸν, Ὡς ἄρα χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι· νομίσαντα διὰ τὰ συμβάντα τῷ Περιάνδρῳ, δυσχερίστατον εἶναι τηρῆσαι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην· Σόλωνα δὲ ταῦτα πυνθανόμενον, εἰπεῖν, Χαλεπὰ τὰ καλά. καὶ ἐντεῦθεν εἰς παροιμίαν ἐλθεῖν. ἄλλοι δέ, τὸ χαλεπὸν ἀκούουσιν ἐπὶ ἀδυνάτου. ἀδύνατον οὖν εἶναι ἐφ' ἅπαντα ἀγαθόν. Corrigendus obiter Suidas: Πιττάκειον, μετουσιαστικὸν, τὸ τοῦ Πιττακοῦ. Καὶ Σίμων φησὶν, ἄνδρ' ἀγαθὸν ἀληθέως γενέσθαι χαλεπὸν, τὸ Πιττάκειον· εἴρηκε γὰρ ὁ Πιττακὸς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Lege Καὶ Σιμωνίδης φησίν· Sed & notandum quod addit idem Suidas, γηραιὸς δὲ ἀναγκαζόμενος στρατηγεῖν, ἔφη, ὡς χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι: quæ verba alium à præcedentibus habere ſenſum videntur, & ſignificare, quemadmodum ea vertit Interpres, *Cùm autem ſenex cogeretur bellidux eſſe, dixit*, Quàm moleſtum eſt virum probum eſſe! Vide hîc Caſaubonum.

Ἀνάγκα οὐδὲ θεοὶ μάχονται] Quod poſtea in proverbium abiit. Meminit Zenobius I. 85. & Suidas. Livius in hanc rem: *Pareatur neceſſitati, quam ne Dii quidem ſuperant.* Et Euripides in Helena. 77

Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, Σοφῶν δ' ἔπος,
Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον.

Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν] Et hoc apophthegma in proverbium abiit. Refert Diogenianus III. 94. Meminit & Suidas, qui Soloni vel Bianti tribui ait: Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν. ἐπὶ τῶν πρὸ μὲν τῆς ἀρχῆς ἐπιεικῶν, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ ἀρχῇ βιαίων γενομένων. Σόλωνος δὲ εἶναί φασιν αὐτὸ ἀπόφθεγμα· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Θεόφραστος Βίαντος. tribuit Bianti Ariſtoteles Ethicorum lib. v. cap. 3. at Sophocles Soloni, ut diſcimus ex Harpocratione, cujus hæc ſunt in Σιμωνίδης, ubi illud tribuit Simonidi, cui etiam tribuitur à Platone lib. de Legibus v. & VII. verba: Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι. Δημοσθένης προοιμίοις δημηγορικοῖς. Σοφοκλῆς μὲν οὖν ἐν ταῖς Ἐλεγείαις, Σόλωνός φησιν αὐτὸ εἶναι ἀπόφθεγμα. Θεόφραστος δ' ἐν τῷ παροιμιῶν, καὶ Ἀριστοτέλης, Βίαντος. Quod de ſecundo Sophocle (nam tres fuere, & Tragici omnes) accipiendum eſt, qui teſte Suida ἐλεγείας ſcripſerat: primus enim, teſte eodem Suida, unicam duntaxat ſcripſit, nullam tertius.

Ἐρωτηθεὶς δέ ποτε τί ἄριστον, Τὸ παρὸν εὐποιεῖν] Marcus Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. II. Sect. 2. πάσης ὥρας φρόντιζε στιβαρῶς, ὡς Ῥωμαῖος καὶ ἄρρην, τὸ ἐν χερσὶ, μετὰ τῆς ἀκριβοῦς καὶ ἁπλάστου σεμνότητος, καὶ φιλοστοργίας, καὶ ἐλευθερίας, καὶ δικαιότητος πράσσειν. *Singulis in horis animo in id incumbe, ut fortiter, quemadmodum Romano & viro convenit, id quod præ manibus eſt, peragas, accuratâ & non fictâ gravitate, humanitate, liberalitate, juſtitiâque adhibitis.* Πιστὸν γῆ, ἄπιστον θάλασσα] In Carſilidis Interrogationibus & Reſponſis: Τί πιστόν; Γῆ. Τί ἄπιστον; Θάλασσα. In altercationibus Hadriani atque Epicteti. *Quid eſt mare? iter incertum.* Thaleti tribuit Stobæus Serm. III. quod jam monuit Aldobrandinus.

Τῶν συνετῶν μὲν ἀνδρῶν, πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, 78

πρενοῆσαι, &c.] Stobæus Serm. CVI. Πιττακὸς συνετῶν μὲν ἀνδρῶν εἶπεν ἔργον, ἵνα μὴ γένηται κωλῦσαι· ἀνδρείων δὲ, γενόμενα φέρειν ἐγκρατῶς. Cicero in Epiſtola quadam, ad Brutum, *neque metuam quicquam & cavebo omnia.*

Ἀτυχίαν μὴ ὀνειδίζειν] Vide ſupra in Chilone.

Νέμεσιν αἰδούμενον] Deam Nemeſim. Catullus:

Nunc audax cave ſis, preceſque noſtras
Oramus, cave deſpuas ocello,
Ne pœnas Nemeſis repoſcat à te.
Eſt vehemens Dea, lædere hanc caveto.

Similia habet Diodorus Siculus. Nemeſim autem Latinum nomen non habere, ait Plinius.

Παρακαταθήκην λαβόντα, ἀποδοῦναι] Et hoc Pittaco attribuit Stobæus Serm. I. παρακαταθήκην λαβὼν, δικαίως ἀπόδος. Plurima alia Pittaci apophthegmata recenſet idem Stobæus Serm. III.

Πίστιν] Diodoro Siculo dicitur in ſervanda fide juſtiſſimus: κατὰ τὴν πίστιν δίκαιος.

Ποτὶ φῶτα] Ita quoque Sambuci Membranæ. ἐπὶ φῶτα Editiones Stephani; nec non MS. Regius, ſed in cujus orâ vox ποτὶ legitur adnotata.

79 Ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἔπη ἑξακόσια] Similiter Suidas: ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἔπη Χ'.

Καὶ ὑπὲρ νόμων κατελογάδην] Diodorus Siculus: νομοθέτης τε γὰρ ἀγαθὸς ὑπῆρχε. & poſtea: κατὰ μὲν γὰρ τὴν νομοθεσίαν ἐφαίνετο πολιτικὸς καὶ φρόνιμος. Clemens Στρωμ. I. Σόλων, Ἀθηναίοις· Πιττακὸς δὲ, Μιτυληναίοις ἐνομοθέτησαν· Suidas: ἔγραψε νόμους. & poſtea: ἐποίησε δὲ καὶ ἐλεγεῖα ἔπη Χ'. καὶ ὑπὲρ νόμων κατελογάδην.

Ἡκμαζε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα] Cyrillus lib. I. contra Julianum: τεσσαρακοστῇ δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδι Ἀλκμαίων, καὶ Πιττακὸς ἐκ Μιτυλήνης, οἱ τῶν Ἑπτὰ Σοφῶν. Legendum ὁ τῶν Ἑπτὰ Σοφῶν: nemo enim, quod ſciam, Alcmæonem inter VII. Sapientes recenſuit. Sed & pro Ἀλκμαίων ſcripſiſſe puto Cyrillum Ἀλκαῖος.

Ἐτελεύτησε δ' ἐπὶ Ἀριστομένους] Ἐπὶ Ἀριστοδήμου, habuit Editio Baſileenſis, vitioſè.

Βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα, ἤδη γηραιός] Ὀγδοήκοντα, legit Meurſius de Archontibus Ath. lib. I. cap. 14. nec malè, meo quidem judicio. Certè Lucianus in Macrobiis 100. annos Pittacum, ut & Solonem, & Thalem, vixiſſe teſtatur.

Οἰκεῖοι δακρύοισι λιγαίνομεν, ἢ κατακλαίει Ἐνθάδε Πιττακὸν δῆθ' ἱερὰ Λέσβος] Editiones Baſileenſis & Stephanicæ: Οἰκείοις δακρύοις ἀ γειναμένα καταθάπτει. Scriptum fuiſſe videtur:

Οἰκείοις δακρύοισι λιγαινομένη καταθάπτει
Ἐνθάδε Λέσβος ὗον, Πιττακὸν, Ὑρράδιον.

ὗον apud Atticos ſine diphtongo ſcribi, teſtatur Euſtathius ad Iliados α, pag. 22, Legi poteſt & υἱὸν, primâ correptâ: ut apud Homerum Odyſſeos λ. verſu 168.

Τὴν ἔχεν ἀμφιτρύωνος ὑὸς μένος αἰὲν ἀτειρὴς.

Ἀπόφθεγμα αὐτοῦ, Καιρὸν γνῶθι.] Totidem verbis Suidas. Clemens Στρωμ. lib. I. ὁμοίως δὲ τὴν, γνῶθι καιρὸν, παραίνεσιν Πιττακοῦ καθεστάναι. Apollinaris Sidonius:

Tu Mitylene ſatus cognoſcis, Pittace, tempus.

Auſonius:

Mitylenâ oriundus Pittacus ſum Lesbius,
Γίγνωσκε καιρὸν, *qui dixi ſententiam:*
Sed iſte καιρὸς, Tempus ut noris, *monet*, &c.

Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Πιττακὸς νομοθέτης] At Sapiens Legiſlator quoque fuit, ut ex his quæ modò attulimus manifeſtum eſt.

Ἀταρνείτης] Atarna urbs eſt, non longè ab Inſula 80
Lesbo, Myſiam inter & Lydiam: cujus civis Ἀταρνεὺς dicitur Stephano, non Ἀταρνείτης. Sed Ἀταρνείτης dicitur quoque Pauſaniæ in Achaicis. Μυουσίοις δέ γε κατέλαβεν ἐοικότα, καὶ Ἀταρνείτας παθεῖν τοὺς ὑπὸ Περγάμου.

Ἀνῄρετο] Ἀνείρετο in Anthologia. utrumque rectum eſt.

Ἄττα γέρον] Ἄττα compellatio eſt Juvenum ad Senes. Vide Euſtathium ad Iliad. I. p. 777. 53. & ad Il. III. pag. 659. 51.

Ὁ δὲ σκίπωνα, γεροντικὸν ὅπλον] Similiter in quodam Epigrammate, quod Anthol. lib. II. tit. εἰς χωλοὺς legitur, ὁπλοφορεῖν noſſe dicitur Podagra.

Οἱ δ' ἄρ' ὑπὸ πληγῆσι θοὰς βέμβικας ἔχοντες] Ita omnes Editiones. βέμβηκας in orâ libri Mitalerius emendabat. Sed utrumque rectum eſt. Heſychius: βέμβιξ, ῥόμβος βέμβικος δίκην, ῥόμβου τρόπον, &c. βεμβικίζει, ῥομβεῖ. Suidas: βέμβηξ. ἐργαλεῖον, ὃ μάστιγι στρέφουσιν οἱ παῖδες. ἢ παίγνιον τῶν παίδων, ὡς τρόχος· ὃς μάστιγι διωκόμενος, στρέφεται. βέμβηκος quoque & βεμβηκιᾶν legitur apud Ariſtophanem in Avibus. Sed pro ἔχοντες, meliùs hîc fortè legeretur ἑλῶντες.

Ὑπὸ πληγῆσι] Virgilius Æn. VII.

Ceu quondam torto volitans ſub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro, vacua atria circum,
Intenti ludo exercent: ille actus habenâ,
Curvatis fertur ſpatiis: ſtupet inſcia turba;
Impubiſque manus, mirata volubile buxum,
Dant animos plagæ.

Tibullus. I. 5.

Namque agor, ut per plena citus ſola verbere turbo,
Quem celer aſſuetâ verſat ab arte puer.

Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλαε] Et hoc inter apophthegmata à Suida, in χρήματ' ἀνὴρ, recenſetur. Explicat idem Suidas in τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα· cujus verba viſum eſt hîc adſcribere: τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. ἀπὸ χρησμοῦ τινος ἐλέχθη. τουτέστιν, οἷος εἶ, τοιοῦτος καὶ φαίνου, καὶ μείζοσι μὴ συμπαρεκτείνου. τοῦτο οἱ μὲν Πιττακοῦ εἶναί φασιν ἀπόφθεγμα· οἱ δὲ Σόλωνος. ἔνιοι δὲ αὐτὸ Χίλωνα εἰπεῖν συμβουλευομένῳ τινὶ, εἰ πλούσιον ἕλοιτο γάμεν. Dictum hoc reſpexit Plutarchus de Puerorum inſtitutione: τὸ γὰρ τὴν κατὰ σαυτὸν ἐλᾶν σοφόν. Meminit & Scholiaſtes Æſchyli ad hos verſus in Prometheo,

Ἦ σοφὸς, ἢ σοφὸς ἦν,
Ὃς πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε,
Καὶ γλώσσᾳ διεμυθολόγησεν,
Ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν,
Ἀριστεύει μακρῷ·

τὸν Πιττακὸν λέγει, ὃν ποτέ τις βιαζόμενος ὑπὸ δυὸ γυναικῶν, τῆς μὲν μιᾶς οὔσης πλουσίας, τῆς δὲ ἑτέρας,

πενεστέρας, καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ ἀξίας, καὶ ἀπορῶν ποίας κληθείη ἀνὴρ, ἠρώτησε ποίᾳ χρῆσται γυναικί· τοῦ δὲ εἰπόντος, μέτιθι πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς πλησίον ἡμῖν τοῖς βεμβιξι παίζοντας, ὅ ἐστι ταῖς στρόμβαις, καὶ ἀπ' αὐτῶν μαθήσῃ ποίᾳ ἂν χρῆσαιο γυναικί. ἀπελθὼν ἐκεῖνος, ἠκροάσατο τῶν παίδων λεγόντων πρὸς τὴν οἰκείαν στρόμβαν, τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλαυνε· καὶ αἰσθόμενος τοῦ λόγου τῶν παίδων, τὴν μὲν πλουσιωτέραν ἀφῆκε, τῇ δὲ πενεστέρᾳ ἐχρήσατο γυναικὶ, τῇ καὶ τοῦ γένους αὐτοῦ ἀξίᾳ. Est quid ſimile, apud Ariſtophanem in Nubibus: ἔλαυνε τὸν σαυτοῦ δρόμον.

Κληδόνι συνθέμενος] Κληδόνι quoque Editio prior. Minùs rectè Stephanicæ, κληδόνα.

Εἰς οἰκίον ἤγαγε νύμφην] Aliter εἰς οἶκον ἐπήγετο νύμφην.

81 Τοῦ Πενθίλου] Suidas: Πενθηλός· ὄνομα κύριον. corrige Πένθιλος.

Σφόδρα κατεσοβαρεύετο αὐτὸν] Narrat Plutarchus, libro de animi tranquillitate, cùm hoſpites convivio Pittacus excepiſſet, uxorem ejus ſupervenìſſe iratam, menſamque ſubvertiſſe.

Τοῦτον Ἀλκαῖος Σαράποδα μὲν καὶ Σάραπον ἀποκαλεῖ, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι καὶ ἐπισύρειν τὼ πόδε] Exſcripſit hunc locum Suidas in Σαράπους· Σαράπους. οὕτως ἐκάλει Ἀλκαῖος Πιττακὸν τὸν φιλόσοφον, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι, καὶ σύρειν τὼ πόδε. Etiam ἀπὸ τοῦ σύρειν hujuſmodi homines, qui pedes trahunt, & repunt potiùs quàm ambulant, *Syrtas* Latini vocabant. Plinius VII. 2. *Megaſthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantùm habentem: anguium modo loripedes, voca i* Syrtas. Ita enim ibi legendum ex optima emendatione Salmaſii, quem videſis ad Solinum pag. 415. Qui ſint σαράποδες etiam in Gloſſis Hippocratis exponit doctiſſimus Galenus. Σαράπους, ἢ διασεσυρότας καὶ διεστῶτας ἔχουσα τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν. Sed omnìno dicti ſunt σαράποδες, ἀπὸ τοῦ σαροῦν ποσὶ; quia pedibus, tamquam ſcopis, verrunt pavimentum, ut doctiſſimè doctiſſimus Grævius ad Heſiodum obſervabat.

Χειροπόδην δὲ, διὰ τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας, ἃς χειράδας ἐκάλουν] Malè apud Suidam ὡς χειράδας ἐκάλευν. Heſychius: χειροπόδες, ῥαγοπόδες. Idem: χειράδας, τὰς ἐν τοῖς ποσὶ ῥαγάδας. ἔνιοι δὲ φωῖδας. Pollux II. 4. 30. χειριᾶν δὲ ἐκάλουν, τὸ κατερρῆχθαι τὰς χεῖρας, ἢ ἀλγεῖν ἐκ κόπου. ὅθεν καὶ Χειροπόδες, οἱ τοὺς πόδας κατερρηγμένοι.

Γαύρικα δὲ, ὡς εἰκῇ γαυριῶντα] Ita quoque apud Suidam. Malim γαύρηκα. Heſychius: γαύρηξ, ὁ γαυριῶν. Dictum eſt autem γαύρηξ pro γαύραξ, γαύρακος, quod à γαυρὸς formatum.

Φύσκωνα δὲ καὶ Γάστρωνα, ὅτι παχὺς ἦν] Pollux lib. II. ubi de ventre: τὸν δὲ Πίττακον ὁ Ἀλκαῖος γάστριον καλεῖ. Lege τὸν δὲ Πιττακὸν ὁ Ἀλκαῖος γάστρωνα καλεῖ· de qua emendatione jam diu eſt quòd monuit Leopardus XVII. 25. quamquam & γάστριον quoque legi poſſet. Φύσκων eſt *ventrioſus*. Heſychius: φύσκων, γάστρων, παχύς. Ita ibi legendum, non φυσιῶν γάστρων παχύς, ut hodie legitur. Idem: φύσκη, κοιλία, καὶ τὸ παχὺ ἔντερον.

Ἀλλὰ μὴν καὶ Ζοφοδορπίδαν, ὡς ἄλυχνον] Ὡς ἄλυχνον, id eſt, tamquam eum qui lampadem non accenderet, ſi quando de nocte cœnaret. Hujus appellationis rationem aliam reddit Soclarus apud Plutarchum Sympoſiacon lib. VIII. Quæſt. 6. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν Πιττακὸν, ἔφη, ζοφοδορπίδαν ὁ Ἀλκαῖος, ὡς ὀψὲ δειπνοῦντα, λέγεται προσειπεῖν, ἀλλ' ὡς ἀδόξοις τὰ πολλὰ καὶ φαύλοις ἡδόμενον συμποταῖς. *Atqui, inquit, Pittacum Alcæus non ea de cauſa* ζοφοδορπίδαν, id eſt, noctu cœnantem, *dicitur appellaſſe, quòd ſerò cœnaret, ſed quia plerumque obſcuris & vitioſis uteretur Convivis.* Heſychius quoque; ζοφοδερκέας, σκοτοδείπνους, λαθροφάγους. An legendum ζοφοδορπίδας? placet.

Ἀγάσυρτον δὲ, ὡς ἐπισεσυρμένον καὶ ῥυπαρόν] Id eſt, *quaſi ſqualidum & ſordidum.* Vitioſè apud Suidam, Ἀγασύραστον.

Τοῦτῳ γυμνάσιον, σῖτον ἀλεῖν] Clemens Alexandrinus lib. III. Pædagogi cap. 10. ἀλλὰ γάρ, μικροῦ δεῖν, ἐλαθέν με εἰπεῖν, ὅτι ὁ Πιττακὸς ἐκεῖνος, ὁ Μιτυληναίων βασιλεὺς, ἦλθεν, ἐνεργῷ γυμνασίῳ χρώμενος. *Ceterùm propemodum oblitus ſum dicere, quòd Pittacus ille Rex Mitylenæorum molebat, eo, tamquam efficaci, utens exercitio.* Plutarchus in Convivio: Ἐγὼ γὰρ, εἶπε, τῆς ξένης ἤκουον ἀδούσης πρὸς τὴν μύλην, ἐν Λέσβῳ γενόμενος, ἄλει μύλα, ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ, μεγάλας Μιτυλήνας βασιλεύων. *Ipſe enim, inquit, cùm in Lesbum veniſſem, audivi Hoſpitam, ad piſtrinum cantantem*, Mole, ô mola; mole: *nam & Pittacus, qui magnis Mitylenis imperat, molit.* Etiam Molæ encomium decantaſſe ſcribit Ælianus Variæ Hiſtor. VII. 4. Πιττακὸς πάνυ σφοδρῶς ἐπῄνει τὴν μύλην, τὸ ἐγκώμιον αὐτῆς ἐκεῖνο ἐπιλέγων, ὅτι ἐν μικρῷ τόπῳ διαφόροις ἐστὶ γυμνάσασθαι. ἦν δέ τι ᾆσμα, Ἐπιμύλιον οὕτω καλούμενον. *Pittacus magnis laudibus Molam evehebat, idque ejus encomium decantabat, quod in exiguo loco multi ſeſe exercitare poſſent. Exſtabat autem Cantilena, quæ ob eam cauſam* Epimylion *nomen habebat.* Corrigendus obiter Pollux lib. IV. cap. 7. 2. ἐπιμύριος ᾠδή. Lege ἐπιμύλιος, quem admodum legitur lib. VII. cap. 43. 8. Ἐπιμύλιον ᾠδὴν vocarunt Veteres cantilenam, quæ ad Molam canebatur. Athenæus lib. XIV. 3. καὶ ᾠδῆς δὲ ὀνομασίας καταλέγει ὁ Τρύφων τάσδε. ἰμαῖος, ἢ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ᾖδον. Heſychius: ἰμαλίς, ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. ἰμαῖος, ᾠδὴ ἐπιμύλιος, καὶ ἐπανταῖος, καὶ ἐπίνοστος. Ita ἐπιλήνιος ὕμνος, ſive ἐπιλήνιον ᾆσμα vel μέλος, erat cantilena, quæ Baccho inter premendas uvas cani ſolebat; de qua Anacreon, & Pollux IV. 7. & Athenæus libro V.

Ὀρεὶς] Æoliſmus, pro ὁρῶν. Urbs Mitylene, in qua natus eſt Pittacus, fuit in Lesbo inſula; Lesbos inſula in Æolia.

Ὁμίλαος] Ita etiam Editio prior. Ita & MS. Regiæ Biblioth. ſed ſupra eadem manu ſcriptum fuit συνομίλαος, ut habet Editio Stephani. Certè ὁμίλαος alibi non memini me legere.

B I A S.

Βίας Τευταμίδου] Apud Stobæum Serm. III. Τευταμίδης ſcriptum fuit, non Τευταμίδου. Et for- 82
taſſe

taſſe ita hîc ſcribendum: nam & Editio prior Βίας Ταυτάμου, vitiosè pro Τευτάμου: & Heraclitus infrà in fine Vitæ Biantis: ἐν Πριήνῃ Βίας ἐγένετο ὁ Τευτάμεω. Et Laërtius ibidem: καὶ οἱ Πριηνεῖς δὲ αὐτῷ τέμενος καθιέρωσαν τὸ Τευτάμειον λεγόμενον.

Πριηνεὺς] Cicero I. Paradox. *Necnon ſæpe laudabo ſapientem illum Biantem, ut opinor, qui numeratur in Septem, cujus quum patriam Prienam cepiſſet hoſtis, ceterique ita fugerent, ut multa de ſuis rebus aſportarent, quum eſſet admonitus, à quodam, ut idem ipſe faceret:* Ego verò, *inquit*, facio; nam omnia mea mecum porto. Mirum, ut hoc obiter dicam, hoc Biantis dictum à Laërtio prætermiſſum fuiſſe. Prienam etiam Biantis patriam vocat Strabo lib. XIV. & Euſtathius ad Dionyſium pag. 109.

Ὑπὸ Σατύρου] In Vitis ſcilicet.

Τοῦτον οἱ μὲν πλούσιον, Δοῦρις δὲ πάροικόν φησι γεγονέναι] Πλούσιον, vox ſuſpecta: vix enim τῷ παροίκῳ opponi poteſt. An πάροικος hîc, pro eo qui in ædibus alterius habitat; non in propriis; ut Levitici cap. 21. ac proinde pro *paupere*? Bochartus exiſtimabat πλούσιον hoc loco, pro eo qui multos agros poſſidet, (vulgò dicimus, *grand terrien*) accipiendum: qualis non eſt advena. Pelliſſo vocem πλούσιον rectam eſſe contendebat: ſed erratum eſſe in πάροικος: pro quo, πτωχὸς emendabat. Sed Biantem, mendicum dixit nemo. πενιχρὸς, fortè ſcripſerat Laërtius.

Κόρας αἰχμαλώτους λυτρωσάμενον Μεσσηνίας] Diodorus Siculus in Excerptis à Valeſio editis. Ὅτι φασὶν οἱ Πριηνεῖς, ὅτι Μεσσηνίας τὸ γένος ἐπισήμους παρθένους λυτρωσάμενος ὁ Βίας παρὰ λῃστῶν, ἤγεν ὡς ἰδίας θυγατέρας ἐντίμως. μετὰ δέ τινας χρόνους, παραγενομένων τῶν συγγενῶν κατὰ ζήτησιν, ἀπέδωκεν αὐταῖς, οὔτε τροφεῖα πραξάμενος, οὔτε λύτρα· τοὐναντίον δὲ, τῶν ἰδίων πολλὰ δωρησάμενος· εἶχον οὖν πρὸς αὐτὸν αἱ κόραι πατρικὴν εὔνοιαν, διά τε τὴν συντροφίαν καὶ τὸ μέγεθος τῆς εὐεργεσίας· ὥστε καὶ χωρισθεῖσι μετὰ τῶν ἰδίων εἰς τὴν πατρίδα, τῆς ὑπεροχῆς χάριτος οὐκ ἐπελάθοντο. Ὅτι σαγηνεῖς Μεσσήνιοι κατὰ τὸν βόλον ἕτερον μὲν οὐδὲν ἀνείλκυσαν, χαλκοῦν δὲ τρίποδα μόνον, ἐπιγραφὴν ἔχοντα ΤΩ ΣΟΦΩΤΑΤΩ. ἀναχθέντος δὲ τοῦ κατασκευάσματος δοθῆναι τῷ Βίαντι. *Prienenſes Biantem narrant cùm Virgines Meſſenias à latronibus captas redemiſſet, eas domi tamquam proprias filias honorificè habuiſſe. Poſtmodum verò cùm Virginum Neceſſarii perquirendi causâ Prienem veniſſent, eas reddidit, nec alimenta, nec redemptionis precium ab eis reperens; ſed contrà plurima inſuper munera largitus. Quamobrem Puellæ eum ut patrem benevolentiâ complectebantur, cùm ob domeſticam educationem, tum ob magnitudinem beneficii: adeo ut cum Propinquis domum reverſæ, minimè eam gratiam oblivioni tradiderint. Itaque cùm Piſcatores Meſſenii æreum Tripodem è mari extraxiſſent, cui inſcriptum erat,* SAPIENTISSIMO, *ut Bianti is daretur, fecere.*

Εἰς τὴν Μεσσήνην] Urbem Peloponneſi. Alia eſt Meſſana, urbs Siciliæ.

Τεῦ χαλκοῦ] Aureus fuit. Vide ſupra in Thalete. Æneum tamen facit quoque Diodorus Siculus loco proximè allato.

Εἰς τὴν ἐκκλησίαν] Malè Editio prior ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Ἐπεὶ ἀπόγονος ἦν Θηβαίων ἀποικίαν εἰς Πριήνην στειλάντων] Atque hinc eſt quòd Priena quibuſdam *Cadme* dicta eſt. Strabo lib. XIV. λέγεται δ' ὑπό τινων ἡ Πριήνη Κάδμη, ἐπειδὴ Φιλώτας, ὁ ἐπικτίσας αὐτὴν, Βοιώτιος ὑπῆρχεν. *Priena quibuſdam* Cadme *dicitur, quia Philotas, ejus inſtaurator, Bœotius fuit.* Heſychius: Κάδμιοι. οἱ Πριηνεῖς, ὡς Ἑλλάνικος. Idem eodem libro, ſtatim initio: Πριήνην δ' Αἴπυτος ὁ Νηλέως (κτίζει) εἶθ' ὕστερον Φιλώτας ἐκ Θηβῶν λαὸν ἀγαγών. *Prienam Æpytus, Nelei filius, condidit: poſtea Philotas, populo ſecum Thebis adducto.* 83

Μέχρι καὶ ἀλόγων διατείνειν αὐτῶν τὴν ἀσθένειαν] Legendum ex MS. Regio εὐθενίαν. Caſaubonus etiam ex conjectura εὐθηνίαν ſive εὐθενίαν, id eſt: *ubertatem, copiam.* Ita legerat & Ambroſius: & ſic quoque Scaliger in orâ libri emendaverat. τὰ ἄλογα peculiariter *equi* ſive *jumenta* dicuntur. Heſychius: καπητὸν, παράβλημα ἀλόγου. Cyrillus in Gloſſis quas manu ſcriptas habet Bochartus: σήγιστρον, τὸ τῶν ἀλόγων σκέπασμα. Etymologus in Κένταυρος Centaurum habere dicit, τὰ κάτω, ἀλόγου. Inde in Niceta lib. II. ξυλάλογον, *ligneus equuleus.* Et in Cantacuz. lib. I. cap. 26. Πρωταλογάτωρ, *veredariorum Præfectus:* ὁ ἄρχων τοῦ ἀλογίου. *Général des Poſtes.* Simili notione *animal* Latinis uſurpatur, in l. tam duces, Cod. Theod. de Re militari, & in l. 4. de Murilegis, & eo ſenſu hæc vox hîc accipienda videtur.

Σωρὸν ψάμμου χέας, καὶ ἄνωθεν σῖτον περιχέας] Mirum Polyænum, qui Veterum Stratagemata libris octo collegit, neque hujus, neque illius μηχανήματος meminiſſe. Meminit alterius à Biante excogitati, quod videſis libro 8.

Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν] Exſcripſit hunc locum Suidas in κρόμμυα ἐσθίειν: κρόμμυα ἐσθίειν, ἴσον τῷ κλαίειν. Ἀλυάττην γὰρ πέμψαντα πρὸς Βίαντα τὸν Σοφὸν, ἵνα θᾶττον παρ' αὐτὸν ἥκῃ, ἐγὼ, φησιν, Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν. καὶ Ἀριστοφάνης, κρόμμυόν τ' ἀρ' οὐκ ἔδη· ἀντὶ τοῦ κλαύσῃ καὶ χωρὶς κρομμύων, ἤγουν δακρύσεις· καὶ ἑτέρα παροιμία κρομμύων ὀσφραίνεσθαι, ἐπὶ τῶν κλαιόντων. Pittaco tribuit Plutarchus in Convivio VII. Sapientum: ὁ δὲ προπίνων τὴν θάλατταν Ἀμάσιδι Βάρβαρος, ἐδεῖτο τῆς Πιττακοῦ βραχυλογίας, ἢ πρὸς Ἀλυάττην ἐχρήσατο προστάττοντά τι καὶ γράφοντα Λεσβίοις ὑπερηφάνως, ἀποκρινάμενος οὐδὲν, ἀλλ' ἢ μόνον κελεύσας κρόμμυα καὶ θερμὸν ἄρτον ἐσθίειν. *Barbarus autem iſte, qui mare Amaſidi propinabat, brevitate ſermonis reſellendus fuit, eâ, quâ uſus eſt adverſus Alyattem, Lesbiis ſuperbè aliquid inſolens mandantem, Pittacus: nihil enim reſpondit aliud quàm debere eum cepas & calidum panem edere.* Sed Bianti etiam tribuitur à Philone Judæo, libro ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος; verùm id Crœſo reſpondiſſe ait, non Alyatti: λέγεται γοῦν ὁ Πριηνεὺς Βίας ἀπειλοῦντι Κροίσῳ μάλα καταφρονητικῶς ἀντιπειλῆσαι, ἐπεσθίειν τῶν κρομμύων, αἰνιττόμενος τὸ κλαίειν, ἐπειδὴ δάκρυα κινεῖ ἡ κρομμύων βρῶσις.

Κελεύω κλαίειν] Modus loquendi proverbialis. Horatius Sermonum lib. 1. Sat. ultimâ:

---Demetri, teque, Tigelli,
Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras. Martialis:
Αἰάζειν *cupidè dicet avaritiæ.*

84 Λέγεται δὲ καὶ δίκας δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν] Idem teſtatur Diodorus Siculus in Excerptis: Βίας ἦν δεινότατος καὶ τῷ λόγῳ πρωτεύων τῶν καθ' ἑαυτόν. κατεχρήσατο δὲ τῇ τοῦ λέγειν δυνάμει πολλοῖς ἀναπαλιν. οὐ γὰρ εἰς μισθαρνίαν, οὐδὲ εἰς προσόδους, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀδικουμένων κατετίθετο βοήθειαν· ὅπερ σπανιώτατον ἂν τις εὕροι. *Bias ſui temporis diſertiſſimus atque eloquentiſſimus fuit: ſed longè aliter ac ceteri eloquentia eſt uſus. Non enim ad mercenariam operam, neque ad quæſtum ullum faciendum, ſed ad opem hominibus injuria affectis ferendam, eloquentiam ſuam commodavit: quod paucos admodum feciſſe comperias.* Hunc Laërtii locum exſcripſit Suidas: Βίαντος Πριηνέως δίκη. οὗτος εἷς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν. λέγεται γὰρ εἰς τὰς δίκας (lege καὶ τὰς δίκας) δεινότατος γεγονέναι εἰπεῖν. ἐπ' ἀγαθῷ μέντοι τῶν λόγων ἰσχύϊ ἐχρῆτο. (προσεχρῆτο apud Laërtium) Ἱππώναξ, δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρείσσων.

Δημόδικος ὁ Ἀλείριος] Poëta mihi ignotus. *Demodicum Lerium* vocat Eraſmus in Adagiis, ubi de hoc Adagio, *Prienenſis juſtitia.* Videtur ergo legiſſe Δημόδικος ὁ Λέριος: & ſanè, vox Ἀλείριος mihi valde mendi ſuſpecta eſt. Leros, Joniæ fuit inſula; unde Pherecydes ὁ Λέριος, de quo nos infrà, in Pherecyde. Δημοδόκος legendum potiùs exiſtimabat Samuel Bochartus: cujus nominis Cantor in Odyſſea; & Poëta in Anthologia, & apud Plutarchum in libello de Fluminibus cap. de Inacho; ſi modò Plutarchi eſt libellus ille: de quo nos pluribus in Amœnitatibus noſtris Juris Civilis.

Ἦν τύχῃς κρίνων, δικάζειν τὴν Πριηνίην δίκην] Caſaubonus ita diſtinguebat:

---ἢν τύχῃς
Κρίνων, δικάζειν τὴν Πριηνίην δίκην.

Chriſtianus verſum trochaicum eſſe exiſtimabat

Ἢν τύχῃς κρίνων, δικάζειν τὴν Πριηνίην δίκην.

Et ita Eraſmus loco laudato hunc verſum appellat: ſed ibi ſcriptum eſt, Ἢν τύχῃς τίνων, quod interpretatur, *Si quam agas cauſam:* unde apparet legiſſe Eraſmum, non τίνων, ſed κρίνων.

Καὶ Ἱππώναξ, καὶ δικάζεσθαι, &c.] Editiones Frobenii & Stephani, καὶ Ἱππώναξ ἃ καὶ δικάζεσθαι. Legendum videtur,

---ὁ καὶ δικάζεσθαι
Δίκαν Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρίσσων.

Et ita Caſaubonus hîc, & ad illa Strabonis lib. XIV. ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν, περὶ οὗ φησιν αὐτὸς Ἱππώναξ· καὶ δικάσασθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσων. Videtur enim, inquit, de aliquo dixiſſe ὑπερβολικῶς, ὁ καὶ δικάσασθαι Βίαντος, &c. Legi poteſt & κρέσσον aut κρεῖσσον. κρεῖσσον legitur in omnibus Laërtii editionibus. κρέσσον habent Laërtii & Strabonis Codices manu exarati. κρεῖσσων legitur apud Suidam: & ita quoque Scholia ad Anthолog. lib. III. Tit. εἰς Φιλοσόφους, Epigrammate in Biantem. Cetеrùm Stobæus Serm. XLIV. refert Biantem, damnaturum quempiam ad mortem, lacrimas fudiſſe; & cùm dixiſſet quidam, quid eſt quòd fleas, cum penes te ſit hominem non condemnare, reſpondiſſe, quia neceſſarium eſt, naturæ quidem condolere, legi autem ſuffragari.

Κλεινῆς] Malè in libro Anthologiæ κλεινοῖς. ſed ibi 85
rectiùs πέτρῃ quàm hîc πέτρᾳ· eſt enim conſcriptum Jonicè hoc Epigramma.

Τῇδε Βίαντα κέκευθε] κέκευθα meliùs Membranæ. Ita quoque liber Epigrammatum Anthologiæ. alioquin, retinendo κέκευθε, verba ſunt H. Stephani, pro Τῇδε legendum Ἥδε.

Πολίῳ γήραϊ νιφόμενον] Horatius: *capitis nives:* quod cur damnaverit Quintilianus, nihil cauſæ eſt. Prudentius quoque in Præfatione libri καθημερινῶν·

Hæc dum vita volans agit,
Irrepſit ſubitò canicies ſeni;
Oblitum veteris me Saliæ arguens,
Sub quo prima dies mihi
Quàm multas hyemes volverit, & roſas
Pratis poſt glaciem reddiderit, nix capitis probat.

Ἀστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν ἐν πόλει ἀεικὲ μένης] Extrema verba corrupta eſſe, omnes animadvertimus. Vir doctiſſimus ſcribendum arbitratur, ἐν πόλει ἄ κε μένῃς, quaſi verò οἱ ἄστοι alii eſſent quàm οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἄ κε μένῃς! Dixerat ἄρεσκε ἀστοῖσιν. Jamque facilè intelligimus iis maximè ſtudendum eſſe, quibuſcum in eadem civitate habitamus. quid hac ergo ταυτολογίᾳ opus eſt, præſertim in iſtiuſmodi γνώμαις, quæ quàm breviſſimè formari ſolent? Duæ diverſæ, non inelegantes, ſententiæ in unam coaluere, librariorum incuriâ. Diſtinguendum & mutandum eſt leviter: ἀστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν· ἐν πόλει ἀεικεῖ μένῃς. *Civibus omnibus placere ſtudeas. In civitate deformata & afflicta maneas.* πόλις ἀεικὴς eſt, quæ fortunæ ſuæ diſſimilis aliquando incommodis laborat ſeſe ex tranſverſo offerentibus. Hanc in fortuita calamitate non deſerendam eſſe, ſapienter Bias admonuit. Ita enim eſt, ut *adverſæ res acrioribus ſtimulis animum boni civis explorent.*

Ipſæ amicos res opimæ pariunt, adverſæ probant, inquit P. Syrus. Egregiè Cicero: *facilè dijudicatur amor verus & fictus, ſi aliquod incidat ejuſmodi tempus, ut quaſi aurum igne, ſic benevolentia fidelis periculo aliquo perſpici poſſit.* Quare ratio maximè appoſita eſt quam adjunxit Bias huic præcepto, πλείστην γὰρ ἔχει χάριν. Verba admodum inertia ſunt, ſi referantur ad iſtud comma vulgatum, ἄστοῖσιν ἄρεσκε πᾶσιν: namque ἀρέσκειν nihil aliud eſt, niſi ἔχειν χάριν. Sed præſto eſſe afflictis, aut ſaltem quorum in ſocietate fortunatè viximus, eorum non ſubterfugere infortunia, non ſeſe ſubducere communi ſorti, magnam apud omnes gratiam auctoritatemque conciliat. Plenam prudentiſſimo inſtituto ſententiam ipſe Bias exemplo ſuo illuſtravit. Deſtitutam undique oppugnatamque ab Alyatte patriam ſuam Prienen non deſeruit: ſed aſſuit laboranti, immo induſtriâ, conſilio, ſapientiâ, magno applauſu medicinam fecit. Hæc ex epiſtola, quam ſuper Laërtii quibuſdam obſcurioribus

locis ſcripſit ad nos Marquardus Gudius, vir ſingulari doctrinâ prædítus, atque humanitate. Ceteræ editiones habent hîc ἀρέσκῃ. ſed ἄρεσκε quoque ſcriptum eſt in Regio codice.

87 Ἐρωτηθεὶς, τί γλυκὺ ἀνθρώποις, Ἐλπὶς, ἔφη] Inde Elpiſtici Philoſophi. qui ſummum bonum in ſpe ponebant. de his diximus ad Laërtii Proœmium extremum, ubi de variis ſectis Philoſophorum.

Ἔλεγε τὸν βίον οὕτω μετρεῖν ὡς καὶ πολὺν καὶ ὀλίγον χρόνον βιωσομένους] Stobæus Serm. I. etiam Bianti tribuit: οὕτω πειρᾶν ζῆν, ὡς καὶ ὀλίγον καὶ πολὺν χρόνον βιωσόμενος.

Καὶ φιλεῖν ὡς μισήσοντας] Ariſtoteles Rhetor. II. 13. ubi de moribus Senum: ἔτι δὲ ταχύπτωτοί εἰσι διὰ τὴν ἀπιστίαν· ἀπιστοι δὲ, δι' ἐμπειρίαν. καὶ οὔτε φιλοῦσι σφόδρα, οὔτε μισοῦσι διὰ ταῦτα· ἀλλὰ κατὰ τὴν Βίαντος ὑποθήκην, καὶ φιλοῦσιν ὡς μισήσοντες, καὶ μισοῦσιν ὡς φιλήσοντες. *Præterea ſuſpicioſi ſunt quia increduli, & increduli quia periti. Et neque magno amore, neque magno odio proſequuntur propter eamdem cauſam: ſed, ex Biantis præcepto, & amant tamquam odio habituri, & odio habent tamquam amaturi.* Biantis præceptum damnat Cicero ſub Scipionis nomine libro de amicitia: *Negabat ullam vocem inimiciorem amicitiæ potuiſſe reperiri, quàm ejus, qui dixiſſet, ita amare oportere, ut ſi aliquando eſſet oſurus: nec vero ſe adduci poſſe, ut hoc quemadmodum putaretur, à Biante dictum eſſe crederet, qui Sapiens habitus eſſet unus è Septem: impuri cujuſdam, aut ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam revocantis eſſe ſententiam.* Ariſtoteles quoque Rhetor. II. 21. τὸ δὲ ἦθος βέλτιον, ὅτι οὐ δεῖ, ὥσπερ φασὶ, φιλεῖν ὡς μισήσοντα, ἀλλὰ μᾶλλον μισεῖν ὡς φιλήσοντα. δεῖ δὲ λέξει τὴν προαίρεσιν συνδηλοῦν. εἰ δὲ μὴ τὴν αἰτίαν ἐπιλέγειν· οἷον, ἢ οὕτως εἰπόντα, ὅτι δεῖ φιλεῖν, οὐχ ὥσπερ φασὶν, ἀλλ' ὡς ἀεὶ φιλήσοντα· ἐπιβουλία γὰρ θάτερον· ἢ ὧδε, οὐκ ἀρέσκοι δέ μοι τὸ λεγόμενον· δεῖ γὰρ τόν γ' ἀληθινὸν φίλον, ὡς φιλήσοντα ἀεὶ φιλεῖν. *Mores verò meliores apparent ſic, non oportere, ut ajunt, amare tamquam oſurum, ſed magis odio habere, tamquam amaturum. Ac oportet dictione propriam agendi rationem aperire: ſin minùs, cauſam ſubjicere, quemadmodum aut ſic dicendo, Oportet amare, non, ut ajunt, ſed tamquam ſemper amaturum: inſidiatoris enim alterum eſt. Aut ſic: Non placet mihi quod dicitur: oportet enim verum amicum, tamquam amaturum ſemper amare.*

Τοὺς γὰρ πλείστους εἶναι κακούς] Idem Laërtius infra hac ipſa in Vita: ἀπεφθέγξατο, οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί. Clemens Alexandrinus I. στρωμ. ἔπειτα ἐξῆς τὸ, Πάντες ἄνθρωποι κακοὶ, ἢ, οἱ πλείστοι τῶν ἀνθρώπων κακοί· διχῶς γὰρ ἐκφέρεται τὸ αὐτὸ ἀποφθεγμα· οἱ περὶ Σωτάδαν τὸν Βυζάντιον Βίαντος λέγουσιν εἶναι. Apollinaris Sidonius:

Prienæ Bia, plures ais eſſe malignos.

Et auctor Græci epigrammatii de VII. Sapientibus: Τοὺς πλέονας κακίους δὲ Βίας ἀπέφηνε Πριηνεύς. Explicat Auſonius:

Bias Prienæus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί:
Quod eſt Latinum, Plures hominum ſunt mali.
Sed imperitos ſcito, quos dixit malos.

Et poſtea:

Bias Prienæus dixit, οἱ πλεῖστοι κακοί.
Latinè dictum ſuſpicor, Plures mali.
Dixiſſe nollem Veritas odium parit.
Malos ſed imperitos dixi. & barbaros:
Qui jus & æquum, & ſacros mores negligunt, &c.

Ceterùm hoc dictum Biantis reſpexiſſe videtur Juvenalis, cùm dixit,

Rari quippe boni: numerus vix eſt totidem, quot
Thebarum portæ, vel divitis oſtia Nili.

Βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις, &c.] Stobæus Serm. III. ex Demetrio Phalereo: βραδέως ἐγχείρει. ὃ δ' ἂν ἄρξῃ, διαβεβαιοῦ. Et Serm. I. βραδέως ἐγχείρει τοῖς πραττομένοις· ἐγχειρήσας δὲ πράττε βεβαίως.

μὴ ταχὺ λάλει] Stobæus ibidem, μίσει τὸ ταχὺ λαλεῖν. Seneca ad Lucilium: *tardiloquum te eſſe jubeo.*

Φρόνησιν ἀγάπα] Habes totidem verbis apud Stobæum.

Περὶ θεῶν λέγε, ὡς εἰσίν.] Stobæus ibidem: πάντοτε 88
λέγε, ὡς εἰσὶ θεοί. Id eſt, de Diis hoc unum affirmato, eſſe illos quidem, ſed qui vel quales ſint, ne tentandum quidem eſt explicare, cùm id ſupra ingenii noſtri modulum ſit. In hanc rem Tacitus de moribus Germanorum: *Sanctiuſque ac reverentius viſum de actis Deorum credere, quàm ſcire.* Similiter, cognoſci & comprehendi Deum non poſſe, cenſebat Arius: in tantum ut etiam Filium non cognoſcere, neque comprehendere poſſe Patrem diceret. Idem & Euſebio Cæſarienſi videbatur. At Eunomius & Anomœi, Deum Deique ſubſtantiam, ab hominibus comprehendi optime poſſe, nec minus quam ſpectabilia illa & tractabilia, lignum, lapidem, arborem, ajebant. Qua de re videndi Epiphanius, Baſilius, Hieronymus, Chryſoſtomus, Theodoritus. Conſentanea Laërtianis ſcripſit Odænatus apud Suidam in Ὀδαίνατος: μάλιστα δὲ χαλεπὸν, καὶ ἐγγύς τι ἀδύνατον εἶναι, περὶ θεῶν τι λέγειν, ἢ φρονεῖν, ἀνθρώπους ὄντας.

Ἀναξίων ἄνδρα μὴ ἐπαίνει διὰ πλοῦτον] Et hoc αὐτολεξεὶ apud eumdem Stobæum. Et pleniùs apud Baſilium in Oratione ad Adoleſcentes de prophanorum librorum lectione: ὁ μὲν οὖν Βίας τῷ γιεῖ πρὸς Αἰγυπτίους ἀπαίροντι, καὶ πυνθανομένῳ, τί ἂν ποιῶν αὐτῷ κεχαρισμένα πράττοι, ἐφόδιον, ἔφη, πρὸς γῆρας κτησάμενος· τὴν ἀρετὴν δὴ τὸ ἐφόδιον λέγων, μικροῖς ὅροις αὐτὴν περιγράφων, ὃς γε ἀνθρωπίνῳ βίῳ τὴν αὐτῆς ὠφέλειαν ὡρίζετο.

Πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος] Et hoc quoque.

Ὅ, τι ἂν ἀγαθὸν πράττῃς, εἰς θεοὺς ἀνάπεμπε] Stobæus: ὅταν ἀγαθὸν πράσσῃς, θεοὺς, μὴ δὲ σεαυτὸν, αἰτιῶ.

Εφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν] Paulò aliter apud Stobæum: κτῆσαι ἐν μὲν νεότητι εὐπραξίαν, ἐν δὲ τῷ γήρᾳ σοφίαν.

Καὶ οἱ Πριηνεῖς δὲ αὐτῷ τέμενος καθιέρωσαν τὸ Τευτάμειον] Ita ſupra in Pittaco: καὶ χώραν αὐτῷ ἀπένειμαν. ὃ δὲ ἱερὰν ἀνῆκεν, ἥτις νῦν Πιττάκειος καλεῖται.

Ἀπεφθέγξατο, οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί] Sunt

adititia: ſuprà quippe Biantis apophthegmata retulerat Laërtius; atque hoc ipſum, τοὺς γὰρ πλείους εἶναι κακούς.

CLEOBULUS.

89 ΓΝΩΜΗι δὲ καὶ κάλλει διαφέρειν] Lege ῥώμῃ. Ita ceteræ editiones & Membranæ omnes. Ita quoque Suidas: Κλεόβουλος, Εὐαγόρου, Λίνδιος, εἷς τῶν ἑπτὰ ὀνομαζομένων Σοφῶν. ῥώμῃ καὶ κάλλει διαφέρων τῶν κατ' αὐτόν.

Γενέσθαι τε αὐτῷ θυγατέρα Κλεοβουλίνην] id eſt *Cleobuli filiam*. Sic Νηρίνη, *Nerei filia*. Virgilius: *Nerine Galatheæ*. Εὐηνίνη, ἡ τοῦ Εὐήνου, Μάρπισσα Homero. Ἀδραστίνη, ἡ τοῦ Ἀδράστου Αἰγιάλεια. Sic à *Neptunus*, *Neptunine* duxit Virgilius. Eumetis puella illa vocabatur. Plutarchus de Pythiæ Oraculis: τὴν δὲ Κορινθίαν Εὔμητιν, ἄχρι νῦν Κλεοβουλίνην πατρόθεν οἱ πλεῖστοι καλοῦσιν. Ita legendum. Idem in Convivio VII. Sapientum: τὴν σοφὴν, ἔφη, καὶ περιβόητον ἀγνοεῖς Εὔμητιν; οὕτω γὰρ ταύτην ὁ πατὴρ αὐτὸς, οἱ δὲ πολλοὶ πατρόθεν ὀνομάζουσι Κλεοβουλίνην. Quæ ſequuntur verba apud Plutarchum, quia pleráque alia de Cleobulina nos docent; præcipuè verò, ænigmatum peritiſſimam eam fuiſſe; quod etiam hîc teſtatur Laërtius; non gravabor apponere: καὶ ὁ Νειλόξενος, Ἧπον τὴν περὶ τὰ αἰνίγματα δεινότητα καὶ σοφίαν, ἔφη, τῆς κόρης ἐπαινεῖς. καὶ γὰρ εἰς Αἴγυπτον ἐνια τῶν προβαλλομένων ὑπ' αὐτῆς δῖκται· Οὐκ ἔγωγε, εἶπε Θάλης· τούτοις γὰρ ὥσπερ ἀστραγαλοις ὅταν τύχῃ παίζουσα χρῆται, καὶ διαβάλλεται πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας. (an legendum διαμάχεται?) ἀλλὰ καὶ φρόνημα θαυμαστὸν, καὶ νοῦς ἔνεστι πολιτικὸς, καὶ φιλάνθρωπον ἦθος, καὶ τὸν πατέρα τοῖς πολίταις πραότερον ἄρχοντα παρέχει. Καὶ δημοτικώτερον εἶναι, ὁ Νειλόξενος ἔφη, καὶ φαίνεται, βλέποντι πρὸς τὴν λιτότητα καὶ ἀφέλειαν αὐτῆς. *Tum Niloxenus: Nimirum, inquit, eam ob ænigmatum peritiam ac ſapientiam laudas. nam & in Ægyptum quædam ab ea propoſitæ quæſtiones pervenerunt. Non ſane, reſpondit Thales: his enim illa tamquam taxillis, ubi ita res fert, utitur, & concertat cum compellantibus. Sed & animi altitudo ineſt ei mirabilis, & ingenium civile atque humanum, ac facit ut pater civibus humaniùs populariterque imperet. Omninò, inquit, Niloxenus, ita videtur, idque apparet intuenti tenuitatem in amictu ejus atque ſimplicitatem.* Ariſtoteles Rhetor. lib. III. cap. 2. illius ænigma celebre de cucurbitæ applicatione refert,

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

Cleobulinæ enim eſſe hoc ænigma, teſtis eſt Plutarchus in Convivio. Meminit Cleobulinæ Clemens Alexandrinus στρωματ. lib. IV. ubi eam ait pedes paternorum hoſpitum laviſſe.

Ἧς μέμνηται καὶ Κρατῖνος ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι, πληθυντικῶς ἐπιγράψας] Id eſt, *in Cleobulinis*. Tamen Polluci lib. VII. cap. XI citatur Cratinus ἐν Κλεοβουλίνῃ, ſingulari numero. Sed ibi legendum videtur ἐν Κλεοβουλίναις, quemadmodum hæc Cratini Fabula citatur quoque Athenæo lib. IV. cap. 21. Videndus hîc Caſaubonus, & ad Athenæum dicto loco.

Ἀπὸ Δαναοῦ] Lege cum Caſaubono, τὸ ἀπὸ Δαναοῦ.

Πολυκλαύστῳ ἐπὶ τύμβῳ] Ita quoque apud Herodotum in Vita Homeri: ſed in margine γρ. πολυκλύντου ἐπὶ τύμβου: vitioſè. πολυκλαύτου voluit dicere qui hanc notam appoſuit. Etiam apud Dionem Chryſoſtomum Orat. XXXVII. ubi hoc Epigramma refertur, ſcriptum eſt, πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ. Obſervandum autem, hunc verſum, Ἠλιός τ' ἀνιὼν &c. cum ſequenti, in Dionis codicibus deſiderari. 90

Ἀντιθέμενον στήλας] Editio Baſileenſis, Ἀντιθετούμενος στήλας. Stephanica, Ἀντιθέντα μένος στάλας. M. S. Regiæ Bibliothecæ, Ἀντιθέντα μένας στήλας. Legendum cum Stephano Ἀντιθέντα μένος στάλας. eum vide. columnam Simonides intelligit Midæ monumento impoſitam, cum Epigrammate Cleobuli. Plurima Phryges, & Ægyptii ſcribebant in columnis. Dio Pruſæus Orat. XI. ubi de quodam Ægyptio ſacerdote: ἔφη δὲ πάσαν τὴν πρότερον ἱστορίαν γεγράφθαι παρ' αὐτοῖς· τὴν μὲν, ἐν τοῖς ἱεροῖς· τὴν δὲ, ἐν στήλαις τισί· τὰ δὲ, μνημονεύεσθαι μόνον ὑπ' ὀλίγων, τῶν στηλῶν διαφθαρεισῶν. πολλὰ δὲ ἀπιστεῖσθαι τῶν ἐν στήλαις γεγραμμένων, διὰ τὴν ἀμαθίαντε καὶ ἀμέλειαν τῶν ἐπιγιγνομένων. *Dicebat autem, omnem priorem temporum hiſtoriam apud ipſos ſcriptam eſſe, partim quidem in templis, partim in columnis quibuſdam; & ex iis quædam ſolùm memoriâ contineri à paucis, columnis corruptis. multa autem in columnis conſcriptorum incredibilia videri, propter ruditatem, incuriamque poſterorum.*

Οὐ γὰρ εἶναι Ὁμήρου τὸ ἐπίγραμμα] Homero tamen tribuitur hoc Epigramma ab Herodoto in Vita Homeri. ſed hoc opus non eſſe antiqui illius Herodoti meritò Viri docti ſuſpicantur; quâ de re conſulendus eruditiſſimus Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 3. Citatur autem is verſus Ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ καὶ δενδρεα μακρὰ τεθήλῃ, à Longino in libello περὶ ὕψους, ſectione 33. ſed ſine auctoris nomine.

Πολλοῖς ἔτεσι προέχοντος (φασὶ) τὸν Μίδαν] Nota, Midæ fabulam Homero poſteriorem fuiſſe: quo etiam Phaëthontis fabulam poſteriorem eſſe, ſcribit Origenes lib. III. contra Celſum. Midam, quum apud Phrygas regnaret, ſanguine tauri potato extinctum, Olympiade XX. auctor eſt Hieronymus, in Euſebii Chronico. At veriùs Strabo lib. I. id contigiſſe ait, quum Cimmerii incurſiones fecerunt in dextram Ponti partem, Paphlagoniam & Phrygiam numeroſis ſuis exercitibus inundantes: ille autem incurſus, teſte eodem Chronico, accidit, regnante Athenis Codro, longè ante Olympiadas. Midam vetuſtiorem eſſe primâ Olympiade, annis pluſquam CC. atque æqualem Homero volebat Scaliger ad Euſebium, ex hoc Homeri epigrammate. Duo Midæ in Phrygia regnarunt. Petavium vide de doctrina Temporum.

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα] Pſeudo-Didymus ad Odyſſ. K, ſtatim initio: τινὲς δὲ ἀλληγοροῦντες, Αἴολον μὲν λέγουσι, τὸν ἐνιαυτὸν· δώδεκα δὲ παῖδας, τοὺς μῆνας.

Παίδιες τριήκοντα] Ita quoque apud Suidam, in 91

Κλεοβουλίνη : niſi quod ibi τριάκοντα legitur. Sed apud Stobæum eſt Κοῦραι ἑξήκοντα : quam lectionem amplectitur Caſaubonus. & certè, ut taceam primam in τριήκοντα eſſe brevem, dici non poteſt ex triginta diebus Menſis, alios eſſe albos, alios nigros: ſunt enim omnes albi ſimul & nigri, aut nigri ſimul & albi. Sed ex ſexaginta Menſis filiabus, aliæ ſunt albæ, nempe dies triginta; aliæ nigræ, videlicet triginta noctes. Receptam lectionem agnovit tamen Petavius, vir undecumque doctiſſimus, qui hoc ænigma in Libris de Doctrina temporum ita eſt interpretatus:

Biſſenos Genitor Gnatos habet unus: at horum
Ter ſunt cuique decem Natæ, variante figurâ:
Quippe aliis color eſt albus; niger inditus illis.
Immortale genus cùm ſint, moriuntur utraque.

Legendum omnino apud Laërtium, Παῖδες δὶς τριάκοντα: de qua veriſſima emendatione monuit me Marquardus Gudius. δὶς, poſterior ſyllaba in παῖδες, adſcripſit vulgari Librariorum compendio.

Ἄμουσία τὸ πλέον μέρος, &c.] Verſus ſunt; quod vel ipſa vox ἀδομένων ſatis innuit. Sic autem in ordinem cogi poſſunt:

Ἄμουσί ἐν βροτοῖσι τὸ πλέον μέρος,
Λόγων τε πλῆθος. ἂν δ' ὁ καιρὸς ἁρπέσῃ
Φρόνει τὶ κεδνόν. μὴ μάταιος ἡ χάρις
Γινέσθω.

Si tempus ſuppetat, ſi occaſio tulerit, *φρόνει τὶ κεδνόν*. Non ſemper, ſed tempeſtivè, & in tempore, atque ex occaſione vult nos *φρονεῖν τὶ κεδνόν*, inquit Salmaſius.

Ἔφη δὲ δεῖν συνοικίζειν τὰς θυγατέρας, παρθένους μὲν, τὴν ἡλικίαν, τῷ δὲ φρονεῖν, γυναῖκας] Corrige τὸ δὲ φρονεῖν. & ita ceteræ editiones. Stobæus quoque Serm. LXVIII. Κλεόβουλος ἔφη, δεῖν συνοικίζειν ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν θυγατέρας, τὴν μὲν ἡλικίαν, παρθένους· τὸ δὲ φρονεῖν, γυναῖκας.

Παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸ δὲ φρονεῖν γυναῖκας] Baptiſta Guarinus in Prologo elegantiſſimæ illius Fabulæ Paſtoralis, cui *Fidi Paſtoris* nomen dedit:

D'età Fanciulla, e di ſaver già Donna.

Non abſimiliter Auſonius:

Meritis anus eſt, ætate puella

Ὑποδεικνὺς ὅτι δεῖ παιδεύεσθαι καὶ τὰς παρθένους] Ovidius lib. 2. de Arte amandi, ubi de puellis:

Nec levis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit; & linguas edidiciſſe duas.

Vide hîc Caſaubonum.

Ἔλεγέ τε, τὸν φίλον δεῖν εὐεργετεῖν, ὅπως ᾖ μᾶλλον φίλος· τὸν δὲ ἐχθρὸν, φίλον ποιεῖν] Ita quoque apud Suidam: ſed legendum videtur: τὸν δὲ ἐχθρὸν, ἵνα φίλον ποιῇς, vel ὥστε φίλον ποιεῖν.

91 Καὶ ὅταν τις ἐξίῃ τῆς οἰκίας, ζητείτω πρότερον τί μέλλει πράσσειν] Auctor Carminum, quæ Aurea inſcribuntur, & Pythagoræ adſcribuntur:

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν,
Πῇ παρέβην, τί δ' ἔρεξα, τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτου ἐπέξιθι· καὶ μετέπειτα
Δειλὰ μὲν ἐπιπρῆξας ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπου.
Mollia nec priùs admittunt tibi lumina ſomnum,
Exactæ quàm ter reputaris cuncta diei:
Quæ prætergreſſus? quæ geſſi? quæ malè omiſi?
Singula percurrens à primo facta, quibus tu
Vel prævis doleas, capias vel gaudia juſtis.

Galenus libro de animi perturbationibus capite 6. εἶτα καθ' ἑκάστην ἡμέραν σαυτὸν ἀναμιμνήσκειν· ἄμεινον μὲν εἰ πολλάκις· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ πάντως γε κατὰ τὴν ἑω, πρὶν ἄρχεσθαι τῶν πράξεων· εἰς ἑσπέραν δὲ, πρὶν ἀναπαύεσθαι μέλλειν. *Denique ut peccata tua unoquoque die memores. melius quidem ut crebrò; ſin minùs, ut ſummo priùs mane, quàm te operi accingas, & veſperi quàm cubitum eas.* Seneca lib. III. De ira cap. 4. *Quotidie apud me cauſam dico, cùm ſublatum è conſpectu lumen eſt, & conticuit uxor, moris jam mei conſcia, totum diem mecum ſcrutor, facta ac dicta mea remetior*, &c. paulò ſuperiùs: *Faciebat hoc Sextius, ut conſummato die cùm ſe ad nocturnam quietem recepiſſet, interrogaret animum ſuum. Quod hodie malum tuum ſanaſti? cui vitio obſtitiſti? quâ parte melior es?* Idem Epiſtolâ 28. *Initium eſt ſalutis, notitia peccati. Egregiè mihi hoc dixiſſe videtur Epicurus. Nam qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult. deprehendas te oportet, antequam emendes*, &c. *ideo, quantum potes, te ipſe coargue; inquire in te. Accuſatoris primùm partibus fungere, deinde judicis, noviſſimè Deprecatoris. aliquando & offende.*

Φιλήκοον εἶναι μᾶλλον ἢ φιλόλαλον· φιλομαθῆ μᾶλλον ἢ ἀμαθῆ] Habes totidem verbis apud Stobæum Serm. III. ubi de dictis Cleobuli.

Γλῶσσαν εὔφημον ἴσχειν] γλῶσσαν εὔφημον κεκτῆσθαι apud eundem ibidem.

Ἀρετῆς οἰκεῖον εἶναι] Nota loquendi modum. Ita apud Marcum Aurelium lib. 1. οἰκειωθῆναι τῇ φιλοσοφίᾳ. Ita ferme Lucianus οἰκειότερος τῇ νίκῃ· Etiam apud Stobæum dicto loco: ἀρετῆς οἰκεῖον, ἀδικίαν μισεῖν: pro quo Laërtius, ἀδικίαν φεύγειν.

Πόλει τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν] Apud Stobæum: πολίταις τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν.

Ἡδονῆς κρατεῖν] Apud Stobæum: γλώττης κρατεῖν.

Βίᾳ μηδὲν πράττειν. τέκνα παιδεύειν. ἐχθραν διαλύειν] Totidem verbis apud Stobæum.

Γυναικὶ μὴ φιλοφρονεῖσθαι, μηδὲ μάχεσθαι ἀλλοτρίων παρόντων, &c.] Et hæc αὐτολεξεὶ inter dicta Cleobuli apud Stobæum legere eſt.

Οἰκέτην πάροινον μὴ κολάζειν· δοκεῖν γὰρ παροινεῖν] Tanaquillus Faber Cleobulum dixiſſe exiſtimabat δοκεῖν γὰρ παρανοεῖν, alluſione factâ ad πάροινον. Sed pro recepta lectione facit Stobæus, apud quem legitur, οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν· εἰ δὲ μὴ, δόξεις καὶ αὐτὸς μεθύειν.

Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων] *Nube pari. Diſparem vites.* Stobæus quoque inter dicta Cleobuli: γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων, δεσπότας, οὐ συγγενεῖς κτήσῃ. Vide ſuprà in Pittaco.

Μὴ ἐπιγελᾶν τοῖς σκωπτομένοις· ἀπεχθήσεσθαι γὰρ τούτοις] Et hoc inter dicta Cleobuli à Stobæo Serm. III. refertur. 93

Εὐτυχῶν μὴ ἴσθι ὑπερήφανος, &c.] Apud Suidam: εὐτυχῶν μὴ ἴστο ὑπερήφανος, &c. Apud Stobæum:

ἐπορεῦντα μὴ ὑπερήφανον εἶναι· ἀπορεῦντα, μὴ ταπεινοῦσθαι.

Λίνδος, πόντῳ ἀγαλλαμένη] Lindus, urbs eſt Rhodi Inſulæ.

Ἀπεφθέγξατο, Μέτρον ἄριστον] ἀπεφήνατο Codex Regius. Apollinaris Sidonius.

Lyndie tu Cleobule jubes modus optimus ut ſit.

Clemens Alexandrinus στρωματ. libro. I. Δίδυμος ἀνατίθησιν Κλεοβούλῳ τὸ, Μέτρον ἄριστον. Auſonius:

Cleobulus ego ſum, parvæ civis inſulæ,
Magnæ ſed auctor, quâ cluo, ſententiæ:
Ἄριστον μέτρον *quem dixiſſe exiſtimant*, &c.

Igitur de Cleobulo accipienda hæc Columellæ lib. I. cap. 3. *Nos ad cetera præcepta illud adjicimus, quod Sapiens unus de Septem in perpetuum Poſteritati pronunciavit*, Μέτρον ἄριστον, *Adhibendum modum menſuramque rebus.* Quo tamen in loco, ut hoc obiter dicam, in M. S. Codice Bibliothecæ Monaſterii Corbeïenſis, qui hodie in Bibliotheca Sancti Germani à Pratis Lutetiæ aſſervatur, & quem utendum mihi dedit Vir humaniſſimus, idemque doctiſſimus Lucas Dacherius, ejuſdem Bibliothecæ Cuſtos, hæc verba Μέτρον ἄριστον deſiderantur: & rectè, meo quidem judicio. ſed de his pluribus ad Columellam. Laudat hoc dictum Galenus de animi perturbationibus cap. 3. ὀρθῶς γὰρ ἔοικεν εἰρῆσθαι τὸ, μέτρον ἄριστον· ὡς οὐδενὸς ἀμέτρου καλῶς γιγνομένου.

Πολλοὶ μέν τινες] Rectè Caſaubonus: Πολλοὶ μέν τινες εἰσὶν ἑταῖροι, καὶ οἶκος πάντη·

Ποθεινοτάτων] Editio prior, ut & MSS. ποτανιώτατον. Stephanica, ποτ' ἀνιωτάτων. Scaliger atque H. Stephanus emendabant, ποταινιωτάτων. Caſaubonus verò, ἀναινιωτάτων: & ita legiſſe videtur Vetus Interpres, qui *commodam* vertit. ποτνιοτάτων habet Suidas. ποθεινοτάτων rectum eſſe arbitror. Sed etiam ποτανιωτάτων ferri poteſt. hoc eſt, πρὸς τὰς ἀνίας μάλιστα ποιοῦσαν.

Νῆσος πελαγία] Inſulam πελαγίαν, eam eſſe quæ procul à litoribus in alto mari ſita ſit, doctè ad Strabonis librum I. obſervat doctiſſimus Caſaubonus, quem ibi vide.

Καὶ τοὶ ἑταῖροι δὲ] καίτοι legiſſe videtur Aldobrandinus. ſed καὶ τοὶ rectum. τοὶ, Doricè pro οἱ, articulo plurali maſculino.

PERIANDER.

94 Κυψέλου] Ita Editio Baſileenſis, & MSS. Regiæ Bibliothecæ. Ita quoque apud Herodotum, Ariſtotelem, Lucianum in Lexiphane, Euſebium in Chronico, Auctorem Etymologici Magni, alios. At Stephanicæ editiones, Κυψέλλου. Et ita Suidas in Περίανδρος, & in πρεσβεῖον. & Stobæus Serm. III. alii. Κύψελλος quoque dicitur Polyæno dux ille Arcadum, qui Pauſaniæ & aliis eſt Κύψελος. Κυψέλου hîc legendum rectè monuit Caſaubonus. Herodotus in Terpſichore: Ἠετίωνι δὲ μετὰ ταῦτα ὁ παὶς ηὐξάνετο. καὶ οἱ διαφυγόντι τοῦτον τὸν κίνδυνον, ἀπὸ τῆς κυψέλης ἐπωνυμίην Κύψελος οὔνομα ἐτέθη. *Poſthæc Eetionis filio creſcenti impoſitum eſt nomen* Κύψελος *ob periculum hoc, quod devitaverat in cypſela.* Profert deinde oraculum, cujus verſus,

Κύψελος Ἠετίδης, βασιλεὺς κλειτοῖο Κορίνθου,

vel ex metri ratione, quin hoc nomen per unicum λ ſcribi debeat, dubitare nos non ſinit.

Οὗτος γήμας Λυσίδην, ἣν αὐτὸς Μέλισσαν ἐκάλεε, τὴν Προκλέους, &c.] Meliſſa hæc, filia fuit Proclis Epidaurii. Ex qua occaſione in ejus amorem Periander inciderit, ex Pythæneto narrat Athenæus lib. XIII. cap. 6. An autem uxorem Periander Μέλισσαν per blanditias vocitabat? An potiùs ſcripſerit Laërtius, οὗτος γήμας Λυσίδην, (Ἡρόδοτος Μέλισσαν καλεῖ) τὴν Προκλέους, &c. Sanè Herodotus Periandri uxorem Meliſſam vocat, non Lyſiden. Ecce tibi ejus verba in Thalia, de Periandro: ἦσάν οἱ ἐκ Μελίσσης δύο παῖδες, ἡλικίην ὁ μὲν ἑπτακαίδεκα, ὁ δὲ ὀκτωκαίδεκα ἔτεα γεγονώς. τούτους ὁ μητροπάτωρ Προκλῆς ἐὼν Ἐπιδαύρου τύραννος, &c. Et deinde: ἐπεί τε γὰρ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν Περίανδρος ἀπέκτεινε. Ἡρότος pro Ἡρόδοτος compendio literarum ſcripſiſſe Librarium veroſimile eſt, ex quo poſtea ἣν αὐτὸς factum eſſe ſuſpicamur. *Meliſſam*, Periandri uxorem vocat & Plutarchus in Convivio, ſtatim initio. Porro, ut hoc obiter dicam, Μελίσσας, Nymphas aquarum; & Sacerdotes, Cereris præcipuè; vocabant Antiqui. Porphyrius de Antro Nympharum: πηγαὶ δὲ καὶ νάματα οἰκεῖα ταῖς Ὑδριάσι Νύμφαις· καὶ ἔτι γε μᾶλλον Νύμφαις ταῖς ψυχαῖς, ἃς ἰδίως Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς οὐκ ἀνοικείως ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἔφη,

Βομβεῖ δὲ νεκρῶν σμῆνος, ἔρχεται δ' ἅλη.

Καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μυστίδας, Μελίσσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, αὐτήν τε τὴν Κόρην, Μελιτώδη. quæ poſtrema verba, quibus Perſephonem Μελιτώδη vocari ait, diligenter notanda; lucem enim afferunt, quod jam olim Muretus obſervavit, obſcuro loco Theocriti, Is eſt in Syracuſiis. ubi Praxinoë:

Μὴ φυῇ, Μελιτώδες, ὃς ἀμεῶν κύρτερος εἴη.

Non oriatur, Proſerpina, qui nobis imperet.

Et ad quem locum eruditè, præter morem, Scholiaſtes: Μελιτώδες δὲ τὴν Περσεφόνην φησὶ κατ' ἀντίφρασιν· ὡς καὶ Κόρην· διὰ τὸ τὰς ἑταίρας αὐτῆς, καὶ τῆς Δήμητρος, Μελίσσας λέγεσθαι. Ubi lego ὡς καὶ Κόρην· ἢ διὰ τὸ, &c. Duplicem affert nominis Μελιτώδους, quo Proſerpinam vocabant, rationem: quia per antiphraſin ita dicta ſit, quemadmodum & per antiphraſin Κόρη dicta eſt: (ſic etiam & Εὐμενίδες) vel quòd & ipſius, & Cereris ſocias Μελίσσας vocarent. Etiam Cereris Sacerdotes Μελίσσας dictas fuiſſe, notavit doctiſſimus Lexicographorum, Heſychius: Μέλισσαι, αἱ τῆς Δήμητρος μυστίδες. Rationem appellationis affert Auctor Etymologici: λέγονται δὲ Μέλισσαι καὶ ἱέρειαι παρὰ τῷ ποιητῇ, παρὰ τὴν μέλισσαν, τὸ ζῶον καθαρώτατον: quam Porphyrius loco ſuprà allato tetigit, his verbis, ἡδονῆς οὔσας ἐργαστικάς. Verùm uterque, quod dici ſolet, οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Veritas vocabuli eſt à μελισσω, antiqua voce, hoc eſt πρανύω, ἁρέσκω *placo*. Μέλισσα, id eſt *placatrix*, ἡ τὴν θεὸν ἀρέσκουσα. Ceterùm Homerus, nullibi, ſi benè memini, Μελίσσας vocat ἱερείας; & memoriâ lapſum Etymologici Auctorem puto: ſi *Poeram* cùm dixit, Homerum innuit: qui ita κατ' ἐξοχὴν dice-

batur; quemadmodum, teſte Galeno, libro Quòd animi mores ſequantur temperamentum corporis, Sappho *Poetria* appellabatur.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ ἀρχῆς] Meminit hujus libri περὶ τῆς ἀρχῆς Laërtius infrà in Heraclide Pontico, ubi ejus libros recenſet.

Ἣ λακτίσας τὴν γυναῖκα, ἔγκυον οὖσαν ἀπέκτεινε] Sic Nero Poppæam. Tacitus Annal. lib. XVI. *Poſt finem ludicri, Poppæa mortem obiit, fortuitâ mariti iracundiâ, à quo gravida ictu calcis afflicta eſt.* Mortuæ uxori Periandrum concubuiſſe refert Suidas in Περίανδρος· λέγεται δὲ καὶ ἄλλο τοῦτον ἄνομον ἐργάσασθαι, νεκρᾷ τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ μιγέντα ὑπ' ἔρωτος: quod habuit ab Herodoto, qui id ipſum narrat in Terpſichore.

Ἀπεκήρυξεν εἰς Κέρκυραν, λυπούμενον ἐπὶ τῇ μητρὶ] Aliter Herodotus, quem vide.

ᾧ ὄνομα Λυκόφρων] Herodotus: ὁ δὲ νεώτερος, ᾧ ὄνομα ἦν Λυκόφρων, ἤλγησε ἀκούσας, &c.

95 Πρὸς Αλυάττην ἐπ' ἐκτομῇ] Herodotus in Thalia: Κερκυραίων παῖδας τριηκοσίων ἀνδρῶν τῶν πρώτων, Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρδις ἀπέπεμψε παρὰ Ἀλυάττεα ἐπὶ ἐκτομῇ: & quæ ſequuntur; quæ vide. Meminit & Plutarchus, libro de Herodoti malignitate, & Plinius lib. IX. cap. 25. Alyattes Rex fuit Lydorum, qui caſtrandi periti fuerunt. Memoriæ prodidit Xanthus Lydius, Gygen Lydorum Regem fœminas primùm caſtraſſe, quò illis ſemper ætate florentibus uteretur, teſte Heſychio in Xantho Lydio. Nam Athenæus in XII. Xanthum Lydium id de Andramyte, Lydorum Rege, referre ait.

Σωσικράτης δὲ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος] Legendum cum notâ diſtinctionis, τετταράκοντα, καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς, &c. Et vertendum, *Soſicrates porro refert, ipſum quadraginta ante Cræſum annis obiiſſe, uno verò ante Olympiadem* XLIX. De Herodoti parachroniſmo in ætate Periandri videndus Petavius, in Paralipomenis Librorum de Doct. Temp. pag. 858. ubi & hæc Laërtii verba πρότερον Κροίσου, *ante Cræſi calamitatem* exponit: de Laërtiano, Palmelerius ad hunc Laërtii locum.

96 Ὡς ἄρα ἐρασθεῖσα ἡ μήτηρ αὐτοῦ Κράτεια συνῆν αὐτῷ λάθρα] Jacobus Palmerius Grentemenilius, vir optimus & doctiſſimus, legendum conjiciebat μητρυιὰ pro μήτηρ: cùm ut à Periandro, qui Sapiens habitus eſt unus è Septem, eam enormitatis maculam ablueret, tum ut cum Laërtio conciliaret Euſtathium, qui uxorem Cypſeli, (is fuit Periandri pater) non *Crateam* vocat, ſed *Herodicen*; quod ab Auctore antiquo habuiſſe non dubitabat. Ecce tibi verba Euſtathii ad Iliad. τ. v. 281. pag. 1185. θετέον δὲ ἐντεῦθα καὶ τὰς τῷ Κυψέλλῳ φίλας χρυσοφόρους· ὅς, φασὶ, περὶ καλλους γυναικῶν ἐν Ἀλφειῷ ἀγῶνα διέθετο, καὶ ὡς ἐνίκησεν ἡ αὐτοῦ γυνὴ Ηροδίκη. ἐκράτησεν ὁ ἀγὼν παρ' Ἥλείοις. Verùm, pace tanti viri, liceat dixiſſe, nihil hîc mutandum: nam & Parthenius, bonus imprimis auctor, & antiquus, (is Auguſti vixit temporibus) etiam Periandrum refert cum matre conſuetudinem habuiſſe. Quare de alio Cypſelo accipienda verba Euſtathii aut potiùs duas uxores Cypſelum habuiſſe, dicendum eſt; aut ſi unicam habuit, binominem eam fuiſſe. Quia autem aliter narrat Parthenius, ejus locum integrum placet hîc adſcribere: ſed quia prolixior eſt, Interpretis verbis eum proferemus: *Fertur autem & de Periandro Corinthio, quòd primùm mitis ac benignus fuerit, poſteà verò crudelior factus ſit, eam ſanè ob cauſam mater ejus eum valde adhuc juvenem vehementer ſecum continebat; eò uſque etiam ut ejus amore implexa, in concupiſcentiam ipſius veniret. Progreſſu autem temporis malum ſemper increſcebat: adeo ut ſe amplius continere non poſſet. Quare confidenti animo puerum his verbis alloquitur: Eſſe videlicet feminam quamdam formoſam planè, quæ eum immodicè amet; quare ſuadeat ne illam deſpiceret, ac ſe ulteriùs adſligere ſinat. Periander verò primùm ſe corrupturum negabat eam quæ eſſet conjuncta viro, præter leges & publicos mores. Quum autem ſupplicibus verbis inſtare non ceſſaret, ſe facturum recipit. Poſtquam itaque nox ſtatuta veniſſet, admonuit ipſum, ne lumen ad thalamum inferret, neque cogeret etiam ad colloquium, atque id illius pudori condonaret. Is ergo quum pollicitus eſſet omnia ſe facturum, quæ mater ipſi injunxerat, ipſa pulcherrimè adornata ad filium ingreditur, ac priuſquam aurora illuceſceret, clam rurſus exit. Sequenti verò die interrogat filium, quomodo placuerit ei amica, & numne velit illam rurſus ſe accedere. Periander verò ſe illud meditari reſpondit, non modicéque ſe erga illam affici. Quare ab hoc tempore non ceſſabat ſæpe ad filium redire, ita ut tandem cupido Periandrum caperet, atque diligentiam ipſe adhiberet, quò cognoſceret quæ tandem ei congrederetur. atque aliquamdiu apud matrem precibus impetrare ſtuduit, quò apud illam obtineret, ut in mutuum colloquium veniret, atque ut ejus, cujus deſiderio flagraret, aliquam notitiam haberet: Nunc ſanè ſe rem omnino difficilem & ingratam perpeti, inquiens, quòd ne contueri quidem eam permitteret; cui jam multo tempore fuerit congreſſus. Verùm quum id fieri poſſe ob verecundiam femina mater omnino negaret, ipſe aliquem ex miniſtris tamen in cubiculo occulere jubet. Et quum ea, pro conſuetudine, accederet, ac unà dormire pararet, exurgens Periander producit lumen, atque quam videt eſſe matrem, præ animi impotentiâ tranſverberare eam ſtatuit: ſed à quodam genio ſubitò adparente retractus, à facto temperavit; ac ex eo tempore mente perculſus inſanivit, in crudelitatemque incidit, & multos ſuorum civium macſavit: mater verò multùm ſuper genio ſuo lamentata, ſe ipſam interemit.* Hæc ſcripſeram, cùm ex Pauſania in Meſſenicis & Arcadicis, didici, Euſtathii locum de Cypſelo Arcadum Rege, accipiendum: quod etiam viſum Grentemenilio. Ita enim ille, ſuis ad Laërtium Exercitationibus ubi de ſuperiori ejus emendatione: *Hæc ſcripſeram: ſed meliùs opinari me coegit eruditiſſimus Menagius, Andegavorum decus: cui editionem Diogenis adornanti, miſeram, ab eo per epiſtolam rogatus, has qualeſcumque ſunt, in Laërtium Lucubrationes: quas eximio operi ſuo non dedignatus eſt inſerere. Nam in Notis ſuis dubitationem meam ſolvit: & ex Æliano probavit* (Parthenium, voluit

dicere) *legendum esse, ut editum est,* μήτηρ: *non, ut suspicabar,* μητρυιά. *Sed quoniam de conciliando cum Diogene, Eustathio; cujus locum quem apposueram, descripsit, nihil in sua Nota dixit; quid nunc ex sua monitione profecerim, & quid de iis auctorum locis sentiendum sit, aperiam. Nam postquam curiosius ea loca consideravi, & simul contuli, damnavi cum Menagio suspicionem meam, & nullam esse inter eos auctores dissonantiam deprehendi. Nam de Cypselo Corinthio loquitur Diogenes: de Cypselo verò, Arcadum rege, Eustathius. Illius fuit uxor Crateia: hujus vero, Herodice. Cypselo Corinthio pater fuit Eetion, vir privatus; mater, Labda, Amphionis Bacchiadæ filia. At Cypselus, Areas rex, fuit filius Ægypti, ex regia Arcadiæ regum prosapia; ab ipso Pelasgo & Lycaone oriundus. Nec eodem tempore vixerunt. Nam Cypselus in Arcadia regnabat, quo tempore Heraclidæ Peloponnesum occuparunt, & Cresphonti, inter Heraclidas præcipuo, filiam suam collocavit. Corinthus vero, plusquam quatuor seculis recentior, paulo ante Cyri, Persarum regis, initia vivebat. Error igitur meus jure à Menagio reprehensus, major erat quàm ipse putaverat. Errare, humanum est: errorem suum agnoscere, & monitoribus gratum esse, animi candidi præsert indicium. Itaque, hoc publicum testimonium gratiæ, quam Menagio habere me eo nomine fateor, hîc lubenter appono.*

Διὰ τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τῇ φορᾷ] Ita quoque Editio Basileensis, & Stephanica Græca. At Stephanica cum Latina Interpretatione, ἐπὶ τῇ φορᾷ. Rescribebat Tanaquillus Faber ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ. Id est, *propter divulgationem.* ingeniosè. ἐκφορὰ, est *divulgatio.* λόγων ἀποῤῥήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ· infrà, in hac ipsa Periandri Vita. Ferri tamen potest recepta lectio. ἐπὶ τῇ φορᾷ, id est, *quod deprehensus esset*, ut recte Vetus Interpres, atque Aldobrandinus. Hesychius: αὐτοφορίᾳ, τὸ ἐπὶ αὐτῇ φορᾷ. sed ubi legendum αὐτοφωρίᾳ, & φωρᾷ. Sanctus Johannes VIII. 4. αὕτη ἡ γυνὴ κατειλήφθη ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη.

Ἀλλὰ καὶ Ἔφορος ἱστορεῖ ὡς εὔξαιτο, εἰ νικήσειεν Ὀλύμπια τεθρίππῳ, χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀναθεῖναι, &c.] Longe aliter Suidas in Κυψελιδῶν ἀνάθημα· Κυψελιδῶν ἀνάθημα ἐν Ὀλυμπίᾳ. Πλάτων ἐν Φαίδρῳ. παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα, σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ἑστάθη κολοσσός· ἀλλ' οὐ τῶν Κυψελιδῶν. Κυψέλου δὲ φασι τὸ ἀνάθημα, ὡς Ἀγακλυτὸς ἐν τῇ π' Ὀλυμπιάδι φησὶν οὕτως· ναὸς τῆς Ἥρας παλαιὸς, ἀνάθημα Σκιλλουντίων· οὗτοι δέ εἰσιν Ἠλεῖοι. ἔνεστι δὲ ἐν αὐτῷ χρυσοῦς κολοσσὸς, ἀνάθημα Κυψέλου, τοῦ Κορινθίου. φασὶ γὰρ τὸν Κύψελον εὐξάμενον, εἰ Κορινθίων τυραννήσειε, τὰς οὐσίας πάντων, εἰς δέκατον ἔτος ἀνιερώσειν, τὰς δεκάτας τῶν τιμημάτων εἰσπραξάμενον, κατασκευάσαι τὸν σφυρήλατον κολοσσόν. Δίδυμος δὲ κατασκευάσαι τὸν κολοσσὸν φησι Περίανδρον ὑπὲρ τοῦ τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ θράσους ἐπισχεῖν τοὺς Κορινθίους. *Cypselidarum donarium Olympiæ, Plato in Phædro. Prope Cypselidarum donarium Olympiæ Colossus collocatus fuit malleo ductus. at non fuit donarium Cypselidarum. Ajunt quidam Cypseli donarium fuisse, ut Agaclytus in 80. Olympiade sic scribit: Antiquum Junonis templum, Scillunticrum donarium: hi autem sunt Eleorum coloni. In eo autem est aureus colossus, donarium Cypseli Corinthii. Dicunt enim Cypselum vovisse, si Corinthiorum regnum adeptus fuisset, se per decennium bona omnium Junoni consecraturum, & exactis census decimis, illum colossum malleo-ductum confecisse. Didymus verò Periandrum confecisse hunc colossum ait; ut Corinthiorum luxum, & audaciam reprimeret.* Sed & aliter Aristoteles II. Oeconomicorum: Κύψελος ὁ Κορίνθιος, εὐξάμενος τῷ Διΐ, ἐὰν κύριος γένηται τῆς πόλεως, τὰ ὄντα Κορινθίοις πάντα ἀναθήσειν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀπογράψασθαι. ἀπογραψαμένων δὲ τούτων, τὸ δέκατον μέρος παρ' ἑκάστου ἔλαβε, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐκέλευσεν ἐργάζεσθαι. περιελθόντος δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ, τὸ αὐτὸ ἐποίησεν. ὥστε συνέβαινε ἐν δέκα ἔτεσι ἐκεῖνόν τε ἅπαντα ἔχειν, ἅπερ ἀνιέρωσε, τούς τε Κορινθίους ἕτερα κεκτῆσθαι. *Cypselus Corinthius, cùm votum fecisset Jovi, si civitate potitus fuisset, Corinthiorum se dedicaturum facultates universas: jussit censum describi. Illis autem professis, decimam bonorum partem abstulit à singulis, de reliquis jussit eos negotiari & rem facere. Annoque vertente fecit idem. Evênit itaque ut annis decem & ipse haberet omnia bona Corinthiorum, eaque consecraret, & Corinthii interea quærerent, paravertque alia.* 97

Τέρπεο] Malè apud Suidam, τέρπε.

Ἐποίησε δὲ καὶ ὑποθήκας εἰς ἔπη δισχίλια] Suidas: ἔγραψεν ὑποθήκας εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἔπη β. Lege εἰς ἔπη β. Scripsisse Ὑποθήκας & Solonem, scripsit suprà Laërtius noster.

Ἐρωτηθεὶς διατί τυραννεῖ, ἔφη, ὅτι καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι, καὶ τὸ ἀφαιρεθῆναι κίνδυνον φέρει] Paulò aliter Stobæus Serm. XLI. Περίανδρος, ἐρωτηθεὶς διατί οὐκ ἀποτίθεται τὴν ἀρχὴν, εἶπεν, ὅτι τῷ κατ' ἀνάγκην ἄρχοντι, καὶ τὸ ἑκουσίως ἀποστῆναι κίνδυνον φέρει. Exstat in hunc sensum Epistola ad Demotelem, inter Epistolas illas quæ sub nomine Phalaridis circumferuntur, quam vide; est enim elegantissima.

Καλὸν ἡσυχία. Ἐπίσφαλες προπέτεια] Habes totidem verbis apud Stobæum, inter dicta Periandri Serm. III.

Κέρδος, αἰσχρόν] Plenius apud Stobæum dicto Serm. III. κέρδος αἰσχρὸν, φύσεως κατηγορία. & Serm. VIII. κέρδος αἰσχρὸν, βαρὺ κειμήλιον. Mox quoque suprà Laërtius: μηδὲν χρημάτων ἕνεκα πράττειν· δεῖν γὰρ τὰ κερδαντὰ κερδαίνειν. Quare hîc aliquid excidisse, facilè crediderim: non enim lucrum simpliciter & absolute, sed turpe lucrum damnandum fuit. Vide nos ad Chilonem. Ferri tamen potest recepta lectio. τὰ κερδαντὰ κερδαίνειν, id est, *lucrabilia lucrifacere.*

Δημοκρατία, κρεῖττον τυραννίδος] Idem legas apud Stobæum Serm. III. Est autem Tyrannis parens injustitiæ:

Ἡ γὰρ Τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ.

Versus est, qui in Proverbiorum Græcorum Appendice è Vaticana Bibliotheca refertur.

Αἱ μὲν ἡδοναὶ, φθαρταὶ· αἱ δὲ τιμαὶ, ἀθάνατοι] Stobæus dicto loco: αἱ μὲν ἡδοναὶ, θνηταὶ· αἱ δ' ἀρεταὶ, ἀθάνατοι.

Εὐτυχῶν μὲν, μέτριος ἴσθι· δυστυχῶν δὲ, φρόνιμος] Habet Stobæus totidem verbis.

Φίλοις

98 Φίλοις εὐτυχοῦσι καὶ ἀτυχοῦσιν ὁ αὐτὸς ἴσθι] Et hæc αὐτολεξεὶ apud Stobæum.

Ὃ ἂν ὁμολογήσῃς, διατήρει] Aliter apud Stobæum: ᾧ ἂν ἐκὼν ὁμολογήσῃς πονηρὸν, παράβαινε.

Λόγων ἀπορρήτων ἐκφορὰν μὴ ποιοῦ] Totidem verbis Stobæus.

Μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κόλαζε] Rectiùs apud Stobæum, μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας κόλαζε, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κώλυε: cùm cogitationis pœnam pati nemo debeat, ut eſt in l. 18. D. de pœnis.

Οὗτος πρῶτος δορυφόρους ἔσχε, καὶ τὴν ἀρχὴν εἰς τυραννίδα μετέστησε] Trecentos ſatellites habuiſſe, ſcribit Suidas. addit, vetuiſſe ne Cives haberent ſervos, otiumque agerent: ſemper aliquid excogitantem quod ipſi agerent: ſi quis autem in foro ſederet, eum mulctaſſe; metuentem ne quod conſilium in ſuam perniciem iniret. Gygen, Lydorum Regem, primùm nomen Tyranni habuiſſe, teſtis eſt Auctor Deſcriptionis Olympiadum.

Καὶ οὐκ εἶα ἐν ἄστει ζῆν τοὺς βουλομένους, καθά φησιν Εὔφορος καὶ Ἀριστοτέλης] Locus Ariſtotelis eſt lib. v. Politicorum. Vide hîc Aldobrandinum.

Καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τεττεράκοντα] Ariſtoteles Politicorum lib. v. cap. 12. regnaſſe ait annis 44. cui Petavius adſentitur, in Paralipomenis librorum de Doctrina Temporum pag. 858.

Τὸν μὲν τύραννον· τὸν δὲ, σοφὸν καὶ Ἀμπρακιώτην.] Etiam Ælianus Var. Hiſt. lib. XII. cap. 35. duos fuiſſe Periandros ait, Philoſophum, alterum; alterum, Tyrannum. Uterque Periander Tyrannus fuit: unus, Corinthius, è numero VII. Sapientum: alter, Ampraciota; qui quidem Sapiens nuſquam appellatur. Quare hîc reſcribendum olim exiſtimabamus, τὸν μὲν Κορίνθιον καὶ σοφὸν, τὸν δὲ, Ἀμπρακιώτην. Sed fortaſſe alia fuit Sententia Sotionis, Heraclidis, Pamphilæ, & Neanthis Cyziceni, quos in hanc rem teſtes adducit Laërtius: quod ex ſequentibus conjicere eſt; καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν. Πλάτων δ' οὔ φησι. Periandri Ampraciotæ meminit Ariſtoteles Politicor. lib. v. cap. 10. ἐπεβούλευσαν δὲ καὶ Περιάνδρῳ τῷ ἐν Ἀμβρακίᾳ τυράννῳ, διὰ τὸ συμπίνοντα μετὰ τῶν παιδικῶν, ἐρωτῆσαι αὐτὸν, εἰ ἤδη ἐξ αὐτοῦ κύει. *Inſidiati ſunt etiam Periandro Ambraciæ Tyranno, propterea quòd inter compotandum, cùm unâ eſſet puer quem ille in deliciis habebat, quæſiviſſet ab eo, eſſetne jam ex ſe pragnans.* & cap. 4. ubi de ſeditionibus, quæ ex parvis rebus naſcuntur, καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ πάλιν ὡσαύτως Περίανδρον συνεκβαλὼν τοῖς ἐπιτιθεμένοις ὁ δῆμος τὸν τύραννον, εἰς ἑαυτὸν περιέστησε τὴν πολιτείαν. *Et Ambraciæ rurſum eodem modo populus, Periandro Tyranno, unà cum iis qui cum eo juncti civitatem invadebant, exacto, ad ſe ipſum Reipub. adminiſtrationem revocavit.* Ampracia autem, ſive Ambracia, urbs eſt in Epiro. *Ambracia* dicitur Straboni, Plinio, Ariſtoteli: *Ampracia*, Herodoto, Ptolemæo, Æliano. Utramque lectionem agnoſcit Stephanus: Ἄμβρακία, inquit, πόλις Θεσπρωτίας, ἀπὸ Ἄμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λακόωντος, ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέου θυγατρὸς, &c. ἔυρηται καὶ διὰ τοῦ π, ἀντὶ τοῦ β. ὅθεν καὶ τὸ Ἀμπρακιώτης, ἀπὸ τῆς Ἀμπρακος γενικῆς, καὶ Ἀμπρακία.

Τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν Κυζικηνὸς] Hujus Scriptoris meminit Suidas: Νεάνθης Κυζικηνὸς, Ῥήτωρ, μαθητὴς Φιλίσκου τοῦ Μιλησίου. Scripſerat inter alia περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, teſte Stephano in voce Κραστὸς; ad quos libros reſpexiſſe hic Laërtium, non dubitamus. De Neanthe illo plura qui volet, adeat Voſſium de Hiſtoricis Græcis lib. 1. cap. 15. & Jonſium de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. 1. cap. 17. 99

Καὶ Ἀριστοτέλης μὲν τὸν Κορίνθιόν φησιν εἶναι τὸν σοφόν· Πλάτων δ' οὔ φησι] Caſaubonus hæc verba οὔ φησι, non, uti Ambroſius atque Aldobrandinus, *negat*, verùm *non ait* interpretatur: non enim, inquit, hoc Plato negat, ſed Periandrum duntaxat in numero Sapientum prætermittit. Laërt. ſuprà in Thalete: Πλάτων δ' ἐν Πρωταγόρᾳ Μύσωνα ἀντὶ Περιάνδρου. & infrà, in Myſone: μέμνηται γὰρ αὐτοῦ καὶ οὗτος (Πλάτων) ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ, ἀντὶ Περιάνδρου θεὶς αὐτόν. Clemens quoque Στρωμ. l. 1. Πλάτων δὲ, ἀντὶ Περιάνδρου, ὡς ἀναξίου σοφίας, διὰ τὸ τετυραννηκέναι, ἐγκατατάττει Μύσωνα τὸν Χηνέα. Adde & Suidam in Περίανδρος· φασὶ δέ τινες αὐτὸν καὶ τῶν ἑπτὰ Σοφῶν γεγονέναι. τὸ δὲ, οὐκ ἦν. Vide nos ſuprà ad Thaletem Segm. 41.

Τούτου ἐστὶ, Μελέτη τὸ πᾶν] Clemens Στρωματ. lib. 1. τὸ, Μελέτη πάντα καθαίρει, Περιάνδρου τυγχάνειν βούλονται. Auſonius:

Ephyra creatus hoc Periander prodeo;
Μελέτη τὸ πᾶν qui dixi; & qui dictum probo,
Meditationem id eſſe totum quod geras, &c.

Apud Stobæum Serm. III. ſcriptum eſt, μελέτα τὸ πᾶν: ubi μελέτα imperativum eſſe verbi μελετᾶν, non verò nomen Doricæ dialecti, exiſtimare quis poſſet. nam & Apollinaris Sidonius,

Tu meditans totum, decoras, Periandre, Corinthon.

Ἤθελε δὲ καὶ τὸν Ἰσθμὸν διορύξαι] Idem in animo habuerunt, Darius, Demetrius, Julius Cæſar, Cajus Caligula, Domitius Nero, alii. Vide Diodorum Siculum lib. 1. cap. 3. Pauſaniam in Corinthiacis, Strabonem lib. 1. Suetonium in Julio Cæſare 44. in Caligula 21. in Nerone 19. Dionem lib. 63. Plinium lib. & cap. 17. Philoſtratum l. 4. de Vita Apollonii cap. 8. & in Vita Herodis Sophiſtæ, Lucianum de Foſſione Iſthmi, Paulum Æmilium in Carolo Magno lib. II. ſub finem, & Albertum Magnum lib. II. de proprietatibus elementorum tract. II. cap. 3. Vide & Joſephum Scalig. Tract. de Marium conjunct. Ceterùm ad Periandrum ut redeam, triremes in utroque mari habuiſſe teſtis eſt Suidas: ἐστρατεύετο συνεχῶς· καὶ ἦν πολεμικὸς· τριήρεις τε ναυπηγησάμενος ἐχρῆτο ἀμφοτέραις ταῖς θαλάτταις.

Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολή] Meliùs legeretur φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἐπιστολαί: duas enim refert Laërtius Epiſtolas Periandri.

Ἀπόλλωνι] Editio prior, Ἀπόλλω: quam lectionem potiorem ducit Caſaubonus: qui & poſtea ἀξοῦντι, non ἥξοντι legit. Eum vide. Pro ἀποδέχομαι, malim ἀποδέξασθαι.

Ἁλίᾳ] id eſt, ἐκκλησίᾳ, *congregatio*, *ſynodus*. Heſychius: ἁλιαίαν, ἐκκλησίαν. Ταραντῖνοι. an legendum ἀλίαν? Idem: ἁλιακτήρ· τόπος ἐν ᾧ ἀθροίζονται.

οἱ Σικελοί.] Ita interpungendus hic locus. οἱ Σικελοὶ, id est, more Siculorum; dialecto Siculâ. Similiter, Ταραντῖνοι, est Tarentinorum dialecto.

Παρὰ τὸν Αὐδὸν ἐς Σάρδις] *Non potest is esse Cræsus, sed Alyattes: qui fortassis in pueri Cræsi gratiam florentes tum in sapientia viros acciverit. Erat enim, cùm Periander obiit, natus annos* IX. *circiter Cræsus: qui eodem anno, quo Solon Athenienſium Remp. ordinabat, in lucem est editus: nimirum tertio Olympiadis* XLVI. *Atqui Plutarchus paulò post legum lationem peregrè Solonem abiisse memorat; quam peregrinationem decennalem fuisse refert Herodotus. Præclarè igitur secum Historia consentiet, si hoc ipso intervallo Solonem dixerimus cum reliquis Sapientibus Sardes ad Alyattem venisse: ac rursus adulto jam Cræso, & cum patre regnum administrante eodem aspirasse, quando & memorabile cum eo colloquium illud habere potuit:* verba sunt Petavii, in Paralipomenis librorum de Doctrina Temporum pag. 858.

100 Ἀμῦ μὲν ἀκούσιον τῆς δάμαρτος τὸ ἄγος] Per iram namque uxorem interfecerat, ut suprà dixit Laërtius.

Παῦσον τὸν ἀπήνειν τῷ παιδὸς] Si vir uxorem, aut uxor virum necaverit, purgetur, & triennium integrum exulet; cumque redierit, nec sacris cum liberis suis communicet, nec unâ mensâ utatur. Quod si non servet genitor aut filius, impietatis reus à volente quolibet accusetur, inquit Plato de Legibus lib. IX.

Τὴν τε θυγατρὶ κατακαύσας αὖται κατὰ πᾶσαν Κορινθίων εἵματα] Lege, τεῷ θυγατρὶ, κατακαύσαις αὐτᾷ καὶ τὰ πασῶν Κορινθιῶν εἵματα: & Casaubonum, atque Aldobrandinum adi.

Ἀποκριναμένη] ὑπεκρινάμενη, Stephanicæ Editiones: quod malebat Casaubonus.

Ἀγαγὼν δὲ αὐτὸν ἐς λήϊον τοὺς ὑπερφυέας τῶν ἀσταχύων, &c.] Hanc historiam refert Herodotus in Terpsichore, nec non Aristoteles Politicorum III. 2. & V. 10. Verùm Herodotus Thrasybulum Periandro dedisse hoc consilium, ait: quod Laërtius noster & Diodorus Siculus scripserunt: Aristoteles verò, Periandrum Thrasybulo id dedisse, scripsit. Ad hoc, sive Periandri sive Thrasybuli consilium, respexit Themistius Orat. V. his verbis: γελοῖος γὰρ διδάσκαλος ἦν τῆς τυραννικῆς ἀσφαλείας, ὁ τοὺς ἀστάχυας ἀποτέμνων τοὺς ὑπερέχοντας τοῦ λήϊου. οὐ γὰρ τοσούτους γε ἂν ἀποτέμοι, ὥστε μή τινας ἀπολείπεσθαι ὑψηλοτέρους τῶν ἀτιμήτων ἀεὶ μενόντων, &c. *Quàm verò ridiculus ille Tyrannorum securitatis magister, qui eminentes segetum spicas virgâ demetebat: neque enim tot unquam demetere potest, quin aliquæ remaneant ceteris altiores.* Quod Periandri Corinthiorum Tyranni consilium Tarquinium imitatum fuisse; quia ἄνωθεν Corinthius erat, atque illud ipsum à majoribus audire potuerat; conjiciebat ad Themistium Petavius: Livius enim lib. I. Decadis I. idem consilium à Tarquinio Superbo datum refert Sexto Tarquinio filio contra Gabinos, & Dionysius Halicarnasseus Antiq. Roman. lib. III. Sed & illud damnabat quoque Apollonius Tyaneus, cum jussus est à Vespasiano, ut se, quomodo regnum gubernandum esset, doceret. Auctor Philostratus in vita ejus libro V. cap. 13. μὴ τέμνε τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψηλοὺς τε καὶ ὑπερμείροντας. ἄδικος γὰρ ὁ τοῦ Ἀριστοτέλους λόγος. ἀλλὰ τὸ δύσνουν ἐξαίρει μᾶλλον, ὥσπερ τὰς ἀκάνθας τῶν ληΐων. καὶ φοβερὸς δόκει τοῖς νεότερα πράττουσι, μὴ ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τιμωρήσεσθαι. *Eminentiores spicas, quæcumque supra ceteras se attollunt, ne amputato. Injusta enim est in hoc Aristotelis ratio. Sed difficiles homines, molestosque, potiùs tamquam spinas, è segetibus auser: & res novas molientibus terribilem te ostende: minitando tamen magis quàm puniendo.*

ANACHARSIS.

Οἱ Σκύθης] Atque ex Galactophagis, teste Nicolao Damasceno apud Stobæum. 101

Γνούρου μὲν ἦν υἱὸς] Γνύρου scriptum est apud Suidam in Ἀνάχαρσις: Δαυσίτου, apud Lucianum in Scytha. Sed Γνούρου etiam apud Herodotum.

Καδουίδου] Suidas Καδουΐα in Ἀνάχαρσις. Scripsisse Laërtium Καδουΐδα; atque eâdem formâ dictum Καδουΐδας ac Σουΐδας; Casaubonus existimabat. Fallunter enim, inquit, Viri doctissimi & magni in literis nominis, qui *Sudam* Suidam appellant; Jacobum Cujacium innuens, qui Suidam ita vocare amat. Profert & Eustathii locum, ex quo *Suidas* verum esse nomen docet; cui adde & hunc doctissimi Scholiastæ Apollonii pag. 26. Σουΐδας γὰρ καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι, &c. Sed & idem Suidas Καδουΐαν alibi appellat, scilicet in Καδουΐας. Καδουΐας, inquit, βασιλεὺς Σκυθῶν. Tamen Memmianus Suidæ Codex, Σούδας scriptum exhibet.

Διὸ καὶ δίγλωττος ἦν] Linguam Græcam non calluisse cùm Athenas venit, scribit Lucianus in Scytha. De ejus in Græca lingua imperitia, vide Epistolam Anacharsidis ad Athenienses, inter Epistolas suppositicias Græcanicas Ex Barbaris nullum, præter unum Anacharsim Scytham, philosophatum fuisse scribit Lactantius lib. 3. cap. 25. *Qui Philosophiam ne somniasset quidem, nisi & linguam & Græcas literas antè didicisset.* Ceterùm, hunc Laërtii locum respexit Suidas in δίγλωσσος. δίγλωσσος, inquit, ὁ δύο γλώσσας ἐπιστάμενος. Ἀνάχαρσις Σκύθης ἦν, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος· διὸ καὶ δίγλωττος ἦν· ὃς ἔθηκε νόμους Σκύθαις.

Οὗτος ἐποίησε τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις νομίμων, καὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς εὐτελείαν βίου, καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, ἐπὶ ὀκτακόσια.] Suidas: ἔγραφε νόμιμα Σκυθῶν. Περὶ εὐτελείας τῶν εἰς τὸν αἰθρώπινον βίον, ἐπὶ πάντα ὀκτακόσια. Quare Paulus Pellisso, τὰ παρὰ τοῖς Σκύθαις νόμιμα, τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς εὐτελείαν βίου, & τὰ κατὰ τὸν πόλεμον, Anacharsis tres diversos tractatus fuisse, existimabat.

Εἰς εὐτέλειαν βίου] ἐμοὶ περίβλημα, χλαῖνα διῦπνος, γάλα, τυρός, ajebat ipse Anacharsis, apud Clementem Στρωματέων lib. I. Et in Epistola ad Hannonem apud Ciceronem Tuscul. Quæst. lib. V. *Mihi amictus est, Scythicum tegmen: calciamentum, solorum callum: cubile, terra: palmentum, fames: lacte, caseo, carne vescor. Quare ut ad quietum me licet venias. munera autem ista, quibus deliciaris, vel civibus tuis, vel Diis immortalibus dona.* & in epistola suppositicia ad eumdem Hannonem: ἐμοὶ μὲν περίβλημα,

χλαῖνα σκυθικὴ· ὑπόδημα, δέρμα ποδῶν· κοίτη δὲ, πᾶσα γῆ. δεῖπνον καὶ ἄριστον, γάλα καὶ τυρὸς καὶ κρέας ὀπτόν. πιεῖν, ὕδωρ. Etiam vir temperans dicitur Plutarcho in Convivio.

Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις] Aliam hujus proverbii occaſionem; immo alium ſenſum, refert Suidas. Scribit enim uſurpatum fuiſſe de iis qui apertè alicui malè precantur, quoniam Scythæ Darium poſtulantem ut ſibi parerent, plorare juſſerunt. Eadem legas in Proverbiorum Vaticana appendice. Athenæus verò libro XII. cap. 5. dictum fuiſſe ait: quia crudeles in ſubditos captivos & ſervos fuerunt Scythæ. Ad hoc proverbium reſpexit Themiſtius Orat. XV. his verbis: ἀκούσατε ὦ πάλιν ῥῆσιν ἑτέραν, οὐ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ Σταγείρων. Quod mirum eſt non vidiſſe virum perſpicaciſſimum Dionyſium Petavium. Eodem reſpexit & Auctor libri illius elegantiſſimi περὶ ἑρμηνείας, quem eſſe Dionyſium Halicarnaſſeum infrà ad Demetrium Phalereum oſtendemus: ταῦτα πάντα ἠθικῶς καὶ ἐμμελῶς, καὶ οὐχὶ δὴ τὸ λεγόμενον τοῦτο, ἀπὸ Σκυθῶν. Et Lucianus in Dialogo Chelidonii & Droſis: τὰ μὲν ἄλλα, ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις.

Ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας] Notat Ælianus Variæ Hiſtoriæ lib. V. cap. 7. Scythas in ſua tantum regione peregrinari ſolere; Anacharſin verò, tamquam virum ſapientem, etiam ulteriùs peregrinationes ſuas produxiſſe; veniſſe enim in Græciam: ubi apud Solonem in magna fuit admiratione.

Κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους] Auctor deſcriptionis Olympiadum, hâc ipſâ Olympiade: Ἀνάχαρσις Ἀθήνησιν ἐπιδημεῖ. De Eucrate Archonte, adeundus Meurſius de Archontibus Athenienſibus, lib. I. cap. 13.

Ἑρμιππος δὲ περὶ τὴν Σόλωνος οἰκίαν ἀφικόμενον, &c.] Nihil ſimile apud Lucianum, de primo Anacharſidis atque Solonis colloquio. Verùm ſimile quid apud Plutarchum in Solone. & apud Tzetzen Chiliad. IV. 19. Anacharſis ipſe in Epiſtola ſuppoſititia ad Solonem: σὺ δὲ διότι Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἐπί σὰς θύρας ἐβεβλήκει σοι ξένος γενέσθαι, ἀπηξίωσας, καὶ ἀπεκρίνω ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μὴ δεῖν ξενίαν συνάπτειν. contrario ſenſu.

102 Ξένους ποιοῦνται] ξένοι, Chriſtianus. Sed nihil mutandum.

Νῦν αὐτὸς ἐν τῇ πατρίδι εἶναι] αὐτὸν, Caſaubonus, quem vide.

Ὁ δὲ καταπλαγεὶς τὴν ἑτοιμότητα] Ælianus quoque Anacharſin in magna apud Solonem admiratione fuiſſe, ſcribit Var. Hiſtor. loco proximè laudato.

Εἰσέφριξεν] Membranæ Regiæ, nec non Editio prior, εἰσέφρικεν, nullo ſenſu. Editiones Stephanicæ εἰσέφρησεν, id eſt *admiſit*. optimè. εἰσφρῆν, eſt *intus admittere*; quaſi εἰσφέρειν. Voce δέξασθαι uſus eſt Plutarchus hiſtoriam eamdem referens in Vita Solonis: οὕτω δὴ θαυμάσαντα τὴν ὀγχίνοιαν τοῦ ἀνδρὸς τὸν Σόλωνα, δέξασθαι φιλοφρόνως, &c. Cyrillus contra Julianum lib. IV. tantâ apud Græcos in admiratione Sapientiæ Anacharſin fuiſſe ait, ut illum nonnulli Septem Sapientum numero adſcribendum putaverint. Et illum inter VII. numeratum teſtatur Clemens Strom. I. Maximum Tyrium vide Diſſert. XV.

Τοξευθεὶς ἐν κυνηγεσίῳ πρὸς τ' ἀδελφοῦ] Suidas: τετελεύτηκε ἑλληνικὰς τελετὰς ἐπιτελῶν ἐν Σκύθαις, ἐπιβουλεύσαντος αὐτῷ τοῦ ἀδελφοῦ. Vide omnino Caſaubonum.

Ἐκ τῆς Ἑλλάδος] An potiùs, ἐν τῇ Ἑλλάδι?

Διὰ δὲ τὸν φθόνον ἐν τῇ οἰκίᾳ] Julianus apud Cyrillum, lib. IV. Scythas Anacharſin, ut inſanientem, excepiſſe ait.

Ἔνιοι δὲ τελετὰς Ἑλληνικὰς διατελεῦντα διαχρησθῆναι] Quod etiam teſtatur Suidas loco proximè laudato. Alii, teſte eodem Suida, in extrema ſenectute mortuum dicunt, & ad centum uſque annos vitam produxiſſe. Vide hîc Caſaubonum.

Διατελοῦντα] Meliùs ἐπιτελοῦντα. & ita Suidas, Stephani editio, & Membranæ.

Διαχρησθῆναι] Id eſt, *interfectum fuiſſe*.

Ἑλλανικοῖς] Secunda in Ἑλλανικοῖς producitur: qua- 103
re, ut metro conſulatur; legendum omnino Ἑλλαδικοῖς, quemadmodum in Editione Stephani legitur, nec non in Codice Regio.

Ἄμπελον εἶπε τρεῖς φέρειν βότρυς] Paulò aliter Stobæus Serm. XVI. Ἀνάχαρσιν ἔφη, κιρνωμένου κρατῆρος Ἐφεστίου, τὸν μὲν πρῶτον ὑγιείας πίνεσθαι· τὸν δὲ δεύτερον, ἡδονῆς· τὸν δὲ τρίτον, ὕβρεως· τὸν δὲ τελευταῖον, μανίας. Idem legas, & totidem verbis, in locis communibus Sententiarum collectis per Antonium & Maximum Monachos, Sermone LXVIII. de Ebrietate. Ibidem legere eſt & hæc verba, quæ Pythagoræ, non Anacharſidi, tribuuntur: βότρυας τρεῖς ἡ ἄμπελος φέρει. τὸν μὲν πρῶτον, ἡδονῆς· τὸν δὲ δεύτερον μέθης, τὸν δὲ τρίτον, ὕβρεως.

Κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται] Hieronymus ad Pammachium; ubi de obitu Paulini: *Felices*, *inquit Fabius*, *artes eſſent*, *ſi de illis ſoli artifices judicarent*. Sidonius Epiſt. 10. lib. V. *Pauci ſtudia nunc honorant*; *ſimul & naturali vitio fixum eſt radicatumque pectoribus humanis*, *ut qui non intelligunt artes*, *non mirentur artifices*. Sed & Tertullianus in Apologetico adverſus Gentes: *amant ignorare*, *cùm alii gaudeant cognoviſſe*. *Quantò magis hos Anacharſis denotaſſet imprudentes de prudentibus judicantes*, *quàm immuſicos de muſicis*? Unde ſuſpicari licet vocem τεχνῖται in hoc Laërtii loco de Muſicis accipiendam. Ita Nero, moriens, *qualis artifex pereo*, pronunciavit: quod Dio vertit, ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παρακπόλλυμαι. Qui ſint Græcis Διονύσου τεχνῖται vel pueris notum. tamen Plutarchus in Solone: ἔφη δὲ καὶ ἐκεῖνο θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δὲ οἱ ἀμαθεῖς. *Jam hoc quoque dixit ſe mirari Anacharſis*, *cùm concioni interfuiſſet*, *quòd dicerent apud Græcos ſapientes*, *ſtulti judicarent*. *Immuſici*, ſunt οἱ ἀμαθεῖς.

Εἰ πρὸ ὀφθαλμῶν, εἶπεν, ἔχοι τὰς μεθυόντων ἀσχημοσύνας] Stobæus Serm. XVI. Ἀνάχαρσις, ἐρωτηθείς, πῶς ἂν εἰνόφλυξ τοῦ μεθύειν παύσαιτο, εἰ συνεχῶς, ἔφη, θεωροῖ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα. *Anacharſis*, *quo quis modo temulentiam fugeret*, *interrogatus*, *ſi qualia ebrii faciunt*, *inſpiciat*, *dixit*. Auctor eſt Plutarchus in Lycurgo, morem Lacedæmoniis hunc fuiſſe, ut Servi inebriarentur, uti ſcilicet ebrietatis turpitudine

ab ea Juvenes ingenui deterrerentur. Meminit hujus moris & libro περὶ ἀοργησίας. Ad Anacharſim ut redeam, quandoque inebriebatur. Narrat Athenæus lib. x. cùm apud Periandrum, de bibendo conſtituto præmio, primus inebriatus eſſet, pretium petiiſſe, ut qui victoriæ finem aſſecutus eſſet. Et cùm quidam, ejus uxorem intuitus in convivio, ei dixiſſet, minime pulchram duxiſſe uxorem, dixiſſe ad puerum à calice, miſce mihi meracius, & eam pulcram faciam.

Τέτταρας δακτύλους εἶναι τὸ πάχος τῆς νεώς] Juvenalis Sat. XII.

I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno; digitis à morte remotus
Quatuor, ac ſeptem, ſi ſit latiſſima tabula.

Mimographus: *A morte ſemper homines tantundem abſumus.* ad quem locum, videndus Joſephus Scaliger.

104 Τὸ ἔλαιον, μανίας φάρμακον ἔλεγε, διὰ τὸ ἀλειφομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπιμαίνεσθαι ἀλλήλοις.] Plenius apud Dionem Chryſoſtomum Orat. XXXII. σκοπεῖτε δὲ, μὴ περὶ ὑμῶν ἀληθέστερον οὗτοι λέγουσιν, ἢ περὶ τῶν Ἑλλήνων Ἀνάχαρσιν τὸν Σκύθην φασὶν εἰπεῖν. ἐδόκει μὲν γὰρ εἶναι τῶν Σοφῶν. ἦκε δὲ εἰς τὴν Ἑλλάδα θεασόμενος, οἶμαι, τάτε ἄλλα καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἔλεγεν οὖν, ὡς ἔστιν ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν Ἑλλήνων ἀποδεδειγμένον χωρίον, ἐν ᾧ μαίνονται καθ' ἡμέραν· (τὸ γυμνάσιον λέγων)· ἐπειδὴ γὰρ ἐλθόντες ἀποδύσονται, χρίονται φαρμάκῳ. τοῦτο δὲ ἔφη, κινεῖν αὐτοῖς τὴν μανίαν. Εὐθὺς γὰρ, οἱ μὲν τρέχουσιν, οἱ δὲ καταβάλλουσιν ἀλλήλους. οἱ δὲ τῷ χεῖρε ἀντείνοντες, μάχονται πρὸς οὐδένα ἄνθρωπον. οἱ δὲ παίονται. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, ἀποξυσάμενοι τὸ φάρμακον, αὐτίκα σωφρονοῦσι, καὶ φιλικῶς αὐτοῖς ἤδη ἔχοντες, βαδίζουσι κάτω ὁρῶντες, αἰσχυνόμενοι τοῖς πεπραγμένοις. *Conſiderate autem, ne de vobis verius hi dicant, quàm de Græcis Anacharſin Scytham dixiſſe ajunt: habebatur enim ſapiens. Venit autem in Græciam mores ſpectatum, hominesque. Dicebat igitur, quod in una quaque Græcorum civitate certus deſignatus eſſet locus, ubi interdiu inſanirent. (dicebat autem de gymnaſio). poſtquam enim huc venientes ſe exuerint, unguntur pharmaco. hoc autem dicebat illos inſtigare ad inſaniam. Statim enim hi quidem currunt, illi autem ſe mutuò dejiciunt; alii verò manus extendentes pugnant adverſus hominem neminem. alii verò cæduntur. His factis, abraſoque pharmaco ſtatim ad ſe redeunt, & amanter jam mutuo affecti incedunt cernui erubeſcentes ob ea quæ fecerunt.*

Καὶ θαυμάζειν φησὶ πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι· πλησθέντες δὲ, ἐν μεγάλοις] Videndus hîc Caſaubonus.

Ἐπιγράφεται δὲ αὐτοῦ ταῖς εἰκόσι, γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κράτει] Clemens στρωματέων lib. v. Ἀνάχαρσίν τε τὸν Σκύθην φησὶ (Φερεκύδης ὁ Σύριος) καὶ αὐτὸν κοιμώμενον κατέχειν, τῇ μὲν λαιᾷ τὰ αἰδοῖα, τῇ δεξιᾷ δὲ, τὸ στόμα· αἰνιττόμενον, δεῖν μὲν ἀμφοῖν, μεῖζον δὲ εἶναι γλώσσης κρατεῖν, ἢ ἡδονῆς. *Anacharſin quoque Scytham dicit dormientem, ſiniſtrâ quidem continuiſſe pudenda; os autem, dextrâ: ſignificantem, oportere quidem utrumque, ſed majus eſſe linguam cohibere, quàm voluptatem.* Cæterùm hîc pro κράτει Editio Stephanica & MS. habent κρατεῖν. utraque lectio recta eſt.

Ἀλλ' οὐδὲ ἄμπελοι] Meminit Ariſtoteles Analytic. poſter. I. & Plutarchus in Convivio Sapientum, nec non Euſtathius in Homerum; quorum verba non adduco, cùm ea adduxerit Caſaubonus. Apponam autem verba Maximi Tyrii, id ipſum referentis Diſſertatione VII. τὸν Ἀνάχαρσιν ἐκεῖνον ἤρετο Ἕλλην ἀνὴρ εἰ ἔστιν αὐλητικὴ ἐν Σκύθαις. ὁ δὲ, οὐδὲ ἄμπελοι, ἔφη. Narrat Athenæus lib. x. Anacharſin, cùm vitis poteſtatem Regi Scytharum expoſuiſſet, oſtendentem ejus ſarmenta, dixiſſe, jam ad Scythas hæc perveniſſent, niſi flagella Græci quotannis amputarent.

Ὅτι τὸν μὲν καπνὸν τὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπουσι] Aſſentior Caſaubono, exiſtimanti hoc dixiſſe Anacharſin, propter ligna cocta ne fumum faciant, ut loquitur Ulpianus, & quæ Græci ἄκαπνα ideo vocant.

Τοὺς οὖν πλέοντας πού τίθης] πλείονας, malebat Caſaubonus; quem adi. Mihi placet nihil mutari. Ad idem quæſitum aliter reſpondit Alexandro Gymnoſophiſta quidam: ſcilicet plures eſſe vivos; neque enim eos exſtare qui mortui ſunt. Refert id Plutarchus in Alexandro. De navigantibus, Biantis dictum dicto Anacharſidis non abſimile, habes apud Scriptorem Dialogi qui *Axiochus* inſcribitur. ἀλλὰ τὸν πλωτικὸν καταλεξώμεθα, περιοιούμενον διὰ τοσῶνδε κινδύνων· καὶ μήτε, ὡς ἀπεφήνατο Βίας, ἐν τοῖς τεθνηκόσιν ὄντα, μήτε ἐν τοῖς βιοῦσι. *At nautam dicemus, per tanta penetrantem pericula; quique, quemadmodum Bias ait, neque inter mortuos eſt, neque inter vivos.*

Ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀττικοῦ ὅτι Σκύθης ἐστὶν, &c.] Idem refert Galenus in Protreptico cap. 3. ὁρᾷς ὡς οὐδὲν κωλύει τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν καὶ θαυμάζεσθαι καὶ σοφὸν ὀνομάζεσθαι, καί τοι βάρβαρος ἦν τὸ γένος. οὗτός ποτε πρός τινος ὀνειδιζόμενος ὅτι Βάρβαρος εἶη καὶ Σκύθης· ἐμοὶ μὲν ἡ πατρὶς ὄνειδος, σὺ δὲ τῇ πατρίδι. *Quis neſcit Anacharſidi Scythæ, quamvis natione barbaro, nihil obſtitiſſe, quò minùs admirationi jam ſit, atque inter Sapientes numeretur? Hic alteri exprobanti quod Barbarus eſſet ac Scytha; mihi, inquit, patria dedecori eſt; tu verò, patriæ.* Themiſtoclem ferunt Seriphio cuidam ſimile quid in jurgio reſpondiſſe: cùm enim ille dixiſſet, non eum ſuâ, ſed patriæ gloriâ ſplendorem aſſequutum: nec hercle, inquit, ſi ego Seriphius eſſem, nobilis evaſiſſem; nec ſi tu Athenienſis eſſes, clarus unquam fuiſſes. Rem narrat Plato lib. I. de Republica. Meminit & Pittacus in Themiſtocle, & Origenes lib. I. contra Celſum. Fallitur ergo Serenus apud Stobæum Sermone 37. περὶ πατρίδος, qui hoc dictum ipſi tribuit Seriphio. Σερίφιος, inquit, ὀνειδιζόμενος ὑπὸ Ἀθηναίου τῆς μικροπολιτείας· Ἐμοὶ μὲν, ἔφη, ἡ πατρὶς ὄνειδος· σὺ δὲ, τῇ πατρίδι.

Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὄνειδος] Lege ἀλλ' ἐμοῦ: niſi poſtea pro τῆς πατρίδος legere malis τῇ πατρίδι, ut apud Galenum loco proximè allato legitur.

Τί ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθόν τε καὶ φαῦλον; ἔφη, γλῶσσα] Eſt Æſopi dictum. Bianti attribuitur à Plutarcho in Convivio. At Pittacum id ipſum dixiſſe ait idem Plutarchus libro de Garrulitate, & Proclus ad Heſiodi Ἔργων lib. II. 105

Γέρων γενόμενος ὕδωρ εἴσεις] Accipio de aqua intercute.

Εὗρε δ' εἰς τὸν βίον ἄγκυράν τε καὶ κεραμικὸν τροχὸν, ὥς τινες] Idem legas apud Suidam. Idem quoque teſtatur Ephorus, ſive Euphorus; (utroque enim modo hoc nomen apud Scriptores reperire eſt) qua de re à Strabone reprehenditur. Ecce tibi verba Strabonis lib. VII. Καὶ τὸν Ἀνάχαρσιν δὲ ἄνθρωπον σοφὸν καλῶν ὁ Ἔφορος, τούτου φησὶν εἶναι τοῦ γένους. (Sermo eſt de Scythis) νομισθῆναι δὲ καὶ ἑπτὰ Σοφῶν ἕνα, τελείᾳ σωφροσύνῃ καὶ συνέσει. Εὑρήματά τε αὐτοῦ λέγει, τάτε ζώπυρα, καὶ τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν, καὶ τὸν κεραμικὸν τροχόν. ταῦτα δὲ λέγω σαφῶς μὲν εἰδὼς, ὅτι καὶ οὗτος αὐτὸς οὔτε ἀληθέστατα λέγει περὶ πάντων, καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ Ἀναχάρσιδος· πῶς γὰρ ὁ τροχὸς εὕρημα αὐτοῦ, ὃν οἶδεν Ὅμηρος πρεσβύτερος ὤν; *Ephorus porro Anacharſidem, cui Sapientis nomen tribuit, ea de gente fuiſſe ſcribit, ac propter ſummam ejus temperantiam atque prudentiam unum de* VII. *Sapientibus habitum: & eſſe ejus inventa, fomites, ancipitem & anchoram, ac rotam figuli. Hæc ego commemoro, quamquam mihi conſtat eum non planè vera càm de aliis, tum de Anacharſide dixiſſe. Quomodo enim rota hujus ſit inventum, Homero, qui eum ætate anteceſſit, nota?*

Ὡς δ' ὅτε τις, &c.

Irridetur & ea de re idem Ephorus à doctiſſimo Apollonii Scholiaſte (Tarrhæum vocant) ad librum I. Ἀργοναυτικῶν pag. 62. quia ſcilicet anchorâ uſi fuerint Argonautæ, quos Anacharſide antiquiores eſſe conſtat. γελοῖος δὲ Ἔφορος, inquit, νομίζων πρῶτον Ἀνάχαρσιν τὴν διπλῆν ἄγκυραν εὑρηκέναι· πρεσβύτεροι γὰρ Ἀναχάρσιδος οἱ Ἀργοναῦται. Hæc ſcripſerat Ephorus in libris περὶ εὑρημάτων, quos eum ſcripſiſſe ex Strabone didicimus. Sed & Poſidonius in ea fuit opinione, ut crederet figuli rotam Anacharſidis eſſe inventum: quo nomine & à Seneca irridetur Epiſtolâ XC. *Anacharſis, inquit, invenit rotam figuli, cujus circuitu vaſa formantur. Dein quia apud Homerum invenitur figuli rota, mavult videri verſus falſos eſſe quàm fabulam.* Certè Talon quemdam, Dædali diſcipulum & ſororis filium, figuli rotam inveniſſe, necnon ſerram & tornum, teſtis eſt Diodorus lib. IV. Pauſanias quoque in Atticis auctor eſt anchoram à Mida fuiſſe inventam; quam ad ſua uſque tempora in Jovis delubro pependiſſe ait; unde & nomen urbi *Ancyra*. Midam autem Homeri æqualem fuiſſe, ex Joſephi Scaligeri ſententiâ, ſuprà ad Biantem oſtendimus. Plinius tamen lib. VII. cap. 56. figuli rotam Anacharſidis inventum fuiſſe, teſtatur; ſive ut alii volunt, Hyperbii Corinthii: quam Theophraſti fuiſſe ſententiam in libro ejus περὶ εὑρημάτων, ex Scholiaſte Pindari, docuit nos Caſaubonus ad Strabonem. Rotæ figulinæ ſunt qui Athenienſes inventores exiſtiment; decepti his Critiæ verſibus apud Athenæum lib. I. cap. 22.

Τὸν δὲ τροχὸν γαίης τε καμείνου τ' ἔκγονον εὗρε.
Κλεινότατον κέραμον χρῆσιμον οἰκονόμον,
Ἢ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

Sed in his ſine controverſia legendum τὸν δὲ τροχοῦ, ut rectè idem Caſaubonus ad Athenæum obſervabat; non verò τροχὸν: & accipiendus Critias, non de rota, ſed de operibus figlinis. Figlinas Coræbum Athenienſem inveniſſe, auctor eſt Plinius dicto loco.

Καὶ ἐπίστειλεν ὧδε] Fertur ejus & ad Hannonem Epiſtola, quam profert Cicero in Tuſculanis Quæſtionibus; & cujus Laërtium non meminiſſe, meritò vir doctus miratur.

Εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων] MS. τὴν γῆν τῶν Ἑλλήνων. Cum Aldobrandiniana editione conſentit Baſileenſis & Stephanica: quam lectionem potiorem duco.

Πρὸ μεγάλου] Rectè. πρὸς μεγάλου Editio Baſileenſis, minùs rectè.

M Y S O.

Τὸ γένος Χνιεὺς, ἀπὸ κώμης τινὸς Οἰταϊκῆς, ἢ τῆς Λακωνικῆς] Chenæum, Myſonem etiam vocant Plato in Protagora, Pauſanias in Phocicis, Diodorus Siculus in Excerptis, Maximus Tyrius Diſſertatione XV. Muſonius apud Stobæum Serm. 222. Suidas in Μύσων, & alii. Sed & Pauſanias dicto loco, quemadmodum hîc Laërtius, Χήνας vicum eſſe Oetaïcæ regionis obſervabat. Τὸν δὲ ἕβδομον Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος, (loquitur de VII. Sapientibus) ἀντὶ Περιάνδρου τοῦ Κυψέλου Μύσωνα καταλέγει τὸν Χνιέα· κῶμαι δὲ ἐν τῇ Οἴτῃ τῷ ὄρει ὠκοῦντο αἱ Χῆναι. Etiam Diodorus Siculus oppidum Malienſium fuiſſe dicit: erant autem Malienſes ad montem Oetam poſiti, ut rectè Valeſius ad Diodorum notat; qui quomodo Laconicæ tribui poſſit, non videre ſe ait; niſi fortè quia Lacedæmonii Oetaïcam regionem colonis occuparunt, ut docet Thucydides; ſed hoc multis poſt annis accidit. Quare olim exiſtimabam hæc verba ἢ Λακωνικῆς (ita meliùs ceteræ editiones; vacat enim iſtud τῆς) addita fuiſſe à Sciolo, qui infra eadem ipſa in Vita legerat Παρμενίδης μὲν οὖν δῆμον εἶναι Λακωνικῆς, ὅθεν εἶναι τὸν Μύσωνα. Sed poſtea cùm in Stephanum incidiſſem; qui & ipſe Χῆνων Laconicæ urbem eſſe ait; mutavi ſententiam. Ecce tibi verba Stephani: Χῆνα, πόλις Λακωνικῆς. ὁ πολίτης Χνιεύς. οὕτω γὰρ Μύσων, τῶν ἑπτὰ Σοφῶν κριθέντων εἷς, Χνιεὺς ἐχρημάτιζεν. ἀλλὰ καὶ Χνιεύς, ὡς Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ. Ineptè & falsò Ortelius in *Oetæus*: (de quo me monuit Grentemenilius) Οἰταῖος *Laconicæ vicus. Laërtius in Myſone. unde hunc oriundum ſcribit, à parte patris nempe; nam Chenæum fuiſſe addit à matris.* Aliud agebat Ortelius: nihil enim ſimile apud Laërtium. Porro vicus ille, unde Myſon fuit oriundus, αἱ Χῆναι dicitur Pauſaniæ & Maximo Tyrio; Χὴν in Pythiæ oraculo, cujus hîc meminit Laërtius; Χῆνα, Stephano; Χηνὰς Diodoro Siculo; ſed apud quem Χῆνα, aut Χήνα, quemadmodum apud Stephanum legitur, legendum exiſtimo; aut potiùs Χήναις, ut eſt apud Pauſaniam & Maximum Tyrium. Locum Diodori mox proferemus.

106

Λέγεται δὲ πρός τινος, Ἀναχάρσιδος πυνθανομένου, &c.] Quam de Anacharſide & Myſone hiſtoriam refert Maximus Tyrius, Diſſertatione XV. non gravabor hîc apponere, licèt diverſam ab ea quam hoc loco Diogenes noſter retulit: Ἦλθεν εἰς Ἕλληνας ἐκ τῆς Σκυθῶν γῆς τῶν ἐκεῖ βαρβάρων ἀνὴρ σοφὸς σοφίαν οὐ πολυρρήμονα, οὐδὲ λάλον, ἀλλ' ἣν αὐτῆς τὸ κεφάλαιον, βίος

ἀκριβὴς, καὶ γνώμη ὑγιὴς, καὶ λόγος βραχὺς, εὔστοχος, ἐοικὼς εὐ πελτασταῖ μισθοφόρῳ ἀπροφράκτως θέοντι, ἀλλ' ὁπλίτῃ βάδην ἰόντι, καὶ κινουμένῳ ἀσφαλῶς. ἐλθὼν δὲ Ἀθήναζε, ἐντυγχάνει αὐτόθι ὁπλίτῃ μὲν οὐδενὶ, πελτασταῖς δὲ πολλοῖς· καὶ τὸν μὲν τούτων δρόμον καὶ τὴν πτοιὰν τοῦ παντὸς ἐδέησεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐπαινέσαι περιῆσε δὲ τὴν Ἑλλάδα ἐν κύκλῳ, ποθῶν ἰδεῖν σοφίαν στάσιμον καὶ ἑδραίαν· καὶ εἰ μέν που καὶ ἄλλοθι ἐξεῦρεν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω. εὗρε δ' οὖν ἐν Χηναῖς, σμικρῷ καὶ ἀστενεῖ πολίσματι, ἄνδρα ἀγαθόν· ὄνομα ἦν αὐτῷ Μύσων. ἀγαθὸς δὲ ἦν ἄρα ὁ Μύσων οἶκον οἰκῆσαι καλῶς, καὶ γῆν τημελῆσαι δεξιῶς, καὶ γάμου προστῆσαι σωφρόνως, καὶ παῖδα ἐκθρέψωι γεννικῶς· καὶ ἐξήρκεσε τῷ Σκύθῃ ξένῳ μηκέτι σοφίαν ζητεῖν λαλιστέραν, παρόντων ἔργων· ἃ τότε ἀκριβῶς ἅπαντα διεσκέπτει· ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς εἶχε τῆς θέας, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Χηνεὺς Μύσων, διὰ ταῦτά τοι, ὦ Ἀνάχαρσι, καὶ σοφοὶ δοκοῦμεν, οὐκ οἶδα ὅπως, τοῖς ἀνθρώποις εἶναι· εἰ δὲ ἐγὼ σοφὸς, ταῦτα ἐπιτηδεύων, ποῖ ποτε οἰχήσεται φερόμενον τὸ μὴ σοφόν; ἠγάσθη μάλα τοῦ Ἕλληνος ξένου ὁ Ἀνάχαρσις τὴν ἀφθονίαν τῶν ἔργων καὶ τὴν φειδὼ τῶν λόγων. *Venit in Græciam olim è Scythia Barbarus quidam; cujusmodi terra illa habet; qui sapientiam profiteretur; verbosum minimè aut loquacem. Sed cujus non alius finis esset, quàm accurata vitæ ratio, mens sana, sermo brevis, sed acutus, planéque similis non Peltastis illis qui sine ordine in exercitu discurrunt, sed cataphracto militi, qui & lentè, & cum cura incedit. Athenas contrà cùm venisset, nullos Cataphractos invenit, Peltastasmultos: quorum discursus, tumultusque nullo modo probare Anacharsis poterat. Quare relictâ urbe, totam Græciam lustrare statuit, ut videret sicubi stabilem fixamque inveniret sapientiam. Quod an alibi potuerit nescio, in ignobili certè parvoque oppidulo,* Chenas *dicebant, virum bonum invenit, cui nomen erat* Myson. *Hic Myson nihil aliud noverat quàm familiam rectè administrare, terram peritè colere, cum uxore castè vivere, liberos literaliter educare. Sufficit hoc Scythæ, nec sapientiam verbolam sibi quærendam putavit, cùm invenisset opera, in quorum contemplatione aliquamdiu defixus hæsit. Cùmque jam satis perspexisset singula, dixit illi Myson: Hæc sunt, mi Anacharsi, quorum causâ, nescio sanè quàm verè, Sapientes nos vocant homines. Quod si his nomen Sapientis mereor, non video quid non sapiens dici debeat. Utrumque vehementer miratus est Anacharsis in Græco homine, & operum abundantiam & paucitatem verborum.*

Πολυπραγμοσύνην αὐτῶν] Vocis πολυπραγμοσύνης difficillimam esse in Latinam linguam mutationem, scribit Gellius lib. II. cap. 16.

Καὶ μάλα εἶπεν, ὥστε ἐπισκευάζειν] Virgilius Georgic. I.

Frigidus Agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur: durum procudit Arator
Vomeris obtusi dentem: cavat arbore lintres,
Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.
Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes,
Atque Amerina parant lenta retinacula vitis, &c.

Καὶ ζητοῦσι τί ἐστιν ὁ Ἠτεῖος; Παρμενίδης μὲν οὖν δῆμον εἶναι τῆς Λακωνικῆς, ὅθεν εἶναι τὸν Μύσωνα] Stephanus: Ἠτεία. δῆμος Λακωνικῆς ἢ τῆς Κρήτης· ὅθεν ἦν Μύσων, εἷς τῶν ἑπτὰ Σοφῶν χρηματίζων. Etiam Ἠτείαν urbem esse Cretæ infrà ait Laërtius, ut ad ejus verba Stephanum respexisse nullus dubitem. 107

Εὐθύφρων δ' ὁ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ] Heraclides Ponticus qui filium habuit Euthyphronem, filius fuit & ipse Euthyphronis, ut infrà in ejus Vita videbitur. Itaque corrigendus Suidas, qui eum Euphronis filium appellat.

Ἀναξίλαος] Accipit Vossius de Anaxilao illo, cujus meminit Dionysius initio Antiquitat. Romanarum, ubi eum dicit procœmium Historiæ à vituperatione aliorum orsum esse: idemque factum esse à Theopompo: quorum neutrum ait se imitari velle.

Καὶ Μύσων, ὃν Ἀπόλλων ἀνεῖπεν, &c.] Rectè Casaubonus,

--- Καὶ Μύσων, ὃν ὠ' πόλλων
Ἀνεῖπεν ἀνδρῶν σωφρονέστατον πάντων.

Ἀριστόξενος δὲ φησιν ἐν τοῖς σποράδην] Aristoxenum Musicum intelligit, Aristotelis discipulum, de quo Meursius in prolegomenis ad Aristoxenum, Vossius lib. I. de Historicis Græcis cap. 9. & Jonsius de Scriptoribus Historiæ Philos. lib. I. cap. 14.

Ἀπημάντου] Ignotissimus mihi Apemantus ille. 108

Φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὅτι ἔνθεν καὶ ἄδοξος ἦν, ὅτι μηδὲ πόλεως, ἀλλὰ κώμης, καὶ ταῦτα ἀφανοῦς] Huc facit locus Maximi Tyrii suprà allatus. Sed & Diodorus Siculus in Excerptis: Ὅτι Μύσων τις ἦν Μαλιεὺς, ὃς ᾤκει ἐν κώμῃ Χηναὶ καλουμένῃ, τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν ἀγρῷ διατρίβων, καὶ ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγνοούμενος. *Erat Myso quidam Maliensis, in pago cui* Chenæ *nomen est, degens; qui ut plurimùm in agro versabatur, obscurus, & hominibus fere ignotus.*

Μέμνηται γὰρ αὐτοῦ καὶ οὗτος ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ] Vide nos suprà pag. 67. & pag. 177.

Ἔφασκε δὴ, μὴ ἐκ τῶν λόγων τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους ζητεῖν, &c.] Similiter Theophrastus apud Stobæum Serm. XXXVII. dicebat verba rebus, non res verbis aptari oportere: ὀλίγων εἰ ἀγαθοὶ νόμων δέονται· οὐ γὰρ τὰ πράγματα πρὸς τοὺς νόμους, ἀλλ' οἱ νόμοι πρὸς τὰ πράγματα τίθενται. Etiam Hilarius, Pictaviensis Episcopus, lib. IV. de Trinitate: *Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subjectus:* quæ verba legere est & cap. VI. Extra Tit. de verborum significatione. Et Simplicius in Enchiridium Epicteti: Χρὴ τὰ ἔργα τὰ ὑπὸ τῶν λόγων παραδοθέντα ἐργάζεσθαι· τέλος γὰρ τῶν λόγων τὰ ἔργα, ἓν ἕνεκα καὶ οἱ λόγοι ἐρρήθησαν, &c. Democritus quoque λόγον ἔργου σκιὴν appellabat.

Κατέστρεψε δὲ βιοὺς ἔτη ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα,] MS. atque Editio Stephani, ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα: & fortasse melius, cùm Mysonis inter μακροβίους non meminerit Lucianus.

EPIMENIDES.

109 Πατρὸς μὲν ἦν Φαιστίου, &c.] Suidas paulò aliter: Ἐπιμενίδης Φαίστου, ἢ Δοσιάδου, (melius Δωσιάδου) ἢ Ἀγιασάρχου υἱὸς, καὶ μητρὸς Βλάστας. At Plutarchio in Solone Φαίστιος dicitur, à Phæſto, unde oriundum fuiſſe ſcribit Strabo lib. x. his verbis, ἐκ δὲ τῆς Φαίστου τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην φασὶν εἶναι. Phæſtos urbs eſt Cretæ. Tzetzes Chiliad. v. 18. Ἐπιμενίδης Φαίστιός τις, ἐκ Φαίστου τῆς Κρήτης. Euſtathius ad Dionyſium Alexandrinum de Situ orbis, etiam Epimenidem ex Phæſto urbe ortum dicit. Βώλου filium facit Apollonius Hiſtor. Commentitiæ cap. 1. Eſt autem Βῶλος, nomen proprium, ne quis in ea voce mendum ſubeſſe credat. Stephanus in Ἄψυνθος. Ἄψυνθος, πόλις Θρᾴκης· Ἀψυνθίς δὲ, ἡ χώρα τὸ ἐθνικὸν, Ἀψύνθιος, καὶ Ἀψυνθίας. ἔστι δὲ εἶδος φυτοῦ (melius, ἔστι καὶ εἶδος φυτοῦ) περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρίτειος. In Indice Scriptorum, quorum teſtimoniis uſus eſt Stephanus, perperam ſcriptum eſt Βύλος: & pejus, Γῶλος apud Scholiaſten Nicandri ad Theriaca, pag. 35. Γῶλος δὲ ὁ Δημοκρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν, Πέρσας φησὶν ἔχοντας θανάσιμον φυτὸν, εἰς Αἴγυπτον πέμψαι, &c. Meminit hujus Democritei Philoſophi & Suidas. Βῶλος, inquit, Δημοκρίτειος Φιλόσοφος. Γ ὁστορίαν καὶ τέχνην ἰατρικήν. ἔχει καὶ ἰάσεις φυσικὰς ἀπό τινων βοτανῶν τῆς φύσεως. Memorat idem Suidas & alium Bolum.

Δωσιάδου] Athenæus non ſemel Δωσιάδην ἐν Κρητικοῖς laudat, qui fortaſſe non alius à Doſiada illo Epimenidis Cretenſis patre. Meminit & Lucianus in Lexiphane Doſiadæ, ut Scriptoris τοῦ βωμοῦ: quod Carmen etiamnum exſtat, beneficio Claudii Salmaſii: nam Ara illa altera quæ Theocrito ſubjungi ſolet, nec Theocriti, nec Doſiadæ eſt. Sed ille, Rhodius fuiſſe dicitur Scholiaſtæ ad Ovum Simmiæ.

Ἀπὸ Κνωσσοῦ] Gnoſſius inde dicitur Plinio & Pauſaniæ.

Καθέσει τῆς κόμης τὸ εἶδος παραλλάττων] Vide utrum que Caſaubonum.

Κατακοιμηθὴν ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτη] Inde proverbium, ὑπὲρ Ἐπιμενίδην κοιμᾶσθαι, quod Lucianus in Timone uſurpavit. Conſentit cum Laërtio Plinius libro VII. capite 52. *Quam equidem (fabuloſitatem) & in Gnoſſio Epimenide ſimili modo accipio. Puerum æſtu & itinere feſſum in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiſſe annis; rerum faciem mutationemque mirantem, velut poſtero experrectum die; hinc pari numero dierum* (id eſt 57.) *ſenio ingruente, ut tamen in ſeptimum & quinquageſimum atque centeſimum vitæ duraret annum.* Sed quinquaginta tantùm annos dormîſſe ajunt Varro VII. de L. L. & Plutarchus libro, An Seni gerenda ſit Reſp. Pauſanias verò, in Atticis, quadraginta. Auctor Appendicis proverbiorum Græcorum ſeptem annos duntaxat ſomno transegiſſe ait. Verùm quin ſcripſerit μζ', vel νζ', pro ζ', ut rectè Schottus conjecit, nulla dubitatio eſt. Suidas tamen ſex annos tantùm dormiiſſe: ſed & ibi numerum corruptum eſſe non dubitamus, & pro ἑξ, legendum oportere ἑξήκοντα, ut rectè Wolfius emendabat. De Epimenide etiam Heſychius Mileſius: περὶ Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς λόγος, ὡς ἐξήρχετο ἡ ψυχὴ ὅτε ἠβούλετο, καὶ ὁπόσον ἤθελε καιρὸν, καὶ πάλιν ἐπανήρχετο. Et Suidas: εὖ λόγος, ὡς ἐξίοι ἡ ψυχὴ ὁπόσον ἤθελε καιρὸν, καὶ πάλιν εἰσῄει ἐν τῷ σώματι. Similiter de Ariſtea Proconneſio, fabulantur animam ejus corpore, quoties vellet, exîſſe, atque eandem poſtea ingreſſam. qua de re Herodotus lib. IV. Apollonius in Hiſtor. Mirabil. cap. 2. Plinius VII. 3. Maximus Tyrius Diſſert. XXII. & XXVIII. Origenes contra Celſum lib. I. Heſychius Mileſius, alii. Addit verò Laërtius, eſſe aliquos qui Epimenidem dormiviſſe negent, ſed radicibus evellendis occupatum, aliquamdiu erraviſſe, dicant. Similiter Endymion ſemper dormiiſſe fertur, inquit Olympiodorus in Commentariis in Phædonem Platonis: eo quòd in ſolitudine, Aſtronomiæ incumbendo, ageret: qui & præterea amarus à Luna fuiſſe prædicatur. Addit Olympiodorus, idem de Claudio Ptolemæo perhiberi: qui quidem in Canobi Pteris appellatis, Aſtronomiæ operam navans, quadraginta per annos habitaverit: ob quam cauſam, inventas à ſe Aſtronomicas demonſtrationes & concluſiones, in columnis, illic poſitis, deſcripſerit.

Θεοφιλέστατος εἶναι] Plutarchus in Solone, ubi de Cylonio tumultu: οὕτω δὲ μετάπεμπτος αὐτοῖς (Ἀθηναίοις) ἦλθεν ἐκ Κρήτης Ἐπιμενίδης ὁ Φαίστιος, ὃν ἕβδομον ἐν τοῖς Σοφοῖς καταριθμοῦσιν ἔνιοι, τῶν οὐ προσιεμένων τὸν Περίανδρον· ἐδόκει δέ τις εἶναι θεοφιλὴς καὶ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν. *Eam ob cauſam accitus ex Creta venit Epimenides Phæſtius, quem in numero Sapientum quidam, rejicientes Periandrum, recenſent ſeptimum. Habebatur is vir religioſus, in rebuſque ſacris ſapientiâ præcellens fanatica & myſticâ.*

Ἐκάθηρεν αὐτὰς τὴν πόλιν] Atque inde καθαρτὴς cognominatus, teſte Jamblicho libro de Vita Pythagoræ cap. 28. Ita enim ibi legendum, non, ut vulgò malè legitur, καθαρίς: quod vel ex ipſo Porphyrio in Vita Pythagoræ liquet, ubi & καθαρτὴς appellatur. Apuleius quoque Floridorum II. *Fertur & penes Anaximandrum* (de Pythagora ſermo eſt) *naturalia commentatus, nec non & Cretenſem Epimenidem, inclutum fatiloquum, & Piatorem diſciplinæ gratiâ ſectatus*; ſic enim ibi legendum exiſtimabat Lipſius Manud. ad Philoſ. Stoic. lib. II. cap. 6. pro eo quod vulgò legitur *Platonem*, contra Chronologiæ fidem. Sed fortaſſe ſcripſerat Apuleius, *Solonem*: quæ eſt Caſauboni, in Notis ad Pythagoræ Vitam, conjectura. 110

Βωμοὺς ἀνωνύμους] Ad hæc altaria Sanctum Paulum Act. XVII. 23. reſpexiſſe putabat Brodæus Miſcell. lib. II. cap. 2. itemque Beza ad dictum Actorum locum. Sed horum altarium multò diſertius meminerunt Pauſanias in Atticis, & Lucianus (vel quiſquis eſt) in Dialogo, cui titulus φιλόπατρις. Refert Strabo libro III. Celtiberos ἀνώνυμον quemdam Deum colere.

Τὸ Κυλώνειον ἄγος] Suidas: Κυλώνειον ἄγος· ἀπὸ Κύλωνος, ὃν καταφυγόντα ἐπὶ τὰς σεμνὰς θεὰς, ὑπε-

σπάσαντες αὐτὸν οἱ περὶ τὸν Περικλέα Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν. Heſychius: Κυλώνιον ἄγος· ἀπὸ ἱστορίας. τοῦτο δὲ λέγει σαφῶς Θουκυδίδης. Locus Thucydidis eſt lib. I. Meminit & Plutarchus in Solone, & Cicero lib. II. de Legibus.

Σημαίνοντες τὴν ἀπαλλαγήν] Ita & Codex Regius. σημαίνοντα Baſileenſis Editio, & Stephanicæ: quod malo: quodque interpretor, *expiationem imperaſſe.* σημαίνειν eſt προστάττειν, *imperare:* propriè tamen de Imperatore exercitus uſurpatur, qui indè σημάντωρ dicitur apud Homerum.

III Ἀθηναῖοι δὲ τάλαντον ἐψηφίσαντο δοῦναι αὐτῷ, &c.] Paulò aliter Plutarchus libro de Reip. gerendæ præceptis: ἂν δ' ἡ μὴ ῥᾴδιον δῆμου τινὰ χάριν ἀπώσασθαι καὶ φιλοφροσύνην πρὸς τοῦτο ῥυέντος, ὥσπερ οὐκ ἀργυρίτην οὐδὲ δωρίτην ἀγῶνα πολιτείας ἀγωνιζομένοις, ἀλλὰ ἱερὸν ὡς ἀληθῶς καὶ στεφανίτην, ἐπιγραφή τις ἀρκεῖ καὶ πινάκιον, καὶ ψήφισμα, καὶ θαλλὸς, ὡς Ἐπιμενίδης ἔλαβεν ἐξ ἀκροπόλεως, καθήρας τὴν πόλιν. *Quòd ſi Populi hùc propendentis gratiam ac ſtudium non facile ſit repudiare: quia in Reip. certaminibus non argentum aut munus præmii loco petitur, ſed ſacrum eſt revera & coronarium certamen inſcriptio aliqua ſufficiet, & decretum, & ſurculus, ſicut ex Arce accepit Epimenides, cùm Urbem luſtraſſet.* Et in Solone: Ἐπιμενίδης μὲν οὖν μάλιστα θαυμασθεὶς, καὶ χρήματα διδόντων πολλὰ καὶ τιμὰς μεγάλας τῶν Ἀθηναίων, οὐδὲν ἢ θαλλὸν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας αἰτησάμενος, καὶ λαβὼν ἀπῆλθεν. *Ac Epimenides quidem ſummis laudibus atque ingentibus honoratus donis à Populo Athenienſe, præter ſurculum ex ſacra olea, nullâ re petitâ aut acceptâ, diſceſſit.*

Φλέγων ἐν τῷ περὶ μακροβίων] Malè ceteræ Editiones, Φάσγων. Suidas: Φλέγων Τραλλιανὸς, ἀπελεύθερος τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος· οἱ δὲ Ἀδριανοῦ φασιν. ἱστορικός. ἔγραψε Ὀλυμπιάδας, &c. περὶ μακροβίων, καὶ θαυμασίων, &c. Supereſt fragmentum Libelli illius de Longævis. Hadriani libertus, non Auguſti, fuit Phlegon. Vide Voſſium de Hiſtoricis Græcis.

Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος] Hujus Vitam ſcripſit Laërtius noſter.

Καὶ Θεογονίαν ἔπη πεντακισχίλια] Legendum & hîc & lineâ ſequenti εἰς ἔπη; ut ſuprà in Cleobulo, utque infrà legitur in hac ipſa Epimenidis Vitâ. Scripſiſſe ait Suidas, πολλὰ ἐπικῶς μυστήρια, καὶ καθαρά δὲ, καὶ ἄλλα αἰνιγματώδη. An legendum, καὶ καθαρμούς, καὶ ἄλλα αἰνιγματώδη? Ἐποποιὸς dicitur eidem Suidæ.

II2 Ἱδρύσατο δὲ καὶ παρ' Ἀθηναίοις τὸ ἱερὸν τῶν σεμνῶν θεῶν] De hoc Eumenidum Templo (id enim ſignificant hæc verba τῶν σεμνῶν θεῶν, quæ videtur non cepiſſe Aldobrandinus, qui vertit *Auguſtarum Dearum Templum*) videndus Meurſius Tractatu de Areopago cap. 2. & Lect. Attic. lib. IV. cap. 1. Narrat Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 3. Epimenidem Pythagoræ diſcipulum, Furiis invocatis, inſidiatores ſuos ſuſtuliſſe, quod de Epimenide noſtro accipio, licèt Apuleio in Floridis Pythagoræ magiſter, non diſcipulus dicatur. Contumeliæ & Impudentiæ altaria poſuiſſe Epimenidem, ſcribit Clemens in Protreptico.

Λόβων ὁ Ἀργεῖος ἐν τῷ περὶ ποιητῶν] Meminit hujus Scriptoris ſuprà in Thalete. Alibi, quod ſciam, non memoratur.

Λέγεται δὲ καὶ πρῶτος οἰκίας καὶ ἀγροὺς καθῆραι, καὶ ἱερὰ ἱδρύσασθαι] Contumeliæ atque Impudentiæ Athenis erexiſſe altaria teſtatur Clemens Alexandrinus, in Admonitione ad Gentes. De his altaribus, adeundus Meurſius in Areopago.

Φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Σόλωνα τὸν νομοθέτην, περιέχουσα πολιτείαν, ἣν διέταξε Κρησὶ Μίνως] Plutarchus in Solone: καὶ τῷ Σόλωνι χρησάμενος φίλῳ πολλὰ προυπειργάσατο, καὶ προωδοποίησεν αὐτῷ τῆς νομοθεσίας, &c. *Solone quoque uſus eſt familiariter: multa ei clam præſtruxit, & viam præmunivit ad leges conſcribendas.*

Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν καὶ συγγραφέων] Scripſerat Demetrius ille Magnes, & περὶ ὁμωνύμων πόλεων· *de urbibus quarum eſt idem nomen:* teſte Harpocratione in Μεθώνη.

Ἀλγέοντι παῖδα] Rectè Caſaubonus πέδα emendabat: quam lectionem & Scaliger & Heraldus in ora Codicum ſuorum etiam adnotaverant. Vox παῖδας, quæ mox ſequitur, fraudi fuit Librario. πέδα, eſt 113
μετὰ Doricâ dialecto. Vide Caſaubonum hîc, & in Obſervatione quadam, quæ in Editione H. Stephani ad calcem Pindari edita eſt. Nihil hîc vidit Aldobrandinus.

Παῖδας τήνῳ] Lege τήνω. genitivus eſt Doricâ conſuetudine.

Ἐλευθεριάξαντας] Meliùs aliæ Editiones, ἐλευθεριάσαντας.

Τουτᾷ] Pro ἐνταῦθα.

Αἰ δέ πη πλατείᾳ ἐγκύρσωντί τοι τήνω τοὶ φίλοι] Caſaubonus, qui πλατείης legit, de continente, id eſt *de terra* accipit: quam πλατείαν dictam putat eodem modo quo ἤπειρος dicta eſt. Tellus certè lata eſt. Laërtius infra in Anaxagora: οὕτω γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς πλατείας οὔσης τὴν θάλασσαν ὑποστῆναι. Sed cùm hæc Epimenidis Epiſtola Doricè conſcripta ſit, πλατείας, non πλατείης, Auctor ſcripſiſſet. An potiùs legendum, αἰ δέ πη πλανηθῇς, καὶ ἐγκύρσωντί τοι τήνω φίλοι. Id eſt, *Si verò alicubi vagus fueris, & occurrent tibi ejus amici.* vel αἰ δέ πη πλανηθείης, ἐγκύρσοντι τήνω τοὶ φίλοι. *Si quò vageris, occurrent tibi alicubi ejus amici.* Suprà dixerat, τὸ δὲ μὴ ἁλᾶσθαι. ἐγκύρσωντι eſt ἐγκύρσωσι.

Μηδεμιᾷ κενοῦσθαι ἀποκρίσει] Ἀποκρίνειν, eſt *excrementa ejicere;* quod, quia conatu quodam naturæ 114
fit, ἐποφευδενίζεσθαι eleganti metaphorâ vocavit Michaël Epheſius, in librum Ariſtotelis de longitudine & brevitate Vitæ.

Τιμαῖος ἐν τῇ δευτέρᾳ] Timæi plures fuere, de quibus adeundus Jonſius Tractatu de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ. Accipio de Timæo Siculo Tauromenite, qui inter alia, Hiſtorias ſcripſerat, & de quo videſis Voſſium libro de Hiſtoricis Græcis.

Λέγουσι δέ τινες ὅτι Κρῆτες αὐτῷ θύουσιν ὡς θεῷ] Nymphæ filius credebatur eſſe; ut eſt apud Plutarchum, cujus verba mox proferemus.

Φασὶ γὰρ καὶ γνωστικώτατον γεγονέναι] Id eſt, *divinandi*

divinandi peritiſſimum. Cicero lib. I. de Divinatione: *Carent autem arte ii, qui non ratione aut conjectura obſervatis ac notatis ſignis, ſed concitatione quadam animi, aut ſoluto liberoque motu futura præſentiunt. quod & ſomniantibus ſæpe contigit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, ut Bacis Bœotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythræa.* ἀνὴρ θεῖος dicitur Platoni lib. I. de Legibus. *Prophetam* vocat Paulus ad Titum cap. I. 12.

Γ'δόντα τὴν Μουνυχίαν παρ' Ἀθηναίοις, &c.] Plutarchus in Solone, ubi de Epimenide: λέγεται δὲ, τὴν Μουνυχίαν ἰδὼν καὶ καταμαθὼν πολὺν χρόνον, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς τυφλός ἐστι τοῦ μέλλοντος ἄνθρωπος· ἐκφαγεῖν γὰρ Ἀθηναίους τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προῐδέισαν ὅσα τὴν πόλιν ὠνιάσει τὸ χωρίον. *Fertur hic, cùm Munychiam vidiſſet, diuque conſideraſſet, dixiſſe ad coronam: Quàm cæcutit ad futura homo! Suis ipſorum dentibus pereſuri hunc locum Athenienſes ſint, ſi prævideant quantum is fatigaturus ſit civitatem.* Tzetzes Chiliad. v. 19.

Ἐπιμενίδης Φαίστιός τις, ἐκ Φαίστου τῆς Κρήτης
Ὃς εἰς Ἀθήνας ἐπελθὼν, εἶδε τὴν Μουνυχίαν,
Πλησίον τοῦ λιμένος δὲ χωρίον ἐστὶν αὐτῆς,
Καταγνόησας ἐξ αὐτοῦ βλάβην τοῖς Ἀθηναίοις,
Προφητικῶς προείρηκε, ταῦτ' ἔπος λέγων·
Εἰ Ἀθηναῖοι ᾔδεισαν, ὅσα ἡ Μουνυχία
Εἰς βλάβην συντελέσειε τῆς Ἀθηναίων χώρας,
Ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἂν αὐτὴν κατέφαγον ὡς ἄρτον.

Munychia, portus fuit Atticæ; & Templum Dianæ, quæ inde *Munychia* dicebatur.

Ταῦτα ἔλεγε τοσούτοις πρότερον χρόνοις] Etiam Plato libro de Legibus primo, Athenienſibus, Perſicam claſſem formidantibus, prædixiſſe teſtatur, Perſas decennio nequaquam venturos: ſed & poſtquam venerint infectâ re diſceſſuros, pluraque perpeſſuros mala quàm fecerint: ut meritò miretur Caſaubonus negaſſe Ariſtotelem περὶ τῶν ἐσομένων ſolitum vaticinari Epimenidem; ſed tantùm περὶ τῶν γεγονότων μὲν, ἀδήλων δὲ. Locus Ariſtot. eſt Rhetor. III. 17.

Λέγεται δὲ ὡς καὶ πρωτος αὐτὸν Αἰακὸν λέγοι] Et meritò quoque Caſaubono hic locus mendi ſuſpectus videtur.

115 Θεόπομπος δ' ἐν τοῖς Θαυμασίοις] Is eſt Theopompus Chius, de quo ſuprà. Laudat ejus Θαυμάσια & Laërtius infrà in Pherecyde. Meminit & Apollonius, Hiſtoriæ Commentitiæ cap. 10. & Servius ad Eclogam VI. Virgilii.

Μυρωνιανὸς δὲ ἐν ὁμοίοις] Myronianus Amaſtrianus ſcripſerat ἱστορικῶν ὁμοίων κεφάλαια, quorum primus liber citatur Laërtio noſtro in Xenocrate & in Theophraſto. Hic Ὅμοια, quemadmodum & in Vita Platonis, ſimpliciter dicuntur: in Epicuro, ἱστορικὰ κεφάλαια, appellatione ὁμοίων omiſſâ. In his earumdem rerum à diverſis Hiſtoricis deſcriptarum titulos, quos in librorum indicibus obſervaverat, collegiſſe exiſtimabat Jonſius veriſimili conjecturâ. Quâ ætate vixerit, incertum eſt.

Ὅτι Κούρητα αὐτὸν ἐκάλουν Κρῆτες] Plutarchus in Solone: καὶ παῖδα Νύμφης ὄνομα Βάλτης, καὶ Κούρητα νέον αὐτὸν οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον. *Nymphæ filium*, Baltæ *nomine, ac novum Cureta eum illius ætatis homines dicebant.*

Καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ φυλάττουσι Λακεδαιμόνιοι] Pauſanias in Laconicis: ἔστι δὲ καὶ Ἑρμῆς Ἀγοραῖος, Διόνυσον φέρων παῖδα· καὶ τὰ ἀρχεῖα, καλούμενα Ἐφορεῖα, ἐν δὲ αὐτοῖς, Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς μνῆμα. Cadaveris pellem literatam, notiſque compunctam, diu poſt mortem ejus repertam fuiſſe, ſcribit Suidas. idem teſtatur Heſychius Mileſius. Hinc proverbiorum, Ἐπιμενίδειον δέρμα, de rebus reconditis. Vide Paræmiographos.

Ὡς φησι Σωσίβιος ὁ Λάκων] Fuit Grammaticus Soſibius ille Lacon: & Ptolemæi Philadelphi temporibus claruit. De eo videndi, Voſſius libro de Hiſtoricis Græcis, & Jonſius libro de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ.

Γεγόνασι δὲ καὶ Ἐπιμενίδαι ἄλλοι δύο] His adde Epimenidem, Heroem Atticum, qui primus boves aratro junxit: quod nos docuit doctiſſimus Grammaticus Heſychius. Βουζύγης, inquit, Ἥρως Ἀττικὸς, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας. ἐκαλεῖτο καὶ Ἐπιμενίδης. Is eſt, de quo Varro lib. II. de Re Ruſtica cap. 5. ubi de tauro: *Hic ſocius hominum in ruſtico opere, & Cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, ut capite ſanxerint ſi quis occidiſſet. Qua in re teſtis Attice: teſtis Peloponneſus. Nam ab hoc pecore, Athenis Buzuges nobilitatus; Argis,* Ὀνόγυρος. Ἡρακλῆς dicitur Suidæ.

Ὁ Δωριστὶ γεγραφὼς] MSS. Regii & Stephanici Δωρίδι, non malè. Ita infrà, in Vita Anaximandri, τῇ Γάδει γεγραφώς.

PHERECYDES.

Βάδυος] Βάβιος, ſcriptum eſt apud Suidam in Φερεκύδης, & apud Strabonem lib. X. Infrà quoque Βάβυος videtur legiſſe Aldobrandinus, cùm *Babys* in ora adſcripſerit: & ita Euſtathius. 116

Καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς] Accipe de Alexandro Polyhiſtore, qui Philoſophorum ſucceſſiones ſcripſerat; quorum librorum meminit infrà Laërtius in Socrate, in Euclide, in Carneade, in Chryſippo, in Pythagora, in Pyrrhone. De eo conſulendus Meurſius in Notis ad Chalcidium; Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 22. & Jonſius lib. II. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ capite 19.

Πιττακοῦ διακήκοε] Neminem audiviſſe, ſcribunt Heſychius Mileſius & Suidas, ἀλλ' ἑαυτὸν ἀσκῆσαι, κτησάμενον τὰ Φοινίκεια ἀπόκρυφα βιβλία.

Πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι] Falſum eſt Pherecydem de Natura primum apud Græcos diſſeruiſſe. Thaleti hoc paſſim tribuitur. Euſebius Hieronymi: *Thales Mileſius, Examii filius, primus Phyſicus agnoſcitur.* Origenes in Philoſophicis necdum editis: λέγεται Θαλῆν τὸν Μιλήσιον πρῶτον ἐπικειρηκέναι φιλοσοφίαν φυσικήν. Lactantius III. 14. *Unde apparet, aut Pythagoram voluiſſe laudare, qui ſe primus* Philoſophum *nominavit; aut Mileſium Thaletem, qui de rerum natura primus dicitur diſputaſſe.* Laërtius ipſe, in ejus Vita: πρῶτος δὲ καὶ περὶ φύσεως

διελέχθη, ὥς τινες. At de animarum migratione atque æternitate Pherecydem primum diſputaſſe conſtat. Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. I. *Pherecydes Syrus, primus dixit animos hominum eſſe ſempiternos.* Lactantius lib. VII. cap. 8. *In eadem ſententia fuit etiam Pythagoras antea, ejuſque præceptor Pherecydes, quem Cicero tradit primum de æternitate animarum diſputaſſe.* Auguſtinus Epiſtola III. ad Voluſianum: *Quod ergo ad Magiſterium ejus (Chriſti) attinet, quis nunc extremus idiota, vel quæ abjecta mulierculæ non credit animæ immortalitatem, vitamque poſt mortem futuram? Quod apud Græcos olim primus Pherecydes Aſſyrius cùm diſputaſſet, Pythagoram Samium illius diſputationis novitate permotum, ex Athleta in Philoſophum vertit. Nunc ergo, quod Maro ait, & omnes videmus, Amomum Aſſyrium vulgo naſcitur.* Heſychius Mileſius: οὗτος πρῶτος τὸν περὶ μετεμψυχώσεως λόγον εἰσήνεγκε· quæ ipſiſſima verba legere eſt & apud Suidam. Huc reſpexit Petrarcha in Triumphis cap. 3. de Fama:

Contra'l buon Siro, che l'umana ſpeme
Alzò, ponendo l'anima immortale,
S'armò Epicuro; onde ſua fama geme.

Sic enim in quibuſdam Codicibus legitur, pro eo quod vulgati habent *Contr'al buon Sire.* Quæ prior lectio Taſſoni magis placet. Idem & mihi videbatur: nam & ἁπλῶς *Syrius* Pherecydes dicitur. Ita apud Maximum Tyrium Diſſertatione XXIX. cujus locum mox proferemus. Pherecydes, inquam, primus de animarum migratione atque æternitate diſſeruit; non verò de rerum natura. Quare hîc olim apud Laërtium legebam, πρῶτον περὶ μετεμψυχώσεως καὶ θεῶν, aut περὶ φύσεως θεῶν. Nunc nihil muto: potuit enim hæc eſſe Theopompi opinio, ut exiſtimaret primum de Natura & Diis ſcripſiſſe Pherecydem. Ita, Laërtio teſte, quidam Thaletem primum animas immortales dixiſſe ſcripſerunt; quod alii tribuunt Pherecydi; alii, Pythagoræ. Maximus Tyrius Diſſert. XXVIII. Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα τεθνήξεται, ἡ δὲ ψυχὴ ἀναπτᾶσα οἰχήσεται ἀθανὴς καὶ ἀγήρως. Deinde; quæ eſt Samuelis Bocharti animadverſio; non dicit hîc Laërtius Pherecydem de Natura & Diis primum diſſeruiſſe; ſed primum ſcripſiſſe. Thaletem autem nihil ſcripſiſſe, plurimi ſcripſerunt: ut Themiſtius & Laërtius teſtantur. Ceterùm hîc, pro Ἕλλησι legebat Chriſtianus ἑλληνιστί. ſed recepta lectio recta eſt: quod vel ex loco Maximi Tyrii modò laudato, ſatis liquet.

Παρὰ τὸν αἰγιαλὸν τῆς Ψάμμου] Rectè Caſaubonus τῆς Σάμου: quam lectionem & Deſiderius Heraldus in ora libri adnotaverat. Obiiſſe Pherecydem in Samo inſula ait, Heraclides libro de Politiis; cujus locum mox proferemus.

Καὶ ναῦν οὐριοδρομοῦσαν ἰδόντα, εἰπεῖν, ὡς μετ' οὐ πολὺ καταδύσεται.] Paullò aliter Apollonius Dyſcolus Hiſtoriæ Commentitiæ cap. 4. πάλιν δὲ εἰς τὸ τῆς Ἥρας ἱερὸν, ἰδεῖν πλοῖον εἰς τὸν λιμένα καταγόμενον, καὶ εἰπεῖν τοῖς συνεστῶσιν, ὡς οὐκ εἰσελεύσεται ἐντὸς τοῦ λιμένος. ἔτι δὲ λέγοντος αὐτοῦ, καταβραγῆναι γνόφον, καὶ τέλος ἀφανισθῆναι τὴν ναῦν. *Rurſum, Samum profectum ad Junonis Templum, vidiſſe navem portum ſubeuntem; ac dixiſſe aſſtantibus, eam intra portum non perventuram: ipſoque adhuc loquente, nimbum de cælo præcipitem actum, navemque periiſſe.*

Καὶ ἀνιμηθέντος ἐκ φρέατος ὕδατος πιόντα, προειπεῖν, &c.] Id teſtatur & Cicero lib. I. de Divinatione: *Ne Pherecydes quidem ille Pythagoræ Magiſter, potiùs divinus habebitur quàm phyſicus, qui cùm vidiſſet hauſtam aquam de jugi puteo, terræ motum dixit inſtare.* & lib. II. *An hoc ejuſdem modi eſt, quale Pherecydeum illud, quod eſt à te dictum? Qui cùm aquam vidiſſet ex puteo hauſtam, terræ motum dixit futurum.* Et Plinius II. lib. 79. *Perhibetur & Pherecydis Pythagoræ doctoris alia conjectatio: ſed & illa divina hauſtu aquæ è puteo præſenſiſſe ac prædixiſſe ibi terræ motum.* Meminit & Apollonius Hiſtor. Mirab. V. Habuerunt omnes à Theopompo, qui Pherecydi id affinxit, quod ab Androne tributum eſt Pythagoræ. Auctor Porphyrius apud Euſebium lib. X. de Præparat. Evang. cap. τὰ Πλωτίνεια ex Porphyrio, quod Græci ſint fures: Ἄνδρωνος γὰρ ἐν τῷ Τριπόδι περὶ Πυθαγόρου τοῦ φιλοσόφου τὰ περὶ τὰς προρρήσεις ἱστορηκότος εἰπόντος τε, ὡς διψήσας ποτὲ ἐν Μεταποντίῳ, καὶ ἐκ τινος φρέατος ἀνιμήσας, καὶ πιὼν προεῖπεν, ὡς εἰς τρίτην ἡμέραν ἔσοιτο σεισμὸς, καὶ ἕτερά τινα τούτοις ἐπαγαγὼν, ἐπιλέγει. Ταῦτ' οὖν τοῦ Ἄνδρωνος περὶ Πυθαγόρου ἱστορηκότος, πάντα ὑφείλετο Θεόπομπος. Εἰ μὲν περὶ Πυθαγόρου λέγων, τάχα ἂν καὶ ἕτεροι ἠπίστησαν περὶ αὐτοῦ καὶ ἔλεγον, ταῦτα καὶ αὐτὸς ἂν εἶπεν. νῦν δὲ τὴν κλοπὴν δῆλην πεποίηκεν ἡ τοῦ ὀνόματος μετάθεσις. τοῖς μὲν γὰρ πράγμασι κέχρηται τοῖς αὐτοῖς, ἕτερον δ' ὄνομα μετενήνοχε. Φερεκύδην γὰρ τὸν Σύριον πεποίηκε ταῦτα προλέγοντα· οὐ μόνον δὲ τούτῳ τῷ ὀνόματι ἀποκρύπτει τὴν κλοπὴν, ἀλλὰ καὶ τόπων μεταθέσει· τό, τε γὰρ περὶ τῆς προρρήσεως τοῦ σεισμοῦ ἐν Μεταποντίῳ, ὑπ' Ἄνδρωνος ῥηθὲν, ἐν Συρίᾳ εἰρῆσθαί φησιν ὁ Θεόπομπος. *Andron, in Tripode, de Pythagoræ Philoſopho, ejuſque prædictionibus loquens, dicit, quòd Metapontæ aliquando ſitiens è puteo aquam hauſerit, eâque potâ prædixerit poſt triduum fore terræ motum, aliaque ejuſmodi addit. Hæc itaque de Pythagoræ quæ tradidit Andron, Theopompus ſuffuratus eſt: qui ſi idem de Pythagoræ dixit, confeſtim ceteri dixiſſent,* idem ille dixit. *Apertè autem furem ſe prodit, dum nomina mutat, rebus ſervatis. Fingit enim Pherecydem Syrium ita prædixiſſe. Neque tamen hoc ſolo nomine fraudem ſuam occultare vult, ſed & loci nomen immutat. Quæ enim de prædictione terræ motus Metaponti acciderunt juxta Andronem, eadem in Syria contigiſſe tradit Theopompus.* Porro vox πιόντα apud Laërtium; ut & hæc verba καὶ πιὼν προεῖπεν, &c. apud Euſebium; favent Aldobrandino, *bibiſſet*, pro *vidiſſet*, apud Ciceronem dicto loco reponenti.

Εἰς Ὀλυμπίαν ἐς Μεσσήνην] Bene Caſaubonus, ἐξ Ὀλυμπίας.

Μετοικίσαι] Corrige μετοικῆσαι. quo errato haud ſcio an aliud frequentius occurrat in libris manu ſcriptis.

Καὶ Λακεδαιμονίοις εἰπεῖν, μήτε χρυσὸν τιμᾶν, μήτε ἄργυρον.] Avari audiebant Lacones. quin & Spartam avaritiâ perituram, oraculo Apollinis Pythii prædi- 117

ctum. Cicero lib. II. de Officiis: *Itaque quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, niſi avaritiâ, perituram, id videtur, non ſolùm Lacedæmoniis, ſed & omnibus opulentis populis prædixiſſe.* Scholiaſtes Ariſtophanis ad Pacem: ὅτι δὲ αἰσχροκερδεῖς καὶ σμικρολόγοι οἱ Λάκωνες, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ,

Ἀ φιλοχρηματίᾳ Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Plura in hanc rem congeſſit Johannes Meurſius Miſcellaneorum Laconicorum lib. III. cap. 2.

Προστάξαι δὲ αὐτῷ ὅνωρ τοῦτο τὸν Ἡρακλέα] Solebant Veteres ſomnia captare in Templis Deorum, cùm ad morborum remedium, tùm ad futurorum cognitionem.

Ἔνιοι δὲ Πυθαγόραν περιάπτουσι] Ex loco Euſebii ſuprà allato, patet hæc verba, non ſolùm ad proximè præcedentia, ſed etiam ad ſuperiora de hauſtâ ex puteo aquâ, eſſe referenda.

Καὶ τότε Φερεκύδην μεταλλάξαντα, θάπτουσιν αὐτόθι] Mortuum fuiſſe in Samo inſula, ſcribit Heraclides, ut jam monuimus: alii in Delo: de quo poſteà. 118

Αὐτὸν δισκῆσαι] Scaliger, *αὐτὸν δισκεῦσαι*. Utráque lectio recta eſt.

Ἀριστόξενος δ' ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ] Hic eſt ille Ariſtoxenus cognomento *Muſicus*; de quo jam diximus; Ariſtotelis auditor, cui defuncto, ut refert Suidas, turpiter maledixit, quòd Theophraſtum Scholæ ſucceſſorem elegiſſet, cùm ipſe, ut ſibi videbatur, inter Ariſtotelis diſcipulos emineret. Hujus operis quod de Vita Pythagoræ ſcripſit, meminit Gellius IV. 2. Malchus, Jamblichus in Vita Pythagoræ, alii. Videſis Voſſium de Hiſtoricis Græcis, & Jonſium de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ.

Ὑπὸ Πυθαγόρου ταφῆναι ἐν Δήλῳ, &c.] Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis: ὅτι Πυθαγόρας πυθόμενος τὸν Φερεκύδην, τὸν ἐπιστάτην αὐτοῦ γεγενημένον, ἐν Δήλῳ νοσεῖν, καὶ τελέως ἐσχάτως ἔχειν, ἔπλευσεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Δῆλον. ἐκεῖ δὲ χρόνον ἱκανὸν τὸν ἄνδρα γηροτροφήσας, πᾶσαν εἰσενέγκατο σπουδὴν, ὥστε τὸν πρεσβύτην ἐκ τῆς νόσου διασῶσαι. κατισχύσαντος δὲ τοῦ Φερεκύδου διὰ τὸ γῆρας καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς νόσου, περιέστειλεν αὐτὸν κηδεμονικῶς, καὶ τῶν νομιζομένων ἀξιώσας, ὡσανεί τις υἱὸς πατέρα, πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. *Cum acceſſiſſet Pythagoras Pherecydem, qui ejus præceptor fuerat, in inſula Delo graviſſimè ægrotare, confeſtim ex Italia Delum navigavit: ubi cùm aliquandiu ſenem foviſſet, ſtudiumque ſuum omne adhibuiſſet, quo ad priſtinam valetudinem eum revocaret, tandem, cùm præſenectute, tùm morbi vi ſuperatum Pherecydem ſedulò ſepeliit: cúmque ei tamquam patri filius, juſta perſolviſſet, rurſus in Italiam reverſus eſt.* Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 30. πρὸς Φερεκύδην τὸν Σύριον διδάσκαλον αὐτοῦ γενόμενον, ἀπὸ τῆς Ἰταλίας εἰς Δῆλον ἐκομίσθη, νοσοκομήσων τε αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύσων αὐτὸν παρέμεινέ τε ἄχρι τῆς τελευτῆς αὐτῷ, καὶ τὴν ὁσίαν ἀπεπλήρωσε περὶ τὸν αὐτοῦ καθηγεμόνα. *Profectus eſt ad Pherecydem Syrium ex Italia in Delum inſulam, curaturus eum pediculari morbo laborantem. Et ſepulturus eum; apud ipſum, ad extremum uſque vitæ finem, manſit; eique, ut præceptori ac duci ſuo, exequiarum juſta perſolvit.* Eadem habet Malchus, ſive Porphyrius, in Vita Pythagoræ. Et Apuleius in Floridis. Apulei Verba ſunt: *Quinetiam Pherecydes Syro ex inſula oriundus, qui primus, verſuum nexu repudiato, conſcribere auſus eſt paſſis verbis, ſoluto locutu, liberâ oratione. Eum quoque Pythagoras magiſtrum coluit, & inſandi morbi putredine in ſerpentium ſcabiem ſolutum, religioſè humavit.* meminit & Æl. Var. Hiſt. IV. 28. cujus verba liceat apponere: Φερεκύδης ὁ Σύριος τὸν βίον ἀλγεινότατον ἀνθρώπων κατέστρεψε, τοῦ παντὸς αὐτῷ σώματος ὑπὸ τῶν φθειρῶν ἀνελωθέντος, καὶ γενομένης αἰσχρᾶς αὐτῷ τῆς ὄψεως, τὴν ἐκ τῶν συνηθῶν ἐξέκλινε συνουσίαν. ἐπότε δέ τις προσελθὼν ἐπυνθάνετο ὅπως διάγει, διὰ τῆς ὀπῆς τῆς κατὰ τὴν θύραν διείρας τὸν δάκτυλον, ψιλὸν γεγενότα τῆς σαρκὸς, ἐπέλεγεν οὕτω διακεῖσθαι καὶ τὸ πᾶν αὐτοῦ σῶμα. λέγουσι δὲ Δηλίων παῖδες, τὸν θεὸν ἐν Δήλῳ (emendat Tanaquillus Faber θεὸν τὸν ἐν Δήλῳ) μηνίσαντα αὐτῷ, τοῦτο ποιῆσαι. καθήμενον γὰρ ἐν Δήλῳ μετὰ τῶν μαθητῶν, ἄλλα τε πολλὰ φασι περὶ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας εἰπεῖν· καὶ δὴ καὶ τοῦτο, μηδενὶ τῶν θεῶν θῦσαι, καὶ ὅμως οὐδὲν ἧττον ἡδέως βεβιωκέναι, καὶ ἀλύπως οὐ μεῖον τῶν ἑκατόμβας καταθυόντων. ὑπὲρ ταύτης οὖν τῆς κουφολογίας βαρυτάτην ζημίαν ἐξέτισεν. *Pherecydes Syrius miſerrimè omnium hominum vitam exegit, toto ſuo corpore à pediculis exeſo atque conſumpto. Et cùm fœda turpiſque facies evaſiſſet, abſtinuit à conſortio familiarium, & eos fugiebat. Si verò quis accederet, & interrogaret quomodo haberet, per foramen januæ, digito, qui prorſus emarcuerat, extenſo, reſpondebat, ita totum corpus ſuum habere. Dicunt autem Delii, Deum qui in Delo colitur, irâ commotum & indignatione, hunc ei morbum injeciſſe. Nam cùm quodam tempore in ea inſula ſederet cum diſcipulis ſuis, atque cùm alia multa de propria ſapientia jactitaret, tum præcipuè illud, quòd etiamſi nulli Deo rem ſacram faceret, nihilò injucundiùs neque triſtiùs vitam ageret, quàm qui hecatombas ſacrificarent. Hujus igitur vani ſermonis graviſſimas pœnas dedit.* Heraclides de Politiis: Φερεκύδης ὁ Σύριος ὑπὸ φθειρῶν καταβρωθείς, ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησεν: ubi pro ἐν Σάμῳ, ex his quæ ſuprà attulimus, legendum videtur, ἐν Δήλῳ. ſed de hoc poſteà.

Χοεῖ δῆλα· τουντεῦθεν παρὰ τοῖς Φιλολόγοις, &c.] Exſcripſit integrum hunc locum Suidas in χοεῖ δῆλα, ubi Φιλοσόφοις legitur pro Φιλολόγοις: & fortaſſè rectiùs: nam præterquam quòd ita legiſſe videtur vetus Interpres. qui *Philoſophis* vertit, teſtis eſt Tranquillus libro de illuſtribus Grammaticis cap. X. Eratoſthenem Cyrenæum, Callimachi poëtæ diſcipulum, *Philologi* cognomen ſibi primum vendicaſſe. Meminit & hujus dicti Syneſius epiſt. 116. ἐγὼ δὲ, ὡς οὐ σοῦ πρεσβύτερος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἤδη πρεσβύτης, χρῶ δῆλον, ὁ Φερεκύδης φησίν. Ceterùm morbo pediculari Pherecydem obiiſſe, ſcripſere quoque, Ariſtoteles libro de Hiſtoria animal. V. cap. 31. Plutarchus in Sylla, Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro IV. cap. 28. Serenus Medicus; alii. At Plinius libro VII. cap. 51. & Apuleius in 2. Floridorum, non pediculis, ſed copiâ ſerpentium erumpente ex illius corpore, obiiſſe ſcribunt: quem morbum, alium à pediculari, ſunt qui putent; eumdem eſſe, docet Mercurialis Variarum Lect. libro V. cap. 6.

ex Diodoro Siculo, qui Hiſtor. Bibliothecæ lib. & cap. 3. de Acridophagorum morbo ſermonem habens, modò φθεῖρας appellat pediculos, modò ἑρπετά.

119 Ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσιν] Heſychius: θυωρὸν, τράπεζαν τὴν τὰ θύη φυλάσσουσαν, (inde vocis origo) καὶ τοὺς ἱερεῖς μυρεψοὺς οὕτω. Idem: θυρωρίτης, τραπεζίτης. Lege θυωρίτης. De Deorum lingua, præter Homerum in Iliade, Platonem in Phædro & Clementem Alexandrinum, videndus Dio Chryſoſtomus, Sermone περὶ οἰκετῶν, & Sermone qui Τρωϊκὸς inſcribitur, & Maximus Tyrius Diſſert. XXXVI.

Ἄνδρων ὁ Ἐφέσιος] In Tripode ſcilicet; de quo ſuprà.

Γενεαλόγον] Is eſt qui toties citatur Scholiaſtæ Apollonii, in libris Θεογονίας; in quibus, non ſolùm hominum & Heroum antiquorum, ſed etiam Deorum genealogias conſcripſerat: quod opus diverſum fuit à libris Θεολογίας. Adi Salmaſium in Plinianis Exercit. pag. 841. & 842.

ᾧ καὶ Πυθαγόραν σχολάσαι] Pherecydem Pythagoræ magiſtrum fuiſſe, etiam teſtantur Cicero, Porphyrius, Jamblichus, Apuleius, alii. atque hinc eſt quòd Pythagoricam philoſophiam Φερεκύδους κληρονομίαν Tatianus appellat. At Tzetzes, etiam Thaletis præceptorem facit:

Θαλῆς σοφὸς Μιλήσιος εἷς τῆς Σοφῶν ἑπτάδος,
Ἀσυρίου μαθητὴς ὑπάρχων Φερεκύδους.

Ἐρατοσθένης] In libro περὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων, quem Eratoſthenem ſcripſiſſe auctor eſt Suidas in Ἐρατοσθένης.

Καὶ ἕτερον Ἀθηναῖον] Meminit Suidas: Φερεκύδης Ἀθηναῖος, πρεσβύτερος τοῦ Συρίου· ὃν λόγος τὰ Ὀρφέως συναγαγεῖν. ἔγραψεν Αὐτόχθονας· ἔστι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. (hinc eſt quòd γενεαλόγος dicitur Laërtio) παραινέσεις δι' ἐπῶν· Πορφύριος δὲ τοῦ προτέρου οὐδένα δέχεται πρεσβύτερον· ἀλλ' ἐκεῖνον μόνον ἡγεῖται ἀρχηγὸν συγγραφῆς· Ætate poſteriorem Syrio fuiſſe, ſcribit etiam Strabo lib. X. Veteres paſſim utrumque Pherecydem confundunt. Meminit Suidas Pherecydis Lerii, Hiſtorici; quem paulò antè 75. Olympiada natum eſſe ait; qui de Lero, de Iphigenia, de Bacchi feſtis, & alia ſcripſerat. Hujus Pherecydis Lerii meminit & Olympiadographus. Eumdem eſſe putabat Salmaſius ac Pherecydem γενεαλόγον, quem alii Athenienſem fuiſſe malunt, & quem ita dictum exiſtimabat, quòd Athenis μέτοικος fuiſſet. Salmaſium vide ad Solinum pag. 846. Idem & Voſſio videbatur: quem ea de re pluribus differentem vide quoque lib. IV. de Hiſtor. Græcis cap. 4.

Σώζεται δὲ τοῦ Συρίου τότε βιβλίον] τό τε, ceteræ Editiones: & rectiùs. Salmaſius ad Solinum pag. 841. & 842. hoc opus Pherecydis Θεογονίαν putat fuiſſe potiùs quàm Θεολογίαν. nec prohibet, inquit, quòd Syrio Pherecydi illud βιβλίον tribuit Diogenes, cùm Veteres paſſim utrumque confundant.

Οὗ ἡ ἀρχὴ, Ζεὺς μὲν καὶ χρόνος, &c. χθονίη δ' ὄνομα ἐγένετο Γῆ, &c.] Non Ζεὺς, ſed Ζὰν, dicebatur Pherecydæ Syro, teſte Clemente Alexandrino lib. VI. Στρωματέων. At Maximus Tyrius Pherecydem terram χθονίην appellaſſe, etiam teſtatur Diſſert. XXIX. ἀλλὰ καὶ τοῦ Συρίου, Pherecydem intelligit, τὴν ποίησιν σκόπει, καὶ τὸν Ζῆνα, καὶ τὴν χθονίην, καὶ τὸν ἐν τούτοις ἔρωτα, καὶ τὴν Ὀφιονέως γένεσιν, καὶ τὴν θεῶν μάχην, καὶ τὸ δένδρον, καὶ τὸν πέπλον. In quibus verbis obſervare eſt, *poëſim* appellari opus illud Pherecydis, in quo tria antiquiſſima ſtatuebat, τὸν Ζῆνα, τὸν χρόνον, καὶ τὴν Χθονίην: non quod verſibus conſcriptum fuerit, ſed proſa oratione, quæ argumentum poëticum haberet, cujus etiam primus conditor fuit. Atque huc facit inſignis locus Strabonis lib. I. ubi diſputat proſâ oratione poëticen antiquiorem fuiſſe: πρώτιστα γὰρ ἡ ποιητικὴ παρασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, καὶ εὐδοκίμησεν. εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι λύσαντες τὸ μέτρον· τ' ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον, καὶ Φερεκύδην, καὶ Ἑκαταῖον, &c. *Ab initio enim poëticus apparatus proceſſit & in pretio fuit. Poſteà eum imitati ſoluto metro. cetera verò ſervantes, argumenta poëtica tractarunt, Cadmus, & Pherecydes, & Hecataeus.* Etiam Apuleius in Floridis: loco ſuprà allato: *Quin etiam Pherecydes Syro ex inſula oriundus, qui primus verſuum nexu repudiato, conſcribere auſus eſt paſſis verſibus, ſoluto loquutu, liberâ oratione*, &c. & Plinius libro VII. cap. quæ quis in vita invenerit: *Proſam orationem condere Pherecydes Syrius inſtituit, Cyri regis ætate; Hiſtoriam Cadmus Mileſius.* Item Suidas in συγγράφω: Ἑκαταῖος πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε συγγραφὴν δὲ, Φερεκύδης· τὰ γὰρ Ἀγησιλάου νοθεύεται. Salmaſium adi in Plinianis Exercit. pag. 841. & Voſſium libro & cap. 4. de Hiſtoricis Græcis. Cæterùm hîc apud Laërtium, pro καὶ χρόνος, legendum καὶ κρόνος.

Σώζεται δὲ καὶ ἡλιοτρόπιον] Fallitur Aldobrandinus, qui hæc ſuppoſititia eſſe exiſtimat. Ἡλιοτρόπιον fuit parapegma, quo ſolſtitia & æquinoctia, & ſiderum orientium occidentiumque ſignificationes per aliquot annorum ambitum deſignabantur. Ita Meton Athenis primus ſtatuit ἡλιοτρόπιον θερινὸν ἐν Πυνκί, ut diſcimus ex Suida in Μέτων. Vide omnino Salmaſium ad Solinum pag. 635. & 841. Cæterùm Petrus Daniel Huetus, vir ingenio præſtans & doctrinâ, ſuſpicabatur ἡλιοτρόπιον illud, in Inſula Syro conſtructum, non Pherecyde ſolùm, ſed & ipſo Homero fuiſſe antiquius: idque ex his verſibus Odyſſ. O. colligebat:

Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴπου ἀκούεις,
Ὀρτυγίης καθύπερθεν, ὅθι τροπαὶ ἠελίοιο.

ad quos Pſeudodidymus optimè, & ad mentem Hueti: ἔνθα φησὶν εἶναι τὸ ἡλίου σπήλαιον δι' οὗ σημειοῦνται τὰς τοῦ ἡλίου τροπάς. Sanè inepta eſt Euſtathii interpretatio, qui ſitum Syriæ his verbis deſignari contendit: nam τροπαὶ ἡλίοιο non Occaſum potiùs quàm Ortum, multò etiam minùs quàm Auſtrum vel Boream deſignant. Jam verò Strabo, ut mox dicemus, Homerum Syri inſulæ ſub Syriæ nomine mentionem feciſſe ait. Non itaque Heliotropii primus in Syro conditor, ſed reſtaurator fortaſſe Pherecydes fuerit. In hunc locum jam editum cùm incidiſſet Huetus, pro candore ſuo monuit me, quæ ſibi tribuiſſem, Samueli Bocharto accepta fuiſſe referenda: quippe qui ea multò antè obſervaſſet Geographiæ Sacræ parte 2. lib. I. cap. 14.

Ἐν Σύρᾳ τῇ νήσῳ] Σύρα quoque apud Heſychium

Mileſium: Φερεκύδην τὸν Σύριον (ἔστι δὲ μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἡ Σύρα,) φασὶν οὐ σχεῖν διδάσκαλον, &c. Et apud Suidam in Φερεκύδης· Φερεκύδης, Βάβιος, Σύριος. ἔστι δὲ νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ἡ Σύρα, πλησίον Δήλου. Sed Σύρος dicta fuit hæc inſula; ut mox dicitur Laërtio in Epigrammate,

Τὸν κλεινὸν Φερεκύδην,
Οὐ τίκτει ποτὲ Σύρος,

& ut dicitur Straboni. Etiam Apuleius loco laudato: *Pherecydes Syro ex inſula oriundus.* Et Apollonius Dyſcolus Hiſtoriæ Commentitiæ cap. 5. τὰ περὶ Φερεκύδην τοσαῦτα τινὰ ἱστορεῖται, ἐν Σύρῳ ποτὲ νήσῳ· ita enim ibi legendum, non, ut mendoſè editum eſt, Σκύρῳ. Item Servius ad illud III. Æneidos, *Mycone celſa, Gyaroque relictis: Quidam per hiſtoriam dictum putant: nam & inter Myconem & Gyarum, Syrum, unam de Cycladibus, eſſe dicunt, unde fuit Pherecydes Philoſophus.* Ita Servii locum Petrus Pithoeus, ex MS. exemplari, in Notis ad Collationem Legum Moſaïcarum, emendabat. aliter legitur in editis. Videndus Holſtenius in Notis ad Vitam Pythagoræ à Porphyrio conſcriptam, & Salmaſius ad Solinum pag. 841. Fallitur Grotius, qui ad Matthæi caput VII. 6. Pherecydem ex Syria oriundum dicit; niſi fortè reſpexerit vir doctiſſimus ad id quod Strabo ait, videri Homerum ſub Syriæ nomine hujus inſulæ mentionem facere: ταύτης δοκεῖ μνημονεύειν ὁ Ποιητὴς, Συρίην καλῶν,

Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴπου ἀκούεις,
Ὀρτυγίης καθύπερθεν.

Quare fortè quoque nihil mutandum in loco Porphyrii, quem ſuprà ex Euſebio adduximus: ubi pro ἐν Συρίᾳ, ἐν Σύρῳ Jonſius emendabat. Pherecydem Auguſtinus epiſt. III. ad Voluſianum, ſupino errore *Aſſyrium* vocat, loco ſuprà allato. Quem tamen ſecutus eſt Tzetzes Chil. II. Hiſtor. LV. τοῦ Ἀσσυρίου μαθητὴς ὑπάρχων Φερεκύδους. loquitur de Thalete. Neque audiendi, qui ibi pro τοῦ Ἀσσυρίου legunt τοῦ Συρίου. Etiam Βαβυλώνιον vocat Euſtathius, loco quem mox proferemus: ubi quoque nihil muto: quamquam pro ὁ Βαβυλώνιος legi poſſet meliùs ὁ Βάβυος.

Δοῦρις ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἱερῶν] Τῶν ὅρων, legebat Jonſius, veriſimili conjecturâ. Citatur Duris Samius Athenæo lib. XV. ἐν τοῖς Σαμίων ὅροις, *in Samiorum limitibus:* cujus libri meminit & Scholiaſtes Euripidis in Hecubam: Δοῦρις ἐν τῷ ιβ'. τῶν ὅρων. & Malchus, ſive Porphyrius, in Vita Pythagoræ: Δοῦρις ὁ Σάμιος ἐν δευτέρῳ τῶν ὅρων· ita enim utrumque locum rectè Voſſius emendabat. Vitioſè vulgò τῶν ὡρῶν. Cùm autem Pherecydis tumulo inſcriptum Epigramma retulerit Duris Samius in libro quem de limitibus Samiorum ſcripſerat; nunc nihil mutandum cenſeo in loco Heraclidis Pontici ſuprà memorato, ubi ſcriptum eſt, Pherecydem Syrium in Samo inſula pediculorum tabe diem ſuum obiiſſe.

Τῆς σοφίης πάσης ἐν ἐμοὶ τέλος] Quia ſcilicet ultimus fuit Sapientum. 120

Ἦν δέ τι πλεῖον] Meliùs legeretur, ἦν δ' ἔτι πλεῖον.

Ἴων δ' ὁ Χῖος] Poëta Tragicus, qui Olympiade LXXII. Fabulas docere cœpit. Meminit ejus Ariſtophanes, meminit & Diogenes noſter infrà in Vita Socratis. Citatur Straboni lib. I. Julio Polluci II. 4. 21. & aliis paſſim.

Τῷ μέτρῳ τῷ Φερεκρατείῳ] De metro Pherecratio, videndus Marius Plotius in libro de Metris ad Maximum & Simplicium, & Hephæſtion in Enchiridio.

Οὐ τίκτει ποτὲ Σύρος] Rectè primam in Σύρος produxit Diogenes: eam enim longam eſſe notavit Strabo lib. X. Cujus loci meminit Euſtathius in Odyſſ. O, pag. 1787. edit. Rom. φησὶ γοῦν, inquit, ὁ Γεωγράφος ὅτι ἡ Σύρος μηκύνει τὴν πρώτην συλλαβὴν, ἣν Συρίαν λέγει ὁ Ποιητὴς, ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βαβυλώνιος. Idem notavit & Stephanus in Σύρος. Corripitur tamen in hoc verſu Anthologiæ,

Καὶ Σύριος σελάγιζε σοφροσύνῃ Φερεκύδης,

ut ad Strabonis locum Caſaubonus obſervabat. Minùs rectè in Codicibus Ciceronianis, Pherecydes *Syrus* appellatur, pro *Syrius:* Σύριος enim ἐθνικὸν eſt τῆς Σύρου, non Σύρος.

Γέγονε δὲ κατὰ τὴν πεντηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα] 121
Suidas natum ait circa XLV. Euſebius circiter idem tempus ponit, ſed Hiſtoricum vocat.

Φερεκύδης Θαλῆ] Non veram, ſed planè commentitiam eſſe hanc Epiſtolam, pluribus docet Salmaſius ad Solinum pag 842. & 843.

Φθειρῶν ἔβρυον] Ἔθυον legitur in pleriſque Codicibus: 122
& ita legiſſe videtur Aldobrandinus; qui vertit *pediculis totus ardebam.* Sed cùm τὸ *ſcatebam* in ora adnotaverit, videtur & alteram lectionem agnoviſſe. Ἔθυον quoque legere eſt in fine hujus Epiſtolæ. Et infrà, in Speuſippo: Πλούταρχος δὲ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλα, φθειρσὶν ἐκζέσαι αὐτὸν· ubi malè quædam Exemplaria ἐκζέσθαι. Suidas: ἔκζεσις. ἐκβρασμός. φασὶ δὲ αὐτὴν φθειρσὶν ἐκζέσαι. Ad locum Laërtii, in Speuſippo, reſpexit Suidas: quare αὐτὸν & φησὶ eum ſcripſiſſe, nulla dubitatio eſt.

Ἄσσα δ' ἂν ἐπιλογῇ θεολογέων, τὰ ἄλλα χρὴ νοεῖν· ἅπαντα γὰρ αἰνίσσομαι] Caſaubonus: ἄσσα δ' ἂν ἐπιλέγῃ θεολογέοντα, ἄλλα χρὴ νοεῖν, &c. id eſt, *quæcumque autem leges ad Deos pertinentia, allegoricè ſunt intelligenda: omnia enim ſcripta ænigmaticè.* Pherecydis θεολογίαι, ut libri obſcuri & tenebricoſi, meminit Clemens Στρωματέων lib. V. & VI. quem propterea comparat libro Heraclidi περὶ φύσεως. ἐπιλέγειν, eſt *legere.* Pauſanias in Atticis: ταῦτα τὰ βιβλία ἐπιλεγομένῳ μοι μάλιστα ἐπῆλθε θαυμάσαι· atque inde Latinum *lego.* Sed hîc quoque legi poſſet, ἄσσα δ' ἂν ἐπιλέγω θεολογίαν.

Προεστεῶσι] Προεστῶσι, aut προσεστώσι, aut προσεστεώσι.

Κλείθρης] Lege κληίθρης, vel κλειθρίης.

Οἷς τινες καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον προσκαταλέγουσι] In quem Myſonis dicta, propter Myſonis obſcuritatem, conferebantur. id ſuprà, in Myſonis Vitâ, Laërtius referebat.

Οὗ διήκουσε Ἀναξίμανδρος] Suidas in Ἀναξίμανδρος· συγγενὴς καὶ μαθητὴς, καὶ διάδοχος Θάλητος.

AD LIBRUM II.

ANAXIMANDER.

1 Πραξιάδου] Ita Themiſtius Orat. xv. Euſebius de Præparat. Evangelica lib. x. cap. ultimo. Simplicius ad Ariſtotelis *φυσικὰ*, & Suidas in Ἀναξίμανδρος. Πραξιάδάμου, malè apud Clementem Στρωματέων lib. I.

Μιλήσιος] Plinius II. 79. *Præclara quædam & immortalis in eo (ſi credimus) divinitas perhibetur Anaximandro Mileſio, Phyſico.* E Mileto coloniam duxit in Apolloniam. narrat Ælianus Var. Hiſt. lib. III. cap. 17. ubi de Philoſophis agit, qui Remp. gubernârunt: de quo mirum eſt Diogenem ſiluiſſe.

Οὗτος ἔφασκε ἀρχὴν καὶ στοιχεῖον τὸ ἄπειρον] De hac Anaximandri & Anaxagoræ ſententiâ, adeundi Plutarchus libro de Placitis Philoſophorum, ſtatim initio: Clemens Alexandrinus in Admonitione ad Gentes, Euſebius de Præparat. Evangel. lib. I. cap. 8. & lib. XIV. cap. 14.

Καὶ τὰ μὲν μέρη μεταβάλλειν] Nota hîc μεταβάλλειν paſſivè dictum, ut alibi ſæpe. Sic Latinis *mutare*. Catullus: *tantum abhorret, ac mutat.*

Μέσην τε τὴν γῆν κεῖσθαι] Etiam Theon Smyrnæus traditum ait ab Eudemo in Hiſtoria Aſtrologica, inventum ab Anaximandro, ὅτι ἐστὶν ἡ γῆ μετέωρος, καὶ κινεῖται περὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον, *Quòd terra ſit in ſublimi pendens, & moveatur circa mundi medium.* De loco ubi terra ſita eſt, Plinium vide lib. II. cap. 69. & Auctorem Φιλοσόφου Ἱστορίας.

Οὖσαν σφαιροειδῆ] κυλινδροειδῆ habet Euſebius de Præparat. Evangelicâ lib. I. cap. 8. ubi de ea ipſa Anaximandri opinione. At longè aliter Auctor Philoſophicæ Hiſtoriæ: Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, σφαιροειδῆ τὴν γῆν νομίζουσιν. Ἀναξίμανδρος δὲ, λίθῳ κίονι τῇ περιφερείᾳ ἐκ τῶν ἐπιπέδων. Ἀναξιμένης, τραπεζοειδῆ. Λεύκιππος, τυμπανοειδῆ τῷ πλάτει, κοίλην δὲ τῷ μεγέθει. De forma terræ, videndus quoque Plinius II. 44.

Ψευδοφαῆ] Ψευδοειδῆ, Editio princeps, & MSS. nonnulli. Vide hîc Caſaubonum.

Καὶ τὸν ἥλιον οὐκ ἐλάττονα τῆς γῆς] Auctor Φιλοσόφου Ἱστορίας: Ἀναξίμανδρος τὸν μὲν ἥλιον ἴσον εἶναι τῇ γῇ. Vide Plutarchum de Placitis Philoſophorum lib. II. cap. 20. & Caſaubonum hîc.

Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος, &c. ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε] De Sphæra, teſtatur Plinius lib. VII. cap. quæ quis in vita invenerit: *Aſtrologiam Atlas Libyæ filius; ut alii, Ægyptii; ut alii, Aſſyrii. Sphæram in ea, Anaximander Mileſius.* Qui tamen alibi Sphæræ inventionem tribuit Atlanti; ſcilicet libro II. cap. 8. his verbis: *Obliquitatem ejus (Signiferi) intellexiſſe, hoc eſt, ſiderum ortus fores aperuiſſe* (ita legendum ex optima Salmaſii emendatione) *Anaximander Mileſius traditur primus, Olympiade quinquageſimâ octavâ: ſigna deinde in eo Cleoſtratus, & prima Arietis ac Sagittarii: Sphæram ipſam, antè multò, Atlas.* Et quidem Suidas in Ἀναξίμανδρος, Anaximandrum Sphæram non inveniſſe, ſed librum hoc titulo ſcripſiſſe ait. Ad *γνώμονα* quod attinet, ab eo inventum teſtatur etiam Euſebius lib. x. de Præpar. Evangel. cap. ultimo: Θαλοῦ δὲ γίνεται ἀκουστὴς Ἀναξίμανδρος, Πραξιάδου μὲν παῖς, γένος δὲ καὶ αὐτὸς Μιλήσιος. οὗτος πρῶτος γνώμονας κατεσκεύασε, πρὸς διάγνωσιν τροπῶν τε ἡλίου καὶ χρόνων, καὶ ὡρῶν, καὶ ἰσημερίας. Idem teſtatur Suidas in ἡλιοτρόπιον: ἡλιοτρόπιον. ὡρολογεῖον. γνώμων ἐστὶν ὁ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις πηγνύμενος, ὅπερ ἐφεῦρεν Ἀναξίμανδρος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων. Et in Ἀναξίμανδρος: πρῶτος δὲ ἰσημερίαν εὗρε καὶ τροπὰς καὶ ὡρολογεῖα· καὶ τὴν γῆν ἐν μεσαιτάτῳ κεῖσθαι. γνώμονά τε εἰσήγαγε, καὶ ὅλως γεωμετρίας ὑποτύπωσιν ἔδειξε. Et in γνώμων: γνώμων. τὸ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις πηγνύμενον, ὅπερ ἐφεῦρεν Ἀναξίμανδρος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων. At Plinius lib. II. cap. 76. non Anaximandro, ſed Anaximeni, Gnomonicen tribuit. *Umbrarum hanc rationem, & quam vocant* Gnomonicen, *invenit Anaximenes Mileſius; Anaximandri, de quo diximus, diſcipulus, primúſque horologium, quod appellant* ſciothericon, *Lacedæmone oſtendit.* Herodotus, Babyloniis; libro II. ita ſcribens: πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ τὰ δώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἐμάθον οἱ Ἕλληνες. Porrò, non adeò antiquam Horologii Sciotherici inventionem in Græcia fuiſſe, ut ad Anaximandrum, aut ejus diſcipulum Anaximenem, referri poſſet, Salmaſius contra Scaligerum exiſtimabat: cùm certum compertumque ſit, inquit ille, pluſquam ducentis annis ab Anaximandri morte nec horarum nomen pro diei particulis in Græcia auditum fuiſſe, nec uſum horologii ſciotherici ullius cognitum. Pluribus hoc probare conatur argumentis, quæ vide. Idem ſcribit Caſaubonus ad Athenæum lib. I. cap. 1. qui & ibi videndus. Quare τὰ σκιόθηρα, & γνώμων, & ὡροσκόπια (ὡρολογεῖα ſcriptum eſt apud Suidam) quæ Anaximandrum invenîſſe ait Favorinus apud Laërtium, non de horologiis ſciotherici accipienda, ut interpretatur Plinius; qui ſimilia proculdubio apud antiquiorem Scriptorem invenerat; exiſtimabat Salmaſius; ſed de inſtrumentis Mathematicis, quibus utebantur ad æquinoctia & ſolſtitia deprehendenda, & meridianos, & anni tempeſtates. Nec aliud ſonant, inquit, Laërtii verba: εὗρε δὲ γνώμονα πρῶτος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα: ſic enim ea diſtinguenda. Salmaſianæ ſententiæ favet non parùm locus Euſebii ſuprà allatus: οὗτος πρῶτος, γνώμονας κατεσκεύασε πρὸς διάγνωσιν τροπῶν τε ἡλίου, καὶ χρόνων, καὶ ὡρῶν, καὶ ἰσημερίας: quem eruditus Interpres eruditè ſic eſt interpretatus, *Is omnium primus ſtylos ad dignoſcendas Solis, temporum, tempeſtatum & Æquinoctii converſiones elaboravit.* Adverſatur quidem locus Herodoti; ſed eum de diei æquinoctialis partibus intelligendum, contra Scaligerum contendit Salmaſius, quem vide omnino in Plinianis Exercitationibus, pag. 632. & ſequentibus; vide & Scaligerum in Notis ad Manilium. ὡροσκοπίου voce uſus eſt tamen Diogenes noſter pro horologio, in Menedemi Vita, ubi de Diogene Cynico: ὁ γοῦν Διογένης πρὸς τὸν ἐπιδεικνύντα αὐτῷ ὡροσκόπιον, χρήσιμον, ἔφη,

τὸ ἔργον πρὸς τὸ μὴ ὑστερῆσαι δεῖπνου. Xenophon quoque *horarum* nomen pro die & noctis partibus uſurpat Memorab. IV. Locum non pigebit proferre: οὐκοῦν καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν ἥλιος φωτεινὸς ὢν τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν καὶ τἄλλα πάντα σαφηνίζει· ἡ δὲ νὺξ διὰ τὸ σκοτεινὴ εἶναι, ἀσαφεστέρα ἐστὶν, ἄστρα ἐν τῇ νυκτὶ ἀνέφηνσαν, ἃ ἡμῖν τὰς ὥρας τῆς νυκτὸς ἐμφανίζει. At Anaximandrum inter & Xenophontem ducenti non interceſſerunt anni: & vocis tamen hujus hunc jam uſum invaluiſſe Xenophontis temporibus veriſimile eſt. Quin etiam Anacreon, qui paullò poſt Anaximandrum vixit, eadem voce eadem notione uſus eſt.

Μεσονυκτίοις πόθ' ὥραις,
Στρέφεται ὅτ' ἄρκτος ἤδη, &c.

Ceterùm, procul dubio falſum eſt quod ait Plinius, Anaximandrum obliquitatem Zodiaci primum inveniſſe: nam anteà eclipſes & ſolſtitia prædixerat ejus præceptor Thales, ut ſuprà in Thalete vidimus: eclipſes autem & ſolſtitia prædici non poſſunt, ſine doctrina obliquitatis Zodiaci. Primum eum Geographicam Tabulam edidiſſe, ſcripſit Strabo libro primo.

Καὶ γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν] Strabo libro I. Ἀναξίμανδρος, ὁ Θαλοῦ μαθητὴς καὶ πολίτης, πρῶτος γεωγραφικὸν πίνακα ἐξέδωκεν. Ἑκαταῖος δὲ, σύγγραμμα.

Τῶν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη, &c.] Suidas: ἔγραψε περὶ φύσεως, γῆς περίοδον, περὶ τῶν ἀπλανῶν, καὶ σφαῖραν, καὶ ἄλλα τινά. Themiſtius Orat. XX. ait Anaximandrum primum Græcorum auſum eſſe librum de Natura ſcriptum à ſe in lucem emittere: atque anteà ignominioſum fuiſſe libros conſcribere, neque apud Veteres Græcos uſu ac conſuetudine receptum fuiſſe.

Ὁ Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, &c. ἐν τοῖς χρονικοῖς] χρονικὰ hujus Apollodori Athenienſis Grammatici, de quo ſupra diximus, ad Philoſophorum Hiſtoriam illuſtrandam, frequens adducit Laërtius. Meminit & Phlegon libro de Longævis: & hunc librum Cicero reſpexit lib. XII. ad Atticum epiſt. 24. His Χρονικοῖς, tamquam ἀξιοπίστοις, familiariſſimè Latini utebantur.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀναξίμανδρος, ἱστορικός] Qui Pythagoricorum explicationem ſcripſerat, De eo Suidas in Ἀναξίμανδρος, & Voſſius de Hiſtor. Græcis lib. I. cap. 6. Meminit & Anaximandri Lampſaceni Fulgentius lib. I. Μυθολογ. Sed ibi fortè legendum, *Anaximenes Lampſacenus*. Citatur Anaximander quidam ἐν Ἡρωολογίᾳ apud Athenæum libro 2. quo loco Mauſſacus ad Harpocrationem pag. 282. legit, vel Ἡρωελεγείᾳ, vel Ἡρωελογίῳ: qua emendatione nihil certius eſſe dicit: quia ſcilicet laudatur Plato ἐν ἡρωελεγείᾳ ἐπιγράμματι quod compoſuerat pro Ariſtophane, à Thoma Magiſtro in Synopſi vitæ Ariſtophanis. Nos Ἡρωολογίᾳ rectum eſſe non dubitamus. Eſt autem Ἡρωολογία, Diſſertatio de Heroibus.

Τῇ ἰάδι γεγραφώς] Supple γλώσσῃ. Laërtius infrà, in Vita Anaximenis: κέχρηταί τε γλώσσῃ ἰάδι.

ANAXIMENES.

Εὐρυστράτου] Euryſtrati filius dicitur quoque Euſebio lib. X. de Præparat. Evangelicâ cap. ult. & Simplicio in Phyſica Ariſtotelis, & Origeni in Philoſophicis, & Suidæ in Ἀναξιμένης. 3

Ἤκουσεν Ἀναξιμάνδρου] Ita & Euſebius eodem loco, & Cicero in Acad. Quæſt. & Suidas dicto loco.

Οὗτος ἀρχὴν ἀέρα εἶπε, καὶ τὸ ἄπειρον] De dogmatibus Anaximenis, ſcripſerat librum olim Theophraſtus, teſte Laërtio; qui, ſi hodie exſtaret, ſciremus quomodo accipienda eſſet hæc Anaximenis circa principia opinio: neque enim de ea re ſatis conſtat. præter Caſaubonum hîc, vide Euſebium de Præparatione Evangelica dicto loco, & Nemeſium cap. V. & Deſiderium Heraldum Adverſariorum lib. II. cap. 12.

Κινεῖσθαι δὲ ἄστρα οὐχ ὑπὸ γῆν] Editio Frobeniana & Stephanica, nec non MSS. Codices Reg. Bibliothecæ, ὑπὲρ γῆν: ſed cave mutes. Origenes in Philoſophicis, ubi de Anaximene: οὐ κινεῖσθαι δὲ ὑπὸ γῆν τὰ ἄστρα λέγει, καθὼς ἕτεροι ὑπειλήφασιν, ἀλλὰ περὶ γῆν. ὡς περὶ τὴν ἡμετέραν κεφαλὴν στρέφεσθαι τὸ πιλίον, κρύπτεσθαι δὲ τὸν ἥλιον, οὐχ ὑπὸ γῆν γενόμενον, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς γῆς ὑψηλοτέρων μερῶν σκεπόμενον, καὶ διὰ τὴν πλείονα ἡμῶν αὐτοῦ γενομένην ἀπόστασιν. Etiam apud Stobæum in Eclogis, cenſet Anaximenes, οὐχ ὑπὸ τὴν γῆν, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν στρέφεσθαι τοὺς ἀστέρας.

Καὶ ἀπερίττῳ] Hoc eſt, *minus Aſiaticâ*.

Τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι, &c.] Monſtrum Chronologicum. τῇ πεντηκοστῇ πέμπτῃ, emendabat Samuel Petitus Obſ. lib. II. cap. 1. Vide hîc Aldobrandinum. Origenes in Philoſophicis necdum editis: ἤκμασε περὶ ἔτος πρῶτον τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος. Suidas: γέγονεν ἐν τῇ νέ Ὀλυμπιάδι, (id eſt, *Olympiade* LV.) ἐν τῇ Σάρδεων ἁλώσει, ὅτε Κῦρος ὁ Πέρσης Κροῖσον καθεῖλεν. At mortuum eſſe eo fere tempore, quo Sardes captæ ſunt, vult Origenes. Sardes autem captæ à Cyro anno I. Olympiadis LIX. ut docet Petavius lib. XIII. de Doctrina Temporum. Vide hîc Palmerium.

Ῥήτωρ] Hujus Anaximenis Rhetoris Lampſaceni Vitam habes apud Suidam in Ἀναξιμένης: ex qua diſcimus, Anaximenem illum, filium fuiſſe Ariſtocles, ac diſcipulum Diogenis Cynici & Zoïli, Amphipolitæ, Grammatici, cognomento Homeromaſtigis, & præceptorem Alexandri Magni. Meminit ejus & in Τιμόλαος· ubi Timolaum ejus diſcipulum fuiſſe ait: quod ab Heſychio Mileſio habuit, qui idem teſtatur in Τιμόλαος. Meminit Anaximenis Rhetoris & Quintilianus III. 6. Strabo lib. XIII. Dionyſius Halicarnaſſeus epiſt. ad Ammæum, & in Iſæo; Plutarchus in civilibus Præceptis; & Pauſanias Heliac. II. Hujus eſſe Rhetoricam ad Alexandrum quæ Ariſtoteli tribuitur, veriſimili conjecturâ exiſtimant, Victorius Præfatione in genuina Ariſtotelis Rhetorica, & Var. lect. lib. XIV. cap. 2. Robortellus; Nunneſius in Notis in Phrynichum pag. 56. Aldobrandinus hîc, & Voſſius lib. I.

de Hiſtor. Græcis cap. 10. ubi eum de hoc Anaximene Rhetore pluribus diſſerentem vide. De eodem Anaximene accipiendus videtur Diodorus, in his verbis libri XV. ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης, Γοργίας τε ὁ Ῥήτωρ, καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ, καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι καὶ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς, καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος. Fuit & Anaximenes Rhetor, patriâ Chius, memoratus Luciano in Dialogo qui *Herodotus* dicitur. Sed quem cum Lampſaceno eumdem facit Pauſanias in 2. Heliacorum: quòd notatum Valeſio ad Harpocrationem.

Καὶ ἱστορικὸς] Hic eſt, qui Anaximenes Lampſacenus junior vulgò dicitur, ut à ſeniori, qui Rhetor fuit, diſtinguatur. De eo conſulendus Voſſius lib. 1. de Hiſtor. Græcis cap. 11. Sed Rhetor fuit quoque Hiſtoricus, ut mox videbitur. Anaximenis Hiſtorici nullam niſi hîc mentionem fieri, notat Valeſius ad Harpocrationem pag. 219.

Οὗ ἀδελφῆς υἱὸς ἦν τοῦ Ῥήτορος, τοῦ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις γεγραφότος] Id eſt, ut rectè Aldobrandinus, *Qui ex Rhetoris ſorore natus eſt, ejus, qui de rebus ab Alexandro geſtis ſcripſit.* Malè Vetus Interpres, *qui Oratoris nepos Alexandri geſta conſcripſit.* Anaximenem, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν περὶ Ἀλέξανδρον citat Harpocration in Ἀλκίμαχος. Meminit & Pauſanias Heliac. lib. II. his verbis: ἐνταῦθα καὶ Ἀναξιμένους οἶδα εἰκόνα ἀνευρών, ὃς τὰ ἐν Ἕλλησιν ἀρχαῖα, καὶ ὅσα Φίλιππος ὁ Ἀμύντου, καὶ ὕστερον Ἀλέξανδρος, εἰργάσαντο, συνέγραψεν ὁμοίως ἅπαντα. *Ibidem & Anaximenis ſtatuam memini me reperire; qui res priſcas Græcorum, quaſque Philippus Amyntæ filius, & poſteà Alexander, geſſerint, omnes ſimul conſcripſit.* Ex quibus veriſſimè colligebat Voſſius, Anaximenis illius Rhetoris, qui Hiſtoriam Alexandri Magni, cujus comes fuit, ſcripſerat, eſſe & Φιλιππικὰ (in quibus citatur Anaximenes Euſtrathio in Ariſtot. lib. III. cap. 8. & Harpocrationi in Ἀλόνησος, Καβύλη, & Μάστειρα) nec non πρώτας ἱστορίας, in quibus citatur Athenæo lib. VI. Ceterùm, de variis Anaximenibus videndus Meurſius ad Chalcidium.

4 Θαλῆς ἐκ καλοῦ] Suſpecta lectio: immo vitioſa. Scripſiſſe Laërtium Θαλῆς Ἐξαμίου, id eſt, *Thales Examii filius*, ſuſpicabatur Marquardus Gudius, vir doctiſſimus, idemque elegantiſſimus, ingenioſè. ἐξ ἁμίου ſcriptum fuiſſe diviſim veriſimile eſt; quod poſteà in ἐκ καλοῦ abierit. Ita vitioſè in Chronico Alexandrino pag. 336. Θαλῆς ὁ ἐξ Ἁμύου Μιλήσιος· & in Stephani Florentina editione, voce Μίλητος, Θαλῆς ἐξ Ἁμοίου.

Εὐφρόνης] *Nocte.* Nox, dicta εὐφρόνη, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν· quòd conſiliis apta ſit. Plutarchus libro de Curioſitate: καὶ τὴν νύκτα προεῖπον εὐφρόνην, μέγα πρὸς εὕρεσιν τῶν ζητουμένων καὶ σκέψιν ἡγούμενοι τὴν ἡσυχίαν καὶ τὸ ἀπερίσπαστον.

Ἅμα τῇ ἀμφιπόλῳ] De eo, nos ſuprà ad Thaletem.

5 Ἰταλιώτησι] Ἰταλιῶται, dicebantur, qui Magnam Græciam incolebant: quam *ſubciſivam Græciam* elegantèr vocat Apuleius Apologiæ lib. I. ut ad Proœmium Laërtii adnotabamus, ubi nos vide. Heſychius: Ἰταλιώτης. οὐδ' Ἰταλιώτης, οὐδ' ἀλαζὼν οὐδαμῶς. ἐπεὶ οἱ Πυθαγορικοὶ ἐν Ἰταλίᾳ διέτριβον, ἔνθα φασὶν αὐτοὺς καὶ ἐμπυρισθῆναι. οὐδ' Ἰταλιώτης, οὐδ' ἀλαζὼν οὐδαμῶς. verſus eſt jambicus veteris Comici. Corrigendus Suidas: Ἰταλιώδης, ὁ ἀλαζών. ἀπὸ τῶν Πυθαγορικῶν. Lege Ἰταλιώτης. Videndus Stephanus in Σικελία, & Suidas in Ἰταλία. Plinius III. 5. ubi de deſcriptione Italiæ, meminit loci quem *Græciam* appellat; & quem illum eſſe non dubitamus, qui *Magnæ Græciæ* nomen retinuit. Auctor libelli Περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων; qui vulgò Ammonio tribuitur, ſed qui Herennii eſt Philonis; Italos inter & Italiotas, hoc diſcrimen ſtatuit; quod Itali ſint, οἱ ἐντεῦθεν τὴν χώραν οἰκοῦντες; Italiotæ verò, ὁπόσοι τῶν Ἑλλήνων ἐπῴκησαν μετὰ ταῦτα.

Φοιτέουσι δέ τοι λεσχηνῶται καὶ ἐκ Σικελίης] An inde Σικελικαὶ Μοῦσαι apud Platonem in Sophiſta? τὸ δὲ παρ' ἡμῶν, inquit, Ἐλεατικὸν ἔθνος ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Ἴσασι δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνενόησαν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστατον ἀμφότερα. Vide nos ſuprà ad Proœmium Laërtianum.

ANAXAGORAS.

Ἡγησιβούλου, ἢ Εὐβούλου] Apud Suidam ſcriptum fuit duntaxat. Ἡγησιβούλου υἱός. 6

Οὗτος ἤκουσεν Ἀναξιμένους] Cicero de Natura Deorum lib. I. *Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene diſciplinam.* Strabo lib. XIV. Κλαζομένιος δ' ἦν ἀνὴρ ἐπιφανὴς Ἀναξαγόρας ὁ Φυσικὸς, Ἀναξιμένους ὁμιλητὴς τοῦ Μιλησίου.

Πρῶτος τῇ ὕλῃ νοῦν ἐπέστησεν] Socrates apud Platonem, in Phædone: ἀλλ' ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινὸς, ὡς ἔφη, Ἀναξαγόρου ἀναγινώσκοντος, καὶ λέγοντος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε, καὶ πάντων αἴτιος, &c. Cicero dicto loco de Natura Deorum: *Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene diſciplinam, primus omnium rerum deſcriptionem & modum, mentis infinitæ vi ac ratione deſignari & confici voluit: in quo non vidit,* &c. Plutarchus in Pericle; ubi de Anaxagora: τοῖς ὅλοις πρῶτος οὐ τύχην, οὐδ' ἀνάγκην διακοσμήσεως ἀρχὴν ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε, &c. Clemens Stromat. II. Ἀναξαγόρας πρῶτος ἐπέστησε τὸν νοῦν τοῖς πράγμασι. Themiſtius orat. XV. νοῦν καὶ θεὸν πρῶτος ἐπαγαγόμενος τῇ κοσμοποιΐᾳ, καὶ οὐ πάντα ἀνάψας τῆς φύσεως τῶν σωμάτων. Tertullianus lib. de anima: *Quàm Anaxagoræ turbata ſententia eſt! initium enim omnium commentatus animum, univerſitatis oſcillum de illius axe ſuſpendens, purumque eum adfirmans, & ſimplicem & incommiſcibilem, hoc vel maximè titulo ſegregat ab animæ commiſtione; & tamen eumdem alibi animæ addicit.* Proclus in Timæum Platonis, ſtatim initio: Ἀναξαγόρας, ὃς δὴ δοκεῖ, καθευδόντων τῶν ἄλλων, τὸν νοῦν πρῶτον αἴτιον τῶν γιγνομένων ἰδεῖν. Meminit & Ariſtoteles in Metaphyſicis. Habuit hoc à Lino Anaxagoras. Laërtius ſuprà in Proœmio; ubi de Lino: τούτῳ ἀρχὴ τῶν ποιημάτων ἥδε, Ἦν ποτέ τοι

τοι χρόνος οὗτος ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπεφύκει. ὅθεν λαβὼν Ἀναξαγόρας, πάντα ἔφη χρήματα γεγονέναι ὁμοῦ, νοῦν δὲ ἐλθόντα, αὐτὰ διακοσμῆσαι. Sententiam Anaxagoræ, qui ſenſuum judicia damnabat, λόγον autem κριτήριον ajebat eſſe, refert Sextus Empiricus lib. VII. Sed de Anaxagoræ περὶ τύχης ſententia, audiendus Auctor φιλοσόφου ἱστορίας, quæ Galeno falsò tribuitur: Ἀναξαγόρας δὲ καὶ Στωϊκοὶ, αἰτίαν ἄδηλον ἀνθρωπίνων λογισμῶν, καὶ τὰ μὲν κατὰ ἀνάγκην· τὰ δὲ κατὰ τύχην· τὰ δὲ κατὰ αὐτόματον.

Οἷόν τιν ἡδέως καὶ μεγαλοφρόνως ἡρμηνευμένον] Id eſt, *Cujus eſt & ſuavis ſimul & magnifica oratio.* Laërtius infrà in Xenophonte: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας. Sed an potiùs legendum ἡρμοσμένον? hoc eſt, εὖ κατεσκευασμένον, uti hanc vocem Heſychius interpretatur.

Παρὸ καὶ νοῦς ἐπεκλήθη] Verba ſunt Laërtii, non Anaxagoræ. Suidas in Ἀναξαγόρας: νοῦς δὲ ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὕλην καὶ νοῦν πάντων φρουρὸν εἶπεν. & in νοῦν τὸν ξένον: Ἀναξαγόρας ὁ Σοφιστὴς νοῦς ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδὴ ὕλην καὶ νοῦν πάντα φρουρεῖν εἶπε. Plutarchus in Pericle: ὁ δὲ πλεῖστα Περικλεῖ συγγενόμενος, καὶ μάλιστα περιθεὶς ὄγκον αὐτῷ καὶ φρόνημα δημαγωγίας ἐμβριθέστερον, ὅλως τε μετεωρίσας καὶ συνεξάρας τὸ ἀξίωμα τοῦ ἤθους, Ἀναξαγόρας ἦν ὁ Κλαζομένιος. ὃν οἱ τότ' ἄνθρωποι νοῦν προσηγόρευον, εἴτε τὴν σύνεσιν αὐτοῦ μεγάλην εἰς φυσιολογίαν καὶ περιττὴν διαφανεῖσαν θαυμάσαντες, εἴθ' ὅτι τοῖς ὅλοις πρῶτος οὐ τύχην, οὐδ' ἀνάγκην, διακοσμήσεως ἀρχὴν, ἀλλὰ νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον, ἐμφερεμιγμένον πᾶσι τοῖς ἄλλοις, ἀποκρίνοντα τὰς ὁμοιομερείας: *Qui autem plurimùm Periclis familiaris exſtitit, quique maximum ei pondus, & ſpiritus ad populum tractandum ſolidiores conciliavit, planéque majeſtatem morum excitavit & extulit, Anaxagoras fuit Clazomenius, quem illius temporis æquales* Mentem *appellavere; vel quòd perſpicaciam ejus ſingularem in natura perſcrutanda, excellentemque admirarentur, vel quòd univerſitati, non fortunam, neque fatum ordinatæ deſcriptionis principium, ſed mentem princeps puram ac ſynceram præfecerit, commixtam ceteris, & partium ſimilitudines ſervantem.* Atque inde eſt quòd defuncto geminam Aram poſuerunt, alteram Mentis; alteram, Veritatis nomine inſcriptam. Refert id Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro VIII. capite ultimo. Contrà (quòd τὸν νοῦν Chriſti humanitati tolleret) Chriſtianis ἄνους vocabatur Apollinaris.

Πάντα συνεσφήκωσεν, &c.] Id eſt, omnia compegit ſimul, confuſa priùs. Heſychius: σφήκωμα, πύκνωμα, καὶ ὁ δεσμός. Fuit tamen Anaxagoræ ſententia, omne in omni miſceri. Ariſtoteles Metaphyſ. lib. III. cap. 5. Ἀναξαγόρας μεμίχθαι πᾶν ἐν παντὶ, φησὶ, καὶ Δημόκριτος. Plato in Gorgia: τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν, ὦ φίλε Πῶλε, ὁμοῦ ὧν πάντα χρήματα ἐφύρετο ἐν τῷ αὐτῷ. Atque inde eſt, quòd Luthero *Theologus Anaxagoricus* dicitur is, qui quodlibet in quolibet loco Scripturæ ſacræ invenire poſſit.

Τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις] Id ipſum de Anaxagora teſtatur Plato in Phædro: Καλόν γε, ὦ Ἱππία, λέγεις καὶ μέγα τεκμήριον σοφίας τῆς τε σαυτοῦ, καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων, πρὸς τοὺς ἀρχαίους ὅσον διαφέρουσι. τῶν γὰρ προτέρων περὶ Ἀναξαγόραν λέγεται πολλὴ ἀμαθία κατὰ τὸν σὸν λόγον. τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι ἢ ὑμῖν. καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα, &c. Et Plutarchus in Vita Periclis: καὶ τὴν οἰκίαν ἐκεῖνος ἐξέλιπε, καὶ τὴν χώραν ἀφῆκεν ἀργὴν καὶ μηλόβοτον ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ μεγαλοφροσύνης. Et Philo Judæus, Diſſertatione περὶ βίου θεωρητικοῦ: Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον Ἕλληνες ᾄδουσιν, ὅτι φιλοσοφίας ἱμέρῳ πληχθέντες, μηλοβότους εἶασαν γενέσθαι τὰς οὐσίας. Et Himerius apud Photium: μήτε τῷ ἠττωμένῳ τῶν δυναστευόντων ἐν πόλεσιν, εἴπερ κρατεῖ τοῖς ἀμείνοσι· τοσοῦτο ἂν δεῖοι σπουδαῖος ἀνὴρ μεταδιώκειν τὴν τῶν τοιούτων κτῆσιν, ἢ δυστυχεῖν ὑπολαμβάνειν τὸ στέρεσθαι, ὥστε ἤδη τινὲς, καὶ μόλα τῶν ὀνομαστῶν ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ. οἱ τούτων ἑκόντες ἀπέστησαν, ἵνα πάσης ἑαυτοὺς τῆς ἔξωθεν ἀσχολίας ἐλευθερώσαντες, τὸν ἀθάνατον τῆς ἀρετῆς πλοῦτον ἀλλάξωνται. Ἀναξαγόρας γῆν ἀνῆκε τὴν ἑαυτοῦ πᾶσαν μηλόβοτον, ἔργῳ νομοθετῶν τίς γεωργία τοῖς σοφωτέροις ἁρμόττουσα. Et Tullius Tuſculan. Quæſt. lib. I. *Quid ergo, aut Homero ad delectationem animi ac voluptatem, aut cuiquam docto defuiſſe umquam arbitramur? Aut, ni ita ſe res haberet, Anaxagoras, aut hic ipſe Democritus, agros & patrimonia ſua reliquiſſent: huic diſcendi quærendique divinæ delectationi toto ſe animo dediſſent?* Et Valerius Maximus VIII. 7. *Quali porro ſtudio Anaxagoram flagraſſe credimus? qui cùm è diutina peregrinatione patriam repetiiſſet, poſſeſſionesque deſertas vidiſſet, Non eſſem, inquit, ego ſalvus, niſi iſtæ periiſſent*, &c. Etiam gregibus agros ſuos depaſcendos Anaxagoram reliquiſſe, ait Suidas; de eoque propterea Apollonium Tyaneum dixiſſe, ovibus potiùs, quàm hominibus fuiſſe philoſophatum. Atque huc ſpectat, quod legitur apud Ariſtotelem Eudem. libro V. cap. 7. Ἀναξαγόραν καὶ Θαλῆν, καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μὲν, φρονίμους δ' οὔ, φασὶν εἶναι, ὅταν ἰδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντ' αὐτοῖς· καὶ περιττὰ μὲν, καὶ θαυμαστὰ, καὶ χαλεπὰ, καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτοὺς φασιν, ἄχρηστα δ', ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι: & quæ ſequuntur. De Democrito, præter memoratos Scriptores, atque Ariſtotelem, idem teſtatur & Lactantius lib. III. de falſa Sapientia capite 23. & Horatius Epiſtolarum libro I. epiſtolâ ad Iccium. de Cratete Thebano, Laërtius in ejus Vita, Plutarchus libro de vitando ære alieno, & Origenes contra Celſum libro II. In loco Plutarchi ſuprà allato, obſervare eſt eadem voce μεγαλοφροσύνης Plutarchum uſum fuiſſe quâ hîc Laërtius: οὗτος εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφροσύνῃ.

Καὶ περὶ τὴν τῶν φυσικῶν θεωρίαν ἦν, οὐ φροντίζων τῶν πολιτικῶν] Cicero II. de Oratore: *eâdem autem alii prudentia, ſed conſilio ad vitæ ſtudia diſpari, quietem atque ocium ſecuti, ut Pythagoras, Democritus, Anaxagoras, à regendis civitatibus totos ſe ad cognitionem rerum transtulerunt: quæ vita propter tranquillitatem, & propter ipſius ſcientiæ ſuavitatem, quâ nihil eſt hominibus jucundius, plures quàm utile fuit rebus publicis, delectavit.* Alius igitur fuerit ab Anaxagora noſtro, Anaxagoras ille, qui ab Æliano Var.

Hiſt. lib. IV. cap. 14 citatur ἐν τῷ Περὶ βασιλείας.

Πρὸς τὸν εἰπόντα, Οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος, Εὐφήμει, ἔφη, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν] Rem longè aliter narrat Philo Judæus libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου: λέγεται τοίνυν ὁ κόσμος, καθ' ἓν μὲν πρῶτον σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων κατὰ περιοχὴν γῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ζώων καὶ φυτῶν· καθ' ἕτερον δὲ μόνος οὐρανός· εἰς ὃν ἀπιδὼν Ἀναξαγόρας πρὸς τὸν πυνθανόμενον, ἧς ἕνεκα αἰτίας τὰ πολλὰ πειρᾶται διανυκτερεύειν ὕπαιθρος, ἀπεκρίνατο, τοῦ τὸν κόσμον θεάσασθαι, τὰς χορείας καὶ περιφορὰς τῶν ἀστέρων αἰνιττόμενος. Ad quæ fortè reſpexit Laërtius, cùm infrà ait, ἐρωτηθείς ποτε, εἰς τί γεγένηται; Εἰς θεωρίαν, ἔφη, ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ οὐρανοῦ.

Τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι] τῇ ἑξηκοστῇ Caſaubonus reponendum exiſtimabat. Sed nihil mutandum, docet Meurſius Attic. Lect. lib. III. cap. 27.

Τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης] ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης emendabat Meurſius Atticarum Lect. lib. III. cap. 27. & libro de Archont. Athen. lib. II. cap. 13. nec non Petavius in Rationario Temporum parte I. lib. III. cap. 8. quem ego auctorem in Chronologicis vehementer ſequor. & Voſſius de ſcientiis Mathematicis cap. 33. & Palmerius hîc. Origenes tamen, in Philoſophicis necdum editis, eâ Olympiade non obiiſſe, ſed floruiſſe ait Anaxagoram: ἤκμασεν ἔτους πρώτου τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος, καθ' ὃν καιρὸν καὶ Πλάτωνα λέγουσι γεγενῆσθαι.

Ἐπὶ Καλλίου] Hîc, ut & apud Thomam Magiſtrum, in Vita Euripidis, reſcribendum putabat Meurſius Καλλιάδου. Eum vide de Archont. Ath. lib. II. cap. 8. Plures tamen Archontes *Callia* nomine Athenis fuerunt; de quibus ipſe Meurſius Atticar. Lect. lib. IV. cap. 15.

Τὸν ἥλιον μύδρον εἶναι διάπυρον] Xenophon Memo-
8 rabil. libro IV. ubi de Anaxagora: φάσκων δὲ τὸν ἥλιον, λίθον διάπυρον εἶναι, καὶ τοῦτο ἠγνόει, ὅτι λίθος μὲν, ἐν πυρὶ ὤν, οὔτε λάμπει, οὔτε πολὺν χρόνον ἀντέχει. ὁ δὲ ἥλιος, τὸν πάντα χρόνον πάντων λαμπρότερος ὤν, διαμένει. Joſephus contra Appionem lib. II. Ἀναξαγόρας δὲ Κλαζομένιος ἦν· ἀλλ' ὅτι νομιζόντων Ἀθηναίων τὸν ἥλιον εἶναι θεὸν, ὁ δ' αὐτὸν ἔφη μύδρον εἶναι διάπυρον, (ſic legendum, non μῦλον, quamquam & hæc lectio ferri poſſet, ut mox oſtendemus) θάνατον αὐτοῦ πῳ ὀλίγας ψήφους κατέγνωσαν. Cyrillus Alexandrinus lib. VI. contra Julianum: λίθον εἶναι διάπυρον τὸν ἡλίου κύκλον Ἀναξαγόρου λέγοντος, κατεψηφιζόμενον αὐτοῦ τὸν θάνατον Ἀθήνησιν οἱ δικάζοντες. Auctor φιλοσόφου Ἱστορίας; ubi de Sole: Ἀναξαγόρας, καὶ Δημόκριτος, καὶ Μητρόδωρος, πέτρον ἢ μύδρον διάπυρον. Ad quod reſpexit Tatianus Oratione contra Gentes: πῶς πεισθήσομαι τῷ λέγοντι μύδρον τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην γῆν. Suidas, μύδρον διάπυρον interpretatur πύρινον λίθον. Heſychius quoque: μύδρος. ὁ ἀργὸς σίδηρος, καὶ κραταιὸς λίθος. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀναισθήτου, σίδηρος πεπυρωμένος. Caſaubonus, non tam lapidem aut ferrum, quàm globum quemdam igneum λιθώδη & βαρὺν, ut ait Plutarchus, intelligere voluiſſe Anaxagoram exiſtimat. Certè Heſychius σόλον ὄγκον interpretatur: & ea notione hanc vocem Homerus Iliad. ψ. uſurpavit. Porrò de hoc Laërtii loco, vide Heraldum Adverſ. libro II. cap. 12.

Καὶ μείζω τῆς Πελοποννήσου] Aliter Auctor φιλοσόφου Ἱστορίας: Ἀναξίμανδρος, τὸν μὲν ἥλιον ἴσον εἶναι τῇ γῇ· τὸν δὲ πόλον ἀφ' οὗ τὴν ἐκπνοὴν ἔχει ἑπτάκις καὶ εἰκοσαπλασίως τῆς γῆς. Ἀναξαγόρας, πολυπλάσιον τῆς γῆς. Ἐπίκουρος, τοιοῦτος οἷος φαίνεται, ἢ μικρῷ μείζων ἢ ἐλάττων.

Οἱ δὲ φασι Τάνταλον] Joſephus Scaliger in ora libri ei δὲ ἀτάλαντον, id eſt, *æqualem*, emendare conabatur. Sed nihil mutandum, docet Caſaubonus; quem vide omnino.

Τὴν δὲ σελήνην οἰκήσεις ἔχειν, &c.] Meminit & Tatianus loco laudato, cùm ait, καὶ τὴν σελήνην γῆν; quod à Platone habuit, ex Apologia Socratis; ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον, λίθον φησὶν εἶναι· τὴν δὲ σελήνην, γῆν. Ἀναξαγόρου οἴει κατηγορεῖν, ὦ φίλε Μέλιτε. Meminit & Auctor φιλοσόφου Ἱστορίας; ubi de Luna: Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία, καὶ ὄρη, καὶ φάραγγας. Arnobius quoque: *Sunt in ſidereis montibus ſilvæ*; (Meurſius emendabat, *Sunt in ſideribus montes, ſunt Silvæ:*) *ſunt luſtra; ſunt nemora; ut venationum præpotens in expeditionibus habeatur Diana.* & Cicero Academ. Quæſt. IV. *Habitari ait Xenophanes in Luna, eamque eſſe terram multarum urbium & montium.* De hac circa Lunam Anaxagoræ opinione, legendus Gaſſendus in Philoſophicis, Hevelius in Selenographia, & Galilæus in Nuntio Sidereo, nec non in Dialogis.

ἀρχὰς δὲ τὰς ὁμοιομερείας] Lucretius:

Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur homœomeriam,
Quam Græci memorant, nec noſtrâ dicere linguâ
Concedit nobis patrii ſermonis egeſtas.

Cicero Academ. Quæſt. lib. IV. *Princeps Thales, unus è ſeptem; cui ſex reliquos conceſſiſſe primas ferunt; ex aqua dixit conſtare omnia. At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo non perſuaſit. is enim infinitatem naturæ dixit eſſe, è qua omnia gignerentur. pòſt, ejus auditor Anaximenes, infinitum aëra; ſed ea, quæ ex eo orirentur, definita: gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia. Anaxagoras, materiam infinitam; id eſt particulas ſimiles inter ſe, & minutas; eas primùm confuſas, poſtea in ordinem adductas à mente divina.*

Καθάπερ ἐκ τῶν ψηγμάτων λεγομένων τὸν χρυσὸν συνεστάναι] Optimè Caſaubonus ex Suida, καθάπερ ἐκ τῶν ψηγμάτων λέγομεν τὸν χρυσὸν συνεστάναι.

Ἐπὶ τῆς γῆς πλατείας οὔσης] Vide nos, & Caſaubonum ad Epiſtolam Epimenidis ad Solonem. τὴν θάλασσαν ὑποστῆναι, διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν]

Θαλοειδῶς] Id eſt, *in modum tholi.*

Καὶ τὸν γαλαξίαν, ἀνάκλασιν εἶναι φωτὸς ἡλιακοῦ.] Rectè 9
Aldobr. legendum vidit ἀνάκλασιν εἶναι τῶν ὑπὸ φωτὸς ἡλιακοῦ. eum vide. Origenes in Philoſophicis necdum editis: τόν τε γαλαξίαν, ἀνάκλασιν εἶναι τοῦ φωτὸς τῶν ἄστρων τῶν μὴ καταλαμβανομένων ὑπὸ ἡλίου. ubi legendum, quomodo apud Laërtium legitur, τῶν καταλαμπομένων. Auctor φιλοσόφου Ἱστορίας, quæ Galeno tribuitur, aliam circa circulum lacteum opinionem tribuit Anaxagoræ: Ἀναξαγόρας τὴν σκιὰν τῆς

γῆς. Sed in eo falli, præter Laërtii & Origenis loca, docent hæc verba Philoſophi, libro I. Meteorol. cap. 8. οἱ δὲ περὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον, φῶς εἶναι τὸ γάλα λέγουσιν ἀστρῶν τινῶν· τὸν γὰρ ἥλιον ὑπὸ τὴν γῆν φερόμενον, οὐχ ὁρᾶν ἕνια τῶν ἄστρων· ὅσα μὲν οὖν ὁρᾶται ὑπ' αὐτοῦ, τούτων μὲν οὐ φαίνεσθαι τὸ φῶς· καλύεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων· ὅσοις δ' ἀντιφράττει ἡ γῆ ὥστε μὴ ὁρᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸ τοιοῦτον οἰκεῖον φῶς, φασὶν εἶναι τὸ γάλα. Hanc autem Anaxagoræ περὶ τοῦ γάλακτος opinionem, improbat Ariſtoteles dicto loco; ubi eum vide.

Τοὺς δὲ κομήτας; &c. τούς τε διάττοντας, &c. ἀνέμους γίνεσθαι, &c.] Videndus hîc omnino Aldobrandinus. Vide & Auctorem φιλοσόφου ἱστορίας.

Σεισμὸν, ὑπονόστησιν ἀέρος εἰς γῆν] Ammianus Marcellinus lib. XVII. ubi de terræ motibus: *Accidunt autem, ut opiniones exiſtimant, inter quas Ariſtoteles æſtuat & laborat, aut in cavernis minutis terrarum, quas Græcè ſyringas appellamus, impulſu crebriore aquis undabundis: aut certè, ut Ariſtoteles affirmat: ventorum vi ſubeuntium imas terrarum: qui cùm ſoliditatibus conceruſtatis inciderint, eruptiones nullas reperientes, eas partes ſoli convibrant, quas ſubrepſerint humidi.* Et quæ ſequuntur, quæ vide.

Ζῶα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ, καὶ θερμοῦ, καὶ γεώδους] Sed & aërem ſemina omnium habere, quibus, cum aqua unà delatis, arbores gigni aſſeverabat. Theophraſtus Hiſtor. Plant. lib. III. cap. 2. Ἀναξαγόρας μὲν τὸν ἀέρα πάντων φάσκων ἔχειν σπέρματα· καὶ ταῦτα συγκαταφερόμενα τῷ ὕδατι γεννᾶν τὰ φυτά.

Καὶ ἄρρενα μὲν, ἀπὸ τῶν δεξιῶν. θήλεά τε, ἀπὸ ἀριστερῶν] Et hæc fuit ſummi viri Hippocratis ſententia, Aphoriſmor. v. 48. ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄρσενα ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, τὰ δὲ θήλεα, ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον. Et Epidem. lib. II. καὶ ὅτι ἐμπέφυκε τοῖσι δεξιοῖσι τὰ ἄρσενα, & lib. VI. 34. ὅτι ἐν θερμοτέρῳ τὸ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι, καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, καὶ ἔξω αἱ φλέβες, καὶ χολωδέστεροι. hoc eſt: *Quoniam in calidiore ſolidioreque, dextrâ ſcilicet uteri parte, mares concipiuntur, ideoque nigri ſunt: & venæ extra prominent, longéque bilioſiores exiſtunt.* Id autem Anaxagoras habuit ab Empedocle: cujus hi ſunt verſus apud Galenum ad dictum locum Hippocratis lib. VI. Epidem.

Ἐν γὰρ θερμοτέρῳ τὸ κατ' ἄρσενα ἔπλετο γαίης·
Καὶ μέλανες διὰ τοῦτο, καὶ ἀνδρωδέστεροι ἄνδρες,
Καὶ λαχνήεντες μᾶλλον.

Fuit enim Anaxagoras Empedocle, τῇ μὲν ἡλικίᾳ πρότερος, τοῖς δὲ ἔργοις, ὕστερος, ut ait Ariſtoteles Metaphyſicorum libro I. capite 3. In eadem ſententia fuit & Parmenides. Teſtatur Galenus loco memorato. ὁ μὲν γὰρ Παρμενίδης, οὕτως ἔφη· Δεξιτεροῖσι μὲν, κούρους, λαιοῖσι δ' αὖ, κούρας. Hippocrateæ opinionis rationes adferentem Galenum, vide ad dictum Aphoriſmum, & lib. II. de ſemine, & lib. XIV. de Uſu partium, & lib. VI de Locis affectis. Anaxagoreæ meminit Ariſtoteles, libro IV. de Generatione animalium capite 1. φασὶ γὰρ οἱ μὲν, ἐν τοῖς σπέρμασιν εἶναι ταύτην τὴν ἐναντίωσιν εὐθύς. οἷον Ἀναξαγόρας καὶ ἔνιοι τῶν Φυσιολόγων. γίνεσθαί τε γὰρ ἐκ τοῦ ἄρρενος τὸ σπέρμα, τὸ δὲ θῆλυ παρέχειν τὸν τόπον· καὶ εἶναι, τὸ μὲν ἄρρεν ἐκ τῶν δεξιῶν, τὸ δὲ θῆλυ ἐκ τῶν ἀριστερῶν. καὶ τῆς ὑστέρας τὰ μὲν ἄρρενα ἐν τοῖς δεξιοῖς εἶναι, τὰ δὲ θήλεα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς. *Alii enim protinus in ſeminibus hanc eſſe contrarietatem ajunt*; ſermo eſt de differentia inter marem & feminam; *ut Anaxagoras & alii Phyſici. Etenim ſemen gigni ex mare: ſeminam autem locum præbere: marem à parte dextra, ſeminam à ſiniſtrâ proficiſci: & uteri latere dextro marem contineri; ſeminam, ſiniſtro.* Quam ſententiam ipſe poſteà improbat: ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας τὸ μὲν ἄρρεν ἀπὸ τῶν δεξιῶν εἶναι, τὸ δὲ θῆλυ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν, ὥσπερ καὶ πρὸς Ἐμπεδοκλέα καὶ πρὸς Δημόκριτον, &c. *Quinetiam contra eos, qui marem à dextra, feminam à læva parte proficiſci ajunt, eadem ratio ſufficiet, quæ contra Empedoclem & Democritum.* Sed quàm imperitè in rebus phyſicis plerumque verſatus fuerit magnus ille Magiſter, præcipuè verò cùm de generatione animalium tractavit, Phyſicorum nemini ignotum. Tamen Hippocratis aphoriſmus de his quæ plerumque accidunt, ut & ceteri ferè omnes, intelligendus eſt.

Φασὶ δ' αὐτὸν προειπεῖν τὴν περὶ Αἰγὸς ποταμὸν, &c.] Ita quoque Editio princeps. Stephanica, ποταμούς. Utrumque rectè. Αἰγὸς ποταμὸς, ſive Αἰγὸς ποταμοὶ, ſive, ut Plinius vocat, *Ægos Flumen*, oppidum fuit Helleſponti, clade Athenienſium claſſis nobile. Hujus prædictionis plures meminere. Plinius II. 58. *Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis ſeptuageſimæ octavæ ſecundo anno, prædixiſſe, cœleſtium literarum ſcientiâ, quibus diebus ſaxum caſurum eſſet è Sole: idque factum interdiu, in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Qui lapis etiam nunc oſtenditur, magnitudine vehis, colore aduſto; comete quoque illis noctibus flagrante. Quòd ſi quis prædictum credat, ſimul fateatur neceſſe eſt, majoris miraculi divinitatem Anaxagoræ fuiſſe, ſolvique rerum naturæ intellectum, & confundi omnia, ſi aut ipſe Sol lapis eſſe, aut umquam lapidem in eo fuiſſe credatur: decidere tamen crebrò non erit dubium. In Abydi gymnaſio ex ea cauſa colitur hodieque, modicus quidem (ſubaudi lapis. modicus hîc parvus eſt) Sed quem in medio terrarum caſurum idem Anaxagoras prædixiſſe narratur. Colitur & Caſſandriæ, quæ Potidæa vocitata eſt colonia, & ab eo deducta. Ego ipſe vidi in Vocontiorum agro paulò antè delatum.* Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Aigos potamus; in quo loco lapides caſuros ex cælo prædixit Anaxagoras.* Tzetzes:

Ὁ δὲ Κλαζομένιος πάλιν Ἀναξαγόρας
Ἐξ οὐρανοῦ προέφησε λίθους κατενεχθῆναι
Ἐν ποταμοῖς τοῖς τῆς Αἰγὸς (Θρᾴκης δὲ τοῦτο πόλις)
Καὶ γέγονεν εἰς ὕστερον μὴ ψευσαμένου τούτου.

Meminit & Philoſtratus de Vita Apollonii I. 2. qui lapides, pluraliter, in Ægos flumen è cælo caſuros eſſe prædixiſſe, refert Anaxagoram: ὡς λίθοι περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς τοῦ οὐρανοῦ ἐκδοθήσονται. an legendum? ἐκλυθήσονται? aut potiùs ἐνδοθήσονται? Plutarchus, loco mox afferendo ex Lyſandri Vita: καὶ φερομένην ἢ πρῶτον ἐνέδωκε. Plutarchi Verba, quia Philoſophicè in factum inquirit, liceat hîc adponere: κατηνέχθη, ὡς ἡ δόξα τῶν πολλῶν, ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος εἰς Αἰγὸς ποτα-

μούς. καὶ δείκνυται μὲν ἔτι νῦν σεβομένων αὐτὸν τῶν Χερρονησιτῶν· λέγεται δὲ Ἀναξαγόραν προειπεῖν, ὡς τῶν κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐνδεδεμένων σωμάτων, γενομένου τινὸς ὀλισθήματος, ἢ σάλου, ῥίψις ἔσται καὶ πτῶσις ἐνὸς ἀπορραγέντος· εἶναι δὲ καὶ τῶν ἄστρων ἕκαστον οὐκ ἐν ᾗ πέφυκε χώρᾳ· (πέφυκε agnoſcit Interpres) λιθώδη γὰρ ὄντα καὶ βαρέα, λάμπειν μὲν ἀντερείσει καὶ περικλάσει τοῦ αἰθέρος, ἑλκεσθαι δὲ ὑπὸ βίας σφιγγόμενον δινῃ καὶ τόνῳ τῆς περιφορᾶς, ὥς που καὶ τὸ πρῶτον ἐκρατήθη μὴ πεσεῖν δεῦρο, τῶν ψυχρῶν καὶ βαρέων ἀποκρινομένων τοῦ παντός· ἔστι δὲ τις πιθανωτέρα δόξα ταύτης, εἰρηκότων ἐνίων ὡς οἱ διάττοντες ἀστέρες, οὐ φύσεις εἰσὶν, οὐ δ' ἐπινέμησις αἰθερίου πυρὸς ἐν ἀέρι κατασβεννυμένου περὶ τὴν ἕλαψιν αὐτὴν, οὐδὲ ἀέρος εἰς τὴν ἄνω χώραν πλήθει λυθέντος, ἔκπρησις καὶ ἀναφλεξις, ῥίψις δὲ καὶ πτῶσις οὐρανίων σωμάτων, οἷον ἐνδόσει τινὶ τόνου καὶ παρατρόπου κινήσεως, ἐκ παλμῶν φερομένων οὐ πρὸς τὸν οἰκούμενον τόπον τῆς γῆς, ἀλλὰ τῶν πλείστων ἐκτὸς εἰς τὴν μεγάλην ἐκπιπτόντων θάλατταν· διὸ καὶ λανθάνουσι. τῷ δὲ Ἀναξαγόρᾳ μαρτυρεῖ καὶ Δάμαχος ἐν τοῖς περὶ εὐσεβείας, ἱστορῶν, ὅτι πρὸ τοῦ πεσεῖν τὸν λίθον, ἐφ' ἡμέρας ἑβδομήκοντα καὶ πέντε συνεχῶς κατὰ τὸν οὐρανὸν ἑωρᾶτο πύρινον σῶμα παμμέγεθες, ὥσπερ νέφος φλογοειδὲς, οὐ σχολάζον, ἀλλὰ πολυπλόκους καὶ κεκλασμένας φορὰς φερόμενον, ὡς τὰ ὑπὸ σάλου καὶ πλάνης ἀπορρηγνύμενα πυροειδῆ σπάσματα φέρεσθαι πολλαχοῦ καὶ ἀστράπτειν, ὥσπερ οἱ διάττοντες ἀστέρες. ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθα τῆς γῆς ἔβρισε, καὶ παυσάμενοι φόβου καὶ θάμβους οἱ ἐπιχώριοι συνῆλθον, ὤφθη πυρὸς μὲν οὐδὲν ἔργον, οὐδ' ἴχνος τοσοῦτον, λίθος δὲ κείμενος, ἄλλως μὲν μέγας. οὐθὲν δὲ μέρος, ὡς εἰκὸς, ἐκείνης τῆς πυροειδοῦς περιοχῆς ἔχων. ὅτι μὲν οὖν εὐγνωμόνων ὁ Δάμαχος ἀκροατῶν δεῖται, δῆλός ἐστιν· εἰ δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος ἐξελέγχει κατὰ κράτος τοὺς φάσκοντας ἔκ τινος ἀκρωρείας ἀποκοπεῖσαν πνεύμασι καὶ ζάλαις πέτραν, ὑπολειφθεῖσαν δ' ὥσπερ οἱ στρόβιλοι, καὶ φερομένην ἡ πρῶτον ἐνέδωκε, καὶ διελύθη τὸ περιδινῆσαν, ἐκριφῆναι καὶ πεσεῖν. εἰ μὴ νὴ Δία πῦρ μὲν ἦν ὄντως τὸ φαινόμενον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, σβέσις δὲ καὶ φθορὰ μεταβολὴν ἀέρι παρέσχεν, εἰς πνεύματα βιαιότερα καὶ κινήσεις, ὑφ' ὧν συνέτυχε καὶ τὸν λίθον ἐκριφῆναι. *Decidit cælo, ut multorum fert opinio, ad Aigos fluvium ingens lapis, qui hodie quoque oſtenditur, & habetur apud Cherſoneſitas magna in veneratione. Anaxagoram prænuntiaſſe perhibent, incluſorum cælo corporum lubrica aliqua jactatione aut fluctuatione unum abruptum præceps delapſurum. Jam non eſſe quodque ſidus in eo quo natum loco eſt. Nam lapidea cùm ſidera ſint & ponderoſa, reflexu & reſultu fulgere ea æthere: vi trahi autem, vertigine & circumvectionis adſtrictæ impetu: ſicut ab initio, cùm ab univerſitate diſtraherentur frigida & gravia retenta fuerunt, ne dilaberentur huc. Verùm opinio eſt probabilior altera nonnullorum, qui volunt Stellarum trajectiones, non fluorem, non ignis ætherei depaſtionem eſſe in aëre reſtincti dum accenduntur, non aëris in ſuperiorem regionem copiâ diſperſi ſuccenſionem & inflammationem, ſed lapſum & caſum corporum cæleſtium, quaſi remiſſione quadam contentionis atque motus circularis ex tremoribus non ad terram habitabilem tendentium, ſed extra fere in oceanum delabentium, quod in cauſa ſit ut ignorentur. Suffragatur Anaxagoræ Damachus, qui in libris de Religione ſcribit, priuſquam hic lapis deſtueret, viſum continuos quinque & ſeptuaginta dies eximiæ magnitudinis corpus in cælo, inſtar flammeæ nubis igneum, non torpidum illud quidem, ſed huc illuc identidem agitatum, ut fluctuatione, jactationeque avulſa fragmenta ignita in diverſas rapta partes fuerint, & micuerint trajectionis ſtellarum modo: poſtquam eò loci delatus eſt, & remoto pavore concurrunt Incolæ: nullum ignis indicium, nec tam grande veſtigium deprehenſum eſt. Tantùm lapis jacebat, ingens ille quidem, ſed ambitus illius flammei partem retinebat ferme nullam. Ceterùm Damachum liquet benignos requirere auditores. Quòd ſi vera ſunt quæ hîc attulit, refellit egregiè illos qui dictitant ex vertice montis alicujus ventis & procellis deſectum ſaxum ſublatúmque inſtar turbinis & contortum, ubi vis rotans elanguit & reſoluta fuit, laxatum decidiſſe. Niſi ſanè id quod viſum fuit ad multos dies, revera ignis erat: reſtinctio autem & marcor ejus mutationem præbuit aëri in ventos violentiores & motus, atque ita accidit ut ejacularetur lapis.* Signat Plutarchus Ariſtotelem, cùm ait nonnullos exiſtimare ex vertice montis deſectum procellis ſaxum, ſublatumque in altum, & deinde laxatum decidiſſe. Ita enim magnus ille Magiſter Meteorol. lib. I. capite 7. ἐπεὶ καὶ ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσε μεθ' ἡμέραν· ἔτυχε δὲ καὶ τότε κομήτης ἀστὴρ γενόμενος ἀφ' ἑσπέρας: cui planè aſſentior. Ex aduſto colore, cujus meminit Plinius loco laudato, ortam eſſe fabulam lapidis illius è Sole delapſi, quis non videt? Et fabulis quoqe annumerandum quod ait Valerius Maximus I. 6. in Piceno lapides pluiſſe: & quod ſcribit Marcellinus Comes, anno Chriſti 452. tres magnos lapides in Thracia è cœlo cecidiſſe; & quod legimus apud Julium Obſequentem lib. de Prodigiis, Romæ lapidibus pluiſſe: & quod retulit auctor libri de Mineralibus; qui ineptè Ariſtoteli tribuitur; cecidiſſe è cœlo, apud Vergeci, fruſtum ferri centum librarum, quod præ duritia vix frangi potuit. Joſue quoque x. cap. ver. 11. imber lapideus de cælo dicitur depluiſſe: unde orta fabulâ, de qua Strabo, Plinius, & alii, quâ Hercules adverſus Neptuni filios decertans, deficientibus telis, ſaxeam pluviam à Jove fertur impetraſſe. His addo lapidem, qui hodie Aquis Sextiis oſtenditur; qui & è cœlo cecidiſſe fertur: ſed quem ex proximis fuiſſe excuſſum montibus, docet Gaſſendus noſter in libro de Meteoris. Ibi eum vide, Anaxagoreum illum lapidem Aquisextiano, in omnibus congruiſſe; extruſione; tralatione, & lapſu; pronunciantem. Porrò lapidem illum quem apud Ægos flumen è cœlo delapſurum Anaxagoras prædixerat, Euſebius, in Chronico, cecidiſſe refert Olympiadis 78. anno 4. non, ut Plinius, anno 2. in quo vehementer eum errare contendit Meurſius lib. II. de Archontibus Athen. capite 14. Sed de hoc, nos poſteà. Ceterùm, de imbre lapideo, Herculis gratia, conceſſo, legendus doctiſſimus Bochartus in Phaleg, pag. 730.

Ὅθεν καὶ Εὐριπίδην, μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ, χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον] Scholiaſtes Pindari ad Oden I.

Olymp. pag. 8. Ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον, ἐπὶ τοῦ ἡλίου· τὸν γὰρ Τάνταλον, Φυσιολόγον γενόμενον, καὶ μύθον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον, ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν· ὥστε καὶ ἐπηρωτῆσθαι αὐτοῦ τὸν ἥλιον· ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ Φυσικοί φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος· καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον, διὰ τῶν προκειμένων. Euripidis, ut diſcipuli Anaxagoræ, meminit Alexander Ætolus apud Gellium xv. 20. Ὁ δὲ Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχέλαος, &c. & Strabo lib. xiv. διήκουσε δὲ τούτου (Ἀναξαγόρου) Ἀρχέλαος ὁ Φυσικὸς, καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητής· & Diodorus Siculus libro I. ubi de Nili incremento: Ἀναξαγόρας δ' ὁ φυσικὸς ἀπεφήνατο τῆς ἀναβάσεως αἰτίαν εἶναι τὴν τηκομένην χιόνα κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν· ᾧ καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ὢν, ἠκολούθησε, &c. Et Euſebius de Præparat. Euangelica libro x. cap. 14. Ἀναξαγόρου δὲ ἐγένοντο γνώριμοι τρεῖς· Περικλῆς, Ἀρχέλαος, Εὐριπίδης. & Origenes lib. iv. contra Celſum: ἀλλὰ καὶ ὁ κατά τινας Σκηνικὸς Φιλόσοφος, καὶ φυσιολογίας τῆς Ἀναξαγόρου γενόμενος ἀκροατής, &c. Σκηνικοῦ enim φιλοσόφου nomine, Euripidem intelligit, qui ita Veteribus dicebatur; teſte Athenæo, Diodoro Siculo, Clemente Alexandrino lib. v. Στρωματέων, & Euſebio de Præparat Euangel. x. 14.

Ἐν τῷ Φαέθοντι] Hujus Fabulæ Euripidis meminit Strabo lib. I. Athenæus lib. x. Macrobius I. 17. & Stobæus Serm. xxxviii. xli. & xci.

Ἐς Ὀλυμπίαν ἐλθόντα ἐν δερματίνῳ, &c.] Suidas: Ὀλυμπιάσιν ὁπότε ἥκιστα νέοι, προσελθὼν ὑπὸ κωδίῳ εἰς τὸ στάδιον, ἐπὶ προῤῥήσει ὄμβρου λέγεται τοῦτο πεπραχέναι· καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα προλέγων.

Εἰς θεωρίαν, ἔφη, ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ] Jamblichus in Protreptico cap. 6. καὶ Ἀναξαγόραν δὲ φασιν εἰπεῖν ἐρωτηθέντα, τίνος ἂν ἕνεκα ἕλοιτο γενέσθαι τις καὶ ζῆν, ἀποκρίνασθαι πρὸς τὴν ἐρώτησιν, ὡς τοῦ θεάσασθαι τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν, καὶ περὶ αὐτὸν ἄστρα τε καὶ σελήνην καὶ ἥλιον, ὡς τῶν ἄλλων γε πάντων οὐδενὸς ἀξίων ὄντων. *Et Anaxagoram ajunt, cùm interrogatus eſſet, cujus cauſa optabile eſſet homini naſci ac vivere; reſpondiſſe, ut cælum intueretur, in eoque aſtra & Lunam & Solem: quaſi cetera omnia nullius eſſent momenti.* Sed de eo mox jam ſuprà ex Philone Judæo. Adde quod ait M. Aurelius Antoninus lib. xi. τῶν εἰς ἑαυτόν: οἱ Πυθαγόρειοι, ἔωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾶν, ἵν' ὑπομιμνησκώμεθα τῶν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως τὸ ἑαυτῶν ἔργον διανυόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος· οὐδὲν γὰρ προκάλυμμα ἄστρου. *Pythagorei manè nos cælum adſpicere jubent, ut recordemur eorum qui ſemper ſuum officium præſtant: item ordinis, puritatis & ſimplicitatis nudæ: aſtris enim nullum eſt velamentum.*

Πρὸς τὸν εἰπόντα, ἐστερῆθης Ἀθηναίων] Legitur, H. Stephano teſte, & cum interrogandi nota, ἐστερῆθης Ἀθηναίων;

Οὐ μενοῦν, ἔφη, ἀλλὰ ἐκεῖνοι ἐμοῦ] Simile quid de Sinopenſibus ſuis dixit Diogenes Cynicus: καὶ πάλιν, εἰπόντος τινὸς, Σινωπεῖς σου φυγὴν κατέγνωσαν, Ἐγὼ δὲ γε, εἶπεν, ἐκείνων μονήν. Auctor Diogenes noſter in ejus Vita.

Τὸν Μαυσώλου τάφον] Tradit Laërtius Anaxagoram Philoſophum viſo Mauſoli ſepulchro, hanc ſententiam protuliſſe, τάφος πολυτελὴς, λελιθωμένης ἐστὶν οὐσίας εἴδωλον. Non credo. Anaxagoras enim ille Olymp. lxxxviii. mortuus eſt. Mauſoli autem ſepulchrum ante Olymp. cvii. conditum non eſt. Aut igitur hæc verba Philoſophus ille non dixit: aut alia certè occaſione dixit: Mauſoleum enim numquam vidit. quod ab Illuſtratoribus Laërtii nondum opinor obſervatum eſt. Verba ſunt Joannis Pearſonii, viri undecumque doctiſſimi, in libro de Epiſtolis Sancti Ignatii pag. 9. ſecundæ partis: quibus ego aſſentior. Id ipſum obſervatum à Gisberto Cupero, in Antiquis Numiſmatibus explicatis; viro elegantiſſimi ingenii.

Πανταχόθεν, ἔφη, ὁμοίᾳ ἐστὶν ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις] Meminit Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. I. *Præclarè Anaxagoras, qui cùm Lampſaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, ſi quid acciderat, afferri: nihil neceſſe eſt, inquit; undique enim ad Inferos tantumdem viæ eſt.* 11

Ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις] Virgilius: *deſcenſus averni.* Cicero quoque dicto loco: *undique enim ad inferos tantumdem viæ eſt.*

Τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀποφήνασθαι εἶναι περὶ ἀρετῆς καὶ δικαιοσύνης.] Idem exiſtimavit Baſilius Magnus in Homilia, quæ incipit Πρὸς τοὺς νέους &c. Πᾶσα ἡ ποίησις τῷ Ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει, ὅτι μὴ πάρεργον. Præco virtutis, dicitur Dioni Chryſoſtomo, Oratione 2. de Regno. Plura in hanc rem, vide apud Cuperum ad Homeri Apotheoſin.

Ἐπὶ δὲ πλεῖον προστῆναι τοῦ λόγου] Id eſt, *multùm hanc opinionem extendiſſe.* De Metrodoro Lampſaceno, teſtatur Tatianus, auctor graviſſimus, Oratione contra Græcos: Καὶ Μητρόδωρος δὲ ὁ Λαμψακηνὸς, ἐν τῷ περὶ Ὁμήρου, λίαν εὐήθως διείληκται, πάντα εἰς ἀλληγορίαν μετάγων. οὔτε γὰρ Ἥραν, οὔτε Ἀθηνᾶν, οὔτε Δία τοῦτ' εἶναί φησιν, ὅπερ οἱ τοὺς περιβόλους αὐτοῖς καὶ τεμένη καθιδρύσαντες νομίζουσι. φύσεως δὲ ὑποστάσεις, καὶ στοιχείων διακοσμήσεις. καὶ τὸν Ἕκτορα δὲ, καὶ τὸν Ἀχιλλέα δηλαδὴ, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα, καὶ πάντας ἁπαξαπλῶς Ἕλληνάς τε καὶ Βαρβάρους σὺν τῇ Ἑλένῃ καὶ τῷ Πάριδι τῆς αὐτῆς φύσεως ὑπάρχοντας, χάριν οἰκονομίας ἐρεῖτε παρεισῆχθαι, οὐδενὸς ὄντος προειρημένων ἀνθρώπων. *Certè Lampſacenus ille Metrodorus, in libro de Homero, prorſus ſtolidè diſſeruit, nihil non ad allegoriam referens. Nam neque Junonem, neque Minervam, neque Jovem, id eſſe fatetur quod exiſtimant qui ædes & lucos ipſis conſtituerunt: ſed res quaſdam in natura, & elementorum digeſtiones. Quinimo Hectorem, Achillem, Agamemnonem, & omnes in univerſum tum Græcos tum Barbaros, cum Helena & Paride, ad eamdem naturam referendos ait, & artificii tantùm diſpoſitionisque gratia in poëſi introduci, cùm nullus ex prædictis hominibus revera exſtiterit.*

Πρῶτος δὲ Ἀναξαγόρας καὶ βιβλίον ἐξέδωκε συγγραφῆς] Clemens Στρωματέων lib. I. οἱ δὲ Ἀναξαγόραν Ἡγησιβούλου, Κλαζομένιον, πρῶτον διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστοροῦσιν. Lege συγγραφῆς, ut apud Laërtium, Alcmæonem, Penthi filium, auctor eſt Clemens

Strom. lib. I. primum omnium de Natura libros ſcripſiſſe: quod Anaximandro tribuit Themiſtius, cujus locum ad Anaximandri Vitam adduximus.

Φησὶ δὲ Σειληνὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν] Silenum Calatinum intelligit, quem de rebus Siculis ſcripſiſſe, didicimus ex Athenæo lib. XIII. quod opus hîc à Laërtio intelligi exiſtimabat Voſſius lib. III. de Hiſtor. Græcis, ubi pluribus de Sileno illo Hiſtorico.

Ἐπὶ Ἄρχοντος Διμύλου λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν] *Nullus eo nomine Archon eſt in tota Olympiade 78. in qua Plinius ait illum lapidem decidiſſe: quinetiam in omnibus Magiſtratibus Athenienſibus nullus eſt Dimylus: & ridiculum eſt nomen; quamquam* Δήμυλον Καρύστιον *legimus apud Pauſaniam. In verbis Laërtii deſideratur nomen τοῦ Ἄρχοντος: puto* Λυσανίου, *& legendum* δίμυλον λίθον. δίμυλος *&* διμυλιαῖος λίθος, *eſt lapis inſtar duarum molarum. Plinius dicit* magnitudine vehis, *vel, ut quidam ſcripti Codices*, vehiculi, *hoc eſt* ἁμαξιαῖον, *fuiſſe hunc lapidem.* Verba ſunt magni Scaligeri ad Euſebii Chronicon Numero MDLI. Ergo ex ejus emendatione legendum hoc loco, ἐπὶ Ἄρχοντος Λυσανίου δίμυλον λίθον, &c. ex qua intelligere eſt, legi poſſe apud Joſephum loco laudato μύλον διάπυρον. & fortaſſe ita Joſephus ſcripſerat: nam & μυλεειδῆ Sphæram dixerunt Veteres. At Seldenus reponendum exiſtimabat ἐπὶ ἄρχοντος Θεαγενίδου, ex Græcorum Epochis quas è marmoribus Arundellianis edidit: quæ ſic habent: Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε, καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς, &c. ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεα... νίδου. Idem & Grentemenilio videbatur. Theagenides Archon fuit anno I. Olympiadis 71. cujus anno ſecundo deciditſſe illum lapidem, ſcripſit Plinius. Auctor Olympiadum: Ὀλυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἔτος πρῶτον: Θεαγενίδης ἄρχων, &c. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. IX. κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν καὶ ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίδης Ποσειδωνιάτης, Ἀθήνησι δὲ τὴν ἐναύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Θεαγενίδου. Et Diodorus Siculus lib. XI. μετὰ δὲ ταῦτα Ἀθήνησι μὲν ἦν ἄρχων Θεαγενίδης· Ὀλυμπιὰς δ' ἦχθη ἑβδομηκοστὴ καὶ ὀγδόη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίδης. Et fortaſſe apud Plinium pro *anno* II. reponendum *anno* I. Nihil tamen muto, cùm circa tempus quo Lapis ille cecidit, diverſa fuerit Scriptorum ſententia. Plinius Olympiadis ſeptuageſimæ octavæ ſecundo anno deciditſſe ait: Auctor Epocharum, Archonte Theagenide, hoc eſt ejuſdem Olympiadis anno primo: Euſebius in Chronico, anno 4. Eo anno Lyſitheus Archon erat, ut diſcimus ex Diodoro: quare apud Laërtium legi quoque poſſet, ἐπὶ ἄρχοντος Λυσιθέου δίμυλον λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν. Variant Scriptores & circa locum è quo ſaxum illud decidit. Plinius & Laërtius è ſole cecidiſſe ajunt: è cœlo Ammianus Marcellinus, Tzetzes, Euſebius, Silenus, Philoſtratus: ex aëre, Ariſtoteles.

12 Ὑπὸ Κλέωνος αὐτὸν ἀσεβείας κριθῆναι] Lucianus in Timone, de fulmine loquentem Jovem introducens: καταγμένας γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀπεστομωμένας εἶσι δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται, ὁπάτε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην ἐπὶ τὸν Σοφιστὴν Ἀναξαγόραν, ὃς ἔπεισθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς· ἀλλ' ἐκείνου μὲν διῄμαρτον· ὑπερίσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. *Nam fracti ſunt & retuſi duo radii ejus maximi. cùm nuper acriùs in Sophiſtam Anaxagoram jacularer, qui ſuis Diſcipulis perſuadebat, nullos eſſe nos qui Dii vocamur. At ab illo aberravi: nam obtenta manu Pericles eum protexit.* Marcellinus in Thucydidis Vita: ἤκουσε δὲ διδασκάλων, Ἀναξαγόρου μὲν ἐν φιλοσόφοις, ὅθεν, φησὶν Ἄντυλλος, καὶ ἄθεος ἠρέμα νομίσθη, τῆς ἐκεῖθεν θεωρίας ἐμφορηθείς. *Doctores autem audivit in Philoſophia quidem, Anaxagoram: unde etiam, Antyllo teſte, atheus paulatim haberi cœpit, quòd illius philoſophiæ diſciplinam avidiùs hauſiſſet.*

Ἀπολογησαμένου δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ Περικλέους τοῦ μαθητοῦ] Unde Lucianus loco laudato, ὑπερίσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. Anaxagoræ auditorem fuiſſe Periclem, teſtantur, Cicero in Bruto, & in Oratore libro III. & Quintilianus libro XII. & Plutarchus in Pericle: & Demoſthenes in Oratione Amatoria, εἰ γνήσιος ὁ λόγος: & Euſebius de Præparatione Euangelica X. 14. & Suidas in Περικλῆς. Igitur de Pericle & Anaxagora intelligendus Chryſoſtomus Homiliâ VIII. in Epiſtolam Pauli ad Coloſſ. λέγεταί τις δημαγωγὸς ποτὲ ἐν Ἀθήναις ταῦτα περιτεθῆναι· εἶτα φιλόσοφός τις ἐκείνου διδάσκαλος, ἰδὼν, ἐπετίμησεν, ἐμέμψατο, ἔδακεν, ἐκομῴδησεν.

Μηδισμοῦ] Id eſt, *quòd Medis faveret.* Vide Suidam in μηδίζω & in μηδισμός. Eodem modo Laërtius ſuprà, in Anacharſi, ἑλληνίζειν, & infrà, in Xenophonte, λακωνισμὸς, uſurpavit.

Καὶ ἀπόντα καταδικάζεσθαι] In cauſa capitali apud Romanos abſens nemo damnabatur: quâ de re Petrum Ærodium adi libro IV. de Publicorum Judiciorum ordine; ubi operam non perdes.

Ἆρα κἀκείνων κωμῳδοῦ πάλαι ἡ φύσις κατεψηφίσατο] 13 Hoc alii ad Socratem referunt. Laërtius in ejus Vita: πρὸς τὸν εἰπόντα, Θανάτου σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκεῖνοι, φησὶν, ἡ φύσις. οἱ δὲ τοῦτ' Ἀναξαγόραν φασί.

Ὅτι ᾔδειν αὐτοὺς θνητοὺς γεννήσας] Valerius Maximus V. 10. *Nec Anaxagoras quidem ſupprimendus eſt: auditâ namque morte filii, nihil, inquit, mihi inexſpectatum aut novum nuntias: ego enim illum, ex me natum, ſciebam eſſe mortalem.* Ælianus Var. Hiſt. lib. III. cap. 2. Ἀναξαγόρᾳ τις τῷ Κλαζομενίῳ, σπουδάζοντι πρὸς τοὺς ἑταίρους προσελθὼν ἔφη τεθνηκέναι οἱ τοὺς δύο παῖδας, σύσπερους καὶ εἴχε μόνους ὁ Ἀναξαγόρας. ὁ δὲ, μηδὲν διαταραχθεὶς εἶπεν ᾔδειν θνητοὺς γεγεννηκότα. Plutarchus in libro de Ira cohibenda: δεῖ δὲ, ὥς που καὶ Πανάιτιος ἔφη, χρῆσθαι τῷ Ἀναξαγόρᾳ, καὶ καθάπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ παιδὸς, εἶπεν, ᾔδειν, ὅτι θνητὸν ἐγέννησα: τοῦτο τοῖς παροξύνουσιν ἕκαστον ἐπιφωνεῖν ἁμαρτήμασιν, ᾔδειν, ὅτι σοφὸν οὐκ ἐπριάμην δοῦλον. ᾔδειν, ὅτι ἀπαθῆ τὸν φίλον οὐκ ἐκτησάμην. ᾔδειν, ὅτι τὴν γυναῖκα, γυναῖκα εἶχον. Id eſt: *Oportet autem, ut Panætius alicubi docuit, Anaxagoram imitari. Utque is, narrata filii morte, reſpondit, Sciebam me genuiſſe mortalem: ita irritantibus identidem nos delictis hoc accinere: Sciebam me, cùm emerem ſervum, non emiſſe ſapientem: Sciebam me puraſſe amitum iracundum: Sciebam mulierem cùm acciperem, mulierem eam eſſe.* Simplicius in Epicteti Enchiridion capite XXII. Ἀναξαγόρας δὲ ἀκούσας, ὅτι τέθνηκεν αὐτοῦ

ὁ υἱὸς, γαληνῶς ἄμπε καὶ μεγαλοφρόνως, ἤδειν φησὶ θνητὸν γεννήσας. Meminit & Plutarchus libro περὶ ἀοργησίας. & Dion Chryſoſtomus Orat. 37. Simile dictum Xenophontis vide infrà, in ejus Vitâ.

Δημήτριός φησιν ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ περὶ γήρως] Hujus libri meminit infrà in Catalogo librorum Demetrii.

Αὐτῷ κατὰ τὸν βίον] Αὐτῷ rectè H. Stephanus, id eſt, *in ſua vita, in vita Periclis* : quod tamen & vox αὐτῷ ſignificare poſſet. Ita mox αὐτὸν ἐξήγαγεν, hoc eſt, ἑαυτὸν. & poſtea : ἀξιούντων, τί βούλεται αὐτῷ γενέσθαι, hoc eſt ἑαυτῷ.

14 Ἔδοξε δὲ πως καὶ Δημοκρίτῳ ἀπεχθῶς ἐσχηκέναι] Anaxagoras, teſte Ælian. Var. Hiſtor. VIII. 13. ἀγέλαστος fuit : at Democritus

Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat.

15 Τελευτήσαντα δὲ αὐτὸν ἔθαψαν ἐντίμως οἱ Λαμψακηνοὶ,] Ariſtoteles Rhet. lib. II. cap. 23. καὶ Λαμψακηνοὶ Ἀναξαγόραν, ξένον ὄντα, ἔθαψαν, καὶ τιμῶσιν ἔτι καὶ νῦν.

Ἐνθάδε πλεῖστον, &c.] Rectè Caſaubonus Ἐνθάδ', ὁ πλεῖστον· & ita apud Ælianum Variæ Hiſtoriæ VIII. 19.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀναξαγόραι] Fuit præterea Anaxagoras, Argivorum rex, de quo Pauſanias in Corinthiacis, & Diodorus Siculus lib. IV.

Ῥήτωρ Σωκρατειος] Vetus Interpres, qui vertit *Socratis diſcipulus*, inciderat in Codices in quibus ſcriptum Ῥήτωρ Σωκράτειος· quam lectionem vel ipſa vox Ῥήτωρ rejiciendam docet : quamquam & Rhetor fuit Socrates. Citatur Anaxagoras ab Ælian. Var. Hiſt. IV. 14. ἐν τῷ Περὶ βασιλείας. Eum librum non eſſe Anaxagoræ, Phyſici, jam ſuprà à nobis oſtenſum. videtur eſſe hujus Iſocratei Rhetoris.

Ὁ δ' ἀνδριαντοποιὸς, οὗ μέμνηται Ἀντίγονος] Meminit & Pauſanias Ἠλιακῶν I. his verbis : τὸ δὲ ἄγαλμα ἐν Ὀλυμπίᾳ τὸ ἀνατεθὲν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ἐποίησεν Ἀναξαγόρας Αἰγινήτης· τοῦτον οἱ συγγράψαντες τὰ ἐς Πλαταιὰς, παριᾶσιν ἐν τοῖς λόγοις.

Γραμματικὸς Ζηνοδότειος] Grammaticorum hoc erat cognomen, qui Zenodotum Grammaticum ſequebantur. Ita à Callimacho, *Callimachei*; à Cratete, *Cratetii*; ab Ariſtophane, *Ariſtophanei*, dicebantur.

ARCHELAUS.

16 Μίδωνες] MSS. Codices. H. Stephani Μύσωνες. Suidas, Μίδωνες.

Οὗτος πρῶτος ἐκ τῆς Ἰωνίας τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν μετήγαγεν Ἀθήναζε] Imo Anaxagoras. Clemens Alexandrinus, Stromat. lib. I. poſtquam Anaximeni ſucceſſiſſe dixit Anaxagoram : οὗτος, inquit, μετήγαγεν ἀπὸ τῆς Ἰωνίας Ἀθήναζε τὴν διατριβήν· τοῦτον διαδέχεται Ἀρχέλαος. Laërtius ipſe, ubi de Anaxagora, Archelai magiſtro : περὶ τὴν τῶν φυσικῶν θεωρίαν ἦν, οὐ φροντίζων τῶν πολιτικῶν. Docuiſſe Athenis Anaxagoram, conſtat etiam ex Laërtio : ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐτῶν εἴκοσι ὤν, ἔνθα καί φασιν αὐτὸν ἐτῶν διατρῖψαι τριάκοντα. Quare hæc verba οὗτος πρῶτος ἐκ τῆς Ἰωνίας τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν μετήγαγεν Ἀθήναζε, quæ hîc apud Laërtium leguntur, exiſtimaverim eſſe additamentum Lectoris alicujus, qui ea è regione vocis Ἀναξαγόρου adnotaverat, & quæ poſteà, ut fieri ſolet, in textum irrepſerunt : quamquam & à Suida agnoſcuntur. ἀπὸ Ἰωνίας πρῶτος τὴν φιλοσοφίαν ἤγαγεν· verba ſunt Suidæ.

Καὶ ἐκλήθη φυσικὸς] Laërtius infrà in Socrate, Ita tim initio : διήκουσεν Ἀρχελάου τοῦ Φυσικοῦ.

Εἰς τὸ εὑρεῖν] Εἰς non agnoſcunt Membranæ Regiæ. Legendum puto, καὶ εὑρεῖν.

Ἔλεγε δὲ δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρόν·] Pro ψυχρὸν, veriſſimè, ut mihi videtur, eruditiſſimus Marcus Meibomius emendabat ὑγρόν : quam emendationem confirmant quæ proximè ſequuntur verba, καὶ τὰ ζῶα ἀπὸ τῆς ἰλύος γεννηθῆναι.

Οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ] Id eſt, *non naturâ, ſed lege*, ſive, *opinione*. Ceterùm hanc Archelai opinionem, τὸ δίκαιον εἶναι καὶ τὸ αἰσχρὸν, οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ, mirum in modum amplexi ſunt οἱ ἀπὸ Πύῤῥωνος· & mirum, Sextum Empiricum qui Pyrrhoniarum Hypotypoſeon lib. III. cap. 24. tam prolixè de ea diſſeruit, hujus auctorem Archelaum, ne nominaſſe quidem. Vide nos infrà ad Pyrrhonis Vitam.

Τηκόμενον φησι τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, καὶ δὲ μὲν εἰς 17
τὸ πυρῶδες συνίστασθαι, ποιεῖν γῆν, καθὸ δὲ περιῤῥεῖ, ἀέρα γεννᾶν. ὅθεν ἡ μὲν ὑπὸ τοῦ ἀέρος, ὁ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς περιφορᾶς κρατεῖται.]

Οὕτω δὲ καὶ τοὺς ἀνθρώπους ποιῆσαι] Aut τὸ ποιῆσαι ad γῆν referendum, aut legendum ποιηθῆναι.

Πρῶτος δὲ εἶπε φωνῆς γένεσιν τὴν τοῦ ἀέρος πλῆξιν] De diverſis circa vocem opinionibus, videſis Auctorem Philoſophicæ Hiſtoriæ. De hac, vide nos infrà ad Zenonem Citieum.

Τὴν δὲ θάλατταν ἐν τοῖς κοίλοις διὰ τῆς γῆς ἠθουμένην συνεστάναι] Videtur legiſſe Aldobrandinus ὠθουμένην· vertit enim, *mare cavernis terræ compulſum coërceri*. Sed τὸ ἠθουμένην rectum eſt : & vertendum cum Ambroſio, *mare in concavis per humum veluti colatum, conſiſtere*.

Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀρχέλαοι] Meminit & Archelai, qui regnavit in Cappadocia, Plinius XXXVII. 3. & Archelai, Regis Spartæ, Pauſanias in Laconicis: itemque Archelai, Mithridatis ducis, idem Pauſanias in Atticis : & Archelai Saltatoris Clemens Stromat. VII. & Archelai Cithariſtæ Athenæus libro I. & Archelai, Tragici celeberrimi, Lucianus libro de Conſcribenda Hiſtoria. Fuit & Archelaus Ægyptius, qui ſcripſit Epigrammata de natura mira animalium ad Ptolemæum Regem, ut eſt apud Antigonum in Paradoxorum libro : ſed quem non alium eſſe exiſtimamus ab eo quem hîc Laërtius τὰ ἰδιοφυῆ ποιῆσαι ait : quod vel ipſa vox ποιῆσαι ſatis innuit. Sed apud Laërtium, pro ἰδιοφυῆ legendum omnino διφυῆ. τὰ Διφυῆ Archelaum illum ſcripſiſſe, diſcimus ex Nicandri Scholiaſte : cujus hæc ſunt verba ad Theriaca pag. 38. ΜΥΡΑΙΝΗΣ. Ἀρχέλαος ἐν τοῖς Διφυέσι φησὶ τοὺς μυραίνας τοῖς ἔχεσι μίγνυσθαι προϊούσας εἰς γῆν. Manuſcripti quidam Codices Laërtiani Διοφυῆ hîc habent : quæ lectio proximè ad veram accedit.

SOCRATES.

18 Σωφρονίσκου μὲν υἱὸς λιθουργοῦ, &c.] Valerius Maximus III. 4. *Phænarete matre obſtetrice, & Sophroniſco patre, marmorario, genitus.* Theon Sophiſta Progymnaſmatum cap. 8. Σωκράτης ὁ Φαιναρήτου, (lege Φαιναρέτης) τῆς μαίας υἱὸς, καὶ Σωφρονίσκου, τοῦ ἑρμογλύφου. Id ipſum teſtantur, Suidas, Ariſtoph. Scholiaſtes; alii.

Τὸν δῆμιον ἀλωπεκῆθεν] Ceteræ Editiones τῶν δήμων. utrumque rectè. Sed τῶν δήμων, eſt ἀττικώτερον. Vide Caſaub. ad Athen. IX. 18. Ἀλωπεκή, demus eſt Atticæ. Heſychius: ἀλωπεκή. δῆμος ἀντιοχίδος φυλῆς. Stephanus: ἀλωπεκὴ δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς· ὁ δημότης, Ἀλωπεκεύς. τὰ τοπικὰ, Ἀλωπεκῆθεν, &c.

Συμποιεῖν Εὐριπίδῃ] MSS. quidam, teſte H. Stephano, συμπονεῖν. Nihil mutandum docet Aldobrandini Nota.

Μνησίλοχος] Mneſilochus quidam, Euripidis ſocer, memoratur à Scholiaſte Ariſtophanis ad Acharnenſes. Sed ejus nominis Poëta nullus à Scriptoribus antiquis laudatur, præterquam ab eodem Scholiaſte, apud quem ad Aves pag. 563. citatur Μνησίλοχος ἐν Φερμακοπώλῃ. Legendum videtur & hîc & illic, Μνησίμαχος. Mneſimachus, mediæ Comœdiæ Poëta fuit; de quo Athenæus & Suidas.

Φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου] Alibi, quod ſciam, hujus Fabulæ Euripideæ mentio non occurrit.

ᾧ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγανα ὑποτίθησι] An legendum,

ᾧ καὶ τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι Σωκράτης;

legebat Meibomius deletâ voculâ καὶ: ᾧ τὰ φρύγαν' ὑποτίθησι Σωκράτης.

Εὐριπίδης σωκρατογόμφους] Σωκρατόγομφος, malebat Caſaubonus. Et ita legit Aldobrandinus: qui vertit *Socratis clavus*. Sed doctiſſimus Meibomius σωκρατογόμφους rectum eſſe contendebat, & στίχους intelligebat, hoc ſenſu: Carmina Euripides clumbia & diſſoluta futura fuiſſe, οἷον σανίδας μὴ συμπεπηγμένας, niſi Socratis γνώμαις, tanquam γόμφοις τισὶ συμπηχθέντα, in lucem prodiiſſent.

Καὶ Καλλίας Πεδήταις] Meminit hujus Fabulæ Suidas in Καλλίας· Καλλίας, Ἀθηναῖος, Κωμικὸς, υἱὸς Λυσιμάχου, ὃς ἐπεκλήθη Σχοινίων, διὰ τὸ σχοινοπλόκου εἶναι παιδός· οὗ δράματα, Αἰγύπτιος, Ἀταλάντη, Κύκλωπες, Πεδῆται, Βάτραχοι, Σχολάζοντες. Citatur quoque Julio Polluci lib. VII. cap. 26. Callias ἐν Πεδήταις, & Athenæo lib. IV. cap. 24. & libro VIII. cap. 7.

Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Δευτέραις ſcilicet: hæc enim in Nebulis prioribus non comparent.

19 Ἀλλὰ καὶ Δάμωνος] Hujus Socratis præceptoris non meminit Maximus Tyrius, qui Diſſertatione XXII. alios præceptores Socratis recenſet: Aſpaſiam in Rhetoricis; Diotimam in Amatoriis; in Muſicis, Connum; in Poëticis, Evenum; Iſchomachum, in Georgicis; Theodorum, in Geometricis. Verùm eum quoque Socratis magiſtrum vocat Suidas. Quis autem fuerit Damon ille Socratis Magiſter, mihi non ſatis liquet. Exiſtimârim illum eſſe, de quo Plato in Alcibiade priore & de Rep. libro quarto, & Plutarchus in Pericle. Meminit Plutarchus, in Comparatione Demoſthenis & Ciceronis, Damonis cujuſdam Rhetoris, qui unus fuit è decem illis Rhetoribus quos Alexandrum Magnum ad ſe vocaſſe ajunt: ſed is junior, quàm ut Socratis præceptor eſſe potuerit.

Μετὰ τὴν ἐκείνου καταδίκην διήκουσεν Ἀρχελάου, &c.] Paulò aliter apud Suidam: εἶτα φιλοσοφήσας διὰ τὸ ἀκοῦσαι Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου· εἶτα Δάμωνος· εἶτα Ἀρχελάου· Ἀριστόξενος δὲ Ἀρχελάου πρῶτον αὐτὸν διακοῦσαι λέγει· γεγονέναι δὲ αὐτοῦ καὶ παιδικά. σφοδρότατόν τε περὶ τὰ ἀφροδίσια, ἀλλὰ ἀδικήματος χωρὶς, ὡς Περφύριος ἐν τῇ Φιλοσόφῳ Ἱστορίᾳ φησίν.

Καὶ ἐργάσασθαι λίθους. εἶναι αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν Ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας οὕσας] Suidas: πρότερον γενόμενος λιθοξόος· ὥστε καί φασιν αὐτοῦ εἶναι τὰς Ἀθήνησιν ἐνδεδυμένας Χάριτας. Scholiaſtes Ariſtophanis, ad hæc verba è Nubibus, νὴ τὰς Χάριτας. Act. II. Sc. 1. οὐχ ἁπλῶς ὄμνυσι, inquit, κατὰ τῶν Χαρίτων· ὀπίσω γὰρ τῆς Ἀθηνᾶς ἦσαν γλυφεῖσαι αἱ Χάριτες ἐν τῷ τοίχῳ, ἃς ἐλέγετο ὁ Σωκράτης γλύψαι· τὸ γὰρ πρῶτον λιθογλύφος ἦν τὴν τέχνην, &c. Pauſanias in Bœoticis: Ὅστις δὲ ἦν ἀνθρώπων ὁ γυμνὰς πρῶτος Χάριτας ἢ τοι πλάσας, ἢ γραφῇ μιμησάμενος, οὐχ οἷόν τε ἐγένετο πυθέσθαι μέ· ἐπεὶ τά γε ἀρχαιότερα ἐχούσας ἐσθῆτα οὔτε πλάσται καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐποίουν οἱ ζωγράφοι· καὶ Σμυρναίοις τοῦτο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ τῶν Νεμέσεων ὑπὲρ τῶν ἀγαλμάτων, χρυσοῦ Χάριτες ἀνάκεινται, τέχνη Βουπάλου· τοῦτο δὲ σφισιν ἐν τῷ Ὠδείῳ Χάριτός ἐστιν Ἀπελλοῦ γραφή. Περγαμηνοῖς δὲ ὡσαύτως ἐν τῷ Ἀττάλου θαλάμῳ, Βουπάλου καὶ αὐτοὶ, καὶ πρὸς τῷ ὀνομαζομένῳ Πυθίῳ Χάριτες, καὶ ἐνταῦθά εἰσι Πυθαγόρου γράψαντος Παρίου. Σωκράτης τε ὁ Σωφρονίσκου πρὸ τῆς εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου Χαρίτων εἰργάσατο ἀγάλματα Ἀθηναίοις. καὶ ταῦτα μέν ἐστιν ὁμοίως ἅπαντα ἐν ἐσθῆτι. οἱ δὲ ὕστερον, οὐκ οἶδα ἐφ' ὅτῳ, μεταβιβλήκασι τὸ σχῆμα αὐταῖς. Χάριτας γοῦν οἱ κατ' ἐμὲ ἔπλασσόν τε καὶ ἔγραφον γυμνάς. Meminit & in Atticis: κατὰ δὲ τὴν ἔισοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν, Ἑρμῆν, ὃν Προπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτην ποιῆσαι τὸν Σωφρονίσκου λέγουσι. Hinc refutandus Porphyrius: qui, ut eſt apud Theodoritum de Curandis Græcorum affectibus lib. XII. artis inſcitiæ Socratem inſimulat, & adverſus patrem inobedientiæ. Sed ad Gratias ut redeam, etiam apud Senecam lib. I. de Beneficiis cap. 3. legere eſt Virginum formâ, ſolutis ac pellucidis veſtibus pictas eas fuiſſe. Unde Socrates, teſte Stobæo, cùm quemdam videret paſſim & ſine delectu beneficia largientem, κακῶς, εἶπεν, ἀπόλοιο, ὅτι τὰς Χάριτας παρθένους αὔσας, πόρνας ἐποίησας. *Male ſit tibi*, inquit, *qui Gratias virgines, ſcorta feciſti.* Cur autem Gratias nudas fecerint poſteriores pictores, Pauſanias dicto loco ſe ignorare fatetur. Sed eâ de re diſſerentem vide Iſidorum Peluſiotam lib. V. Epiſt. 331.

Ἐννομολίσχης] MSS. Codices H. Stephani εὐνομολίσχης. Sed ἐννομολίσχης quoque apud Sextum Empiricum adverſus Mathematicos pag. 139. qui & vocem inter-

interpretatur : τοῦ δὲ ἠθικοῦ μόνος ἐπεμελεῖτο Σωκράτης, κατά γε τοὺς ἄλλους αὐτοῦ γνωρίμους. εἴγε καὶ ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι ὁπόταν φησὶν ἀπαρκεῖσθαι αὐτὸν τὸ φυσικὸν, ὡς ὑπὲρ ἡμᾶς καθεστηκός. καὶ σχολάζειν τῷ ἠθικῷ, ὡς πρὸς ἡμᾶς ὄντι. τοιοῦτο οἶδε καὶ ὁ Τίμων, ἐν οἷς φησιν,

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομολέσχης.

τουτέστιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὴν ἠθικὴν θεωρίαν. διὸ καὶ ἐννομολέσχης προσέθηκεν, ἅτε τοῦ ἠθικοῦ μέρους ὄντος τοῦ περὶ νόμων διαλέγεσθαι. & Clemens Alexandrinus Στρ. lib. I. ubi de Socrate :

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λαοξόος ἐννομολέσχης,
Ἑλλήνων ἐπαοιδὸς,
ὁ Τίμων φησὶν ἐν τοῖς Σίλλοις, διὰ τὸ ἀποκεκλικέναι τῶν φυσικῶν ἐπὶ τὰ ἠθικά.

Ἀκριβολόγους ἀποφήνας] Vide Ariſtophanem in Nubibus.

Μυκτῆρ] *Deriſor omnium, maximè potentium*, dicitur Senecæ lib. v. de Beneficiis cap. 6.

Ἀττικὸς] Cicero lib. I. de Natura Deorum.: *Zeno quidem, non eos ſolùm qui tum erant, Apollodorum Sillum, ceteroſque figebat maledictis : ſed Socratem ipſum, parentem philoſophiæ, Latino verbo utens*, ſcurram Atticum *fuiſſe dicebat.*

Εἰρωνευτὴς] Cicero de Officiis lib. I. *De Græcis autem dulcem & facetum, feſtivique ſermonis, atque in omni ratione diſſimulatorem, quem εἰρωνα Græci nominarunt, Socratem accepimus.* Meminit & Plato lib. I. Reip. & in Convivio, & alibi paſſim.

Γ'δομενεὺς] Epicuri diſcipulus, patriâ Lampſacenus ; de quo conſulendi Voſſius lib. de Hiſtoricis Græcis, & Jonſius de Scriptoribus Philoſophicæ Hiſtoriæ libro ſecundo, capite primo, & nos infrà ad Epicurum. Mox citatur Diogeni noſtro ἐν τοῖς περὶ τῶν Σωκρατικῶν.

Ὡς φησι Ξενοφῶν] Locus Xenophontis eſt lib. I. τῶν Ἀπομνημονευμάτων.

20 Καὶ Ἀριστοφάνης αὐτὸν κωμῳδεῖ, &c.] In Nubibus Act. I. Sc. I.

Εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τὼ λόγω.
Τὸν κρείττον' ὅστις ἐστι, καὶ τὸν ἥττονα.
Τούτοιν τὸν ἕτερον τοῖν λόγοιν, τὸν ἥσσονα,
Νικᾶν λέγοντ' φασι τἀδικώτατα.

Καὶ πρῶτος περὶ βίου διελέχθη] Cicero Tuſculanarum Quæſt. lib. III. ubi de Socrate : *A quo hæc omnis, quæ eſt de vita & moribus, philoſophia manavit.* Et lib. I. *Socrates mihi videtur, id quod conſtat inter omnes, primus à rebus occultis, & ab ipſa natura involutis, in quibus omnes ante eum Philoſophi occupati fuerunt, avocaviſſe Philoſophiam, & ad vitam communem adduxiſſe, ut de virtutibus & vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quæreret, cæleſtia autem vel procul eſſe à noſtra cognitione cenſeret, vel ſi maximè cognata eſſent, nihil tamen ad bene vivendum conferre.* Et lib. v. *Socrates autem primus Philoſophiam devocavit è cælo, & in urbibus collocavit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de vita & moribus, rebuſque bonis & malis quærere.* Etiam Themiſtius Orat. xv. Philoſophiam ſparſim habitantem coëgiſſe atque in unum contraxiſſe, ait, quemadmodum Athenas Theſeus. Meminit & mox Laërtius ex Demetrio Byzantio ; & Gellius XIV. 3.

Καὶ πρῶτος Φιλοσόφων ἐτελεύτα] Vide Aldobrandinum.

Ἀριστόξενος ὁ Σπινθάρου] Is eſt Ariſtoxenus Muſicus, Ariſtotelis diſcipulus, æmulus Theophraſti, de quo ſuprà diximus. Etiam *Spintharı filius* dicitur Sexto Empirico, adverſus Mathematicos libro VI. καθὸ καὶ Ἀριστόξενον τὸν Σπινθάρου λέγομεν εἶναι Μουσικόν. Et Suidæ in Ἀριστόξενος : ubi & præceptorem, Spintharum patrem, habuiſſe dicitur. De utroque Cyrillus lib. VI. contra Julianum, ex Porphyrio : λέγει δὲ ὁ Ἀριστόξενος ἀφηγούμενος τὸν βίον τὸν Σωκράτους, ἀκηκοέναι Σπινθάρου τὰ περὶ αὐτοῦ, ὃς ἦν εἷς τῶν τούτῳ ἐντυχόντων. Ita enim ibi legendum ; non, ut vulgati Codices habent, Πιθάρου. Id rectè monuit Jonſius libro I. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ cap. 14. ubi varios Spintharos recenſet : ne *Spintharı* nomen fictum habeatur : quibus adde Spintharum Heracleotam, Tragicum, memoratum quoque Laërtio. Accipit verò Jonſius Spintharum illum Ariſtoxeni patrem de Spintharo Tarentino, cujus Plutarchus libro de Genio Socratis meminit ; quòd de Epaminonda ſic judicaverit, *neminem ſe ſuæ ætatis noſſe, qui plura noſſet & pauciora loqueretur.* Meminit & Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 31. Scripſerat Ariſtoxenus Vitam Socratis, quæ Theodorito Sermone XII. περὶ τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς, & Syneſio in Calvitiei Encomio, citatur. Ex eo opere eſſe non dubitamus, quod de Socrate in hac Socratis Vita, non uno loco ex Ariſtoxeno profert Laërtius.

Καὶ χρηματίσασθαι· τιθέντα δὲ τὸ βαλλόμενον κέρμα, &c.] Id eſt, *quærendæ rei ſtuduiſſe, & pecuniam quam fœnori poſuiſſet, relegere cum uſuris conſuevisſe, quibus conſumptis, ſortem iterum fœnori poſuiſſe.*

Ἐρασθέντα] Vertit Ambroſius *admiratum:* ac proinde legerat ἀγασθέντα.

Δημήτριός φησιν ὁ Βυζάντιος] Accipit Voſſius de Demetrio Byzantio, Philoſopho Peripatetico. Eum vide de Hiſtoricis Græcis lib. IV. cap. 11. & Jonſium de Hiſtoria Philoſophica lib. II. cap. 18.

Ὅ, τι τοι ἐν μεγάροισι κακόντ' ἀγαθόν τε τέτυκται] 21
Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 439. ἀλλ' ἐπεὶ τὴν ἠθικὴν θεωρίαν συμφώνως σχεδὸν ἅπαντες ὑπειλήφασι, περὶ τὴν τῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν διάκρισιν γίνεσθαι, καθὸ καὶ ὁ πρῶτος αὐτὴν δόξας κεκινηκέναι Σωκράτης, παρήγγειλεν, ὡς ἀναγκαιότατον ζητεῖν,

Ὅ, τι τοι ἐν μεγάροισι κακόντ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

Et pag. 141. καθὸ καὶ ὁ Σωκράτης παρήγγελλε μηδὲν ἄλλο ζητεῖν, εἰ μή, Ὅ, τι τοι ἐν μεγάροισι, &c. Gellius XIV. 6. *Meæ Noctes de uno maximè illo verſu Homeri quærunt, quem Socrates præ omnibus ſemper rebus ſibi eſſe cordi dicebat,* Ὅ, τι τοι, &c. Vide hîc Aldobrandinum.

Πολλάκις δὲ βιωτότερον ἐν ταῖς ζητήσεσι διαλεγόμενον κονδυλίζεσθαι, &c.] Infrà, de Menedemo idem teſtatur Laërtius : ἐν δὲ ταις ζητήσεσι ὧδε μάχιμος ἦν, ὥσθ' ὑπώπια φέρων ἀπῄει. Non abs re forſan fuit hîc referre, quod refert Oſius, Anteceſſor Aurelianenſis,

in Diſputationibus ad Merillium, Diſputatione XVII. *Quod ait Cujacius temulentos pleraque ad* L. Vinum *D. de Rebus creditis, ſcribere quoſdam Interpretes, non auſim ipſe dicere: ſed irâ permotum adeo virum aliàs fortiſſimum, mihique nunc & olim amiciſſimum, in eâ agitandâ, dum ſuam ratam eſſe vult opinionem, aliquando infenſum ſenſi, ut càm duriuſculum aliquid, & fortè ſubcontumelioſum arbitrio ſuo oblocutus eſſem, ſubinde ab eo vapularem, & quaſi temulentus ego, ob impactum non perfunctoriè ſanè colaphum, viderer mihi videre micantes igniculos, ſtellulaſque mediâ luce diſcurrentes*, &c. Qui colaphum duxit, fuit Monetus, Anteceſſor item Aurelianenſis. Redeo ad Socratem. *Vehemens in dicendo, ac proinde admiratione dignus*, dicitur Parmenidi apud Platonem in Parmenide: ἄξιος ἄγασθαι τῆς ὁρμῆς τῆς ἐπὶ τοὺς λόγους. *In diſputando injurius*, dicitur & Theæteto apud eumdem in Theæteto: μὴ ἀδίκει ἐν τῷ ἐρωτᾶν· & quæ ſequuntur.

Κονδυλίζεσθαι καὶ παρατίλλεσθαι] Malè Ambroſius *jactare digitos & crines vellere*. Rectè Aldobrandinus *pugnis cædi, pervellique*. Pollux VIII. 7. πὺξ ἐπάταξε, λᾷξ ἐνήλατο. Ὑπερίδης δὲ καὶ κονδυλίζειν ἔφη· καὶ τὸ παθεῖν, κονδυλίζεσθαι. παρατίλλεσθαι, eſt *depilari*: unde παρατίλτρια de femina dicitur, quæ molles homines vulſellis depilat.

Καὶ λακτισθέντα, &c.] Meminit & Plutarchus lib. περὶ παίδων ἀγωγῆς· addit, eum qui injuriam hanc Socrati intulerat, ſe ipſum propterea ſuſpendiſſe: Σωκράτης μὲν γάρ, λακτίσαντος αὐτὸν νεανίσκου θρασέος μάλα καὶ βδελυροῦ, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὁρῶν ἀγανακτοῦντας καὶ σφοδρύζοντας, ὡς καὶ διώκειν αὐτὸν ἐθέλειν, Ἆρα, ἔφησε, καὶ εἴ με ὄνος ἐλάκτισεν, ἀντιλακτίσαι τοῦτον ἠξιώσατε ἄν; οὐ μὴν ἐκεῖνός γε παντελῶς κατεπράξατο· πάντων δὲ αὐτὸν ὀνειδιζόντων, καὶ λακτιστὴν ἀποκαλούντων, ἀπήγξατο. *Socrates calce impetitus ab adoleſcentulo admodum feroce & impuro, cùm ſuos videret indignè id ferre, ac fremere, adeo ut illum in jus quoque trahere cogitarent. Quid ergo, inquit? An ſi me aſinus calce percuſſiſſet, juſſuri eratis ut contra calcem ei impingerem? Neque tamen inultum planè id adoleſcens tulit, ſed omnibus ei facinus hoc exprobrantibus*, calcitronemque *appellantibus, ſuſpendio vitâ ſeſe exuit.*

22 Ἀποδημίας δὲ οὐκ ἐδεήθη, καθάπερ οἱ πλείους, &c.] Plato in Critone: καὶ οὔτ' ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, (Crito Socratem alloquitur) ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν, οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος· οὔτε ἄλλην ἐπόησω ἀποδημίαν πώποτε, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι· οὐδὲ ἐπιθυμία σε ἄλλης πόλεως, οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι. *Itaque nec ſpectaculi gratiâ, Urbe unquam egreſſus es, niſi ſemel in Iſthmum; nec aliò uſquam niſi in militiam; neque aliam feciſti peregrinationem unquam, quemadmodum ceteri ſolent; neque alterius civitatis te cepit cupiditas, aliarumve legum cognoſcendarum.*

Πλὴν Δηλίου γέ τινος δεῖται κολυμβητοῦ] Suidas in Δηλίου κολυμβητοῦ· τοῦτο ἐρρήθη εἰς βίβλον Ἡρακλείτου, διὰ τὸ δυσνόητον. Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, ὃς οὐκ ἀποπνιγήσεται ἐν αὐτῷ. ἐπιγράφουσι δὲ αὐτὸ, οἱ μὲν Μούσας· οἱ δὲ, Περὶ φύσεως. Διόδοτος δὲ, Ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου. ἄλλοι, Γνώμην ἠθῶν, Κόσμον τρόπων ἑνὸς τῶν ξυμπάντων· ἢ οὕτως· Δηλίου κολυμβητοῦ· ἐπὶ τῶν ἄκρως νηχομένων· Σωκράτει γὰρ ὄντος τοῦ Εὐριπίδους Ἡρακλείτου τοῦ Σκοτεινοῦ σύγγραμμα, ἐρέσθαι, τί δοκεῖ· τὸν δὲ φάναι, Ἃ μὲν συνῆκα, γενναῖα· οἶμαι δὲ καὶ ἃ μὴ συνῆκα. πλὴν Δηλίου δεῖται κολυμβητοῦ, εἰς τὸ μὴ ἀποπνιγῆναι ἐν αὐτῷ. Vide infrà in Heraclito.

Ἐπεμελεῖτο δὲ καὶ σωματικῆς, καὶ ἦν εὐέκτης] Saltatione, ut plurimùm, ſe exercebat. Qua de re infrà Laërtius, & nos ad locum Laërtii.

Ἐστρατεύσατο γοῦν εἰς Ἀμφίπολιν, καὶ Ξενοφῶντα ἀφ' ἵππου πεσόντα ἐν τῇ κατὰ Δήλιον μάχῃ διέσωσεν ὑπολαβών] Strabo lib. IX. ubi de Delio, Tanagræorum oppido: ὅπου μάχῃ λειφθέντες Ἀθηναῖοι προτροπάδην ἔφυγον· ἐν δὲ τῇ φυγῇ πεσόντα ἀφ' ἵππου Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλου ἰδὼν κείμενον Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, στρατεύων πεζὸς, τοῦ ἵππου γεγονότος ἐκποδών, ἀνέλαβε τοῖς ὤμοις αὐτοῦ, καὶ ἔσωσεν ἐπὶ πολλοὺς ὀχλαδίους, ἕως ἐπαύσατο ἡ φυγή. *Ibi prælio victi Athenienſes cùm effusè fugerent, delapſum in fuga ab equo Xenophontem, Grylli filium, jacere videns Socrates philoſophus, qui pedes pugnabat, eum, cum equus auſugiſſet, in humeros ſuos receptum per multa ſtadia portavit, atque eripuit, dum fuga ſiſteretur.* Meminit & Plato in Convivio. Corrigendus obiter Lucianus in Paraſito. πρῶτον μέν, οὐκ ἔστιν ὅς τις εἰπεῖν ἔχοι φιλόσοφον ἐν πολέμῳ τετελευτηκότα. ἤτοι γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐστρατεύσατο, ἢ εἴπερ ἐστρατεύσατο, πάντες ἔφυγον. Ἀντισθένης μὲν οὖν, καὶ Διογένης, καὶ Κράτης, καὶ Ζήνων, καὶ Πλάτων, καὶ Αἰσχίνης, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶς οὗτος ὁ ὅμιλος οὐδὲ εἶδον παράταξιν. μόνος δὲ τολμήσας ἐξελθεῖν εἰς τὴν ἐν τῇ πόλει μάχην ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκράτης, φεύγων ἐκεῖθεν, ἀπὸ τῆς εἰς τὴν Ταυρέου παλαίστραν κατέφυγε. Legendum, εἰς τὴν Ἀμφιπόλεως μάχην. Et vertendum: *Primùm nemo dicere poſſit philoſophum in bello mortem oppetiiſſe. Aut enim non omnino militarunt: aut ſi militarunt, omnes terga dederunt. Enimverò Antiſthenes, Diogenes, Crates, Zeno, Plato, Æſchines, Ariſtoteles, & illa Philoſophorum univerſa turba, numquam viderunt aciem. Solus autem ex illorum numero ſapiens Socrates, in pugnam ad Amphipolim exire auſus, arreptâ inde fugâ, ex Parnete* (Atticæ monte) *in Taurei Paleſtram divertit.* Ceterùm hujus pugnæ ad Delium, in qua Socrates ſtrenuè ſe geſſit, meminit & Simplicius ad caput 31. Epicteti, his verbis: καὶ μὲν γὰρ Σωκράτης εἰ τὴ ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ τὰ ἀριστεῖα ἔλαβε, καὶ διὰ τῶν πολεμίων ἀναχωροῦντι, μόνῳ, φασὶν, οὐδεὶς ἐτόλμησεν ἐπελθεῖν, πάντων τοῦ ἀνδρὸς καταπλαγέντων τὸ φρόνημα. *Nam Socrates quoque in prælio ad Delium commiſſo, fortiſſimè pugnavit: & per hoſtile agmen ſe recipientem, unum eum nemo, ut ajunt, perſequi auſus fuit, magnitudine animi ejus perterritis omnibus.*

Παρεπιστρεφόμενος] μετατρέπειν dixit Homerus. 23

Ἐσῴσατο καὶ εἰς Ποτίδαιαν διὰ θελάττης] Meminit Plato in Convivio, Plutarchus in Alcibiade. Ælianus Var. Hiſtor. III. 17. Sed de obſidione Potidææ, videndus Thucydides lib. I.

Πεζῇ γὰρ οὐκ ἰνῆν, τοῦ πολέμου κωλύοντος] An potiùs legendum τοῦ πολεμίου? Legi poſſet & τοῦ Καλλίου. Callias dux fuit Athenienſium eo in bello. Sed quod ait hîc Laërtius Socratem ad Potidæam maritimâ militiâ pugnaſſe tantùm, neque enim pedeſtri licuiſſe, pugnat cum eo quod ſcribit Athenæus lib. v. τοιούτου οὖν κυδοιμοῦ καὶ φόβου καταλαβόντος τοὺς Ἀθηναίους, μόνος Σωκράτης βρενθυόμενος καὶ τῷ ὀφθαλμῷ παραβάλλων, εἱστήκει ἀναστέλλων τὸ Βοιωτῶν καὶ Λοκρῶν ἱππικόν. *Tali igitur pavore ac tumultu conſternatis Athenienſibus, Socrates, ſolus ſuperbiens, ac ſe ſe efferens, in Equites Bœotorum ac Locrorum intuitus, eos repreſſurus, conſtitit.*

Οὕτε καὶ μεῖναι νυκτὸς ὅλης ἐφ' ἑνὸς σχήματος] Hæc habuit noſter à Platone, qui, in Convivio, ſic loquentem de Socrate Agathonem facit: οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ ἐκεῖ ποτε ἐπὶ στρατείας, (ſermo eſt de militia Socratis ad Potidæam) ἄξιον ἀκοῦσαι. ξυννοήσας γὰρ αὐτόθι ἔωθεν τι ἑστήκει σκοπῶν· καὶ ἐπειδὴ οὐ προὐχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει, ἀλλὰ εἱστήκει ζητῶν. καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία, καὶ ἄνθρωποι ἠσθάνοντο. καὶ θαυμάζοντες, ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε. Τελευτώντες δὲ τινες τῶν Ἰώνων, ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, δειπνήσαντες (καὶ γὰρ θέρος τότε ἦν) χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι, ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει καθηῦδον, ἅμα δὲ ἐφύλαττον αὐτὸν εἰ καὶ τὴν νύκτα ἑστήξει. ὁ δὲ εἱστήκει μέχρις ἕως ἐγίνετο, καὶ ἥλιος ἀνίσχεν. ἔπειτα ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ. *Quid autem fecerit tolerantiſſimus vir in eodem exercitu, operæ pretium eſt audire. Nam cùm aliquando cogitatio quædam inciditſſet, ſtetit cogitans eodem veſtigio à matutino tempore, cumque explicare id quod cogitabat, non daretur, perſtabat cogitans, nec dimittebat; & jam meridies erat, militeſque id ſenſerant, ac mirabantur, alterque narrabat alteri, Socratem ab aurora ſtetiſſe cogitantem. Demum verò ab Ioniæ quidam milites cùm nox jam immineret, cœnati priùs (erat enim tunc æſtas) circa eum ſtrata poſuerunt, & in frigore jacuerunt, illum obſervantes, an per noctem quoque perſeveraret; Socrates verò ſtetit uſque ad auroram ſequentem, ac Solis exortum: poſtea verò abiit, cùm jam Solem naſcentem ſalutaviſſet.* At Gellius lib. II. cap. 1. ex Favorino hoc Socratem facere conſueviſſe ait: *Inter labores voluntarios & exercitia corporis, ad fortuitas patientiæ vices, firmamentum id quoque accepimus Socratem facere inſueviſſe. Stare ſolitus Socrates dicitur pertinaci ſtatu, perdius atque pernox, ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem, inconnivens, immobilis, iiſdem in veſtigiis, & ore atque oculis eumdem in modum directis, cogitabundus, tamquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore. Quam rem cùm Favorinus, de fortitudine ejus viri ut pleraque diſſerens, attigiſſet, πολλάκις, inquit, ἐξ ἡλίου ἐς ἥλιον ἑστὼς ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων.* Et hoc facere conſueverant Germani & Brachmanes, teſte Strabone libro xv. cujus hæc ſunt verba: ἀσκεῖν δὲ καὶ τούτους καὶκείνους καρτερίαν, τήν τε ἐν πόνοις, καὶ τὴν ἐν ταῖς ὑπομοναῖς, ὥστ' ἐφ' ἑνὸς σχήματος ἀκίνητον (lege ἀκινήτους) διατελέσαι τὴν ἡμέραν ὅλην. *Atque tam hos quàm illos, & in laboribus & tolerantiâ conſtantiam exercere: adeo ut quotidie in eodem geſtu immoti perſeverent.*

Καὶ ἀριστεύσαντα αὐτόθι παραχωρῆσαι Ἀλκιβιάδῃ τὰ ἀριστεῖα] Teſtatur id ipſum & Plutarchus in Vita Alcibiadis, & Alcibiades apud Platonem in Convivio. τοῦ ἀριστείου, habent ceteræ Editiones & Codex Regius: Athenæus quoque v. 15. τῶν ἀριστείων. Sed ἀριστεῖον etiam, in accuſandi caſu, apud Plutarchum dicto loco. Ceterùm, ex ſuprà allatis, falli conſtat Athenæum, qui libro v. militaſſe umquam Socratem negat. eum vide. Sed vide quoque Franciſcum Carpentarium in Vita Socratis, quam Gallicè conſcripſit, Athenæum validis argumentis egregiè refellentem.

Οὗ καὶ ἐρασθῆναί φησιν αὐτὸν Ἀριστιππος] Idem dicit & Athenæus lib. XIII. Σωκράτης δ' ὁ φιλόσοφος ὁ τῶν πάντων καταφρονῶν, τοῦ Ἀλκιβιάδου κάλλους ἥττων ἐστίν. *Socrates Philoſophus, cum omnia deſpicaretur, Alcibiadis pulchritudini fuit impar.* & pluribus, lib. v. 19. ubi eum vide. Fuere tamen qui Alcibiadis pulchritudinem Socratem deſpexiſſe, exiſtimarint. qua de re infrà Laërtius, & nos ad Laërtium.

Ἀριστιππος ἐν τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς] Laudat & ſuprà hunc librum Laërtius, in Vita Periandri. At illius non meminit infrà in Catalogo librorum Ariſtippi Cyrenaïci. Quare, an Cyrenaïci eſſet liber ille De veteri luxu, ambigebat Geſnerus. Voſſius ejus planè eſſe cenſebat; cui aſſentior. Eum vide de Hiſtor. Græcis lib. IV. capite 8. Conſtabat hoc opus exemplis Antiquorum, qui amoribus & genio indulſiſſent.

Καὶ Πυθῶδε ἐλθεῖν] Scribe, καὶ Πυθώ δε. Id eſt, *Delphos veniſſe.* ἡ Πυθώ, eſt urbs Delphi. Quod Euſebius, in Chronico, Πυθοῖ dixit, vertit minùs rectè Hieronymus, *apud Pythium.* Veteres Πυθὼ & Δελφοὺς, pro una urbe accipiunt.

Ἦν δὲ καὶ ἰσχυρογνώμων, &c. ἔκ τε τοῦ μὴ εἶξαι τοῖς 24
περὶ Κριτίαν, κελεύουσι Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον πλούσιον ἄνδρα ἀγαγεῖν, &c.] Themiſtius Orat. II. ubi de conſtantia Socratis: ὃς οὔτε οἰκοι ὑπὸ Ξανθίππης λοιδορούμενος, οὔτε ὑπὸ Κριτίου, καὶ τῶν τριάκοντα Τυράννων ἀπειλούντων, εἰ μὴ μεταβήσεται καὶ θεραπεύσει τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν, ἀποκτενεῖν τε καὶ ἐξελαύνειν καὶ ἀνήκεστα ἐργάσασθαι, ὅμως οὐκ ἐδεισέ ποτε, οὐδὲ ἐξεπλάγη, οὐδὲ κίνδυνον ἄλλον ἐνόμισεν οὕτω δεινόν τε καὶ φοβερὸν ὡς τὸ κακὸν ἀντ' ἀγαθοῦ γενέσθαι, καὶ δυσσεβῆ ἀντ' εὐσεβοῦς. διὰ τοῦτο οὔτε Λέοντα ἤγαγε τὸν Σαλαμίνιον, οὔτε ἐπιψηφίσαι κατεβιάσθη κατὰ τὸν ἀμφὶ Περικλέα καὶ Ἐρασινίδην καὶ Διομέδοντα στρατηγῶν. καίτοι οὕτω γε ὁ δῆμος αὐτὸς ἐπεκελεύετο, βοῶντες ἄνωθεν ἐκ τῆς ἐκκλησίας. *Qui neque domi à Xanthippa convitiis exercitus, nec à Critia & XXX. Tyrannis, niſi ſententiam mutaret, & præſenti ſeſe Reip. ſtatui accommodaret, mortem atque exilium, & extrema omnia minitantibus, pertimuit tamen umquam, aut perterritus eſt, nec ullum aliud periculum exiſtimavit tam acerbum & formidoloſum, quàm malum ex bono, impium ex pio, & ſceleratum fieri. Ob id, neque Leontem Salaminium duxit, neque ulla vi umquam adigi potuit ut Periclem, & Eraſinidem, & Diomedontem, alioſque Imperatores ſuâ ſententiâ condemnaret; quamquam ad hoc illum Populus è ſuperiore loco in concione vociferans hortaretur.* Meminit & Marcus Aurelius libro VII.

τῶν εἰς ἑαυτὸν ſect. 40. πόθεν ἴσμεν εἰ Τηλαύγους Σωκράτης τὴν διάθεσιν κρείσσων ἦν; (Ita emendavimus; cujus emendationis rationem alibi reddimus) οὐ γὰρ ἀρκεῖ εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν, καὶ ἐντρεχέστερον τοῖς Σοφισταῖς διελέγετο, καὶ καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν, καὶ τὸν Σαλαμίνιον κελευθεὶς ἄγειν, γεννικώτερον ἐδόξεν ἀντιβῆναι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύστο, περὶ οὗ καὶ μάλιστ' ἂν τις ἐπιστήσειεν (lego ἀπιστήσειεν) εἴπερ ἀληθὲς ἦν, &c. *Unde nobis conſtat Socratem Telauge meliori conſtitutione præditum fuiſſe? Non enim ſatis eſt eum clariori morte occubuiſſe, aut peritiùs cum Sophiſtis diſputaſſe, & patientiùs in frigore pernoctaſſe, & Salaminium abducere juſſum, fortiter repugnaſſe, ac in viis ſuperbiùs incediſſe, de quo maximè dubitari poteſt an verum id fuerit.*

Τῶν δέκα στρατηγῶν] Conſentit circa numerum Plato in Apologia. at Xenephon lib. I. τῶν ἀπομνημονευμάτων, novem tantùm fuiſſe ait. Decem quidem erant, ſed novem tantùm fuerunt damnati.

Καὶ ἐνὸν αὐτῷ ἀποδρᾶναι τῆς εἱρκτῆς μὴ ἐθελῆσαι] In hanc rem inſignis eſt Ciceronis locus Tuſculan. Quæſt. libro I. & quem nolim prætermittere, licèt eum protulerit Aldobrandinus: *His & talibus adductus Socrates nec patronum quæſivit ad judicium capitis: nec judicibus ſupplex fuit, adhibuitque liberam contumaciam à magnitudine animi ductam, non à ſuperbia: & ſupremo vitæ die de hoc ipſo multa diſſeruit; & paucis ante diebus cùm facilè educi poſſet è cuſtodia, noluit, & cùm panè manu jam mortiferum illud teneret poculum, loquutus ita eſt, ut non ad mortem trudi, verùm in cælum videretur aſcendere.*

Ἵν' ἐμαυτῷ ὑπεδήματα ποιησαίμην, καὶ καταγέλαστος, &c.] Lege cum Caſaubono, μὴ καὶ καταγέλαστος ἂν ἦν λαβών. Etiam Socratem Alcibiadi munera remiſiſſe, ſcripſit Ælianus Variæ Hiſtor. IX. 29. Ὅτι ἐφιλοτιμήσατο Ἀλκιβιάδης δῶρα πολλὰ πέμψαι Σωκράτει. καὶ οὖν Ξανθίππης καταπλαγείσης τὰ πεμφθέντα, καὶ ἀξιούσης λαβεῖν αὐτά, ὁ δὲ ἔφη, Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τῇ φιλοτιμίᾳ τῇ τοῦ Ἀλκιβιάδου παραταξώμεθα, μὴ λαβεῖν τὰ πεμφθέντα, φιλοτιμησάμενοι. *Alcibiades ambitione quadam munificus, complura, magnaque munera Socrati dono miſit. Cùm ergo Xanthippe admiraretur donorum amplitudinem, & ea cuperet accipere, Socrates dixit: Quin & nos certemus liberalitate cum Alcibiade, & ea quæ ab ipſo mittuntur non capiamus, ad declarandam & noſtram animi magnitudinem.* Sed & Stobæus ſerm. I. De prudentia: Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, πολλῶν τῶν φίλων αὐτῷ πεμπόντων, ἐπειδὴ μηδὲν δεχόμενος, ἐπὶ τούτῳ παρὰ Ξανθίππης ἐνθύνετο, ἔφη, Ἂν τὰ διδόμενα πάντα ἑτοίμως λαμβάνωμεν, οὐδ' αἰτοῦντες τοὺς διδόντας ἕξομεν. *Socrates Philoſophus, objurgatus ab Uxore Xanthippe, quòd multa miſſitantibus amicis, nihil acciperet, dixit; Si omnia quæ afferuntur, ſtatim acciperemus, ne ſi peteremus quidem inpoſterum, ut darent, habituri eſſemus.* Etiam Alcibiades ipſe, in Convivio, Socratem ait difficiliùs pecuniis, quàm Ajacem ferro domari poſſe. Invulnerabilem fuiſſe Ajacem, præterquam in cervice, Fabulæ narrant.

25 Πολλάκις δ' ἀφορῶν εἰς τὰ πλήθη τῶν πιπρασκομένων, &c.] Paulò aliter Cicero Tuſcul. Quæſt. libro V. *Socrates in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, Quàm multa non deſidero, inquit.* Hujus dicti meminit & Philo Judæus libro, Ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον, p. 212. editionis Turnebianæ, τῶν πωλικῶν τινα λόγος ἔχει θεασάμενον ἐσταλμένην πολυτελῆ πομπὴν, πρός τινας τῶν γνωρίμων, ἀπιδόντα εἰπεῖν, ὦ ἑταῖροι, ἰδετε ὅσων χρείαν οὐκ ἔχω, διὰ βραχείας φωνῆς μέγιστον καὶ οὐράνιον ὡς ἀληθῶς ἐπάγγελμα αὐχήσαντα. Quod dictum, cur Diogeni Cynico tribuerit auctor Indicis in Philonem Judæum ex editione Hadriani Turnebi, ignoramus.

Ἐκεῖνα ἀνεφθέγγετο τὰ ἰαμβεῖα, Τὰ δ' ἀργυρώματ' ἐστὶν, &c.] Cujus ſint iſti Jambi, dicat alius. De voce ἀργυρώματα, dicimus infrà ad Arceſilam.

Ὑπερεφρόνησε δὲ καὶ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος] Qua de re diſputat Seneca lib. V. de Beneficiis cap. 6. *Archelaus Rex Socratem rogavit, ut ad ſe veniret. Dixiſſe Socrates traditur, Nolle ſe ad eum venire, à quo acciperet beneficia, cum reddere illi paria non poſſet:* & cetera; quæ vide; eſt enim locus prolixior. Meminit & Ariſtoteles Rhetor. II. 23. καὶ διὸ Σωκράτης οὐκ ἔφη βαδίζειν ὡς Ἀρχέλαον. ὑβριν γὰρ ἔφη εἶναι, τὸ μὴ δύνασθαι ἀμύνεσθαι ὁμοίως εὖ παθόντα, ὥσπερ καὶ κακῶς. *Et cauſſa, quamobrem Socrates negavit ire ad Archelaum: contumeliam enim eſſe dixit, non poſſe referre eum qui accepit beneficium, perinde ac eum qui injuriam.* De Perdicca non de Archelao, rem narrat Marcus Antoninus Imperator τῶν εἰς ἑαυτὸν libro XI. ſectione 25. τῷ Περδίκκᾳ ὁ Σωκράτης, περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι παρ' αὐτὸν· ἵνα, ἔφη, μὴ τῷ κακίστῳ ὀλέθρῳ ἀπόλωμαι, τουτέστι, μὴ εὖ παθὼν, οὐ δυνηθῶ ἀντευποιῆσαι. *Perdiccæ accerſenti excuſabat ſe Socrates: ne peſſimo, inquit, exitio peream, cum gratiam collatam referre non potero.*

Καὶ Σκῶπα τοῦ Κρανωνίου, καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου] Emendandus ex Laërtio Libanius Declamat. XXIX. πολλῶν παρ' αὐτοῖς ἐκπεπληγμένων τὴν ἀρετὴν Σωκράτους· νομίζοντες πρέπειν ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν καὶ ταύτην τὴν θέαν. καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχος ὁ Καρύστιος (lege ὁ Λαρισσαῖος) ἐκάλει δὲ Σκόπας ὁ Κωρώνιος, (lege ὁ Κρανώνιος) οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ Μακεδόνων ἄρχων, Ἀρχέλαος. Sed ex Libanio emendandus viciſſim Laërtius: apud quem vitioſè Σκῶπα pro Σκόπα. Σκόπα quoque Codex Laërtianus Regiæ Bibliothecæ, & ita hîc legendum jam monuerat Caſaubonus. Etiam Σκόπας ſcriptum eſt apud Polybium libro V. & Lucianum in Lexiphane. Alius eſt autem Scopas ille Cranonius de quo hîc Laërtius, à Scopa Cranonio Simonidis æquali, de quo Cicero libro II. de Oratore & Quintilianus lib. XI. cap. 2. Ceterùm hæc verba, Σκῶπα τοῦ κρανωνίου καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου, perperam interpretatus eſt Aldobrandinus, *Scopam Cranonii & Eurylochum Lariſſæi filium:* ſignificant enim, ut rectè Vetus Interpres, *Scopam Cranonium, Eurylochumque Lariſſæum.* Theocriti Scholiaſtes ad Idyllium XVI. 36. οἱ δὲ Σκοπάδαι, Κρανώνιοι τὸ γένος. Κράνων δὲ, πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν Σκόπας ὁ Κρανώνιος, Κρέοντος καὶ Ἐχεκρατίας υἱός. καὶ Σιμωνίδης ἐν Θρήνοις Σκοπάδαι οὖν οἱ Θεσσαλοί. Quintilianus dicto loco: *Tum Simo-*

mides dicitur; memor ordinis quo quiſque diſcubuerat; corpora ſuis reddidiſſe. Eſt autem magna inter Auctores diſſenſio. Glaucone Caryſtio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ ſcriptum ſit id carmen: & Pharſali fuerit hæc domus, ut ipſe quodam loco ſignificare Simonides videtur, atque Apollodorus, & Eratoſthenes, & Euphorion, & Lariſſæus Eurypylus tradiderunt: an Granone, (corrige Cranone) ut Apollas Callimachus, quem ſequutus Cicero hanc famam latiùs fudit. Scopam, nobilem Theſſalum, periiſſe in eo convivio conſtat. adjicitur ſororis filius. putant & ortos pleroſque ab illo Scopa, qui major ætate fuerit, &c.

Εὔτακτός τε ἦν τὴν δίαιταν οὕτως, ὥστε πολλάκις Ἀθήνησιν λοιμῶν γενομένων μόνος οὐκ ἐνόσησε] Idem legas apud Gellium libro II, Noct. Att. cap. 1. *Temperantiâ quoque eum fuiſſe tantâ traditum eſt, ut omnia ferè vitæ ſuæ tempora valetudine inoffenſâ vixerit. In illius etiam peſtilentiæ vaſtitate, quæ in bello Peloponneſiaco imprimis ipſam Athenienſium civitatem internecino genere morbi depopulata eſt, is parcendi moderandique rationibus dicitur & à voluptatum labe caviſſe, & ſalubritates corporis retinuiſſe, ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.* Meminit & Ælianus Variæ Hiſtor. XIII. 17. ὅτι τὸ Σωκράτους σῶμα ἐπεπίστευτο κόσμιον, καὶ σωφροσύνης ἐγκρατὲς γεγονέναι. καὶ ταύτῃ ἐνόσουν Ἀθηναῖοι πανδημεί· καὶ οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ἐπιθανατίως εἶχον. Σωκράτης δὲ μόνος οὐκ ἐνόσησε. De hac peſtilentia Thucydides, libro II. & Lucretius, libro VI.

26 Φησὶ δ' Ἀριστοτέλης δύο γυναῖκας αὐτὸν ἀγαγέσθαι, &c.] Hoc Ariſtotelem tradidiſſe ἐν τῷ περὶ εὐγενείας, diſcimus ex Athenæo Dipnoſ. lib. XIII. & ex Plutarcho in Ariſtide, qui addit, εἰ δὴ τὸ περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον. De Socrate, idem teſtantur Calliſthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Peripateticus: negat Panætius, teſte eodem Athenæo, cujus verba non prætermittenda ſunt, utpote quæ ad hunc Laërtii locum maximè faciunt: ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἐνέζευξεν, ἀνίδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνοδῶν, καὶ κοινογαμιῶν ὄντων. διὸ καὶ ἔδοξέ τισι διφυὴς νομισθῆναι, οὐκ εἰδότων τῶν πρότερον διὰ τὸ πλῆθος τὸν πατέρα. ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην, καὶ τὴν Ἀριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ Δικαίου καλουμένου, (οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν) ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου. εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, Σάτυρος ὁ Περιπατητικὸς, Ἀριστόξενος· οἷς τὸ ἐνδόσιμον Ἀριστοτέλης ἔδωκεν, ἱστορῶν τοῦτο ἐν τῷ περὶ εὐγενείας. εἰ μὴ ἄρα συγκεχωρημένον κατὰ ψήφισμα τοῦτο ἐγένετο τότε διὰ σπάνιν ἀνθρώπων ὥστ' ἐξεῖναι καὶ δύο ἔχειν γυναῖκας τὸν βουλόμενον. ὅθεν καὶ τοὺς τῆς Κωμῳδίας ποιητὰς ἀποσιωπῆσαι τοῦτο, πολλάκις τοῦ Σωκράτους μνημονεύοντας. παρέθετο δὲ περὶ τῶν γυναικῶν ψήφισμα Γεράνυμος ὁ Ῥόδιος, ἀντεῖπε δὲ τοῖς λέγουσι περὶ τῶν Σωκράτους γυναικῶν Παναίτιος ὁ Ῥόδιος. *Athenis primus Cecrops unam eſſe unius, edicto ſanxit, cùm anteà licenter ac inverecundè cum viris feminæ congrederentur, & nuptiæ communes eſſent. Quamobrem cum quidam fuiſſe putarunt duplicis naturæ, cum neſcirent illi priſci, ob coitus promiſcuos, quis ſibi eſſet pater. His poſitis, non injuriâ quiſpiam illos arguat, qui uxores duas Socratem habuiſſe prodiderunt, Xanthippen nimirum, & Myrto, Ariſtidis, non cognomento Juſti filiam (repugnant enim tempora) ſed ejus qui ab ipſo tertius fuit. Auctores ejus rei ſunt, Calliſthenes, Demetrius Phalereus, Satyrus Peripateticus, Ariſtoxenus: quos ad id ſcribendum provocavit Ariſtoteles, qui libro De nobilitate, literis id mandaverit: niſi fortaſſis Plebiſcito fuerit tum conceſſum ob civium raritatem, volentibus uxores habere duas ut liceret, ideoque prætermiſſum id à Comicis fuiſſe, quamvis Socratis crebro meminerint. De uxoribus Hieronymus Rhodius Plebiſcitum adſcripſit. Iis qui de duabus Socratis uxoribus ſcripſerunt, contradicit Panætius Rhodius.* Panætius ille, ut hoc obiter dicam, ἱκανῶς πρὸς τούτους ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκε, ut loquitur Plutarchus in Pericle. Meminit duarum uxorum Socratis & Cyrillus, & Theodoritus, & Auctor Dialogi, qui *Alcyon* inſcribitur.

Ἐξ ἧς αὐτῷ γενέσθαι Λαμπροκλέα] Cum quo ludentem ab Alcibiade deprehenſum, narrat Ælianus Variæ Hiſt. XII. 15. Etiam Cyrillus, loco proximè afferendo, Lamproclem Socrati ex Xanthippa natum ait.

Δευτέραν δὲ Μυρτὼ, τὴν Ἀριστείδου τοῦ δικαίου θυγατέρα. ἣν καὶ ἄπροικον λαβεῖν] Legendum puto τὴν Ἀριστείδου τοῦ Δικαίου θυγατριδῆν. ἣν καὶ ἄπροικον λαβεῖν. Cyrillus contra Julianum libro VI. δύο δὲ σχεῖν γυναῖκας ἅμα, Ξανθίππην μὲν πολῖτιν, καὶ κοινοτέραν πως· Μυρτὼ δὲ, Ἀριστείδου θυγατριδῆν, τοῦ Λυσιμάχου. καὶ τὴν μὲν Ξανθίππην προσπλακεῖσαν λαβεῖν, ἐξ ἧς ὁ Λαμπροκλῆς ἐγένετο· τὴν δὲ Μυρτὼ γαμηθεῖσαν, ἐξ ἧς Σωφρονίσκος καὶ Μενέξενος. Eadem, atque iiſdem verbis, legere eſt ex Porphyrio in Vita Socratis, apud Theodoritum Sermone XII. de Virtute activa ad Græcos infideles. Adde Athenæi locum ſuprà laudatum. Suidas cum Laërtii codicibus conſentit.

Σωφρονίσκον καὶ Μενέξενον] Ita quoque Cyrillus, & Theodoritus. at Suidas, Σωφρονίσκον καὶ Μενέδημον, ἢ Μενέξενον.

Σάτυρός τε καὶ Γεράνυμος ὁ Ῥόδιος] Athenæus loco laudato.

Διὰ τὸ λειπανδρεῖν] διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, apud Athenæum.

Γαμεῖν μὲν ἀστὴν μίαν, παιδοποιεῖσθαι δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας] ἐξ ἑταίρας legendum contendebat Vir ampliſſimus Claudius Sarravius, Senator Pariſienſis. Et ſanè Heraclides Ponticus apud Plutarchum in Solone: ἐκεῖνο δ' ἦδη σφοδρότερον, τοῦ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν. Nihil tamen mutandum exiſtimo. ἐξ ἑτέρας, etiam apud Athenæum.

Ἦν δ' ἱκανὸς καὶ τῶν σκωπτόντων αὐτὸν ὑπερορᾶν] Vide omnino Ælianum Variæ Hiſtoriæ libro I. capite 13.

Καὶ ἐσεμνύνετο ἐπὶ τῇ εὐτελείᾳ] Xenophon Memora- 27
bilium lib. I. οὕτω γὰρ εὐτελὴς ἦν ὥστ' οὐκ οἶδ' εἴτις οὕτως ἂν ὀλίγα ἐργάζοιτο, ὥστε μὴ λαμβάνειν τὰ Σωκράτει ἀρκοῦντα. σίτῳ μὲν γὰρ τοσούτῳ ἐχρῆτο, ὅσον ἡδέως ἤσθιε. καὶ ἐπὶ τοῦτο οὕτω παρεσκευασμένος ἦν, ὥστε τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ σίτου ὄψον αὐτῷ εἶναι. ποτὸν δὲ πᾶν

ἡδὺ ἦν αὐτῷ, διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῴη. εἰ δέ ποτε κληθεὶς ἐβελήσειεν ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν, ὁ τοῖς πλείστοις ἐργωδέστατον, ὥστε φυλάξασθαι τὸ ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἐμπίπλασθαι, τοῦτο ῥᾳδίως πάνυ ἐφυλάττετο. τοῖς δὲ μὴ δυναμένοις τοῦτο ποιεῖν συνεβούλευε φυλάττεσθαι τὰ πείθοντα μὴ πεινῶντας ἐσθίειν, μηδὲ διψῶντας πίνειν, &c. *Nam uſque adeo frugalis erat, ut haud ſciam, num quis lucrum tam exiguum labore ſuo facere poſſit, quod non alendo Socrati ſufficeret. Quippe cibi tantum ſumebat, quantum jucundè comederet. Ad eum ſic paratus accedebat, ut ſi deſiderium opſonium ei eſſet. Etiam quivis potus ei gratus erat, propterea quòd non biberet, niſi ſitiret. Si verò nonnumquam invitatus ad cœnam vellet accedere, tum id quod difficilimum eſt plurimis, cavere ſcilicet ne quis ſe repleat ulteriùs quàm commodum ſit, ipſe perquam facilè cavebat. Illis autem, qui hoc facere non poſſunt, auctor erat ab iis ut ſibi caverent quæ ſuadent ut tametſi quis non eſuriat, nihilominus tamen edat, ac non ſitiens bibat.*

Μισθόν τε οὐδένα εἰσεπράξατο] Xenophon Memorabilium lib. I. οὐ μὴν οὐδ' ἐρασιχρημάτους γε τοὺς συνόντας ἐποίει. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐπιθυμιῶν ἔπαυε, τοὺς δὲ ἑαυτοῦ ἐπιθυμοῦντας οὐκ ἐπράττετο χρήματα. *Ne avaros quidem efficiebat eos qui cum ipſo verſabantur. Nam & aliis à libidinibus eos revocabat, & à ſtudioſis ſui pecuniam non exigebat.* rationem infrà reddimus. Ariſtippum Socraticorum primum à Diſcipulis mercedem exegiſſe, ait Laërtius in ejus Vita:

Καὶ ἔλεγεν, ἥδιστα ἐσθίων, ἥκιστα ὄψου προσδεῖσθαι] Socrates ipſe apud Xenoph. Memorab. I. οὐκ οἶσθ' ὅτι ὁ μὲν ἥδιστα ἐσθίων, ἥκιστα ὄψου δεῖται· ὁ δὲ ἥδιστα πίνων, ἥκιστα τοῦ μὴ παρόντος ἐπιθυμεῖ ποτοῦ.

Ἀριστοφάνης μὲν οὕτως: Ὦ τῆς μεγάλης] In Nubibus videlicet: ubi hi verſus ita leguntur:

Ὦ τῆς μεγάλης σοφίας ἐπιθυμήσας ἄνθρωπε παρ' ἡμῶν
Ὧς εὐδαίμων ἐν Ἀθηναίοις καὶ τοῖς Ἕλλησι γενήσῃ.
Εἰ μνήμων εἶ καὶ φροντιστὴς, καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν
Ἐν τῇ ψυχῇ καὶ μὴ κάμνεις, μήθ' ἑστὼς, μήτε βαδίζων,
Μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίχν., μήτε γ' ἀριστᾶν ἐπιθυμεῖς,
Οἴνου τ' ἀπέχῃ, καὶ γυμνασίων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνοήτων.

28 Ἀμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παράγων] Vide hîc Caſaubonum; qui rectè παρεισάγων emendavit: quam lectionem & in ora libri Chriſtianus Florens annotaverat. Amipſias, Comicus fuit, Ariſtophani σύγχρονος, & ab eo deriſus. Κωμικὸν ὑπόψυχρον Suidas appellat in Φρύνιχος. Scripſerat Comœdiam, adverſus Socratem, ut nos docet Ariſtophanis Scholiaſtes, teſte Caſaubono. Ex ea deſumptos eſſe hos tres verſus (quatuor debuit dicere) veriſimili conjectura Caſaubonus exiſtimabat. Sed quod nomen fuerit huic fabulæ incertum eſt. ἐν Τρίβωνι vertit Aldobrandinus *in Tribone*; quaſi Τρίβων nomen eſſet dramatis: at Ambroſius *palliatum inducens*: & rectiùs fortaſſe: ſequitur enim in verſibus Amipſiæ: πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο; Amipſias ἐν Σφενδόνῃ citatur Athenæo & Polluci: pro quo interdum ſcriptum eſſe ἐν Φείδωνι, aut Φένδωνι, monet Caſaubonus. Scripſerat & Κωμαστὰς, teſte Ariſtophanis Scholiaſte in Avium Argumento; & Κόννον, ſive Κόνον, teſte eodem Scholiaſte in Argumento Nubium, necnon Olympiadum Scriptore. Crediderim hanc poſtremam fabulam contra Socratem ſcriptam fuiſſe; ſiquidem Κόννος, ſive Κόνος, Socratis Magiſter fuit in Muſicis. Cicero epiſtolâ illâ verecundâ ad Pætum; ubi de libertate loquendi Stoïcorum: *Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Is Connus vocitatus eſt.* Suidas: ἐμάνθανε δὲ κιθαρίζειν παρὰ Κόνῳ. Meminit & Plato in Menexeno, & Maximus Tyrius Diſſert. XXII. Hæc ſcripſeram cum in Ferrarium incidi, parte 2. libro 4. cap. 16. de Re Veſtiaria, hunc Laërtii difficillimum & corruptiſſimum locum declarantem & emendantem. Eum ibi vide.

Οὗτος μέντοι πεινῶν οὕτως οὐπω ποτ' ἔτλη κολακεῦσαι] Verſus eſt Amipſiæ, quo tribus prioribus reſpondebatur: quod mirum non vidiſſe Caſaubonum; alios enim Interpretes nihil moror.

Καὶ Ἀριστοφάνης λέγων οὕτως, ὅτι, &c.] Hi duo verſus ita hodie leguntur in Nubibus Ariſtophanis,

Ὅτι βρενθύεις τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ φθαλμὼ παραβάλλει·
Κ' ἀνυπόδητος κακὰ πολλ' ἀνέχῃ. καὶφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς.

Legitur παραβάλλεις apud Athenæum. Sed παραβάλλει rectum eſt: Atticè, in præſenti Indicativi medii, pro παραβάλλῃ.

Βρενθύει] Helladius apud Photium: βρενθύεται δὲ, τὸ ἀλαζονεύεται· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ βρένθιον, ὅ ἐστι μύρον· οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι καὶ βρενθυόμενοι, μύρῳ χρῆσθαι εἰώθεισαν. Idem legas apud Thomam Magiſtrum.

Κ' ἀνυπόδητος] Quod ei objicit Antiphon apud Xenophontem lib. I. Memorab. καὶ ἱμάτιον ἠμφίσαι οὐ μόνον φαῦλον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ θέρους τε καὶ χειμῶνος, ἀνυπόδητός τε καὶ ἀχίτων διατελεῖς. *Neque tantùm veſte vili, ſed eadem quoque per æſtatem & hyemem indueris, & ſemper calceis tunicaque cares.* Et quo reſpexit Dio Chryſoſtomus in Orat. LXV. Σωκράτην διαφθείρειν τοὺς νέους ἔφασαν· εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν. καὶ οὐκ εἶπον ταῦτα μόνον· ἦττον γὰρ ἂν ἦν. ἀλλὰ καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν, ἀνυποδησίας δίκην λαμβάνοντες. *Socratem dixerunt corrumpere juvenes, & impium eſſe adverſus Deos. Nec ſolùm hæc dixerunt, (minimum enim hoc fuiſſet) verùm etiam occiderunt eum; pœnas ſumentes, quòd nudis pedibus inceſſiſſet.*

Καί τοι ἐνίοτε πρὸς τοὺς καιροὺς ἁρμοττόμενος, καὶ λαμπρὰ ἠμπίσχετο] Ælianus Var. Hiſtoriæ lib. IV. cap. 11. Διογένης ἔλεγε καὶ τὸν Σωκράτη αὐτὸν τρυφῆσαι· περιειργάσθαι γὰρ καὶ τῷ οἰκιδίῳ, καὶ τῷ σκιποδίῳ, καὶ ταῖς βλαύσταις δὲ (meliùs βλαύταις) αἰσπεροῦν ἐχρῆτο Σωκράτης ἐστιν ὅτε. *Diogenes etiam ipſum Socratem deliciari ſolitum ajebat, & lautius vel curioſiùs quàm par eſſet ſibi comparaſſe domunculam; & lecticam; item crepidas, quibus aliquando ſolebat uti.*

Παρ' Ἀγάθωνα βαδίζων] Platonis verba, loquentem Socratem introducentis in Convivio, hæc ſunt: ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς πρὸς καλὸν ἴω. καλλωπίζεσθαι enim, eſt κοσμεῖσθαι.

Ξενίας δίκην] Ξενοκτονίας rectè Muretus: quem vide 29
Var. Lect. IX. 20. ξενοφονίας etiam Florens Chriſtianus in ora libri. Vide & Caſaubonum hîc, atque Aldobrandinum.

Καὶ τὸν Λύσιν, &c. ἐνέτρεψε δὲ καὶ Λαμπροκλέα, &c. καὶ Γλαύκωνα, &c. Χαρμίδη δὲ, &c.] Vide Aldobrandinum hos omnes Laërtii locos locis Platonis & Xenophontis confirmantem.

30 Ἐπῆρε δὲ καὶ εἰς φρόνημα Γ' φικράτη τὸν στρατηγὸν, δείξας αὐτῷ τοῦ κουρέως Μίδου ἀλεκτρυόνας ἀντίον τῶν Καλλίου πτερυξαμένους] Athenienſes ex lege publicè in theatro gallos gallinaceos & coturnices committebant. Vide Petitum ad Leges Atticas. Pro Μίδου, legendum Μειδίου, patet ex his Platonis verbis in Alcibiade priore: ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν σὲ δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν, &c.

Καὶ αὐτὸν Γλαυκονίδης ἠξίου τὴν πόλιν περιποιεῖν, καθάπερ φασιανὸν ὄρνιν, ἢ ταὼ] Locus obſcurus, & meo judicio mutilus. An legendum, καὶ αὖ τὸν Γλαυκωνίδην ἠξίου τὴν πόλιν περιποιεῖν, καθάπερ φασιανὸν, ὄρνιν, ἢ ταὼ? Id eſt, *Atque etiam Glauconidem eâdem curâ civitatem conſervare jubebat, quâ & phaſianos, & gallos, & pavones conſervaret.* ὄρνις, peculiariter de gallinaceo genere uſurpari conſtat. Conſtat quoque plurimos Veterum magno ſtudio hujuſcemodi aves aluiſſe. M. Aurelius libro I. παρὰ Διογνήτου τὸ ἀνεπόσπουδον, &c. καὶ τὸ μὴ ὀρτυγοτροφεῖν, &c. apud Suidam ſcriptum eſt ὀρτυγοκοπεῖν. Legi poſſet, καθάπερ φασιανὸν ὄρνιν, conjunctim, ad differentiam τῶν φασιανῶν ἵππων. Phrynichus in Ecloga Vocum Atticarum: φασιανοὶ, ἵπποι· φασινικοὶ δὲ, ὄρνεις.

Τὰ μὲν ἕκαστον] Corrige τὸ μὲν ἕκαστον.

Αἰσχρολογίαν] Μικρολογίαν, vel γλισχρολογίαν, reponendum rectè vidit Muretus loco laudato: & ita MSS. quidam. ἀκριβολογίαν, Heraldus in ora libri.

31 Καὶ τὸ κάλλος ὑπερεῖδεν Ἀλκιβιάδου, κατά τινας] Fatetur Alcibiades ipſe apud Platonem in Convivio.

Καὶ ἐπῄνει σχολὴν, ὡς κάλλιστον κτημάτων, καθὰ καὶ Ξενοφῶν ἐν Συμποσίῳ φησὶν] Idem teſtatur Ælianus Variæ Hiſtoriæ x. 14. Σωκράτης ἔλεγεν, ὅτι ἡ ἀργία ἀδελφὴ ἐλευθερίας ἐστὶ· καὶ μαρτύριον ἔλεγεν, ἀνδρειοτάτους καὶ ἐλευθεριωτάτους Ἰνδοὺς καὶ Πέρσας. ἀμφοτέρους δὲ πρὸς χρηματισμὸν ἀργοτάτους εἶναι. Φρύγας δὲ καὶ Λυδοὺς, ἐργαστικωτέρους, δουλεύειν δὲ. *Socrates dicebat ſororem libertatis eſſe ceſſationem: teſteſque hujus rei adducebat Indos & Perſas, populos fortiſſimos & maximæ libertatis, qui utrique ſegniſſimi eſſent ad negotia: Phrygas verò & Lydos, ad opus faciendum promptiſſimos eſſe, qui in ſervitute degerent.* Valerius Maximus libro & cap. 8. ubi de ocii laudibus: *Idque vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cùm interpoſita arundine cruribus ſuis, cum parvulis filiolis ludens, ab Alcibiade riſus eſt:* qua de re ſuprà ex Æliano. Plura de ocio etiam nos ſuprà ad Solonem. Ceterùm, à dicto Socratis non longè abit Craſſi dictum illud elegans, quod refert Tullius libro II. de Oratore: *Mihi enim liber eſſe non videtur, qui non aliquando nihil agit.*

Ἔλεγε δὲ καὶ ἐν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην· καὶ ἐν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν] Tamen ſe id unum ſcire quòd nihil ſciret, dicebat. Sed quo modo hæc ſint intelligenda, optimè explicat Franciſcus Carpentarius in Vita Socratis.

Ἐπ' οἰκήματος] Vide Aldobrandinum.

Ἀλλὰ καὶ λυρίζειν ἐμάνθανεν ὅτε καιρός.] Lego ἀλλὰ καὶ λυρίζειν ἐμάνθανεν ἤδη γηραιός. Suidas: ἐμάνθανε δὲ καὶ κιθαρίζειν παρὰ Κόνῳ, γέρων ἤδη ὤν. σκωφθεὶς δὲ, τὸ Σόλωνος, ὀψιμαθὴς μᾶλλον ἢ ἀμαθὴς, εἶπεν. Valerius Maximus VIII. 7. *Socratem etiam conſtat ætate provectum fidibus tractandis operam dare cœpiſſe; ſatius judicantem ejus artis uſum ſerò quàm numquam percipere*, &c. Quintilianus I. 17. *Quid de Philoſophis loquor? quorum fons ipſe Socrates jam ſenex inſtitui Lyrâ non erubeſcebat.* Sextus Empiricus lib. VI. adverſus Mathematicos: Σωκράτης καίτοι βαθύγηρως ἤδη γεγονὼς, οὐκ ᾐδεῖτο πρὸς Λάμπωνα τὸν Κιθαριστὴν φοιτῶν· καὶ πρὸς τὸν ἐπὶ τούτῳ ὀνειδίσαντα, λέγειν, ὅτι κρεῖττόν ἐστιν ὀψιμαθῆ μᾶλλον, ἢ ἀμαθῆ διαβάλλεσθαι. Ubi obiter obſerva, Lamponem vocari Socratis Magiſtrum in Muſicis, qui à Platone, à Cicerone, à Maximo Tyrio, à Suida, ab aliis, Connus appellatur. Sed & obiter moneo, pro Λάμπωνα legendum omnino Λάμπρον. Lampri Muſici mentio eſt apud Platonem in Menexeno; ubi Socrates facile eſſe ait, Athenis Athenienſes laudare; non ei modò qui præſtantes Magiſtros nactus ſit, quales ipſe habuerat, in Rhetoricis quidem Aſpaſiam, celeberrimam illam feminam; in Muſicis verò, Connum, Metrobii filium; ſed ei etiam qui minùs bonos, ut Muſices Lamprum, Rhetorices Antiphontem. ΜΕ. τίς αὕτη, ἢ δηλονότι Ἀσπασίαν λέγεις; ΣΩ. λέγω γάρ· καὶ Κόννον γε τὸν Μητροβίου, οὗτοι γάρ μοι δύο εἰσὶ διδάσκαλοι· ὁ μὲν, μουσικῆς· ἡ δὲ, ῥητορικῆς, &c. ἀλλὰ καὶ ὁστισ ἐμοῦ κάκιον ἐπαιδεύθη, μουσικὴν μὲν ὑπὸ Λάμπρου παιδευθεὶς, ῥητορικὴν δὲ ὑπ' Ἀντιφῶντος τοῦ Ῥαμνουσίου, &c. Atque inde ſuſpicari quis poſſet memoriâ lapſum fuiſſe Sextum Empiricum, cùm Socratem jam ſenem, ut muſicam addiſceret, ad Lamprum itaſſe ſcripſit: neque enim veroſimile eſt virum ſapientiſſimum ſibi elegiſſe Magiſtrum imperitum. Lampri tamen, ut boni Muſici, videtur meminiſſe Ariſtoteles Politicon libro VII. Διὸ καὶ νομίζουσιν ἄνθρωποι τῆς εὐδαιμονίας αἰτία τὰ ἐκτὸς εἶναι τῶν ἀγαθῶν. ὥσπερ εἴτις τοῦ κιθαρίζειν Λάμπραν καλῶς, αἰτιῷτο τὴν λύραν μᾶλλον τῆς τέχνης. Ita enim hunc locum feliciter emendavit Criticorum longè elegantiſſimus Muretus Var. Lect. IX. 5. pro eo quod vulgo legitur εἰ τοῦ κιθαρίζειν λαμπρὸν καὶ καλῶς, &c. Quin & apud Athenæum lib. XI. capite ultimo, Plato reprehenditur quòd in Menexeno, Hippiæ Eleo non tantum illudit, ſed etiam Antiphonti Rhamnuſio, & Lampro Muſico.

Ἔτι τε ὠρχεῖτο συνεχῶς, &c.] Lucianus de Saltatione: ὁ Σωκράτης δὲ, σοφώτατος, εἴγε πιστευτέον τοῦτο περὶ αὐτοῦ λέγοντι τῷ Πυθίῳ, οὐ μόνον ἐπῄνει τὴν ὀρχηστικὴν, ἀλλὰ καὶ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἠξίου, μέγιστον νέμων εὐρυθμίας καὶ εὐμουσίας, καὶ κινήσει ἐμμελεῖ καὶ εὐσχημοσύνῃ τοῦ κινουμένου. καὶ οὐκ ᾐδεῖτο γέρων ἀνὴρ, ἐν τῶν σπουδαιοτάτων μαθημάτων καὶ τοῦτο ἡγούμενος εἶναι. καὶ ἐμελλέ γε ἐκεῖνος περὶ ὀρχηστικὴν οὐ μετρίως σπουδάζεσθαι, ὅσγε καὶ τὰ μικρὰ οὐκ ὤκνει μανθάνειν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ διδασκαλεῖα τῶν αὐλητρίδων ἐφοίτα, καὶ παρ' ἑταίρας γυναικὸς οὐκ ἀπῃξίου σπουδαίων τι ἀκούειν τῆς Ἀσπασίας. *Verùm Socrates, vir ſapientiſſi-*

mus, ſi hoc de ipſo dicenti Pythio eſt credendum, non modò laudavit artem ſaltandi, ſed eam etiam diſcere voluit, eum concinnitati, elegantiæ, motui decenti, ejuſque quod movetur venuſtati plurimum tribueret. Nec veritus eſt ætate jam grandior ſaltationem inter maximè ſerias diſciplinas habere: nec ei perdiſcendæ parum erat operæ impenſurus, quem etiam leviora diſcere non piguit: ſed Tibicinarum quoque ſcholas frequentavit; neque à meretrice muliere Aſpaſia ſerium quippiam audire dedignatus eſt. Meminit & Plutarchus libro de Sanitate tuenda.

Ἔλεγε δὲ καὶ προσημαίνειν τὸ δαιμόνιον τὰ μέλλοντα αὐτῷ] Genii Socratis meminerunt, Plato in Theage & in Theæteto; Xenophon, in Apologia; Cicero, 1. de Divinatione; Cyprianus, de Idolorum vanitate; Minutius, in Octavio; Ælianus, Variæ Hiſtoriæ XVIII. 1. Clemens Alexandrinus, Στρωματέων libro I. Tertullianus, de Anima; Suidas, in Σωκράτης: & quis non? At de eo ſcripſere libro peculiari Plutarchus, Apuleius, Maximus Tyrius.

Τό, τε εὖ ἄρχεσθαι, μικρὸν μὲν μὴ εἶναι, παρὰ μικρὸν δὲ] Optimè hunc locum interpretatur Aldobrandinus.

Καὶ εἰδέναι μὲν μηδὲν, πλὴν αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι] Cicero Academ. Quæſt. lib. I. *Hic in omnibus fere ſermonibus, qui ab iis qui illum audierunt, perſcripti variè & copioſe ſunt, ita diſputat, ut nihil affirmet ipſe, refellat alios; nihil ſe ſcire dicat, niſi id ipſum: eoque præſtare ceteris, quod illi, quæ neſciant, ſcire ſe putent, ipſe ſe nihil ſcire id unum ſciat: ob eamque rem ſe arbitrari ab Apolline omnium ſapientiſſimum eſſe dictum, quòd hæc eſſet una hominis ſapientia, non arbitrari ſeſe ſcire quod neſciat.* Et ad finem ejuſdem libri: *Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinaciâ aut ſtudio vincendi, ut mihi quidem videtur, ſed earum rerum obſcuritate, quæ ad confeſſionem ignorationis adduxerant Socratem, velut jam ante Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes pæne Veteres.* Ita legendus hic locus, ex optima Mureti emendatione. Lucianus in Hermotimo: ὁ Σωκράτης, ὃς ἐκκρούει πρὸς ἅπαντας, οὐχ ὅπως μὴ, ἀλλὰ μηδ' ὅλως εἰδέναί τι, ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι οὐκ οἶδε. *Socrates, qui magna voce apud omnes profeſſus eſt, non ſe omnia, ſed prorſus nihil ſcire, niſi hoc ſolum, quòd nihil ſciret.* Poëta Anonymus:

Nil ſcio: vel ſi fortè ſcio, me neſcio ſcire
Quod ſcio. Socraticè me ſcio ſcire nihil.

Atque inde eſt quòd interrogaret, non reſponderet Socrates. Ariſtoteles Sophiſt. Elench. lib. II. cap. 34. Σωκράτης ἠρώτα, οὐκ ἀπεκρίνετο· ὡμολόγει γὰρ μὴ εἰδέναι. Inde eſt quoque quòd à Diſcipulis mercedem non acciperet. Ariſtophanis Scholiaſtes, ad hos verſus è Nubibus,

Οὗτοι διδάσκουσ' ἀργύριον ἤν τις διδῷ,
Λέγοντα νικᾶν καὶ δίκαια κἀδίκα·

καὶ τοῦτο ψεῦδος, διαβολῆς χάριν· οὐδεὶς γὰρ μισθὸν ἐτέλει Σωκράτει· ἐπεὶ ἐκεῖνος ἔφασκε μηδὲν εἰδέναι. διόπερ καὶ ὑπὸ Πυθίου σοφὸς ἐκρίθη. τοῦτο γὰρ αὐτοῦ πρῶτον ἔκρινεν εἶναι σοφὸν, τὸ γνωρίσαι ὅτι μηδὲν οἶδε. πῶς οὖν ἂν μισθὸν ἐπράττετο παρὰ τῶν συνόντων, ὁ λέγων περὶ αὑτοῦ, ὅτι οὐδὲν οἶδα. Similiter Iſidorus Peluſiota, epiſtolâ 241. ἐγὼ δὲ οἶδα σαφῶς, ὅτι οὐδὲν οἶδα.

Τούς τε τὰ ὥρια ἐωνημένους, &c.] Lege ἀώρια. *intempeſtivos fructus.*

Ἐρωτηθεὶς, τίς ἀρετὴ νέου; Τὸ μηδὲν ἄγαν, εἶπεν] Terentius in Andria:

Si. *Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,*
Ut animum ad aliquod ſtudium adjungant: aut equos
Alere; aut canes ad venandum; aut ad Philoſophos:
Horum ille nihil egregiè præter cetera
Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. So. *non injuriâ: nam id arbitror*
Adprime in vita eſſe utile, ut ne quid nimis.

Ἔφασκέ τε δεῖν γεωμετρεῖν, μέχρι ἂν τις μέτρα δύνηται γῆν τε παραλαβεῖν καὶ παραδοῦναι] Habuit Laërtius à Xenophonte: cujus hæc ſunt verba Memor. libro IV. αὐτίκα γεωμετρίαν μέχρι μὲν τούτου ἔφη δεῖν μανθάνειν, ἕως ἱκανός τις γένοιτο, εἴποτε δέοιτο, γῆν μέτρῳ ὀρθῶς ἢ παραλαβεῖν, ἢ παραδοῦναι, ἢ διανεῖμαι, ἢ ἔργον ἀποδεῖξασθαι, &c. *Geometriam eo uſque diſcendam ajebat donec quis poſſet, ſi uſus ita ferret, terram vel rectâ metiendi ratione accipere, vel tradere, vel diſtribuere, vel opus deſignare.*

Εὐριπίδου δ' ἐν τῇ Αὐγῇ] Citatur & Euripides in hac ipſa Fabula ab Heſychio in ἀπενήτω, in διέφθειρε, & in κέρας, & pluries apud Stobæum. Ex ea eſſe illa fragmenta quæ repræſentat Dionyſius Halicarn. extremo libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, exiſtimabat Meurſius in Catalogo Tragœdiarum Euripidis: ubi de hoc Laërtii loco non meminiſſe virum diligentiſſimum, equidem miror. 33

Ὁ ἂν αὐτῶν ποιήσῃ, μεταγνώσῃ] Valerius Maximus VII. 2. *Ab adoleſcentulo quodam conſultus, uxorem duceret, an ſe omni matrimonio abſtineret, reſpondit, utrum eorum feciſſet, acturum pœnitentium,* &c. Comicus, non abſimiliter:

Γαμεῖν ὁ μέλλων, εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.
Ad pœnitendum properat, qui uxorem accipit.

Ἔλεγε θαυμάζειν τῶν τὰς λιθίνους εἰκόνας κατασκευαζομένων· τοῦ μὲν λίθου προνοεῖν, ὡς ὁμοιότατος ἔσται. αὑτῶν δ' ἀμελεῖν ὡς μὴ ὁμοίους τῷ λίθῳ φαίνεσθαι] Clemens Alexandrinus, in Admonitione ad Gentes: Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ὅπως ποτὲ ὁ ἀνδριὰς ὅτι μάλιστα ὡραιότατος τεκταίνηται, πρασκαρτερεῖτε· ὅπως δὲ αὐτοὶ μὴ ὅμοιοι δι' ἀναισθησίαν τοῖς ἀνδριᾶσιν ἀποτελεσθῆτε, οὐ φροντίζετε. Ubi legendum omnino, ex hoc Laërtii loco, ὅτι μάλιστα ὁμοιότατος nemo non videt. Id eſt, *Sed vos quidem ut Statua fabricetur quàm ſimillima, valde adlaboratis; ne autem propter ſtuporem efficiamini Statuis ſimiles, non curatis.*

Πῶς δὲ καὶ τοὺς νέους συνεχῶς κατοπτρίζεσθαι, &c.] Plutarchus in Præceptis Conjugialibus: ὁ Σωκράτης ἐκέλευε τῶν ἐσοπτριζομένων νεανίσκων τοὺς μὲν αἰσχροὺς ἐπανορθοῦσθαι τῇ ἀρετῇ, τοὺς δὲ καλοὺς μὴ καταισχύνειν τῇ κακίᾳ τὸ εἶδος. *Socratis eſt præceptum, adoleſcentes, ſi in ſpeculum intueantur, deformes formæ vitium debere morum virtute corrigere: formoſos adhibere diligentiam, ne pulchritudinem pravitate morum contaminent.* Apuleius in Apologia pro ſe: *An non Socrates*

crates Philoſophus ultro etiam ſuaſiſſe fertur Diſcipulis ſuis, crebrò ut ſemet in ſpeculo contemplarentur? ubi qui eorum foret pulchritudine ſibi complacitus, impendio procuraret ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret; qui verò minùs ſe commendabilem formâ putaret; ſedulò operam daret, ut virturis laude turpitudinem tegeret. Adeo vir omnium ſapientiſſimus ſpeculo etiam ad diſciplinam morum utebatur. Huc reſpexit Seneca Natur. Quæſt. libro I. *Inventa ſunt ſpecula, ut homo ipſe ſe noſceret. Multa ex hoc conſecuta. primo ſui notitia. deinde & ad quædam conſilium. Formoſus, ut vitaret infamiam; deformis, ut ſciret redimendum eſſe virtutibus quidquid corpori deeſſet.* Et Phædrus lib. III. 8.

Quotidie, inquit, ſpeculo vos uti volo.
Tu, formam ne corrumpas nequitiæ malis:
Tu, faciem ut iſtam moribus vincas bonis.

Et Galenus in Exhortatione ad Medicinam & Artes, capite 4. Χρὴ τοίνυν τὸν νέον πειθόμενον τῷ παλαιῷ παραγγέλματι, τὴν ἑαυτοῦ μορφὴν ἐν κατόπτρῳ θεασάμενον, εἰ μὲν καλὸς εἴη τὴν ὄψιν, ἀσκῆσαι τοιαύτην εἶναι καὶ τὴν ψυχὴν, ἄτοπον ἡγησάμενον ἐν καλῷ σώματι ψυχὴν αἰσχρὰν οἰκεῖν. εἰ δ' αἰσχρὸς αὐτῷ φαίνοιτο τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν εἶναι, τοσῷδε μᾶλλον ἐπιμεληθῆναι τῆς ψυχῆς, ἵν' ἔχῃ τὸ Ὁμηρικὸν,

Ἄλλος δ' αὖτ' εἶδος μὲν ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,

&c. *Itaque adoleſcentem, ex veteris proverbii præcepto, formam ſuam in ſpeculo intueri decet. Si facie pulcra appareat, ut ſcilicet enitatur conſimilem animam reddere: abſurdum enim eſſe in corpore formoſo habitare animam deformem. Quod ſi corporis ſpecie turpis videatur, tanto ſtudioſiùs expolire animum debet, ut poſſit Homericum illud pronuntiari,*

Ecce alter propriæ minor eſt cui gratia formæ,

34 Τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους ζῆν, ἵν' ἐσθίοιεν, &c.] Plutarchus de audiendis Poëtis: μνηστέον ὅτι Σωκράτης ἔλεγε, τοὺς μὲν φαύλους, ζῆν τοῦ ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν· τοὺς δ' ἀγαθοὺς, ἐσθίειν καὶ πίνειν ἕνεκεν τοῦ ζῆν. Athenæus lib. IV. καὶ ὁ Σωκράτης δ' ἔλεγεν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν, καθόσον οἱ μὲν ζῶσιν ἵν' ἐσθίωσιν, αὐτὸς δ' ἐσθίει ἵνα ζῇ. *Præter propter vitam vivitur,* inquit Ennius apud Gellium XIX. 10.

Αἰσχίνου δὲ εἰπόντος, πένης εἰμὶ, &c.] Seneca libro I. de Beneficiis cap. 8. *Socrati, cùm multa multi pro ſuis quiſque facultatibus offerrent, Æſchines pauper auditor, Nihil, inquit, dignum te quod dare tibi poſſim invenio: & hoc uno modo pauperem me eſſe ſentio. Itaque dono tibi quod unum habeo, me ipſum: Hoc munus rogo, qualecumque eſt, boni conſulas; cogiteſque alios cùm multum tibi darent, plus ſibi reliquiſſe. Cui Socrates, Quid ni tu, inquit, mihi magnum munus dederis, niſi fortè parvo te æſtimas? habebo itaque cura, ut te meliorem tibi reddam quàm accepi.*

35 Θάνατόν σου κατέγνωσαν Ἀθηναῖοι, Κἀκεῖνον, φησὶν, ἡ φύσις] Paulò aliter Xenophon in Apologia pro Socrate: ὡς δὲ ἤσθετο αὖτε τοὺς παρεπομένους δακρύοντας. τί τοῦτο, εἶπεν αὐτὸν, ἢ ἄρτι δακρύετε; οὐ γὰρ πάλαι ἴστε, ἐξ ὅτου περ ἐγενόμην, ὅτι κατεψηφισμένος ἦν μου ὑπὸ τῆς φύσεως ὁ θάνατος; Quod τῷ δεῖνα Socratem reſpondiſſe ſcribit Laërtius, id ipſum Neroni Demetrium Cynicum dixiſſe refert Arrianus Diſſertationum Epicteti libro I. cap. 25. ὁ Δημήτριος εἶπε τῷ Νέρωνι· ἀπειλεῖς μοι θάνατον, σοὶ δ' ἡ φύσις.

Οἱ δὲ τοῦτ' Ἀναξαγόραν φασὶ] Laërtius ipſe ſuprà, in Anaxagora.

Τῆς γυναικὸς εἰπούσης, Ἀδίκως ἀποθνήσκεις, Σὺ δὲ, ἔφη, δικαίως ἐβούλου,] Id non uxori, ſed Apollodoro reſpondiſſe Socratem, auctor eſt Xenophon in Apologia: παρὼν δέ τις Ἀπολλόδωρος, ἐπιθυμητὴς μὲν ἰσχυρῶς αὐτοῦ, ἄλλως δ' εὐήθης, εἶπεν· Ἀλλὰ τοῦτο ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, χαλεπώτατα φέρω, ὅτι ὁρῶ σε ἀδίκως ἀποθνήσκοντα. τὸν δὲ, λέγεται καταψήσαντα αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, εἰπεῖν· σὺ δὲ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; καὶ ἅμα ἐπιγελάσαι. *Aderat Apollodorus, mirificè quidem ſtudioſus Socratis; ceteroqui vir ſimplex. Is ad eum; Ego verò, mi Socrates, inquit, moleſtiſſimè fero quòd injuſtè necari te video. Tum Socrates, caput ejus demulcens, dixiſſe perhibetur; cariſſime Apollodore, videre me malles jure quàm injuſtè occidi? ſimul ſubriſiſſe fertur.* Idem teſtatur & Theon Sophiſta pag. 73. At cum Laërtio conſentit Tertullianus: cujus hæc ſunt verba, libro de Anima: *Denique, poſt ſententiam obviæ conjugi, & muliebriter inclamanti, Injuſtè damnatus es, Socrates; jam de gratulatione reſpondeat, Volebas autem juſtè?* Et Valerius Maximus VII. 2. *Cùm Athenienſium,* inquit, *ſcelerata dementia triſtem de capite ejus ſententiam tuliſſet, fortique animo, & conſtanti vultu potionem veneni è manu Carnificis accepiſſet, admoto jam labris poculo, uxori Xanthippe inter fletum & lamentationem vociferanti, innocentem eum perimi? Quid ergo, inquit, nocenti mihi mori ſatius eſſe duxiſti? ô immenſam illam ſapientiam, quæ ne in ipſo quidem vitæ exceſſu oblivi ſci ſui potuit!*

Ἥματί κεν τριτάτῳ, &c.] Verſus eſt libri IX. Iliados. Rem narrant pluribus, Plato in Critone, & Cicero I. de Divin. ſed Socratem id non Æſchini dixiſſe ajunt, verùm Critoni. Eum autem luſiſſe in voce Φθίην, quâ, propter verbum φθίειν, quod eſt *corrumpere*, mortem ſignabat, verè, ut mihi quidem videtur, exiſtimabat Franc. Carpentarius. De ſortibus Homericis, multi multa.

Ἀπολλόδωρος ἱμάτιον ἐδίδου καλὸν, &c.] Paulò aliter apud Ælianum: cujus verba ſunt Variæ Hiſtor. lib. I. cap. 16. Ὅτε ἦκεν ἡ ναῦς ἡ ἐκ Δήλου, καὶ ἔδει Σωκράτην ἀποθνήσκειν, ἀφίκετο εἰς τὸ δεσμωτήριον Ἀπολλόδωρος ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος, χιτῶνά τε αὐτῷ φέρων ἐρίων πολυτελῆ καὶ εὐήτριον, καὶ ἱμάτιον τοιοῦτο, καὶ ὑποδύντα αὐτὸν τὸν χιτῶνα, καὶ θοιμάτιον περιβαλλόμενον, εἶτα οὕτω πιεῖν τὸ φάρμακον. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ, καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν, εἰ ἐν αὐτοῖς ἀποθάνοι· καὶ γὰρ οὖν καὶ προκεῖσθαι σὺν τῷ κόσμῳ τὸν νεκρὸν οὐ πάνυ τι ἀδόξως. ταῦτα πρὸς τὸν Σωκράτην ὁ Ἀπολλόδωρος. ὁ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἔφη πρὸς τοὺς ἀμφὶ τὸν Κρίτωνα καὶ Σιμμίαν καὶ Φαίδωνα· Καὶ πῶς ὑπὲρ ἡμῶν καλῶς Ἀπολλόδωρος οὗτω δοξάζει, εἴγε αὐτὸ πεπίστευκεν, ὅτι μετὰ τὴν ἐξ Ἀθηναίων φιλοτησίαν, καὶ τὸ τοῦ φαρμάκου πόμα, ἔτι οὕτως ὄψεται Σωκράτην. εἰ γὰρ οἴεται τὸν ὀλίγον ὕστερον ἐρριμμένον ἐν ποσὶ, καὶ κειόμενον γ' ἐμὲ εἶναι, δῆλός ἐστί με οὐκ εἰδώς. *Cùm rediiſſet ex Delo navis, jamque Socrati moriendum eſſet, accedens in carcerem*

Apollodorus, Socratis amicus, tulit & tunicam ex pretiosa lana, pulcreque textam; simile item pallium, & rogavit ut indutus tunicâ, amictusque pallio, sic demum venenum biberet; dicebat enim eum vestis sepulchralis non expertem fore, si in iis mortem obiret: sic enim non prorsus indecore cum ornatu mortuum apparaturum. Hæc ad Socratem Apollodorus. At ille non passus est: sed dixit ad Critonem, Simmiam & Phædonem: Quam verò præclaram opinionem de nobis habet Apollodorus, si speravit post propinationem ab Atheniensibus factam & veneni absorptionem, se adhuc visurum esse Socratem. Nam si putat eum, qui paulò post ad pedes stratus jacebit, esse Socratem, certum est me ab ipso non cognosci. Quibus moriendum erat, vestem pretiosam induebant. Vide Casaubonum.

36 Στρέψαντος Ἀντισθένους τὸ διερρωγὸς τοῦ τρίβωνος, &c.] Paulò aliter, & minùs venustè, apud Ælianum Var. Histor. IX. 35. ὁ δὴ Σωκράτης, ἰδὼν τὸν Ἀντισθένη τὸ διερρωγὸς ἱματίου μέρος ἀεὶ ποιοῦντα φανερόν· οὐ παύσῃ, ἔφη, ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν; *Socrates cùm videret Antisthenem attritam partem vestis semper in conspectum protendere: Non desines, inquit, apud nos te ipsum ostentare?*

Οὐκ ἔλεγον, εἶπεν, ὅτι Ξανθίππη βροντῶσα, καὶ ὕδωρ ποιήσει;] Huc respexit Seneca libro de Constantia Sapientis capite 18. *Respiciamus eorum exempla, quorum laudamus sapientiam: ut Socratis, qui Comœdiarum publicatos in se, & spectatos sales, in partem bonam accepit, risitque non minùs, quàm cùm ab uxore Xanthippe immundâ aquâ perfunderetur.* Narrat & aliud factum Xanthippes, dictumque aliud Socratis Plutarchus, libro περὶ ἀοργησίας. Socrates à palæstra secum duxerat ad cœnam Euthydemum. Id cùm resciisset Xanthippe, irata accurrit, & factis conviciis, mensam subvertit. surgens Euthydemus, magno concepto dolore abitum parabat. tum Socrates, Nonne apud te nuper gallina involans idem fecit, nihil me indignante?

Καὶ τροχηλέας ἀκούων] Lego τροχιλίας· nam ita Laërtium scripsisse, patet ex Suida, qui in τροχιλία integrum hunc Laërtii locum exscripsit, ubi τροχιλίας legitur. τροχηλέας tamen dici posse, discès ex Polluce in Onomastico, & Budæo in Commentariis. Porrò hoc Socratis ad Alcibiadem responsum, aliter refert Gellius lib. I. cap. 17. *Xanthippe, inquit, Socratis Philosophi uxor, morosa admodum fuisse fertur, & jurgiosa: irarumque & molestiarum muliebrium per diem perque noctem scatebat. Has ejus intemperies in maritum Alcibiades demiratus, interrogavit Socratem, quænam ratio esset cur mulierem tam acerbam domo non exigeret: quoniam, inquit Socrates, quum illam domi talem perpetior, insuesco & exerceor, ut ceterorum quoque foris petulantiam & injuriam faciliùs feram.*

37 Ποτὲ αὐτῆς ἐν ἀγορᾷ καὶ θοιμάτιον περιελομένης] Ad hæc respexit M. Aurelius libro XI. τῶν εἰς ἑαυτὸν, cùm ait, Οἷος ὁ Σωκράτης τὸ καὶδιον ὑπεζωσμένος· ὅτε ἡ Ξανθίππη λαβοῦσα τὸ ἱμάτιον ἔξω προῆλθε, καὶ ἃ εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδεσθεῖσι καὶ ἀναχωρήσασιν, ὅτε αὐτὸν εἶδον οὕτως ἐσταλμένον. *Qualis fuerit Socrates, cùm pellem præcingeret: cùm Xanthippe veste sumptâ processit: ac quæ dixerit sociis Socrates pudore affectis, ac recedentibus, cum viderent eum in isto ornatu.* Ad quæ, puto, respexit & Ælianus Variæ Historiæ VII. 10. τῇ Ξανθίππῃ δὲ ὁ Σωκράτης, ἐπεὶ οὐκ ἠβούλετο τὸ ἐκείνου ἱμάτιον ἐνδύσασθαι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θέαν τῆς πομπῆς βαδίζειν, ἔφη, Ὁρᾷς ὡς οὐ θεωρήσουσα, θεωρησομένη δὲ μᾶλλον βαδίζεις· Quare ibi, pro ἐπεὶ οὐκ ἠβούλετο, legendum existimo, ἐπεὶ καὶ ἠβούλετο, contrario sensu. Id est, *Cum vellet Xanthippe & Socratis vestem induere, & sic ad spectandum pompam prodire, dixit ille, Vide ne potius ut spectaris quàm ut spectes, illuc proficiscaris.*

Ἔλεγε συνεῖναι τραχείᾳ γυναικὶ, καθάπερ οἱ ἱππικοὶ θυμοειδέσιν ἵπποις] Habuit Laërtius è Xenophonte; cujus hæc sunt verba in Symposio: καὶ ὁ Ἀντισθένης· πῶς οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτω γιγνώσκων, οὐ καὶ σὺ παιδεύεις Ξανθίππην, ἀλλὰ χρῇ γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων, καὶ τῶν ἐσομένων, χαλεπωτάτῃ; ὅτι, ἔφη, ὁρῶ καὶ τοὺς ἱππικοὺς βουλομένους γενέσθαι, οὐ τοὺς εὐπειθεστάτους, ἀλλὰ τοὺς θυμοειδεῖς ἵππους κτωμένους. νομίζουσι γὰρ, ἢν τοὺς τοιούτους δύνωνται κατέχειν, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἵπποις χρήσεσθαι· κἀγὼ δὲ βουλόμενος ἀνθρώποις χρῆσθαι καὶ ὁμιλεῖν, ταύτην κέκτημαι, εὖ εἰδὼς, ὅτι εἰ ταύτην ὑποίσω, ῥᾳδίως τοῖς γε ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις συνέσομαι. *Heic Antisthenes: cur igitur, ait, qui ea sis in sententia, Socrates, non tu quoque Xanthippen instituis, quam uxorem habes omnium quæ sunt, & fuerunt, ut arbitror, & deinceps erunt, acerbissimam? Quod, inquit, eos etiam video, qui equestris rei peritissimi fieri volunt, non illos sibi equos comparare, qui lubentissimè pareant; sed valde animosos. Existimant enim se, si tales cohibere possint, facilè alios etiam equos tractaturos. Itaque & ipse quum uti hominum consuetudine cuperem, hanc mihi quæsivi; quòd futurum scirem, ut si eam tolerare possem, facilè cum universis hominibus ceteris versaver.* Huc verò respexit Chrysostomus, Homiliâ XVI. in Epistolam I. ad Corinthios: λέγεται γοῦν τις καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων μοχθηρὰν ἔχων γυναῖκα, καὶ φλύαρον, καὶ πάροινον, πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας, τίνος ἕνεκεν τοιαύτην ἔχων ἀνέχεται, εἰπεῖν, ὥστε γυμνάσιον καὶ παλαίστραν ἔχειν φιλοσοφίας ἐπὶ τῆς οἰκίας. ἔσομαι γὰρ τοῖς λοιποῖς πραότερος, φησὶν, ἐν ταύτῃ καθ' ἑκάστην παιδευόμενος τὴν ἡμέραν. *Dicitur quidem certè quidam ex Philosophis Ethnicis, cum malam haberet uxorem, & blateratricem, & vinolentam, rogantibus cur eam habere sustineret: ut domi haberet gymnasium & palæstram Philosophiæ, respondisse. Ero enim, inquit, in ceteros mitior, si in ea quotidie erudiar.* Xanthippe, pro qualibet uxore morosa accipitur. Galenus matrem suam alteram Xanthippen fuisse ait. εὐτύχησα δὲ μεγάλην εὐτυχίαν, ἀοργητότατον, καὶ δικαιότατον, καὶ χρηστότατον, καὶ φιλανθρωπότατον ἔχων πατέρα· μητέρα δὲ ἀργιλωτάτην ὡς δάκνειν μὲν ἐνίοτε τὰς θεραπαίνας, ἀεὶ δὲ κεκραγέναι τε, καὶ μάχεσθαι τῷ πατρὶ μᾶλλον ἢ Ξανθίππην Σωκράτει. Verba sunt Galeni, ex libro de Animi perturbationibus cap. 8. quæ sic Latinè sonant: *Mihi verò maximâ felicitate contigit, ut patre sim natus mitissimo, æquissimo, benignissimo, humanissimo: matre verò usque adeo iracunda, ut ancillas interdum morderet; patri semper voce obstreperet; nec secius*

eum eo, quàm Xanthippe cum Socrate belligeraret.

Πρὸς τῆς Πυθίας ἐμαρτυρήθη Χαιρεφῶντι ἀνελούσης, &c.] Valerius Maximus III. 4. *Socrates non ſolum hominum conſenſu, verum etiam Apollinis oraculo ſapientiſſimus judicatus.* Tertullianus in Apologetico: *Socratem Apollo ſapientiſſimum omnium cecinit. ὁ Apollinem inconſideratum! Sapientiæ teſtimonium reddidit ei viro, qui negabat Deos eſſe.* Juſtinus Martyr in Cohortatione ad Græcos: εἰ γὰρ ὁ τῶν παρ' ὑμῖν Σοφῶν σοφώτατος Σωκράτης, ᾧ καὶ τὸ χρηστήριον ὑμῶν, ὡς αὐτοί φατε, μαρτυρεῖ, λέγων,

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος,

ὁμολογεῖ μηδὲν εἰδέναι, πῶς οἱ μετ' αὐτὸν καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἐπηγγέλλοντο εἰδέναι, &c. Galenus in Protreptico ad Artes: εἰ δ' οὐκ ἐθέλεις ἐμοὶ πείθεσθαι, τόν γε θεὸν αἰδέσθητι τὸν Πύθιον· οὗτός ἐστι ὁ καὶ τὸν Σωκράτην εἰπὼν ἀνδρῶν ἁπάντων σοφώτατον εἶναι. Pleniùs apud Ariſtophanis Scholiaſten, ad hos verſus è Nubibus;

Ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης,
Ψύλλαν ὁπόσους ἄλλοιτο τοὺς αὐτῆς πόδας·

τῶν πάνυ γνωρίμων Σωκράτους ὁ Χαιρεφῶν· οὐδὲν δὲ αὐτοῦ διασέσωσται τῶν συγγραμμάτων. δοκεῖ δὲ γενέσθαι περίθερμος, καὶ σφόδρα ἐχθρεύσας τῷ ἀδελφῷ· καί φησι Ξενοφῶν Σωκράτην ξυνάγοντα αὐτούς, λέγειν, ὡς οὐδὲν ὀφθαλμῶν ὄφελος εἴη, μὴ συμφωνοῖεν, οὐδὲ χειρῶν, οὐδὲ ποδῶν. δήμου (meliùs δῆμον) δὲ ἦν ὁ Χαιρεφῶν Σφήττιος. τούτῳ καὶ ἡ Πυθὼ (corrige Πυθία) δοκεῖ τὸν περὶ τοῦ Σωκράτους χρησμὸν εἰπεῖν,

Σοφὸς Σοφοκλῆς· σοφώτερος δ' Εὐριπίδης·
Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος.

τοῦτον τὸν χρησμὸν ὁμολογῶν ἐν τῇ κατὰ Φιλοσόφων, ψεύδεσθαί φησι τὴν Πυθίαν· τοὺς γὰρ Φυσικῶς χρησμοὺς, ἐξαμέτρους εἶναι: & quæ ſequuntur, quæ vide. Sed, ut hoc ὁδοῦ πάρεργον moneam, vox ὁμολογῶν corruptiſſima eſt. ſub ea latet nomen alicujus Scriptoris. Scripſerat Democharis κατηγορίαν κατὰ τῶν φιλοσόφων, teſte Ariſtocle Philoſopho libro VII. de Philoſophia, apud Euſebium lib. XV. Præparat. Evangel. cap. πῶς γάρ. & rectè hoc loco Δημοχάρης legi poſſet. Sed hæc vox à recepta lectione nimiùm recedit. Pergamus. Oraculi, quo Socrates hominum ſapientiſſimus judicatus eſt, meminit & Plato in Apologia.

38 Καθάπερ ἀμέλει καὶ τὸν Ἄνυτον, ὡς ἐν τῷ Πλάτωνός ἐστι Μένωνι] Malè Editio Baſileenſis, καθάπερ Μέλιτον καὶ Ἄνυτον. De Melito, ne γρῦ quidem in Menone Platonis.

Οὗτος γὰρ οὐ φέρων τὸν ὑπὸ Σωκράτους χλευασμὸν, &c.] Optimè omnium rem narrat Ælianus; quem videſis diligenter Variæ Hiſtoriæ lib. II. cap. 13. Vide & Scholiaſten Ariſtophanis in Argumento Nubium.

Καὶ τῶν νέων διαφθορᾶς] Atque ad hæc reſpexit Lucianus in Vitarum Auctione, cùm Mercatorem ſic Socrati loquentem introducit: εἰπέ μοι, τί μάλιστα εἰδὼς τυγχάνεις; cui reſpondet Socrates: παιδεραστής εἰμι, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά. *Paderaſtes ſum, & in rebus quæ ad amorem ſpectant, peritus.* Cui Mercator: πῶς οὖν ἐγὼ πρίωμαί σε; παιδαγωγοῦ γὰρ ἐδεόμην, τῷ παιδὶ καλῷ ὄντι μοι. *Qui ergo te emam? etenim opus habeo Pædagogo, cùm mihi ſit puer formoſus. Cui Socrates:* τίς δ' ἂν ἐπιτηδειότερος ἐμοῦ γένοιτο συνεῖναι καλῷ; καὶ γὰρ οὐ τῶν σωμάτων ἐραστής εἰμι, τὴν ψυχὴν δὲ ἡγοῦμαι καλήν. ἀμέλει, κἂν ὑπὸ ταὐτὸ ἱμάτιόν μοι κατακέωνται, ἀκούσῃ αὐτῶν λεγόντων, μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν. *At quis magis me idoneus eſſe queat, qui cum formoſo puero verſetur? Etenim non ſum amator corporum: animam enim formoſam eſſe duco. Et quamquam ſub eodem palliolo decumbunt, dicentes illos audies, à me nihil grave perpeti.* Cui Mercator: ἄπιστα λέγεις, τὸν παιδεραστὴν ὄντα, μὴ πέρα τῆς ψυχῆς τι πολυπραγμονεῖν. καὶ ταῦτα ὑπ' ἐξουσίας, ἐν τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενον. *Incredibilia dicis, eum qui ſit paderaſtes, nihil præter animam curare; præſertim cùm jacendi ſub eadem veſte fiat copia.* Reſpexit & ad hæc Satyricus, cum Sat. II. ait,

Inter Socraticos notiſſima foſſa Cinædos.

ſic enim in pleriſque Exemplaribus legitur: pro quo tamen, nec malè, reponebat Leopardus *Sotadicos*: Verùm eo crimine Socratem purgat Xenophon Memorabil. lib. I. his verbis: θαυμαστὸν δὲ φαίνεταί μοι καὶ τὸ πεισθῆναί τινας, ὡς Σωκράτης τοὺς νέους διέφθειρεν, ὃς πρὸς τοῖς εἰρημένοις, πρῶτον μὲν ἀφροδισίων, καὶ γαστρὸς, πάντων ἀνθρώπων ἐγκρατέστατος ἦν. *Hoc quoque mirum mihi videtur, perſuaderi quibuſdam potuiſſe, quòd Socrates adoleſcentulos corrumperet: qui præter ea quæ dicta ſunt, rerum Venerearum, ac gulæ ſupra omnes homines continentiſſimus erat.* Neque id ei objecit Ariſtophanes: quod maximum argumentum eſt tali crimine hominem ſapientiſſimum & ſanctiſſimum vacaſſe. Etiam Hermogenes, in Partitionibus, inter τὰ ἀπίθανα ponit, οἷον, εἰ Σωκράτην τις πλάττοι πορνοβοσκοῦντα, ἢ Ἀριστείδην ἀδικοῦντα. Scripſerat Favorinus, teſte Suida, librum περὶ Σωκράτους, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν Ἐρωτικῆς τέχνης. Plures ea de re Diſſertationes hodie legere eſt apud Maximum Tyrium.

Πολύευκτος] Polyeucti illius meminit non ſemel Plutarchus in Demoſthene. Alius eſt à Polyeucto, Comico, de quo Suidas in Πολύευκτος, & Athenæus lib. IX. Inter Dinarchi Orationes una inſcripta fuit κατὰ Πολυεύκτου ἐκφυλλοφορηθέντος. auctor Halicarnaſſenſis in Dinarcho, atque Harpocration in ἐκφυλλοφορῆσαι.

Συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης] Quod etiam teſtatur Themiſtius Orat. ubi de Judicibus Socratis: καὶ ἐγοητεύθησαν ὑπὸ τοῦ λόγου, ὃν ξυνέγραψε Πολυκράτης, Ἄνυτος δὲ ἐμισθώσατο. & Suidas: Πολυκράτης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, δεινός τε, καὶ τοὺς κατὰ Σωκράτους λόγους, δεύτερος Ἀνύτῳ καὶ Μελίτῳ, γράψας. Quintilianus quoque lib. II. cap. 18. ubi de Scriptoribus agit, qui ingenia materiæ difficultate exercere voluerunt: *Sicut Polycratem*, inquit, *cùm Buſirim laudaret, & Clytæmneſtram: quamquam is, quòd his diſſimile non eſſet, compoſuiſſe Orationem, quæ eſt habita contra Socratem, dicitur.* Meminit & cap. I. libri III. Etiam Ælianus Var. Hiſtor. XI. 10. poſtquam Zoilum Polycratis auditorem fuiſſe dixit, (magiſtro dignus fuit diſcipulus) ſubjungit: οὗτος δὲ ὁ Πολυκράτης καὶ τὴν κατηγορίαν ἔγραψε τὴν κατὰ Σωκράτους. De Polycrate, ejuſque contra Socratem Oratione, plura qui volet, legat Argumentum Orationis Iſocratis de Buſiridis Encomio.

39 Καὶ Πλάτων ἐν ἀπολογίᾳ, τρεῖς αὐτοῦ κατηγορῆσαι, &c.] Verba Platonis ſunt: ἐκ τούτων καὶ Μέλιτός μοι ἐπέθετο, καὶ Ἄνυτος, καὶ Λύκων. Μέλιτος μὲν, ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος· Ἄνυτος δὲ, ὑπὲρ τῶν Δημιουργῶν καὶ τῶν Πολιτικῶν· Λύκων δὲ, ὑπὲρ τῶν Ῥητόρων: ex quibus apparet legendum apud Laërtium ὑπὲρ τῶν Δημιουργῶν, ut rectè Caſaubonus emendavit: ubi δημαγωγῶν, pro δημιουργῶν, legebat Chriſtianus: ſed nihil mutandum, docet locus Platonis, ſi mendo vacat.

Τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων] Meminit Xenophon Hiſtor. Græcæ lib. IV. ὁ δὲ ἀφικόμενος (Κόνων) πολὺ τοῦ τείχους ᾤρθωσε, τάτε αὐτοῦ πληρώματα παρέχων, καὶ τέκτοσι καὶ λιθολόγοις μισθὸν διδοὺς, καὶ ἄλλο, εἴ τι ἀναγκαῖον ἦν δαπανῶν. ἦν μέν τοι τοῦ τείχους, ἃ καὶ αὐτοὶ Ἀθηναῖοι καὶ Βοιωτοὶ, καὶ ἄλλαι πόλεις ἐθελούσιαι συνετείχισαν. *Itaque Conon profectus Athenas, partimque remigum ſuorum uſus operâ, partim fabris lignariis & cæmentariis, ſtipendio numerato, aliiſque neceſſariis ſumptibus ſumminiſtratis, magnam muri partem reſtituit. Etiam partem aliquam Athenienſes ipſi, & Bœoti, & urbes ceteræ, ſua ſponte abſolverunt.* Meminit & Pauſanias in Atticis: Ἀνιέντων δὲ ἐκ Πειραιῶς, ἐρείπια τῶν τειχῶν ἐστιν, ἃ Κόνων ὕστερον τῆς πρὸς Κνίδον ναυμαχίας ἀνέστησε. τὰ γὰρ Θεμιστοκλέους μετὰ τὴν ἀναχώρησιν οἰκοδομηθέντα τὴν Μήδων, ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καθῃρέθη τῶν τριάκοντα ὀνομαζομένων. *Sunt in via quæ ex Piræo ducit ad urbem, ruinæ murorum, quos Conon, poſt navale ad Gnidum prælium, reſtituit. Illi enim quos, poſt repulſos Perſas, Themiſtocles exſtruxerat,* XXX. *Tyrannorum temporibus dejecti fuere.* Conon ille, Athenienſis fuit, Timothei filius. plura de eo, non uno loco, legere eſt apud eumdem Pauſaniam.

Ἡ δ' ἀντωμοσία δίκης, τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον, &c. Ἀδικεῖ Σωκράτης, &c.] Nota accuſationis formulam: nec abſimilem actionis formulæ quæ Alcibiadi intentata eſt, de qua Plutarchus in Alcibiade.

Α γέγονεν ἐν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον.] Legendum, ἃ γέγονεν, ἔτεσιν ἓξ, &c. quod viſum Bigotio noſtro.

40 Ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν (φησὶ Φαβωρῖνος ἐν τῷ Μητρῴῳ)] Lege, ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν (φησὶ Φαβωρῖνος) ἐν τῷ Μητρῴῳ. Id eſt, *aſſervatur etiam nunc in Metroo, ut ait Favorinus.* τυπογραφικὸν fuit ἁμάρτημα: ſed quod tamen doctiſſimum Voſſium decepit, qui, in libro de Hiſtoricis Græcis, Μητρῷον inter libros Favorini recenſet. Veterem enim Interpretem qui vertit, *Favorinus in Metroo*, nihil moror. Μητρῷον. templum erat Magnæ Deorum Matris, ubi τὰ δημόσια γράμματα aſſervabantur. Pollux III. 2. 1. ἐλέγετο δέ τε καὶ Μητρῷον Ἀθήνησι, τὸ τῆς φρυγίας θεοῦ ἱερὸν. καὶ μητριάζειν, τὸ ταῦτα τελεῖν, ἢ ἐπ' αὐτῷ ἀγείρειν. καὶ μητραγύρτης, ὁ τελεστής. Julianus Imperator Orat. V. ἡ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς καλοῖς ἡγεμὼν γενομένη τοῖς Ἕλλησι, ἡ τοῦ Πυθίου πρόμαντις θεοῦ, τῆς μητρὸς τῶν θεῶν μῆνιν ἐκέλευσεν ἱλάσκεσθαι. καὶ ἀνέστη, φασὶ, ἐπὶ τούτῳ τὸ Μητρῷον, οὗ τοῖς Ἀθηναίοις δημοσίᾳ (malim δημόσια) πάντα ἐφυλάττετο τὰ γράμματα. *Nam quæ Græcis ad egregia quæque & honeſta facinora dux & auctor eſſe ſolebat, Pythii Apollinis Interpres, Matris Deûm iracundiam placare juſſit. Atque in eam rem, uti narrant, Metroum eſt exſtructum, ubi Athenienſes publicas omnes tabulas aſſervabant.* Pollux III. 2. ἐλέγετο δέ τε καὶ Μητρῷον Ἀθήνησι, τὸ τῆς φρυγίας θεοῦ ἱερὸν· καὶ μητριάζειν, τὸ ταῦτα τελεῖν, ἢ ἐπ' αὐτῷ ἀγείρειν. καὶ μητραγύρτης, ὁ τελεστής. Meminit & Orat. VI. De Metroo plura qui volet, conſulat Meurſium Atticarum Lect. lib. I. cap. XI.

Καὶ ἀνθωμολογήσατο] An potiùs ἀντωμόσατο? ἀντωμοσία, etiam ſit rei, tamen & de actore dicitur ἀντωμόσαι.

Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, &c.] Accuſationis formulam aliquantò aliter referunt Plato & Xenophon: quorum verba hîc referre ſuperſedeo, cùm ea retulerit Aldobrandinus. Auctor Argumenti Orationis Iſocratis, quæ Βουσίριδος ἐγκώμιον inſcripta eſt, ubi de accuſatione Socratis: κατηγόρουν δὲ αὐτοῦ ὡς ὅτι καινὰ δαιμόνια εἰσφέρει τοῖς Ἀθηναίοις, λέγων δὴ σέβειν ὄρνεα, καὶ κύνας, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ διὰ τοῦτο διαφθείρειν τοὺς νέους τοὺς μανθάνοντας. *Accuſationis autem capita referunt hæc, quòd novos Deos apud Athenienſes introduceret, atque aviculas & canes, & ejus generis alia, coli juberet; eoque pacto ſtudioſos adoleſcentes corrumperet.* Juſtinus Martyr, in Cohortatione ad Græcos: ὁ πάντων δὲ αὐτῶν εὐθυνώτερος πρὸς τοῦτο γενόμενος Σωκράτης, τὰ αὐτὰ ἡμῖν ἐνεκλήθη. καὶ γὰρ ἔφασαν αὐτὸν καινὰ δαιμόνια εἰσφέρειν, καὶ οὓς ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, μὴ ἡγεῖσθαι αὐτόν. Cyrillus libro VI. contra Julianum, quòd jactaret dæmonium ſibi nonnulla prædicere, & quia per quercum & canem juraret, accuſatum, & damnatum eſſe ait. Id ipſum ait & Tertullianus in Apologetico. *Taceo de Philoſophis; Socrate contentus; qui in contumeliam Deorum, quercum, & hircum, & canem dejerabat. Sed propterea damnatus eſt Socrates quia Deos deſtruebat.* & lib. I. ad Nationes: *Taceo de Philoſophis, quos ſuperbia ſeveritatis & duritia diſciplinæ ab omni timore ſecuros, nonnullus afflatus etiam veritatis, adverſus Deos erigit: denique & Socrates in contumeliam eorum, quercum & canem, & heram jurat: nam etſi idcirco damnatus eſt,* &c. De juramento Socratis per canem, præter Platonem & Athenæum, meminit Laërtius infrà in Zenone Citieo, ubi Zenonem per capparim juraſſe refert. Apud Lucianum ἐν βίων πράσει, & apud Suidam & Philoſtratum, jurat Socrates, non modò per canem, ſed etiam per platanum. Jurat & per Heram in Theæteto: id eſt, per Junonem: εὖ γε, νὴ τὴν Ἥραν, ὦ φίλε, καὶ θείως: quod notandum; & quod mirum non notaſſe eruditiſſimum Tertulliani Enarratorem Nicolaum Rigaltium. At quamvis feminæ, non viri, per Junonem jurare ſolerent, nihil tamen hac loquendi formula in contumeliam Deorum jurabat Socrates: quâ etiam jurat Æſchines Socraticus infrà, in Ariſtippo. Jurat & per Palladem Demetrius Cynicus apud Philoſtratum libro VIII. de Vita Apollonii cap. 5. item Hermogenes, apud Xenophontem in Convivio. Quare ſcripſiſſe crediderim Tertullianum, *in contumeliam eorum, quercum, & canem, & hircum jurat.* Legi poſſet & *anſerem jurat.* Per anſe-

rem, atque hujuſmodi animalia, juraſſe Veteres, diſcimus ex Heſychio Grammatico in κῆνα ὀμνύειν. ἔθος ἦν κατὰ τῶν τοιούτων ὀμνύειν τοῖς ἀρχαίοις. Quin & Socrates ipſe per anſerem jurabat. Philoſtratus, libro Vitæ Apollonii VI. ubi de Socrate: ὤμνυε γὰρ τὸν κύνα καὶ τὸν κῆνα, καὶ τὴν πλάτανον· οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλὰ μὴ θεοὺς ὀμνύη. Suidas: Λάμπων ὤμνυσι τὸν κῆνα ὅταν ἐξαπατᾷ. κῆνα πρῶτοι Σωκρατικοὶ ἐπετήδευσαν οὕτως ὀμνῦναι. Ῥαδάμανθος δὲ πρῶτος οὐκ εἶα ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ θεῶν, ἀλλ' ὀμνῦναι κῆνα, καὶ κύνα, καὶ κριὸν, καὶ τὰ ὅμοια. ὁ δὲ Λάμπων θύτης ἦν Χρησμολόγος, καὶ μάντις, ᾧ καὶ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν Ἀθηναίων περιέπτουσιν. ὤμνυε δὲ κατὰ τοῦ κηνὸς, ὡς μαντικοῦ ὀρνέου. εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν μετὰ ὅρκου ἐξαπατώντων τινά. Habuit Suidas ab Ariſtophanis Scholiaſte. Exſtat in hanc rem Suidæ locus eximius in κῆνα ὀμνῦναι: κῆνα ὀμνῦναι. ὑπὲρ τοῦ μὴ τοὺς θεοὺς ἐπὶ πᾶσιν ὀνομάζειν Ῥαδάμανθος ἐκέλευε κατὰ κηνὸς, καὶ κριοῦ ὀμνῦναι, οὐχ, ὥς τινες, Σωκράτης. Hujus Rhadamanthii jurisjurandi meminit Heſychius Alexandrinus: Ῥαδαμάνθιος ὅρκος. τὸν ἐπὶ κηνὶ, καὶ κυνὶ, καὶ τοῖς τοιούτοις, ὅρκον. Obiter hîc obſervandum, multò ante Socratem juraſſe Rhadamanthum per canem: ac Cretenſibus, lege ſancita, auctorem fuiſſe, ut per animalia jurarent. Teſtatur Porphyrius libro III. περὶ ἀποχῆς. De juramento autem Socratis per canem & anſerem, audiendus Lactantius libro III. de Falſa Sapientia cap. 19. *Verùm Socrates per canem & anſerem dejerabat. O hominem ſcurram, ut ait Zeno Epicureus, ineptum, perditum, deſperatum, ſi cavillari voluit religionem: dementem, ſi hoc ſeriò fecit, ut animal turpiſſimum pro Deo haberet! Quis jam ſuperſtitiones Ægyptiorum audeat reprehendere, quas Socrates Athenis auctoritate confirmavit ſua.* Per anſerem juraſſe ſcripſit & Porphyrius libro IV. περὶ ἀποχῆς. Sed & per lapidem, Auguſtinus libro primo de Vera Religione. Per Zethum jurat etiam Socrates apud Platonem in Gorgia. Cùm autem frequenter ei uxor adverſaretur, diſſidiumque ſit feles inter & canes, Italus quidam, cujus excidit mihi nomen, Xanthippen per felem jurare ſcripſit: venuſtè prorſus & ingeniosè, ut ſunt Itali venuſti & ingenioſi. Sed ad rem. Etiam Ariſtophanes Socratem vocat *Melium*, quia de Diagora Melio plerique Veteres quaſi de ἀθέῳ locuti ſunt. Corrigendus obiter Stephanus in Μῆλος: ὁ πολίτης, Διαγόρας ὁ Μήλιος, καὶ Σωκράτης, καὶ Ἀριστοφάνης. Legendum ὁ πολίτης. Μήλιος. Διαγόρας ὁ Μήλιος· καὶ Σωκράτης παρ' Ἀριστοφάνει. Sed certè ab impietate longè abfuiſſe Socratem, diſcimus ex Xenophonte Memorab. lib. I. qui Socratem ſimpliciter precari Deos ſolitum ait, ut bona largirentur, quòd Dii optimè ſcirent, cujuſmodi res eſſent bonæ. At qui aurum, vel argentum, vel tyrannidem, vel quid aliud hujuſmodi, à Diis peterent, non diſſimile quid petere putabat, quàm ſi aleam, vel prælium, vel quid aliud earum rerum peterent, quarum omninò incertus ſit eventus.

Μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομαι, ἀλλ' ἃ συμφέρει.

inquiebat Comicus. & Poeta incertus apud Platonem in Alcibiade. 2.

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀεύκτοις
Ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ, καὶ εὐχομένοις, ἀπαλέξειν.

Atque in hanc rem exſtat Maximi Tyrii Diſſertatio elegantiſſima, quæ de Mida Phryge inſcripta eſt. Neque docebat Socrates nullos eſſe deos: ſed tantùm ſupremum eſſe quemdam Deum, immenſum, infinitum, æternum; ceteris, qui pro Diis colebantur, ſuperiorem. Unde & quodammodo fuiſſe Chriſtianum ait in Apologia II. pro Chriſtianis Juſtinus Martyr, vir ſanctiſſimus & eruditiſſimus; οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι, κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν. οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ οἱ ὅμοιοι αὐτοῖς. Qua de re videndus omnino, vir ſummè doctus, & ſummè in amicos officioſus, Franciſcus Vaierius Mothæus, in erudito illo ſuo Tractatu de Virtutibus Ethnicorum. Cùm autem non in ſimulacris ligneis, ſed in ſublimi quærendum eſſe Deum Socrates doceret, *Nubicola* propterea eſt habitus. Atque hinc eſt quòd Νεφέλας, Comœdias illas inſcripſit Ariſtophanes, quibus quam affingit Socrati impietatem, perſtringere in animo habuit: quaſi Nubes Socratis eſſent Dii. Ita de Judæis, Juvenalis: *Nil præter nubes, & cœli numen adorant.* Erat autem populus Atticus mirificè ſuperſtitionibus deditus; & δεισιδαιμονέστερος etiam multis pòſt ſeculis à D. Paulo eſt nominatus, ut legimus in Actis Apoſtolorum.

Ὁ δ' οὖν φιλόσοφος] Id eſt, *ille autem*; ſupple Socrates; *Vir Philoſophus cùm eſſet.* Ita hunc locum accipiendum ſequentia oſtendunt: δηλαδὴ γὰρ τὸ πλέον δικανικὸς ἢ ἐμφιλόσοφος. Similiter apud Gellium XIX. I. ubi de Ariſtippo: *Interrogatus, quare philoſophus timeret.* Pro ὁ δ' οὖν, Editio Baſileenſis & Stephanica, habent ὁ δ' αὖ.

Καλὸς μὲν ὁ λόγος, ὦ Λυσία, &c.] Similiter Cicero I. de Oratore: *Socrates, cùm omnium ſapientiſſimus eſſet, ſanctiſſimeque vixiſſet, ita in judicio capitis pro ſe ipſe dixit, ut non ſupplex aut reus, ſed ut magiſter aut dominus videretur eſſe Judicum. Quin etiam cùm ei ſcriptam Orationem diſertiſſimus Orator Lyſias attuliſſet, quam, ſi ei videretur, ediſceret, ut eâ pro ſe in judicio uteretur, non invitus legit, & commodè ſcriptam eſſe dixit: ſed, inquit, ut ſi mihi calceos Sicyonios attuliſſes, non uterer, quamvis eſſent habiles, & apti ad pedem, quia non eſſent viriles: ſic illam Orationem diſertam ſibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.* Sed paulò aliter Valerius Maximus VI. 4. *Socrates Græcæ doctrinæ clariſſimum columen, cùm Athenis cauſſam dicturus eſſet, Defenſionemque ei Lyſias à ſe compoſitam, quâ in judicio uteretur, recitaſſet; demiſſam & ſupplicem, imminentique procellæ accommodatam; Auſer, inquit, quæſo iſtam: nam ego ſi adduci poſſem, ut eam in ultima Scythiæ ſolitudine perorarem, tum me ipſe morte multandum concederem. Spiritum contempſit, ne careret gravitate: maluitque Socrates extingui, quàm Lyſias ſupereſſe.* Nec multùm diſſimile fuit Severi Caſſii apud Senecam Controv. lib. III. in Præfatione, de Platonis Oratione pro Socrate judicium: *Eloquentiſſimi viri Platonis Oratio, quæ pro Socrate ſcripta eſt, nec patrono, nec reo digna eſt.* De ea,

mox Laërtius. De eo autem, recténe Socrates ſe non defenderit in judicio, Diſſertationem ſcripſit Maximus Tyrius; quam vide. Socratis Apologiam, præter Xenophontem & Platonem, ſcripſere, Zeno, Demetrius Phalereus, Plutarchus, Galenus, & Theon Antiochenus Stoicus. Orationis quam Lyſias ſcripſit, meminit & Plutarchus Tractatu de x. Rhetoribus.

Καλὸς μὲν ὁ λόγος, οὐ μὴν ἀρμόττων ἐμοί.] Auguſtinus lib. IV. de Doctrina Chriſtiana cap. 6. *Sicut eſt enim quædam eloquentia, quæ magis ætatem juvenilem decet; eſt, quæ ſenilem: nec jam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonæ non congruat eloquentis.*

41 Ἰούστος ὁ Τιβεριεὺς ἐν τῷ στέμματι] Scripſit ille Hiſtoriam Judaïcam eodem tempore quo Joſephus, à quo mendacii arguitur. Scripſit præterea ὑπομνήματα, quorum meminit Suidas. Scripſit & Chronicon Regum Judæorum qui coronati fuere; Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν, ut eſt apud Photium: quod opus ſignat hîc Laërtius. Meminit Juſti Tiberienſis & Stephanus in Τιβεριάς, his verbis: ἐκ ταύτης ἦν Ἰούστος, ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον, τὸν κατὰ Οὐεσπασιανοῦ ἱστορήσας.

Τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβάντων· τοὺς δικαστὰς ἐκβοῆσαι, καταβάντων, τουτέστι, καταβηθι] Huc reſpexit Ariſtophanes in Veſpis, ubi cùm ſenecio calculum eſſet laturus de cane reo, ejus filius Bdelycleon catulos producit ad excitandam miſericordiam.

---- ποῦ τὰ παιδία;
Ἀναβαίνετ' ὦ πόνηρα, καὶ κυζούμενα.
Αἰτεῖτε, κἀντιβολεῖτε, καὶ δακρύετε.
ΦΙΛΟΚΛ. Κατάβα, κατάβα, κατάβα, κατάβα.
ΒΔΕΛ. καταβήσομαι.
Καί τοι τὸ κατάβα τοῦτο πολλοὺς δὴ πάνυ
Ἐξηπάτηκεν.
---- *Ubi ſunt liberi?*
Aſcendite ô miſelli, & vagitu edito
Petite, obſecrate, & lacrymas oculis fundite.
PHILOCL. *Deſcende, deſcende, iterum & iterum.*
BDEL. *Ego fecero.*
Et quamvis multos pluries deſcendere
Illud fefellit, attamen deſcendero.

Εὐβουλίδης] Librum de Diogene Cynico ſcripſerat, cujus meminit Laërtius infrà in Diogene. Etiam Socratis Vitam memoriæ prodidiſſe, ex hoc loco colligebat Voſſius. Quâ ætate vixerit, incertum eſt.

42 Τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως] Cicero ſic refert lib. I. de Orat. *Interrogatus Socrates, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maximè confiteretur, reſpondit; ſe ſe meruiſſe, ut ampliſſimis honoribus & præmiis, decoraretur: &, ut ei victus quotidianus in Prytaneo præberetur.* Suidas in τιμῶμαι· Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καταδικασθεὶς ἔφησεν· ἕνεκα μὲν τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων, τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ· τίμησις γὰρ καὶ ἡ ζημία. καὶ οἱ θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν. Quæ ſumpſit αὐτολεξεὶ à Laërtio. Inde iſta Promethei apud Lucianum in Caucaſo: Τιμησαίμην ἂν ἐμαυτὸν τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. ἀντιτιμᾶσθαι propriè dicitur reus, cùm, crimen ſuum elevando, mulctam ſibi contra actorem ſtatuit. Hippocratem ab Athenienſibus honorificè acceptum eſſe, ſcribit Soranus in ejus Vita; qui eum ab Hercule ſecundum publicè ſacris Eleuſiniis initiarunt; civitate donarunt; victumque ei publicum in Prytaneo, ejuſque poſteris, dederunt. Athenienſium Senatuſconſultum in hanc rem etiamnum ſupereſt, ſed ſuppoſititium. De Prytaneo, videndus Meurſius in Athenis Atticis I. 8.

Καὶ δεθεὶς, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἔπιε τὸ κώνειον] Socrates XXX. à ſententiâ latâ diebus cicutam bibit: quare legendum planè videtur, contrario ſenſu, μετὰ πολλὰς ἡμέρας. Plato in Phædone: καὶ ἐθαυμάζομέν γε, ὅτι πάλαι γενομένης αὐτῆς τῆς δίκης, πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. & deinde: διὰ ταῦτα καὶ ὁ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ μεταξὺ τῆς δίκης τε καὶ τοῦ θανάτου. Suidas quoque: ἐδέδετο οὖν ἐπιπολὺ μέχρις ἂν ἡ ἀπὸ Δήλου θεωρὶς ἀφίκηται, &c.

Ἔπιε τὸ κώνειον] Hauſtus cicutæ uſitatiſſimum fuit genus ſupplicii capitalis, apud Athenienſes. Plinius XXV. 13. *Cicuta quoque venenum eſt, publicâ Athenienſium pœnâ inviſa.* Etiam apud Maſſilienſes. Narrat Valerius Maximus II. 6. venenum cicutâ temperatum in Maſſilienſium civitate publicè cuſtoditum fuiſſe, quod daretur ei, qui cauſſas Sexcentis (id Senatus erat nomen) exhibuiſſet; hoc eſt, expoſuiſſet, probaſſetque, propter quas mors eſſet illi expetenda. Etiam apud Ceos, qui ſenio planè confecti erant, & ad promovenda patriæ commoda inutiles, in convivio publico, tamquam in ſolemni ſacrificio, coronati cicutam bibebant. Rem narrat Ælianus Var. Hiſt. III. 37. An autem cicuta illa publica Athenienſium pœna, quâ Socrates, Phocion, Theramenes, alii, exſtincti ſunt, merus ſuccus cicutæ fuerit, an verò venenum cicutâ temperatum, cui virulentius quid ineſſet, quærit Guido Patinus, Medicus Pariſienſis celeberrimus, in Epiſtola quâdam ad Gaſſendum, Epiſtolarum ad Gaſſendum pag. 537. & in Epiſtola ad Licetum, edita inter Liceti Antiqua Schemata gemmarum annularium, cap. 172. exiſtimat verò, venenum cicutâ temperatum fuiſſe. Contrà Licetus, putat meram cicutam fuiſſe: quod pluribus argumentis probantem, videſis dicto loco. Adde & Scaligerum Exercitatione contra Cardanum 152. Mos autem fuit Athenis, ut Miniſter publicus, ſive Carnifex, cicutam propriâ pecuniâ emeret: quod rectè ex hoc Plutarchi in Vita Phocionis loco, Petrus Petitus Miſcellanearum Obſervationum libro I. cap. 17. obſervabat: πεπωκότων ἤδη πάντων, τὸ φάρμακον ἀπέλιπε. καὶ ὁ δημόσιος, οὐκ ἔφη τρίψειν ἕτερον, εἰ μὴ λάβοι δώδεκα δραχμάς, ὅσου τὴν ὀλκὴν ὠνεῖται. Χρόνου δὲ γενομένου καὶ διατριβῆς, ὁ Φωκίων, καλέσας τινὰ τῶν φίλων, καὶ εἰπών· Ἐπεὶ μηδὲ ἀποθανεῖν ἀθήνησι δωρεὰν ἔστιν, ἐκέλευσε τῷ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ κερμάτιον. *Cùm verò omnes jam medicamentum bibiſſent, defecit. Et Miniſter publicus negavit ſe triturum aliud, niſi acciperet duodecim drachmas, quanti libra conſtaret. Cum autem mora fieret, vocavit Phocion quemdam ex amicis: & cùm dixiſſet, Ne mori quidem gratis Athenis licere, viro illi præcepit hanc pecuniam dare.*

Καὶ Παιᾶνα κατά τινας ἐποίησεν] Προοίμιον in Apollinem vocat Plato in Phædone, & Themiſtius Orat. XIV. ubi & Heroïcis numeris ſcriptum fuiſſe teſtatur. Suidas Hymnum vocat. Is verò Socratis in Apollinem Pæan, admonet me ut veterem lectionem Porphyrio reſtituam. Verba ejus ſunt, libro II. de Abſtinentia ab eſu animalium: τὸν γοῦν Αἰσχύλον φασὶν, τῶν ἀδελφῶν ἀξιούντων εἰς τὸν θεὸν γράψαι παιᾶνα, εἰπεῖν, ὅτι βέλτιστα Φρυνίχῳ πεποίηται. παραβαλλόμενον δὲ τὸν αὐτοῦ πρὸς τὸν ἐκείνου, ταὐτὸν πεῖσεσθαι τοῖς ἀγάλμασι τοῖς καινοῖς πρὸς τὰ ἀρχαῖα. ταῦτα γὰρ, καίπερ ἁπλῶς πεποιημένα, θεῖα νομίζεσθαι· τὰ δὲ καινὰ, περιέργως εἰργασμένα, θαυμάζεσθαι μὲν, θεοῦ δὲ δόξαν ἧττον ἔχειν. Id eſt, Interprete Valentino: *Ajunt igitur, Æſchylum fratribus ſuis rogantibus ut in Apollinem pæana ſcriberet, reſpondiſſe, à Phrynicho fieri optimum. utriſque tamen inter ſe collatis, idem accidit quod ſolet novis imaginibus cum veteribus comparatis: hæ enim, etſi parum accuratè effictæ, Deum tamen ſpirare exiſtimantur: novæ verò, etſi curioſè elaboratæ, admirationem quidem, ſed minorem divinitatis opinionem obtinent.* In quibus, pro *fieri optimum*, vertendum, *factum fuiſſe optimum*. Sed & pro Φρυνίχῳ, reſtituenda vox Τυννίχῳ, quam exſpunxit Interpres. *Legebatur* Τυννίχῳ. *Sed non eſt inventus aliquis ejus nominis. Repoſumus igitur* Phrynichum, *Tragœdum Æſchylo contemporaneum*, inquit ille, in Notis. Τυννίχῳ veram eſſe lectionem, probant hæc Platonis in Ione; ubi de Poëtis ἐνθέοις· μέγιστον δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ Τύννιχος ὁ Χαλκιδεὺς, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν πώποτ' ἐποίησε ποίημα, ὅτου τις ἂν ἀξιώσειε μνησθῆναι, τὸν δὲ παιᾶνα, (Ita legendum, non Παίωνα, ut habet editio Marcilii Ficini) ὃν πάντες ᾄδουσι, σχεδόν τι πάντων μελῶν κάλλιστον. ἀτέχνως, ὅπερ αὐτὸς λέγει, εὑρημά τι Μουσῶν. ἐν τούτῳ γὰρ δὴ μάλιστά μοι δοκεῖ ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι ἡμῖν, ἵνα μὴ διστάζωμεν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπινά ἐστι τὰ καλὰ ταῦτα ποιήματα, οὐδὲ ἀνθρώπων, ἀλλὰ θεῖα καὶ θεῶν. οἱ δὲ ποιηταὶ οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἑρμηνεῖς εἰσὶ τῶν θεῶν, κατεχόμενοι ἐξ ὅτου ἂν ἕκαστος κατέχηται. ταῦτα ἐνδεικνύμενος ὁ θεὸς ἐξεπίτηδες, διὰ τοῦ φαυλοτάτου ποιητοῦ τὸ κάλλιστον μέλος ᾖσεν. Id eſt, *Huic autem rei evidentiſſimo argumento eſſe poteſt Tynnichus Chalcidenſis, qui anteà poëma nullum memoriâ dignum compoſuerat. Hymnum autem in Apollinem, quem omnes cantant, omnium ferme cantilenarum pulcherrimum, Muſarum inſpiratione inveniſſe ſe dicit. In hoc maximè Deus oſtendiſſe videtur, nobis dubitandum non eſſe, quin præclara hæc poëmata, divina, Deorumque potius quàm humana hominumque ſint opera. Poëtæ autem nihil aliud ſint quàm Deorum Interpretes; dum ſunt furore correpti; à quocumque tandem numine quis corripiatur. Quod quidem Deus oſtendere volens, de induſtria, per ineptiſſimum Poëtam, pulcherrimum cecinit carmen.* Hæc quidem extra rem: ſed tamen circa rem.

Διονυσιόδωρος] Is Dionyſiodorus, patriâ Bœotus, qui Hiſtoriam rerum Græcarum ſcripſit, uſque ad imperium Philippi, patris Alexandri Magni, ut eſt apud Diodorum Siculum lib. XV. circa finem.

Ἐποίησε δὲ καὶ μῦθον Αἰσώπειον] Teſtatur Plato in Phædone; loco notiſſimo. Sed & Plutarchus libro de audiendis Poëtis: ὅθεν ὁ Σωκράτης ἔκ τινων ἐνυπνίων ποιητικῆς ἀψάμενος, αὐτὸς μὲν, ἅτε δὴ γεγονὼς ἀληθείας ἀγωνιστὴς τὸν ἅπαντα βίον, οὐ πιθανὸς ἦν οὐδ' εὐφυὴς ψευδῶν δημιουργός· τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἄπεσι μύθους ἐνέμιζεν, (lego ἀνήρμοζεν vel ἐνήρμοττεν) ὡς ποίησιν οὖσαν ᾗ ψεῦδος μὴ πρόσεστι. *Itaque Socrates quibuſdam ſomniis ad ſcribendum Carmen compulſus; cùm ipſe, ut qui per omnem vitam pro veritate decertaſſet, facultate probabilia mendacia fabricandi deſtitueretur, Æſopi fabellas argumentum ſibi delegit, poëſim non putans eam à quâ abeſſet mendacium.* Præter Pæana in Apollinem, & Fabulam Æſopiam, alia etiam ſcripſiſſe Socratem, ſcribit Athenæus libro XII. Alii nihil ſcripſiſſe volunt. Quos inter Cicero: cujus hæc ſunt verba libro III. de Oratore; ubi de Socrate: *cujus ingenium, varioſque ſermones, immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit; cùm ipſe literam Socrates nullam reliquiſſet.* Et Plutarchus, Tractatu primo de Fortuna Alexandri. καίτοι γε, inquit, οὐδὲ Πυθαγόρας ἔγραψεν, οὐδὲ Σωκράτης, οὐδὲ Ἀρκεσίλαος, οὐδὲ Καρνεάδης, &c.

Ὁ μὲν οὖν ἐξ ἀνθρώπων ἦν] Nota loquendi modum. 43
Ita Lyſis Pythagoricus, in Epiſtola ad Hipparchum: μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι. quod, etſi non adeo obvium eſt, alibi tamen reperiri ſcio. Gaius l. 56. D. de legatis 2. *Quod principi relictum eſt, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus ereptus eſt, ex conſtitutione Divi Antonini ſucceſſori ejus debetur.* Junius Mauricianus l. 57. D. eodem: *Si Auguſtæ legaveris, & ea inter homines eſſe deſierit*, &c. Similiter, in re diſſimili, εἶναι ἐν ἀνθρώποις. Pſeudo-Didymus ad Odyſſ. ψ. 198. Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας παῖς ἔτι ὢν ἐν ἀνθρώποις.

Ἀθηναῖοι δὲ εὐθὺς μετέγνωσαν, ὥστε, &c.] Themiſtius Orat. II. οὐκ εἰς μακρὰν Ἀθηναῖοι μετέγνωσαν ἀμφὶ Σωκράτους, καὶ δίκην ἔπραξαν τὸν Μέλιτον τῆς δίκης ἐκείνης, καὶ ἔφυγεν Ἄνυτος ἐκ τοῦ ἄστεος, καὶ αὐτὸν κατέλευσαν διὰ Σωκράτους (an διὰ Σωκράτην?) οἱ Ἡρακλεῶται, οἱ ἐν τῷ Πόντῳ. καὶ νῦν δείκνυται Ἀνύτου αὐτόθι σῆμα ἐν τῷ προαστείῳ, οὐ μακρὰν θαλάττης, εὖ περιέβαλον (an ἐλιθοβόλουν?) τὸν Ἄνυτον (an αὐτὸν?) οἱ Ἡρακλεῶται. *Non multò poſt Athenienſes eorum quæ in Socratem commiſerant, pœnituit, & à Melito pœnæ accuſationis ipſius repetitæ, & ex Urbe Anytus ceſſit, & poſtremò eumdem propter Socratem Heracleotæ, qui in Ponto habitant, lapidibus obruerunt: hodieque Anyti tumulus in ſuburbano illic oſtenditur, non longè à mari, ubi ab Heracleotis Anytus eſt obrutus.* Origenes contra Celſum lib. I. ἐπὶ Σωκράτει μὲν εὐθέως Ἀθηναῖοι μετενόησαν, καὶ οὐδὲν παρέμεινεν αὐτοῖς περὶ αὐτοῦ πικρόν. *Athenienſes confeſtim pœnituit perpetrati in Socratem facinoris, nec odium retinuere ultra illius obitum.* Plutarchus libello de Invidia & odio: τοὺς γοῦν Σωκράτη συκοφαντήσαντας, ὡς εἰς ἔσχατον κακίας ἐλήλακότας οὕτως ἐμίσησαν οἱ πολῖται καὶ ἀπεστράφησαν, ὡς μήτε πῦρ αὐτοῖς, μήτε ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις, μὴ λουμένοις κοινωνεῖν ὕδατος, ἀλλ' ἀναγκάζειν ἐκχεῖν ἐκεῖνα τοὺς παραχύτας ὡς μεμιασμένον· ἕως ἀπήγξαντο μὴ φέροντες τὸ μῖσος. *Eos quidem, quorum calumniâ So-*

crates fuit oppreſſus, ut extremè malos, ita oderunt, itáque averſati ſunt Cives, ut neque ignem eis petentibus impertirent, neque interrogantibus reſponderent, neque in balneo aquâ uterentur eâdem, ſed quâ illi laviſſent, eam tumquam pollutam jubarent à miniſtris effundi: donec illi, impatientiâ odii, ſe ſe ſuſpenderunt. Tertullianus in Apologetico: *Sed propterea damnatus eſt Socrates, quia Deos deſtruebat. Planè olim, id eſt, ſemper, veritas odio eſt: tamen, cùm, pœnitentia ſententiæ, Athenienſes & criminatores Socratis poſtea afflixerint, & imaginem ejus auream in templo collocarint, reſciſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit.* Et ad Nationes libro I. *Denique Socrates in contumeliam Deorum, quercum & canem & heram jurat. Nam etſi idcirco damnatus eſt, cùm pœnituerit Athenienſes damnationis, diſcriminatores quoque impenderit, reſtituitur teſtimonium Socrati.* Adde Auguſtinum de Civitate Dei, VIII. 3. *Sed eum poſteà, illa ipſa quæ publicè damnaverat Athenienſium civitas, publicè luxit, in duos accuſatores ejus uſque adeò populi indignatione, ut unus eorum oppreſſus vi multitudinis interiret: exilio autem voluntario atque perpetuo pœnam ſimilem alter evaderet.* Etiam ſacellum ei poſuerunt, cujus meminit Marinus in Vita Procli.

Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο] Auream fuiſſe hanc imaginem, teſtatur Tertullianus loco laudato: ſed ubi legendum *æream*, rectè, ut mea quidem fert opinio, Caſaubonus exiſtimabat: de qua emendatione miror Virum ampliſſimum Nicolaum Rigaltium non monuiſſe. Nec tamen ſum neſcius plures in Græcia tunc temporis aureis ſtatuis fuiſſe donatos; etiam ex privatis: Gorgiam Leontinum: Phrynen meretricem: &c.

Ἐν τῷ πομπίῳ] Lege ἐν τῷ Πομπείῳ. Πομπεῖον, locus fuit Athenis, in quo πομπεῖα, id eſt, vaſa in ſolennia pomparum, aſſervabantur: unde & nomen. Illic clarorum virorum imagines ac ſtatuas fuiſſe, præterquam ex hoc loco, obſervare eſt ex Plutarcho in Iſocrate: ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ. Adde Plinium lib. XXXV. cap. 11. *Craterus, Comœdus, Athenis in Pompeio pinxit.* Idem ibidem; ubi de Nicia Athenienſi, pictore: *Fecit & grandes picturas: in quibus ſunt, Calypſo, & Io, & Andromeda: Alexander quoque in Pompei porticibus præcellens.* Meminit & Demoſthenes Oratione contra Phormionem.

Οὐ μόνον δ' ἐπὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι πεπόνθασι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων] Juvenalis Sat. VII.

Pœnituit multos vanæ, ſteriliſque cathedræ,
Sicut Thraſymachi probat exitus atque Secundi
Carrinatis: & hunc inopem vidiſtis, Athenæ,
Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas.

Laërtius infrà, in Ariſtotele: Ἀθήνησιν ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ.

Καὶ γὰρ Ὁμήρου] Poſteà tamen Homeri poëmata magni fecerunt Athenienſes: nam legem tulerunt, ut quinto quoque anno in Panathenæis, ejus unius ex omni Poëtarum numero carmina publicè canerentur. Homerum Athenienſem fuiſſe, nonnulli exiſtimârunt, ut eſt apud Gellium libro XIII. capite 11. & Pſeudo-Plutarchum in Vita Homeri: quod ignoraſſe videtur Aldobrandinus. Vide Leonem Allatium de Patria Homeri.

Καὶ Τυρταῖον παρακόπτειν ἔλεγον] Παρακόπτειν, Id eſt, *delirare.* Suidas: παρακεκομμένος, μαινόμενος, ἐξεστηκὼς, παράφρων. Laërtius ipſe infrà, in Arceſila: ἐτελεύτησε ἄκρατον ἐμφορηθεὶς πολὺν, καὶ παρακόψας. occurrit eadem notione & apud Diodorum pag. 324. De Tyrtæo autem illo, longè aliter Lacedæmonii ac Athenienſes judicarunt: cùm enim ceteroqui à Poëticis ſtudiis alieni eſſent, lege tamen conſtituerunt, ut quoties cum hoſtibus dimicaturus in procinctu conſtitiſſet exercitus convocarentur milites in tabernaculum regium: ibique audiendis Tyrtæi carminibus ad ſpernendam pro patria vitam incitarentur. De ætate, de patria, de ſcriptis Tyrtæi, videndus Suidas in Τυρταῖος.

Καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τὸν περὶ Αἰσχύλον, ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ] Inepta lectio. agitur hoc loco de iis quos Athenienſes injuriâ affecerunt: quare locum mutilum eſſe exiſtimabat Caſaubonus. Aſtydamas, Morſimi Tragici, filii Philoclis, Æſchyli ſororis filii, filius fuit; Tragicus & ipſe. Iſocratis auditor, ab eloquentiæ ſtudio ſe ad Tragœdias ſcribendas convertit. Olympiadis XCV. anno 2. Archonte Ariſtocrate Fabulas ſuas edere eſt exorſus, Diodoro Siculo teſte lib. XIV. nec non Olympiadum Scriptore. Fecit CCXL. ſed vicit ſolùm XV. ut eſt apud Suidam; qui filium cognominem habuiſſe ait; Tragicum & ipſum. Prior ille Aſtydamas, cùm Tragœdiam magno ſucceſſu egiſſet; quam *Parthenopæi* nomine inſcripſerat; decreta illi ſtatua eſt in theatro ab Athenienſibus. At cùm epigramma, arrogantiùs ſcriptum ſibi, attuliſſet in concilium, Senatus decrevit ne inſcriptio illa Statuæ inſcriberetur: unde apud Comicos in proverbium abiit,

Laudas te ipſam, Mulier, Aſtydamæ in morem,
Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι.

Rem narrat Suidas in σαυτὴν ἐπαινεῖς, (ubi etiam Aſtydamantis Epigramma profert) & Zenobius Centuriâ V. Adagio 100. Atque hujus ſtatuæ mentionem feciſſe Laërtium, ex his verbis ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ, ſuſpicari licet. Verùm, ut modò dicebamus, agitur hoc loco de iis quos injuriâ, non honore, Athenienſes affecerunt. Si conjecturæ aliquis locus, crediderim ſcripſiſſe Laërtium, καὶ Ἀστυδάμαντα, πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον, ὃν ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ, ἐτίμησαν εἴκοσι χαλκοῖς. Id eſt, *Et Aſtydamantem, Tragicorum primum, quem imagine æreâ Athenienſes honeſtarunt, viginti poſteà numiſmatis æreis mulctarunt.* χαλκὸς, genus eſt numiſmatis, de quo Pollux. Diogenes noſter infrà, in Cynico cognomine: ἀνδριάντα γοῦν τρισχιλίων πιπράσκεσθαι, χοίνικα δὲ ἀλφίτων, δύο χαλκῶν τῷ πριαμένῳ αὐτὸν, &c. & in Zenone Citieo: ἐνίους δὲ καὶ χαλκὸν εἰσέπραττε τοὺς περιισταμένους τὸ διδόναι μὴ ἐνοχλεῖν. Legi poſſet & ſimpliciter, καὶ Ἀστυδάμαντα πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον, ἐτίμησαν εἴκοσι χαλκοῖς. Aliter me ex difficillimo illo loco expedire non poſſum: nec ſe quoque ex eo expedire alius, credo, poſſit, ſine ope Manuſcriptorum Codicum. Palatinus ſcriptum exhibet, πρῶτον τὸν περὶ Αἰσχύλου. Regius habet, ut emendavimus, πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον.

σχύλου· οἱ περὶ Αἰσχύλον, ſunt *Æſchyli ſectatores*. Æſchylus plurimis eſt Tragicorum princeps. Ejus autem ſcribendi genus generoſum & ſublime, ſequutum fuiſſe Aſtydamantem veroſimile eſt, cùm Morſimi filius eſſet, filii Philoclis, qui ſororis Æſchyli filius erat, ut dictum ſuprà. Legit Mericus Caſaubonus: καὶ Ἀστυδάμαντα, πρῶτον περὶ Αἰσχύλον, ὂν ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ, &c. *Sed & Aſtydamanta, ex Æſchyli ſectatoribus præcipuum, delirare dixerunt, quem æneâ ſtatuâ honoraverant.*

44 Εὐριπίδης δὲ καὶ ὀνειδίζει αὐτοῖς ἐν τῷ Παλαμήδει, λέγων. Ἐκτάνετ' ἐκτάνετε, &c.] Hujus Fabulæ Euripidis meminit Strabo lib. x. Pollux x. 31. Ælianus Variæ Hiſtoriæ II. 8. Heſychius in ἔμβολα. At ipſiuſmet loci meminit, ſed ſtrictim, Scholiaſtes Lycophronis pag. 69. τὰ δὲ περὶ τὸν Παλαμήδην καὶ Εὐριπίδης ἐν δράματι Παλαμήδει φησίν,

Ἐκάνετ' ἐκάνετε τὰν πάνσοφον, ὦ Δαναοί,
Τὰν, οὐδὲν ἀλγύνουσαν, ἀηδόνα μουσῶν.

Pluribus meminit Anonymus in Argumento Orationis Iſocratis, quæ Βουσίριδος ἐγκώμιον inſcripta eſt: ἀμέλει, inquit, λέγεταί τι τοιοῦτον, ὡς ὅτι Εὐριπίδου βουλομένου εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ (Σωκράτους) καὶ δεδιότος, ἀναπλάσθαι Παλαμήδην, ἵνα διὰ τούτου σχοίη καιρὸν τοῦ αἰνίξασθαι εἰς τὸν Σωκράτη, καὶ εἰς τοὺς Ἀθηναίους, Ἐκάνετε, ἐκάνετε τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄριστον· ὅ ἐστιν, ἐφονεύσατε. καὶ νοήσαν τὸ θέατρον ἅπαν ἐδάκρυσε, διότι περὶ Σωκράτους ἠνίττετο. *Narratur autem hujuſmodi quiddam acciditſe: Euripidem, cùm aliquid de Socrate dicere vellet, nec id tamen auderet, finxiſſe Fabulam de Palamede, ut ſub ejus perſona occaſionem haberet obſcurè ad Socratis interitum, & factum Athenienſium alludendi: his verbis*, Occidiſtis, occidiſtis Græcorum optimum. *Animadvertente autem populo hæc verba ad Socratem pertinere, ortum in toto theatro eſſe complorationem.* Ex quibus, hîc reſcribendum liquet, Ἐκάνετ' ἐκάνετε: & ita quoque Editio Stephani, & codex Regius.

Φιλόχορος] Athenienſis fuit, Cycni filius. Eratoſthenem ſenem juvenis audivit. Vixit ſub Ptolemæo Philopatore, atque Epiphane. Multa ſcripſit. De illo μεχρι κόρου apud Voſſium de Hiſtoricis, & Jonſium de Hiſtoria Philoſophica.

Ἐπὶ Ἀφεψίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος] Ab illo Aphepſione Archonte ad annum quartum ſeptimæ ac ſeptuageſimæ Olympiadis, intervallum eſt duodecim annorum. Quare Meurſius de Archontibus Athen. libro II. cap. 7. mutilum eſſe hunc locum exiſtimat: ac voluiſſe Laërtium utramque de Socratis nativitate ſententiam tradere: excidiſſe autem aliquot verba propter concurſum ejuſdem anni in diverſa Olympiade. Itaque reſcribebat. ἐπὶ Ἀφεψίωνος ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος· ἢ, ὡς ἄλλοι, ἐπὶ Φαίδωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Etiam Ἀναγραφὴ Ὀλυμπιάδων Scaligeriana Socratis nativitatem refert ex quorumdam ſententia ſub Aphepſione Archonte: at eam ponit ſub Phædone anno 4. ejuſdem Olympiadis 77. Etiam Phædonem eo tempore Archontem agnoſcunt, Diodorus Siculus & Dionyſius Halicarnaſſeus. At Marmor Arundelianum, conſentit Apollodoro & Demetrio Phalereo, laudatis ab Laërtio: nam & Apſephionem cum vocat Archontem. Exiſtimabat Palmerius, eodem illo anno Apſephionem & Phædonem Archontas fuiſſe eponymos: unum ſcilicet, alteri mortuo ſuffectum: quod mihi non diſplicet.

Θαργηλιῶνος ἕκτῃ ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν Ἀθηναῖοι.] Harpocration in φαρμακός: δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγεν, καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως, ἐν Θαργηλίοις· ἕνα μὲν, ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν· ἕνα δὲ, ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. Vide Meurſium in Græcia Feriata, in Θαργήλια.

Ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος] De tempore mortis Socratis, videndus omnino Franciſcus Carpentarius, amicus noſter, in erudita illa Diſſertatione, quam ea de re Gallicè conſcripſit, quæque ad calcem Vitæ Socratis ab eo ſcriptæ, edita eſt.

Γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα] Socrates ipſe coram Ju- 45
dicibus, apud Platonem in Apologia: ἑβδομήκοντα καὶ πλείω. Chryſoſtomus Homiliâ IV. in Epiſtolam priorem Pauli ad Corinthios: οὐ τοίνυν τοῦτο θαυμαστόν, εἰ κώνειον ἔπιεν ἐκεῖνος, καὶ μηκέτι κύριος ὢν τοῦ μὴ πιεῖν, καὶ πρὸς ἔσχατον γῆρας ἐληλακώς. καὶ γὰρ ἔλεγεν ἐτῶν ἑβδομήκοντα εἶναι, ὅτε κατεφρόνησε ζωῆς, εἴγε καὶ τοῦτο καταφρονῆσαί ἐστιν.

Ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ οὗτος, καὶ Εὐριπίδης] De Euripide, teſtatur Suidas in Εὐριπίδης· διήκουσε δὲ καὶ Ἀναξαγόρου τοῦ Κλαζομενίου. ἐπὶ τραγῳδίαν δὲ ἐτράπη, τὸν Ἀναξαγόραν ἰδὼν ὑποστάντα κινδύνους δι' ἅπερ εἰσῆξε δόγματα.

Ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη, ἐπὶ Καλλιάδου] Hinc corrigendus Thomas Magiſter in Vita Euripidis: γεννηθεὶς δὲ ἐν Σαλαμῖνι, τῇ πρὸ τῆς Ἀττικῆς νήσῳ, ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, κατὰ τὴν πέμπτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Leg. Καλλιάδου. Euripidis natales in epochis Græcorum, quas Seldenus edidit, ſexennio antevertunt annum à Laërtio aſſignatum. cum eo conſentit Scriptor Olympiadum. Etiam Suidas in Εὐριπίδης· ἐν δὲ τῇ διαβάσει Ξέρξου ἐκυοφορεῖτο ὑπὸ τῆς μητρὸς, καὶ ἐτέχθη καθ' ἣν ἡμέραν Ἕλληνες ἐτρέψαντο τοὺς Πέρσας. Calliade enim Archonte, in Græciam trajecit Xerxes; Atticam vaſtavit; Athenas incendit; prælio inde ad Salamina ſuperatus.

Καθά φησι καὶ Ξενοφῶν, καί τοι περὶ μόνων τῶν ἠθικῶν πεποιῆσθαι τοὺς λόγους αὐτὸν εἰπών] De quo ſuprà diximus. Adde & hunc Gellii locum libro XIV. capite 3. ubi de ſimultate atque æmulatione Xenophontis & Platonis: *Præterea putant id quoque ad iſta, quæ dixi, accedere, quòd Xenophon in libris quos dictorum atque factorum Socratis compoſuit, negat Socratem de cæli atque naturæ cauſis rationibusque umquam diſputaviſſe; ac ne diſciplinas quidem ceteras, quæ μαθήματα Græci appellant, quæ ad benè beateque vivendum non pertinerent, aut attigiſſe, aut comprobaſſe. Idcircoque turpiter eos mentiri dicit, qui diſſertationes iſtiuſmodi Socrati attribuerent. Hoc autem, inquiunt, Xenophon cum ſcripſit, Platonem videlicet notavit, in cujus libris Socrates de Phyſica & Muſica & Geometria diſſerit.*

Μάγον τινὰ ἐλθόντα ἐκ Συρίας, &c. καὶ δὴ καὶ βίαιον

ἔσεσθαι] Sed & Socratem Zopyrus Phyſiognomon ſtupidum eſſe dixit, & bardum, quòd jugula concava non haberet; obſtructas eas partes & obturatas eſſe dicens. addidit etiam mulieroſum: in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe, Refert Cicero in libro de Fato.

46 Πρὸς γὰρ Ἀθηναίων κώνειον ἁπλῶς μὲν ἐδέξω] Ita omnes editi. Ita omnes MSS. quos vidi. Alios viderat Salmaſius, qui ad inſcriptionem Herodis Attici pag. 65. in omnibus exemplaribus hunc verſum ſic legi ait,

Πρὸς γὰρ Ἀθηναίων κόνιον μὲν ἁπλῶς σὺ ἐδέξω.

Sanè ita legendum, docent hæc Suidæ verba in κόνειον· κόνειον, βοτάνη δηλητήριος, διὰ τοῦ ο μικροῦ, διὰ τὸ μέτρον τοῦ στίχου,

Πρὸς γὰρ Ἀθηναίων κόνειον (lege κόνιον) μὲν ἁπλῶς σὺ ἐδέξω.

Αὐτοὶ δ' ἐξέπιον τοῦτό γε τῷ στόματι.

κόνιον, pro κώνειον: ut σίω, pro σείω; δανίσας, pro δανείσας, & alia infinita. Lege apud Suidam, τοῦτο τέῳ.

Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ Περὶ ποιητικῆς] Ludovicus Caſtelvetrius in Commentariis illis ſuis eruditiſſimis atque acutiſſimis in Ariſtotelis Poëticam, legendum exiſtimabat, ἐν τρίτῳ Περὶ ποιητῶν. Verba ejus ſunt: *Ora noi non ci poſſiamo a partito niuno del mondo laſciare indurre a credere, che queſto volume ſia il primo, o pure l' uno de' tre libri, concioſiacoſache queſto volume ſia il primo, o pure l' uno de' tre libri dell' arte de' Poëti, ſeguendo l' autorità di Pietro Vittorio: avendo noi per conſtante, che Ariſtotele non abbia mai ſcritti i tre predetti libri; concioſiacoſache Diogene Laërtio, ſe egli gli aveſſe ſcritti, n' avrebbe fatta mentione nella Vita d' Ariſtotele, ſi come fa de gli altri appartenenti a queſta arte. Nè poſſiamo reputare eſſere coſa vera, che eſſo Diogene nella Vita di Socrate, produca la teſtimonianza in mezzo de' tre predetti libri; altramente manifeſterebbe ſe eſſere ſtato uno ſmemorato in iſcrivere il racconto de' libri Ariſtotelici, che non aveſſe fatto ricordo niuno de' tre predetti libri. Mà debbiamo avere per coſa certiſſima, che egli nella predetta Vita di Socrate, adduca la teſtimonianza, non de' tre libri dell' arte de' Poëti, cioè de tre libri* τῶν Ποιητῶν *d' Ariſtotele, li quali teſtimonia eſſo Laërtio lui aver compilati, narrando la ſua vita, & abbiamo aſſai certo ſegnale la coſa ſtar coſì, poiche egli adduce l' autorità di que' libri, per provare, che un certo Antiolocho da Lemno, & Antiphonte lo ſpeculatore delle coſe monſtruoſe, ſi dimoſtrarono nemici di Socrate, nella guiſa che altri ſi dimoſtrarono a Pitagora, ad Omero, ad Eſiodo, a Thalete, a Biante, a Pittaco, ad Anaſſagora, & a Simonide. Il che è coſa toccante, ſi come appare, la vita, e i coſtumi di que' due, ſecondo che ci dobbiamo imaginare, Poëti, & non coſa appartenente ad inſegnamenti, ed ad artificio di poeſia, di cui ragionevolmente ſi dee fauellare ne' libri di così fatta arte. Si come parimente Plutarco adduce la teſtimonianza nella Vita d' Omero de' tre predetti libri de Poëti d' Ariſtotele, & non quella de' tre libri dell' arte de Poëti, imaginati da Pietro Vittorio. La qual coſa è vie più che manifeſta: concioſiacoſache Ariſtotele nel luogo alleguto, non ragioni d' Omero, ſe non come foſſe conceputo, & naſceſſe, & viveſſe parte della ſua vita, cioè di coſe molto lontane dall' arte de' Poëti. Mà l' errore che è ſcorſo nella Vita d' Omero compoſta da Plutarco, e nella vita di Socrate compoſta da Diogene Laërtio, in queſta guiſa,* Περὶ ποιητικῆς, *quando ſi dovevà ſtampare, o ſcrivere,* Περὶ ποιητῶν, *a dato occaſione a Pietro Vittorio di commettere queſto altro errore.* Idem & erudito Nunneſio videbatur, in Commentario illo ſuo erudito ad Vitam Ariſtotelis: & clariſſimo Voſſio de Hiſt. Græcis lib. IV. cap. 9. nec non in Poëtica. Vide nos infrà ad Ariſtotelis Vitam. Tamen à Plutarcho in libro de Homero, citatur Ariſtoteles ἐν τῷ περὶ Ποιητικῆς.

Ἀντίλοχος] MS. Regius Ἀντίλοχος, & ita legiſſe videtur Aldobrandinus, qui vertit *Antilochus*. Sed Editio prior, etiam Ἀντιόλοχος· & ita annotatum reperi manu recentiori in Codice Regio. Ambroſius legit, Ἀντίοχος. Ἀντίδικος, ſive Ἀντίδικος, dicitur in Vita Pythagoræ; ubi nos vide.

Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος] De quo Suidas: Ἀντιφῶν Ἀθηναῖος, Τερατοσκόπος, καὶ Ἐποποιὸς, καὶ Σοφιστής· ἐκαλεῖτο δὲ Λογομάχειρος, &c. Et Hermogenes de Formis Orat. lib. II. περὶ δὲ Ἀντιφῶντος λέγοντας ἀνάγκη προειπεῖν, ὅτι καθάπερ ἄλλοι τέ φασιν οὐκ ὀλίγοι, καὶ Δίδυμος ὁ Γραμματικὸς, πρὸς δὲ καὶ ἀπὸ ἱστορίας φαίνεται, πλείους μὲν γεγόνασιν Ἀντιφῶντες· δύο δὲ οἱ σοφιστεύσαντες, ὧν καὶ λόγων ἀνάγκη ποιήσασθαι· ὧν εἷς μέν ἐστιν ὁ Ῥήτωρ, οὗπερ οἱ φονικοὶ φέρονται λόγοι, καὶ Δημηγορικοὶ, καὶ ὅσοι τούτοις ὅμοιοι. ἕτερος δὲ ὁ καὶ Τερατοσκόπος, καὶ Ὀνειροκρίτης λεγόμενος γενέσθαι, οὗπερ εἴτε περὶ τῆς ἀληθείας λέγονται λόγοι, καὶ οἱ περὶ ὁμονοίας, καὶ οἱ Δημηγορικοὶ, καὶ ὁ Πολιτικός. *De Antiphonte dicturi, neceſſe eſt præfari, quòd, quemadmodum alii dicunt non pauci, atque Didymus Grammaticus, præterea que ex Hiſtoriis apparet, multi fuerunt Antiphontes; ſed duo Sophiſtæ, quorum etiam neceſſe eſt mentionem facere. Eorum unus fuit Orator, cujus circumferuntur Orationes de Homicidiis, & apud Populum quædam habitæ, & quotquot illis ſimiles: alter verò, prodigiorum inſpector, & ſomniorum conjector dicitur fuiſſe, cujus de veritate dicuntur eſſe Orationes, & de Concordia, & quædam habitæ apud Populum, & Oratio, quæ vocatur* Politicus. Hic, omnino eſt ille Antiphon, cujus meminit Clemens lib. VII. Strom. his verbis: χαίρειν τὸ τοῦ Ἀντιφῶντος οἰωνισαμένου τινὸς, ὅτι κατέφαγεν ὗς τὰ δελφάκια, θεασάμενος αὐτὴν ὑπὸ λιμοῦ διὰ μικροψυχίαν τοῦ τρέφοντος κατισχναμμένην, Χαῖρε, εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι οὕτω πεινῶσα τὰ σὰ οὐκ ἔφαγεν τέκνα. *Lepidum eſt illud Antiphontis: nam cùm quidam malum omen haberet, quòd ſus porcellos ſuos devoraſſet, ille conſpicatus eam ob ſorditiem hominis fame emaciatam, Lætare, inquit, hoc ſigno, quòd ſus illa fame adeo preſſa tuos non devoraverit liberos.* His ſimilia habet Theodoritus Sermone VI. De hoc Antiphonte, aliiſque ejus nominis, videndus Voſſius de Hiſtoricis Græcis. videndus & Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, apud quem Antiphontis libri περὶ Ὁμονοίας, περὶ Ἀληθείας, & Πολιτικὸς, malè Antiphonti Rhamnuſio tribuuntur: ſunt enim τοῦ Τερατοσκόπου, ut ex Hermogenis loco allato clarè apparet.

Ὡς Πυθαγόρα Κύδων καὶ Ὀνάτας] Locus corruptus. Lege, meo periculo, Κύδων, ſive potiùs Κύλων, Κροτωνιάτης. Noſter infrà, in Pythagora: τοῦτῳ φασὶν ἀντιπαρατάσσεσθαι Κύδωνα. Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 35. Κύλων ἀνὴρ Κροτωνιάτης, γένει μὲν καὶ δόξῃ καὶ πλούτῳ πρωτεύων τῶν πολιτῶν, ἄλλως δὲ χαλεπός τις καὶ βίαιος καὶ θορυβώδης, καὶ τυραννικὸς τὸ ἦθος, πᾶσαν προθυμίαν παρασχόμενος πρὸς τὸ κοινωνῆσαι τοῦ Πυθαγορείου βίου· καὶ προσελθὼν πρὸς αὐτὸν τὸν Πυθαγόραν ἤδη πρεσβύτην ὄντα, ἀπεδοκιμάσθη διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. γενομένου δὲ τούτου πόλεμον ἰσχυρὸν ἤρατο, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ τοῦ Κύλωνος πρὸς αὐτόν τε τὸν Πυθαγόραν καὶ τοὺς ἑταίρους. καὶ οὕτω σφόδρα τις ἐγένετο καὶ ἄκρατος ἡ φιλοτιμία αὐτοῦ τε τοῦ κύκλου Κύλωνος, καὶ τῶν μετ' ἐκείνου τεταγμένων, ὥστε διατεῖναι μέχρι τῶν τελευταίων Πυθαγορείων, &c. *Cylon, vir erat Crotoniata, genere quidem & dignitate, divitiisque, inter omnes cives primas tenens: ſed cetera, aſperis præditus moribus, violentus & ſeditioſus, adeoque tyrannicus; qui omnem alacritatem, animique propenſionem ac diligentium adhibebat, ut cum Pythagoreorum vitæ inſtitutis communionem haberet; Cùmque ad ipſum Pythagoram, jam ſenem, acceſſiſſet, ob cauſas modò dictas, repulſam tulit. Eo verò facto, acre & magnum bellum ſuſcepit & ipſe Cylo, & ejus amici ac familiares, contra ipſum Pythagoram ſimul & amicos. Atque adeò gravis ac vehemens, adeoque intemperans & immoderata exarſit, tum ipſius Cylonis, tum eorum, qui cum ipſo, quaſi in acie conſtituti ordinatique erant, concertatio æmulatioque, ut ad ultimos uſque Pythagoreos ea continuata ſit.* Eadem habet, in Vita Pythagoræ, Porphyrius; à quo ſuperiora Jamblichus accepit. Κύλων, inquit, ἀνὴρ Κροτωνιάτης κατὰ μὲν τὸ γένος, καὶ δόξαν προγονικὴν, καὶ βίου περιουσίαν πάντας ὑπερβάλλων τοὺς πολίτας, χαλεπὸς δ' ἄλλως καὶ τυραννικὸς τῇ τε τῶν φίλων περιβολῇ, καὶ τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος· οὗτος τῶν τ' ἄλλων ἁπάντων, ἃ ἐδόκει καλὰ, ἑαυτὸν ἠξίου· ἡγεῖτο δὲ καὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας ἀξιώτατον εἶναι μετασχεῖν· πρόσεισι τῷ Πυθαγόρᾳ ἑαυτὸν ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος συνεῖναι αὐτῷ. ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὁποῖος ἦν συνιδὼν ἐκ τῶν σημείων, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἐθήρα τῶν προσιόντων, ἀπιέναι ἐκέλευσε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν· τοῦτο τὸν Κύλωνα οὐ μετρίως ἐλύπησεν, ὥσπερ ὑβρισμένον, καὶ τὰ ἄλλα χαλεπὸν ὄντα καὶ ὀργῆς ἀκρατῆ. συνάγων οὖν τοὺς φίλους, διέβαλλε τὸν Πυθαγόραν, καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς ἐπιβουλεύσων αὐτῷ τε καὶ τοῖς γνωρίμοις. τοὐντεῦθεν δ' οἱ μὲν φασι τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ, παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον, αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον, εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο, νοσοκομήσων αὐτὸν περιπεπτῆ γινόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύσων,) πάντας παντοίᾳ ἐνέπρησαν, δύο ἐκφυγόντων ἐκ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, ὡς φησι Νεάνθης. *Cylo Crotoniates, genere quidem & majorum gloriâ, opibuſque, facilè totius civitatis princeps, ceterum aſperis moribus, & dominandi cupidus: tum amicorum copiâ, divitiarumque adminiculo ad injuſtitiam improbitatemque abuſus. Is, cùm cæteris præclaris rebus omnibus dignum ſeſe exiſtimaret: tum verò longè digniſſimum judicabat, qui Pythagoricæ Philoſophiæ particeps eſſet; accedit Pythagoram, ſemetipſum deprædicans, & converſationem ejus expetens. at ille, cùm naturam moreſque hominis continuò exploraſſet, atque ex indiciis, quæ ex accedentium corpore captabat, quali ingenio eſſet perſpexiſſet, juſſit ipſum abire, & ſuas ſibi res agere. Id non mediocri dolore Cylonem commovit, ac ſi contumeliâ affectus fuiſſet: virum aliàs ſatis aſperum, & animi impotentioris. Coactis ergo in unum amicis, Pythagoram criminari cæpit, & inſidias ipſi & amicis ejus parare. ac proinde, ut nonnulli referunt, Pythagoræ familiares in Milonis athletæ ædibus congregatos, abſente tum Pythagorâ (nam ad Pherecydem Syrium, quo præceptore olim fuerat uſus, in Delum diſceſſerat, ut pediculari morbo correpto adeſſet, curamque ſepulturæ haberet) omnes igne immiſſo exuſſerunt; duobus tantùm ex incendio elapſis; Archippo & Lyſide; ut Neanthes prodidit.* Etiam Κύλων Κροτωνιάτης dicitur Diodoro Siculo, in Excerptis à Valeſio editis; cujus verba infrà, ad Pythagoræ Vitam, adducimus; ubi nos vide. Corruptè apud Apuleium in Floridis *Gillus* appellatur: *Sunt qui Pythagoram ajunt eo temporis inter captivos Cambyſæ regis Ægyptum cùm adveheretur, ductores habuiſſe Perſarum Magos, ac præcipuè Zoroaſtrem, omnis divini arcani antiſtitem: poſteaque eum à quodam Gillo Crotonienſium principe recuperatum.* & Γύλων, apud Themiſtium Orat. IX. ubi de Pythagora: αὐτός τε γὰρ ὁ Μνησάρχου τοσόνδε ἆρα ἀπέλαυσε τῆς πολυμνήστου σοφίας, ὥστε μετανάστης ἀεὶ διεβίω, διὰ τοὺς βασκαίνοντας καὶ κολούοντας, ἐκ Σάμου μὲν εἰς Κρότωνα διὰ Πολυκράτην, ἐκ Κρότωνος δὲ εἰς Λοκροὺς διὰ Γύλωνα. *Siquidem ille Meſarchi filius hunc tantùm de celebri illa ſapientia fructum cepit, quòd peregrinando ætatem omnem traduxerit, propter certos homines, qui invidere illi ac laceſſere non deſiſterent. Primùm enim è Samo Crotonem ob Polycratem fugit; tum, propter Gylonem, Crotone Locros conceſſit.*

Καὶ Σάγαρις Ὁμήρῳ ζῶντι] *Sagarum* vocat Lilius Giraldus in Dialogo de Poëtis, ubi de Heſiodo.

Ἀπιθανόντι δὲ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος] Librorum Xenophanis Colophonii in Homerum atque Heſiodum meminit Laërtius, infrà in ejus Vita, & Sextus Empiricus adverſus Mathematicos. De his nos plura in Diſſertatione noſtra περὶ ἐξηγητῶν Ὁμήρου.

Καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι] Accipio de Cercope Mileſio, qui pleriſque auctor creditus eſt ejus Poëmatis, quod Αἰγίμιος vocabatur; ſed quod ab aliis tribuebatur Heſiodo. Athenæus lib. XI. καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, εἴθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. Quòd ſi verè conjicimus, minùs vera eſt Gerardi Joannis Voſſii conjectura, exiſtimantis Cercopem illum Mileſium, diverſum non eſſe à Cercope Pythagorico: de quo Clemens Alexandrinus Στρωματ. libro I. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, Κέρκοπος εἶναί λέγει τοῦ Πυθαγορείου, τὴν εἰς ᾅδου Κατάβασιν, καὶ τὸν ἱερὸν Λόγον. & Cicero I. de Natura Deorum: *Orpheum Poëtam docet Ariſtoteles numquam fuiſſe: & hoc Orphicum Carmen Pythagorici ferunt cujuſdam fuiſſe Cercopis.*

Eſt enim Heſiodus Pythagorâ antiquior multò. De Amphimenis Coi odio in principem Lyricorum, nihil apud alios Scriptores legere me memini.

Θάλητι δὲ Φερεκύδης] Suidas in Φερεκύδης· ἐζηλοτύπει δὲ τὴν Θάλητος δόξαν.

Καὶ Βίαντι Σάλαρος, Πριηνεύς] Ignotus mihi Salarus ille Prienenſis.

Ἀντιμενίδας) Alcæi Poëtæ frater.

Σιμωνίδῃ Τιμοκρέων] Timocreon ille, Rhodius fuit, & veteris Comœdiæ Scriptor. odii ejus in Simonidem meminit & Suidas; qui etiam in Simonidem tragœdiam ſcripſiſſe refert.

47 Τῶν λεγομένων Σωκρατικῶν] De quibus peculiari libro ſcripſere Idomeneus & Phanias. De Idomeneo, teſtatur Diogenes noſter, in hac ipſa Socratis Vita: de Phania, in Antiſthene.

Οἱ κορυφαιότατοι] Suppuduiſſe ſe Phrynichus ait, cùm hanc vocem apud Favorinum reperîſſet; pro qua, κορυφαῖον dici jubet.

Γέγονε δὲ Σωκράτης καὶ ἕτερος, ἱστορικὸς, Περιήγησιν Ἄργους γεγραφώς] Meminit non ſemel Plutarchus in Quæſtionibus Romanis. Argivum puto fuiſſe, ac de eo accipiendum Tertullianum lib. II. ad Nationes; ubi, pro *ut Argivus Socrates detulit*, lego *retulit*.

Καὶ ἄλλος, Περιπατητικὸς, Βιθυνός· καὶ ἕτερος, ἐπιγραμμάτων ποιητής] Qui ambo mihi ignoti.

Καὶ ὁ Κῷος, ἐπικλύσεις θεῶν γεγραφώς] Editio Baſileenſis, ἐπίσεις; quæ vox nihili eſt. Lege Ἐπικλήσεις, & ita Editio Stephanica. Etiam Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. pag. 47. Σωκράτης ἐν Ἐπικλήσεσι. Corrigendus Athenæus lib. III. 28. Σωκράτης ἐν ἕκτῳ Ἐπικλήσεως. reſcribe Ἐπικλήσεις. Sunt autem hoc loci Ἐπικλήσεις, cognomina, ſeu ἐπωνυμίαι, quæ cuique Deorum ob varios eventus contigerunt, ut rectè Reineſius Var. Lect. III. 5. ex dicto Scholiaſte interpretatur. Minùs rectè Johannes Gerardus Voſſius lib. III. de Hiſtoricis Græcis, indigitamenta, ſeu preces, quibus Dii invocantur, exponit. Eidem Voſſio placebat eorum opinio, qui hujus Socratis Coi putant eſſe librum περὶ ὁσίων, id eſt, *de ſanctis*, Plutarcho memoratum in Tractatu de Iſide & Oſiride. Omiſit autem Diogenes noſter plures Socrates: Socratem Juniorem, Ariſtotelis Magiſtrum; de quo Plato in Politico, Ariſtoteles in Metaphyſicis, Ammonius, ſive Philoponus, in Vita Ariſtotelis, & Olympiodorus praxi 42. in Gorgiam Platonis. hunc cum noſtro, magnâ ἀνιστορησίᾳ eumdem faciunt quidam: qua de re videndus Leonardus Aretinus lib. VI. Epiſtolarum, Octavianus Ferrarius extremo libro de Sermonibus Exotericis, & Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis. Omiſit & Socratem Rhodium, qui ſub Auguſto vixit, & libros de Bello Civili ſcripſit, & de quo Athenæus. Item, Socratem, ſocerum Piſiſtrati, de quo & ipſe Athenæus: Socratem, Achæum, Cyri hoſpitem, cujus meminit Xenophon libro I. de Expeditione Cyri: Socratem Thebanum, Statuarium, de quo Thycidides libro II. Socratem, hiſtrionem: de quo Harpocration in Σίμυλος, & Anonymus in vita Æſchinis: Socratem, Thracicarum rerum ſcriptorem, memoratum Plutarcho in Parallelis: & alios quamplurimos: Socrates enim circiter viginti, in antiqua hiſtoria reperiri, teſtis eſt Jonſius lib. I. de Hiſtoria Philoſophica cap. 2.

XENOPHON.

Ξενοφῶν, Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς;] In Chronico Paſchali, ſeu Alexandrino, pag. 168. Editionis Regiæ, ad annum Urbis Conditæ 344. & 4. Olymp. Iphit. 92. dicitur corruptè *filius Orzylus*. Ξενοφῶν Ὀρζυλάου, καὶ Κτησίας ἐγνωρίζοντο. καὶ Σωκράτης φιλόσοφος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ πιὼν τὸ κώνειον ἀπέθανεν, ζήσας ἔτη ϛ'. Rectè *Grylli* filius dicitur Euſebio, quem Chronici auctor exſcripſit. 48

Τὸν δῆμον Ἐρχιεύς] Heſychius: Ἔρχειαι, δῆμος φυλῆς τῆς Αἰγεῖδος. Lege Αἰγηίδος. Stephanus: Αἰγὶς, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος· Ceteræ editiones Laërtii, τῶν δήμων Ἀρχιεύς. Utrumque rectè. Vide Meurſium de Pop. Att. in Ἔρχεια, & Leopardum Emendat. XIX. 7. Ἐρχιεὺς legit Palmerius. Fuit enim, inquit Ἔρχια, vel Ἔρχεια, nomen Demi: de quo Demoſthenes, Æſchines, Iſæus, Dinarchus, Plato.

Εἰς ὑπερβολήν] Ita infrà: φίλος τε ἦν εἰς ὑπερβολήν.

Τοῦτον ἐν στεναπῷ φασιν ἀπαντήσαντα Σωκράτει] Meliùs Stephanica Editio, τούτῳ ἐν στεναπῷ φασιν ἀπαντήσαντα Σωκράτην: de qua lectione videndus H. Stephanus. Σωκράτην quoque legitur in Editione Frobeniana.

Τῶν προσφερομένων ἕκαστον] τὰ προσφερόμενα, ſunt *cibi*: προσφέρεσθαι, eſt *cibum capio*. Noſter infrà, in Ariſtippo: εἰ ταῦτα (λάχανα) ἔμαθες προσφέρεσθαι, οὐκ ἂν Γυράννων αὐλὰς ἐθεράπευες. Et poſteà: ὥσπερ οὐχ οἱ τὰ πλεῖστα ἐσθίοντες καὶ γυμναζόμενοι ὑγιαίνουσι μᾶλλον τῶν τὰ δέοντα προσφερομένων.

Καλοὶ κἀγαθοὶ] Non abs re forſan fuerit hîc obſervare, quod in Chreſtomathia obſervavit Helladius Bezantinous apud Photium, καλὸς καὶ ἀγαθὸς Atticos dicere, ſed non ἀγαθὸς καὶ καλὸς, quamquam ἀγαθὴ τύχη dicant, & τύχη ἀγαθή.

Πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν] Id eſt, *primus omnium, quæ dicebantur, notis excepta, in publicum edidit*.

Εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν] Idem Laërtius infrà, hæc ipſa in Vita: λέγεται δ' ὅτι καὶ τὰ Θουκυδίδου βιβλία λανθάνοντα, ὠφελίσθαι δυνάμενος, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγεν.

Ἀλλὰ καὶ Ἱστορίαν Φιλοσόφων πρῶτος ἔγραψε] Ambiguè dictum: vox enim φιλοσόφων, & ad τὸ πρῶτος, & ad τὸ ἱστορίαν, referri poteſt. Ad τὸ ἱστορίαν retulit Suidas. Ξενοφῶν, inquit, πρῶτος ἔγραψε βίους φιλοσόφων, καὶ ἀπομνημονεύματα. Ad τὸ πρῶτος refert Jonſius: & Laërtii verba Suidam non cepiſſe contendit. Ejus rationes videre eſt lib. I. Hiſtoriæ Philoſoph. cap. 7. Jonſii ſententiæ non invitus accedo: neque enim infra, inter libros Xenophontis, Φιλοσόφων ἱστορίας Laërtius mentionem facit. Xenophontem ad ſcribendam Hiſtoriam Iſocrates incitavit, quemadmodum & Theopompum Chium & Ephorum Cumæum, ad captum cujuſque aptè argumenta Hiſtoriæ diſtribuens, ut eſt apud Photium Cod. CCLX.

Νῦν γὰρ ἐγὼ Κλεινίαν ἥδιον μὲν θεῶμαι, ἢ τ' ἄλλα 49

πάντα, &c.] Et nos olim in hunc ſenſum ſic ludebamus:

Πάντα ἔχω, Τελέσιλλαν ἔχων. ἢν πάντα δέ γ' ἔξω,
Μὴ Τελέσιλλαν ἔχων, καὶ τότε μηδὲν ἔχω.

Vide Aldobrandinum, & Caſaubonum.

Ἣν αὐτῷ συνήθης Πρόξενος ὄνομα, &c.] Hæc, & ſequentia, optimè illuſtravit Aldobrandinus.

Οὗτος ἐν Σάρδεσι διατρίβων παρὰ τῷ Κύρῳ, ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας ἐπιστολὴν Ξενοφῶντι] Camerarius in Diſſertatione de Vita Xenophontis: *Hic* (Proxenus) *cum Sardibus apud Cyrum maneret, miſit Epiſtolam Athenas Xenophonti, adoleſcenti quidem adhuc, ſed laudis & gloriæ bellicæ cupido.* Falsò addidit, Xenophontem adoleſcentem tunc fuiſſe; erat enim annos natus quinquaginta: quod pluribus probat Franciſcus Carpentarius in Præfatione ad Κύρου παιδείαν; ubi eum vide. Græci quidem νέον de viri li & firmata ætate aliquando uſurpant: τὸ *adoleſcentem*, Latini numquam.

Καὶ ὃς γίνεται παρὰ Κύρῳ] ὃς, pro αὐτὸς, *ille*. Ita ſuprà, in Socrate: καὶ οἱ θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν. Et infrà, hac ipſa in Vita: καὶ τὸν διαθέσθαι αὐτὰ ὡς ἐβούλετο.

50 Μένωνα τὸν Φαρσάλιον] Μένων ὁ Θετταλὸς dicitur Xenophonti in Anabaſi libro II. ſub finem, & Athenæo lib. XI. Pharſaliam, regionem eſſe Theſſaliæ, Pharſalo oppido; à quo & nomen accepit; circumjacentem, nemo neſcit, niſi qui ea quoque quæ nota ſunt omnibus, neſcit.

Φησὶν αὐτοῦ μείζοσι κεχρῆσθαι παιδικοῖς] Id eſt, *grandioribus, quàm ipſe eſſet, Amaſiis uſum eſſe ait.* De Amaſiorum ætate Strato in Ἀνθολογίᾳ ἐνκυδότῳ:

Ἀκμῇ δωδεκέτεις ἐπιτέρπομαι· ἔστι δὲ τούτου
Χ' ὦ τρισκαιδεκέτης πουλὺ ποθεινότερος.
Χ' ὦ τὰ δὶς ἑπτὰ νέμων, γλυκερώτερον ἄνθος ἐρώτων·
Τερπνότερος δ' ὁ τρίτης πεντάδος ἀρχόμενος,
Ἐξεπικαιδέκατον δὲ θεῶν ἔτος. ἑβδόματον δὲ
Καὶ δέκατον ζητεῖν, οὐκ ἐμὸν, ἀλλὰ Διός.
Εἰ δ' ἐπὶ πρεσβυτέρους τις ἔχει πόθον, οὐκ ἔτι παίζει
Ἀλλ' ἤδη ζητεῖ ΤΟΝ Δ' ΑΠΑΜΕΙΒΟΜΕΝΟΣ.

51 Καὶ τῶν Ὀδρυσῶν βασιλέως] Corrigendus obiter Lucianus in Macrobiis: τήρης δὲ, ὁ Δρυσῶν βασιλεύς. Lege Ὀδρυσῶν. Corrigendus & Cedrenus, apud quem Orpheus pro Ὀδρύσιος, ὁ Βρυόσιος appellatur.

Πρὸς Ἀγησίλαον] Plutarchus in Ageſilao:

Ἐπὶ Λακωνισμῷ] Id eſt, quòd Lacedæmoniis faveret. Diximus ſuprà ad Anacharſim. Aliàs, λακωνίζειν, eſt *pædicare*. Heſychius: λακωνίζειν, παιδίοις χρῆσθαι λακωνικὸν τρόπον· τὸ περαίνειν καὶ παιδεραστεῖν, τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τοῖς ξένοις. ἥκιστα γὰρ φυλάττουσι Λάκωνες τὰς γυναῖκας.

Μεγαβύζῳ δίδωσι, τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖ] Sic vocabantur Dianæ Epheſiæ Sacerdotes. Heſychius: μεγαβύζιοι λόγοι, μεγάλοι, ἀπὸ τοῦ Περσῶν βασιλέως. εἰ δὲ βαρβάρους. καὶ οἱ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερεῖς, καὶ οἱ στρατηγοὶ τοῦ Περσῶν βασιλέως, μεγάβυζοι. Vide hic Caſaubonum.

52 Εἰς Σκιλλοῦντα] Xenophon ipſe de Expeditione Cyri libro V. ἐπεὶ δ' ἔφυγε Ξενοφῶν, κατοικοῦντος ἤδη αὐτοῦ ἐν Σκιλλοῦντι, ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων οἰκισθέντι παρὰ τὴν Ὀλυμπίαν. *Poſteà verò, cùm eſſet in exilio Xenophon, ac jam Scillunte habitaret; quod oppidum à Lacedæmoniis propter Olympiam conditum erat.* πόλιν Τριφυλιακὴν, vocat Stephanus. Ibi Xenophontem Hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe, ſcribit Plutarchus in libello de Exilio.

Ὡς φησι Δείναρχος ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου] Fallitur Aldobrandinus, qui Dinarchum illum alium eſſe exiſtimabat ab Oratore, cujus inter X. Oratores Græcos exſtant aliquot Orationes. Ipſiſſimus eſt; atque ipſiuſmet Orationis adverſus Xenophontem meminit Dionyſius Halicarnaſſeus in Dinarcho. De actione ἀποστασίου, videndus Heſychius, & Harpocration, atque ad Harpocrationem Mauſſacus.

Οἱ καὶ Διόσκουροι ἐπεκαλοῦντο.] Quod etiam teſtificatur Euſthatius ad Odyſſ. α. pag. 1686. 59. ἱστορίᾳ δέ φησι λέγουσι ὅτι Ξενοφῶν ὁ γλυκὺς ἐκεῖνος Ἀττικὸς (Legendum Ἀττικὴ) μέλισσα ἐπωνομάζετο, παραδίδωσι καὶ ὅτι οἱ ἐξ ἐκείνου καὶ Φιλησίας υἱοὶ Γρύλλος καὶ Διόδωρος, διόσκουροι ἐπεκαλοῦντο.

Δι' οὗ ποταμὸς ῥέει Σελληνοῦς, ὁμώνυμος τῷ ἐν Ἐφέσῳ] Ita Stephani editio. Σελληνοῦς quoque, apud Xenophontem. Aldobrandinus, qui vertit *Selinus*, Σελινοῦς legerat: quam lectionem exhibent & Membranæ Regiæ, & Editio Frobenii. Ita quoque apud Strabonem; & ita etiam legi oportere, ratio originis oſtendit: Σελινοῦς quippe ἀπὸ τῶν σελίνων: ab apii abundantia. Etiam qui ad Epheſum fluit fluvius, quem huic cognominem fuiſſe ait Laërtius, Σελινοῦς vocabatur.

Εἰς Λάπρεον] Λάπριον dicitur Callimacho, Ptolemæo, 53
Pauſaniæ, Suidæ, & Scholiaſtæ Ariſtophanis ad Acarn. pag. 406. At Thucydides etiam Λάπρεον appellat. Oppidum fuit Peloponneſi.

Καὶ γὰρ ἐπεπαίδευντο αὐτόθι ἐν τῇ Σπάρτῃ] Plutarchus 54
in Ageſilao: Ξενοφῶντα δὲ τὸν Σοφὸν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ σπουδαζόμενον, ἐκέλευσε τοὺς παῖδας ἐν Λακεδαίμονι τρέφειν μεταπεμψάμενον, ὡς μαθησομένους τῶν μαθημάτων τὸ κάλλιστον, ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν. *Xenophonti illi ſapienti, quem ſecum magno in honore habebat, liberos ſuos ſuaſit ut acciret, & Lacedæmone educeret, quò pulcherrimâ diſciplinâ; parendi ſcilicet & imperandi; imbuerentur.*

Διοκλῆς ἐν τοῖς Βίοις τῶν Φιλοσόφων] Hos Dioclis de Vitis Philoſophorum libros, laudat nominatim Laërtius in Ariſtippo; ſignatque alibi paſſim. Eumdem eſſe putat Jonſius ac Dioclem illum Magnem, cujus Ἐπιδρομὴ τῶν Φιλοσόφων citat Laërtius in Zenone Cittieo & in Epicuro.

Ἀλλὰ γὰρ εἰπεῖν, ἡδὲν θνητὸν γεγεννηκώς] Valerius Ma- 55
ximus v. 10. *Xenophon autem; quod ad Socraticam diſciplinam attinet; proximus à Platone felicis ac beatæ facundiæ gradus, cùm ſolenne ſacrificium perageret; è duobus filiis majorem natu, nomine* Gryllum, *apud Mantineam in prælio cecidiſſe cognovit: nec ideò inſtitutum Deorum cultum omittendum putavit, ſed tantummodo coronam deponere contentus fuit. Quam ipſam, percunctatus quonam modo occidiſſet, ut audivit fortiſſimè pugnantem interiiſſe, capiti repoſuit; numina, quibus ſacrificabat, teſtatus, majorem ſe ex virtute filii voluptatem, quàm ex morte amaritudinem ſentire.*

Alius removiſſet hoſtiam, abjeciſſet altaria, lacrimis reſperſa thura disjeciſſet. Xenophontis corpus religioni immobile ſtetit, & animus in conſilio prudentiæ ſtabilis manſit: nam dolori ſuccumbere ipſa clade, quæ nuntiata erat, triſtius duxit. Meminit & Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro & capite tertio: Ξενοφῶντι θύοντι ἦκέ τις ἐκ Μαντινείας ἄγγελος, λέγων, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Γρύλλον τεθνάναι· κἀκεῖνος ἀπέθετο μὲν τὸν στέφανον, διετέλει δὲ θύων. ἐπεὶ δὲ ἄγγελος προσέθηκε καὶ ἐκεῖνο, ὅτι νικῶν τέθνηκε, πάλιν ὁ Ξενοφῶν ἐπέθετο τὸν στέφανον: quæ ipſiſſima verba exſcripſit Stobæus Serm. CVI. Huc referenda quæ in hanc rem habet Seneca in Conſolatione ad Marciam cap. 12. *Nec nimis admiretur Græcia illum patrem, qui in ipſo ſacrificio, nuntiata filii morte, tibicinem tantùm tacere juſſit, & coronam capiti detraxit, cetera ritè perfecit.* & in Conſolatione ad Polybium c. 30. *Quantò ille juſtior, qui nuntiata filii morte, dignam magno viro vocem emiſit!* Ego cùm genui, tum moriturum ſciyi. *Prorſus non mireris ex hoc natum eſſe, qui fortiter mori poſſet. Non accepit tamquam novum nuntium filii mortem: quid eſt enim novi, hominem mori, cujus tota vita nihil aliud quàm ad mortem iter eſt?* Ego cùm genui, tum moriturum ſcivi. *Deinde adjecit rem majoris & prudentiæ & animi,* Huic rei ſuſtuli. Huc ſpectant & illa Johannis Chryſoſtomi Orat. LXII. in Johannem καὶ ἀκούσασα γυνὴ περὶ παιδὸς ἐν πολέμῳ περιπεσόντος, εὐθέως ἤρετο, Τὰ δὲ τῆς πόλεως πῶς διάκειται πράγματα; Καὶ ἄλλος φιλόσοφος, ἐστεφανωμένος, ἐπειδὴ ἤκουσεν ὅτι ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὁ παῖς ἔπεσεν, ἀφελόμενος τὸν στέφανον, καὶ ἐρόμενος, ὁπότερος τοῖν δυοῖν· ἐπειδὴ ἔμαθε τὸν πεσόντα, τὸν στέφανον εὐθὺς πάλιν ἐπέθηκε. *Mulier quæ audierat filium in prælio occidiſſe, mox rogat, quo loco Reſpublica? Alius Philoſophus, coronatus, ut intellexit pro patria filium occubuiſſe, poſitâ coronâ cum rogaſſet, uter duorum; ubi eum qui occubuerat pernovit, mox coronam in caput repoſuit.* Simile quid de Minöe narrat Apollodorus Athenienſis Bibliotheces libro III. Verba ejus ſunt: Μίνως δὲ ἐπελθόντος αὐτοῦ (Androgei ſcilicet, ejus filii) θυσίαν, θύων ἐν Πάρῳ ταῖς Χάρισι, τὸν μὲν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἔῤῥιψε, καὶ τὸν αὐλὸν κατέσχε, καὶ τὴν θυσίαν οὐδὲν ἧττον ἐπετέλεσεν. ὅθεν ἔτι καὶ δεῦρο χωρὶς αὐλῶν καὶ στεφάνων ἐν Πάρῳ θύουσι ταῖς Χάρισι. *Minos, audita filii morte, quo tempore in Paro Gratiis ſacra faciebat, ſublatam è capite coronam abjecit, ac tibiâ abſtinuit, & ſacrificium nihilo tamen ſecius abſolvit. Hinc & in hodiernam uſque tempeſtatem ſine tibiis & coronis in Paro Gratiis immolant.* Simile quid etiam de Dione, Platonis diſcipulo, refert Ælian. Var. Hiſt. III. 4. Vide ſuprà in Anaxagora.

Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης, ὅτι ἐγκώμια καὶ ἐπιτάφιον Γρύλλου, &c.] Fortaſſe hoc Ariſtoteles ſcripſerit in Gryllo. Librum, *Gryllı* titulo, ſcripſiſſe Ariſtotelem, infrà in ejus Vita, videbimus.

Μύριοι ὅσοι] Ita ſuprà, in Socrate: καὶ ἐπὶ πλείστων ὅσων.

Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου] Ex his Hermippi de Theophraſto libris, deſumpta videntur, quæ ſcribit Athenæus I. 17. Ἕρμιππος δέ φησι, Θεόφραστον παραγίνεσθαι εἰς τὸν περίπατον καθ' ὥραν, λαμπρὸν καὶ ἐξησκημένον, εἶτα καθίσαντα διατίθεσθαι τὸν λόγον, οὐδὲ μιᾶς ἀπεχόμενον κινήσεως, οὐδὲ σχήματός τινος. *Hermippus ſcribit Theophraſtum ad horam conſictum in Peripaton, ſcholam ſuam, ire ſolitum, corporis nitido & exacto cultu, illicque ſedentem cùm verba faceret, orationem ſic inſtituere, ut nullum geſtum, nullum ſchema prætermitteret.* Scripſerat Hermippus ille de Viris Illuſtribus, teſte Hieronymo in Prologo de Scriptoribus Eccleſiaſticis; ubi eum *Peripateticum* appellat. In quibus libris citatur ab Etymologo in Ἀπάμεια. Ἕρμιππος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ λαμπράντων. Scripſerat & de ſervis doctrinâ claris. Suidas in Γ'στρος: Ἕρμιππος ἐν τῷ β τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων. Scripſerat & Περὶ Πυθαγόρου, in quorum ſecundo laudatur à Laërtio in Pythagora: & Περὶ Μάγων, in quorum primo laudatur ab eodem Laërtio in Proœmio: Et Περὶ Σοφῶν, in quibus laudatur ab eodem in Thalete. Teſtis adducitur & in Vitis ab eodem ibidem & in Anaxagora. Scripſerat & de Iſocratis Diſcipulis. Dionyſius Halicarnaſſeus in Iſæo: οὐδὲ γὰρ ὁ τοὺς Γσοκράτους μαθητὰς ἀναγράψας Ἕρμιππος, ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τοῦδε τοῦ Ῥήτορος οὐδὲν εἴρηκεν, ἔξω δυεῖν τούτων, ὅτι διήκουσε μὲν Γσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους, συνεγένετο δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν Φιλοσόφων. Harpocration in Γσαῖος: Ἕρμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν Γσοκράτους μαθημάτων. Ita enim legendum ex optima Valeſii emendatione. Malè vulgò Εὔριπος. Tituli librorum Hermippi *de Vitis* & *de Viris Illuſtribus*, videntur fuiſſe tituli generales.

Ἤτ' Αἰσχίνου οὐκ ἀπειθὴς γράψαι] Ἤτ' Αἰσχίνου, *vis Æſchinis*: hoc eſt, *Æſchines ipſe*, quo modo Homerus loqui amat, legendum conjiciebat Caſaubonus. Pro ἀπειθὴς Editio prior vitiosè ἀπειθεῖς. Stephani Editio ἐπιπειθὴς: & ita legendum ratio metri poſtulat. Mox quoque in Æſchine; ubi Editio Baſileenſis & Romana habent, διὸ καὶ τὸν Τίμωνα εἰπεῖν ἐπ' αὐτοῦ, ἤτ' Αἰσχίνου οὐκ ἀπειθὴς γράψαι; habent Stephanicæ Editiones, οὐκ ἐπιπειθὴς. γράψαι initium eſt verſus. Malè Regius Codex γράψας.

Κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος] Pro τετάρτης, Suidas habet ὀγδόης. Cum Laërtio convenit Euſebius in Chronicis, qui Xenophontem vixiſſe ait Olympiade XCV.

Ἄρχοντος Ξεναινέτου] Diodorus, quem ſequitur Sigonius, vocat *Exenætum*. Alii *Epænetum* vocant. Vide Meurſium Atticarum Lect. V. 27. & de Archontibus Athen. III. 15.

Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ] Alibi Steſiclidem illum laudatum non reperio. 56

Καλλιδήμου] Stephanica editio, & Baſileenſis, nec non Regius Codex, Καλλιδημίδου. Veriſſimè Meurſius de Arch. Ath. libro IV. cap. 6. Καλλιμήδους emendabat. Sic etiam Scottus Vit. comparat. pag. 43. & ſanè ita hunc Archontem nominat Dionyſius Halicarnaſleus, & poſt eum Sigonius.

Καὶ φιλοκύνηγος] Canem nobilem habuiſſe, *Hippocentaurum* nomine, ſcribit Pollux libro & capite quinto. Ælianus Var. Hiſtor. IX. 39. filium habuiſſe, qui canem deperibat.

Καὶ Σωκράτη ζηλώσας ἀκριβῶς] Ex Socratis diſcipulis arctè magiſtro adhæſere, Xenophon & Æſchines, nec propriam ſectam condiderunt.

Συνέγραψε δὲ βιβλία πρὸς τὰ τετταράκοντα] πρὸς τὰ τετταράκοντα. Id eſt, *ultra quadraginta.* non verò, *ad quadraginta*, ut vertit Aldobrandinus. Suidas: ἔγραψε βιβλία πλείονα τῶν μ'. *plures quàm quadraginta.* Quatuordecim ſolùm ſuperſunt, cum aliquot Epiſtolarum fragmentis. Platonis Alcibiadem ſecundum à quibuſdam ad Xenophontem referri, ſcripſit Muretus in VI. Oratione.

57 Τήν τε ἀνάβασιν] Quod opus an genuinum eſſet, dubitat Maſius Commentario in II. Joſuæ caput: ſed fruſtrà. germanum eſſe Xenophontis fœtum, vel ipſe ſtylus indicat. Eum autem librum adeò eleganter, & purè, & nitidè, aliquot ab hinc annis, Gallicè interpretatus eſt Nicolaus Perrotus Ablancurtius, ut Xenophontem ipſum; cujus ſermonem Gratiæ finxiſſe dicuntur; elegantiâ viciſſe videatur. Perſequitur eo libro Xenophon hiſtoriam decem millium, quos ipſe ab extremis Perſarum finibus in patriam reduxit: quod factum mirè laudant omnes Scriptores.

Καὶ Κύρου παιδείαν] *Cyri Vitam & Diſciplinam* vocat Cicero in Bruto. *Cyri infantiam*, Sanctus Hieronymus.

Καὶ Ἑλληνικά] Quo in opere in annis belli Peloponneſiaci aberraſſe volunt. non aberraſſe, docet Samuel Petitus Obſervat. I. 12.

Καὶ περὶ πόρων] Malè Editio Baſileenſis, περὶ σπόρων, *de ſeminibus.*

Καὶ Λακεδαιμονίων πολιτείαν] Quod opus aggreſſus eſt, quò gratiam rependeret Lacedæmoniis, qui exuli incolendam dederunt partem agri Elei in Triphyliaco ſolo.

Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Ἀττικὴ Μοῦσα γλυκύτητι τῆς ἑρμηνείας] Cicero in Oratore: *Xenophontis voce Muſas quaſi locutas ferunt.* Ἀττικὴ μέλιττα habet Suidas in Ξενοφῶν. Sophocles etiam μέλιττα vocabatur, ob carminis ſuavitatem: διὰ τὸ ἡδύ, ut eſt apud Heſychium Mileſium, Ariſtophanis Scholiaſten in Veſpis, & Suidam, Sophocliſque Scholiaſten ad Oedipum Colon. & Anonymum in ejus Vita. Euam Pantænus, Clementis Alexandrini magiſter, ipſi Clementi Alexandrino Σικελικὴ μέλιττα appellatur. Malim tamen hîc Ἀττικὴ μοῦσα: quo modo vocabantur qui Athenis nati, eloquentiâ præcellerent: ut in Oribaſii Vita Eunapius teſtatur. De ſtylo Xenophontis, conſulendus Dionyſius Halicarnaſſenſis, Cicero de Oratore, Quintilianus X. 1. Hermogenes de Formis Oratoriis lib. I. Scripſerat Longinus τὰ περὶ Ξενοφῶντος: quorum librorum meminit ipſe in libello περὶ ὕψους. Helladius apud Photium, poſtquam obſervavit ἱππεῖς & νομεῖς dici in nominativo plurali: ſed ἱππέας & νομέας dicendum in accuſativo, tametſi Xenophon dixerit τοὺς νομεῖς: addit: οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀνὴρ ἐν στρατείαις σχολάζων καὶ ξένων συνουσίαις, εἴ τινα παρακόπτει τῆς πατρίου φωνῆς. διὸ νομοθέτην αὐτὸν οὐκ ἄν τις ἀττικισμοῦ παραλάβοι. *Ne mireris ſi homo bellis aſſuetus, & peregrinorum colloquiis, aliquam è patriis vocibus adulterat. Ideò non eſt quòd quis illum Atticæ linguæ judicem ſumat.*

Οὕτω καὶ πρὸς ἀλλήλους ζηλοτύπως εἶχον αὐτός τε καὶ Πλάτων] An æmuli, offenſique inter ſeſe fuerint Xenophon & Plato, vide Gellium egregiè diſſerentem lib. XIV. cap. 3. Negat ille: in quo fallitur. qua de re videndus Athenæus lib. XI. Euſebius de Præpar. Euangel. lib. XIV. Voſſius de Hiſtoricis Græcis libro I. cap. 5. & deliciæ meæ Muretus, Var. Lect. V. 14. Vide & infrà, in Platone.

Ἥτις ἄγοι] Vitiosè Editio Baſileenſis ἥτι.

Κραναοῦ Κέκροπός τε πολῖται] Cranaus, Athenarum 58
Rex fuit, qui Cecropi Athenienſium primo Regi ſucceſſit. Inde Κραναὴ, pro *Attica.* Stephanus Geographus in Κραναὴ: οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Κραναοῦ. Idem legas apud Scholiaſten Ariſtophanis. Inde & πόλις Κέκροπος, pro *Athenis.* Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. IV. 17. ἐκεῖνος μέν φησι, πόλι φίλη Κέκροπος· σὺ οὐκ ἐρεῖς, πόλι φίλη Διός; Ariſtophanem reſpiciens videlicet: cujus hi ſunt verſus Γεωργοῖς, teſte Hephæſtione in Enchiridio de Metris,

Ὦ πόλι φίλη Κέκροπος· αὐτόφυὲς Ἀττική,
Χαῖρε λίπαρον δ' ἄπεδον, οὗθαρ ἀγαθῆς χθονός.
Ὦ μακάρι' Αὐτόμενες, ὡς σε μακαρίζομεν.

Notabis obiter, hunc verſum, Ὦ μακάρι' Αὐτόμενες ὡς σε μακαρίζομεν, in Veſpis Ariſtophanis reperiri.

Καὶ Ἴστρος φησὶν] Tres eo nomine fuere Scriptores: Iſter, ſive Iſtrus, Callimachi diſcipulus, de 59
quo Suidas & Athenæus; Iſter Alexandrinus, de quo Plutarchus in Quæſtionibus Græcis: & Iſter, Calatianus, de quo Stephanus in Κάλατις. Accipio de Callimachio; qui inter alia ſcripſerat τὰ Ἀττικά, quæ ſæpe ab Athenæo & aliis Scriptoribus advocantur, & ex quibus deſumpta eſſe quæ hîc habet Laërtius, exiſtimamus. Exiſtimamus quoque, Iſtrum illum Callimachium, eum eſſe qui Ἄτακτα, ſive Miſcellanea, ſcripſerat: in quorum primo laudatur à Scholiaſte Sophoclis ad Oedipum Coloneum, pag. 306. & in quorum tertio laudatur à Suida, in ταυροπόλαν.

Ἀδελφὸς Νικοστράτου, τοῦ τὴν Θησηΐδα πεποιηκότος] Ita Manuſcripti Henrici Stephani, ipſo teſte: at ejus editio, & Baſileenſis, & Codex Regius, Πυθοστράτου. Philoſtratum vocat Voſſius libro de Poëtis Græcis: memoriâ lapſus. Pythoſtratum Poëtam alibi me legere non memini. At Nicoſtrati, Poëtæ Comici, præter Athenæum; qui ejus meminit non uno loco; & Pollucem V. 18. & Stephanum Geographum in Ἄσσος, & in Γάγγρα, meminit infrà Laërtius, in Polemone: & *Clytæmneſtram* cognominatum fuiſſe ait. Quare malim hîc Νικοστράτου. Fuit & Nicoſtratus Macedo, Orator, de quo Dionyſius Halicarnaſſeus, & Hermogenes.

Τρίτος, ἰατρὸς κῶος.] *Claudii Cæſaris Medicus.* Tacitus Annal. XII. *Rettulit dein de immunitate Coïs tribuenda, multaque ſuper antiquitate eorum memoravit. Argivos, vel Cæum, Latonæ parentem, vetuſtiſſimos inſulæ cultores. Mox adventu Æſculapii artem medendi illatam, maximeque inter poſteros ejus celebrem, nomina ſingulorum referens, & quibus quiſque ætatibus viguiſſent. Quin etiam dixit, Xenophontem, cujus ſcientiâ ipſe uteretur, eadem familia ortum; precibuſque ejus dandum, ut omni tributo vacui in poſterum Coi ſacram & tantum Dei miniſtram Inſulam colerent.*

Πέμπτος, μυθῶδη τερατείαν πεπραγματευμένος] Is eſt, de quo Athenæus lib. I. 17. ἐθαυμάζετο δὲ καὶ Ξενοφῶν ὁ θαυματοποιός, ὃς μαθητὴν κατέλιπε Κρατισθένη τὸν Φλιάσιον· ὃς πῦρ τε αὐτόματον ἐποίει ἀναφύεσθαι, καὶ ἄλλα πολλὰ φάσματα ἐτεχνᾶτο, ἀφ' ὧν ἐξίστα τῶν ἀνθρώπων τὴν διάνοιαν. *In admiratione fuit & Xenophon præſtigiator, cujus diſcipulus fuit Craſtithenes Phliaſius. emicantem ſponte ignem hic eliciebat, & aliis id genus multis ſpectris, quæ ingeniosè machinabatur, hominum obſtupentium judicia perſtringebat ac ludificabatur.*

Ἕκτος, Πάριος, ἀγαλματοποιός] Xenophon quidam Statuarius memoratur Pauſaniæ in Arcadicis & Bœoticis, ſed Athenienſis, non Parius. Alius igitur fuerit ab illo de quo hîc Laërtius.

Ἑβδομος, Κωμῳδίας ἀρχαίας ποιητής] Qui diligentiam fugit magni illius Voſſii libro de Poëtis Græcis, ut & Tynnichus, de quo Plato in Jone: Demodicus Alerius, ſive Lerius; de quo Laërtius in Biante: Bion Melicus; de quo idem Laërtius in Bione: Diogenes Laërtius ipſe; Duris de quo Suidas: Marcianus Heracleota; Hegeſippus Comicus, qui Epicurum traduxit in Fabula, teſte Athenæo: Theætetus, de quo Laërtius in Crantore: Theorus, de quo Ariſtophanes; Nicias, de quo Theocritus: Pyrrho; Socrates Epigrammatarius; de quo Laërtius in Socrate; Theocritus Chius. alii. ſed huic opuſculo poſtumo plura addita haud dubiè fuiſſent, niſi mortalitate interceptus Auctor fuiſſet. Ceterùm, præter hos ſeptem Xenophontas, memoratos Diogeni noſtro, fuere & alii plures: Xenophon, Antiochenus, qui Babylonica ſcripſit: Xenophon Epheſius, qui Epheſiaca; & Xenophon, Cyprius, qui Cypriaca: ſunt autem hæc omnia amatoria, ut diſcimus ex Suida. Fuit & Xenophon Dux, Euripidis filius: de quo Thucydides libro 3. Fuit & Xenophon Corinthius, de quo Athenæus libro XIII. Et Xenophon Lampſacenus, Geographus cujus auctoritate utitur Plinius IV. 13. Citatur Xenophon in Periplo & ab eodem Plinio lib. III. capite 48. & à Valerio Maximo lib. VIII. cap. 13. qui non alius fortè, ab illo Lampſaceno, contrà quàm Voſſio videbatur: ſiquidem *Periplus* titulus eſt libri Geographici, ut liquet ex Periplo qui Arriano tribuitur. Fuit & Xenophon Corinthius, ſtadio victor, de quo Athenæus lib. XIII. cap. 4. Pauſanias in Meſſenicis, Dionyſius Halicarnaſſeus libro IX. Euſebius in Chronico, & Pindarus Pyth. XIII. Mentio ſit & Xenophontis, filii Orzylai, in Chronico Alexandrino ad Olymp. CIV. Taceo Arrianum Nicomedienſem; Epicteti diſcipulum; qui ob dulcedinem ſermonis Xenophon junior eſt appellatus, ut eſt apud Photium & Suidam. Item Xenophontem, quem puerum apud Solos, Ciliciæ civitatem, canis amavit, ut ſcribit Ælianus lib. I. de Hiſtor. animal. cap. 6.

ÆSCHINES.

60 Ὁ δὲ, Λυσανίου, Ἀθηναῖος] Suidas: τινὲς δὲ Λυσανίου παῖδά φασιν, Ἀθηναῖον, Σφήττιον. Id eſt, *Athenienſem, Sphettium, ex tribu Acamantide.* Diodorus Siculus libro XV. Αἰσχίνης, ὁ Σφήττιος, ὁ Σωκρατικός. Heſychius: Σφήττιοι, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Corrigendus obiter Harpocration: Σφιττὸς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. Lege, Σφηττός· & Suidas, in Εὔβουλος· Εὔβουλος κήττιος, Ἀθηναῖος. Lege Σφήττιος, Ἀθηναῖος. Fuit autem Acamantis μία τῶν δέκα φυλῶν, ἀπὸ Ἀκάμαντος, τοῦ Θησέως, ut ait Harpocration in Voce Ἀκαμαντίς.

Ἔφη Ἰδομενεὺς] In libro περὶ Σωκρατικῶν.

Οὗ γ' ἦν Ἀριστίππῳ μᾶλλον φίλος] Id eſt, *quia Ariſtippo amicior erat Æſchines, quàm Platoni*; ut rectè Aldobrandinus; quem vide.

Διεβάλλετο δ' ὁ Αἰσχίνης, καὶ μάλισθ' ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους, &c.] Exſcripſit ad verbum Heſychius Illuſtris: διεβάλλετο ὑπὸ Μενεδήμου τοῦ Ἐρετριέως, ὡς τοὺς πλείστους διαλόγους οὐτως Σωκράτους, ὑποβάλλοιτο, λαμβάνων παρὰ Ξανθίππης, ὧν οἱ καλούμενοι ἀκέφαλοι, σφόδρα εἰσὶν ἐκλελυμένοι, καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν. Phrynichus quoque, Æſchinis Socratici ſeptem Dialogos propter eorum excellentiam, ad Socratem referri, teſtificatur. Vide Photium in Bibliotheca. Hujus plagii meminit & Athenæus lib. XIII. circa finem: τὶς γὰρ ἦπτισεν Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν τοιοῦτον γεγενῆσθαι τοὺς τρόπους, ὁποῖόν φησι Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς τῶν συμβολαίων λόγοις; ὃν ἐκ τῶν φερομένων ὡς αὐτοῦ διαλόγων θαυμάζομεν ὡς ἐπιεικῆ καὶ μέτριον. πλὴν εἰ μὴ ὡς ἀληθῶς τοῦ σοφοῦ Σωκράτους ἐστὶ συγγράμματα, ἐχαρίσθη δὲ αὐτῷ ὑπὸ Ξανθίππης τῆς Σωκράτους γυναικὸς μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, ὡς οἱ ἀμφὶ τὸν Ἰδομενέα φασίν. *Quis porrò fuiſſe tales Æſchinis Socratici mores arbitretur, quales depinxit Lyſias Orator, in Oratione de accepta mutuo pecunia? præſertim, cùm in admiratione ſit ille Philoſophus, & in magna temperantiæ, humanitatis, probitatiſque opinione, ob illos Dialogos, qui tamquam ab ipſo ſcripti circumferuntur: niſi prorſus à ſapiente jam antè Socrate literis mandatos, poſteaquam vitâ functus eſt, Xanthippe illius uxor Æſchini dederit: quod Idomeneus affirmat.*

Ἀκέφαλοι] Sunt autem iſti, Suida teſte, Φαίδων, Πολύαινος, Δράκων, Ἐρυξίας, Περὶ ἀρετῆς, Ἐρασίστρατος, Σκυθικοί.

Καὶ οὐκ ἐπιφαίνοντες τὴν Σωκρατικὴν εὐτονίαν] De genere dicendi Socratico, Auctor libri περὶ ἑρμηνείας· Τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικὸν, ὃ μάλιστα δοκοῦσι ζηλῶσαι Αἰσχίνης καὶ Πλάτων, &c. *Quæ autem propriè vocatur forma Socratica, quam maximè videntur imitati eſſe Æſchines & Plato.*

Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος] Ignotiſſimus mihi omnium Scriptorum.

Περσαῖος] De quo infrà pluribus, in Zenone Cit- 61
tieo.

Πασιφῶντος εἶναι τοῦ Ἐρετρικοῦ] Nec meliùs mihi notus Paſiphon ille Eretriacus, quàm Piſiſtratus Epheſius.

Ἀλλὰ καὶ τῶν Ἀντισθένους] Ita quoque Regius Codex. τὸν Ἀντισθένους, Editio Stephanica & Baſileenſis, minùs rectè.

Τὸν

Τόν τε μικρὸν Κῦρον] Athenæus v. 20. Ἀντισθένης δ' ἐν θατέρῳ τῶν Κύρων, κακολογῶν Ἀλκιβιάδην, &c. Vide infrà in Antiſthene.

Καὶ τὸν Ἡρακλέα τὸν ἐλάσσω] Videtur legendum Ἡρακλέα τὸν μείζω· nam infrà Laërtius, in Antiſthene, καὶ ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους. Etiam in Indice Librorum Antiſthenis, Dialogi *Herculis majoris* ſolùm meminit, non item *minoris*. Potuit utrumque ſcripſiſſe.

Εἰσιν ἑπτά] Totidem fuiſſe ſcribit Phrynichus in Bibliotheca Photii, & Suidas in Αἰσχίνης.

Μιλτιάδης] Meminit Lucianus in Paraſito. Luciani verba infrà adducimus.

Καλλίας] Meminit Athenæus v. 20. ὁ δὲ Καλλίας αὐτοῦ, (Αἰσχίνου) περιέχει τὴν τοῦ Καλλίου πρὸς τὸν πατέρα διαφοράν, καὶ τὴν Προδίκου καὶ Ἀναξαγόρου τῶν Σοφιστῶν διαμώκησιν, &c. *Callias autem ejus Dialogus ſimultatem Calliæ cum patre continet, irriſionesque Prodici & Anaxagoræ Sophiſtarum.*

Ἀξίοχος] Harpocration, Voce Ἀξίοχος· Αἰσχίνη τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράφη Ἀξίοχος καλούμενος. Meminit & Athenæus v. 20. ἐν δὲ τῷ Ἀξιόχῳ· πικρῶς Ἀλκιβιάδου κατατρέχει, ὡς οἰνόφλυγος, καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπουδάσαντος. Citatur & Polluci VII. 30. Platoni falſò tribuitur. Suidas in Ἀξίοχος. Αἰσχίνη τῷ Σωκρατικῷ διάλογος ἐγράφη Ἀξίοχος καλούμενος. Πλάτωνος ἐπιγέγραπται.

Ἀσπασία] Harpocration: Ἀσπασία. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν. Αἰσχίνης Σωκρατικὸς ἐν διαλόγῳ ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασίᾳ. (ita legendum eſſe hunc locum infrà oſtendemus) μνημονεύουσι δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοὶ, καὶ Πλάτων ἐν τῷ Μενεξένῳ τὸν Σωκράτην παρ' αὐτῆς φησι μαθεῖν τὰ πολιτικά. ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Μιλησία, δεινὴ δὲ περὶ λόγους. Περικλέους δὲ φασιν αὐτὴν διδάσκαλόν τε ἅμα καὶ ἐρωμένην εἶναι, &c. Athenæus libro v. cap. 20. ubi de Æſchine: Ἐν δὲ τῇ Ἀσπασίᾳ Ἱππόνικον μὲν τὸν Καλλίου κοάλεμον προσαγορεύει, τὰς ἐκ τῆς Ἰωνίας γυναῖκας, συλλήβδην μοιχάδας καὶ κερδαλέας. *In Aſpaſia, Hipponicum, Calliæ filium, vocat bardum & fatuum: feminas verò Ionicas, univerſas adulteras & quæſtuarias.* Meminit & Philoſtratus, in Epiſtola ad Juliam Auguſtam.

Τηλαυγὴς] Meminit hujus Dialogi & Athenæus, eodem loco, his verbis: πεφύκασι δ' οἱ πλεῖστοι τῶν Φιλοσόφων, τῶν Κωμικῶν κακήγοροι μᾶλλον εἶναι. εἰγε καὶ Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἐν μὲν τῷ Τηλαυγεῖ Κριτόβουλον τὸν Κρίτωνος ἐπ' ἀμαθίᾳ καὶ ῥυπαρότητι βίου κωμῳδεῖ. τόν τε Τηλαυγῆ αὐτὸν ἰματίου μὲν φορήσεως καθ' ἡμέραν ἡμιωβόλιον κναφεῖ τελοῦντα μισθὸν, κωδίῳ δὲ ἐζωσμένον, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις ἐνημμένον σαπροῖς. καὶ Τελίσαντα τὸν ῥήτορα οὐ μετρίως διαγελᾷ. *Sunt autem naturâ & ingenio quamplurimi Philoſophi Comicis ipſis maledicentiores. Æſchines Socraticus in Telauge Critobulum, Critonis filium, tamquam ruſticum, & ſordidè viventem perſtringit: ipſum verò Telaugen, quòd ob veſtem ſpurcam, quam geſtabat, quotidie fulloni dimidium obolum pro mercede ſolveret, villoſa pelle cingeretur, calceamenta geſtaret ligata funiculis corruptis. Sed & Rhetorem Teleſantem haud mediocriter irridet.* Meminit & auctor libelli illius elegantiſſimi περὶ ἑρμηνείας, qui falſò Demetrio Phalereo tribuitur: πολλαχῇ μέντοι καὶ ἐπαμφοτερίζουσιν, οἷς ἐοικέναι εἴτις ἐθέλοι, καὶ ψόγους εἰκαιοψόγους εἶναι θέλοι τις, παράδειγμα τὸ τοῦ Αἰσχίνου ἐπὶ τοῦ Τηλαυγοῦς. πᾶσα γὰρ σχεδὸν ἡ περὶ τὸν Τηλαυγῆ διήγησις ἀπορίαν παρέχοι ἂν, εἴτε θαυμασμὸς, εἴτε χλευασμός ἐστι. *Sæpe quidem & ancipites ſunt, quibus ſi quis velit eſſe ſimilis, & vituperationes incertas fingere velit, exemplum erit illud Æſchinis de Telauge: omnis enim ferme de Telauge narratio dubitationem afferret, utrum ſit admiratio, utrum irriſio.* & ſuprà: καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι δὲ πρὸς τρυφερώτερους, ὡς ὁ Τηλαυγοῦς βύλακος, καὶ ἡ Κράτητος ποιητική, καὶ φακῆς ἐγκώμιον ἂν ἀναγνῷ τις ἐν τοῖς ἀσώτοις. de quo loco, videndus Caſaubonus ad Athenæum. Hunc Æſchinis Dialogum reſpexit, puto, & M. Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν lib. VII. πόθεν ἴσμεν εἰ Τηλαυγοῦς Σωκράτης τὴν διάθεσιν κρείσσων ἦν. ita enim ibi legendum jam ſuprà monuimus. Quam noſtram emendationem ſequuta eſt in ſua librorum M. Aurelii Antonini Gallica interpretatione, mulierum doctiſſima, Anna Fabra Daceria: de quo ſeriò triumpho. Fuit autem Telauges ille, Pythagoræ & Theanus filius, & Empedoclis magiſter. Videſis Hiſtoriam noſtram Mulierum Philoſopharum, capite de Theano.

Γίνων] Citatur à Julio Polluce VII. 25. 2.

Φασὶ δ' αὐτὸν δι' ἀπορίαν ἐλθεῖν εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον] More Philoſophorum. Suidas, in Αἰσχίνης· παρὰ Διονύσιον εἰς Σικελίαν ὑπὲρ χρημάτων ᾤχετο. Πλάτων δὲ τρὶς ἀνημετρῆσαι λέγεται τὴν Χαρυβδιν ὑπὲρ πλούτου Σικελικοῦ. Ἀριστιππος δὲ ὁ Κυρηναϊκὸς, καὶ Ἑλίκων ἐκ Κυζίκου, καὶ Φείτων ὅτε ἔφευγε Ῥήγιον, οὕτω τι εἰς τοὺς Διονυσίου κατέδυσαν θησαυροὺς, ὡς μόγις ἀνασχεῖν ἐκεῖθεν. καὶ μὴν καὶ τὸν Κνίδιον φασιν Εὔδοξον εἰς Αἴγυπτόν ποτε ἀφικόμενον, ὑπὲρ χρημάτων τε ὁμολογεῖν ἥκειν, καὶ διαλέγεσθαι τῷ βασιλεῖ ὑπὲρ τούτου. καὶ ἵνα μὴ πλείους διαβάλλω, Σπεύσιππον τὸν Ἀθηναῖον οὕτω τι ἐρασιχρήματον γενέσθαι φασὶν, ὡς ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον εἰς Μακεδόνας κωμάσαι, καὶ ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα δημοσίᾳ ταῦθ' ὑπὲρ χρημάτων ἆσαι. *In Siciliam ad Dionyſium pecuniæ petendæ cauſâ abiit. Plato verò Sicularum opum cauſâ Charybdin ter emenſus fertur. Item Ariſtippus Cyrenæus, & Helicon Cyzicenus, & Phæton, cum Rhegio exularet, ita in Dionyſii theſauros ſe immerſerunt, ut inde vix emerſerint. Quinetiam Eudoxum Cnidium in Ægyptum olim iviſſe, & pecuniarum petendarum cauſa ſe venire profeſſum fuiſſe, & hac de re cum Rege locutum dicunt. Et ne plures criminer, Speuſippum Athenienſem adeò pecuniarum amantem fuiſſe ferunt, ut ad Caſſandri nuptias comeſſatum iverit, & frigida Poëmata à ſe compoſita, pecuniarum accipiendarum cauſâ, publicè cecinerit.* Ceterùm hujuſce Æſchinis ad Dionyſium in Siciliam profectionis, meminit quoque Lucianus in Paraſito, his verbis: Αἰσχίνης μέν τοι ὁ Σωκρατικὸς ὁ τοὺς μακροὺς καὶ ἀστείους Διαλόγους γράψας, ἥκέ ποτε εἰς Σικελίαν, κομίζων αὐτοὺς, ὅπως εἰ δύναιτο δι' αὐτῶν γνωσθῆναι Διονυσίῳ τῷ Τυράννῳ· καὶ τὸν Μιλτιάδην ἀναγνούς, καὶ δόξας εὐδοκιμηκέναι, λοιπὸν ἐκά-

θητο ἐν Σικελίᾳ παρασιτῶν Διονυσίῳ, καὶ ταῖς Σωκράτους διατριβαῖς ἐρρῶσθαι φράσας.

Καὶ ὑπὸ μὲν Πλάτωνος παροφθῆναι, ὑπὸ δὲ Ἀριστίππου, συσταθῆναι] Idem, atque iisdem verbis, legas infrà, in Platone. Sed contrarium omnino scribit Plutarchus, gravis imprimis auctor, libro, Quomodo Amicus ab Assentatore dignoscatur; cujus verba operæ precium est hîc apponere, ὁ δὲ Πλάτων οὕτω πῶς διελέχθη πρὸς αὐτόν· (Διονύσιον videlicet) Εἰ κίσθοιο, Διονύσιε, δυσμενῆ πεπλευκότα εἰς Σικελίαν, κακόν τί σε ποιῆσαι βουλόμενον, οὐκ ἔχοντα δὲ καιρὸν, ἆρ' ἐύσεισας αὐτὸν ἐκπλεῦσαι, καὶ περίδοις ἀθῷον ἀπαλλαγέντα; Πολλοῦ δέω, εἶπεν ὁ Διονύσιος, ὦ Πλάτων· δεῖ γὰρ οὐ τὰ ἔργα τῶν ἐχθρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν προαίρεσιν μισεῖν καὶ κολάζειν. Εἰ τοίνυν εἶπεν ὁ Πλάτων, ἐπ' εὐνοίᾳ τὶς ἀφιγμένος τῇ σῇ δεῦρο, βούλεται μὲν ἀγαθοῦ τινος αἴτιός σοι γενέσθαι, σὺ δὲ καιρὸν οὐ παρέχεις, ἄξιόν ἐστι τοῦτον ἀχαρίστως προέσθαι καὶ ὀλιγώρως; ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου τίς οὗτός ἐστιν, Αἰσχίνης εἶπεν, ἀνὴρ τῷ τε ἤθει παρ' ὀντινοῦν τῶν Σωκράτους ἑταίρων ἐπιεικὴς, καὶ τῷ λόγῳ δυνατὸς ἐπανορθοῦν οἷς συνήθει. πλεύσας δὲ δεῦρο πολλὴν θάλατταν, ὡς συγγένοιτό σοι διὰ φιλοσοφίας, ἠμέληται. ταῦτα οὕτως ἐκίνησε τὸν Διονύσιον, ὥστε τὰς μὲν χεῖρας τῷ Πλάτωνι εὐθὺς περιβαλεῖν κατασπάζεσθαι, τὴν εὐμένειαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀγάμενον, τοῦ δ' Αἰσχίνου καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐπιμεληθῆναι. *Plato verò sic ad Dionysium verba fecit: Si quem, Dionysi, sentires hostili animo in Siciliam appulisse tui lædendi causâ, & tamen occasione destitui, patereris eum impune hoc ferentem inde solvere? nihil verò minùs, ô Plato, ait Dionysius: inimicorum enim non facta modò, sed & proposita odium pœnamque merentur. Ergo, subjecit Plato, si quis benevolentiâ erga te adductus huc se contulisset, cupereresque tibi alicujus boni esse auctor, neque tu ei occasionem proficiendi præberes, dignum est eum abs te præteriri atque contemni? ad hoc interrogante Dionysio, quisnam ille esset: Æschines, inquit Plato, est, moribus ut quisquam alius Socratis familiarium probus, aptusque ad castigandum verbis eos quibuscum agit: qui longo mari emenso, ut tecum philosophicè colloqueretur, huc profectus, negligitur. Hæc ita permoverunt Dionysium, ut & Platonem statim manu injectâ sit amplexatus, & Æschinis honestè atque magnificè rationem habuerit.*

62 Εἶτα συγγράφειν λόγους δικανικοὺς τοῖς ἀδικουμένοις] De quibus Hermogenes lib. II. de Formis Orat.

Ἢ τ' Αἰσχίνου οὐκ ἀπειθὴς γενόμενος] Legendum videtur ἢ τ' Αἰσχίνου. *vis Æschinis.* Id est, *Æschines:* qua de re nos suprà ad Xenophontem.

Παρ' ἑαυτοῦ δανείζεσθαι, τῶν σιτίων ὑφαιροῦντα] Id est, *ut à se ipso mutuaretur, cibaria sibi subducendo:* quod miror non vidisse Interpretes.

Τούτου τοὺς διαλόγους καὶ Ἀριστίππου ὑπώπτευεν, &c.] Hoc est, *Ejus Dialogos & Aristippus suspectos habuit. Ergo cùm eos Megaræ legeret, ferunt Aristippum cavillatum dixisse, unde tibi ista, Plagiarie?* vel, *unde hæc potuisti consequi?* Æschinis VII. Dialogos Socratribui, testis est quoque Phrynichus apud Photium.

63 Πολύκριτος ὁ Μενδαῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ Διονύσιον] Rectè Aldobrandinus, *Polycritus Mendæus.* Malè Vetus Interpres, *Polycritus Mendesius.* nam, ut bene Vossius, à Μένδαι & Μένδη est Μενδαῖος· à Μένδης autem, est Μενδήσιος. Μένδαι, urbs est Siciliæ: Μένδη, urbs est Thraciæ, nec non Ægypti. Et tamen idem Vir doctus, libro de Poëtis Græcis, ubi de Carcino, Polycritum illum, *Mendesium* quoque appellat. Cùm autem Dionysius, cujus Historiam scripsisse dicitur hoc loco Polycritus, Siciliæ fuerit Tyrannus, planè idem erit Polycritus, quem res Siculas carmine heroïco panxisse, narrat Aristoteles libro de Memorabilibus auditu perceptis, quod rectè memoratus Vossius conjiciebat.

Καρκῖνον τὸν Κωμῳδοποιόν] Carcini Poëtæ duo fuerunt: Tragicus uterque: Carcinus Athenienſis, de quo Suidas in Καρκῖνος, & Athenæus lib. VIII. & quem suggillat Aristophanes in Pace & in Vespis: & Carcinus Agrigentinus, de quo & Suidas. De Agrigentino, Laërtium accipit Vossius, libro de Poëtis Græcis. & sanè, Comicus quoque videtur fuisse, cùm ejus Πλούτους memoret Athenæus libro III. teste Vossio. Vixêre ambo circa Olympiadem c.

Φέρεται δὲ καὶ ἐπιστολὴ πρὸς Διονύσιον Αἰσχίνου] Orationem præterea de Thargelia scripsisse, testatur Philostratus in Epistolâ ad Juliam Augustam: in eaque eum Γοργιάζειν ait. Hanc Gorgiæ imitationem, in Æschine Socratico notavit & Laërtius. Athenæus loco laudato meminit etiam Æschinis Dialogi, quem Πολιτικὸν vocat.

Ἦν δὲ καὶ ἐν τοῖς ῥητορικοῖς ἱκανῶς γεγυμνασμένος] Phrynichus apud Photium; ubi de Æschine Oratore; Æschinem Socraticum inter optimos Oratores recenset; ejusque Orationes sinceri, puri, & Attici sermonis regulam, normam atque exemplum esse ait. Non dissimile fuit de eo Hermogenis judicium. Hermogenem vide dicto loco.

Καὶ Λυσίας δὲ κατ' αὐτοῦ γέγραφε λόγον, Περὶ συκοφαντίας ἐπιγράψας] Τοὺς τῶν συμβολαίων λόγους appellat Athenæus lib. XIII. extremo: τίς γὰρ ἤλπισεν Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν τοιοῦτον γεγενῆσθαι, οἷον φησι Λυσίας ὁ Ῥήτωρ ἐν τοῖς τῶν συμβολαίων λόγοις· & λόγον χρέους· ἀλλ' ὅγε Λυσίας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ οὑτωσὶ, Πρὸς Αἰσχίνην Σωκρατικὸν, χρέους. Hujus Orationis meminit & Harpocration in καταπλήξ. καταπλὴξ, ὁ συνεχῶς πεπληγμένος. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν. Et in ἄστικτον χωρίον· Λυσίας ἐν τῇ Πρὸς Αἰσχίνην Σωκρατικόν. Et in Ἀσπασία· Ἀσπασία. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικόν· διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ, Ἀσπασία. Quæ postrema verba Casaubonum ad Athenæum, & Mauſſacum ad Harpocrationem, mirè, & frustrà, exercuerunt. Locum mutilum esse; sicque restituendum existimamus: Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Αἰσχίνην Σωκρατικόν· Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς, ἐν διαλόγῳ ἐπιγραφομένῳ, Ἀσπασία. Socraticum quemdam fuisse ibi laudatum, apparet ex sequentibus, μνημονεύουσι δ' αὐτῆς πολλάκις καὶ οἱ ἄλλοι Σωκρατικοί. Præterea, Dialogi Aspasiæ auctor fuit Æschines Socraticus, teste Laërtio & Athenæo, non verò Lysias. iteratum Æschinis nomen Librarium in errorem induxit. Monachio legen-

dum videbatur, ἐν τῷ Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν διαλεγόμενον, ἐπιγραφομένῳ, Ἀσπασία.

Ἀριστοτέλης, ὁ μῦθος ἐπικληθείς] De quo infrà Laërtius, in Ariſtotele.

64 Πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν Παναίτιος] Hæc ſunt alieno loco poſita: & videntur inſerenda ſuprà, poſt hæc verba, καὶ τοὺς τῶν ἄλλων δὲ ἐσκευώρηται.

Δεύτερος δὲ, ὁ τὰς τέχνας γεγραφὼς τὰς ῥητορικάς] Qui de eo mentionem faciat, Scriptorem alium non temere reperias.

Τρίτος, Ῥήτωρ, ὁ κατὰ Δημοσθένην] Et à quo victus fuit in illo de Corona certamine. Quis fuerit; cujas; cujus filius; quo modo obierit; diſces ex Suida. Scripſit ejus Vitam & Philoſtratus. De ejus ſcriptis judicium habes apud Dionyſium Halicarnaſſeum, & apud Photium in Bibliotheca. Meminit ejus & Cicero non uno loco.

Τέταρτος, Ἀρκὰς, μαθητὴς Ἰσοκράτους] Si exſtaret Hermippi Περὶ τῶν Ἰσοκράτους μαθητῶν liber, cujus meminit Athenæus VIII. 6. ſciremus Æſchines ille quis eſſet.

Πέμπτος, ὁ Μιτυληναῖος, ὃν καὶ Γητορομάστιγα ἐκάλουν] Neſcio, qui fuerit; albus, an ater homo.

Ἕκτος, Νεαπολίτης, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, Μελανθίου τοῦ Ῥοδίου μαθητὴς, καὶ παιδικά] De quo Plutarchus, libro An Seni gerenda ſit Reſp. ὁ μὲν οὖν Ἀκαδημαϊκὸς Αἰσχίνης, Σοφιστῶν τινων λεγόντων, ὅτι προσποιεῖται γεγονέναι Καρνεάδου, μὴ γεγονὼς, μαθητὴς, Ἀλλὰ τότε γε, εἶπεν, ἐγὼ Καρνεάδου διήκουον, ὅτε τὴν ῥαχίαν καὶ τὸν ψόφον ἀφεικὼς ὁ λόγος αὐτοῦ διὰ τὸ γῆρας, εἰς τὸ χρήσιμον συνῆκτο καὶ κοινωνικόν. *Æſchines Academicus, Sophiſtis quibuſdam dicentibus eum fingere ſe Carneadis fuiſſe, cùm non fuerit, diſcipulum: Ego verò, inquit, Carneadem tunc audivi, cùm oratio ipſius, contentione & ſtrepitu ob ſenectutem omiſſis, in utilia & communicationi idonea ſe contraxit.* De Melanthio Rhodio, Cicero in Lucullo: *Qui illum audierant,* (ſermo eſt de Carneade) *admodum floruerunt, è quibus induſtria plurimum in Clitomacho fuit. Declarat multitudo librorum, ingenii non minùs in hoc, quàm in Carneade eloquentiæ, in Melanthio Rhodio ſuavitatis.*

Ἕβδομος, Μιλήσιος, πολιτικὸς συγγραφεὺς] De quo Cicero in Bruto: *Aliud autem genus eſt, non tam ſententiis frequentatum, quàm verbis volucre atque incitatum: qualis eſt nunc Aſia tota: nec flumine ſolùm orationis, ſed etiam exornato & faceto genere verborum: quo fuit Æſchylus Cnidius, & meus æqualis Mileſius Æſchines.* Item Strabo lib. XIV. ubi de viris illuſtribus quos Miletus tulit: καθ' ἡμᾶς δὲ Αἰσχίνης ὁ Ῥήτωρ, ὃς ἐν φυγῇ διετέλεσε, παῤῥησιασάμενος πέραν τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήϊον Μάγνον. Memoratur & Senecæ lib. I. Controverſ. VIII.

Οὔδοος, ἀνδριαντοποιός] Ignotiſſimus mihi. Porrò, præter hos octo Æſchinas, citatur Harpocrationi in Κίρκωψ & Æſchines Sardianus in Jambis: ſed fortè ibi legendum Αἰσχρίων ὁ Σάμιος, inquit Mauſſacus: quam emendationem non malè Harpocrationis loco convenire, ait Valeſius. Fuit & Æſchines hiſtoricus, laudatus ab Euſebio & Hieronymo in Expoſitione locorum Ebraicorum. Et Æſchines Athenienſis, Medicus, de quo Plinius libro XXVIII. 4. Fuit & Æſchines Chius, Medicus, qui Eunapium veluti à mortuis revocavit; & de quo ipſe Eunapius in Vita Proæreſii. Item, Æſchines Eleus, de cujus victoriis Pauſanias Ἠλιακῶν libro II. Et Æſchines, Nothonis filius, Erettrienſium primarius, de quo Herodotus lib. VI. ſect. 100. Et Æſchines Sellus, memoratus Heſychio in σεσελίσθαι, & in alio vocabulo quod excidit mihi. Omiſſus autem fuit Æſchines ille à Pricæo, in Indice Scriptorum qui in Heſychii vocabulario laudantur, edito in editione Hackiana Heſychii.

ARISTIPPUS.

Τὸ μὲν γένος ἦν Κυρηναῖος] Pleniùs apud Suidam: 65
Ἀρίστιππος, Ἀριτάδου, ἀπὸ Κυρήνης. Inde Ariſtippi patrem diſcimus.

Πρῶτος τῶν Σωκρατικῶν μισθοὺς εἰσεπράξατο.] Eadem Suidas: niſi quod ἐπράξατο habet, non εἰσεπράξατο. Julianus Imperator Orat. III. Thaletem, cùm eum quiſpiam interrogaret, quantam mercedem pro eo quod ab ipſo didicerat, perſolveret, reſpondiſſe, Juſtum præmium perſolveris, ſi à me didiciſſe fatebere. Idem refert Apuleius; cujus locum ad Thaletem adduximus.

Ξενοφῶν τε εἶχε πρὸς αὐτὸν δυσμενῶς] Apud Suidam: Ξενοφῶντι δὲ εἶχε δυσμενῶς.

Διὸ καὶ τὸν κατὰ τῆς ἡδονῆς λόγον, &c.] Locus Xenophontis eſt initio libri II. Memorabilium.

Θεόδωρος ἐν τῷ Περὶ αἱρέσεων] Quis ille Theodorus? XX. eo nomine à Laërtio recenſentur: & longè plures à nobis memorantur.

Καὶ Πλάτων ἐν τῷ Περὶ ψυχῆς] Dialogum Platonis, qui *Phædon* dicitur, & in quo de immortalitate animæ diſſeritur, Laërtius intelligit. In eo Ariſtippum Plato reprehendit, quòd morienti Socrati non adfuiſſet: ſic enim ibi Echecrates Phædonem interrogat, Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; cui Phædo, οὐ δῆτα· ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι. quod ſcomma mirè laudat Auctor libelli illius aurei περὶ ἑρμηνείας. Locum hîc legere Lectorem, puto, non pigebit: ὁ Πλάτων Ἀρίστιππον καὶ Κλεόμβροτον λοιδορῆσαι θελήσας ἐν Αἰγίνῃ ὀψοφαγοῦντας, δεδεμένου Σωκράτους Ἀθήνησιν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, καὶ μὴ διαπλεύσαντας ὡς τὸν ἑταῖρον καὶ διδάσκαλον· καί τοι οὐχ ὅλους ἀπέχοντας διακοσίους σταδίους τῶν Ἀθηνῶν· ταῦτα πάντα διαῤῥήδην μὲν οὐκ εἶπεν· λοιδορία γὰρ ἦν ὁ λόγος. εὐπρεπῶς δέ πως, τόνδε τὸν τρόπον. ἐρωτηθεὶς γὰρ ὁ Φαίδων τοὺς παρόντας Σωκράτει, καὶ καταλέξας ἕκαστον, ἐπανερωτηθεὶς, εἰ καὶ Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρῆσαν, οὐ, φησίν· ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἦσαν. πάντα γὰρ τὰ προειρημένα ἐμφαίνεται τῷ, Ἐν Αἰγίνῃ ἦσαν· καὶ πολὺ δεινότερος ὁ λόγος δοκεῖ, τοῦ πράγματος αὐτοῦ ἐμφαίνοντος τὸ δεινὸν, οὐχὶ τοῦ λέγοντος. Τοὺς μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ἀρίστιππον, καὶ λοιδορῆσαι ἴσως ἀκινδύνου ὄντος, ἐν σχήματι ὁ Πλάτων ἐλοιδόρησε. *Plato in animo habens reprehendere Ariſtippum & Cleombrotum, qui in Ægina convivabantur, cùm in vinculis eſſet Socrates Athenis ſpatio multorum dierum; & non navigarant ad ſodalem & doctorem,*

etsi illi non distabant tota ducenta stadia Athenis; hæc omnia apertè quidem non dixit; fuisset enim contumelia talis oratio; sed cùm dignitate quadam: hoc pacto: Cùm enim quæsitum esset è Phædone qui unà fuissent cum Socrate, illeque omnes enumerasset; rursus interrogatus, an Aristippus & Cleombrotus præsentes adfuissent, minimè, inquit: in Ægina erant; *cuncta enim quæ suprà dicta sunt apparent in eo*, in Ægina erant; *& multò acerbior oratio videtur, cùm res ipsa patefaciat, quod illic acerbum est, non ille qui dicit. Cùm igitur sine metu fortasse Aristippus, socii que illius vexari contumeliis possent, figuratè tamen Plato convicium in illos jecit.* Vide infrà, in Platone.

Ὡς ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν] Inde patet Laërtium alia scripsisse, præter Φιλόσοφον ἱστορίαν, & Pammetrum.

66 Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι, καὶ τόπῳ, καὶ χρόνῳ, καὶ προσώπῳ, &c.] Hoc est, quod ait Horatius:

Omnis Aristippum decuit color, & status, & res;
Tentantem majora; ferè præsentibus æquum.

Διατιθέμενος] διαθέμενος, ad oram libri Christianus annotârat.

Ἀπέλαυε μὲν γὰρ ἡδονῆς τῶν παρόντων] Idem de eo testatur Athenæus lib. XII. cap. XI. Οὔτε τὴν μνήμην τῶν γεγονυιῶν ἀπολαύσεων πρὸς αὐτὴν ἡγούμενος, οὔτε τὴν ἐλπίδα τῶν ἐσομένων, ἀλλ' ἐνὶ μόνῳ τὸ ἀγαθὸν κρίνων τῷ παρόντι. τὸ δὲ ἀπολελαυκέναι καὶ ἀπολαύσειν οὐδὲν νομίζων πρὸς αὐτὸν, τὸ μὲν, ὡς οὐκ ἔτ' ὄν· τὸ δὲ, οὔπω, καὶ ἄδηλον, &c. *Præterea earum voluptatum recordationem quæ jam abierunt, futurarumque spem inanem & frivolam esse, nihilque pertinere ad beatam vitam: at id solum bonum esse quod præsens sit: iis voluptatibus quas olim percepit, aut aliquando sit percepturus nihil se moveri, quòd prius illud jam evanuerit, alterum nondum adsit, & futurum, quale sit ignoretur.* Idem testatur Ælian. Var. Hist. XIV. 6. Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐώκει λέγειν ὁ Ἀρίστιππος, παρεγγυῶν μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν, εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ ἴλεω διανοίας ἀπόδειξις. προσέταττε δὲ ἐφ' ἡμέραν τὴν γνώμην ἔχειν, καὶ αὖ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει, καθ' ὃ ἕκαστος ἢ πράττει τι, ἢ ἐννοεῖ. μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον εἶναι τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον· τὸ μὲν γὰρ, ἀπολωλέναι· τὸ δὲ, ἄδηλον εἶναι, εἴπερ ἔστιν. *Aristippus validissimis argumentis & sermonibus usus, hortabatur, neque de præteritis curam posteà suscipiendam, neque de futuris antea, id enim animi bene constituti esse signum, & benignæ cogitationis argumentum. Jubebat autem in diem animum intendere, & diei illam solummodo partem, quâ quisque quid ageret aut cogitaret. Solum enim ajebat præsens in nostra manu positum, non præteritum, neque instans: illud enim abiisse: hoc an eventurum sit, incertum esse.* Et hoc est, quod ait Horatius, *ferè præsentibus æquum.*

Παρέφαγεν] Vide Cas. & H. Stephanum, & Aldobr.

Τοῦτόν φασί ποτε κελεῦσαι πέρδικα πεντήκοντα δραχμῶν ἐωνῆσθαι] Aliter rem narrat Athenæus libro VIII. 6. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρίστιππος, ὁ Σωκρατικὸς, ὀψοφάγος ἦν. ὅστις καὶ ὑπὸ Πλάτωνός ποτε ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῇ ὀψοφαγίᾳ ὡς φησι Σωτίων καὶ Ἡγήσανδρος· γράφει δὲ αὐτὸς ὁ Δελφὸς· Ἀρίστιππος, Πλάτωνος, ἐπιτιμήσαντος, αὐτῷ, διότι πολλοὺς ἰχθῦς ἠγόρασε, δυοῖν ὀβολοῖν ἔφησεν ἐωνῆσθαι. τοῦ δὲ Πλάτωνος εἰπόντος, ὅτι καὶ αὐτὸς ἂν ἠγόρασα τοσούτου· ὁρᾷς οὖν εἶπεν, ὦ Πλάτων, ὅτι οὐκ ἐγὼ ὀψοφάγος, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος. *Fuit & obsoniorum avidus Aristippus Socraticus: aliquando reprehensus ob id à Platone, ut Sotion ac Hegesander referunt. Aristippus, ut Delphus tradit, objurgante Platone quòd multos pisces emisset; obolis dixit eos tantùm duobus constitisse: tanti verò se mercaturum Plato cùm affirmaret, Ergo vides, inquit, non helluonem me, sed te avarum esse.* Diogenes noster infrà, de eodem Aristippo: πρὸς τὸν ὀνειδίσαντα αὐτῷ πολυτελῆ ὀψωνίαν, ἔφη, Σὺ δ' οὐκ ἂν τριωβόλου ταῦτ' ἐπρίω; ὁμολογήσαντος δὲ, οὐκέτ' οἶνον, ἔφη, φιλήδονος ἐγὼ, ἀλλὰ σὺ φιλάργυρος.

Τριῶν ἑταιρῶν οὐσῶν, μίαν ἐκλέξασθαι, &c.] Meminit hujus facti, sed obiter; & ipse Athenæus eodem loco: καὶ παρὰ Διονυσίῳ διηνέχθη τισὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν τριῶν γυναικῶν. Aristippum Rufinus est imitatus, in elegantissimo illo Epigrammate quod legitur Ἀνθολογίας lib. VIII. 67

Ἦρισαν ἀλλήλαις, Γοδόπη, Μελίτη, Γοδόκλεια,
Τῶν τρισσῶν τις ἔχει κάλλος ἀρειότερον.
Καί με κριτὴν εἵλοντο· καὶ, ὡς θεαὶ αἱ περίβλεπτοι,
Ἔστησαν, μούνῳ νέκταρι λειπόμεναι.
Ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε Πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰδώς,
Τὰς τρεῖς ἀθανάτους εὐθὺ συνεστεφάνουν.

Ovidius quoque Fastor. VI.

Dicta triplex caussa est: at vos ignoscite, Divæ,
Res est arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares à me: perierunt judice formæ
Pergama. plus lædunt, quam juvat una, duæ.

Οἱ δὲ Πλάτωνα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, Σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλαμύδα φορεῖν καὶ ῥάκος] Etiam Platoni hoc dictum tribuit Acro ad Horatium; sed rem aliter narrat vide Casaubonum.

Διονυσίου δὲ προσπτύσαντος, &c.] Aliter apud Athenæum libro XII. capite XI. ex Hegesandro. Ἀρίστιππος ῥαινόμενος μὲν ὑπὸ τῶν τοῦ Διονυσίου θεραπόντων, σκωπτόμενος, ἐπὶ τῷ ἀνέχεσθαι, ὑπ' Ἀντιφάντος· εἰ δ' ἁλιευόμενος ἐτύγχανον, ἔφη, καταλιπὼν τὴν ἐργασίαν ἂν ἀπῆλθον; *Aristippum cùm aquâ persudissent servi Dionysii, & quòd id pateretur, Antiphon irrideret: Si ego quidem piscarer, inquit, & madefiam, an relictâ operâ ideo abeam?* Proverbium est Italorum, *Chi vuol de' pesci, bisogna che s' immolli.*

Εἶτα, Οἱ μὲν ἁλιεῖς] Casaub. εἶτα οἱ μὲν ἁλιεῖς. Εἶτα, οἱ μὲν, rectum est. Vide hîc Mericum Casaubonum.

Κρώμματι] Ita omnes editi. Corrige χρέμματι.

Βλέννον] βλένον Editio prior. Nihil mutandum. βλέννος, genus est piscis, de quo Oppianus Halieutic. I.

Θῆνα δ' ἁπὸ πρασόεσσαν ὑπὸ χλωρῇς βοτάνῃσι
Βόσκονται μαινίδες, ἰδὲ τράγοι, ἠδ' ἀθερῖναι,
Καὶ σμαρίδες, καὶ βλέννος.

Meminit & Athenæus lib. VII. ubi tamen βέλεννος dicitur. at Excerptorum Auctori, teste Casaub. semper βλέννος.

Παριόντα ποτὲ αὐτὸν λάχανα πλύνων Διογένης, &c.] Horat. lib. I. Epist. 17. 68

Si pranderet olus patienter, Regibus uti
Nollet Aristippus: si scivisset Regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat, &c.

Et Valerius Maximus IV. 3. ubi de Diogene Cynico: *Idem Syracuſis, cùm olera ei lavanti Ariſtippus dixiſſet, Si Dionyſium adulare velles, iſta non eſſes. Immo, inquit, ſi tu iſta eſſe velles, non adulareris Dionyſium.* Platoni hoc reſpondiſſe, ait Laërtius in Diogene. Simile dictum Theodori ad Metroclem Cynicum, vide infrà, ubi de Theodoro.

Ἐρωτηθείς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ Φιλοσοφίας· ἔφη, Τὸ δύνασθαι πᾶσιν θαῤῥοῦντος ὁμιλεῖν] Apuleius in Floridis: *At ego, quod Ariſtippus dixit experiar: Ariſtippus ille Cyrenaicæ ſectæ repertor, quodque malebat ipſe, Socratis diſcipulus. Eum quidam tyrannus rogavit, quid illi Philoſophiæ ſtudium tam impenſum, tamque diutinum profuiſſet. Ariſtippus reſpondit; ut cum omnibus hominibus ſecurè & intrepidè fabularer.* Joannes Sarisberienſis, ſive Joannes Paræus; epiſt. CXC. quæ eſt ad Radulfum de Bellomonte: *Crediderat profectò te philoſophantis habere verba, non animum. Sed nunc recolo te aliquatenus eſſe magni diſcipulum Ariſtippi, qui omni conditione temporis æquanimiter utebatur, & in ipſis philoſophabatur nugis; jucundus omnibus; nulli grævis. Qui aliquando interrogatus, quid ei Philoſophia contulerit, dicitur reſpondiſſe, ut cum omnibus hominibus intrepidè fabularer.* At Antiſthenes, ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ Φιλοσοφίας, ἔφη, Τὸ δύνασθαι ἑαυτῷ ὁμιλεῖν. Verba ſunt Laërtii in Vita Antiſthenis.

69 Ἐρωτηθείς ποτε, τί πλέον ἔχουσιν οἱ Φιλόσοφοι, ἔφη, Ἐὰν πάντες οἱ νόμοι ἀναιρεθῶσιν, ὁμοίως βιώσομεν] Laërtius in eodem Antiſthene: καὶ τὸν σόφον οὐ κατὰ τοὺς νόμους πολιτεύεσθαι, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς ἀρετῆς.

Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ Διονυσίου διὰ τί οἱ μὲν φιλόσοφοι ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἔρχονται, οἱ δὲ πλούσιοι ἐπὶ τὰς τῶν φιλοσόφων οὐκέτι; &c.] Ariſtoteles Rhetor. II. 16. tribuit hoc dictum Simonidi. ὅθεν καὶ τὸ Σιμωνίδου εἴρηται περὶ τῶν σοφῶν καὶ πλουσίων πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν Ἱέρωνος, ἐρομένην πότερον γενέσθαι κρεῖττον πλούσιον, ἢ σοφὸν, πλούσιον εἰπεῖν· τοὺς γὰρ σοφοὺς, ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις, ἔφη, διατρίβοντας. Et Stobæus Serm. LXXXIX. Σιμωνίδης, ἐρωτηθεὶς, πότερον αἱρετώτερον πλοῦτος ἢ σοφία· οὐκ οἶδα, ἔφη· ὁρῶ γὰρ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας φοιτῶντας.

Τίνι διαφέρουσιν οἱ πεπαιδευμένοι τῶν ἀπαιδεύτων, &c.] Chilon verò, ταῖς ἀγαθαῖς ἐλπίσι, ut ſuprà Laërtius.

Οὐ τὸ εἰσελθεῖν, ἔφη, χαλεπὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐξελθεῖν] Perſius Sat. V.

—— *Si totus & integer illinc*
Exieras.

Ἄμεινον, ἔφη, ἐπαίτην, ἢ ἀπαίδευτον εἶναι] Proclus
70 ad hunc locum Heſiodi in Operibus, οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει, &c. Ζήνων μὲν ὁ Στωϊκὸς ἐνήλλαττε τοὺς στίχους, λέγων,

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται,
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει,

τῇ εὐπειθείᾳ τὰ πρωτεῖα διδοὺς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα. Ἀρίστιππος δὲ ἀπ' ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς, ἔλεγε, συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι τοῦ προσαιτεῖν.

Ὅτι, φησὶ, τοῦ μὲν κακῶς λέγειν σὺ τὴν ἐξουσίαν ἔχεις. τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν, ἐγὼ] Aliter Stobæus Serm. XVII. Ἀρίστιππος, λοιδορούντος αὐτόν τινος, ἔφη· Τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν, ἐγώ.

Οὐ γὰρ περὶ ὁμοίας, ἔφη, ψυχῆς ἀγωνιῶμεν ἕκαστοι] 71
Gellius XIX. 1. ubi de quodam Philoſopho, qui interrogatus fuerat quam ob cauſam maris tempeſtate palleret: *Si quid ego in tanta violentia tempeſtatum videor paulum paveſactus, non tu iſtius rei ratione audienda dignus es: ſed tibi ſanè Ariſtippus ille pro me reſponderit, qui in ſimili tempore à ſimillimo tui homine interrogatus, quare philoſophus timeret, quum ille contra nihil metueret; non eamdem eſſe cauſam ſibi atque illi reſpondit: quoniam is quidem eſſet non magnopere ſollicitus pro animæ nequiſſimi nebulonis, ipſum autem pro Ariſtippi anima timere.* Ælianus quoque Variæ Hiſtoriæ IX. 20. πλέων Ἀρίστιππος, χειμῶνος ἐπιγενομένου, πάνυ σφόδρα ἐταράττετο. ἔφη δέ τις τῶν συμπλεόντων, ὦ Ἀρίστιππε, καὶ σὺ δεδοικας ὡς οἱ πολλοί; ὁ δὲ, καὶ μάλα γε εἰκότως. ὑμῖν μὲν γὰρ περὶ κακοδαίμονός ἐστι βίου ἡ σπουδὴ, καὶ ὁ νῦν κίνδυνος, ἐμοὶ δὲ, περὶ εὐδαίμονος. Ita malim, quàm ut habent libri editi, περὶ εὐδαιμονίας: quamquam & ſic legi poſſet. *Ariſtippus, cùm navi vectus obortâ tempeſtate ſupra modum perturbaretur, quidam ex iis qui ſimul navigabant, „Numne, inquit, etiam metu percelleris, quemadmodum vulgus? At ille, Prorſus, ait: neque injuriâ: Vobis enim de vita ſceleroſa infelicique labor eſt & præſens periculum: mihi verò, de vita ſelici & beatâ.*

Συνιστάντος τινὸς αὐτῷ υἱὸν, ᾔτησε πεντακοσίας δραχμὰς, &c.] Mille drachmas petiiſſe, ait Plutarchus in libro de Liberis educandis; ubi eamdem rem narrat: ἢ καὶ Ἀρίστιππος οὐκ ἀκόμψως, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἀστείως ἐπίσκωψε τῷ λόγῳ πατέρα νοῦ καὶ φρενῶν κενόν· ἐρωτήσαντος γάρ τινος αὐτὸν, πόσου αἰτοίη μισθὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ τέκνου παιδεύσεως. χιλίας, ἔφη, δραχμάς· τοῦ δὲ, Ἡράκλης, εἰπόντος, ὡς ὑπέρπολυ τὸ αἴτημα· δύναμαι γὰρ ἀνδράποδον χιλίων πρίασθαι. Τοιγαροῦν, εἶπεν, δύο ἔξεις ἀνδράποδα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ ὃν ἂν πρίῃ. *Quamobrem Ariſtippus patrem excordem, neque inelegante, ſed perurbano ſermone pupugit; à quo interrogatus, quantum mercedis pro filii ſui inſtitutione poſceret, mille drachmas reſpondit. Eoque exclamante, hercules, ut valde nimium exigis, cùm poſſim mille drachmis ſervum emere: proinde, dixit, duo habebis mancipia; filium ſcilicet tuum, & illud quod emeris.* Apud Photium in Bibliotheca Cod. CCLX. tribuitur hoc dictum Iſocrati, & res aliter refertur: καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα δὲ πατέρα, ὡς οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀνδράποδον συνέπεμψε τῷ οἰκείῳ παιδὶ. τοιγαροῦν ἄπιθι, ἔφη. δύο γὰρ ἀνθ' ἑνὸς ἕξεις ἀνδράποδα. *Cùm pater quidam diceret, Se ſolum ſervum cum filio miſiſſe. Ergo diſcede: inquit; nam pro uno duos habebis ſervos.* Habuit Photius à Plutarcho: cujus hæc ſunt verba in vita Iſocratis: πρὸς δὲ τὸν εἰπόντα, ὡς οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἀνδράποδον συνέπεμψε τῷ παιδὶ. τοιγαροῦν, ἔφη, ἄπιθι· δύο γὰρ ἀνθ' ἑνὸς ἕξεις ἀνδράποδα. Ὅταν δεῖπνον ἔχω] Nota loquendi modum.

Ἔσχατον αὐτὸν κατακλῖναι, &c.] Athenæus lib. 73
XII. cap. XI. ex Hegeſandro: καὶ ταῖς Διονυσίου πολυτελείαις ἔχαιρεν, καίτοι πολλάκις ἐνυβριζόμενος. Ἡγὴ-

σανδρος γοῦν φησιν, ὡς καὶ ἀδόξου ποτὲ κλισίας παρ' αὐτῷ τυχὼν, ἠνεγκεν: ἐρωτήσαντος δὲ τοῦ Διονυσίου, τί φαίνεται ἡ κατάκλισις πρὸς τὴν χθές; ἔφησε παραπλησίαν εἶναι. ἐκείνη τε γὰρ, ἔφησεν, ἀδοξεῖ τήμερον χωρισθεῖσα ἐμοῦ, χθὲς δὲ πασῶν ἦν ἐνδοξοτάτη, δι' ἡμᾶς. αὕτη τε τήμερον καὶ ἐνδοξος γέγονεν διὰ τὴν ἡμετέραν παρουσίαν, χθὲς δὲ ἠδόξει μὴ παρόντος ἐμοῦ. *Dionysii ſumptuosâ magnificentiâ valdè eſt allectus, quamvis injuriâ ab eo ſæpius afficeretur. Hegeſander hoc de illo refert: Cùm apud Dionyſium accubuiſſet minùs honeſto loco, æquo animo tuliſſe; deinde Tyranno percontanti, ecquid videretur de eo loco, in quo tum cœnaſſet: ei in quo pridie, reſpondiſſe ſimillimum ſibi videri. Nam hodie, inquit, quoniam à me disjunctus eſt, contemnitur, qui heri meâ præſentiâ fuit honoratiſſimus: is autem in quo hodie diſcubui, meâ cauſsâ cenſetur honorificentiſſimus, qui heri quoniam me carebat, viliſſimus fuit.* De paraſitatione Ariſtippi apud Dionyſium Siciliæ Tyrannum, legendus Lucianus in Paraſito.

Εἰς ἀγνῶτας τοὺς δύο γυμνοὺς ἀπόστειλεν] Optimè explicat Phædrus libro IV. ubi de Simonide:

Simonides, qui ſcripſit egregium melos, &c.
Aſcendit navem, quam tempeſtas horrida
Simul & vetuſtas medio diſſolvit mari.
Hi zonas, illi res pretioſas colligunt;
Subſidium vitæ quidam curioſior;
Simonide, tu, ex opibus nihil ſumis tuis?
Mecum, inquit, mea ſunt cuncta; tunc pauci enatant;
Quia plures onere degravati perierant.
Prædones adſunt; rapiunt quod quiſque extulit;
Nudos relinquunt. Fortè Clazomenæ prope
Antiqua fuit urbs, quam petierunt Naufragi.
Hîc literarum quidam ſtudio deditus,
Simonidis qui ſæpe verſus legerat,
Eratque abſentis admirator maximus,
Sermone ab ipſo cognitum, cupidiſſime
Ad ſe recepit; veſte, nummis, familiâ,
Hominem exornavit: ceteri tabulam ſuam
Portant; rogantes victum. quos caſu obvius
Simonides ut vidit: Dixi, inquit, mea
Mecum eſſe cuncta; vos quod rapuiſtis, perit.

De Ariſtippo ipſo, narrat Galenus in Protreptico ad Artes cap. 2. cùm fractâ olim navi in Syracuſanum litus ejiceretur, primùm confidiſſe animo, cùm in arena figuram Geometricam vidiſſet; inde enim intellexiſſe ad Græcos ſe, ſapienteſque viros, non ad Barbaros veniſſe. Mox ubi gymnaſium adiens, hos verſus pronuntiaſſet,

Τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπαυν καθ' ἡμέραν
Τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασι;
Ecquis hodie exulem, vagantemque Oedipum
Exilibus beaverit munuſculis?

incidiſſe in eos, qui ultro convenirent; & quis ille eſſet, quibuſque opus erat, reſciſcentes, omnia illico impertiiſſe. Cùm verò quidam ad ejus patriam Cyrenen navigaturi, numquid ad ſuos mitteret, interrogarent: Jubete meos, inquit, poſſeſſionem parare, quæ, navi fractâ, ſimul enatet cum poſſeſſore: κελεύειν αὐτοῖς, ἔφη, ταῦτα κτᾶσθαι τὰ κτήματα, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συνεκολυμβήσει. Rem ſimiliter refert & Vitruvius Pollio in Præfatione libri VI. de Architectura; ſed de loco diſſentit, Rhodios enim pro Syracuſanis nominat. *Ariſtippus Philoſophus Socraticus*, inquit, *naufragio cùm ejectus ad Rhodienſium litus animadvertiſſet Geometrica ſchemata deſcripta, exclamaviſſe ad comites ita dicitur.* Bene ſperemus: hominum enim veſtigia video: *ſtatimque in oppidum Rhodum contendit, & rectà gymnaſium devenit; ibique de philoſophia diſputans, muneribus eſt donatus, ut non tantùm ſe ornaret, ſed etiam eis, qui unà fuerant, veſtitum & cetera quæ opus eſſent ad victum, præſtaret. Cùm autem ejus comites in patriam reverti voluiſſent, interrogarentque eum, quidnam vellet domum renuntiari, tunc ita mandavit dicere,* Ejuſmodi poſſeſſiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiam è naufragio unà poſſent enatare. Meminit hujus naufragii & Acron ad Horatium. *Laudat Ariſtippum ex ſententia Platonis, qui cùm inveniſſet illum è naufragio, panno duplici involutum, id eſt, diploide, laudavit eum dicens,* Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res. Quod ideo ſubjungo, quia Ferrarius lib. de Re veſt. quarto, cap. 19. parte 2. unde hoc de Ariſtippi naufragio acceperit Acron, non ſibi conſtare dixit. *Dictum quidem Platonis, ſive Stratonis*, inquit, *refert Laërtius, Soli Ariſtippo datum, καὶ χλαμύδα φορεῖν, καὶ ῥάκος, chlamydem ferre, & pannum. cùm ſcilicet tres meretrices à Dionyſio acceptas, uſque ad veſtibulum deduxit, dimiſitque.* Pergit vir doctiſſimus: *Quare hîc quoque, ut alibi non ſemel, mutilum eſſe Laërtii codicem ſuſpicamur. Non enim cohæret ſatis, quòd repudiaſſet amicas, & quod eum tam chlamys, quàm pannus deceret. Fortaſſe igitur ſequebatur, cùm à Stratone repertus eſſet poſt naufragium diploide involutus, dixiſſe Stratonem quod tam deceret eum pannus, quàm chlamys.* Et tamen Ariſtoteles Metaphyſ. libro 2. cap. 2. ait Ariſtippum ſpreviſſe artes Mathematicas, quòd in his nulla de bonis aut malis mentio haberetur. ὥστε διὰ ταῦτα τῶν Σοφιστῶν τινες, οἷον Ἀρίστιππος, προεπηλάκιζεν αὐτάς. ἐν μὲν γὰρ ταῖς ἄλλαις τέχναις καὶ τοῖς βαναύσοις αὐταῖς, οἷον ἐν τεκτονικῇ καὶ σκυτικῇ. διότι βέλτιον ἢ χεῖρον λέγεσθαι πάντα. τὰς δὲ μαθηματικὰς οὐδένα ποιεῖσθαι λόγον περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.

Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι ἑταίρας συνοικεῖ, &c.] Is fuit Diogenes Canis. Athenæus libro XIII. capite 6. 74

Ἀρίστιππος δὲ κατὰ ἔτος συνδιημέρευεν Λαΐδι ἐν Αἰγίνῃ τοῖς Ποσειδωνίοις, καὶ ὀνειδιζόμενος ὑπὸ οἰκέτου, ὅτι σὺ μὲν αὐτῇ τοσοῦτον ἀργύριον δίδως, ἡ δὲ πρῴκα Διογένει τῷ κυνὶ συγκυλίεται, ἀπεκρίνατο, ἐγὼ Λαΐδι χορηγῶ πολλά, ἵνα αὐτὸς αὐτῆς ἀπολαύσω, οὐχ ἵνα μὴ ἄλλος. τοῦ δὲ Διογένους εἰπόντος αὐτῷ, ὦ Ἀρίστιππε; κοινῇ συνοικεῖς πόρνῃ, ἢ κύνιζε οὖν, ὡς ἐγώ, ἢ πέπαυσο. καὶ ὁ Ἀρίστιππος, Ἄραγε μή τί σοι ἄτοπον δοκεῖ εἶναι, Διόγενες, οἰκίαν οἰκεῖν, ἐν ᾗ πρότερον ᾤκησαν ἄλλοι; οὐ γάρ, ἔφη· τί δὲ ναῦν ἐν ᾗ πολλοὶ πεπλεύκασιν; οὐδὲ τοῦτο, ἔφη· οὕτως οὖν οὐδὲ γυναικὶ συνεῖναι ἄτοπόν ἐστιν, ἣ πολλοὶ κέχρηνται. *Ariſtippum quotannis per Neptuni feriàs in Ægina cum Laide totos dies transmittentem ſervus increpabat, quòd ipſi tantum pecuniæ daret, quæ gratis cum Diogene cane volutaretur. At ego multa dono, inquit, ut eâ fruar, haud equidem ut*

alii non fruentur. Ariſtippo Diogenes cùm diceret, Conſuetudinem habes cum publica meretrice; Ariſtippe, vel abſiſte, vel, ut ego, Cynicus eſto: an abſurdum tibi videtur, inquit, Diogenes, in iis ædibus habitare, in quibus alii priùs habitarunt? minimè verò, ait. eo navigio vehi quo antea plures vecti ſunt? haud ſanè, inquit. Sic ergo nec alienum eſt cum ea fœmina congredi, quâ potiti ſunt multi. Etiam Chryſoſtom. Homil. XXXIV. in Matthæum, refert Ariſtippum magni pretii ſcorta conduxiſſe. Ariſtippi de Laïde, dictum aliud refert Plutarchus in Erotico. Cùm ei quis exprobraret, quòd cum Laïde, à qua non amaretur, conſuetudinem haberet: & piſce, inquit, & vino libenter utor: à quibus me amari non credo.

Πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι, Σωκράτους μαθητὴς ὤν, ἀργύριον λαμβάνει. μάλα εἶπε, &c.] Deſiderio Heraldo libro de rerum judicatarum auctoritate pag. 345. perturbatus hic locus videbatur: quem ſic legendum exiſtimabat: πρὸς τὸν αἰτιώμενον, ὅτι, Σωκράτους μαθητὴς ὢν ἀργύριον λαμβάνει, καὶ γὰρ Σωκράτη πεμπόντων αὐτῷ τινων καὶ σῖτον καὶ οἶνον, ὀλίγα λαμβάνοντα, τὰ λοιπὰ ἀποπέμπειν. Καὶ μάλα εἶπεν· εἶχε γὰρ ταμίας τοὺς πρώτους Ἀθηναίων, ἐγὼ δὲ, Εὐτυχίδην ἀργυρώνητον. Id eſt, *Cùm argueretur à quodam, quòd, cùm eſſet Socratis diſcipulus, pecuniam à diſcipulis acciperet: Socratem enim, quum frumentum & vinum quidam ei mitterent, paucis acceptis, cetera remittere ſolitum: non mirum, inquit; ſi quidem Socrates promos condos habebat Athenienſium principes; ego, Eutychidem ſervum meum.* Quæ ſanè meliorem ſenſum efficiunt. Apud Heſychium Mileſium, poſt λαμβάνει, ſequitur tamen, ut hîc, καὶ μάλα, εἶπε· ἀργυρώνητος, eſt ſervus emptitius, non ἐπίκτητος. Heſychii Gloſſæ: ἀργυρώνητος, οἰκέτης ἀργυρίου ἀγοραστός.

Ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι] Cicero epiſtolâ
75 quadam ad Pætum: *Sed tamen ne Ariſtippus ille Socraticus erubuit, cùm eſſet objectum habere eum Laïda. Habeo, inquit, non habeor à Laïde.* quæ poſtrema verba *à Laïde*, addititia eſſe, rectè exiſtimavit vir elegantiſſimi ingenii Muretus Variar. Lect. VI. 7. nam & Athenæus lib. XII. ὁ δ' Ἀρίστιππος ἐπὶ τῆς Λαΐδος ἔλεγεν, ἔχω, καὶ οὐκ ἔχομαι. Ergo & hîc quoque melius legeretur, ἔχω, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι, quàm ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι, (quamquam ita legatur apud Heſychium Mileſium: ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ. πρὸς οὖν τοὺς μεμφομένους ἔφη, ἔχω Λαΐδα, ἀλλ' οὐκ ἔχομαι) niſi addas ὑπ' αὐτῆς. Ita Lactantius III. 15. *Ariſtippo Cyrenaicorum magiſtro cum Laïde, nobili ſcorto, fuit conſuetudo: quod flagitium gravis ille Philoſophiæ doctor ſic defendebat, ut diceret, multum inter ſe & ceteros Laïdis amatores intereſſe, quòd ipſe haberet Laïdem; alii verò à Laïde haberentur*, &c. quæ vide. Etiam Theodoritus Serm. XII. de Virtute activa: καὶ Ἀρίστιππος δὲ ὁ Κυρηναϊκὸς, ὀνειδιζόμενος, ὅτι καὶ θαμὰ ξυνεγίνετο τῇ ἑταίρᾳ, τῇ Κορινθίᾳ, ἔχω, ἔλεγε, Λαΐδα, καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. Ubi obſerva obiter Corinthiam meretricem vocari Laïdem, quia Corinthi vixit; erat enim Sicula; ut diſcimus ex Stephano περὶ πόλεων. Similiter Clemens Alexandrinus στρωματέων libro 2. ὀνειδιζόμενος οὖν Ἀρίστιππος ἐπὶ τῷ συνεχῶς ὁμιλεῖν τῇ ἑταίρᾳ, τῇ Κορινθίᾳ, ἔχω γάρ, ἔλεγεν, Λαΐδα, καὶ οὐκ ἔχομαι ὑπ' αὐτῆς. Fuere autem Laïdes duæ: hæc: quæ è Sicilia advecta eſt ſeptennis à Nicia, Archonte Chabria, ut teſtatur Ariſtophanis Scholiaſtes ad Plutum: hoc eſt, anno 2. Olympiadis 91. Hanc amavit & Diogenes Cynicus. altera, filia prioris ut videtur. Et hæc eſt, à quâ cùm noctem petiiſſet Demoſthenes, & ab eo drachmas decem mille illa poſtulaſſet, repoſuit Demoſthenes; ſe tanti pœnitentiam non emere; ut eſt apud Gellium. Tunc autem ſexagenaria erat prima Laïs: quo enim anno natus eſt Demoſthenes, ſcilicet anno 4. Olympiadis 98. Dexitheo Archonte nata erat illa annos 37. Vide omnino eruditiſſimum Palmerium in Exercitationibus ad Pauſaniam, & doctiſſimum Valeſium ad Harpocrationem. Ceterùm, ἔχειν γυναῖκα Græci dixerunt, ut Latini *habere mulierem*, de eo qui ad eam pro ſuo jure, cùm volebat, ventitabat; ſicque accipit Ariſtoteles poſtremo habendi modo, ex octo illis, quos recenſet in Categoriis. Latinæ dictionis exemplum habes apud Terentium in Andria I. 1. *Quis Chryſidem habuit?* qua de re Muretus dicto loco. Dictum Stratonici ad Phaonem, Ariſtippi dicto non abſimile, refert Athenæus lib. VIII. cap. 10. προσποιουμένου δὲ εἶναι Φάωνος αὐλητικοῦ, καὶ ἔχειν φάσκοντος Μεγαροῖ Χορόν· Λῃεῖς, ἔφη· ἐκεῖ μὲν γὰρ, οὐκ ἔχεις, ἀλλ' ἔχῃ. Similiter & Valerius Maximus lib. IX. cap. de Avaritia; ubi de Ptolemæo, Rege Cypriorum: *Procul dubio hic non poſſedit divitias, ſed à divitiis poſſeſſus eſt.*

Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους, &c. ἀναχρεμψάμενος, προσέπτυσε τῇ ὄψει, &c.] Tribuit hoc factum Diogeni Cynico Galenus, in Exhortatione ad Artes cap. 4. Ecce tibi verba ſummi illius Medici: Διογένης ἐστιώμενος παρά τινι, τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μένου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας. ἀγανακτοῦντος δ' αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν, ἔφησεν, ὁρᾷν οὕτως ἠμεληκότα τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι· τὸ δ' ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας. ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρὰ, καὶ τὴν στρωμνὴν, καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξῃσκῆσθαι· μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾷν ἠμεληκότα· εἰθίσθαι δ' ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπους ἀποπτύειν, &c. Item, Laërtius ipſe, quem vide infrà in Diogene. Ceterùm exſtat in hanc rem, in Collectione Veterum Epigrammatum, hoc Epigramma:

Quòd tua mille domus ſolidas habet alta columnas:
Quòd tua marmoreo janua poſte nitet:
Aurea quòd ſummo ſplendent laquearia tecto:
Imum cruſta tegit quòd precioſa locum:
Atria quòd circa dives tegit omnia cultus,
Hos animos tollit nempe, Batave, tuos.
Ædibus in totis gemmæ licèt omnia claudant,
Turpe eſt, nil domino turpius eſſe ſuo. 76

Τίς ὁ μεμυρισμένος] ἐπιπνέων μύρου, dicitur Luci-

ano Ariſtippus, in Dialogo Menippi & Æaci.

Ἀλλ' ὅρα μὴ ὡς οὐδὲν τῶν ἄλλων ζώων, &c.] Clemens Alexandrinus Pædag. libro II. cap. 8. ἀβροδίαιτος ἦν ὁ Ἀρίστιππος. σοφιστικὸν οὖτος ἐρώτα τινὰ τοιοῦτον λόγον· ἵππος μύρῳ χριόμενος εἰς τὴν ἵππου ἀρετὴν οὐ βλάπτεται, οὐδὲ κύων μυρισθεὶς εἰς τὴν κυνὸς ἀρετήν. οὐδ' ἂν ἄνθρωπος ἄρα, ἐπήγαγεν, καὶ συνήγαγεν. *Molli ac luxuriosæ vitæ erat deditus Ariſtippus. Is ejuſmodi ſophiſticam proponebat orationem: Equus qui unguento ungitur, in equi virtute non lædituꝛ, nec unctus canis in virtute canis. Subjunxit ergo nec homo: & concluſit ſyllogiſmum.*

Κακοὶ κακῶς δ' ἀπόλοιντο οἱ κίναιδοι] Idem, ibidem: Ἀρίστιππος γοῦν φιλόσοφος, χρισάμενος μύρῳ, Κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι χρῆναι τοὺς κιναίδους ἔφασκεν, τοῦ μύρου τὴν ὠφέλειαν εἰς λοιδορίαν διαβεβληκότας. *Ariſtippus itaque Philoſophus, cùm unguento unctus eſſet, dicebat, malos malè perdendos eſſe Cinædos, qui ut unguenti utilitas malè audiret, effecerant.* & Seneca de Beneficiis cap. 25. *Ariſtippus aliquando delectatus unguento, Malè, inquit, iſtis effeminatis, qui rem tam bellam infamaverunt.*

Ἐρωτώμενος, πῶς ἀπέθανε Σωκράτης· ἔφη, Ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην] Egregiè Phædrus lib. 3. in hunc ſenſum:

Quum parvas ædes ſibi fundaſſet Socrates;
Cujus non fugio mortem, ſi famam adſequar,
Et cedo invidiæ, dum modò abſolvar cinis, &c.

77 Τοῦ ὑεράποντος ἐν ὁδῷ βαστάζοντος ἀργύριον] Horatius, Sermonum II. 3.

----- *quid ſimile iſti*
Græcus Ariſtippus? qui ſervos projicere aurum
In mediâ juſſit Libyâ; quia tardius irent
Propter onus ſegnes.

Meminit & Suidas: λέγεται δὲ ὅτι καὶ τοῦ παιδὸς αὐτῷ φέροντος ἀργύριον, καὶ ἀχθομένου τῷ βάρει, τὸ βαροῦν ἀπόβαλε, ἔφη. Et Auſonius Idyllio XXXI.

Spargit Ariſtippus mediis in Syrtibus aurum.

Ὡς φασιν οἱ περὶ τὸν Βίωνα ἐν ταῖς Διατριβαῖς] Quis ille Bion Diſſertationum Scriptor, necdum ſatis comperi. De pluribus Bionibus, vide infrà in Bione.

Πλέων ποτὲ, ἐπεὶ τὸ σκάφος ἔγνω πειρατικὸν, λαβὼν τὸ χρυσίον, ἠρίθμει, &c.] Suidas: ἐπιβουλευόμενος δὲ ἐν πλῷ δι' ἃ ἐπήγετο, εἰς τὴν θάλασσαν ἐξέβαλεν αὐτά· ἦν γὰρ τούτων, ἔφη, ἀπώλεια, ἐμοὶ σωτηρία.

Ὡς ἄμεινον ταῦτα ὑπ' Ἀριστίππου, ἢ διὰ ταῦτα Ἀρίστιππον ἀπολέσθαι] Emendandus ex Laërtio Stobæus Serm. LV. Ἀρίστιππος, λέγοντος αὐτῷ τινος, διά σε ἀπόλωλεν ὁ ἀγρός· οὐκοῦν, ἔφη, κάλλιον δι' ἐμὲ τὸν ἀγρὸν, ἢ διὰ τὸν ἀγρὸν ἐμέ; Lege, διά σε ἀπόλωλεν τὸ ἀργύριον· οὐκοῦν, ἔφη, κάλλιον δι' ἐμὲ τὸ ἀργύριον, ἢ διὰ τὸ ἀργύριον ἐμέ; ἀργύριον dixit, quod Laërtius χρύσιον. Ariſtippum tamen agrum perdidiſſe, docet nos Plutarchus libro de Animi tranquillitate: Χωρίον οὖν ἀπολέσας καλὸν, ἠρώτησεν ἕνα τῶν πάνυ προσποιουμένων συνάχθεσθαι καὶ συναγανακτεῖν, Οὐχί σοι μὲν χωρίδιον ἔν ἐστιν, ἐμοὶ δὲ τρεῖς ἀγροὶ καταλείπονται; συνομολογήσαντος δ' ἐκείνου, Τί οὖν, εἶπεν, οὐ σοὶ μᾶλλον ἡμεῖς συναχθόμεθα;

78 Ὡς τὰ σκεύη μὲν, ἐν ταῖς ἀγοραστικαῖς σκοπούντων, τοὺς δὲ βίους, εἰκῇ δοκιμαζόντων] βίους. id eſt, *mancipia*, ut rectè Leopardus interpretatur Emendat. XI. 5. quo ſenſu & βίων πράσιν dixit Lucianus. Ita σώματα, pro *ſervis* apud eumdem in Epigrammate. Σώματα πολλὰ τρέφειν, &c. quòd minùs probat Phrynichus in Ecloga Dictionum Atticarum: σώματα, inquit, ἐπὶ τῶν ὠνίων ἀνδραπόδων, οἷον, σώματα πωλεῖται, οὐ χρῶνται οἱ ἀρχαῖοι: quodque reprehendit Pollux lib. III. cap. 8. Hinc σωματεμπορεῖν, apud Strabonem libro 14. pro *mancipia vendere*: & σωματέμποροι, apud Artemidorum libro 3. cap. 17. pro *venaliciariis*. Ea notione & Latini *corpora* dixere, ut alibi oſtendemus. Venio ad dictum Ariſtippi. Simile habes infrà, in Diogene Cynico: θαυμάζειν τε ἔφη, εἰ χύτραν μὲν καὶ λοπάδα ὠνούμενοι, σκοποῦμεν, ἄνθρωπον δὲ, μόνῳ τῷ ὄψει ἀρκεῖσθαι. Quo loco Membranæ Regiæ, Palatinæ, & Florentinæ, pro σκοποῦμεν, habent κομπούμεν: quæ vox, teſte Euſtathio, de vaſorum ſonitu dicitur. Τὸ δὲ κομπεῖν, καὶ ἐπὶ σκευῶν ἦχον λέγεται, inquit ille ad Iliados μ. pag. 896. Editionis Romanæ. Addit Euſthatius: κομπεῖν γὰρ χύτραν ἡ λοπάδα φησὶν ὁ Λαέρτης ἐν τοῖς τῶν Σοφιστῶν βίοις, hunc Laërtii in Vita Diogenis locum reſpiciens, videlicet: ut quin ibi ita legendum nulla ampliùs dubitatio videatur. Atque hîc quoque fortaſſe κομπούντων, non σκοπούντων, ſcripſerat Laërtius. Certè ita ſcriptum eſt in Codice Florentino. σκοπούντων tamen, etiam rectum eſt. Immo alibi quàm apud Laërtium, κομπεῖν in ea ſignificatione *vaſis ſonitu explorandi*, non temerè, credo, reperias. Vulgò *ſonitum edere* ſignificat, & propriè de eo ſtrepitu dicitur, quem aper, collidens dentes, emittit. Ceterùm, ad Ariſtippi & Diogenis dicta quod attinet, audiendus Galenus in Exhortatione ad Artes cap. 2. καὶ τοὺς μὲν οἰκέτας ἐκδιδάσκονται τέχνας, πάμπολυ πολλάκις εἰς αὐτοὺς ἀργύριον ἀναλίσκοντες, ἑαυτῶν δ' ἀμελοῦσι. καί τοι οὐκ αἰσχρὸν τὸν οἰκέτην μὲν ἐνίοτε δραχμῶν εἶναι μυρίων ἄξιον, αὐτὸν δὲ τὸν δεσπότην αὐτοῦ, μηδὲ μιᾶς; καὶ τί λέγω μιᾶς; οὐδ' ἂν πρεῖ κά τις τὸν τοιοῦτον λάβοι. Et Johannes Chryſoſtomus lib. IV. de Sacerdotio: πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, ἀνδράποδον μὲν πρίασθαι βουλομένους, καὶ ἰατροῖς ἐπιδεικνύναι, καὶ τῆς πράσεως ἐγγυητὰς ἀπαιτεῖν, καὶ γειτόνων πυνθάνεσθαι· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα μηδέπω θαρρεῖν, ἀλλὰ καὶ χρόνου πρὸς δοκιμασίαν αἰτεῖν, &c.

Καί ποτε παρὰ πότον κελεύσαντος Διονυσίου, &c.] Ubi, potando, viciſſe ſcribit Suidas: καὶ πρὸς Διονύσιον τὸν Σικελίας τύραννον ἐλθὼν, καὶ πίνων, ἐνίκα. Subjungit Suidas: καὶ ὀρχήσεως τῆς ἄλλης κατῆρξεν, ἐνδὺς ἐσθῆτα ἁλουργῆ. Πλάτων δὲ προσκομιζομένης αὐτῷ τῆς στολῆς, εἶπεν Εὐριπίδου Ἀμβικὰ,

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν,
Ἄρρην πεφυκὼς, καὶ γένους ἐξ ἁρμένου.

Ἀρίστιππος δὲ δεξάμενος, καὶ γελάσας, εἶπε τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ,

----- καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

Ex quibus apparet, poſt hunc verſum,

Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν,

(is eſt ex Bacchis Euripidis) addendum hîc apud Laërtium,

Ἄρρην

Ἀῤῥην πεφυκὼς, καὶ γένους ἐξ ἀῤῥένος.

cujus etiam initium à Sexto Empirico refertur Hypotypoſeon III. 24. ubi eamdem hiſtoriam refert: quam etiam innuit Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro I. ubi de decimo modo. Ad eam, Tertullianum reſpexiſſe, non dubitamus, cùm in Apologetico ait, *Ariſtippus in purpura ſub magna gravitatis perſona nepotatur.* Igitur falsò, apud Gregorium Nazianzenum, Archelao Philoſopho dictum & factum tribuitur Ariſtippi. Verba ejus ſunt, Carm. Iamb. XVIII. --- οὕτω ποτὲ

Στολὴν γυναικῶν Ἀρχελάου τοῦ σοφοῦ,
Οὐκ οἶδ' ὅπως τε καὶ δι' ἣν τὴν αἰτίαν,
Δωρουμένου· Πλάτων μὲν οὐ προσήκατο·
Ἰάμβον εἰπὼν καίριον ἐξ Εὐριπίδου·
Οὐκ ἂν δυναίμην θήλειαν (γρ. θῆλυν) ἐνδῦναι στολήν.
Οὗ δ', ὡς τὸ δώρημ' ἦλθεν εἰς αὐτοῦ χέρας,
Φέροντος ἀνδρὸς, καὶ προθύμως λαμβάνει.
Καὶ τὴν ἰάμβου καμψότητ' ἰαμβίῳ
Βάλλει, τὸ δ' εἰπὼν. Καὶ γὰρ ἐν Βακχεύμασιν,
Οὐχ οὗ ἥγε σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται.

Sed Scriptoris Librarii error eſt, non ipſius Gregorii, qui procul dubio ſcripſerat, Ἀρχελάου τοῖς σοφοῖς. Id eſt, *Cùm Rex Archelaus, Philoſophis qui in convivio apud ſe aderant, veſtem muliebrem dediſſet*, &c. Quæ Laërtianis conſona ſunt: niſi quod Laërtius Dionyſium nominat, non Archelaum. Sequitur apud Gregorium: ὡς τὸ δώρημ' ἦλθεν εἰς αὐτοῦ χέρας. Id eſt, *Ariſtippo*; de quo mentionem ſuprà proximè fecerat, τοῦ δ' ἐκ Κυρήνης, μέγα μὲν ἡ παῤῥησία, &c. Ceterùm, hîc notandum, in verſibus Euripidis malè legi apud Suidam, Οὐ νοῦς ὁ σώφρων, pro eo quod apud Laërtium, & apud Athenæum in XII. & Sextum Empiricum, & Euripidem ipſum, legitur Οὗ' ἥγε σώφρων. Malè quoque apud Gregorium Nazianzenum, Οὐχ οὗ ἥγε σώφρων.

79 Δεόμενός ποτε περὶ φίλου Διονυσίου, &c.] Suidas: ὑπὲρ φίλου δὲ ἀξιῶν, καὶ μὴ τυγχάνων, τῶν ποδῶν ἥψατο, καὶ ἔπεισε. καὶ οὐ ταύτης ἐγὼ τῆς κολακείας αἴτιος, εἶπεν, ἀλλὰ Διονύσιος, ὁ ἐν γόνασι τὰς ἀκοὰς ἔχων.

Ὁμοίους ἔλεγεν εἶναι τοῖς τῆς Πηνελόπης μνηστῆρσι] Bioni, non Ariſtippo, tribuit Plutarchus libro de Educandis liberis: ἀστείως δὲ καὶ Βίων ἔλεγεν ὁ φιλόσοφος, ὅτι, ὥσπερ οἱ μνηστῆρες τῇ Πηνελόπῃ πλησίαζειν μὴ δυνάμενοι, ταῖς ταύτης ἐμίγνυντο θεραπαίναις· οὕτω καὶ οἱ φιλοσοφίας μὴ δυνάμενοι κατατυχεῖν, ἐν τοῖς ἄλλοις παιδεύμασι, τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις, ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι. Huc ſpectat, quod ait Philo Judæus in libro περὶ ἀποικίας· τινὲς γὰρ τοῖς φίλτροις τῶν θεραπαινίδων δελεασθέντες, ὠλιγώρησαν τῆς δεσποίνης φιλοσοφίας· καὶ κατεγήρασαν, οἱ μὲν, ἐν ποιήμασιν, οἱ δὲ, ἐν γραμμαῖς, οἱ δὲ, ἐν χρωμάτων κράσεσιν, οἱ δὲ, ἐν ἄλλοις μυρίοις, οὐ δυνηθέντες ἐπὶ τὴν ἀστὴν ἀναδραμεῖν.

80 Τὸ δ' ὅμοιον] Meliùs fortè, τῷ δ' ὁμοίῳ.

Ἀρίστων] Ariſtonem Chium intelligit, cui ſuperius dictum tribuit Stobæus Serm. II. Περὶ ἀφροσύνης. Ἀρίστων ὁ Χῖος, inquit, τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονουμένους, ἀμελοῦντας δὲ φιλοσοφίας, ἔλεγεν, ὁμοίους εἶναι τοῖς μνηστῆρσι τῆς Πηνελόπης, οἱ ἀποτυγχάνοντες ἐκείνης, παρὰ τὰς θεραπαίνας ἐγένοντο. Vide infrà, in Ariſtone.

Πρὸς Σωκράτην εἶπεν, ἦλθον, παιδείας δεόμενος· πρὸς δὲ Διονύσιον, παιδιᾶς] Luſus in voce, quem *annominationem* Latini appellant. De Ariſtippo, ad Dionyſium ſimile quid retulit ſuprà Laërtius: ὁπότε μὲν σοφίας ἐδεόμην, ἦκον παρὰ τὸν Σωκράτη· νῦν δὲ χρημάτων δεόμενος, παρά σε ἥκω.

Ἐξ ὁμιλίας αὐτῷ χρηματισαμένῳ, &c.] An legendum, ἐξ ὁμιλίας αὐτοῦ? ſupple, *Dionyſii.*

Ὁλοσχοίνων] Vel inde apparet ὁλόσχοινον de junco 81
acuto uſurpari. Heſychius quoque: ὁλόσχοινος, ὀξύσχοινος. At minus propriè: eſt enim ὁλόσχοινος juncus mollis; non acutus. Dioſcorides IV. 52. ubi de ſpeciebus junci: ἔστι δὲ καὶ τρίτη πολλῷ σαρκωδεστέρα καὶ παχυτέρα τοῖν δυοῖν, ὁλόσχοινος λεγομένη. Ita ibi legendum ex Budæi, aliorumque emendatione; non, ut vulgò legitur, καὶ τραχυτέρα. Harpocration: ὁλοσχοίνους. Αἰσχίνης ἐν τῷ Περὶ τῆς παραπρεσβείας. Θεόφραστος δ' ἐν τετάρτῃ Περὶ φυτῶν, εἰπὼν, τοῦ σχοίνου τρία εἴδη εἶναί φασιν, ὧν ὁ τρίτος τῷ μεγέθει καὶ εὐσαρκίᾳ διαφέρων, ὁλόσχοινος καλεῖται. Sed de his, Deo dante, nos brevi pluribus in noſtris Botanicis.

Καὶ τὸ φλέγμα, φησὶ, καὶ τοὺς φθεῖρας ἐξ ἡμῶν ἴσμεν γεννωμένους] Id uxori dixiſſe, ſcribit Stobæus Serm. 74. μεμφομένης αὐτῷ τῆς γυναικὸς, ὅτι τὸν υἱὸν οὐ προσίεται, καὶ λεγούσης ἐκ σοῦ εἴη, ἀποπτύσας, καὶ γὰρ τοῦτο, εἶπεν, ἐξ ἐμοῦ, ἀλλ' οὐδέν μοι χρήσιμόν ἐστιν. Videndus Ariſtoteles Problemat. IV. 14.

Δὸς, εἶπε, καὶ περὶ τούτου ζητῶμεν] Non abſimiliter 82
Plutarchus, apud Gellium I. 26. ad eum qui ſervum ipſius, eo jubente, loris cædebat: *interim, dum ego atque hic diſputamus, hoc tu age.*

Ἄλλοι γὰρ εἰς Πλάτωνα ἀναφέρουσιν] Zenoni tribuit Plutarchus libro, Quomodo Juveni audienda ſint Poëmata: καὶ ὁ Ζήνων ἐπανορθούμενος τὸ τοῦ Σοφοκλέους,

Ὅστις δὲ πρὸς Τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μολῇ,

μετέγραφεν,

Οὐκ ἔστι δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μολῇ·
τῷ ἐλευθέρῳ νῦν συνεκφαίνων τὸν ἀδεῆ, καὶ μεγαλόφρονα, καὶ ἀταπείνωτον. An legendum apud Laërtium, εἰς Ζήνωνα? aut potiùs, ὁ Πλάτων, apud Plutarchum? Facilis certè horum nominum mutatio. Ita in Vita Platonis, Πλάτων pro Ζήνων legitur, ut ſuo loco videbimus. Ceterùm eoſdem Sophoclis verſus, fugiens in Ægyptum, uſurpavit Pompeius, teſte Plutarcho in Vita Pompeii. ἐκ τῆς ὠλιάδος μεταστραφεὶς πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν, εἶπε Σοφοκλέους ἰαμβεῖα,

Ὅσσις δὲ πρὸς Τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μολῇ.

Idem teſtificatur & in Apophthegmatibus: ubi de apophthegmatibus Pompeii.

Ὀργισθεὶς πρὸς Αἰσχίνην, &c. μνημόνευε τοίνυν, &c.] Hoc fratri dixiſſe, non Æſchini, auctor eſt Stobæus Serm. 82. Ἀρίστιππος ἔφη πρὸς τὸν ἀδελφὸν, μέμνησο, ὅτι τῆς μὲν διαστάσεως σὺ ἤρξω, τῆς δὲ διαλύσεως, ἐγώ. Cum Laërtio conſentit Plutarchus: cujus hæc ſunt verba libro περὶ ἀοργησίας· ὁ δ' Ἀρίστιππος, ὀργῆς αὖ-

τῷ πρὸς Αἰσχίνην γενομένης, καὶ τινος εἰπόντος, Ὦ Ἀρίστιππε, ποῦ ὑμῶν ἡ φιλία; Καθεύδει, φησὶν, ἐγὼ δὲ αὐτὴν ἐγερῶ. καὶ τῷ Αἰσχίνῃ προσελθὼν, εἶπεν, Οὕτως σοι δοκῶ παντάπασιν ἀτυχής τις εἶναι καὶ ἀνήκεστος, ὥστε μὴ νουθεσίας τυχεῖν; ὁ δὲ Αἰσχίνης, Οὐδὲν, ἔφη, θαυμαστὸν, εἰ πρὸς πάντα τῇ φύσει μου διαφέρων, κἀνταῦθα τὸ δέον πρότερος συνεῖδες.

Διαλλάξῃ;] Malè Editio princeps, διαλέξῃ. Vide Leopardum XIV. 12.

83 Νὴ τὴν Ἥραν] Etiam per Junonem juraſſe Socratem, ſuprà, in ejus Vita, docuimus.

Γεγόνασι δ' Ἀρίστιπποι τέσσαρες] Fuit præterea Ariſtippus Argivorum Tyrannus; de quo Plutarchus in Arato: & Ariſtippus Sophiſta, contemptor Matheſeos; de quo Ariſtoteles Metaph. III. Et Ariſtippus pictor; de quo Plinius lib. XXXV. cap. 10. Et Ariſtippus Lariſſæus; de quo Plato in Menone. Et Ariſtippus Tarentinus, Philoſophus Pythagoricus; de quo Jamblichus capite extremo libri de Vita Pythagoræ.

Δεύτερος, ὁ τὰ περὶ Ἀρκαδίας γεγραφώς] Citatur Clementi Στρωματέων lib. I. Ἄπις τε ὁ Ἄργους βασιλεὺς, Μέμφιν οἰκίζει, ὥς φησιν Ἀρίστιππος ἐν πρώτῃ Ἀρκαδικῶν. Quæ ipſiſſima verba ex Clemente habet Euſebius de Præpar. Evang. lib. X. Meminit horum librorum & Scholiaſtes Apollonii ad lib. III. & Scholiaſtes Theocriti ad Idyllium I. 3.

Τρίτος, ὁ Μητροδίδακτος] De quo Suidas, in Ἀρίστιππος· διήκουσε δὲ αὐτοῦ ἡ θυγάτηρ Ἀρήτη, ἀφ' ἧς ὁ παῖς αὐτῆς ὁ νέος Ἀρίστιππος, ὃς ἐκλήθη Μητροδίδακτος. Strabo lib. XV. ubi de Cyrenæis: ἄνδρες δὲ ἐγένοντο γνώριμοι Κυρηναῖοι, Ἀρίστιππός τε ὁ Σωκρατικὸς, ὅστις καὶ τὴν Κυρηναϊκὴν κατεβάλετο φιλοσοφίαν, καὶ θυγάτηρ Ἀρήτη τοὔνομα, ἥπερ διεδέξατο τὴν σχολὴν, καὶ ὁ ταύτην πάλιν διαδεξάμενος υἱὸς Ἀρίστιππος, ὁ κληθεὶς Μητροδίδακτος. Clemens Stromat. IV. Ἀρήτη δὲ, ἡ Ἀριστίππου, Κυρηναϊκὴ, τὸν Μητροδίδακτον ἐπικληθέντα ἐπαίδευσεν Ἀρίστιππον. Themiſtius Orat. I. τῷ δὲ Ἀριστίππῳ ἐξήρκεσεν ὑπὸ μητρὶ μόνῃ φιλοσοφούσῃ, τραφέντι, Μητροδιδάκτῳ κληθῆναι. ἴστε ἆρα ὃν λέγω Ἀρίστιππον, οὐκ ἐκεῖνον τὸν πάνυ, τὸν Σωκράτους ὁμιλητὴν, ἀλλὰ τὸν ἐκείνου θυγατριδοῦν. Euſebius, de Præparat. Evangel. libro XIV. ubi de Ariſtippo: τούτου γέγονεν ἀκουστὴς Σύναλλος, (an σὺν ἄλλοις?) καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη, ἥτις γεννήσασα παῖδα, ὠνόμασεν Ἀρίστιππον, ὃς ὑπαχθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας, Μητροδίδακτος ἐκλήθη. Meminit & Ælianus de Animal. III. 40.

Τοῦ δὲ Κυρηναϊκοῦ Φιλοσόφου, φέρεται βιβλία,] Omiſit Laërtius Ariſtippi librum περὶ φυσιολογιῶν, cujus ipſe meminit in Vita Pythagoræ.

84 Πρὸς Λαΐδα, περὶ τοῦ κατόπτρου] Lais Speculum Veneri dicavit: qua de re exſtat in Anthologia Platonis hoc nobile Epigramma:

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐρώντων
Ἐσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαὶς ἔχουσα νέων,
Τῇ Παφίῃ τὸ κάτοπτρον. ἐπεὶ τοίη μὲν ὁρᾶσθαι
Οὐκ ἐθέλω· οἵη δ' ἦν πάρος, οὐ δύναμαι.

quod ita Latinum fecit Auſonius Burdigalenſis:

Lais anus, Veneri ſpeculum dico. Dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus, quia cernere talem,
Qualis ſum, nolo: qualis eram, nequeo.

Et hoc Luciani:

Ἑλλάδα νικήσασαν ὑπέρβιον ἀσπίδα Μήδων,
Λαὶς θῆκεν ἑῷ κάλλει λῃδίην.
Μούνῳ ἐνικήθη ὑπὸ γήραϊ, καὶ τὸν ἔλεγχον
Ἄνθετό σοι, Παφίη, τὸν νεότητι φίλον.
Ἧς γὰρ ἰδεῖν στυγέει πολιῆς παναληθέα μορφὴν,
Τῆς δὲ συνεχθαίρει καὶ σκιόεντα τύπον.

Ea de re fortaſſe Ariſtippus eo in libro diſſerebat.

Χρειῶν τρία] De Chriis, videndus Leopardus. Scripſerat Ariſtippus & περὶ παλαιᾶς τρυφῆς· cujus libri meminit ſuprà Laërtius in Periandro & in Socrate; ubi nos vide. Ceterùm de Ariſtippeia dictione, legendus auctor libelli περὶ ἑρμηνείας. 85

Τέλος δ' ἀπέφαινε τὴν λείαν κίνησιν εἰς αἴσθησιν ἀναδιδομένην] Idem legas, & totidem verbis, apud Heſychium Illuſtrem.

Ὧν τοὺς κορυφαιοτάτους Ἐρετρικοὺς ἔχειν οὕτως] Verè Caſaubonus: Ἐρετρικοὺς ὠνόμαζον. ἔχει δὲ οὕτως.

Αἰθίῳ Πτολεμαεύς] De Æthiope illo è Ptolemaïde, alibi legere me non memini. 86

Ἀντίπατρος Κυρηναῖος] De quo, Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. I. *Nam illud Antipatri Cyrenaici eſt quidem paullò obſcœnius, ſed non abſurda ſententia eſt: cujus cæcitatem cùm mulierculæ lamentarentur, Quid agitis, inquit, an vobis nulla videtur voluptas eſſe nocturna?*

Οὐ Θεόδωρος, ὁ ἄθεος, εἶτα θεός] Infrà, in Stilpone: ὅτε καὶ Θεόδωρος, τὸν ἐπίκλην θεόν. rationem hujus cognominis mox ipſe Laërtius declarabit. De Theodoro illo, ita Suidas in Θεόδωρος· Θεόδωρος ὁ ἐπίκλην ἄθεος. ὃς ἠκροάσατο Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. διήκουσε δὲ καὶ Βρύσωνος, καὶ Πύρρωνος τοῦ ἐφεκτικοῦ, ἀδιαφορίαν δοξάζων. καὶ παραδιδοὺς αἵρεσιν ἰδίαν εὗρεν, ἥτις Θεοδώρειος ἐκλήθη. οὗτος ἔγραψε πολλὰ συντείνοντα εἰς τὴν οἰκείαν αἵρεσιν, καὶ ἄλλα τινά.

Ἐπιτιμήδης Κυρηναῖος] De quo nihil accepimus. Suidas: Ἐπιτιμήδης, ὄνομα κύριον.

Οὐ Παραιβάτης] Παραβάτης, apud Suidam, in Ἀνίκερις, & in Ἀρίστιππος. utrumque rectè.

Ἡγησίας ὁ πεισιθάνατος] De eo, Cicero Tuſcul. I. *A malis igitur mors abducit, non à bonis, verum ſi quærimus. Hoc quidem à Cyrenaïco Hegeſia ſic coprosse diſputatur, ut is à Rege Ptolemæo prohibitus eſſe dicatur illa in ſchola dicere, quòd multi, his auditis, mortem ſibi ipſi conſciſcerent. Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum eſt: quem ait, cùm nihil ei accidiſſet adverſi, è muro ſe in mare abjeciſſe, lecto Platonis libro. Ejus autem, quem dixi, Hegeſiæ liber eſt ἀποκαρτερῶν· quo è vita quidam per inediam diſcedens revocatur ab amicis: quibus reſpondens, vitæ humanæ enumerat incommoda.* & Valerius Maximus VIII. 9. *Quantùm eloquentiâ valuiſſe Hegeſiam Cyrenaïcum Philoſophum arbitramur? qui ſic mala vitæ repræſentabat, ut eorum miſeranda imagine audientium pectoribus inſerta, multis voluntaria mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret. ideoque à Rege Ptolemæo ulterius hac de re diſſerere prohibitus eſt.*

Καὶ Ἀννίκερις, ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος.] Annicerim Platonem redemiſſe, ſcribit præterea Laërtius infra, in Platone: λυτροῦται δὴ αὐτὸν κατὰ τύχην παρὼν Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος, εἴκοσι μνῶν, &c. Sed veriſimile non eſt Annicerim illum, Platonis æqualem, diſcipulum fuiſſe Parabatæ, ut refert hoc loco Laërtius: Parabatæ, inquam, qui, eodem Laërtio teſte (nam aliter Suidas, loco proximè memorando,) Epitimedis Cyrenæi diſcipulus fuit: qui quidem Epitimedes Antipatrum audiverat; Antipater verò, Ariſtippum, Platonis æqualem. Sed neque veroſimile eſt hunc errorem erraſſe Laërtium, virum in Philoſophica Hiſtoria verſatiſſimum. Exiſtimamus igitur, hæc verba, ὁ Πλάτωνα λυτρωσάμενος, addita hîc fuiſſe à ſemidocto quodam Scriptore Librario, huc advecta ex Vita Platonis. Fuere verò duo Annicerides; Cyrenæus uterque. Prior, is qui Platonem redemit in Ægina; de quo, præter Laërtium dicto loco in Vita Platonis, Ariſtides Orat. II Platonica: καὶ πωλοῦντος Πόλλιδος, Ἑλλήνων μὲν οὐδεὶς ὠνεῖτό σε (Platonem compellat) οὕτω πάντες κατεῖχοντο ὑπὸ τῶν σῶν λόγων. Λίβυς δ' ἄνθρωπος, Ἀννίκερος ὄνομα, (lege Ἀννίκερις) ὃν οὐδ' ἠπίστατο ἀνθρώπων οὐδεὶς, εἰ μὴ ταῖς σαῖς συμφοραῖς ἀπεχρήσατο· νῦν δ' οὐ Πλάτωνα ἐπρίατο ἀλλὰ δόξαν αὐτῷ, καὶ τὸ γιγνώσκεσθαι. καὶ τότε ἤδη Δίων τὰ θαυμαστὰ ἐφιλανθρωπεύετο, πέμπων τὰ λύτρα τῷ Λίβυϊ. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνός γ' ἠττήθη τοῦ Δίωνος. ἀλλ' ἀφῆκέ σε πρῶτα, ὁ μηδεπώποτ' ἰδὼν πρότερον, μηδ' ὁμιλήσας μηδαμοῦ νήσων, μηδ' ἠπείρου. De eodem Anniceride, accipiendus Ælianus Var. Hiſt. II. 27. Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος ἐπὶ τῇ ἱππείᾳ μέγα ἐφρόνει, καὶ ἁρμάτων ἐλάσει· καὶ οὖν ποτε καὶ ἐβουλήθη Πλάτωνι ἐπιδείξασθαι τὴν τέχνην. ζεύξας οὖν τὸ ἅρμα, περιήλασεν ἐν Ἀκαδημίᾳ δρόμους παμπόλλους, οὕτως ἀκριβῶς φυλάττων τοῦ δρόμου τὸν στίχον ὡς μὴ παραβαίνειν τὰς ἁρματοτροχίας, ἀλλ' ἀεὶ κατ' αὐτῶν ἰέναι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες, ὥσπερ εἰκὸς, ἐξεπλάγησαν, ὁ δὲ Πλάτων, τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῷ σπουδὴν διέβαλεν, εἰπών, Ἀδύνατόν ἐστι, τὸν εἰς μικρὰ οὕτω, καὶ οὐδενὸς ἄξια τοσαύτην φροντίδα κατατιθέμενον, ὑπὲρ μεγάλων τινῶν σπουδάσαι, &c. Lucianus in Demoſthenis Encomio: φασὶν Ἀννίκεριν τὸν Κυρηναῖον φιλοτιμηθῆναι πρὸς Πλάτωνά τε καὶ τοὺς ἑτέρους· τὸν μὲν γὰρ Κυρηναῖον ἁρματηλασίαν ἐπιδεικνύντα πολλοὺς περὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἐξελαύνειν δρόμους, ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρματοτροχίας ἅπαντας, μηδὲν παραβάντα, ὥσθ' ἑνὸς δρόμου σημεῖα κατὰ τῆς γῆς ὑπολείπεσθαι. Meminit ejus & Plato in Dione. Alter Anniceris, fuit is qui ſectam inſtituit, ab ejus nomine *Annicerium* nuncupatam; de quo hoc loco Laërtius. Strabo lib. XV. ubi de Cyrenæis: καὶ Ἀννίκερις, ὁ δεκὼν ἐπανορθῶσαι τὴν Κυρηναϊκὴν αἵρεσιν, καὶ παραγαγεῖν αὐτ' αὐτῆς τὴν Ἀννικέρειον. & plenius Suidas: Ἀννίκερις, Κυρηναῖος Φιλόσοφος, ὃς Ἐπικούρειος ἐγένετο, καίτοι ἂν Παραβάτου γνώριμος, τοῦ Ἀριστίππου ἀκηκοότος· ἦν δὲ τῷ Ἀννικέριδι καὶ ἀδελφὸς, Νικοτέλης ὄνομα, Φιλόσοφος. μαθητὴς δὲ αὐτοῦ ἐπιφανὴς Ποσειδώνιος· ἐκ τούτου αἵρεσις ἡ καλουμένη Ἀννικέρειος. ἦν δὲ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου.

Τὴν μὲν, λείαν κίνησιν, τὴν ἡδονήν· τὸν δὲ πόνον τραχεῖαν κίνησιν] Legendum videtur, τὴν μὲν, λείαν κίνησιν· τὸν δὲ, τραχεῖαν κίνησιν. Ita mox, καὶ τὴν μὲν, εὐδοκητὴν πᾶσι ζώοις· τὸν δ' ἀποκρουστικόν. De voce, ἡδονῆς, Cicero de Finibus bonorum & malorum libro III. *quamque Stoici, communi nomine corporis & animi ἡδονὴν appellant, ego malo* lætitiam *appellare; quaſi geſtientem animi elationem voluptariam.*

Μηδὲ ἡδεῖόν τι εἶναι] Editio Stephanica & Baſileenſis, ἰδιον. Lege cum Caſaubono, ἥδιον. 87

Ἀποκρουστικὸν] Lego, ἀπόκρουστον.

Παναίτιος ἐν τῷ Περὶ αἱρέσεων] Neque aliunde ſunt, quæ paulò antè è Panætio Laërtius de libris Ariſtippi commemorat, ait Jonſius.

Τέλος εἶναί φασι] Legendum φὰς, & ad Epicurum referendum.

Δοκεῖ δ' αὐτοῖς καὶ τέλος, &c.] Conſule Aldobrandinum.

Ἡ δὲ τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις, ὡς εἴρηται παρ' Ἐπικούρῳ, δοκεῖ αὐτοῖς μὴ εἶναι ἡδονή] Cicero libro II. de Finibus, adverſus Epicureos diſputans, qui ſummam voluptatem detractione doloris terminabant: 89
Hoc dixerit potius Ennius,

--- nimium boni eſt, cui nihil mali eſt.

Nos beatam vitam, non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus. Habuit autem hoc Ennius ab Euripide, cujus hi ſunt verſus in Hecuba,

--- κεῖνος ὀλβιώτατος,
Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

quod jampridem monuit Muretus Variarum Lectionum v. 13.

Ἐπεὶ ἡ ἀπονία, οἱονεὶ καθεύδοντός ἐστι κατάστασις] Appoſitè in hanc rem Clemens Alexandrinus Στρωματέων lib. II. οἱ δὲ Ἀννικέρειοι καλούμενοι, ἐκ τῆς Κυρηναϊκῆς διαδοχῆς, τοῦ μὲν ὅλου βίου τέλος οὐδὲν ὡρισμένον ἔταξαν· ἕκαστος δὲ πράξεως ἴδιον ὑπάρχειν τέλος, τὴν ἐκ τῆς πράξεως περιγινομένην ἡδονήν. οὗτοι οἱ Κυρηναϊκοὶ τὸν ὅρον τῆς ἡδονῆς Ἐπικούρου, τουτέστι τὴν τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσιν, ἀθετοῦσιν, νεκρῶν κατάστασιν ἀποκαλοῦντες· χαίρειν γὰρ ἡμᾶς, μὴ μόνον ἐπὶ ἡδοναῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὁμιλίαις, καὶ ἐπὶ φιλοτιμίαις· ὁ δὲ Ἐπίκουρος, πᾶσαν χαρὰν τῆς ψυχῆς οἴεται ἐπὶ πρωτοπαθούσῃ σαρκὶ γενέσθαι. *Qui autem vocantur Annicerei, ex ſucceſſione Cyrenaïca, nullum totius vitæ finem terminatum ſtatuerunt: uniuſcujuſque autem actionis proprium eſſe finem, nempe eam quæ ex actione efficitur, voluptatem. Hi Cyrenaïci, Epicuri voluptatis terminum, hoc eſt, doloris ablationem, infirmant & abrogant, cum conſtitutionem mortui appellantes: non ſolum enim nos gaudio affici propter voluptates, ſed etiam propter conſuetudines & honores. Epicurus autem exiſtimat omnem effici lætitiam ex carne primò affecta.*

Χαρὰν ἐγγίνεσθαι] Videtur quid deeſſe: verbi gratia, ὡς καὶ τοὐναντίον, aut quid ſimile: nihil enim eſt quod reſpondeat τῷ ἀλγηδόνας.

Ἐκλύεται] Ἐκλύεσθαι Caſaub. 90

Μέσας τε καταστάσεις ὠνόμαζον εὐηδονίαν καὶ ἀπονίαν] Optimè in hanc rem Sextus Empiricus adverſus Mathematicos, ex mente Cyrenaïcorum: τῶν γὰρ παθῶν τὰ μὲν ἐστιν ἡδέα· τὰ δὲ, ἀλγεινά· τὰ δὲ, μεταξύ. καὶ τὰ μὲν ἀλγεινὰ, κακὰ φασιν εἶναι, ὧν τέ-

λος ἀλγηδών· τὰ δὲ ἡδέα, ἀγαθὰ, ὧν τέλος ἐστὶν ἀδιάψευστον, ἡδονή. τὰ δὲ μεταξὺ, οὔτε ἀγαθὰ, οὔτε κακὰ, ὧν τέλος, τὸ οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακόν· ὅπερ πάθος ἐστὶ μεταξὺ ἡδονῆς καὶ ἀλγηδόνος. *Ex affectionibus enim aliæ quidem ſunt jucundæ; aliæ verò aſperæ & moleſtæ; aliæ verò intermediæ. Et aſperas quidem ac moleſtas dicunt eſſe malas: quarum finis eſt dolor: jucundas autem, bonas; quarum finis qui ſalli non poteſt, eſt voluptas. Quæ autem ſunt intermediæ, nec ſunt bonæ, nec malæ; quarum finis, nec eſt bonus, nec malus; qui quidem eſt affectio inter voluptatem & dolorem.*

Πολὺ μέν τοι τῶν ψυχικῶν τὰς σωματικὰς ἀμείνους εἶναι, καὶ τὰς ὀχλήσεις χείρους, τὰς σωματικάς] Qua de re diſſerentem vide Maximum Tyrium Diſſertatione ultima, quæ inſcribitur, Πότερα χαλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος, ἢ τὰ τῆς ψυχῆς. Vide & Tullium Tuſcul. Quæſt. libro 3.

Χαλεπώτερον γὰρ τὸ ποιεῖν, οἰκειότερον δὲ, τὸ ἥδεσθαι) Mericus Caſaubonus: οἰκειότερον δὲ, τὸ ἄχθεσθαι. Id eſt, *mœrere: triſtitiâ affici.*

Κατ' αὐτὴν αἱρετῆς οὔσης τῆς ἡδονῆς] Corrige, καθ' αὐτήν. Malè κατὰ ταύτην ceteræ editiones.

Εὐδαιμονίαν ποιούντων] Lege ποιουσῶν, vel ποιοῦντα. Malè editio Baſileenſis, εὐδαιμονίαν μὴ ποιούντων: nec meliùs Stephanica, εὐδαιμονίαν μὴ ποιοῦντα.

92 Τά τε πάθη καταληπτά] Legendus omnino Euſebius de Præparat. Euangelica libro XIV. capite πρὸς τοὺς κατ' Ἀρίστιππον φιλοσόφους, μόνα λέγοντας τὰ πάθη εἶναι καταληπτὰ, τὰ δὲ λοιπὰ ἀκατάληπτα, & cap. 13.

Μελέαγρος δὲ ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ δοξῶν] Quis Meleager ille fuerit, & quâ ætate vixerit, non liquet.

Κλειτόμαχος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τῶν αἱρέσεων] Hos Clitomachi de Sectis libros, laudatos alibi non reperio.

Τὸν Περὶ ἀγαθῶν] Caſaubonus, τὸν, τὸν Περὶ ἀγαθῶν.

Οὐδὲν ἄτοπον πράξει] Vetus Codex, teſte Sambuco,
93 οὐδένα τρόπον παραλλάξει. Nihil mutandum.

Εἶναι δὲ τὸν σοφὸν προκοπὴν, &c.] Rectè Caſaubonus, Εἶναι δὲ τὸν σοφόν. προκοπὴν, &c.

Μήτε δὲ χάριν τι εἶναι] τινὰ εἶναι, ceteræ Editiones minùs rectè.

Ἡμᾶς αὐτὰ] αὐτὰ abundat.

Ἀλλὰ διὰ τὰς χρείας αὐτὰς] Ita quoque Editio princeps. Stephanica, χρείας καὶ αὐτοὺς, minùs rectè.

Ὥστε διὰ ταῦτα ἀνύπαρκτον τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι· τήν
94 τε ζωὴν καὶ τὸν θάνατον αἱρετόν.] Mericus Caſaubonus ita hunc locum optimè conſtituebat: ὥστε διὰ ταῦτα, ἀνύπαρκτον τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι, τήν τε ζωὴν· καὶ τὸν θάνατον αἱρετόν.

Ἠπελάμβανον] Corrige, ὑπελάμβανον.

95 Κἂν γὰρ τὰ μέγιστα δοκῇ παρ' αὐτοῦ καρποῦσθαι] Lego, παρ' ἄλλου.

Τῶν τ' εὐλόγως] ἀλόγως legit Ambroſius: & ita Editio Baſileenſis. Sed εὐλόγως rectum eſt; & ita MS. Codex Regiæ Bibliothecæ, nec non Stephanica Editio. Legit Mericus Caſaubonus: τότ' εὐλόγως φαινόμενον, πάντα πράττειν. Eum vide.

Τυγχάνειν] τυγχάνει δεῖν Caſaub.

Κατηναγκασμένον] πιεζόμενον, habent MSS. ceterique editi.

Ὑπομένειν.] Hîc, & linea ſequenti, rectè Caſaubo- 97
nus ὑπομενεῖν reponebat.

Οἱ δὲ Θεοδώρειοι κληθέντες, τὴν μὲν ὀνομασίαν ἔσπασαν ἀπὸ Θεοδώρου] Suidas, in Θεόδωρος ἄθεος: καὶ παραδιδοὺς αἵρεσιν ἰδίαν εὗρεν, ἥτις Θεοδώρειος ἐκλήθη.

Ἦν δὲ ὁ Θεόδωρος παντάπασιν ἀναιρῶν τὰς περὶ θεῶν δόξας] De hac Theodori opinione, Cicero lib. I. de Natura Deorum, Sextus Pyrrh. Hypotypoſ. lib. III. cap. 24. & lib. VIII. adverſus Mathematicos. & Plutarchus libro primo de Placitis Philoſophorum cap. 7. & Clemens Alexandrinus in Admonitione ad Gentes.

Οὐκ εὐκαταφρονήτῳ] Dictum κατὰ λιτότητα: quo loquendi genere plus nonnumquam ſignificatur, quàm ſimplici affirmatione ut pluribus exemplis docet ad Polybium Caſaubonus, dum probare conatur hoc Titi Livii de Polybio Hiſtoricorum principe elogium, *Polybius haud quaquam ſpernendus auctor*, nec frigidum eſſe, nec jejunum, quemadmodum Urſinus exiſtimabat. Mihi, ut dicam quod ſentio, hæc laudatio infra tanti Scriptoris dignitatem ſemper viſa fuit. Sed fortaſſe verum eſt, quod mihi olim Hugo Grotius, dum eum ea de re conſulerem, reſpondit: Titum Livium hoc loco, *auctoris* vocabulo, non *Scriptorem*, ſed *teſtem* intellexiſſe, cùm de re geſta ſermo ſit: *Hunc* (Syphacem) *in triumpho ductum Polybius haudquaquam*, &c. Quamquam *Jovem non contemnendum* dixiſſe Livium, non ſim neſcius.

Ἐξ οὗ φασιν Ἐπίκουρον τὰ πλεῖστα λαβόντα, εἰπεῖν] MS. Regius: Ἐπίκουρον λαβόντα τὰ πλεῖστα εἰπεῖν. Epicuri librum de *Sanctitate*, de quo Cicero libro I. de Natura Deorum, Laërtius innuit. Fallitur autem Franciſcus Petrarcha, qui in Triumpho Famæ cap. IV. Ariſtippum Epicuri diſcipulum facit:

Contra' l buon Sire, che l' umana ſpeme
Alzò, ponendo l' anima immortale,
S' armò Epicuro; onde ſua fama geme;
Ardito a dir, ch' ella non foſſe tale.
Così al lume fù famoſo, e lippo
Con la brigata al ſuo maeſtro equale;
Di Metrodoro parlò, e d' Ariſtippo.

ſiquidem Theodorus ille ἄθεος, à quo plurima accepit Epicurus, diſcipulus fuit Ariſtippi τοῦ μητροδιδάκτου, Aretes filii, filiæ Ariſtippi: de quo non monuiſſe miror diſertiſſimi illius Vatis eruditos Interpretes. Eumdem errorem erravit & Pſeudo-Acro ad Horatii Epiſtolam 17. libri I. ubi Ariſtippum ſectæ Epicureæ fautorem appellat.

Ἤκουσε δὲ καὶ Ἀννικέριδος ὁ Θεόδωρος, καὶ Διονυσίου τοῦ Διαλεκτικοῦ] Diſcipulum fuiſſe Zenonis Cittienſis, nec non Chryſonis & Pyrrhonis, ſcribit Suidas. Porrò Dionyſii Dialectici mentionem facit & Numenius apud Euſebium de Præparat. Evangelica libro XIV. cap. περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα πρώτης διαδοχῆς. Meminit & Strabo lib. XII. his verbis; quibus patriam ejus nos docet: ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, Ξενοκράτης τε Φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ Διαλεκτικὸς, &c. 98

Λέγε δὲ καὶ εὔλογον εἶναι, τὸν σπουδαῖον μὴ ἐξα-

γαγεῖν ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἑαυτόν] Pro patria vivendum, non moriendum, inquiebat ille. Malè, pro μὴ ἐξαγαγεῖν, apud Heſychium Mileſium legitur ὑπεξαγαγεῖν.

99 Εἶναί τε πατρίδα τὸν κόσμον] Idem & Socrati videbatur; qui, ut eſt apud Ciceronem Tuſc. Quæſt. lib. v. cùm rogaretur, cujatem ſe eſſe diceret, Mundanum, inquit.

Κλέψειν τε καὶ μοιχεύσειν, καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ· μηδὲν γὰρ εἶναι τούτων αἰσχρὸν φύσει] Qua de re videndus omnino Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon lib. III. cap. 24.

Ἧ σύγκειται ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων συνοχῆς] Id eſt, *de qua, ut imprudentes coërceret, conventum eſt.*

Φανερῶς δὲ τοῖς ἐρωμένοις ἄνευ πάσης ὑφοράσεως χρήσεσθαι τὸν σοφόν] Quemadmodum Crates Philoſophus. Vide Sextum Empiricum loco laudato. Hipparchiæ veſtem in convivio ſuſtuliſſe Theodorum ἄθεον, infrà, in Hipparchia, narrat Laërtius: unde colligas facta dogmatibus ejus congruiſſe.

100 Ἔστι δὲ χρήσιμος πρὸς τὸ πλησιάζειν] Harum vocum interpretationem omiſit Aldobrandinus.

Κολοιὸς] Id eſt, *gracculus. Pica*, malè Aldobrandinus.

101 Ἀμφικράτης δὲ ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν] Meminit hujus libri Amphicratis etiam Athenæus XIII. 5. Θεμιστοκλῆς ἐξ ἑταίρας ἦν γεγεννημένος, ὄνομα Ἀβροτόνου, ὡς Ἀμφικράτης ἱστορεῖ ἐν τῷ Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. Eumdem eſſe Jonſius exiſtimabat Rhetora illum Amphicratem, qui apud Tigranem, ut eſt apud Plutarchum in Lucullo, voluntariâ inediâ vitam finivit.

Πρὸς Λυσίμαχον πρεσβευτὴς] *Theodorus Lyſimacho mortem minitanti. Magnum verò, inquit, effeciſti, ſi cantharidis vim conſecutus es.* Verba ſunt Ciceronis. v. Tuſcul. Quæſt. Meminit & lib. I. *Quid? Cyrenæum Theodorum Philoſophum non ignobilem, nonne miramur? cui cùm Lyſimachus rex crucem minaretur; iſtis quæſo, inquit, iſta horribilia minitare Purpuratis tuis: Theodori quidem nihil intereſt, humine, an ſublime putreſcat.*

102 Ἡ γὰρ τῶν Ἀθηναίων πόλις οὐ δυναμένη με φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον] Quod ipſum teſtatur & Plutarchus tractatu de Exilio; his verbis: θαυμαστὸν γὰρ εἰ Θεόδωρος ἀπαρρησίαστος ἦν, ὃς Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως εἰπόντος πρὸς αὐτὸν, Ἡ πατρίς σε τοιοῦτον ὄντα ἐξέβαλε; Ναὶ, εἶπε, μὴ δυναμένη φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον. Et Philo Judæus in libro Quòd omnis probus liber. Verba ejus ſunt: προσανερομένου Λυσιμάχου, μὴ καὶ ἐκ τῆς πατρίδος ἐξέπεσες φθόνῳ, ἀποκρίνασθαι, Φθόνῳ μὲν οὔ, φύσεως δὲ ὑπερβολαῖς, ἃς ἡ πατρὶς οὐκ ἐχώρει. καθάπερ γὰρ Σεμέλης ἡνίκα Δίουσον ἐκύει, τὸν ἄχρι τῆς ἀποτέξεως χρόνον ἐνεγκεῖν οὐ δυνηθεῖσης, καταπλαγεὶς Ζεὺς τὴν τοῦ κατὰ γαστρὸς φύσιν ἠλιτόμηνον ἐξέκαυσε, καὶ ἰσότιμον τοῖς οὐρανίοις ἀπέφηνε θεοῖς· οὕτω κἀμὲ τῆς πατρίδος βραχυτέρας οὔσης ἢ ὥστε δέξασθαι φιλοσόφου φρονήματος ὄγκον τοσοῦτον, δαίμων τις ἢ θεὸς ἀναστήσας, εἰς εὐτυχέστερον τόπον Ἀθήνας ἀποικίσαι διενοήθη. Refert ejuſdem Theodori & aliud dictum ad eumdem Lyſimachum idem Philo ibidem. Θεόδωρον λόγος ἔχει τὸν ἐπικληθέντα ἄθεον. ἐκπεσόντα τῶν Ἀθηνῶν, καὶ πρὸς Λυσίμαχον ἐλθόντα, ἐπειδή τις τῶν ἐν τέλει τὸν δρασμὸν ὠνείδισεν, ἅμα καὶ τὰς αἰτίας ἐπιλέγων, ὅτι ἐπὶ ἀθεότητι καὶ διαφθορᾷ τῶν νέων καταγνωσθεὶς ἐξέπεσεν, οὐκ ἐξέπεσεν, φάναι· τὸ δ' αὐτὸ ἔπαθον τῷ Διὸς Ἡρακλεῖ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐξετέθη πρὸς τῶν Ἀργοναυτῶν, οὐκ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅτι μόνος πλήρωμα καὶ ἕρμα καθ' αὑτὸν ὢν ἐναυβάρει, δέος παρασχὼν τοῖς συμπλέουσι μὴ τὸ σκάφος ὑπέραντλον γένηται· κἀγὼ διὰ τοῦτο μετανέστην, ὕψει καὶ μεγέθει τῆς ἐμῆς διανοίας, τῶν πολιτευομένων Ἀθήνησι οὐ δυνηθέντων συνδραμεῖν, ἀλλὰ καὶ φθονηθείς.

Μητροκλέα τὸν Κυνικὸν] Cujus Vitam ſcripſit Laërtius.

Σκάνδικας πλύνοντα] Heſychius: σκάνδιξ. λάχανον ἄγριον. παρὸ καὶ σκανδικοπώλην τὸν Εὐριπίδην λέγουσιν, ἐπειδὴ λαχανοπωλητρίας υἱὸν αὐτὸν εἶναί φασι. De hoc oleris genere, Dioſcorides II. 168.

Τελευταῖον εἰς Κυρήνην ἀπελθὼν, καὶ Μαρίῳ συμβιοὺς] καὶ Μάγᾳ συμβιοὺς ſcripſiſſe Laërtium, Grentemenilius probabili conjectura exiſtimabat. Fuit Magas Cyrenarum Rex, Philippi cujuſdam Macedonis, viri plebeii & ignobilis, & Berenices filius; Philadelphi frater uterinus, à quo defecit, ut eſt apud Pauſaniam lib. I. Igitur tempora concordant: ſiquidem temporibus Ptolemæi & Lyſimachi vixit Theodorus. Tanaquillus Faber nihil mutandum exiſtimabat. 103

Κακῶς ποιεῖτε] καλῶς, malebat H. Stephanus; quem vide in Præfatione ad Laërtium.

Σάμιος, υἱὸς Ῥοίκου] Theodorus ille Samius, Rhœci filius non fuit, ſed Teleclis, ſi fides Pauſaniæ in Arcadicis: διέχεαν δὲ χαλκὸν πρῶτοι, καὶ ἀγάλματα ἐχώνευσαντο Ῥοῖκός τε Φιλαίου, καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους, Σάμιοι. Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τοῦ λίθου τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει τε τὰ μάλιστα, καὶ ἐπ' αὐτῆς περισσῶς δή τι ἠγάλλετο. Et in Phocicis: Ἐδήλωσα δὲ ἐν τοῖς προτέροις τοῦ λόγου Σαμίους Ῥοῖκον Φιλαίου (nota varietatem lectionis) καὶ Θεόδωρον Τηλεκλέους, εἶναι τοὺς εὑρόντας χαλκὸν ἐς τὸ ἀκριβέστατον τῆξαι· καὶ ἐχώνευσαν οὗτοι πρῶτοι. Θεοδώρου μὲν δὲ οὐδὲν ἔτι οἶδα ἐξευρὸν, ὅσα γε χαλκοῦ πεποιημένα. Ἐν δὲ Ἀρτέμιδος τῆς Ἐφεσίας πρὸς τὸ οἴκημα ἐρχομένῳ τὸ ἔχον τὰς γραφὰς, λίθου θριγκός ἐστιν ὑπὲρ τοῦ βωμοῦ τῆς Πρωτοθρονίης καλουμένης Ἀρτέμιδος, ἀγάλματα δὲ ἄλλα τε ἐπὶ τοῦ θριγκοῦ, καὶ γυναικὸς εἰκὼν πρὸς τῷ πέρατι ἕστηκε, τέχνη τοῦ Ῥοίκου, Νύκτα δὲ οἱ Ἐφέσιοι καλοῦσι. Sed Rhœci filium facit quoque Diodorus Siculus lib. I. extremo: τῶν τε ἀγαλματοποιῶν παλαιῶν τοὺς μάλιστα διωνομασμένους διατετριφέναι παρ' αὐτοῖς (Αἰγυπτίοις) Τηλεκλέα καὶ Θεόδωρον, τοὺς Ῥοίκου μὲν υἱοὺς, κατασκευάσαντας δὲ τοῖς Σαμίοις τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου ξόανον. τοῦ γὰρ ἀγάλματος ἐν Σάμῳ μὲν ὑπὸ Τηλεκλέους ἱστορεῖται τὸ ἥμισυ δημιουργηθῆναι, κατὰ δὲ τὴν Ἔφεσον ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοδώρου τὸ ἕτερον μέρος συντελεσθῆναι, συντεθέντα δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη συμφωνεῖν οὕτως, ὥστε δοκεῖν ὑφ' ἑνὸς τὸ πᾶν σῶμα κατεσκευάσθαι. τοῦτο δὲ τὸ γένος τῆς ἐργασίας παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησι μεθαμῶς ἐπιτηδεύεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις μάλιστα συντελεῖσθαι, &c. Hujus porrò Theodori Samii meminit Athenæus lib. XII. οὐ μακρὰν τε ταύτης ἀνακεῖσθαι κρατῆρα χρυσοῦν, Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ποίημα. Et Plinius libro XXXIV. cap. 8. *Theodo-*

rus, qui labyrinthum fecit Sami, ipſe ſe ex ære fudit, præter ſimilitudinem mirabilem fama magnæ ſubtilitatis celebratus: dextrâ limam tenet, lævâ tribus digitis quadrigulam tenuit, tranſlatam Præneſte, tantæ parvitatis, ut totam eam currumque & aurigam integeret alis ſimul facta muſca: quæ tamen de Theodoro Statuario; de quo mox Laërtius; accipi poſſunt. Plinius lib. xxxv. cap. 12. *Sunt qui in Samo primos omnium pluſticen inveniſſe Rhoecum & Theodorum tradant, multò ante Battiadas Corintho pulſos:* Et lib. VII. cap. 56. *Normam autem, & libellam, & tornum, & clavem, Theodorus Samius invenit.* Meminit Theodori Samii, Statuarii, & Plato Jone. Meminit quoque Theodori Samii Plinius lib. xxxv. cap. XI. ſed ut pictoris: ubi Nicoſthenis diſcipulum fuiſſe dicit. Rhoecus verò, Theodori pater, memoratur Herodoto in Thalia, ubi de Samiorum templo; omnium, quæ Herodotus vidit, ampliſſimo: τοῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος Φίλεω, ἐπιχώριος. Φίλεω filius dicitur Herodoto: Φιλαίου & Φιαίου Pauſaniæ. Ceterùm, hunc Laërtii locum exſcripſit ad verbum Heſychius Mileſius.

Δεύτερος, Κυρηναῖος γεωμέτρης, οὗ διήκουσε Πλάτων] De quo, Plato in Thæeteto & in Rivalibus. item Proclus in primo Commentario ad librum II. Euclidis.

Οὗ τὸ φωνασκικὸν φέρεται, βιβλίον πάγκαλον] Ita Codex Regius: ita & Sambucus. Malè ceteræ Editiones πώμαλον: quæ vox nihili eſt. πώμαλα quidem Græcum eſt, πώμαλον non item. De Phonaſcis, Quintilianus libro I. Inſtitut. Adi Suidam in φωνασκεῖν.

104 Ὁ περὶ τῶν νομοποιῶν πεπραγματευμένος, ἀρξάμενος ἀπὸ Τερπάνδρου] *De Legumlatoribus*, interpretantur Ambroſius & Aldobrandinus; nec non Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. III. & Jonſius de Hiſtoria Philoſ. lib. IV. Et ſanè, Terpandrum Lacedæmoniorum Leges verſibus ſcripſiſſe, docet nos Clemens στρωματέων I. μέλος τε αὖ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος· Sed & ad muſicæ nomos referri poſſe τὸ νομοποιῶν, vel quæ ſequuntur de Terpandro Muſico, ſuadent. Suidas quoque de Terpandro: πρῶτος ἐπτάχορδον ἐποίησε τὴν λύραν, καὶ νόμους λυρικοὺς πρῶτος ἔγραψε. Item Proclus in Chreſtomathia; ubi de Nomo, Melici Carminis genere: δοκεῖ δὲ καὶ Τέρπανδρος μὲν πρῶτος τελειῶσαι τὸν Νόμον, ἡρῴῳ μέτρῳ χρησάμενος.

Ὄγδοος, Συρακούσιος, περὶ Τακτικῶν γεγραφὼς] Non meminit hujus Theodori περὶ Τακτικῶν Scriptoris Ælianus, qui capite x. libri περὶ στρατηγικῶν τάξεων Ἑλληνικῶν, Scriptores Τακτικῶν plurimos recenſet. An fuerit Theodorus ille de quo Valerius Maximus libro & cap. 3. *In Theodoro, viro graviſſimo, Hieronymus Tyrannus fruſtra tortorum manus fatigavit,* &c. Fuiſſe enim illum Syracuſanum, conjicere eſt ex Livio libro XXIV. cap. 5. ſed ubi tamen *Theodotus* libri meliores habent, non *Theodorus*, teſte Federico Gronovio, viro doctiſſimo & κριτικωτάτῳ.

Ἔννατος Βυζάντιος ἀπὸ λόγων πολιτικῶν] Lege, ὁ ἀπὸ λόγων πολιτικῶν, id eſt, *in cauſis civilibus verſatus*, Pollux IV. 1. 2. Ῥητορικὴ· ἡ αὐτὴ καὶ Πολιτική. Ῥήτωρ Ῥητορικός· ὁ αὐτὸς καὶ Πολιτικός· Ceterùm de eo Theodoro Suidas: Θεόδωρος, Βυζάντιος Σοφιστὴς, ὃς ὑπὸ Πλάτωνος Λογοδαίδαλος ἐκλήθη. ἔγραψε κατὰ Θρασυβούλου, κατὰ Ἀνδοκίδου, καὶ ἄλλα τινα. Et Dionyſius Hallicarnaſſeus, in Iſæo: Θεόδωρον δὲ τὸν Βυζάντιον, ἀρχαῖόν τινα, καὶ οὐτε ἐν ταῖς τέχναις ἀκριβῆ, οὔτε ἐξέτασιν ἱκανὴν ἐν τοῖς ἐναγωνίοις δεδωκότα λόγοις.

Δέκατος, ὁμοίως] Id eſt, *decimus, Rhetor quoque*; quemadmodum Theodorus Byzantius.

Δωδέκατος, ζωγράφος, οὗ μέμνηται Πολέμων] Scripſerat Polemon περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον: cujus libri meminit Athenæus lib. XIII. item περὶ πινάκων. Meminit & ipſe Athen. l. XI. & Diogenes noſter in Chryſ.

Περὶ οὗ γράφει Μηνόδοτος] Quis ſit Menodotus ille, ampliùs quærendum.

Θεοφάνης ἐν τῷ Περὶ γραφικῆς] Alibi, quod ſciam, eo in libro Theophanes ille non memoratur.

Ποιητὴς Ἐπιγραμμάτων] An ille eſt de quo Suidas: Θεόδωρος, ποιητὴς, ὃς ἔγραψε διάφορα δι' ἐπῶν, καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι' ἐπῶν; Fuit & Theodorus Colophonius Poëta, de quo Pollux IV. 7. 2. ἦν δὲ καὶ ἄλλο τι ἄσμα ταῖς αἰώραις προσαδόμενον, Θεοδώρου ποίημα τοῦ Κολοφωνίου. Exſtant Theodori cujuſdam duo Epigrammata in Anthologia.

Ἑπτακαιδέκατος, ἰατρός] Meminit Plinius XX. 9. & XXIV. cap. ult. Alius eſt Theodorus Medicus, ad quem ſcripſere Libanius & Chryſoſtomus, & de quo nos in Hiſtoria noſtra Medica: ubi & alios Theodoros Medicos recenſemus. Exſtat Syneſii ad Theodorum Medicum Epiſtola: item Chryſoſtomi: ſed quem alium eſſe ab iſto ſeries temporum docet; ſicut & quem commemorat Tzetzes Hiſtor. Chiliad. III. 78.

Ἀθηναῖος μαθητὴς] Athenæus, Medicus fuit Attaleus; hoc eſt, Attali ſectator. Ejus meminit Galenus lib. I. περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, ubi contra eum diſputat. Negabat ille corpus humanum conflatum eſſe ex quatuor elementis, ut reliqua mixta, nempe terrâ, aquâ, igne, aëre; cùm tamen idem conſtare ex calido, frigido, humido, ſicco, fateretur; quaſi his vocibus quidquam diverſum ab elementis ſignificaretur. Hoc nomine Galenus ἀβλεψίας eum inſimulat. Fuit idem Athenæus ex Medicis, qui Pneumaticam ſectam profitebantur, teſte eodem Galeno libro II. de Symptomatum cauſis.

Fuere & plures alii Theodori; Theodorus Aſinenſis, Porphyrii diſcipulus; de quo Proclus ad Platonis Politica, & ad Timæum, & Photius in Bibliotheca. Meminit & Nemeſius libro de Natura Hominis (falsò Gregorio Nyſſeno liber ille tribuitur) cap. 2. ubi & librum illius laudat, cui titulus Ὅτι ἡ ψυχὴ πάντα τὰ εἰδή. is eſt enim quem ille ibi Theodorum Platonicum appellat. Fuit & Theodorus Gadarenſis, Orator; quem ſua vixiſſe ætate Strabo ait libro XVI. & de quo Suidas & Suetonius in Tiberio, & Juvenalis Sat. VII. Item, Theodorus pathicus, à quo ceteri pathici dicti *Theodori*, teſte Heſychio Grammatico in Θεόδωρος: Theodorus Samothrax; de quo Ptolemæus, Hephæſtionis filius, apud Photium: Theodorus Panages; qui ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Κηρύκων γένους citatur in ἡμερο-

καλλὶς ab Etymologici magni auctore: Theodorus Hierapolita; qui ſcripſerat περὶ ἀγώνων, teſte Athenæo X. 2. Fuit & Theodorus, Metamorphoſeon ſcriptor de quo Plutarchus in Parallelis. Et Theodorus Iſocratis pater. Plutarchus in Iſocrate: Γ'σοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς τοῦ Ἐρεχθιέως, τῶν μετρίων πολιτῶν. Ita legendum, non ἀρχιερέως: quamquam & ἀρχιερέως quoque agnoſcunt Photii Codices in Bibliotheca Num. CCLX. Stephanus in Ἐρεχθία· δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἐ'ρεχθέως, τοῦ ξενίσαντος Δημήτραν. τετρασυλλάβως δὲ τοὺς Ἐρεχθέας φασίν. ὁ δημότης Ἐρεχθιεύς. καὶ Γ'σοκράτης Ἐρεχθιεὺς ἦν. Fuit & Theodorus, Tragœdiarum actor; de quo Ariſtoteles libro VII. de Rep. extremo, & Pauſanias; & qui non alius forte ab eo qui de voce exercenda ſcripſit, & quem quartum hîc numerat Laërtius. Sed omnino idem videtur ac ille, de quo Heſychius Gloſſographus: Πελεθόβαψ. Θεόδωρος ὁ κωμικὸς, ὁ ὑποκριτὴς οὕτως ἐπεκαλεῖτο. τινὲς δὲ ποιητὴν αὐτὸν φασι γεγονέναι. Ut Poëtæ & Hiſtrionis meminit Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro XIV. cap. 40. Fuit & Theodorus Phoceus, qui de Tholo ſcripſit, qui eſt in Delphis; de quo Vitruvius VII. cap. 1. qui & ibidem meminit Theodori qui de æde Dianæ quæ erat Epheſi, volumen ſcripſerat. Fuit & Theodorus Meliteniotas, Conſtantinopolitanus, Magnus Sacellarius Magnæ Eccleſiæ, cujus exſtat Procœmium in Aſtronomiam, quod ex Bibliotheca Viri undecumque eruditiſſimi Iſaaci Voſſii, publici juris fecit Iſmaël Bullialdus, Vir & ipſe undecumque eruditiſſimus. Item, Theodorus Tripolites cujus exſtant Sphæricorum libri tres ἀνεπίγραφοι in Regia & in Medicea Bibliotheca. Fuere & alii Theodori plures; de quibus, ſi tanti eſt, conſulendus Voſſius libro de Hiſtoricis Græcis, & Suidas in Θεόδωρος.

P H Æ D O.

105 Η'λεῖος] *Elidenſis*, eſt apud A. Gellium II. 18. quod ἐθνικὸν non agnoſcit Stephanus, ſed ſolùm Η'λιδεὺς, aut Η'λεῖος. Ita enim ille in Η'λις· ὁ πολίτης, τῆς Η'λίδος γενικῆς ἀναλόγως, Η'λίδειος, ὡς Α'δωνίδειος, καὶ Εὐπολίδειος· καὶ κτητικῷ τύπῳ, καθ' ὑφαίρεσιν τοῦ δ', Η'λίειος, καὶ Η'λεῖος.

Ἐπ' οἰκήματος] Optimè Aldobrandinus, *in lupanari*. Heſychius: οἴκημα, τὸ δεσμωτήριον. Ἀττικοὶ δὲ, τὸ πορνεῖον. Suidas: οἰκήματα, τὰ χαμαιτυπεῖα. ſunt autem χαμαιτυπεῖα, *lupanaria*. Exemplum addit Suidas, ut ſignificationem hanc adſtruat: καὶ ταῖς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἑστώσαις ἀκωλύτως συνεῖναι (ita legendum) διεκελεύοντο. *Jubebant eos ut liberè congrederentur cum mulieribus illis, quæ in lupanari ſtabant.* De Phædone, Gellius dicto loco: *Phædon Elidenſis ex cohorte illa Socratica fuit, Socratique & Platoni per ſuit familiaris. Ejus nomini Plato illum librum divinum de Immortalite animæ dedit. Is Phædon ſervus fuit, formâ atque ingenio liberali; &, ut quidam ſcripſerunt, à lenone domino puer ad merendum coactus.* Suidas quoque: τοῦτον συνέβη πρῶτον αἰχμάλωτον ὑπὸ Γ'νδῶν (Portus ὑπὸ λῃστῶν. fortè ὑπό τινων.) ληφθῆναι, εἶτα πραθεὶς πορνοβοσκῷ τινι, προίστη ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἑταίρισιν ἐν Α'θήναις. Quo loco legendum πρὸς ἑταίρησιν, nemo non videt. & ita apud Heſychium Illuſtrem, à quo illa ad verbum ſumpſit Suidas. Adde Origenem libro I. contra Celſum: εἰ δ' ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ ὀνειδίζειν μέλλομεν τοῖς μεταβαλοῦσιν, ὅρα καὶ Φαίδωνος ἡμᾶς κατηγορεῖν καὶ φιλοσοφήσαντος. ἐπεὶ, ὡς ἱστορίᾳ φησὶν, ἀπὸ οἰκήματος ἑταίου αὐτὸν μετήγαγεν εἰς φιλόσοφον διατριβὴν ὁ Σωκράτης. Id eſt, *Quod ſi par eſt, ut jam mutatis opprobremus vitam priſtinam, accuſandus erit. & Phædon jam Philoſophus; quia, ut habetur in Hiſtoria, à meretricia cellâ in ſcholam Philoſophicam traduxerat eum Socrates.* Pro ἑταίου, quæ vox nihili eſt, Gulielmus Spencerus in eruditis illis ſuis Notis ad Origenem, ἑταιρίου reponebat: quam lectionem & Guietus noſtras ad oram libri annotaverat: & ita legendum etiam mihi olim videbatur: ſive potiùs ἑταιρικοῦ· nunc, τὸ ἑταιρίου interpretamentum eſſe vocis οἰκήματος non invitus equidem exiſtimarim. Quin & hæc verba, ὡς ἱστορίᾳ φησὶν, de Hiſtoria Philoſophica Laërtiana accipienda videntur.

Ἀλλὰ τὸ θύριον προστιθεὶς] Τῷ θυρίῳ προστεθεὶς Caſaubonus emendabat: aut potiùs emendare conabatur. An ſcripſerit Laërtius, ἀλλὰ πρὸς ἑταιρισμὸν προτεθείς? Ita videtur: ex Heſychii & Suidæ locis ſuprà allatis.

Τοὺς περὶ Α'λκιβιάδην ἢ Κρίτωνα] Suidas: ἐντυχὼν δὲ Σωκράτει ἐξηγουμένῳ, ἠράσθη τῶν λόγων αὐτοῦ, καὶ αἰτεῖ λύτασθαι· ὁ δὲ πείθει Α'λκιβιάδην πρίασθαι αὐτὸν, καὶ ἦν τὸ ἐντεῦθεν φιλόσοφος· quæ ipſiſſima verba legere eſt apud Heſychium Illuſtrem, à quo illa ſumpſit Suidas. Cebetem fuiſſe qui eum emerit, ait Gellius. *Eum Cebes Socraticus, hortante Socrate, emiſſe dicitur, habuiſſeque in Philoſophiæ diſciplinis. Is poſteà Philoſophus illuſtris fuit: ſermoneſque ejus de Socrate admodum elegantes leguntur.* Idem legas apud Macrobium, Gellii compilatorem, lib. I. cap. XI.

Γ'ερώνυμος δ' ἐν τῷ περὶ ἐποχῆς] Accipio de Hieronymo Rhodio; quamquam eum in hoc περὶ ἐποχῆς libro laudatum alibi non reperio.

Καθαπτόμενος] Infrà, in Ariſtotele: καὶ Τίμων αὐτοῦ καθήψατο. Ita Latinis *tangere*. Terentius in Eunucho: *Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio.*

Δοῦλον αὐτὸν εἴρηκε] Sed & alii non pauci ſervi fuerunt, qui pòſt Philoſophi clari exſtitere, inquit Gellius loco ſuprà memorato: Menippus, Pompylus, Perſeus, Diogenes Cynicus, Epictetus. Quin & Iſter, Suida teſte, librum ſcripſerat τῶν διατριψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων.

Διαλόγους δὲ συνέγραψε, γνησίους μὲν, Ζώπυρον] Zopyrum, Phædonis Dialogum, laudat Pollux III. 2. Cui nomen dediſſe Zopyrum Phyſiognomona, Alcibiadis pædagogum, vero ſimile eſt, & verum exiſtimamus.

Μηδεῖον] Suidas Μήδιον· & ita quoque Editio Stephani: at Sambucus, Μηδειόνον. Ceterùm, in Editione Baſileenſi hæc ſolùm leguntur, διαλόγους δὲ συνέγραψε, γνησίους μὲν, Ζώπυρον, Σίμωνα καὶ διστάτας· καὶ οὗτος διστάζεται. quo loci, pro διστάτας, ſcriptum fuiſſe πρεσβύτας, ut ſcriptum eſt in aliis editionibus, nullus dubito. *Medium* autem dictum hunc Dialogum

à Medo aliquo, qui ſe beatum præ ceteris arbitraretur, quòd opibus & deliciis afflueret, ſuſpicabatur Nunneſius ad Vitam Ariſtot. pag. 124. Medos deliciis & luxui deditos, nemo eſt qui neſciat.

Οἱ δὲ Πολυαίνου] Accipio de Polyæno, magno illo Mathematico, qui Epicurum audivit, & de quo eſt apud Tullium Tuſcul. Quæſt. libro IV. & lib. I. de Finibus bonorum & malorum. Mentio fit cujuſdam Polyæni, ut Philoſophi, in Vita Ariſtotelis; ex Vetere tranſlatione; qui in bonis exterioribus felicitatem ponebat. Polyæni quoque cujuſdam admonitionem profert Stobæus; ubi de conſolatione.

Σκυθικοὺς λόγους] Σκυτικοὺς legiſſe videtur Aldobrandinus: vertit enim *Coriarios*: & ita Codex Regius. Legebam olim Σωκρατικούς· pro quo compendiosè ſcriptum fuiſſe Στικούς, quod poſteà in Σκυθικοὺς abiiſſet, exiſtimabam: & ſanè Gellius; ubi de Phædone; *is poſteà Philoſophus illuſtris fuit; ſermoneſque ejus de Socrate admodum elegantes feruntur.* Nunc nihil muto. nam Suidas quoque; ubi de Æſchine, cui hos Dialogos à quibuſdam tribui ſcribit Laërtius; inter Æſchinis Dialogos ἀκεφάλους, & τοὺς Σκυθικοὺς recenſet. Videntur Veteres, quemadmodum Λιβυκοὺς, & Σκυθικοὺς λόγους ſcripſiſſe. Et ad hos; credo; alluſione facta, Simonis Athenienſis Dialogos, qui cerdo fuerat, σκυτικοὺς vocabant feſtivi homines, ut infrà, in Simone, videbimus. Σκυθίνους χρησμοὺς ſcripſerat Abaris Hyperboreus. Suidas in Ἄβαρος· συνεγράψατο δὲ χρησμοὺς, τοὺς καλουμένους Σκυθίνους. Lego Σκυθικούς. Fuit Abaris ille Hyperborei Apollinis Sacerdos: & de Scythia venit ille in Græciam, ut ait Euſebius in Chronico. Porrò ſcripſiſſe, Phædonem & *Simmiam*, & *Alcibiadem*, & *Critolaum*, refert Suidas: quorum librorum mirum eſt Laërtium non meminiſſe.

Πλειστάνους] Πλειστάνης legerat Aldobrandinus. An ſcripſerit Laërtius Πλειστώναξ? Suidas: Πλειστώναξ, ὄνομα κύριον.

Ἀπὸ Στίλπωνος, καὶ ἕως μὲν τούτων Ἡλειακοὶ προσηγορεύοντο· ἀπὸ δὲ Μενεδήμου, Ἐρετριακοὶ] Strabo lib. IX. Πολλαῖς δὲ κέχρηται μεταβολαῖς ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις· συμμένει δ' ὅμως μέχρι νῦν. Ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων, Σωκρατικὸν ἄνδρα, Μεγαρέα. τὸ γένος· καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἠλεῖον οἱ Ἠλιακοὶ διεδέξαντο, καὶ τοῦτον Σωκρατικόν. ὧν ἦν καὶ Πύρρων, Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ Ἐρετριακοί. *Urbs Megarenſium; quamquam multas eſt paſſa mutationes, tamen etiamnum durat. Habuit aliquando etiam Scholam Philoſophorum, qui* Megarici *dicebantur, ſucceſſores Euclidis Socratici, patriâ Megarenſis: quomodo Phædoni Eleo Eliaci ſucceſſerunt; ipſi quoque de Socraticorum cohorte, ex qua & Pyrrho fuit; & Menedemo Eretrienſi, Eretriaci.*

Ἀπὸ δὲ Μενεδήμου, Ἐρετριακοὶ] Ἐρετριακοὺς quoque à Menedemo dictos, ſcribit Strabo dicto loco. Nomen ex eo, quòd Menedemus Scholam conſtituerit Eretriæ. Strabo libro X. ubi de Euboïcis Urbibus: ἀλλὰ καὶ πρότερον αὗται μέγα εἶχον ἀξίωμα καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην, ὥστε καὶ Φιλοσόφοις ἀνδράσι παρασχεῖν διαγωγὴν ἡδεῖαν, καὶ ἀθόρυβον· μαρτυρεῖ δ' ἥτε τῶν Ἐρετρικῶν Φιλοσόφων σχολὴ τῶν περὶ Μενέδημον ἐν τῇ Ἐρετρίᾳ γενομένη. &c. *Sed & pridem magna & bello & pace fuit earum exiſtimatio, ut Philoſophis quoque viris ſuavem, tranquillamque vitæ degendæ præbuerint commoditatem. quod teſtatur & Eretricorum Philoſophorum Schola à Menedemo Eretriæ inſtituta.*

EUCLIDES.

Εὐκλείδης] Alius à Mathematico, qui, ut teſtatur Proclus in II. Commentariorum, temporibus Ptolemæi, Lagi filii vixit, hoc eſt, XC. annis poſt Euclidem hunc noſtrum Megareum. Nec obſtat quod legimus apud Valerium Maximum VIII. 12. *Platonis quoque eruditiſſimum pectus hæc cogitatio attigit,* (cuique ſcilicet in arte ſua eſſe credendum) *qui conductores ſacræ aræ,* (ita omnino legendum, non *ſacræ arcis*) *de modo & forma ejus ſecum ſermonem conferre conatos, ad Euclidem Geometram ire juſſit; ſcientiæ ejus cedens; immo profeſſioni.* Ibi enim nomen Euclidis Geometræ νοθεύειν certum eſt. In Editione Valerii Maximi à Claudio Mitalerio reſtituti, legitur *ad Eudoxum Geometram.* quæ lectio temporum rationi optimè congruit: vixit enim Eudoxus Cnidius, nobilis ille Geometra & Aſtrologus iiſdem temporibus quibus Plato; cujus etiam auditor fuit, & cum quo in Ægyptum profectus eſt, Strabone teſte libro XVII. Et ſanè ita legendum eſſe, docet Plutarchi locus ille inſignis ex tractatu de Deo Socratis: ἡμεῖς δὲ καὶ τότε λέγειν καλῶς ἡγούμεθα τὸν Χόνουφιν, καὶ μᾶλλον ὀπηνίκα κομιζομένοις ἡμῖν ἀπ' Αἰγύπτου, περὶ Κυρίαν Δηλίων τινὲς ἀπήντησαν, δεόμενοι Πλάτωνος, ὡς γεωμετρικοῦ, λῦσαι χρησμὸν, αὐτοῖς ἄτοπον ὑπὸ τοῦ θεοῦ προβεβλημένον, ἦν δὲ χρησμὸς, Δηλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι παῦλαν τῶν παρόντων κακῶν ἔσεσθαι διπλασιάσασι τὸν ἐν Δήλῳ βωμόν· οὔτε δὲ τὴν διάνοιαν ἐκεῖνοι συμβάλλειν δυνάμενοι, καὶ περὶ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν γελοῖα πάσχοντες, (ἑκάστης γὰρ τῶν τεσσάρων πλευρῶν διπλασιαζομένης ἐλάθον τῇ αὐξήσει τόπον στερεὸν ὀκταπλάσιον ἀπεργασάμενοι, δι' ἀπειρίαν ἀναλογίας, ἣ τῷ μήκει διπλάσιον παρέχεται) Πλάτωνα τῆς ἀπορίας ἐπεκαλοῦντο βοηθόν. ὁ δὲ τοῦ Αἰγυπτίου μνησθεὶς, προσπαίζειν ἔφη τὸν θεὸν Ἕλλησιν, ὀλιγωροῦσι παιδείας, οἷον ἐφυβρίζοντα τὴν ἀμαθίαν ἡμῶν, καὶ κελεύοντα γεωμετρίας ἅπτεσθαι μὴ παέργου. οὐ γάρ τοι φαῦλον οὐδ' ἀμβλὺ διανοίας ὁρώσης, ἄκρως δὲ τὰς γραμμὰς ἠσκημένης ἔργον εἶναι, καὶ δυοῖν μέσων ἀνάλογον λῆψιν· ἢ μόνη διπλασιάζεται σχῆμα κυβικοῦ σώματος, ἐκ πάσης ὁμοίως αὐξόμενον διαστάσεως· τοῦτο μὲν οὖν Εὔδοξον αὐτοῖς τὸν Κνίδιον, ἢ τὸν Κυζικηνὸν Ἑλικῶνα συντελέσειν, &c. *Nos, & tum Chonuphis ſententiam probavimus, & magis etiam cùm nobis ex Ægypto avectis, & circa Cariam navigantibus, occurrerunt Delii quidam, qui à Platone, utpote rerum geometricarum perito, flagitarent oraculi explicationem, quod inſolens ipſis Deus edidiſſet. Erat autem Oraculi hæc ſententia: Deliis, & aliis Græcis, calamitatum finem fore præſentium, ſi aram quæ in Delo erat cubica, duplicarent. Cujus cùm ſententiam aſſe-*

106

qui

qui non poſſent, & in altaris ſtructura ridiculum quid ipſis contigiſſet; ſingulis enim, ex quatuor lateribus duplicatis, ſpatium ſolidum octuplo imprudentes auxerunt, ignoratione proportionis quâ duplicari magnitudo poſſet; Platonis opem in hac difficultate explicanda imploraverunt. Ille verò Ægyptii iſtius recordatus, ludè à Deo Græcos dixit, qui eruditionem negligerent, eorumque inſultari inſcitiæ, mandarique ut ſeriò Geometriæ operam darent. non enim leviter in tractandis lineis exercitati, ſed perſpicacis ingenii opus eſſe, datis duabus lineis, alias duas, quæ continuâ proportione inter has intercedant, invenire. quæ quidem unica ſit cubi duplicandi ratio, ex æquo omnibus ejus auctis dimenſionibus. rem iis ab Eudoxo Cnidio, aut ab Helicone Cyziceno confectum iri. Meminit hujus aræ, ſed ſtrictim & Plutarchus in libro de EI Delphico. Meminit & Philoponus in libri primi Analyticorum Poſter. caput ſeptimum, pag. 24. Sed Platonem ait, rem ad Diſcipulos retuliſſe. Verba ejus ſunt: Δηλίοις λοιμώξασιν, ἐχρησεν ὁ Ἀπόλλων ἀπαλλαγήσεσθαι τοῦ λοιμοῦ, εἰ τὸν βωμὸν διπλασιάσουσιν, κυβικὸν ἔχοντα σχῆμα. οἱ δ' ἐπῳκοδόμησαν προσθέντες τῷ προτέρῳ βωμῷ ἕτερον κύβον ἴσον. ἀλλ' ἡ τῶν δύο κύβων συνθήκη τοῦ κύβου σχῆμα ἠλλοίωσε. γέγονε γὰρ αὐτὶ κύβου δωδεκάεδρον. τοῦ λοιμοῦ δὲ μὴ παυσαμένου, ἐχρησεν ὁ θεὸς μὴ πεποιηκέναι αὐτοὺς τὸ προσταχθέν. ὁ μὲν γὰρ προσέταξε διπλασιάσαι τὸν κύβον, τουτέστι βωμὸν κατασκευάσαι κυβικὸν τοῦ προτέρου διπλάσιον· οἱ δὲ κύβον ἐπὶ κύβῳ ἐπέθηκαν. ἦλθον οὖν πρὸς Πλάτωνα, ζητοῦντες μέθοδον πῶς ἂν τὸν κύβον διπλασιάσαιεν· ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς φησιν, Ἔοικεν ὑμῖν ὀνειδίζειν ὁ θεὸς ὡς ἀμελοῦσι γεωμετρίας. ὁ δὲ τοῦ κύβου διπλασιασμὸς εὑρεθήσεται, φησὶν, εἰ δύο εὐθειῶν δύο μέσαι ἀνάλογον εὑρεθεῖεν. καὶ τοῦτο τὸ πρόβλημα τοῖς μαθηταῖς προεβάλλετο. (Platonis diſcipulus fuit Eudoxus Cnidius, ut modò dicebamus) οἵτινες καὶ περὶ τούτου γεγράφασιν, ὡς δεδύνηται ἕκαστος, ὧν οὐδέν τι περισώζεται μέχρι τοῦ νῦν, ἀλλ' οὐδ' ὁ Γεωμέτρης περὶ τούτου ἐπεσημήνατο.

Ἀπὸ Μεγάρων, τῶν πρὸς Ἰσθμῷ] Stephanus de Urbibus: Μέγαρα, πόλις περὶ τὸν Ἰσθμὸν, μέση Πελοποννήσου καὶ Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, &c. ἣν δὲ σχολὴ Φιλοσόφων Μεγαρικῶν λεγομένη, διαδεξαμένη Εὐκλείδην Μεγαρέα, Σωκρατικὸν, ὡς Στράβων ἐννάτῃ. (Locum Strabonis adduximus ad Phædonem) ἔστι δὲ καὶ Μέγαρα ἐν Θετταλίᾳ τῇ ἐν Πόντῳ. &c.

Ἢ Γελῶος] Γελαῖος, non Γελῶος, dicendum exiſtimat Stephanus. Eum vide in Γέλα. Sed uſus obtinuit ut dicatur Γελῶος. Auctor Deſcriptionis Olymp. ad Olymp. 79. τὴν Καμαρίναν Γελῶοι κατοικίζουσι. Ita Ἀπολλόδωρος Γελῶος non ſemel apud Pollucem & Athenæum: & Τιμαγόρας Γελῶος, infrà in Stilpone. Ridiculè Croïus Apollodorum *Ridiculum* nominavit. In vitioſos codices inciderat, in quibus γελοῖος pro Γελῶος legebatur. Fuit tamen Euclides quidam, ἐπὶ γελοίοις δόξαν εἰληφὼς: de quo Athenæus plura libro ſexto, ex Lynceo.

Οὗτος καὶ τὰ Παρμενίδεια μετεχειρίζετο] Vide Aldobr.

Καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, Μεγαρικοὶ προσηγορεύοντο] Et ita ab Ariſtotele appellantur libro IX. Metaphyſ. cap. 3, ubi adverſus eos diſputat.

Εἶτ' Ἐριστικοὶ] Auctor Φιλοσόφου Ἱστορίας, (Plutarchi eſſe hoc opus affirmat Jonſius, quem vide Philoſophicæ Hiſt. lib. III. cap. XI.) non Euclidem, ſed Zenonem Eleatem Eriſticæ ſectæ facit auctorem: Ζήνωνα δὲ ὁ Ἐλεάτης ὁ τῆς Ἐριστικῆς ἀρχηγὸς μνημονεύεται. Optimè rem conciliat Voſſius de Philoſophorum Sectis capite XI. Primi, Parmenides, ejuſque diſcipulus Zeno Eleates, quædam movere circa Dialecticen. Euclides autem Megareus Parmenidis librorum imprimis fuit ſtudioſus, ut teſtatur hoc loco Laërtius: quare credibile eſt in Dialecticis ſecutum eſſe Parmenidem, ejuſque diſcipulum Zenonem Eleatem. Alii igitur Zenonem fecere auctorem ſectæ Eriſticæ, quia is primus contentiones Dialecticas movit: alii Euclidem, quia is promovit, atque auxit.

Ὕστερον δὲ Διαλεκτικοὶ] De variis Philoſophis qui *Dialectici* dicti ſunt, vide Jonſium de Philoſophica Hiſtoria libro II. cap. I.

Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος] Jonſius ejuſdem Hiſtoriæ lib. III. cap. 8. ubi de variis Dionyſiis agit, addubitabat an hîc potiùs legendum Χαλκηδόνιος: ut idem ſit Dionyſius iſte ac Dionyſius Bithynus: eſt enim Chalcedon Bithyniæ urbs, teſte Herodiano. Fuit & Dionyſius ὁ Καλχηδόνιος, cujus meminit Clemens Στρωματέων lib. I.

Διὰ τὸ πρὸς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν] At Socrates interrogabat, non reſpondebat. Ariſtoteles Soph. Elench. II. 34. Σωκράτης ἠρώτα, οὐκ ἀπεκρίνετο· ὁμολόγει γὰρ μὴ εἰδέναι.

Πρὸς τοῦτό φησιν ὁ Ἑρμόδωρος ἀφικέσθαι Πλάτωνα, καὶ τοὺς λοιποὺς φιλοσόφους, &c.] Laërtius infrà, in Platone: ἔπειτα γενόμενος ἀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, καθά φησιν Ἑρμόδωρος, εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν. Meminit ejus ſeceſſionis & Chryſoſtomus Orat. IV. de laudibus Pauli: & in Sermone ad Pauli Epiſtolam ad Coloſſenſes: & Libanius in Apologia. Hæc Hermodorum ſcripſiſſe in libro περὶ Πλάτωνος, quem citat Dercyllides apud Simplicium ad librum I. φυσικῆς ἀκροάσεως, veroſimili conjectura exiſtimabat Jonſius, Philoſophicæ Hiſtoriæ libro I. cap. 10. Malè autem hîc editio Baſileenſis, pro μετὰ τὴν Σωκράτους τελευτὴν, habuit κατὰ τήν. Scribit Plato in Phædone, extremæ illi diſputationi Socratis interfuiſſe Euclidem.

Οὗτος ἓν τὸ ἀγαθὸν ἀπεφαίνετο, &c.] Cicero Academicarum Quæſt. lib. I. ubi de Megaricis: *qui id bonum ſolum eſſe dicebant, quod eſſet unum, & ſimile, & idem, & ſemper.*

Ἀλλ' οὔ μοι τούτων φλεδόνων μέλει] Laërtius infrà in Antiſthene: ὁ Τίμων δὲ διὰ τὸ πλῆθος ἐπιτιμῶν αὐτῷ (de ſcriptis Antiſthenis ſermo eſt) παντοφυῆ φλεδόνα φησὶν αὐτόν. 107

Εὐβουλίδης ὁ Μιλήσιος] De quo Athenæus.

Ὃς καὶ πολλοὺς ἐν Διαλεκτικῇ λόγους ἠρώτησε] Rectè ἠρώτησε: eſt enim Dialectica ἐρωτηματικὴ, ut ait Ariſtot. 108

Τόν τε ψευδόμενον] Meminit hujus argumentationis Africanus Jurisconſultus l. 88. D. ad L. Falcid. *Qui quadringenta habebat, trecenta legavit; deinde fundum tibi dignum centum aureis ſub hac conditione legavit, ſi legi Falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet.*

quæritur, quid juris eſt? Dixi τῶν ἀπόρων hanc quæſtionem eſſe: qui tractatus apud Dialecticos τοῦ ψευδομένου dicitur. etenim quidquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperietur. Ad quem locum magnus Cujacius, ſoloque Papiniano minor, Dialecticos *Stoicos* interpretatur. Et ſanè Dialecticarum hujuſcemodi captionum fuit amantiſſima Porticus. Cicero in Lucullo; ubi de ſorite & pſeudomeno: *quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt.* & in libro de Divinatione, pro Epicuro contra Stoicos diſſerens: *hoc vos*, inquit, *Dialectici, non facitis.* Et in Lucullo, Antipatrum & Archidemum, Stoicos, propterea *Dialecticorum principes* appellat. Cleanthes quoque, qui fulcire Porticum credebatur, de inexplicabilibus iſtis ſcripſerat, teſte Laërtio noſtro (ſic enim τὰ ἄπορα Latinè non nimis incommodè dici poſſe putat Gellius IX. 15. & Cicero etiam ita interpretatur.) Sed, niſi me mea conjectura valde fallit, Megaricos potiùs innuere voluit Africanus: nam non modò captioſas iſtas argumentationes eos inveniſſe, verùm & *Dialecticos* fuiſſe appellatos, ſcribit hoc loco Laërtius noſter. Plinius quoque, in Proœmio operis, Dialecticos à Stoicis diverſos facit. *quoniam audio*, inquit, *& Stoicos, & Dialecticos; Epicureos quoque; nam de Grammaticis ſemper exſpectavi; parturire adverſus libellos quos de Grammatica edidi.* Item Priſcianus libro 2. *Partes orationis ſunt, ſecundum Dialecticos, duæ; nomen, & verbum: ſecundum Stoicos verò, quinque ſunt.* Et ita accipienda videtur hæc vox apud Ciceronem in Oratore: *Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi: poſteà, qui* Dialectici *dicuntur, ſpinoſiora multa pepererunt.* Ceterùm, auctor eſt Heſychius Mileſius Philetam Coum præ macilentiâ vitam finiiſſe, dum ratiocinationem iſtam, quam ψευδόμενον vocant, exquirere ſtudet. De ea autem librum ſcripſerat Theophraſtus & Chryſippus: teſte Laërtio noſtro in Theophraſto & in Chryſippo. Hujus argumentationis meminit Cicero in Hortenſio: *Tum pſeudomenon, & Soritam, & totam Dialecticam, aut illudis, aut increpas.* Meminit & in Lucullo loco ſuprà allato: & Plutarchus in libro de Communibus notitiis contra Stoïcos: & Sanctus Auguſtinus contra Academicos: & Sanctus Hieronymus in Rufinum, nec non in Amos 8. Oratione I. Eſt autem ψευδόμενος, ſermo, cui quidquid reſpondeas, falſum reperietur. Habuit nomen à mentiente: quoniam exempli cauſſâ ſumitur is qui mentitur. Hoc modo: An mentitur is qui mentiri ſe dicit? Cui ſi reſpondeas mentiri; colligitur ſtatim, non mentiri: quod verè dixerit, ſe mentiri. Id rectè Cujacius.

Καὶ τὸν Διαλανθάνοντα, καὶ Ἠλέκτραν, καὶ Ἐγκεκαλυμμένον, καὶ Σωρείτην, καὶ Κερατίνην, καὶ Φαλακρόν] De his argumentationibus hîc nobis ordine dicendum.

Διαλανθάνων. De eo mox infrà; ubi de Cooperto.

Ἠλέκτρα. Nomen habuit ab Electra, Oreſtis ſorore, quæ in Tragœdia Sophoclis, ſimul Oreſtem novit & non novit. Id eſt, quæ Oreſtem, ſuum quidem eſſe fratrem noverit: non noverit autem eum cum quo ſermonem habeat, eſſe fratrem ſuum Oreſtem. Et hæc rectè Cujacius: cujus interpretationem confirmant hæc Luciani in Vitarum Auctione, ſub perſona Chryſippi: Ἠλέκτραν μὲν ἐκείνην, τὴν πάνυ Ἀγαμέμνονος, ἢ τὰ αὐτὰ οἶδέ τε ἅμα, καὶ οὐκ οἶδε. παρεστῶτος γὰρ αὐτῇ τοῦ Ὀρέστου ἔτι ἀγνῶτος, οἶδε μὲν Ὀρέστην ὅτι ἀδελφὸς αὐτῆς· ὅτι δὲ οὗτος Ὀρέστης, ἀγνοεῖ. *Electram illam dico Agamemnonis valde celebrem, quæ eadem novit ſimul & non novit. aſtante enim Oreſte, illi adhuc incognito, novit quidem Oreſtem ſuum eſſe fratrem; hunc verò, Oreſtem eſſe ignorat.*

Ἐγκεκαλυμμένος. hoc eſt, *Coopertus.* Sic dicitur, quòd in exemplum aſſumatur pater coopertus. Hoc modo: An noſti patrem tuum? Novi: reſpondet is qui interrogatur. An hunc noſti qui linteo coopertus eſt: reponit is qui interrogârat. Atqui reponit interrogator; hic pater tuus eſt: patrem igitur tuum non noſti. Eadem ratio eſt τοῦ Διαλελῃθότος: hoc modo: Noſti patrem tuum? Novi. Noſti hominem illum qui latet? Non novi. Ergo patrem tuum non noſti: nam ille pater tuus eſt. Et hoc rectè Cujacius: ex his Luciani, dicto loco, ſub perſona quoque Chryſippi: Τὸν δ' αὖ Ἐγκεκαλυμμένον, καὶ πάνυ θαυμαστὸν ἀκούσῃ λόγον. ἀπόκριναί μοι, Τὸν πατέρα οἶσθα τὸν σεαυτοῦ; ΑΓΟΡΑΣΤΗΣ. ναί. ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ. τί οὖν; ἢν σοι παραστήσας τινὰ ἐγκεκαλυμμένον, ἔρωμαι, Τοῦτον οἶσθα; τί φήσεις; ΑΓΟΡ. δηλαδὴ, ἀγνοεῖν. ΧΡΥΣ. ἀλλὰ μὴν αὐτὸς οὗτος ἦν ὁ πατὴρ ὁ σός. ὥστε εἰ τοῦτον ἀγνοεῖς, δῆλος εἶ τὸν πατέρα τὸν σὸν ἀγνοῶν. *Rurſus verò Opertum illum, ac planè mirabilem ſermonem audies. Reſponde mihi: Noſti-ne tuum patrem? MERCATOR. Maximè. CHRYSIPPUS. Quid igitur? ſi prope te ſtatuerem quempiam opertum, atque interrogarem: Noſti-ne hunc? quid diceres? MERC. Scilicet, me non noſſe. CHRYS. Atqui hic tuus erat pater. Itaque, ſi iſtum non noſti, palam eſt te patrem tuum non noſſe.* περὶ τοῦ ἐγκεκαλυμμένου, ſcripſerat Chryſippus. Vide infrà, in Chryſippo. Hujus argumentationis meminit quoque Themiſtius, Oratione prima.

De Sorite; qui Latinis *acervus*; ſic Ulpianus in lege 177. de Verborum ſignificatione: *Natura cavillationis quam Græci σωρείτην appellaverunt, hæc eſt, ut ab ea ab evidenter veris, per breviſſimas mutationes, diſputatio ad ea quæ evidenter falſa ſunt, perducatur.* Et Horatius: his verbis:

Utor permiſſo: caudæque pilos ut equinæ
Paullo etiam vello: demo unum: demo etiam unum:
Dum cadat elusus, ratione mentis acervi
Qui redit ad faſtos, & virtutem imputat annis.

Ejus exemplum, tale profert Cujacius: Tres oves, paucioresne ſunt quàm ut gregem faciant? Sic ſanè. Quid verò, an & quatuor? Ita. An quinque? Ita. Sed ſi addidero unam, an tum erit grex? Minimè. Si alteram? Ne nunc quidem. Si rurſus alteram? Etiam non erit grex. Et ſi alteram demum? Etiam grex nondum erit. Et ad extremum igitur, aliâ additâ ut ſint decem, nondum erit grex. De ea argumentatione meminit & infrà Laërtius in Zenone Cittieo. Meminit & in Chryſippo: ubi de Quieſcente, acervi ſpecie. Meminit & Lucianus in Lapithis, & in Dialogo Mortuorum primo, & in Sympoſio Philoſophorum, & in

Dialogo Galli, & Seneca epiſtolâ 50. & Quintilianus libro I. cap. 10.

Κερατίνη, ſive Κερατὶς, nomen habuit ab hac ratione: Habes quod non amiſiſti. Non amiſiſti cornua. Ergo habes cornua. Laërtius, ibidem: καὶ ἄποροι δέ τινες εἰσὶ λόγοι, Ἐγκεκαλυμμένος, καὶ Διαλεληθότες, καὶ Σωρεῖται, καὶ Κερατίδες, καὶ Οὐτιδές. Et in Chryſippo: καὶ τοιούτους τινὰς ἠρώτα λόγους, Ὃ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια, ἀσεβεῖ. ὁ ἱεροφάντης τοῖς ἀμυήτοις λέγει. ἀσεβεῖ ἄρ' ὁ δέ γε ἱεροφάντης. ἄλλο. Ὃ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ πόλει, οὐδ' ἐν τῇ οἰκίᾳ. οὐκ ἔστι δὲ φρέαρ ἐν τῇ πόλει· οὐδ' ἄρα ἐν τῇ οἰκίᾳ. ἄλλο. Εἴ τίς ἐστιν ἐν Μεγάροις, οὐκ ἔστιν ἐν Ἀθήναις· ἄνθρωπος δὲ ἐστιν ἐν Μεγάροις· οὐκ ἄρα ἐστὶν ἄνθρωπος ἐν Ἀθήναις. καὶ πάλιν. Εἴ τι λαλεῖς, διὰ τοῦ στόματος σου διέρχεται· ἄμαξαν δὲ λαλεῖς. ἄμαξα ἄρα διὰ τοῦ στόματός σου διέρχεται· καὶ, Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτο ἔχεις· κέρατα δὲ οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις. οἱ δὲ Εὐβουλίδου τοῦτό φασιν. Id eſt: *Hujusmodi quoque rogatiunculis utebatur Chryſippus: Qui myſteria non initiatis enuntiat, is impiè agit: adituus autem initiatis enuntiat: impiè igitur agit adituus. Aliud: quod non eſt in civitate, hoc quoque non eſt in domo: non eſt autem puteus in civitate: ergo nec in domo quidem. Aliud: eſt quoddam caput: illud autem non habes: ergo caput non habes. Aliud: Si quis Megaris eſt, is Athenis non eſt: eſt autem homo Megaris: non eſt ergo homo Athenis. Et rurſus: Si quid loqueris: hoc ex ore tuo egreditur: plauſtrum autem loqueris: plauſtrum igitur ex ore tuo egreditur. Et: Si quid non abjeciſti, hoc habes: cornua autem non abjeciſti: cornua igitur habes. Quidam Eubulidis hoc eſſe ajunt.* Similia de hac ipſa poſtrema argumentatione habes apud Gellium libro XVI. cap. 2. cujus verba adducimus infrà in Chryſippum. Seneca epiſtolâ 45. *Ceterùm qui interrogatur an cornua habeat, non eſt tam ſtultus, ut frontem ſuam tentet: nec rurſus tam ineptus aut hebes, ut non habere ſe neſciat, quod tu illi ſubtiliſſima collectione perſuaſeris. Sic iſta ſine noxa decipiunt: quomodo præſtigiatorum acetabula & calculi, in quibus fallacia ipſa delectat.*

Φαλακρός. Exemplum hujus argumentationis non memini me legere: neque unde dicta ſit, novi. Fortè ab hoc exemplo: Qui non habet pilos in capite, calvus eſt. raſus non habet pilos in capite. Ergo raſus calvus eſt.

Sunt & aliæ argumentationum ſophiſticarum ſpecies, non memoratæ hîc Laërtio: Οὖτις, Θερίζων, Κροκόδειλος, Ἀχιλλεύς, Κυριεύων: de quibus ordine & hîc nobis dicendum.

De Utide, meminit Laërtius in Zenone Cittieo, loco mox allato. Nomen habuit ab Homeri verſibus, Odyſſeæ Iota: ubi interrogatus Polyphemus, cui Ulyſſes, antequam ei effoderet oculum, perſuaſerit ſe Οὖτιν nominari, reſpondet, Οὖτις με κτείνει δόλῳ, οὐδὲ βίηφι. Ex quo colligunt; qui οὖτις accipiunt diſtinctè; Nemo igitur excœcavit: quod Polyphemus accipiebat conjunctim, pro nomine proprio. Et id rectè quoque Cujacius ex Euſtathio: cujus hæc ſunt verba ad Homeri dictum locum: ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου Ὁμηρικοῦ σοφίσματος, οἱ Φιλόσοφοι τοὺς παρ' αὐτοῖς Οὐτίδας πλέκουσι παραλογισμούς. Addo locum Ammonii ad Categorias Ariſtotelis, folio 58. verſo; οἱ Οὐτιδὲς παραλογισμοὶ, κατὰ τὸν παρ' Ὁμήρῳ Ὀδυσσέα, ἐν καιρῷ Οὔτιν ἑαυτὸν καλέσαντα. Οὔτινος παραλογισμοῦ παράδειγμα· Εἴ τις ἐστιν ἐν Ἀθήναις, οὗτος οὐκ ἔστιν ἐν Μεγάροις. ἄνθρωπος δὲ ἐστιν ἐν Ἀθήναις. ἄνθρωπος ἄρα οὐκ ἐστιν ἐν Μεγάροις.

De Metente, Lucianus in Vitarum Auctione, ſub perſona Chryſippi: τὸν Θερίζοντα, καὶ τὸν Κυριεύοντα, καὶ ἐπὶ πᾶσι, τὴν Ἡλέκτραν, καὶ τὸν Ἐγκεκαλυμμένον. Meminit & Laërtius infrà, in Zenone Cittieo: ubi nominis rationem ex Ammonio docemus.

De Achille, & ipſe Laërtius, in Zenone Eleate qui eam argumentationem dicitur inveniſſe: quâ ſic tollebat motum: An Achilles currendo teſtudinem adſequi poteſt? Admodum. Atqui, ſi motus eſt, Achilles teſtudinem non adſequetur. Non eſt igitur motus. Id nos docuit Simplicius. Vide nos infrà ad Zenonem Eleatem.

De Crocodilo, audiendus Lucianus in Vitarum Auctione: ΑΓΟΡΑΣΤΗΣ. τί δ' ἄλλο μάλιστα φῆς εἰδέναι; ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ. τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας, καὶ ἀποφράττω, καὶ σιωπᾶν ποιῶ, φιμὸν ἀτεχνῶς αὐτοῖς περιθείς. ὄνομα δὲ τῇ δυνάμει ταύτῃ, ὁ ἀοίδιμος συλλογισμός. ΑΓΟΡ. Ἡράκλεις· ἄμαχόν τινα καὶ βίαιον λέγεις. ΧΡΥΣ. σκέπει γοῦν. ἔστι σοι παιδίον; ΑΓΟΡ. τὶ μήν. ΧΡΥΣ· Τοῦτο ἦν πῶς κροκόδειλος ἁρπάσῃ, πλησίον ποταμοῦ πλαζόμενον εὑρών, κἀτά σοι ἀποδώσειν ὑπισχνεῖται αὐτό, ἢν εἴπῃς τἀληθὲς ὅ, τι δέδοκται περὶ τῆς ἀποδόσεως τοῦ βρέφους, τί φήσεις αὐτὸν ἐγνωκέναι; ΑΓΟΡ. δυσαπόκριτον ἐρωτᾷς, ἀπορῶ γὰρ ὁπότερον εἰπών, ἀπολαβοιμι. ἀλλὰ σὺ πρὸς Διὸς ἀποκρινάμενος, ἀνάσωσαί μοι τὸ παιδίον, μὴ καὶ φθάσῃ αὐτὸ καταπιών. ΧΡΥΣ. Θάῤῥει. καὶ ἄλλα γάρ σε διδάξομαι θαυμασιώτερα. MERCATOR. *Præterea verò, quidnam potiſſimum ſcire te profiteris?* CHRYSIPPUS. *Retia ſermonum, quibus implico, & obſtringo, & tacere cogo eos qui contra me diſputant: planè frænum illis obducens. Iſti verò tantæ orationis vi, nomen eſt* Syllogiſmus celeberrimus. MERC. *Herclè, fortem & inexpugnabilem ſyllogiſmum dicis.* CHRYS. *Vide ergo: eſtne tibi puer?* MERC. *Quidni?* CHRYS. *Si crocodilus hunc ad flumen errantem nactus rapuerit, poſteà verò ſe redditurum polliceatur, hac lege ut verum dicas quod de pueri redditione decretum eſt, quid illum decreviſſe dices?* MERC. *Quæſtionem rogas ad quam reſpondere difficile eſt: dubito enim utrum dicere debeam, quo puerum recipiam. Sed tu, quæſo per Jovem, reſpondens, incolumem puerum mihi ſerva, ne priùs ipſum devoret.* CHRYS. *Bono eſto animo: etenim alia magis mira te docebo.* Meminit & Clemens Alexandrinus Stromat. 4. περὶ ψευδαποφάσκοντος λόγου, καὶ Κερατίνου, Διαλεληθότος τε αὖ καὶ Κροκοδειλίνου, Σωρίτου τε ἔτι καὶ Ἐκκεκαλυμμένου, (corrige Ἐγκεκαλυμμένου) περί τε ἀμφιβολιῶν καὶ σοφισμάτων.

Κυριεύοντος, præter Lucianum loco ſuprà laudato; ubi de Metente; meminit Plutarchus in libro de Sanitate tuenda: τὸν Ὑγδὸν ἀναλύειν, καὶ διαλέγεσθαι περὶ

τοῦ κυριεύοντος, ἐν δείπνῳ. Et Sympoſiacorum libro I. quæſtione I. οὕτως ἔμοιγε πολλάκις εἰπεῖν παρέστη πρὸς τοὺς ἕλκοντας εἰς τὰ συμπόσια τὸν κυριεύοντα, ὦ ἄνθρωπε. τί ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον; Fruſtrà igitur eſt Xylander, qui in Plutarchi loco de Sanitate tuenda, κυρίττοντος reponit, pro κυριεύοντος, & *Cornutus* interpretatur. *Indus*; inquit ille ad dictum locum; *& Cornutus, ſunt Sophiſmatum nomina: de quibus alibi.* Κυρίττοντος, hoc eſt, *cornu petentis*, inter argumentationes nullus veterum meminit: & omnino falſus hîc eſt vir doctiſſimus. Vellem autem nos docuiſſet quid ſit Ἰνδός: nam id ignorare me fateor. Hujus argumentationis meminit quoque Arrianus ad Epictetum libro 2. cap. 19. κἀγὼ περὶ τοῦ κυριεύοντος τί ἄλλο ἔχω ἀνωτέρω; *Ego quoque de Dominante quid aliud habeo ſublimius?* Addit Antipatrum περὶ τοῦ κυριεύοντος librum ſcripſiſſe. Ejuſdem argumentationis meminit & Themiſtius in Oratione 2. Verba ejus, cùm ad rem qua de agimus, maximè faciant, operæ pretium eſt hîc adponere: ὑμεῖς δὲ ἴσως ὑπολαμβάνετε, ἂν μέν τις ἄνω καὶ κάτω περὶ συλλογισμῶν διαλέγηται, καὶ Οὐτίδας λόγους ἐξετάζειν οἷός τε ᾖ, καὶ τοὺς ἐγκεκαλυμμένους ἀποκαλύπτειν, καὶ τινάς τε αὖ καταφάσκοντας καὶ ἀποφάσκοντας, ὥσπερ Φίλων ἢ Ἡλιόδωρος, ὧν τὰ λαμπρὰ ἀναθήματα, ὁ Κυριεύων καὶ ὁ Κερατίνης, σοφίσματα δυσμήχανα, καὶ κακοῦργα, καὶ ὧν χαλεπὴ μὲν ἡ ξύνεσις, ἀχρεῖος δὲ ἡ ἐπιστήμη. Id eſt: *Vos autem id fortaſſe perſuaſum habetis, ſi quis ſuſque deque de Syllogiſmis diſputet, & argumentationes quæ Utides dicuntur dignoſcere poſſit, & Involutas explicare; itemque affirmantes & negantes propoſitiones intelligere: veluti Philo vel Heliodorus: quorum præclara monimenta ſunt*, Dominans *atque* Cornutus: *moleſta quædam atque improba ſophiſmata: quorum & intelligentia difficilis, nec utilis notitia eſt.* In quibus verbis, rectè, ut mihi quidem videtur, doctiſſimus Harduinus, pro Ἡλιόδωρος, legebat Διόδωρος: fuit enim Diodorus, teſte Laërtio noſtro, inventor κερατίνης, & magiſter Philonis. Tamen recepta lectio confirmatur Mediolanenſis Manuſcripti auctoritate: quod me docuit, qui illum codicem vidit Mediolani, Bigotius noſter.

Ὁ ὑβριστικὸς Εὐβουλίδης] Rectè MS. noſter Οὐριστικὸς, pro ὁ ἐριστικὸς, *contentioſus*: quod vidit Caſaubonus.

Ψευδαλαζόσι] Minùs rectè Editio Stephani & Baſileenſis, ψευδὲσ' ἀλαζόσι.

Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τῆς ῥωβοστωμυλήθρας] Ita quoque Editio Stephanica. Frobeniana, τὴν ῥωβοστωμυλήθραν. At Sambucus, τὴν ῥομβοστομυλήθραν. τὴν ῥομβοστωμυλήθραν apud Suidam: qui hunc locum exſcripſit in ῥομβοστωμυλήθρα. Γομβοστωμυλήθρα. Εὐβουλίδης φησὶν ἐριστικὸς κερατίνας ἐρωτῶν, καὶ ψευδαλαζόσι λόγοις τοὺς Ῥήτορας κυλίων, ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥομβοστωμυλήθραν. ubi interpungendum, Εὐβουλίδης (φησὶν) ἐριστικὸς. φησὶν, id eſt, *inquit ille*: Comicus ſcilicet: non enim Eubulidis hæc ſunt verba; ſed de Eubulide Comici alicujus, ut diſcimus ex Laërtio noſtro: περὶ τούτου φησί τις τῶν Κωμικῶν.

Οὐριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν, &c.

Et ex Plutarcho in Demoſthene: τῶν δὲ Κωμικῶν ὁ μέν τις αὐτὸν ἀποκαλεῖ ῥωποπερπερήθραν. ex quibus verbis apparet, hîc legendum

Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένη τὴν ῥωβοστωμυλήθραν,

hoc eſt, *abiit Eubulides, adducens ſecum Demoſthenem* ῥωβοστωμυλήθραν. Emendationem illam noſtram juvant non parùm ſequentia verba Laërtii; in quibus ait; verba Comici exponens; Demoſthenem Eubulidis auditorem fuiſſe: ἐᾠκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι, καὶ ῥωβικώτερος ἂν παύσασθαι. Sed quid ſit ῥωβοστωμυλήθρα apud Laërtium, ῥομβοστωμυλήθρα apud Suidam, & ῥωποπερπερήθρα apud Plutarchum, & quæ lectio potior, videamus. ῥῶπος dicitur de *mercibus parvi momenti, iiſque variis.* hinc ῥωποπώλης, *qui merces illas vendit*; γελγοπώλης: & ῥωπικὸς, *qui talis eſt quales ſunt merces illæ.* Hinc etiam compoſitum ῥωποπερπερὴς, à ῥῶπος & πέρπερος, pro inani & futili loquacitate: & ῥωποπερπερήθρα, pro eo qui tali vitio laborat. Euſtathius ad Iliad N. pag. 927. 55. Editionis Romanæ; ubi de voce ῥῶπος: ἐκ τούτου δὲ ῥωποπερπερήθρα τις προσερρήθη ἐπὶ χυδαιότητι καὶ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος. οὗ ἡ παραγωγὴ, κατὰ τὸ δακτυλήθρα, καὶ τὰ ὅμοια. Corrigendus obiter Varinus in Voce ῥῶπος: ἐκ τούτου δὲ καὶ ῥωποπερπερὴ φράσις προσερρήθη, ἐπὶ χυδαιότητι καὶ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος οὗ παραγωγὴ, κατὰ τὸ δακτυλήθρα, καὶ τὰ ὅμοια. reſcribendum ex Euſtathio, ἐκ τούτου δὲ ῥωποπερπερήθρα τις προσερρήθη ἐπὶ χυδαιότητι καὶ φλυαρίᾳ σκωπτόμενος. Apud Plutarchum, in Editione Baſileenſi, legitur quoque vitiosè ῥωποπερήθραν. πέρπερος, quod nemo neſcit, eſt *levis, vanus, ventoſus, inanis, loquax.* Mulieres autem cum viris ſint leves magis ac loquaces, ῥωποπερπερήθραν in genere feminino Comicos illos vocaſſe Demoſthenem vero ſimile eſt. ita Timæus Siculus, γραοσυλλήκτρια, *anus collectrix*, Heſychio Mileſio & Suida teſtantibus, dictus eſt, quia parvo omnia judicio in literas referebat. Quare apud Laërtium & Suidam τὴν rectum eſt, & quàm τὸν magis placet in hoc verſu,

Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένη τὴν ῥωβοστωμυλήθραν.

Sed quid ſit ῥωβοστωμυλήθρα, ῥομβοστωμυλήθρα, aut ῥομβοστομυλήθρα, dicat alius. τὴν ῥαιβοστωμυλήθραν Joſephus Scaliger ad oram libri emendaverat: quæ lectio ferri poteſt. στωμύλος, eſt *garrulus, loquax, linguax, loquutuleius.* Lexicon Stephani: στωμύλος. πιθανολόγος, ἔφεδρος τοῖς λόγοις, ἀπατεών, κόλαξ, πέρπερος. ubi obſerva, στωμύλον & πέρπερον, idem eſſe: hoc eſt, qui verbis veriſimilibus aliquem circumvenit; qui loquacitate ſua alicui imponit. Ergo στωμυλήθρα, quæ vox apud Athenæum libro IX. cap. 7. reperitur, (ὦ στωμυλήθραι δαιταλεῖς, *ô Convivæ loquaces*) idem erit quoque ac περπερήθρα: ut non neceſſe ſit vocem ῥωποπερπερήθραν apud Laërtium ex Plutarcho reponere. potuit quippe Demoſthenes à Comicis quibuſdam ῥωποπερπερήθρα, ab aliis ῥωβοστωμυλήθρα appellari. Sed an reponendum ῥωποστωμυλήθραν, ac legendum poſteà καὶ ῥωπικώτερος ἂν παύσασθαι? Non puto. ῥωπικὸς quidem, uti jam diximus, eſt *vilis, futilis, nullius precii*: ſed

nihil hæc ſignificatio ad ὦν παύσασθαι, quod ſequitur. Vertit Aldobrandinus hunc locum: *Cum antea R pronuntiare non poſſet, didiciſſe.* Ambroſius & Sambucus: *Et cùm R literam pronuntiare vix poſſet, emendaſſe jugi exercitio.* quod non diſplicet. R literâ laboraſſe Demoſthenem, notum eſt ex Quintiliano lib. I. cap. 19. & Cicerone lib. I. de Oratore. notum, ex eodem Cicerone, & meditando perfeciſſe, ut nemo planiùs eo locutus eſſe putaretur. & hoc eſt quod ait Laërtius, καὶ ῥωβικώτερος ὢν παύσασθαι. Ergo hîc ῥωβὰς & ῥωβικὸς pro eo qui literam ῥῶ pronuntiare non poteſt, & qui pro ea λ pronuntiat; quemadmodum Alcibiades; de quo Ariſtophanes in Veſpis:

Εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με, τραυλίτας,
Ὀλᾷς, Θεωλὸς τὴν κεφαλὴν κόλακες ἔχει.

οἱ γὰρ τραυλοὶ, ut notat ad hunc locum Scholiaſtes, τὸ λ ἀντὶ τοῦ ρ λέγουσιν. At, qui τὸ σίγμα craſſiùs pronuntiat, ψελλὸς Græcis dicitur. Heſychius: ψελλός· ὁ τὸ σίγμα παχύτερον λέγων.

Ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι] Suidas in Δημοσθένης: διηκροάσατο δὲ καὶ Εὐβουλίδου τοῦ Διαλεκτικοῦ, καὶ Πλάτωνος. Idem teſtatur Apuleius in Apologia: *Demoſthenem verò, primarium dicendi artificem, quis eſt qui non ſciat ſemper ante ſpeculum, quaſi ante Magiſtrum, cauſas meditatum? ita ille ſummus Orator, cùm à Platone Philoſopho facundiam hauſiſſet, ab Eubulide Dialectico argumentationes edidiciſſet*, &c.

109 Ὁ δὲ Εὐβουλίδης καὶ πρὸς Ἀριστοτέλην διεφέρετο] Etiam Athenæus lib. VIII. 13. Eubulidem & Cephiſidorum adverſus Ariſtotelem ſcripſiſſe refert. Idem ait Themiſtius Orat. IV. his verbis: Κηφισιδώρους δὲ καὶ Εὐβουλίδας, καὶ Τιμαίους, Δικαιάρχους, καὶ στρατὸν ὅλον τῶν ἐπιλεμένων Ἀριστοτέλει τῷ Σταγειρίτῃ, πόσ' ἂν καταλέξαιμι εὐπετῶς, ὧν καὶ λόγοι ἐξικνοῦνται εἰς τόνδε τὸν χρόνον, διατηροῦντες τὴν ἀπέχθειαν καὶ φιλονεικίαν. Meminit & Ariſtocles Peripatericus apud Euſebium de Præparatione Euangelica lib. XV. Εὐβουλίδης προδήλως ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ βιβλίῳ ψεύδεται. πρῶτον μὲν ποιήματα (Ariſtotelis) ψυχρὰ προσφερόμενος, ὡς γεγραφότων ἄλλων περὶ τοῦ γάμου καὶ τῆς πρὸς Ἑρμείαν οἰκειότητος αὐτῷ γεγονυίας. ἔπειτα Φιλίππῳ φάσκων αὐτὸν προσκόψαι, καὶ τελευτῶντι Πλάτωνι μὴ παραγενέσθαι. τάτε βιβλία αὐτοῦ διαφθεῖραι. Egerat quoque de Socrate & de Diogene Cynico: ut eſt apud Laërtium in Socrate & in Diogene Cynico. In libro de Diogene, Diogenis vitia notaſſe videtur.

Ἀλεξῖνος ἐγένετο Ἠλεῖος, ἀνὴρ φιλονεικότατος &c.] Idem legas, atque iiſdem verbis, apud Heſychium Illuſtrem.

Διὸ καὶ Ἐλεγξῖνος ἐπεκλήθη] ἀπὸ τοῦ ἐλέγξαι. Ἐριστικὸς dicitur Ariſtocli dicto loco: κακὸς ἄνθρωπος Menedemo, apud Plutarchum de Vitioſo pudore; ubi & Stilponi Megarenſi maledixiſſe legas.

Διεφέρετο δὲ μάλιστα πρὸς Ζήνωνα] Zenonem Eleatem, an Cittieum intelligit? Cittieum proculdubio: de eo quippe Sextus Empiricus adverſus Mathematicos lib. VIII. ἀλλ' ὅγε Ἀλεξῖνος τῷ Ζήνωνι παρέβαλε τρόπῳ τῷδε. τὸ ποιητικὸν τοῦ μὴ ποιητικοῦ, καὶ τὸ γραμματικὸν τοῦ μὴ γραμματικοῦ κρεῖττόν ἐστι· καὶ τὸ κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας θεωρούμενον, κρεῖττόν ἐστι τοῦ μὴ τοιούτου. οὐδὲ ἐν δὲ κόσμου κρεῖττόν ἐστι· ποιητικὸν ἄρα καὶ γραμματικόν ἐστιν ὁ κόσμος· πρὸς ἣν ἁπαντῶντες παραβολὴν οἱ Στωικοὶ, φασὶν ὅτι, &c. *Sed Alexinus quidem cum Zenone comparando, conflictubatur; hoc modo: Poëticum eſt melius ac præſtantius non Poëtico, & Grammaticum non Grammatico: & quod conſideratur convenienter aliis artibus eſt melius ac præſtantius eo quod non eſt hujuſmodi: mundo autem nihil eſt melius: Poëticum ergo quid & Grammaticum eſt mundus. Cui comparationi occurrentes, dicunt Stoici quod*, &c. Argumentum eſt, ut vocant, ad hominem: quo nempe Alexinus hanc Zenonis rationem confutabat, quæ eſt apud Ciceronem libro II. de Natura Deorum. *Quod ratione utitur, id melius eſt, quàm id quod ratione non utitur: nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur.*

Πρὶν Ἀλφεόν] Ἀλφαῖον, hîc, & apud Heſychium 110
Illuſtrem, reponebat Hadrianus Junius. Lege Ἀλφειόν.

Θνῆσε] Θνῆσκε. error fuit Typographi. ἐθνῆ, habuit prior Editio; ἔθανεν, Editio Sambuciana.

Καὶ πρὸς Ἔφορον τὸν ἱστοριογράφον] Contra quem ſcripſit quoque Strato quidam. Plinius libro I. ubi de Scriptoribus, quorum auctoritate utitur libro VII. *Strato, qui contra Ephori heuremata ſcripſit.* ita legebat Jonſius, non *theoremata*. De Ephoro Hiſtorico, diximus ſuprà.

Εὔφαντος γέγονεν Ὀλύνθιος] De Euphanto Olynthio, Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 8.

Ἀπολλώνιος ὁ Κρόνος, οὗ Διόδωρος Ἀμεινίου, Ἰάσεὺς, 111
καὶ αὐτὸς Κρόνος ἐπίκλην] De utroque, Strabo libro XIV. ubi de Jaſſo: ἐντεῦθεν δ' ἦν ὁ Διαλεκτικὸς Διόδωρος, ὁ Κρόνος προσαγορευθεὶς, καταρχὰς μὲν ψευδῶς· Ἀπολλώνιος γὰρ ἐκαλεῖτο ὁ Κρόνος, ἐπιστατήσας ἐκείνου· μετήνεγκαν δ' ἐπ' αὐτὸν διὰ τὴν ἀδοξίαν τοῦ κατ' ἀλήθειαν Κρόνου. *Inde fuit oriundus etiam Diodorus Dialecticus cognomento* Cronus: *quod ei ab initio tributum eſt falsò, cùm eſſet cognomen* Apollonii, *quo is uſus fuit magiſtro: eſt autem tranſlatum in Diodorum, ob veri Croni obſcuritatem.* & lib. XVII. ubi de Cyrena: καὶ ὁ Κρόνος δὲ Ἀπολλώνιος ἐκεῖθέν ἐστιν, ὁ τοῦ Διαλεκτικοῦ Διοδώρου διδάσκαλος, τοῦ καὶ αὐτοῦ Κρόνου προσαγορευθέντος, μετενεγκάντων τινῶν τὸ τοῦ διδασκάλου ἐπίθετον ἐπὶ τὸν μαθητήν. *Inde quoque oriundus Cronus Apollonius, Diodori Dialectici magiſter; qui & ipſe* Cronus *dictus eſt, magiſtri cognomine in diſcipulum à quibuſdam tranſlato.* De Diodoro ejuſque filiabus, ita Clemens Στρωματέων IV. Διοδώρου τοῦ Κρόνου ἐπικληθέντος, θυγατέρες πᾶσαι Διαλεκτικαὶ γεγόνασιν, ὥς φησι Φίλων ὁ Διαλεκτικὸς ἐν τῷ Μενεξένῳ· ὧν τὰ ὀνόματα παρατίθεται τάδε, Μενεξένη, Ἀργεία, Θέογνις, Ἀρτεμισία, Παντάκλεια. *Diodori, cognomento* Croni, *filiæ omnes Dialecticæ fuerunt, ut ait Philo Dialecticus in Menexeno. harum autem nomina hæc ſunt, Menexene, Argia, Theognis, Artemiſia, Pantaclea.* Ad quem locum reſpexit Hieronymus libro I. contra Jovinianum, his verbis: *Diodorus Socraticus, quinque filias Dialecticas inſignis pudicitiæ habuiſſe narratur: de quibus & Philo, Car-*

neadis magiſter, pleniſſimam ſcribit hiſtoriam. Citatur Diodorus ille Gellio lib. XI. cap. 12. & Sexto Empirico paſſim. Ceterùm hîc, in aliis Editionibus, poſt hæc verba καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Κρόνος, vox οὗ deeſt, & vox Διόδωρος quæ ſequitur, initium eſt alterius Vitæ. Vocem οὗ agnoſcit Codex Sambuci. Deeſt quoque in MS. Regio. ſed in eo Διόδωρος caput continuat, non ſeparat. De Apollonio, plura hîc ſcripſiſſe Laërtium, quæ intercidêre, putabat Voſſius libro de Philoſophorum ſectis cap. XI. idem & mihi videbatur.

Γασεὺς] Ita omnes editi & MSS. Ita quoque apud Suidam in Χοιρίλος. Sed legendum utrobique, Γασσεὺς de quo etiam monuit Caſaubonus.

Αὐτὸς ὁ Μῶμος] Diſtingue,

--- αὐτὸς ὁ Μῶμος
Ἔγραφεν ἐν τοίχοις, ὁ Κρόνος ἐστὶ σοφός.

Quod εἰρωνικῶς dictum fuiſſe, hæc verba αὐτὸς ὁ Μῶμος oſtendunt. De ſcriptura in parietibus, κατατειχογραφεῖν, eleganter dixit Strabo.

Ἦν δὲ καὶ οὗτος διαλεκτικὸς] Διαλεκτικώτατος dicitur Sexto Empirico adverſus Mathematicos lib. I. capite ultimo; ubi refert Epigramma quoddam Callimachi ad eumdem Diodorum. *valens Dialecticus*, dicitur Ciceroni, teſte Caſaubono.

Καὶ δὴ καὶ Κρόνος ἤκουσεν ἐν σκώμματος μέρει] Malim καὶ δὴ καὶ ὄνος ἤκουσεν ἐν σκώμματος μέρει. Laërtius in Epigrammate quod ſequitur,

--- τοὶ γὰρ εὑρέθης Κρόνος
Ἔξω τε τοῦ ῥῶ, κάππα τε.

Sed & Κρόνος legi poteſt: hoc eſt, *ſatuus*, *ſtolidus*. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas: Κρόνους· ἀρχαίους, μωρούς, λήρους, ἀναισθήτους.

12 Ἀθυμίᾳ τὸν βίον κατέστρεψε] Plinius VII. 53. *Pudore* (obiit) *Diodorus, Sapientiæ dialecticæ Profeſſor, luſoriâ quæſtione non protinus ad interrogationes Stilponis diſſolutâ.*

Κρόνε Διόδωρε, &c.] Sunt Jambi Trimetri cum Dimetris: qui ſic diſtinguendi,

Κρόνε Διόδωρε τίς σε δαιμόνων κακῶν
Ἀθυμίᾳ ξυνείρυσεν,
Ἵν' αὐτὸς αὐτὸν ἐμβάλῃς εἰς τάρταρον,
Στίλπωνος οὐ λύσας ἔπη
Αἰνιγματώδη; τοὶ γὰρ εὑρέθης Κρόνος
Ἔξω γε τοῦ ῥῶ, κάππα τε.

Ita rectè Caſaubonus pro ἔξωθεν τοῦ ῥῶ, quod vulgò legitur. Eſt autem κρόνος, demptis cappa & rho, ὄνος id eſt, *aſinus*.

Γχθύας, Μετάλλου] Thraſymachi Corinthii familiaris, ut eum infrà Laërtius vocat in Stilpone. Exiſtimo non alium eſſe ab Ichthya, Philoſopho illo Megarenſi qui memoratur ab Athenæo libro VIII. 3. Dialogi Diogenis, *Ichthyas* inſcripti, mentionem facit Laërtius in Indice Librorum Diogenis.

Κλεινόμαχος ὁ Θούριος] Is eſt, de quo Suidas in Πύῤῥων· ἀκήκουσε Βρύσωνος, τοῦ Κλεινομάχου μαθητοῦ.

STILPO.

113 Μεγαρεὺς, τῆς Ἑλλάδος] Nam plures eo nomine Urbes fuere; de quibus Stephanus. Malè apud Suidam Στίλπων. Μεγαρεὺς φιλόσοφος, legendum cum nota interpunctionis, Μεγαρεὺς, φιλόσοφος, ut monuit Reineſius in Variis III. 2.

Οἱ δὲ καὶ αὐτοῦ Εὐκλείδου ἀκοῦσαι, &c.] Paſiclis Thebani diſcipulum eum facit Suidas; ſed alios eum Euclidis diſcipulum facere, etiam teſtatur. Addit Suidas, Paſiclem Cratetis Cynici fratris, & Dioclidis Megarenſis diſcipulum fuiſſe: ὃς ἠκροάσατο Κράτητος τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ Διοκλείδου τοῦ Μεγαρέως· οἱ δὲ, Εὐκλείδου τοῦ Πλάτωνος γνωρίμου. Sed ibi Dioclidis nomen mendoſum eſt; pro eoque reponendum Εὐκλείδου, ut rectè monuit Reineſius ibidem.

Εὑρεσιολογίᾳ] De hac voce, videndus H. Stephanus Annotat. in Diogenem noſtrum pagina 15. & 16.

Μεγαρίσαι] Id eſt, *Sectam Megaricam ſequi*, ut rectè Aldobrandinus. Vide Caſaub.

Φίλιππος ὁ Μεγαρικὸς] De quo nihil ampliùs accepimus.

Μητρόδωρον τὸν θεωρηματικὸν] θεωρητικὸν videtur legiſſe Aldobrandinus: & fortaſſe non malè. Certè Theoreticæ ſectæ meminit Juſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo: τί ποτε δέ ἐστι φιλοσοφία, καὶ οὗ χάριν κατεπέμφθη εἰς τοὺς ἀνθρώπους, λέληθεν. οὐ γὰρ ἂν Πλατωνικοὶ ἦσαν, οὐδὲ Στωϊκοὶ, οὐδὲ Περιπατητικοὶ, οὐδὲ Θεωρητικοὶ, οὐδὲ Πυθαγορικοὶ, μιᾶς οὔσης ταύτης ἐπιστήμης. Et Suidas in αἱρετώτερος: καὶ γὰρ Θεωρητικοῖς καὶ Φυσικοῖς, καὶ Λογικοῖς, ἡ ζήτησις ἡ τοῦ βελτίονος· ὁ γὰρ ζητῶν, ποτέρα βελτίων οὐσία ἡ κινουμένη, ἢ ἀκίνητος, φυσικὸν μεταχειρίζεται πρόβλημα. Λογικὸς δὲ, ὁ ζητῶν πότερον ἡ φρόνησις πρακτικώτερον, ἢ θεωρητικώτερον. Adde Heſychium Illuſtrem, in Ariſtotele: οὗτος βούλεται διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον· τὸν μὲν, πρακτικόν· τὸν δὲ, θεωρητικόν. καὶ τοῦ πρακτικοῦ τόν, τε ἠθικὸν καὶ πολιτικόν. οὗ τά τε περὶ πόλιν καὶ τὰ περὶ οἶκον ὑπογεγράφθαι. τοῦ δὲ θεωρητικοῦ, τόν τε φυσικὸν καὶ λογικόν, &c. Nihil tamen muto. Ceterùm, an Metrodorus ille, is ſit qui περὶ συνηθείας ſcripſerat, & cujus libri meminit Athenæus IX. 10. & adverſùs quem ſcripſit Chryſippus, teſte Laërtio in Chryſippo, & Plutarcho de Contradictionibus Stoïcorum, ampliùs quærendum.

Ἀριστοτέλους δὲ τοῦ Κυρηναϊκοῦ] De quo infrà Laërtius, in Ariſtotele.

Κλείταρχον] An Alexandri M. comitem?

Παιδύσιον, &c. Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν] De quibus amplius quærendum.

Καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου] Ita etiam apud Heſychium Mileſium legitur. Sed utrobique Meurſius ἐξ Ἐνετοῦ legendum contendit; & vertendum, *ex Eneto*, ſive *Enetenſem*; non verò, *Exaneti diſcipulum*, ut vertit Aldobrandinus: aut *Exaneti filium*, ut Ambroſius & alii: cùm ἐξ Ἐνετοῦ hîc legerit Stephanus Geographus. Verba Stephani ſunt: ἔστι καὶ πόλις Ἐνετὸς, ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ ὁ Διαλεκτικὸς Φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφου Ἱστορίας: quæ verba exſcripſit Euſtathius, ad hæc Homeri Iliados B,

Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ,
Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἠμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Ἐνετοὶ δὲ, inquit, ἔθνος περὶ Παφλαγονίαν. &c. ἦν δὲ καὶ πόλις Ἐνετὸς, φησὶν, ἀφ' ἧς Μύρμηξ (γρ. Μύρμηξ) ὁ Διαλεκτικὸς Φιλόσοφος. At Caſaubonus, veterum

neminem hanc urbem nominaſſe exiſtimans, Stephanum prava lectione deceptum contendit: atque hoc loco rectè legi τὸν Ἐξαινίτου: id eſt, *Exæneti filium*. *Exainetus* nomen eſt proprium. Sic vocabatur pater, & filius Empedoclis, teſte Laërtio in Empedocle. Et Exænetus quidam Agrigentinus memoratur Auctori anonymo Olympiadum. Sed Meurſius *Enetum*, urbem eſſe Paphlagoniæ dicit, cujus meminit Strabo libro XII. & Solinus cap. 44. Ἐνετή, non Ἐνετὸς, dicitur locus ille Straboni, & Zenodoto. Verba Straboni ſunt: ζητοῦσι δὲ, τίνας λέγει τοὺς Ἐνετοὺς ὁ ποιητὴς, ὅταν ἔφη, Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο, &c. οὐ γὰρ δείκνυσθαί φασιν νῦν Ἐνετοὺς ἐν τῇ Παφλαγονίᾳ. οἱ δὲ κώμην ἐν τῷ αἰγιαλῷ φασὶ, δέκα σχοίνους ἀπὸ Ἀμάστρεως διέχουσαν. Ζηνόδοτος δὲ, ἐξ Ἐνετῆς γράφει, καί φησι δηλοῦσθαι τὴν νῦν Ἀμισόν. Solini verò, hæc: *Inſignis loco Heneto*: (ſermo eſt de Paphlagonia) *à quo ut Cornelius Nepos perhibet, Paphlagones in Italiam transvecti, mox* Veneti *ſunt nominati*. Stat à parente ſuo Mericus Caſaubonus: Solinum erraſſe dicens: qui, ut ait Salmaſius ad Solinum, de viculo oppidum, de obſcuro celebre, fecerit. & Laërtium, regionis locum (quod ſolet) additurum fuiſſe loco obſcuro & dubio adfirmans, ſi hîc locum ſignificare voluiſſet. Stat à Meurſio Jonſius Philoſophicæ Hiſtoriæ libro 2. cap. primo: ibi enim Myrmecem, *Enetum* vocat. Utraque lectio proba eſt. Quod verò addit Iſaacus Caſaubonus, in Euclide à Laërtio Euphantum Olynthium appellari, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον: non enim hîc de Euphanto ſermo eſt, ſed de Myrmece.

114 Φρασίδημον] Phraſidemum illum Peripateticum, alibi laudatum non reperio.

Φυσικὸν ἔμπειρον ὄντα] Optimè Caſ. φυσικῶν.

Καὶ τὸν ῥητορικὸν Ἄλκιμον, ἁπάντων πρωτεύοντα, τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι Ῥητόρων] Mirum hujus Alcimi quem Laërtius Græcorum Rhetorum facilè principem appellat, neminem veterum Scriptorum meminiſſe. Laërtio quidem infrà, in Platone, laudatur Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀνύτην, ſed nihil hæc ad Rhetorem. Memoratur etiam B. Hieronymo in Chronico Euſebiano ad annum Chriſti CCCLX. Alcimus quidam Rhetor, quem in Aquitania florentiſſimè docuiſſe ait, & cujus inter Profeſſores Burdigalenſes meminit Auſonius; ſed quem alium eſſe à noſtro, tot ſeculorum intervallum docet. Putabam olim hîc legendum καὶ τὸν ῥητορικὸν Ἀλκιδάμαντα πάντων πρωτεύοντα, &c. Sed cùm Alcidamas Eleates Rhetor, Gorgiæ Leontini fuerit diſcipulus; ut eſt apud Dionyſium Halic. & Athenæum; Stilpone paulò antiquior videtur: licèt Gorgias beneficio longiſſimæ ætatis (nam centum & novem vixit annos) ultra Socratem duraverit, ut diſcimus ex Cicerone.

Καὶ Ζήνωνα τὸν Φοίνικα] Infrà hîc, circa finem Vitæ: τούτου καὶ Ἡρακλείδης φησὶ τὸν Ζήνωνα ἀκοῦσαι, τὸν τῆς Στοᾶς κτιστήν.

Καὶ ἑταίρα συνῆν Νικαρέτη] Hujus nobiliſſimæ meretricis meminit Athenæus libro XIII. cap. 7. ubi & eam Stilponem audiviſſe ait: Νικαρέτη δὲ ἡ Μεγαρὶς οὐκ ἀγεννὴς ἦν ἑταίρα, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ γενέων ἐνδοξος, καὶ κατὰ παιδείαν ἐπέρασεν ἦν. ἠκροᾶτο δὲ Στίλπωνος τοῦ φιλοσόφου. Meminit Demoſthenes Oratione in Neæram; ſi modò Demoſthenis Oratio hæc eſt; Nicaretæ cujuſdam nobiliſſimæ lenæ, ſed quam Chariſii Elei libertam, & Hippiæ, coqui ejus, uxorem appellat; quare aliam à meretrice illa Megarenſi exiſtimamus, quam Athenæus ἀπὸ γενέων ἔνδοξον fuiſſe dicit. Mulieroſum Stilponem fuiſſe, ſcribit Cicero libro de Fato. *Stilponem Megaricum Philoſophum*, inquit, *acutum ſane hominem & probatum temporibus illis accepimus. Hunc ſcribunt ipſius familiares, & ebrioſum, & mulieroſum fuiſſe. Neque hoc ſcribunt vituperantes, ſed potiùs ad laudem: vitioſum enim naturam ab eo ſic edomitam & compreſſam eſſe doctrinâ, ut nemo umquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis veſtigium viderit.*

Ὀνήτωρ] Meminit Suidas Onetoris cujuſdam, contra quem Demoſthenes ſcripſit, & cujus meminit quoque Iſocrates; ſed qui hoc noſtro antiquior videtur fuiſſe.

Καὶ θυγατέρα ἀκόλαστον ἐγέννησεν, &c.] Quod hîc de Stilpone, ejuſque filia, dicitur, apud Plutarchum quoque in libro de animi tranquillitate, his verbis relatum eſt: ὥσπερ, οὐδὲ Στίλπωνα τῶν καθ' αὑτὸν φιλοσόφων ἱλαρώτατα ζῆν ἐκώλυσεν ἀκόλαστος οὖσα ἡ θυγάτηρ. ἀλλὰ καὶ Μητροκλέους ὀνειδίσαντος, Ἐμὸν οὖν, ἔφη, ἁμάρτημα τοῦτό ἐστιν, ἢ ἐκείνης; εἰπόντος δὲ τοῦ Μητροκλέους, Ἐκείνης μὲν ἁμάρτημα, σὸν δὲ ἀτύχημα, Πῶς λέγεις, εἶπεν, οὐχὶ τὰ ἁμαρτήματα καὶ διαπτώματά ἐστι; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. τὰ δὲ διαπτώματα, οὐχ ἅ ἂν διαπτώματα, καὶ ἀποτεύγματα; συνωμολόγησεν ὁ Μητροκλῆς. Τὰ δὲ ἀποτεύγματα, οὐχ ὧν ἀποτεύγματα, ἀτυχήματα; πράῳ λόγῳ καὶ φιλοσόφῳ κενὸν ἀποδείξας ὕλαγμα τὴν τοῦ Κυνικοῦ βλασφημίαν. *Neque Stilponem prohibuit jucundiſſimè omnium ſuæ ætatis Philoſophorum vivere intemperans filia. Quinetiam Metrocli id exprobranti; Meumne, inquit, hoc eſt peccatum, an filiæ? ac dicente Metrocle, Filiæ peccatum eſt, tuum verò infortunium. Quid ais, reſpondit? nonne peccata etiam ſunt lapſus? Omnino, ajebat Metrocles. Quid, inquit, nonne quem lapſus, eumdem & aberratio ſpectat? Aſſenſit. Nonne verò, inquit, iſtæ à rebus appetitis aberrationes eorum ſunt infortunia qui eas non aſſequuntur? Sic ille, placido & philoſophico ſermone, oſtendit vanum latratum eſſe Cynicam calumniam.*

Σιμμίας Συρακούσιος] De quo nihil ampliùs accepimus.

Ἀπεδέχετο δ' αὐτὸν, φασὶ, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Σωτὴρ] Suidas, ubi de Stilpone: γεγονὼς παρὰ τῷ πρώτῳ Πτολεμαίῳ. 115

Καταλαβὼν τὰ Μέγαρα] Id eſt, *Megaris captis*. Legi poſſet & καταβαλὼν. Id eſt, *dirutis*. Plutarchus περὶ παίδων ἀγωγῆς· καί μοι δοκεῖ Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς φιλόσοφος ἀξιομνημόνευτον ποιῆσαι ἀπόκρισιν, ὅτε Δημήτριος ἐξανδραποδισάμενος τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατέβαλεν, καὶ τὸν Στίλπωνα ἤρετο μή τι ἀπολωλεκὼς εἴη. καὶ ὃς, οὐ δῆτα, εἶπε· πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν. *Ac mihi quidem videtur dignum memoratu Stilponis Megarenſis Philoſophi dictum: qui à Demetrio, quo is tempore Megaram civibus in ſervitutem abductis ſolo æquavit, interrogatus, ecquid ſua-*

rum rerum amisisset, Nihil se amisisse respondit: neque enim Bellum Virtutem inter spolia capere. Ex quibus verbis, apparet hoc loco legendum ἀπολωλεκέναι, uti Casaubonus emendavit, & quemadmodum apud Hesychium Milesium legitur. Sed καταλαβὼν, etiam Plutarchus, in libro de Animi tranquillitate: ὁ Δημήτριος τὴν Μεγαρέων πόλιν καταλαβὼν, ἠρώτησε τὸν Στίλπωνα, μή τι τῶν ἐκείνου διήρπασται. καὶ ὁ Στίλπων ἔφη, μηδένα ἰδεῖν τὰ μὰ φέροντα. Hujus dicti meminit & Seneca de Constantia Sapientis cap. 5. *Megara Demetrius ceperat, cui cognomen* Poliorcetes *fuit: ab hoc Stilpon Philosophus interrogatus, num quid perdidisset; Nihil, inquit; omnia namque mea mecum sunt.* & epistolâ IX. *Hic enim captâ patriâ, amissis liberis, amissa uxore, cùm ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium* Poliorcetes *fuit, Num quid perdidisset; Omnia, inquit, bona mea mecum sunt. Ecce vir fortis ac strenuus, ipsam hostis sui victoriam vicit. Nihil, inquit, perdidi. dubitare illum coëgit an vicisset. omnia mea mecum sunt; justitia, virtus, temperantia, prudentia; hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit.*

116 Μὴ γὰρ εἶναι αὐτὴν θεὸν, ἀλλὰ θεάν. θεοὺς δὲ εἶναι τοὺς ἄῤῥενας] Θεὸς Græcis, ut Latinis *Deus*, dicitur de utroque sexu. Servius ad hæc Æneidos VII.

Nec dextræ erranti Deus abfuit:

Alecto Deum *dicit: sicut de Venere*, Descendo, ac ducente Deo. *Nam, ut diximus, Numina utriusque sexus videntur; ideo, quia incorporea sunt, & quod volunt, assumunt corpus.* Ita Deus de Aurora in elegantissimo illo Q. Catuli in Roscium epigrammate,

Constiteram exorientem Auroram forte salutans,
Cùm subitò à lævâ Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, Cœlestes, dicere vestrâ,
Mortalis visu'st pulcrior esse Deo.

Vide suprà in Proœmio.

Ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κόλπον ἐθεάσατο] Aliæ Editiones τὸν κῆπον. Et ita quoque MS. Regius; & H. Stephanus; & Casaubonus. κῆπος, Græcis, ut Latinis *hortus*, περὶ γυναικείου μορίου usurpatur: Quò respexit Auctor illius Epigrammatis necdum editi,

Hortis Hesperidum, Sabellè, cultis
Vestræ cultior Hortus est Lupercæ.
Hortorum Deus ipse, quæstuosum,
Cunctis hunc fodit & rigat diebus.

Sed τὸ κόλπον, propter τὸ ἀνασύρας, magis placet.

117 Περὶ τούτων μὴ ἐρώτα, ἀνόητε, ἐν ὁδῷ] Fuit Stilpon parcus Deorum cultor & infrequens: imò ἄθεος. Narrat Athenæus X. 5. in Templo Matris Deûm alium cùm comedisset, à quo delubro arcendus erat qui horum quidquam gustasset, in eo Templo eum obdormiisse; adstantique in somnis Deæ, ac dicenti, Philosophus es, ô Stilpon, & sacras leges violas; visum sibi fuisse hæc respondere, Præbe mihi quod edam, & alliis non vescar.

118 Χειμῶνος συγκεκαυμένου] Malebat Josephus Scaliger συγκεκαμμένον· συγκεκαλυμμένον habent Codices Hesychii. Sed συγκεκαυμένον rectum est. καίειν Græci, ut Latini *urere*, de frigore dixerunt.

Δοκεῖς μοι χρείαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ] Jocus in ambiguo τοῦ καινοῦ & τοῦ καὶ νοῦ. Ita infrà, in Diogene Cynico: πρός τε τὸ Πυντικὸν μειράκιον, μέλλον φοιτᾶν αὐτῷ, καὶ πυθόμενον τίνων αὐτῷ δεῖ, φησὶ βιβλιαρίου καὶ νοῦ, καὶ γραφείου, καὶ νοῦ, καὶ πινακιδίου καὶ νοῦ. Quod dictum tribuitur Isocrati à Theone Sophista. Ἰσοκράτης ὁ Ῥήτωρ, inquit Theon, συνισταμένου αὐτῷ παιδίου, καὶ ἐρωτῶντος τοῦ συνιστάντος τίνος αὐτῷ δεῖ, εἶπε, πινακιδίου καὶ νοῦ, καὶ γραφειδίου καὶ νοῦ· ἀμφιβαλλόμενον γὰρ πότερον νοῦ καὶ πινακιδίου λέγει, ἢ πινακίδος καινῆς, καὶ καινοῦ γραφειδίου. Similis est apud Aristophanem lusus in vocibus ὄνου πεσὼν & ὁ νοῦ πεσών.

Οἵδι φασι Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς] Allusione ad typhum Philosophicum.

Ἐρίζεσκε] Ἐριζεσκεν, metri causâ scribendum, & ita ceteræ Editiones, nec non Hesychii Codices.

Τὴν δ' ἀρετὴν παράγραμμα διώκοντες] Lego παρὰ γράμμα· & sic Editio Stephanica & Basileensis. Id est, *virtutem verbo tenus sectantes.* pro διώκοντες, habuit Basileensis editio διώκοντος· quam lectionem apud Hesychium Milesium; apud quem διώκοντες quoque legitur; Hadrianus Junius reponebat: & quam apud Laërtium agnovit Sambucus. Aldobrandiniana διώκοντες mihi magis placet. Est qui διώκοντες interpretatur. ἀλλήλους περαίνοντες.

Φέρονται δ' αὐτοῦ διάλογοι ἐννέα] Non pauciores fuisse XX. ait Suidas. 120

Μόσχος] Fuit Moschus è Phædonis schola. Vide mox in Menedemo.

Πιὼν γὰρ ἤλασε] Ἤλασε. Id est, *periit, obiit.* Vide Casaubonum ad Suetonium in Nerone Claudio.

Ὑπὸ Σοφίλου τοῦ Κωμικοῦ ἐν δράμασι Γάμου] Φίλου, editio prior. ineptè. Pro Σοφίλου, Σωφίλου Junius & Casaubonus reponunt. Sophilus Sicyonius, aut Thebanus, Comicus fuit Mediæ Comœdiæ, Lagidæ tempore. At cùm inter Sophili Dramata, *Nuptiarum* Fabulam non recenseat Suidas, qui ejus Fabulas recenset, cùmque ab Athenæo citetur Diphilus ἐν Γάμοις, accedo lubens ut credam scripsisse Laërtium ὑπὸ Διφίλου τοῦ Κωμικοῦ· & ita quoque videtur legisse Aldobrandinus, ut ex ejus Annotationibus apparet: in quibus disertè legitur *Diphilus Comicus in Nuptiarum Fabula.* Cæterùm, pro Γάμου optimè Casaubonus Γάμοι emendabat: nam & MS. Reg. γάμωι· quod fuit error Librarii, pro Γάμοι.

Βύσμαθ'] Σοφίσμαθ' malebat Florens Christianus.

CRITO.

Περὶ εὐθημοσύνης] Εὐθημοσύνη, est concinna rerum digestio, condecens rerum descriptio: de qua voce videndus Leopardus v. 2. Aldobrandinus putavit idem esse quod εὐθυμία. malè. Ambrosius, qui *de fertilitate* vertit, videtur legisse περὶ εὐθηνίας. 121

Τί τὸ ἐπίστασθαι] Rectè Cas. legendum vidit ἢ τί τὸ ἐπίστασθαι, vel περὶ ἐπιστήμης, τί τὸ ἐπίστασθαι, eum vide. Scripsisse præterea Critonem Socratis Apologiam,

logiam, ſcribit Suidas, qui duos, treſve alios Critonas commemorat.

SIMO.

122 Σκυτοτόμος] Id eſt, *ſutor, cerdo*; & generaliter *qui coria incidit.* Johannes Chryſoſtomus σκυτοτόμον Sanctum Paulum; is erat σκηνορράφος, vocare amat; quia tentoria ex corio fieri ſolent. Vox fuit Attica. Mœris Atticiſta: σκυτοτόμον, Ἀττικοί· σκυτέα, Ἕλληνες.

Ὅθεν Σκυτικοὺς αὐτοῦ τοὺς διαλόγους καλοῦσιν] Alluſione ad Σκυθικοὺς λόγους. Vide nos ſuprà, ad Phædonem.

Περὶ τοῦ καλοῦ, Τί τὸ καλὸν] Unicus eſt Dialogus. Porro hujus noſtri Simonis & Ariſtippi Epiſtolas ἀμοιβαίας edidit Allatius inter Socraticas. Videſis Johannem Stobæum cap. XII. 15. de Continentia & Sobrietate, qui partem Epiſtolæ refert.

123 Καὶ ἕτερος ἰατρὸς] Σίμος quidam Medicus ex Co inſula memoratur Straboni lib. XIV. ubi, ex hoc loco, legebat Σίμων amicus quidam meus: ſed fruſtra: nam & Simi, Medici, meminit Plinius lib. & cap. 22. An ibi legendum Σίμων? Fuit & alius Simon, pater Sapphûs, teſte Suida.

Καί τις ἀνδριαντοποιός] Simon Ægineta: de quo Pauſanias Ἠλιακῶν primo ſub finem. Et Simon Athenienſis, ſcriptor, teſte Suida in τρίλλη, τῶν ἱππιατρικῶν.

GLAUCO.

124 DE Glaucone illo Socratico Philoſopho, altum apud Scriptores poſteriores ſilentium. Frater fuit Platonis.

SIMMIAS.

Περὶ ἐπιμελείας] Legitur apud Suidam, περὶ ἐπιμελείας ψυχῆς. Sed ubi legendum, ex Laërtio, περὶ ἐπιμελείας, περὶ ψυχῆς. Fuit & alius Simmias, Rhodius, Grammaticus & Poëta; de quo Suidas.

CEBES.

125 Πίναξ] Tertullianus libro de Præſcriptione adverſus Hæreticos: *Meus quidem propinquus, ex eodem Poëta, inter cetera ſtyli otia Pinacem Cebetis explicuit.* Chalcidius, extremo Commentarii in Timæum, profert locum ex Cebete, qui reperitur in Tabula quæ hodie ſub Cebetis nomine exſtat; unde elegantiſſimi ejus libelli germanitatem adſtruunt Viri docti. Sed in eo Libello mentio fit Peripateticorum; & Criticorum; & Platonis; quorum omnium antiquior Cebes: quare hæc ab imperito Librario in textum Cebetis intruſa fuiſſe, iidem Viri docti verè exiſtimant. Sed de his videndus omnino Samuel Petitus Miſcell. libro & capite quarto. Præter hos tres Dialogos, alia ſcripſiſſe Cebetem, ait Suidas. Fuit & Cebes Cyzicenus: de quo Athenæus lib. IV. Et Cebes, Virgilii amaſius, de quo Donatus in Vita Virgilii. Præter memoratos Socratis diſcipulos, Suidas, in Σωκράτης, nominat Eumarem Phliaſium & Terpſionem Megaricum: qui mihi non aliunde noti. Nominat & Euenam, & Chærephontem: qui noti ex Platone.

MENEDEMUS.

Οἱ δὲ καὶ σκηνογράφον] Rectè: & ita Codices veteres Sambuci. Ita quoque emendaverat Muretus Variarum Lectionum libro & capite XI. Aliæ editiones, & MS. Regius, σκηνορράφον, minùs rectè.

Καθήψατό τις Ἀλεξίνεως] Hæc, & ſequentia, exſcripſit ad verbum Heſychius Illuſtris.

Οὔτε σκηνὴν, οὔτε ψήφισμα προσήκει τῷ σοφῷ γράφειν] H. Stephanus in Præfatione ad Laërtium, hîc legebat, οὔτε σκηνὴν ῥάψειν, οὔτε ψήφισμα προσήκει τῷ σοφῷ γράψειν· & ita quoque Joſephus Scaliger ad oram libri. Sed nihil mutandum. Τὸ γράφειν, & ad τὸ σκηνὴν, & ad τὸ ψήφισμα, refertur: neque aliter apud Heſychium Mileſium legitur.

Ἀσκληπιάδου δὲ τοῦ Φλιασίου] Hujus meminere, 126
Plutarchus libro de diſcrimine Amici & Adulatoris; Athenæus IV. 19. Diogenes noſter ſuprà in Phædone, & infrà lib. VI. in Cratete; nec non Heſychius Mileſius in Menedemo; & Cicero lib. V. Tuſc. Quæſt.

Ἐρετρικοὶ] Diximus ſuprà. De Eretriacis Philoſophis volumen olim ſcripſerat Sphærus Boſphoranus, teſte Diogene noſtro in Vita Zenonis Cittiei, cujus diſcipulus fuit Sphærus ille Boſphoranus.

Κράτης] An ille ἐπιγραμματοποιός, quem nonum Diogenes noſter commemorat in Vita Cratetis?

Καὶ ταῦρον Ἑρέτρην] Γαῦρον, Chriſtianus emendabat. Sed fortaſſe nihil mutandum. ταῦρος, de ſuperbo & feroce dici poteſt. ταυρηδὸν βλέπειν, dixere Ariſtophanes & Lucianus, pro *torvè intueri*, ταῦρος περιβλέπει εἰς ἑαυτὸν, καὶ καταβλέπει, inquit Polemon in Phyſiognomonicis.

Λόγον ἀναστήσας] Ita quoque apud Heſychium Mileſium. Inepta lectio; & quam vel ſola metri ratio refellit. utrobique legendum ut habent priores editiones, Λῆρον ἀναστήσας. id eſt, *nugarum excitator*. Laërtius infrà, de ipſo Menedemo: τὸ μὲν οὖν πρῶτα κατεφρονεῖτο, κύων καὶ λῆρος ὑπὸ τῶν Ἐρετριέων ἀκούων. Legendum & hîc, metri causâ, ὀφρυωμένος, non ὠφρυωμένος. eſt autem ὠφρυωμένος, ut rectè Gloſſæ Heſychii, ἐπηρμένος.

Οὕτω δ' ἦν σεμνὸς, &c.] Plutarchus libro de Adulato- 127
ris & Amici diſcrimine, auctor eſt Menedemum Aſclepiadæ amici ſui filium, intemperantem, & diſſolutè viventem, foribus excluſum nec dignatum fuiſſe alloquio, & poſtea in rectam vivendi viam redegiſſe.

Κληθέντα] Ad cœnam videlicet. καλεῖν, ſimpliciter, eſt καλεῖν ἐπὶ δεῖπνον.

Ἐπισκώπτης καὶ παῤῥησιαστής] Rectè; & ita MSS. quidam. Heſychius Mileſius, ceteræque editiones, minùs rectè ἐπικόπτης. Laërtius infrà, in Arceſilao:

ἐπισκώπτης θ' ἱκανῶς καὶ παῤῥησιαστής. ubi tamen Codex Regius ἐπικόπτης.

Περαινομένου] Id est *percisi*, πυγιζομένου. Ita mox τί αὐτὸν Ἀντίγονος περαίνει. Et infrà, in Arcesilao: πρὸς δὲ τὸν αἰτίαν ἔχοντα περαίνεσθαι.

Τὴν ὕβριν] Ὕβρις, propriè hoc contumeliæ genus Platonicis dicebatur; ut ὑβριστὴς, libidinosus amator: quod jampridem Daniel Heinsius in Notis ad Tyrium Maximum observavit. Vide tamen Heraldum in Salmasii Observationes ad Jus Atticum & Romanum, lib. II. cap. 10.

Γεροκλέους] Hieroclem, Arcesilai Philosophi familiarem, intelligit; de quo infrà, in Arcesilao.

Τοῦ ἐπὶ τοῦ Πειραιῶς] Illud prius τοῦ, rectè in editione Stephanica desideratur.

Συνανακάμπτοντος αὐτῷ ἐν Ἀμφικράτους] Συνανακόπτοντος, aliæ Editiones, & MS. Regius. συνανακάμπτοντος rectum videtur.

128 Ἀλλὰ καὶ ῥαφανίδας] Γαφανίδωσιν, *pœnam adulterii*, innuens videlicet.

Ἀντιγόνου δὲ συμβουλευομένου, &c.] Accipiendum de Antigono, qui Γονάτας dictus est, filio Poliorcetæ: non enim usque ad alterius Antigoni, qui Δώσων dictus est, tempora, durasse potuit Menedemus; cùm Platonis auditor fuerit, teste Laërtio. Sed Platonis discipulum non fuisse, contendit Jonsius: vix enim decennis erat, inquit, cùm Plato mortuus est. Eum vide. Tamen Plutarchus, adversus Colotem, Platonem ait ex sociis, reip. constituendæ causâ, Arcadibus Aristonymum misisse; Eleis, Phormionem; Pyrrhæis, Menedemum. Cyrillus quoque lib. VI. contra Julianum, Menedemum Pyrrhæum Platonis discipulum vocat; qui non alius, credo, à nostro.

Ἀντιγόνου δὲ συμβουλευομένου, εἰ ἐπὶ κῶμον ἀφίκοιτο, &c.] Plenius apud Hesychium Milesium, συμβουλευομένου τί εἴποι εἰ ἐπὶ κῶμον ἀφίκοιτο· & ita hîc legendum videtur.

Ἀναφέροντά τι αὐτῷ εἰκαίως] Id est, *ei nescio quid nihil ad rem referentem.*

Ἐπιμελοῦ] Rectè: & ita editio Frobeniana, & Hesychii Milesii codices. Stephani editio prior, ἐπιμεῦ posterior, ἐπιτιμεῦ. minùs rectè.

Καὶ κομψὸν ἰδιώτην ἀποβαλεῖν] Sic quoque apud Hesychium legitur. Fortasse hoc voluit dicere, Menedemus, ἀναίσθητον illum, rusticum esse inter Urbanos; inter Rusticos, urbanum.

129 Παρὰ Νικοκρέοντι] Nicocreon ille, Cypri Tyrannus fuit. De eo, infrà Laërtius in Anaxarcho; in Isocrate Plutarchus. Meminit & Athenæus.

Ἐπιμήνιον ἑορτὴν τελοῦντος] Ἐπιμήνιος ἑορτὴ, sive τὰ ἐπιμήνια, festum est singulis mensibus pro felici Urbis statu fieri solitum. Harpocration, in ἐπιμήνια· ἔοικεν εἶναι Ἐπιμήνια, ἤτοι τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα· ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γιγνόμενα θύματα. Suidas: ἐπιμήνια. τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα φυόμενα. (rectè Meursius θυόμενα) ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου τοῦ μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γινόμενα θύματα. Adeundus Meursius Atticarum Lect. v. 3.

130 Ἔτι καὶ μᾶλλον ἀτειρότερον ἐνέκειτο] Αὐστηρότερον, Editiones ceteræ, & MS. Reg.

Δεικνὺς ἐπὶ τῆς θυσίας] Casaub. δεικνὺς, ὡς ἐπὶ τῆς θυσίας. Id est, *probans per illa quæ de sacrificio dixerat, omni tempore philosophiæ esse vacandum.*

Ἐκκλίτης] Ita quoque apud Hesychium Milesium: pro quo rectè Hadrianus Junius ἐκλυτὸς reponebat. quam emendationem probat & Casaubonus; quem vide.

Καὶ τὰ τῆς σχολῆς ἀδιάφορος] Id est, *parumque satagens rerum quæ ad Scholam suam pertinebant:* quod non cepit Aldobrandinus.

Ἀγωνιάτης] Id est, *timidus, anxius, subverecundus.* 131
Suidas: ἀγωνιῶν, δεδιώς.

Ὥστε πρότερον τέκτονι συνοικοδομοῦντες αὐτός τε καὶ ὁ Ἀσκληπιάδης] Utrumque noctu solitum in pistrino molere, testatur quoque Athenæus libro IV. capite 19. cujus verba apponere contentus ero: Μενέδημον γοῦν καὶ Ἀσκληπιάδην, τοὺς φιλοσόφους, νέους ὄντας, καὶ πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας τὰς ἡμέρας τοῖς Φιλοσόφοις συσχολάζοντες, κεκτημένοι δὲ μηδέν, εὐεκτοῦσιν οὕτω τοῖς σώμασι· καὶ οἱ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναί τινα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, ὅτι νυκτὸς ἑκάστης κατιόντες εἰς τὸν μύλωνα, καὶ ἀλοῦντες, δύο δραχμὰς ἀμφότεροι λαμβάνουσι. θαυμάσαντες οἱ Ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. *Menedemum igitur & Asclepiadem Philosophos, ætate juvenes, & inopes, accitos cùm interrogarent, quo pacto dies totos otiosi Philosophis operam navarent, & omnibus destituti facultatibus, corporis habitu sic essent valido, eos postulasse è pistrinorum dominis aliquem accersiri; qui cùm venisset, ac testatus esset singulis noctibus in pistrinum eos descendere, molereque, ac laboris sui mercedem accipere drachmas duas, miratos Areopagitas, ducentas drachmas honoris ergo dedisse.*

Τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παριόντα καὶ ὑπερκύπτοντα, Ἀγαμεμνόνειόν τε καὶ Ἡγησίπολιν ἀποκαλεῖν] H. Stephanus in Præfat. ad Laërtium, legit, & distinguit, τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παριόντα· καὶ ὑποκύπτοντα, Ἀγαμεμνόνειον. Id est, *Nihilominus observasse tempus quo præteribat, & tum caput submittentem.* Agamemnonium & Hegesipolin *appellasse.* Sed nihil mutandum. ὑπερκύπτοντα, est *in pedes se erigentem, & caput proferentem, aspicere eos qui infrà, aut in via sint.* Agamemnon procerâ formâ fuit. quare Crates Menedemum; qui & ipse justa magnitudine erat, ut mox videbitur; in pedes se erigentem, vocabat *Agamemnonium.* Videndus omnino Meursius ad Hesychium Milesium.

Κρεάτων ῥιπτουμένων] Accipio de carnibus morticinis. 132

Κατά τε τὴν ἕξιν τὴν σωματικὴν, &c.] De Menedemi & Asclepiadæ εὐεξίᾳ, videndus Athenæus lib. IV. sed præcipuè lib. X.

Τετριμμένος] Legebam olim πεπυγμένος. Id est, *pingui, sed bene compacto corpore.* Nunc nihil muto. πίων καὶ τετριμμένος, est, *pinguis & nitidus*; & *bene curatâ cute*, ut loquitur Horatius. τρῖψις, est frictio, quæ in Palæstris fiebat, quò flexibilius corpus redderetur. atque inde παιδοτρίβαι dicti, qui adolescentes eo modo fricarent. De ea frictione, Galenus fusè, in libris de Sanitate tuenda.

Τὸ δὲ μέγεθος σύμμετρος] Εὐμήκης, Græcis, unicâ voce, dicitur qui eſt decorâ corporis proceritate.

133 Ἦν δὲ καὶ φιλυπόδοχος, καὶ διὰ τὸ νοσώδες τῆς Ἐρετρίας, πλείω συνάγων συμπόσια] Legit Caſaub. ἦν δὲ καὶ φιλέκδημος διὰ τὸ νοσώδες τῆς Ἐρετρίας· καὶ φιλυπόδοχος, καὶ πλείω συνάγων συμπόσια. Id eſt, *Peregrinandi cupidus erat, quòd Eretria locus minùs ſalubris eſſet. Erat & in excipiendis hoſpitio amicis liberalis, & in conviviis celebrandis frequens.* Nihil mutat Guietus; atque ita totum hunc locum interpretatur: *ceteroqui, vir fuit in excipiendis hoſpitio amicis liberalior, & propter morem vitioſum Eretriæ convivia ſupra modum amantis, in agitandis frequentioribus conviviis intentior.*

Ἐν οἷς καὶ ποιητῶν καὶ μουσικῶν] Ita nos Galli diceremus, *où il y avoit des Poetes & des Muſiciens:* quemadmodum & Itali, *dove erano de' Poeti, e de' Muſici.* Exempla quædam hujus φράσεως notavit Caſaubonus ad Acta Apoſt. Poterat & addere plura.

Καὶ Ἄρατον, καὶ Λυκόφρονα, τὸν τῆς Τραγῳδίας ποιητὴν, καὶ τὸν Ῥόδιον Ἀνταγόραν] Aratum, Lycophronem, Apollonium, è Septem illis Tragicis fuiſſe, quos *Pleiada* vocavere, ſcribit hoc loco Aldobrandinus: quod habuit à Tzetze in Caſſandram Lycophronis, aut à Scholiaſte Theocriti. Sed aliter Scholiaſtes Hephæſtionis: ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι Τραγικοὶ, οὓς πλειάδα ἐκάλεσαν, διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ πλειάδι. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, Ὅμηρος, οὐχ ὁ ποιητὴς, ἀλλ' ὁ Μηρυῦς, τῆς Βυζαντίας πατρίδος, καὶ Σωσίθεος, καὶ Λυκόφρων, καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ Αἰαντίδης, καὶ Σωσιφάνης, καὶ Φίλισκος. Atque hæc ego dum ſcribo, mirari ſubit horum omnium nomina, ſi Lycophronem excipias; etiam à viris doctis; hodie ignorari. Ceterùm, Aratus, Menedemi & Timonis diſcipulus dicitur Suidæ.

Καὶ δὴ καὶ Ἀχαιῷ ὥπερ καὶ δευτερεῖον ἐν τοῖς Σατύροις, Αἰσχύλῳ δὲ τὸ πρωτεῖον ἀπεδίδου.] Claruit Achæus, Poëta Comicus, Olymp. 64. uſque ad Olymp. 82.

Ἐν τοῖς Σατύροις] Id eſt, *in Satyricis Fabulis.*

Προσεφέρετο] Caſaub. προσέφερετο· & ſic apud Heſychium Mileſium.

Ἠλίσκετ' ἄρα καὶ πρὸς ἀσθενῶν ταχὺς, &c.] Ἄρα, id eſt, *tandem.* primam producit in hoc verſu: quod mirum eſt, cùm in penultima acutum habeat, & poſteriore ſit brevi. Sed legendum fortè ἄρα γε καὶ, ut in Excerptis Grotianis Tragicorum Veterum legitur. Sed dicitur quoque ἆρα· quare & ſic legi poteſt.

Ἐκ τῆς Σατυρικῆς Ὀμφάλης] Citatur quoque Athenæo lib. VI. 19. Achæus in Omphale: Ἀχαιὸς δ' ἐν Ὀμφάλῃ περὶ τοῦ Σατύρου λέγων, &c. Et lib. X. cap. 5. Ἀχαιὸς δ' ὁ Τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς Σατύρους τάδε λέγοντας. Eodem titulo docuerat Ion Fabulam Satyricam, quæ memoratur Straboni libro I. Ἴων δὲ περὶ τῆς Εὐβοίας φησὶν ἐν Ὀμφάλῃ Σατυρικῇ, &c. atque Auctori Etymologici Magni in πῖθι· Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ. Docuerat & Cratinus junior: cujus Fabulæ meminit Pollux VII. 13. ἐν δὲ τῇ νεωτέρου Κρατίνου Ὀμφάλῃ, εἴρηται, &c.

Ἦν ἐν τοῖς Νεόφρονος εἶναι τοῦ Σικυωνίου φασί] Suidas: Νεόφρων, ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος, Τραγικός· οὗ φασιν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν, &c. Sed an legendum apud Laërtium, ἦν ἔνιοι Νεόφρονος εἶναί φασι; Ceterùm, Medeam quæ hodie inter Euripidis Fabulas exſtat, neque Euripidis illius, Mneſarchi filii, eſſe, neque Neophronis Sycyonii, contendit Samuel Petitus Miſcel. VI. 15. ſed Euripidis minoris, qui majoris Euripidis fratris filius fuit. Petitum, ſi tanti eſt, vide. 134

Τῶν δὲ διδασκάλων, τῶν περὶ Πλάτωνα] Menedemum, Platonis diſcipulum fuiſſe, contra quàm Jonſius exiſtimabat, patet ex his quæ ſuprà diximus, quæ vide.

Παραιβάτην] De quo ſuprà, in Ariſtippo.

Δυσκατανόητος] *Cupo*, Itali vocant: Galli, *couvert.* Græcis & κρυψίνοος dicitur.

Λέγων συνημμένα,] Stephani editio λέγων δὲ συνημμένα· pro quo, Caſaubonus reponebat λέγω δέ. λέγων συνημμένα & λέγω δὲ συνημμένα, utrumque rectum eſt. 135

Νεκρὸν αὐτὸν ἐπισφάττειν ἔλεγε] Νεκρὸν ἐπισφάττειν, νεκρὸν μαστίζειν, proverbium eſt, quod in Calumniatores dici ſolet. Vide hîc Caſ.

Φησὶ δ' Ἀντίγονος Καρύστιος] Is vitam Menedemi ſcripſerat, teſte Athenæo. Vixit extremis Philadelphi temporibus. De eo, adeundus Voſſius libro de Hiſtoricis Græcis, & Jonſius libro de Hiſtoria Philoſophica. *Caryſtius* dictus eſt à Caryſto urbe, ὑπὸ τῇ Ὄχῃ, ὄρει τῆς Εὐβοίας. ita legendum apud Stephanum, non πόλει τῆς Εὐβοίας· quamquam Ocham, urbem Eubœæ, Plinius agnoſcat. 136

Ἐν δὲ ταῖς συζητήσεσι, φησὶν, ὧδε μάχιμος ἦν, ὥσθ' ὑπώπια φέρων ἀπῄει] Vide ſuprà, in Socrate.

Παραπέμψας] Scaliger, προπέμψας. utrumque rectum eſt.

Ὡς λέγεσθαι ποιητὴν μὲν αὐτὸν εἶναι, ὑποκριτὴν δὲ Μενέδημον] Simile quid de Lælio & Scipione dictum olim: auctorem nimirum, Scipionem eſſe; Poëtam, Lælium. 137

Τρισχίλια] Τρισχιλίας, Scaliger. Supple μνᾶς, vel potiùs δραχμάς.

Διαγράψαντος] Διαγράψαι, hîc eſt *numerare.* Harpocration: διαγράψαντος. Δείναρχος κατὰ Λυκούργου. μή ποτε ἀντὶ τοῦ καταβαλόντος καὶ καταθέντος. ἔνιοι δὲ ἀντὶ τοῦ διὰ τραπέζης ἀριθμήσαντος, ὡς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ. quæ verba exſcripſit Suidas in διαγράψαντος. Eadem notione Latini *ſcribere, reſcribere,* & *perſcribere,* uſurparunt. Terentius, in fine Phormionis, *Ne ego perſcripſi porro illis quibus debui. Reſcribere,* eſt debitum ſolvere: hoc eſt, debitum ſcripti liberare. Unde apud Horatium Sermonum 2. 3. *Scribe decem à Nerio.* Id eſt, *accipe:* quia cùm damus, dicimus, *Scribe cautionem pro ea pecunia.*

Ἐριζομένους] Ita videtur legiſſe & Ambroſius: quod malim quàm στηριζομένους, ut habent Editio Stephani & Baſileenſis, nec non Codices Heſychiani, & tamen

iſtud ἐριζεσθαι in mediali ſignificatione concoquere vix poſſum.

138 Ὅτε καὶ μετὰ χρόνον ἐλθόντος] Baſileenſis & Stephanica editio, & MS. Reg. ὥστε, Caſaubonus etiam, ὅτε.

Ἦσαν δὲ οἱ σωματοποιήσαντες αὐτοὺς] Id eſt, *Qui autem eis res neceſſarias præberent.* σωματοποιεῖν, eſt τὸ παρέχειν τὰς τοῦ σώματος χρείας, ut hanc vocem Suidas interpretatur.

139 Τὰ δὲ συμπόσια τοῦτον ἐποιεῖτο τὸν τρόπον] Totum hunc locum exſcripſit Diogenes noſter ex Antigono Caryſtio; cujus hæc ſunt verba apud Athenæum lib. x. Ἀντίγονος δ' ὁ Καρύστιος ἐν τῷ Μενεδήμου βίῳ, τὴν διάταξιν διηγούμενος τοῦ παρὰ τῷ φιλοσόφῳ συμποσίου, φησὶν, ὅτι ἥριστα μὲν δεύτερος ἢ τρίτος καθ' ἑαυτόν· καὶ ἔδει καὶ τοὺς λοιποὺς παρεῖναι δεδειπνηκότας· ἦν γὰρ τὸ τοῦ Μενεδήμου τοιοῦτον ἄριστον. μετὰ δὲ ταῦτα εἰσεκάλουν τοὺς παραγινομένους, ὧν ὡς ἔοικεν ὅτε προτερήσειαν ἔνιοι τῆς ὥρας, ἀνακάμπτοντες παρὰ τὰς θύρας ἀνεπυνθάνοντο τῶν ἐξιόντων παίδων, τί τὸ παρακείμενον εἴη, καὶ πῶς ἔχοι τῆς τοῦ χρόνου συμμετρίας τὸ ἄριστον. ὅτε μὲν οὖν ἀκούσειαν λάχανον, ἢ τάριχος, ἀνεχώρουν· ὅτε δ' ὅ, τι κρεάδιον, εἰσῄεσαν εἰς τὸν ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένον οἶκον. ἦν δὲ τοῦ μὲν θέρους ἠτοιμασμένη ψιαθος ἐφ' ἑκάστης κλίνης, τοῦ δὲ χειμῶνος κώδιον. προσκεφάλαιον δὲ αὐτῶν (lego αὐτῷ) φέρειν ἕκαστον ἔδει. τὸ δὲ περιαγόμενον ποτήριον οὐ μεῖζον ἢ κοτυλιαῖον· τρύγημα μὲν θέρμες, ἢ κύαμος συνεχῶς. ποτὲ δὲ καὶ τῶν ὡραίων εἰσεφέρετό τι, τοῦ μὲν θέρους ἄπιος ἢ ῥοιά· τοῦ δὲ ἔαρος, ὦχροι· κατὰ δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν, ἰσχάδες. μαρτυρεῖ δὲ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς, γράψας Σατύρους, Μενέδημον, &c.

Παραγενομένους, καὶ τοὺς] Rectè Aldobrandinus, ex Athenæo, παραγινομένους, καὶ τοὺς αὐτοὺς. Tamen apud Heſychium quoque παραγενομένους, καὶ αὐτοὺς.

Προσκεφάλαιον αὐτῷ φέρειν ἔδει] Ita apud Romanos, mappam convivæ, hoc eſt, χειρόμακτρον, adferebant ad convivia. Martialis XII. 29.

Attulerat mappam nemo, dum furta timentur:
Mantile è mensâ ſurpuit Hermogenes, &c.
Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit umquam,
A cœnâ ſemper rettulit Hermogenes.

αὐτῷ autem hîc, pro αὐτῷ· ut alibi ſæpe. αὐτῷ habet Heſychius Mileſius.

Καὶ τῶν ὡρίων] Ita quoque apud Heſychium. ὡραίων, apud Athenæum. Et ſic Suidas, loco allato.

Ἢ ῥοιά, ἢ ὦχροι, &c.] Pleniùs apud Athenæum, τοῦ μὲν θέρους, ἄπιες, ἢ ῥοιά· τοῦ δὲ ἔαρος, ὦχροι· κατὰ δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν, ἰσχάδες. Apud Heſychium: ἄπιος, ἢ ῥοὰ, ἢ ὄχναι, ἢ νὴ Δι' ἰσχάδες. ubi, pro ἢ ὄχναι, reponendum ἢ ὦχροι, ex Laërtio atque Athenæo. ὦχρος, leguminis genus eſt, de quo Theophraſtus de Cauſis plantarum IV. 2. ἄπιος autem atque ὄχναι, idem.

Ὁ Λυκόφρων ἐν τοῖς πεποιημένοις Σατύροις αὐτῷ, οὓς
140 Μενέδημον ἐπέγραψεν, ἐγκώμιον τοῦ φιλοσόφου ποιήσας τὸ δρᾶμα] Non abſimiliter Heſychius Mileſius, Λυκόφρων δὲ γράψας αὐτοῦ ἐγκώμιον, περὶ τούτου φησὶν, Ὡς ἐκ, &c. Meminit & hujus dramatis quod de Menedemo ſcripſit Lycophron, Athenæus libro x. cap. 5. μαρτυρεῖ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς, γράψας Σατύρους, εἰς Μενέδημον, &c. Sed ironicè ſcriptum fuiſſe à Lycophrone encomium illud, docet nos ipſe Athenæus libro II. capite 14. Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ἐν Σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς Μενέδημον τὸν φιλόσοφον, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Ἐρετρικῶν ὠνομάσθη αἵρεσις, διασκώπτων τῶν φιλοσόφων τὰ δεῖπνα, &c. quod notandum, cùm Lycophronem carum habuerit Menedemus, ut ſuprà Laërtius referebat.

Ὑπὲρ τοῦ Ὠρωποῦ] Plures eo nomine urbes fuere, 141
quas commemorat Stephanus. De Oropo, Bœotiæ urbe, accipiendus Laërtius, de qua videndi Stephanus in Ὠρωπὸς, Strabo lib. IX. & Dicæarchus in Vita Græciæ.

Καὶ διέτριβεν ἐν Ὠρωπῷ, ἐν τῷ τοῦ Ἀμφιάρεω ἱερῷ] 142
Etiam Dicæarchus Oropiis eſſe templum Amphiarai teſtatur: quod tamen de Urbe ipſa minimè intelligendum: non enim in ipſa urbe fuit templum illud, ſed huic vicinum. Strabo dicto loco: καὶ ἡ Γραῖα δ' ἐστὶ τόπος Ὠρωποῦ πλησίον, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου. Pauſanias in Atticis, ab ea duodecim ſtadiorum intervallo diſtare ait.

Φησὶ δ' αὐτὸν Ἡρακλείδης] Accipit Jonſius de Hera- 143
clide Sarapionis filio, qui *Lembus* cognomine dictus fuit. Videatur Jonſius de Philoſophica Hiſtoria lib. II. cap. XI.

Ἀσιτήσαντα ἑπτὰ ἡμερῶν] Nota numerum dierum fatalem. Magnus Hippocrates libello περὶ σαρκῶν, aut potiùs περὶ ἀρχῶν, quemadmodum Julius Cæſar Scaliger hunc titulum legendum eſſe contendit: δῆλον δὲ τόδε, ὅτι ἑπτήμερος ὁ αἰὼν, εἴ τις ἐθέλει ἑπτὰ ἡμέρας φαγέειν τε καὶ πιέειν μηδέν. εἰ μὲν πολλοὶ ἀποθνήσκουσιν ἐν αὐτῇσιν· εἰσὶ δὲ τινες καὶ οἱ ὑπερβάλλουσιν, ἀποθνήσκουσι δ' ὅμως. *Quòd verò hominis vita ſeptem dierum numero circumſcribatur, hoc quoque manifeſtum eſt. Plerique quidem ex his qui ſeptem diebus nihil edere aut bibere volunt, in his moriuntur. quòd ſi qui eos ſuperaverint: nihilominus tamen moriuntur.* Ulyſſes tamen, per decem dies inediâ laboravit, atque in vita permanſit, ſi Homero fides Odyſſ. μ. Quâ de re notatur à Longino, ſummo Critico, libello illo aureo περὶ ὕψους ſect. 7. Poëtarum principem abſolvunt, Fortunius Licetus tractatu de his qui diu vivunt ſine alimento; Jobertus, libro de abſtinentia Puellæ Spirenſis; Citeſius, libro de de abſtinentiâ Puellæ Conſollentaneæ; Sennertus, in Praxi; Aimoinus, qui libro IV. de geſtis Francorum capite CXI. meminit puellæ, natæ in Territorio Tullenſi juxta villam Commerciacum, quæ omni cibo per decem menſes abſtinuit. Etiam Plinius: cujus hæc ſunt verba, libro ſeptimo, capite ultimo: *Homini, non utique ſeptimo die letalis inedia: duraſſe & ultra undecimum pleroſque, certum eſt.* Quadraginta dierum inediâ Pythagoram vitam finiiſſe, ſcripſit Dicæarchus, teſte Laërtio noſtroin Pythagora.

Περσαῖος] Hic eſt ille Perſæus Stoïcus, Zenonis Cittici ſervus & diſcipulus; de quo in Zenone Cittico.

144 Ἐτελεύτα δὲ κατὰ τὸν Ἡρακλείδην, τέταρτον καὶ ὀκδοηκοστὸν ἔτος βιούς] Eruditiſſimus Humfredus Hody legendum putabat ἐννενηκοστὸν ἔτος. verba ejus hæc ſunt cap. 8. diſſertationis contra hiſtoriam Ariſteæ de LXX Interpretibus: *Menedemus vitam finivit ſtatim fere poſt victos ab Antigono Gallos: Hermippus enim, Heraclides & Antigonus Caryſtius, apud Laërtium, ſuffragante Heſychio Mileſio, ſcribunt illum, ob prædictum pſephiſma in ſuſpicionem prodendæ ei civitatis adductum, ad Antigonum ventitaſſe, & apud eum brevi tempore præ triſtitia, vel nullo cibo per ſeptem dies ſumpto, vitam cum morte commutaſſe. Atque hinc apparet Menedemum mortuum eſſe anno 3. Olymp.* CXXV. *qui connectitur cum ſeptimo defuncti Ptolomæi Lagi, & nono regni Philadelphi. Fuit autem hic annus ſeptuageſimus à Platonis obitu: hoc eſt, à primo anno Olympiadis* CVIII. *Ut dato Menedemum, Platone moriente, compleviſſe quatuor annos poſt viceſimum, colligantur anni vitæ ejus nonaginta quatuor, non octoginta quatuor.* Optimè. Addit vir doctiſſimus; probabile eſſe Menedemum numquam fuiſſe in Ægypto, regnante Philadelpho: ac proinde falli Ariſteam, qui ſcripſit Menedemum Scripturis Sacris græcè verſis interfuiſſe: quem Ptolemæo Lagi filio ſupervixiſſe non plus ſeptennio, demonſtrat. Sed & falli Joſephum Scaligerum rectè obſervabat: qui ad ſuperiora tempora eum revocat quique Euſebium metachroniſmi accuſat, quòd Menedemum ſcripſerit unà cum Speuſippo floruiſſe anno I. Olympiadis CXVI. qui trigeſimus ſecundus fuit ante mortem Ptolemæi Lagi.

Μηδὲν ἐσθίων] Poſtulat metri ratio ut legatur μηδὲν ἔσθων.

Κᾆτ' ἔργον ἔρξας Ἐρετρικὸν, ἀλλ' ὅμως ἄνεργον] Chriſtianus, ad oram libri: Κᾆτα σὺ ἔργον ἔρεξας, &c. Sed quid eſt ἔργον Ἐρετρικὸν? Ἐρετριάζειν, Heſychius παίζειν, σκώπτειν, interpretatur: Verùm hæc ſignificatio non eſt hujus loci. An *ſucinus Eretriacum* dixerit Laërtius pro *Philoſophico*, quia Eretriæ ſchola erat Philoſophorum?

AD LIBRUM III.

PLATO.

1 Καὶ Περικτιόνης ἢ Ποθώνης] Ita quoque apud Suidam. Aliis, Περικτιόνης ſolùm filius dicitur: Apuleio libro I. de Doctrina Platonis; Æliano Variæ Hiſtoriæ X. 21. Hieronymo libro I. adverſus Jovinianum. Corruptè Ἀμφικτιόνη appellatur in Codicibus Origenis libro I. & lib. VI. contra Celſum. Πωτώνη dicitur Suidæ, in Πωτώνη, ſoror Platonis Philoſophi.

Ἥτις τὸ γένος ἀνέφερεν εἰς Σόλωνα] Quod idem teſtatur Proclus ad Timæum Platonis pag. 25. ubi cognationis ſeriem narrat: Ἡ μὲν ἱστορία ἡ κατὰ τὸ Σόλωνος γένος, καὶ τὴν Πλάτωνος πρὸς αὐτὸν συγγένειαν, τοιαύτη τίς ἐστιν. Ἑξηκοστίδου παῖδες ἐγένοντο Σόλων καὶ Δρωπίδης· καὶ Δρωπίδου μὲν, Κριτίας, οὗ μνημονεύει καὶ Σόλων ἐν ποιήσει, λέγων,

Εἰπέμεναι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκοῦσαι,
Οὐ γὰρ ἀμαρτινόῳ πείσεται ἠγεμόνι.

Κριτίου δὲ, Κάλλαισχρος, καὶ Γλαύκων. Καλλαίσχρου δὲ αὖ Κριτίας οὗτος. δηλοῖ δὲ ὁ ἐν Χαρμίδῃ Κριτίας, τὸν Γλαύκωνα, τὸν Χαρμίδου πατέρα, θεῖον ἑαυτοῦ καλῶν. Γλαύκωνος δὲ Χαρμίδης καὶ Περικτιόνη. τῆς δὲ Περικτιόνης ὁ Πλάτων· ὥστε ὁ Γλαύκων Κριτίου θεῖος ἦν, πατὴρ δὲ Χαρμίδου. Χαρμίδης δὲ, θεῖος Πλάτωνος· Σόλων δὲ, ἀδελφὸς ἐπιπάππου Κριτίου. τὸ μὲν οὖν ἀληθὲς, τοιοῦτον. ὁ δέ γε θεῖος Ἀμβλιχος ἄλλως πως παραδίδωσι τὴν τοῦ γένους διαδοχήν· αὐτόθεν γὰρ τοῦ Δρωπίδου παῖδα, τὸν Γλαύκωνα ποιεῖ. ἄλλοι δὲ Καλλαίσχρου Κριτίαν καὶ Γλαύκωνα παῖδας λέγουσιν, ὥσπερ καὶ Θέων ὁ Πλατωνικός. καὶ τοι ἐν Χαρμίδῃ φησὶν ὁ Κριτίας, ὅτι παῖς ἐστι Χαρμίδης Γλαύκωνος τοῦ ἡμετέρου θείου, καὶ τοῖς ῥήμασιν οὕτωσὶ λέγων, ἀνεψιὸς δὲ ἐμός. οὐτ' ἄρα Δρωπίδου υἱὸς ὁ Γλαύκων, οὔτε Κριτίου τοῦ νεωτέρου ἀδελφός. *Hiſtoria de Solonis genere, & Platonis cum ipſo cognatione, hunc in modum ſe ſe habet. Execeſtidæ filii erant Solon & Dropides: ac Dropidæ quidem rurſum Critias, cujus meminit in Poëſi ſua Solon:*

Dic Critiæ faciles ut patri præbeat aures,
Si certum cupiet tutus habere ducem.

Critiæ verò, Callæſchrus & Glaucon; Callæſchri rurſum Critias hic: idque ipſe in Charmide Critias manifeſtum facit, Glauconem, Charmidæ patrem, avunculum ſuum appellans. Glauconis verò, Charmides & Periction; Perictiones autem, Plato: ut Critiæ Glauco avunculus fuerit; Charmidæ verò pater; Charmides verò Platonis avunculus; Solon autem frater Critiæ atavi. Hæc certiſſima ſunt. Sed & aliter divinus Jamblichus generis ſucceſſionem narrat. Dropidæ enim filium Glauconem facit. Alii verò, quos inter eſt Theon Platonicus, Critiam & Glauconem Callæſchri filios fuiſſe dicunt. at enim in Charmide Critias ait, Charmidem Glauconis avunculi ſui filium eſſe, conſobrinum verò ſuum, his ipſis verbis, ἀνεψιὸς δὲ ἐμός. *Non igitur Dropidæ filius eſt Glauco, neque Critiæ junioris frater.* De Dropide, videndus Meurſius libro I. de Archontib. Athen. cap. 13.

Ὁ δὲ Σόλων εἰς Νηλέα καὶ Ποσειδῶνα ἀνέφερε τὸ γένος] Diximus ſuprà ad Solonem. Adde locum Apuleji in libro de dogmate Platonis: *Ei Ariſton fuiſſe pater dictus eſt. Ceterùm Perictione, Glauci filia mater fuit: & de utroque nobilitas ſatis clara. Nam Ariſton pater per Codrum, ab ipſo Neptuno originem duxit: ab Solone ſapientiſſimo, qui legum Atticarum fundator fuit, maternus derivatus eſt ſanguis.* Minùs verè igitur Seneca epiſt. 44. *Platonem non accepit nobilem Philoſophia, ſed fecit.*

Κατὰ Θράσυλλον] Accipio de Thraſyllo Mendeſio, qui Auguſti & Tiberii temporibus vixit; quique Platonicus fuit, ut de Platone eum ſcripſiſſe veroſimile ſit. Juvenalis Scholiaſtes in Sat. VI. *Thraſyllus, multarum artium ſcientiam profeſſus, poſtremò ſe dedit Platonicæ ſectæ, ac deinde matheſi, quâ præcipuè viguit apud Tiberium, cum quo ſub honore ejuſdem artis familiariter vixit: quem poſtea Tiberius in inſula Rhodo præcipitare voluit in pelagum, quaſi conſcium promiſſæ dominationis: quem dolum cùm præſen-*

ſiſſet, fugit. De eo plura qui volet, conſulat Gerardum Johannem Voſſium libro IV. de Hiſtoricis Græcis, & Iſmaëlem Bullialdum in Notis ad Theonem Smyrnæum. Vitiosè infrà, hac ipſa in Vita, Θρασύλαος appellatur.

2 Σπεύσιππος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος περιδείπνῳ] Ita Editio Baſileenſis & Codex Regius. Editio Stephani, περὶ δείπνου. Utraque lectio ferri poteſt. περιδειπνον, eſt *cœna parentalis.* Inde proverbium; de quo Suidas; Οὐκ ἐπαινεθείης, οὐδ' ἐν περιδείπνῳ: in homines nullius pretii: quia in funeralibus conviviis ſolebant laudari etiam homines improbi. Cœnans mortuus eſt Plato: ut de ejus cœna Speuſippum ſcripſiſſe, ſit veroſimile. Tamen hic locus mendi ſuſpectus Jonſio videbatur, cùm Speuſippi ille Πλάτωνος περὶ δείπνου liber in Elencho librorum ejus à Laërtio non memoretur, illiuſque non meminerit Sanctus Hieronymus, qui hunc Laërtii locum reſpexit, libro I. contra Jovinianum, his verbis: *Speuſippus quoque ſororis Platonis filius, & Clearchus in Laude Platonis, & Anaxilides in ſecundo libro Philoſophiæ, Perictionen matrem Platonis, phantaſmate Apollinis oppreſſam ferunt, & ſapientiæ principem non aliter arbitrantur niſi de partu virginis editum.* Sed neque infrequens Laërtio in indice librorum libros omittere, quorum alibi mentionem fecerit: nec quòd Hieronymus Speuſippi librum de Platonis cœna loco laudato non laudaverit, inde ſequitur locum Laërtii eſſe mendoſum. hoc quidem dici poſſet, ſi librum alium non nominaſſet Hieronymus: Speuſippum enim in aliquo libro citatum à Laërtio fuiſſe, conſtat ex his verbis ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ. Tamen Speuſippus librum ſcripſit hoc titulo, Πλάτωνος ἐγκώμιον, de quo infrà, in Speuſippo: ut ſuprà poſita Hieronymi verba *in laude Platonis* & ad Speuſippum, & ad Clearchum referri poſſint. Similiter Timon librum ſcripſerat, ἐπιγραφόμενον Ἀρκεσιλάου Περίδειπνον. Meminit Laërtius infrà, in ejus Vita.

Κλέαρχος ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ] Clearchus Solenſis. Meminit, & auctoris, & libri, Hieronymus loco laudato.

Καὶ Ἀνεξιλίδης ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ Φιλοσόφων] Meminit idem Hieronymus eodem loco: ſed librum hunc Anaxilidis, librum *Philoſophiæ*, non *Philoſophorum*, appellat.

Παυόμενόν τε τῆς βίας ἰδεῖν τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος ὄψιν] Hujus rei, præter Hieronymum loco laudato, Scriptores plures meminere. Plutarchus Sympoſ. lib. VIII. quæſt. I. ubi de his quos Dii genuiſſe dicuntur: διὸ τοὺς Ἀπόλλωνι τὴν Πλάτωνος τεκνωσιν ἀνατιθέντας οὐκ ἂν οἶμαί τινα φάναι καταισχύνειν τὸν θεὸν, ἐπὶ μείζονα πάθη καὶ νοσήματα τοῦτον ὑμὶν διὰ Σωκράτους ἰατρὸν, ὥσπερ ἑτέρου Χείρωνος, ἀπειργασμένον. ἅμα δὲ τῆς λεγομένης Ἀρίστωνι τῷ Πλάτωνος πατρὶ γενέσθαι κατ' ὄνειρον ὄψεως καὶ φωνῆς, ἀπαγορευούσης μὴ συγγενέσθαι τῇ γυναικὶ μηδὲ ἅψασθαι δέκα μηνῶν, ἐμνημόνευσεν. (ſupple Florus, unus è convivis) ὑπολαβὼν δὲ Τυνδάρης ὁ Λακεδαιμόνιος, Ἄξιον μέν ἐστιν, ἔφη, περὶ Πλάτωνος ᾄδειν, καὶ λέγειν τὸ,

---- οὐδὲ ἐῴκει
Ἀνδρός γε θνητοῦ παῖς ἔμμεναι, ἀλλὰ θεοῖο.

Itaque eos qui Apollinis filium faciunt Platonem, non puto aliquam Deo contumeliam facere, qui nobis hunc majorum vitiorum & morborum medicum, Socratis, tamquam alterius Chironis operâ paravit. Simul etiam commemoravit ſomnium Ariſtonis, & vocem unà oblatam, quæ eum per decem menſes concubitu & contactu uxoris abſtinere juberet. Sub hæc Tyndares Lacedæmonius: De Platone equidem, inquit, dignum eſt canere & dicere,

Non hic creditus eſt mortali de patre natus
Eſſe; Deo genitore ſatus ſed ducere vitam.

Et quæ ſequuntur: in quibus rem φιλοσοφικῶς μάλα, quaſi vera eſſet, examinat. Meminit & Origenes contra Celſum libro I. ſed ut fabulæ: οὐδὲν δ' ἄτοπον πρὸς Ἕλληνας καὶ Ἑλληνικαῖς ἱστορίαις χρήσασθαι, ἵνα μὴ δοκῶμεν μόνοι τῇ παραδόξῳ ἱστορίᾳ ταύτῃ κεχρῆσθαι. ἔδοξε γάρ τισιν, οὐ περὶ ἀρχαίων τινῶν ἱστοριῶν καὶ ἡρωϊκῶν, ἀλλὰ καὶ περί τινων χθὲς καὶ πρώην γεγενημένων, ἀναγράψαι ὡς δυνατὸν ὅτι καὶ Πλάτων ἀπὸ τῆς Ἀμφικτιόνης (γρ. Περικτιόνης) γέγονε, κωλυθέντος τοῦ Ἀρίστωνος αὐτῇ συνελθεῖν, ἕως ἀποκυήσει τὸν ἐξ Ἀπόλλωνος σπαρέντα. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀληθῶς μῦθοι, κινήσαντες εἰς τὸ ἀναπλάσαι τοιοῦτό τι περὶ ἀνδρὸς, ὃν ἐνόμιζον μείζονα τῶν πολλῶν ἔχοντα σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ ἀπὸ κρειττόνων καὶ θειοτέρων σπερμάτων τὴν ἀρχὴν τῆς συστάσεως τοῦ σώματος εἰληφέναι, ὡς τοῦθ' ἁρμόζον τοῖς μείζοσιν ἢ κατὰ ἄνθρωπον. *Nec abſurdum fuerit cum Græcis agentes, Græcas aſſerre hiſtorias, ne videamur ſoli habere hanc hiſtoriam mirificam.* (ſermo eſt de Chriſti nativitate) *Libuit enim quibuſdam, non in priſcis & heroicis hiſtoriis, ſed quæ heri & nudiustertius geſta continent, referre tamquam rem poſſibilem, Platonem quoque natum ex matre Perictione, vetito Ariſtone cum ea ne coiret, priuſquam partum ederet ſatum ex Apolline. Sed hæc meræ ſunt fabulæ; quæ quoſdam induxerunt iſtiuſmodi aliquid fingere in ejus viri gratiam qui multorum exiſtimatione ſapientiâ præcelluit ceteros, eoque à diviniore quodam ſemine creditus eſt traxiſſe originem, quaſi hoc eum deceat, qui naturâ humanâ ſuperior ſit.* Et libro VI. καὶ πρὸς ταῦτα φημὶ, ὅτι περὶ μὲν Πλάτωνος Ἀριστάνδρου, οἶμαι, ἀνέγραψεν, ὡς οὐκ Ἀρίστωνος υἱοῦ, ἀλλὰ φάσματος ἐν Ἀπόλλωνος εἰδεῖ προσελθόντος τῇ Ἀμφικτιόνῃ. (Περικτιόνῃ & hîc quoque reſcribendum) καὶ ἄλλοι δὲ πλείονες τῶν Πλατωνικῶν ἐν τῇ Πλάτωνος βιογρ. ταῦτ' εἰρήκασι. *Ad hæc reſpondeo, de Platone Ariſtandrum, ni fallor, ſcripſiſſe, non Ariſtonis eum fuiſſe filium, ſed ſpectri, quod, Apollini ſimile, complexum ſit Perictionen: atque eadem referunt plerique alii Platonici in Platonis Vita.* Adde & Apuleium libro I. de Doctrina Platonis: *Sunt qui Platonem auguſtiore conceptu proſatum dicunt, cùm quædam Apollinis figuratio Perictionæ ſe miſcuiſſet.*

Ὅθεν καθαρὰν γάμου φυλάξαι,] γάμος hîc pro *coitu*: ut apud Ariſtænetum.

Καὶ γίνεται Πλάτων, &c. ὀγδόῃ καὶ ὀγδοηκοστῇ ὀλ. Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ, καθ' ἣν Δήλιοι τὸν Ἀπόλλωνα γενέσθαι φασὶ] Apuleius dicto loco: *Menſe etiam, qui apud Atticos* Thargelion *dicitur, natus eſt: die, quâ apud Delum Latona fertur Apollinem Dianamque*

periiſſe. Pridie Socratem genitum accepimus. Plutarchus Sympoſ. lib. VIII. Quæſt. I. ὁ δὲ Φλῶρος, οὐδὲ Καρνεάδην ἀπαξιοῦν ἔφη μνήμης ἐν τοῖς Πλάτωνος γενεθλίοις, ἄνδρα τῆς Ἀκαδημαϊκῆς εὐκλεέστατον ὀργιαστήν. Ἀπόλλωνος γὰρ ἀμφοτέρους ἑορτὴ γενέσθαι. τὸν μὲν γὰρ Θαργηλίοις Ἀθήνησι, τὸν δὲ Κάρνεια Κυρηναίων ἀγόντων. ἑβδόμῃ, δὲ ἀμφοτέρας ἑορτάζουσιν, &c. *Florus autem Carneadem quoque nolebat praeteriri in Platonis natalitiis, Academiæ nobiliſſimum Antiſtitem: ambos enim natos feſto Apollinis die: Platonem Athenis, cùm Thargelia agerentur: Carneadem Cyrenis, cùm ibi Carnia celebrarentur. utrumque feſtum in ſeptimum diem incidit*, Quia autem ſeptimo menſis die natus erat Apollo, *Hebdomagenam* eum vocabant, diemque ſeptimum illi ſacrum eſſe dicebant, & ſeptenarium numerum conſecrabant. Proclus in Timæum Platonis lib. III. καὶ τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἑπτάδα ἀνεῖσαν, ὡς συνέχοντι πάσας τὰς συμφωνίας. διὸ καὶ Ἑβδομαγέταν ἐκάλουν τὸν θεὸν, καὶ τὴν ἑβδόμην τοῦ θεοῦ ἱερὰν ἔλεγον,

Τῇ γὰρ Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ,
Et ad Heſiodi Ἔργα καὶ ἡμέρας: ἡ δὲ ἑβδόμη. Ἀπόλλωνος. ἐν αὐτῇ γὰρ ἐτέχθη. Plutarchus dicto loco: ἑβδόμῃ δὲ ἀμφοτέρας ἑορτάζουσι, καὶ τὸν θεὸν, ὡς ταύτῃ γενόμενον, ὑμεῖς, εἶπεν, οἱ Προφῆται, καὶ οἱ Ἱερεῖς Ἑβδομαγένην καλεῖτε. Ea dies autem longo pòſt tempore ſingulari quotannis religione inter Academicos celebrata eſt. Plutarchus Sympſ. VIII. I. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου τὴν Σωκράτους ἀγαγόντες γενέθλιον, τῇ ἑβδόμῃ τὴν Πλάτωνος ἤγομεν. Porphyrius, in Vita Plotini, ſe Carmen aliquod recitaſſe dicit ἐν Πλατωνίοις. Dies Academiæ memorabilis: nam Platonem & Carneadem dedit: immo Platonem etiam abſtulit, ſi verum eſt quod notavit Seneca.

Τελευτᾷ δ' ὡς φησιν Ἕρμιππος, ἐν γάμοις δειπνῶν] Scribentem mortuum fuiſſe ait, poſt Ciceronem, Hieronymus. Quod non de puncto temporis in quo exſtinctus eſt, intelligendum. Hæc mens Ciceronis; ſub tempus mortis: paulò ante mortem, Platonem ſcripſiſſe. Vide hîc Aldobrandinum.

3 Νεάνθης δὲ φησιν αὐτὸν τεττάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν] Ergo Neanthi non convenit cum Hermippo de anno natali Platonis. nam ſi anno ætatis octogeſimo & primo deceſſit, ſequitur natum fuiſſe primo anno Olympiadis octogeſimæ octavæ: neque enim annus Olympiadis, quo extinctus eſt, in diſcrimen vocatur. hac parte non eſt in tota antiquitate quem Hermippo, quem Apollodoro opponamus immo aſſentiuntur, Plutarchus de x. Rhetoribus capite 8. Dionyſius Halicarnaſſeus epiſt. ad Ammæum, Athenæus lib. v. cap. 13. Auctor Olympiadum, & alii. Una diſſenſio eſt de ætate Platonis, quando inceperit, non quando deſierit. Inter omnes autem qui annum ciratum nativitati aſcribunt, primus, quem invenio, Hermippus fuit; quia, teſte Laërtio, Platonem perveniſſe prodidit ad annum ætatis primum & octogeſimum. Quem Hermippus numerorum ſuorum auctorem potiſſimùm ſequatur, nemo hodie, opinor, in tantâ antiquitatis jacturâ facilè oſtendet: tamen non dubitandum eſt, quin omnes, qui huic ratiocinationi manum dedere, Hermippi fidem ſequantur unius Apollodori beneficio. Hunc enim illuſtrem Hiſtoriæ veteris Chronologum; ut Annalibus ſuis conſignaret natalem annum primarii Philoſophi, non alterius fide & operâ uſum fuiſſe exiſtimamus quàm Hermippi illius Smyrnæi, cujus de præſtantium Philoſophorum Vitis confecta ſingulari accuratione volumina paſſim illa tempeſtate Eruditorum omnium manibus verſabantur. Jam vide, quanto Apollodorus ſucceſſu, aliis in numerorum ratione reclamantibus, toti propemodum orbi ſententiam incertam perſuaſit. Huic Cicero, Valerius Maximus, Seneca, Quintilianus, Cenſorinus, & Latini alii ad unum omnes adhæſere, quia Apollodori Χρονικοῖς, tamquam ἀξιοπίστοις, familiariſſimè utebantur: ut veteres illos Scriptores diligentiùs legentibus apparet. Verùm qui quammaximè in hac cauſa advocandi erant, Græci etiam alii, quamquam invicem diſſentiunt, Hermippo certè, ejuſque ſuffragatori Apollodoro, refragantur uno ore. Dices: Scripturus Platonis Vitam Hermippus ætatem ſtudioſiſſimè videtur indagaſſe. Sed profectò eamdem curam profitetur Neanthes Cyzicenus: quia ipſe etiam illuſtrium virorum Vitas non abſque diligentia explicaſſe dicitur. quare ab Hermippo abiens Neanthes majori patientia audiendus eſt; qui cùm Platonem quarto & octogeſimo ætatis anno obiiſſe obſervet, natum eſſe oſtendit ſecundo anno Olymp. octogeſimæ VII. Hoc non abſque fundo & auctore, non abſque argumento affirmari, intelligendum erit: namque ipſum annum quem ille deſignat, ſumma mihi ratione videor alibi deprehendere. Plutarchus & Laërtius Platonem docent natum eſſe ſex annis poſt Iſocratem. atqui Iſocrates natus eſt Olympiadis ſupra octogeſimam ſextæ primo anno: quod abſque ulla diſputatione demonſtrari poterit ex Plutarcho & Dionyſio. Conſit ergo quod Neanthes voluit, parentem Academiæ ſecundo anno Olympiadis octogeſimæ ſeptimæ tamquam cælo delapſum in terras, ad ætatis uſque quartum & octogeſimum hominibus interfuiſſe. Hanc obſervationem Marquardo Gudio acceptam fero.

Βιοὺς ἔτος ἓν πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα] Idem teſtatur & Lucianus in Longævis: Πλάτων ὁ ἱερώτατος ἐν καὶ ὀγδοήκοντα. & Seneca epiſt. 58. *Nam hoc ſcis puto, Platoni diligentiæ ſuæ beneficio contigiſſe, quòd natali ſuo deceſſit, & annum unum atque octogeſimum implevit, ſine ulla deductione. Ideo Magi, qui fortè Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris fuiſſe ſortis quàm humanæ rati, quia conſummaſſet perfectiſſimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt.* Cenſorinus quoque de die natali cap. 15. *magnos viros non prius vita exceſſiſſe, quàm ad annum illum octogeſimum & unum pervenerint: in quo Plato finem vitæ & legitimum eſſe exiſtimavit, & habuit.* Hieronymus epiſt. ad Nepot. de vita Cleric. *Plato 81. anno ſcribens mortuus eſt.* Valerius Max. VIII. 7. *altero etiam & 80. anno decedens*, &c. Athenæus v. 18. annos 82. vixiſſe ait: δύο δὲ καὶ ὀγδήκοντα βιώσας ἔτη, μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου τοῦ κατὰ Καλλίμαχον.

Ἐστιν οὖν Σωκράτους νεώτερος ἔτεσιν ἓξ] ἕτεσιν ζ', 4
id eſt, ἑπτὰ emendabat Meurſius de Arch. Ath. III. 2.

Ita Plutarchus libro de x. Rhet. in Vita Iſocratis. proclivis numerorum lapſus.

Ἐπὶ Ἀυσιμάχου] Etiam ſub Lyſimacho natum Iſocratem, ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus in Iſocrate: Ἰσοκράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ ἕκτης ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Ἀυσιμάχου, πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, δυσὶ καὶ εἴκοσιν ἔτεσι νεώτερος τοῦ Ἀυσίου. Idem teſtatur & Plutarchus, libro x. Rhet. in Vita Iſocratis: γενόμενος δὲ κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα Ἀυσιμάχου Μυῤῥινουσίου, δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσιν, πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἑπτά. ubi legendum ἐπὶ Ἀυσιμάχου Μυῤῥινουσίου, δύο καὶ εἴκοσιν ἔτεσι Ἀυσίου νεώτερος, rectè ex Halicarnaſſeo monuit Nunneſius, in Notis ad Vitam Ariſtotelis. Ibidem idem Nunneſius, apud Plutarchum, Halicarnaſſeum & Laërtium, pro Ἀυσιμάχου reſcribendum exiſtimat Ναυσιμάχου. Certè Archon ille, *Nauſimachus* dicitur Diodoro libro XII. ἐπ' ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Ναυσιμάχου Ἥλεῖοι ἦγαγον Ὀλυμπιάδα ἑκτην πρὸς τοῖς ὀγδοήκοντα. Meurſius contrà, de Archontibus Athen. III. 2. apud Diodorum Ἀυσιμάχου reponebat. Opinionum diverſitatem agnovit Auctor Olympiadum: Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ ἕκτη. Ναυσίμαχος Μυῤῥινούσιος· οἱ δὲ, Ἀυσίμαχος.

Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀ'μεινίου γένονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν] Lege ἐπὶ Ἀ'μείνονος. Ἀ'μείνων nomen eſt proprium, ut Latinis *Melior*. Sub hujus Ameinonis magiſtratu mortuum Periclem, ait quoque Athenæus lib. v. 18. Περικλῆς δὲ ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἐπ' Ἀ'μείνονος ἄρχοντος. ita ibi legendum, non ἄρχοντος Ἐπαμείνονος, rectè monet Salmaſius ad Solinum paginâ 157. Scholiaſtes Euripidis, in Argumento Hippolyti: ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις, ἐπὶ Ἀ'μείνονος ἄρχοντος. ubi tamen Meurſius de Archontibus Athen. libro & capite tertio, reſcribit Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, quemadmodum apud Ahenæum legitur. Ita quoque apud Laërtium reſcribendum contendit ipſe Meurſius in Lectionibus Atticis libro IV. capite 7. Sed non ita legendum, hic Laërtii locus clarè oſtendit, Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀ'μεινίου γέγονεν. Ἀ'μείνων quoque Archon ille dicitur Scriptori Olympiadum. Hoc, inquam, rectè Salmaſius. Sed quod addit, Græcos numquam ἄρχοντος τοῦ δεῖνα, uſurpare, verùm præpoſitionem ἐπὶ ſemper adjicere, minùs rectè hoc ſanè addit: ut pluribus exemplis docet Petavius cap. VII. Miſcellanearum Exercitationum contra ipſum Salmaſium. At hîc, pro ἐπὶ Ἀ'μεινίου, reponebat Nunneſius ἐπ' Ἐπαμινώνδα. Sic Diodoro dicitur Archon ſub quo Plato natus eſt. Sed corruptè ita hoc nomen ibi ſcribitur. Athenæus, dicto loco, natum ſcribit Platonem Archonte Apollodoro, poſt Eurhydemum, qui annus eſt tertius 87. Olymp. Πλάτων δὲ γεννᾶται ἐπὶ Ἀ'πολλοδώρου, τοῦ μετ' Εὐθύδημον ἄρξαντος. Et mox: ἀπὸ δὲ Ἀ'πολλοδώρου, καὶ τῆς Πλάτωνος γενέσεως, τεσσαρεσκαιδεκάτὸς ἐστιν ἄρχων Εὔφημος. Auctor Vitæ Ariſtotelis à Nunneſio editæ, Diotimo Archonte natum ſcribit. Fuit autem Archon Diotimus anno I. Olymp. 88. In Chronico Euſebiano quarto anno ejuſdem Olymp. quo Archon Stratocles, & in Chronico Alexandrino anno I. Olymp. 89. quo Archon Iſarchus, natus eſſe dicitur. Quis in tanta varietate & tenebris, ut verbis Nunneſii utar, verum perſpicere poterit?

Ἦν δὲ τῶν δήμων Κολλυτεὺς] Κολυττεὺς reponebat Meurſius lib. de Pop. Att. in Κολυττός. Et ita apud Lucianum in Timone: ἐπειδὴ Τίμων ὁ Ἐχεκρατίδου Κολυττεύς, &c. quem locum reſpexit Suidas: Κολυτεύς· παρὰ Λουκιανῷ εἰς τὸ Τίμων ἢ μισάνθρωπος (legendum ὅθεν ὁ Τίμων ὁ μισάνθρωπος) Κολυτεὺς δὲ, ὁ δῆμος τῆς Αἰγηίδος. lege κολυττεὺς & κολυττὸς δὲ· ὁ δῆμος τῆς Αἰγηίδος. Heſychius: Κολυττός. ὄνομα δήμου. Sed hîc apud Laërtium legendum Χολλιδεὺς ex Stephano ſuſpicabatur Jonſius. Verba Stephani ſunt: Χολλίδαι. Διογένης δ' ὁ Λαερτιεὺς, ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφου Ἱστορίας, Χολλιδεύς φησι. Vox hæc Χολλιδεὺς apud Laërtium libro II. non occurrit. quare ſuprà memoratus Jonſius ex Stephano apud Laërtium reſcribebat Χολλιδεύς, pro Κολυττεὺς; & apud Stephanum ex Laërtio ἐν γ, pro ἐν δ. Sed cùm vox Χολλιδεὺς alibi quoque in hac Vita occurrat, de emendatione Jonſiana apud Laërtium ampliùs cogitandum.

Ἀ'ντιλέων ἐν δευτέρῳ περὶ χρόνων] Meminit Antileonis Pollux II. 4. An alterius? an ejuſdem?

Καὶ ἐχορήγησεν Ἀθήνησι, Δίωνος ἀναλίσκοντος] Idem teſtatur Plutarchus, in Dione. Locum profert Caſaubonus.

Ὡς φησιν Ἀθηνόδωρος ἐν ὀγδόῳ περιπάτων] Citat & infrà, in Democrito, eumdem Athenodori librum VIII. φησὶ δὲ Ἀθηνόδωρος ἐν ᾗ περιπάτων, ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτὸν, &c. Accipio de Athenodoro Tarſenſi (qui & Alexandrinus, & Cananites dictus eſt) Stoïco Philoſopho, Auguſti & Tiberii præceptore.

Ἔσχε δ' ἀδελφοὺς Ἀδείμαντον καὶ Γλαύκωνα, καὶ ἀδελφὴν Ποτώνην] Apuleius: *Ex iiſdem genitoribus, Glauco & Adimantus ei fratres fuerunt.* Ubi Codex Florentinus, *Glaucus & Adimantus.* Apud Suidam quoque Γλαῦκος ſcribitur, non Γλαύκων. καὶ ἕτεροι δὲ ἐγένοντο μετ' αὐτὸν υἱοὶ τῷ Ἀρίστωνι, Ἀδείμαντος, καὶ Γλαῦκος, καὶ Ποτώνη θυγάτηρ. Sed Γλαύκων ſcribi debet. Ita apud Platonem & Xenophontem, & Plutarchum. Adimanti meminit Plato in libris de Rep. & Adimanti τοῦ παιδίου, in Teſtamento. Plutarchus in libro περὶ φιλαδελφίας, tertium Platonis fratrem addit, Antiphontem, natu minimum: Πλάτων τοὺς ἀδελφοὺς εἰς τὰ κάλλιστα τῶν αὑτοῦ συγγραμμάτων θέμενος, ὀνομαστοὺς ἐποίησε: Γλαύκωνα μὲν καὶ Ἀδείμαντον εἰς τὴν Πολιτείαν, Ἀντιφῶντα δὲ τὸν νεώτατον εἰς Παρμενίδην.

Καὶ ἐπαιδεύθη μὲν γράμματα παρὰ Διονυσίῳ, &c. ἐγυμνάσατο δὲ παρὰ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ] Porphyrius apud Cyrillum libro I. contra Julianum: ἐπαιδεύθη δὲ ὁ Πλάτων, παρὰ μὲν Διονυσίῳ γράμματα, παρὰ δὲ Ἀρίστωνι, τῷ Ἀργείῳ παλαιστῇ, τὰ κατὰ τὴν γυμναστικήν. Apuleius libro I. de Doctrina Platonis: *Doctores habuit in prima literatura Dionyſium: at in palæſtra, Ariſtonem, Argis oriundum.* Dionyſii meminit Plato ipſe in Amatoribus: quod Olympiodorus obſervavit. ἐν ἡλικίᾳ δὲ γενόμενος, πρῶτον μὲν ἐφοίτησε Διονυσίῳ, τῷ Γραμματιστῇ, πρὸς μάθησιν κοινῶν γραμμάτων· οὗ καὶ ἐν Ἐρασταῖς μέμνηται·

ἀνω

ἵνα μήτε Διονύσιος, ὁ διδάσκαλος, ἄμοιρος εἴη τῆς παρὰ Πλάτωνι μνήμης.

Ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς] Dialogus ille apud Platonem Ἐρασταὶ, ἢ περὶ φιλοσοφίας, inſcribitur. Sed vitioſi ſunt Codices Platonis; & in iis reſcribendum, Ἀντεραστᾶι. Plato ipſe, initio Dialogi, καὶ ὁ ἕτερος, πλησίον γὰρ καθήμενος ἐτύγχανεν αὐτοῦ, ἀντεραστὴς ὤν, &c. Laërtius infrà, in hac ipſa Platonis Vita, ubi de Platonis Dialogis: τοῦ δὲ λογικοῦ, ὅ, τε Πολιτικὸς, καὶ ὁ Κρατύλος, &c. Ἵππαρχος, Ἀντερασταί. & poſtea: Ἀντερασταὶ, ἢ περὶ Φιλοσοφίας, ἠθικός. & in Democrito: εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνός εἰσι, φησὶ Θράσυλλος, οὗτος ἂν εἴη, &c. Etiam Ἀντερασταὶ dicitur ille Dialogus Theodorito in libello περὶ πρακτικῆς ἀρετῆς. De qua emendatione, diu eſt quod monuit eruditiſſimus Nunneſius.

Ἀφ' οὗ καὶ Πλάτων διὰ τὴν εὐεξίαν μετωνομάσθη, &c.] Seneca epiſt. 58. *Plato ipſe ad ſenectutem ſe diligentiâ pertulit. Erat quidem corpus validum ac forte ſortitus, & illi nomen latitudo pectoris fecerat.* Apuleius: *Platoni habitudo corporis cognomentum dedit: namque* Ariſtocles *priùs eſt nominatus.* Suidas, in Πλάτων & in Θεόφραστος: προσηγορεύετο δὲ Ἀριστοκλῆς. διὰ δὲ τὸ πλατὺς εἶναι τὸ στέρνον, Πλάτων ἐπωνομάσθη. ἄλλοι δὲ, ὡς πλατὺν ἐν λόγοις, Πλάτωνα κληθῆναι. Heſychius ὁ βιογράφος: πλατὺς δὲ ὢν τὰ στέρνα, ἢ τὸ μέτωπον, Πλάτων προσηγορεύθη. οἱ δὲ ὡς πλατὺν ἐν λόγοις, οὕτω φασὶν αὐτὸν κληθῆναι. Olympiodorus in Vita Platonis: γυμναστῇ μὲν ἐχρήσατο διδασκάλῳ Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ, ὑφ' οὗ καὶ Πλάτων, ὥς φασι, μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς λεγόμενος, τῷ τοῦ πάππου ὀνόματι. ἐκλήθη δ' οὕτως, διὰ τὸ δύο μόρια τοῦ σώματος ἔχειν πλατύτατα. τό τε στέρνον, καὶ τὸ μέτωπον, ὡς δηλοῦσι πανταχοῦ αἱ ἀνακείμεναι αὐτοῦ εἰκόνες, οὕτω φαινόμεναι. *Inſtitutore Gymnaſta uſus eſt Ariſtone Argivo: à quo* Platonis *nomen reportavit: cùm priùs* Ariſtocles, *avi nomine, dictus fuiſſet. Sic autem vocatus eſt, quòd binas corporis partes, pectus, & frontem; viſendæ latitudinis haberet: ut liquet ex ſtatuis ejus paſſim poſitis, quæ tales ſunt.* Igitur Platoni minùs ſimilis eſt ejus εἰκὼν, quam in Notis ſuis eruditiſſimis ad Juliani Imperatoris Cæſares, pag. 7. profert clariſſimus Spanhemius: eſt enim anguſtæ frontis potiùs quàm latæ. Sunt qui & Σαράπιν dictum fuiſſe Platonem exiſtiment; decepti his verbis Heſychii, Σάραπις, οὕτω ἐκαλεῖτο ὁ Πλάτων. ſunt enim depravata. Scripſerat doctiſſimus Grammaticus, ὁ Πλούτων. Plutarchus libro de Iſide & Oſiride: οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν, ἢ τὸν Πλούτωνά φασι. Eadem legas apud Cyrillum contra Julianum, pag. 361. Platonis κυρτότητος meminit Plutarchus in libello de audiendis Poëtis.

Καθά φησιν Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς] Eumdem Alexandrum infrà teſtem quoque advocat: ubi de Platonis vita quæſtio eſt. quare in verbis Origenis ſuprà allatis è libro VI. contra Celſum, καὶ πρὸς ταῦτα φημὶ, ὅτι περὶ μὲν Πλάτωνος Ἀρίστανδρος, οἶμαι, ἀνέγραψεν, ὡς οὐκ Ἀρίστωνος υἱοῦ, &c. legendum fortè Ἀλέξανδρος, & accipiendum de auctore illo τῶν διαδοχῶν, qui Alexander Polyhiſtor eſſe creditur: niſi malis accipere de Alexandro Platonico, (hujus meminit Marcus Imp. lib. I.) propter ſequentia verba Origenis, καὶ ἄλλοι δὲ πλείονες τῶν Πλατωνικῶν ἐν τῇ Πλάτωνος βιοτῇ ταῦτ' εἰρήκασι. Tamen Ariſtander quidam, qui de portentis ſcripſerat, memoratur Plinio in Elencho Auctorum.

Διὰ τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας] Ita nos Galli dicimus, *parler large*: ſed alio ſenſu, pro, *tarde loqui.* hoc loco πλατύτης ἑρμηνείας, eſt *orationis ubertas.* Similiter γέλως πλατὺς, eſt *multus riſus* apud Phrynichum in Ecloga Dictionum Atticarum. Sic III. Regum 4. 29. Solomoni tribui videas latitudinem cordis: id eſt, *ubertatem ingenii*, ut Caſtalio reddidit.

Εἰσὶ δ' οἱ καὶ παλαῖσαί φασιν αὐτὸν Ἰσθμοῖ, &c.] Quos inter, Apuleius: *Tantoſque progreſſus exercitatio ei contulit, ut Pythia & Iſthmia deluctata certaverit. picturæ non aſpernatus artem. Tragœdis & Dithyrambis ſe utilem finxit.* & Porphyrius dicto loco: φασὶ δὲ καὶ Ἰσθμιά τινες καὶ Πύθια παλαῖσαι αὐτόν. Operæ pretium eſt audire quid de hoc palæſtrico Platonis exercitio ſentiat Cyrillus libro VI. contra Julianum: φασὶν αὐτὸν Ἰσθμιά τινας, καὶ Πύθια παλαῖσαι αὐτόν. εἶτα τί τοῦ τοιοῦδε τὸ βαναυσικώτερον; ἀνάσχοιτο γὰρ, ὥς γε οἶμαι, τῶν εὖ φρονούντων οὐδεὶς ἀπημφιεσμένῳ σώματι γυμνῶς καὶ ἀκρύπτως ἀσχημονεῖν ἐπὶ πληθύος, οὕτω πολλῆς, καὶ ἐπὶ σμικρῷ που τάχα μισθῷ.

Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ περὶ βίων] Dicæarchus Peripateticus. Ex hoc περὶ βίων opere ſunt quæ de Pythagora ex Dicæarcho citat Plutarchus Sympoſ. VIII. 2. Gellius libro XIV. cap. XI. Laërtius in Pythagora, & Porphyrius in Vita Pythagoræ: & quæ de Homero & Euripide Plutarchus libro Quòd non vivitur jucundè ſecundùm Epicurum: & quæ de Euripide idem Plutarchus libro de εἰ apud Delphos. Hunc περὶ βίων librum Dicæarchi, ab altero ejuſdem, quem, Ἑλλάδος βίον vocaverat, & qui etiamnum exſtat, non diſtinguit acutiſſimus Boſius ad epiſt. 39. libri XIII. ad Atticum: in quo fallitur. Ἑλλάδος βίος, eſt opus Geographicum: quo nomine librum Geographicum etiam Jaſon quidam ſcripſerat. Meminit Stephanus in Ἀλεξάνδρεια. Ἴασων δὲ, inquit, ὁ τὸν Βίον τῆς Ἑλλάδος γράψας ἐν τέσσαρσι βιβλίοις.

Ἰσχνόφωνος] De *voce exili*, intelligendus Laërtius, non verò de *linguæ hæſitantia*: nam utrumque hoc vocabulum ſignificat. Heſychius: ἰσχνόφωνος. λεπτόφωνος, ἀπέχομενος τὴν φωνήν. Ariſtoteles Probl. XI, 30. ἡ δὲ ἰσχνοφωνία ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ταχὺ συνάψαι τὴν ἑτέραν συλλαβὴν πρὸς τὴν ἑτέραν. Plato expeditè & facilè loquebatur; & eleganter. Ἀτθίδος εὐγλώσσου στόμα φερτατον dicitur in Epigrammate libri I. Anthol. cap. LXXXVI. Dormientis in cunis labellis apes mel inſeruere. Olympiodorus in Vita Platonis: καὶ γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα, λαβόντες οἱ γονεῖς, βρέφος ὄντα, τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ, βουλόμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς, Πανὶ καὶ Νύμφαις, καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ, θύσαι καὶ κειμένου αὐτοῦ μέλιτται προελθοῦσαι, πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος· ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται· τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥεῖν αὐδή. quâ re auditâ, prodigiorum inter-

pretes ſingularem eloquii ſuavitatem ore ejus emanaturam dixerunt. Narrat Valerius Maximus libro I. cap. 6. Harum rerum miror Laërtium non meminiſſe. Corrigendus obiter Valerius cap. 7. ejuſdem libri: *Sed quoniam divitias Midæ diſertumque Platonis ſomnum attigi.* Legendum ex Codice Iſaaci Voſſii & altero Heinſiano, *divitis Midæ, diſertique Platonis:* de qua emendatione monuit nos doctiſſimus Gudius. Tamen μεγαλόφωνος, Platonis eſt epithetum. Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. I. cap. ſeptimo: καὶ γὰρ Πλάτων ὁ μεγαλόφωνος, εἰπὼν, ὅτι ὁ θεὸς ἔπλασε τὸν κόσμον πρὸς ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα. Sed ibi τὸ μεγαλόφωνος, ſtyli magnitudinem indicat.

Ὡς καὶ Τιμόθεός φησιν ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων] Laudatur idem Timotheus eodem in libro infrà quoque apud Laërtium, in Speuſippo, in Ariſtotele, in Zenone Cittieo. Sed qui, præter Laërtium, ejus meminerint, non temere reperias. Niſi putetur eſſe is ipſe Timotheus, quem Plutarchus in libello Περὶ ποταμῶν, capite de Hebro & Inacho, & Euſtathius ad Dionyſium, citant in libro de Fluminibus, & de Rebus Argolicis.

Λέγεται δ' ὅτι Σωκράτης ὄναρ εἶδεν κύκνου νεοττὸν ἐν τοῖς γόνασιν ἔχειν, &c.] Apuleius: *Somnium etiam Socratis ſcitum ferunt. Nam vidiſſe ſibi viſus eſt Cycni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini conſecratum eſt, volaſſe, & in ejus gremio* (malim *in ſuo gremio*) *reſediſſe: & poſtea olorem illum pennis cælum petiiſſe, canore muſico auditus hominum Deorumque mulcentem. Cùm hoc Socrates in conventu hominum referret, Ariſto Platonem puerum oblaturus Socrati magiſtro commodum proſequebatur: quem ubi aſpexit ille, ingeniumque intimum de exteriore conſpicatus eſt facie, Hic ille erat, Amici, inquit, de Academia Cupidinis Cycnus.* Pauſanias in Atticis: Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόρρω, Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν, ᾧ προεσήμαινεν ὁ θεὸς ἄριστον τὰ ἐς φιλοσοφίαν ἔσεσθαι. προεσήμαινε δὲ οὕτω. Σωκράτης τῇ πρωτεραίᾳ νυκτὶ, ἢ Πλάτων ἔμελλεν ἔσεσθαι μαθητὴς, ἐσπτῆναί οἱ κύκνον εἰς τὸν κόλπον εἶδεν ὄνειρον· ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα, ὅτι Λιγύων τῶν Ἠριδανοῦ πέραν ὑπὲρ γῆς τῆς Κελτικῆς Κύκνον ἄνδρα μουσικὸν γενέσθαι βασιλέα φασὶ· τελευτήσαντα δὲ, Ἀπόλλωνος γνώμῃ, μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν ἐς τὸν ὄρνιθα. *Non longè ab Academia Platonis eſt monimentum, cujus in Philoſophiæ ſtudio præſtantiam divinitus ſignificatam tradunt. Socratem enim ea nocte quam dies ille eſt conſecutus, quo ſe Plato in ejus diſciplinam tradidit, vidiſſe per quietem Cycnum ſibi in ſinum advolaſſe. Cycnum autem canoram maximè avem eſſe vulgò creditur. Cycnum enim Ligurum, qui in Galliæ tranſpadana ſunt, regem, Muſicæ laude clarum fuiſſe memorant; eumque cùm deceſſiſſet, ab Apolline in avem mutatum.* Meminit & Olympiodorus in vita Platonis.

Ἐφιλοσόφει δὴ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ] Clemens Strom. I. Πλάτων δὲ εἰς τὴν Ἀκαδημίαν ἀνεχώρησε. In Academia natum, ſcripſit Michaël Antonius Baudrandus, in Geographicis, voce *Academia*: memoriæ lapſu. Mortuum voluit dicere. In Academia mortuum Platonem, in qua commorabatur, auctor eſt Diogenes noſter.

Παρὰ τὸν Κολωνὸν] Περὶ, eſt in aliis Editionibus, itemque in Codice Regio. De Colono, Pauſanias in Atticis; ubi de Academia: δείκνυται δὲ χώρος, καλούμενος Κολωνὸς ἵππιος· ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα.

Μέλλων ἀγωνιεῖσθαι τραγῳδίᾳ πρὸ τοῦ Ὀλυμπιακοῦ θεάτρου, &c.] Ita quoque editio princeps. Meliùs Stephanica & MS. Regius, Διονυσιακοῦ. Ælianus Variæ Hiſtoriæ II. 30. Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος τὰ πρῶτα ἐπὶ ποιητικὴν ὥρμησεν, καὶ ἡρωϊκὰ ἔγραφε μέτρα· εἶτα αὐτὰ κατέπρησεν ὑπεριδὼν αὐτῶν, ἐπεὶ τοῖς Ὁμήρου αὐτὰ ἀντικρίνων ἑώρα κατὰ πολὺ ἡττώμενα. ἐπέθετο οὖν τραγῳδίᾳ· καὶ δὴ καὶ τετραλογίαν εἰργάσατο καὶ ἐμέλλεν ἀγωνιεῖσθαι, δοὺς ἤδη τοῖς ὑποκριταῖς τὰ ποιήματα. πρὸ τῶν Διονυσίων δὲ παρελθὼν, ἤκουσε Σωκράτους· καὶ ἅπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου σειρῆνος, τοῦ ἀγωνίσματος οὐ μόνον ἀπέστη τότε, ἀλλὰ καὶ τελέως τὸ γράφειν τραγῳδίαν ἀπέῤῥιψε, καὶ ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ. *Plato, filius Ariſtonis, primum ad artem poeticam animum adjecit, & Heroica carmina cœpit condere. Poſt autem ea combuſſit, nihili faciens, cùm Homeri verſibus longè inferiora videret eſſe. Proinde ad Tragœdias ſcribendas animum applicuit; & elaboratâ tetralogiâ, jam in Hiſtrionum manus Poëmata tradiderat, de palma paratus contendere. Verùm ante Bacchanalia ſemel audito Socrate, captus omnino illius ſirenæ, non ſolùm à certando tunc deſtitit, ſed in totum etiam ſcribendarum tragœdiarum ſtudium abjecit, philoſophiæque ſtudio ſe dedit.* Meminit hujus rei & Apuleius: *Tragœdis & Dithyrambis ſeſe utilem finxit. Jamque carminum confidentiâ elatus, certatorem ſe profiteri cupiebat, niſi Socrates humilitatem cupidinis ex ejus mentibus expuliſſet, & veræ laudis gloriam in ejus animum inſerere curaſſet.* Et Euſtathius ad verſum Homericum

Ἤφαιστε πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει:

ὅτι παρῳδήθη ποτὲ ὑπό τινος Σοφοῦ, καύσαντος εἰκεῖα ποιήματα, δεδήλωται μὲν ἤδη οὐ πρὸ πολλῶν. ἐνταῦθα δὲ πάλιν μνηστέον τῆς ἱστορίας ἐκείνης ἐπί τι πλέον διὰ τὸ ἐντελέστερον. ὁ Σοφὸς ἐκεῖνος, ἦν δὲ ὁ μέγας Πλάτων, εἰς ποιητικὴν, φασὶν, ὁρμήσας καὶ ἡρῴζων, κατέπρησεν ἃ ἔγραψεν, ὡς Ὁμήρου ἡττώμενα κατὰ πολύ· εἶτα ἐπιθέμενος τραγῳδίᾳ, καὶ μέλλων ἀγωνιεῖσθαι, καὶ ἀκούσας Σωκράτους, καὶ καθάπαξ αἱρεθεὶς ὑπὸ τῆς ἐκείνου σειρῆνος, ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίαν, ἐφ' ᾗ καὶ εὐδοκίμησε πάνυ.

Εἰπὼν, Ἤφαιστε πρόμολε ὧδε Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει] Reſpexit Plato ad verſum Homeri 392 Iliad. Σ.

Ἤφαιστε πρόμολ' ὧδε, Θέτις νύ τι σεῖο χατίζει:

quem etiam Metroclem, cùm Theophraſti Commentarios combureret, protuliſſe refert Laërtius in Metrocle. Legendum hîc,

Ἤφαιστε πρόμολ' ὧδε, Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

ita Editio Stephani & MS. Regius: & ita etiam infrà, in Metrocle. Vide infrà in Metrocle. Addendus Suidas in Ἤφαιστε πρόμολ' ὧδε.

Ἐκείνου δὲ ἀπελθόντος] Id eſt, *eo mortuo.* ἀπελθεῖν eſt *mori*; ἀπελθόντες, *mortui.* 6

Προσεῖχε Κρατύλῳ τε τῷ Ἡρακλειτείῳ, καὶ Ἑρμογένει,

τῷ τὰ Παρμενίδου φιλοσοφοῦντι] Etiam Apuleius Heracliti ſectâ Platonem imbutum fuiſſe ſcribit, antequam Socrati ſe dediſſet, & Ariſtoteles lib. I. Metaphyſ. cap. 6. Platonem adhuc adoleſcentem uſu & conſuetudine Cratyli imbibiſſe Heracliti opiniones non abſque aculeo notavit: ἐκ νέου τε γὰρ συγγενόμενος πρῶτον κρατύλῳ, καὶ ταῖς Ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων, καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβε. Ad Hermogenem quod attinet, videtur non ſolùm ipſi, ſed etiam Zenoni ex ſchola Parmenidis operam dediſſe Platonem. Photius inter Excerpta ex Vita Pythagoræ: τῆς δὲ λογικῆς σπέρματα καταβαλεῖν αὐτῷ Ζήνωνα καὶ Παρμενίδην τοὺς Ἐλεάτας. καὶ οὗτοι δὲ τῆς Πυθαγόρου ἦσαν διατριβῆς. Sed ipſum Parmenidem non audiviſſe, demonſtratum eſt Athenæo libro v. cap. 15. neque officiunt verba Photii, qui Parmenidem Zenoni addit tantùm, ut conſtaret unde Zeno hauſerat, quæ Platoni tradidit. Videatur Laërtius in Zenone Eleate.

Εἰς Μέγαρα πρὸς Εὐκλείδην σὺν ἄλλοις τισὶ Σωκρατικοῖς ὑπεχώρησεν] Chryſoſtomus Orat. IV. de laudibus Pauli: μετὰ γὰρ τὸ κώνειον τοῦ Σωκράτους, οἱ μὲν εἰς Μέγαρα ἀπῆλθον, δεδοικότες μὴ τὰ αὐτὰ πάθωσι. Vide ſuprà ad Euclidem.

Πρὸς Θεόδωρον, τὸν μαθηματικὸν] Diximus ſuprà ad Ariſtippum. Apuleius quoque: *Et quòd Pythagoreorum ingenium adjutum aliis diſciplinis ſentiebat, ad Theodorum Cyrenas, ut Geometriam diſceret, eſt profectus.* A Theodoro illo etiam Geometriam didicerat Socrates. Non abs re fuerit hoc loco obſervare, Draconem Athenienſem, & Metellum Agrigentinum, magiſtros in Muſica Platonem habuiſſe. auctor Plutarchus in libello de Muſica: πάνυ γὰρ προσέσχε τῇ μουσικῇ ἐπιστήμῃ Πλάτων, ἀκουστὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου; καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου.

Εἰς Ἰταλίαν πρὸς τοὺς Πυθαγορικοὺς, Φιλόλαον καὶ Εὔρυτον] Apuleius: *Sed poſteaquam Socrates homines reliquit, quæſivit unde proficeret, & ad Pythagoræ diſciplinam ſe contulit*, &c. *& ad Italiam iterum venit, & Pythagoreos, Eurytum Tarentinum & ſeniorem Archytam ſectatus.* Hieronymus libro II. Epiſt. I. ad Paulinum: *Plato Ægyptum, & Archytam Tarentinum, eamque oram Italiæ, quæ quondam Magna Græcia dicebatur, laborioſiſſimè peragravit, ut qui Athenis magiſter erat, & potens, cujuſque doctrinam Academiæ gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus, atque diſcipulus; malens aliena verecundè diſcere, quàm ſua impudenter ingerere.* Plato Archytæ Tarentini ſermoni de voluptate interfuit, cùm Tarentum veniſſet, L. Camillo, P. Claudio Conſulibus. auctor Cicero in Catone Majore. Sed & idem Cicero Tuſcul. Quæſt. libro I. *Platonem ferunt*, inquit, *ut Pythagoreos cognoſceret, in Italiam veniſſe, & in ea cùm alios multos, tum Archytam, Timæumque cognoviſſe, & didiciſſe Pythagorea omnia; primumque de animorum æternitate non ſolùm ſenſiſſe idem quod Pythagoras, ſed rationem etiam attuliſſe.* Etiam Pythagoreos ſectatum, teſtatur Ariſtoteles Metaph. libro I. cap. 6. Atque eum Boëthius Pythagoræ ſtudioſiſſimum fuiſſe dicit.

Εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοὺς Προφήτας] Fabius I. 20. *Non contentus diſciplinis quas præſtare poterant Athenæ; non Pythagoreorum, ad quos in Italiam navigaverat; Ægypti quoque Sacerdotes adiit, atque eorum arcana perdidicit.* Apuleius: *Et Aſtrologiam ad uſque Ægyptum ivit petitum, ut inde Prophetarum etiam ritus addiſceret.* Clemens in Admonitione ad Gentes; Platonem compellans: οἶδά σου τοὺς διδασκάλους, καὶ ἀποκρύπτειν ἐθέλεις. Γεωμετρίαν παρ' Αἰγυπτίων μανθάνεις, Ἀστρονομίαν παρὰ Βαβυλωνίων. ἐπῳδὰς τὰς ὑγιεῖς, παρὰ Θρακῶν λαμβάνεις. πολλά σε καὶ Ἀσσύριοι πεπαιδεύκασι· νόμους δὲ τοὺς ὁσοι ἀληθεῖς, καὶ δόξαν τὴν περὶ τοῦ θεοῦ, παρ' αὐτῶν ὠφέλησαι τῶν Ἑβραίων. *Novi tuos magiſtros, etſi eos celare velis. Geometriam diſcis ab Ægyptiis; Aſtronomiam, à Babyloniis; Incantationes queis morbi ſanantur, accipis à Thracibus. Multa etiam Aſſyrii te docuerunt. Leges autem quæcumque veræ ſunt, & de Deo opinio, ſuppeditata tibi ſunt ab Ebræis.* Piſo, apud Ciceronem lib. v. de Finibus: *Plato Ægyptum peragravit, ut à Sacerdotibus barbaris numeros & cœleſtia acciperet.* Idem legere eſt & in quarta Tuſculana. Valerius Maximus l. VIII. cap. 7. *Ægyptum peragravit, dum à Sacerdotibus ejus gentis Geometriæ multiplices numeros, atque cœleſtium obſervationum rationem percipit.* *perciperet* reponebat Gudius noſter ex Harlemenſi codice; quod ipſa Latinitas requirit. Philoſtratus lib. I. Apoll. cap. 1. Πλάτων βυδίσας εἰς Αἴγυπτον, καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ Προφητῶν τε καὶ Ἱερέων ἐγκαταμίξας τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις. Theodorus Meliteniotas Procœmio in Aſtronomiam: Πυθαγόρας γὰρ ὁ Σάμιος, καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος, καὶ Ἀναξαγόρας ὁ Ἡγεσιβούλου, ὁ Κλαζομένιος· ἔτι τε Θάλης ὁ Μιλήσιος, καὶ Σόλων ὁ Ἀθήνησι νόμων ἐφευρετὴς, καὶ μὴν καὶ Πλάτων ὁ τοῦ Ἀρίστωνος, ἄχρι τῆς Αἰγύπτου φιλομαθίας χάριν παρελθόντες. καὶ παρ' αὐτῶν διδαχθέντες τὴν μαθηματικὴν τοῖς ἄλλοις παρεδεδώκεισαν ἐπιστήμην. Eum ex Italia in Ægyptum trajeciſſe, auctor eſt Laërtius. Repugnat Cicero in libris de Rep. apud Nonium in *contendere*: *Sed audiſſe te credo, tum vero Platonem, Socrate mortuo, in Ægyptum diſcendi cauſſa, poſt in Italiam contendiſſe.* Apuleius videtur diſcrepantem hiſtoriam in ordinem redigere: notavit enim diſceſſum ex Italia in Ægyptum, & ex Ægypto reditum in Italiam. Itineri Ægyptio alia adhuc Orientalia ſubjungit Lactantius lib. IV. Inſtit. cap. 2. *Soleo*, inquit, *mirari, quod cùm Pythagoras, & poſtea Plato, amore indagandæ veritatis accenſi, ad Ægyptios & Magos & Perſas uſque penetraſſent, ut earum gentium ritus & ſacra cognoſcerent (ſuſpicabantur enim ſapientiam in religione verſari) ad Judæos tantum non acceſſerint, penes quos tunc ſolos erat, & quò facilius ire potuiſſent.* Videtur Lactantius errori proximus. excuſari tamen poterit, ſi profectionem ad Magos & Perſas de Pythagora intelligamus: nam bella & motus Aſiæ Platonem aditu prohibebant. teſtis Lactantius, & Apuleius. Ceterum, etiamſi; quod Lactantius miratur; Judæos Plato numquam acceſſerit, partem tamen ſapientiæ

ſuæ præſtantiorem alii primarii Eccleſiæ Doctores eum ab Ebræis hauſiſſe contendunt. Ipſe Origenes lib. VI. contra Celſum, quæ divinè in Phædro ſcripta ſunt, ab Ebræis eſſe opinatur; & hujus generis plura ex Moſaicis voluminibus tranſlata eſſe, alibi arguit. Quæ fuit etiam aliorum Scriptorum ſacrorum ſententia. Ita Joſephus lib. II. περὶ ἀρχαιοτ. cap. 4. Irenæus libro III. contra Hæreſ. cap. 45. Euſebius ſæpe, ſed imprimis libro IX. προπ. cap. 3. & l. XIII. cap. 7. Theodoritus lib. 2. θεραπ. Cyrillus libro I. contra Julianum, Ambroſius Serm. 18. Pſalm. 118. quibus adde Juſtinum Martyrem, Tertullianum, Joh. Philoponum in Hexam. alioſque. Hinc eſt, quòd Plato apud Clementem ὁ ἐξ Ἑβραίων φιλόσοφος dicitur I. Stromateon. Hinc exclamaſſe fertur Numenius Pythagoréus, τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; ut poſt doctiſſimum illum στρωματέων Scriptorem, Heſychius Mileſius & Suidas notarunt in Νουμήνιος. Huc reſpexit & Poeta Etruſcus cap. 3. de Fama:

Volſimi da man manca, e vidi Plato,
Che'n quella ſchiera andò più preſſo al ſegno:
Al qual aggiunge, a chi dal cielo è dato.

De ratione autem quâ Moſen intellexerit, alii ſatis incauti parum diſpiciunt, alii diſſentiunt. Euſebius lectam fuiſſe ab eo putat Græcam verſionem aliquam veteris Teſtamenti, quæ videtur ipſi ante LXX: Interpretes; immo ante Alexandri & Perſarum imperia extitiſſe. Euſebio ſe opponit Auguſtinus lib. VIII. de Civitate Dei cap. 11. nam verſionem LXX. primam ducit; neque admittit vetuſtiorem: ſed Platonem, uti Ægyptias, ita etiam Ebræas literas per Interpretem didiciſſe, exiſtimat. Ambroſius videtur voluiſſe Interpretem deſignare: credit enim Jeremiam Platoni peregrinanti notum, immo familiarem fuiſſe; deceptus; quæ eſt Gudii conjectura; quia fortè legerat de Platonis itinere ad Prophetas Ægyptios. Eamdem opinionem Ambroſii ſui fovebat aliquandiu Auguſtinus lib. II. de Doct. Chr. cap. 28. ſed huic magna tandem ratione renuntiavit, ut diximus. Ipſa tempora errorem detegunt; facilè condonandum Viro ſancto; & profectò leviſſimum, ſi inter minorum gentium turbam ſtuporem hominum aliquot novitiorum advertas; Hieronymum Donzellinum intelligo, ejuſque ſuffragatores, qui operâ etiam & ſtudio Philonis Judæi Platonem profeciſſe contendunt. Nituntur priori membro jactati inter Græculos proverbii, ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. quid ineptius? tamen vera eſt in hac ῥήσει pars poſterior: fuit enim Philo Platonicæ doctrinæ ſtudioſiſſimus; ut ſecundus Plato diceretur. Hieronymus epiſt. ad Magnum: *Quid loquar de Philone, quem vel alterum, vel ſecundum Judæum Platonem Critici pronuntiant.* Similia habes apud Euſebium Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. 4. Sed hoc eſt extra oleas. Iſtiuſmodi fabellis Hiſtoria imprimis Platonica variè contaminata eſt; vitio quorumdam Chriſtianorum, qui ex Academia profecti, tantum ſibi indulſere, ut Platonem ingratiis ſuis Chriſto addicerent. Confictum eſt anile ſomnium, ut ſummo cum pretio Chriſtianiſmi donarent, quod refert Nicetas in Oratione Nazianzeni, & Anaſtaſius Sinaita in Ὁδηγῷ, Quæſt. III. Cùm autem Platonici, omnes Domini noſtri Jeſu Chriſti ſententias, quas & mirari & prædicare cogebantur, de Platonis libris deſumptas eſſe docerent, eos, libro ea de re ſcripto, refutavit Ambroſius: quo probabilius eſſe docuit, Platonem in Ægypto noſtris literis per Hieremiam fuiſſe imbutum, ut ſuperiùs obſervabam. De eo libro, qui jam non exſtat, obiter agit Auguſtinus de Doctrina Chriſtiana libro II. cap. 28. & epiſtolâ XXXIV. quæ eſt ad Paulinum. Titulus fuit *De Sacramentis*, vel *De Prophetia*, ut idem Auguſtinus teſtatur, Retractationum libro II. cap. 4. Ceterùm, & Celſus Epicureus, teſte Origene libro VI. dictum illud Chriſti in divites, facilius eſſe Camelum (ſive; ut alii volunt, rudentem) intrare per foramen acus, quam divitem in regnum Cælorum, ajebat à Platone, paucis mutatis, deſumptum fuiſſe: cujus ſcilicet libro V. de Legibus, hæc eſt ſententia, Impoſſibile eſſe, ut eximiè bonus, idem egregiè dives ſit. Celſum refutat Origenes, his verbis: τίς δ' οὐκ ἂν, καὶ μετρίως ἐφιστάνειν τοῖς πράγμασι δυνάμενος, τὸν Κέλσον γελάσαι, οὐ τῶν πιστευόντων τῷ Ἰησοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων; ἀκούων, ὅτι Ἰησοῦς, (ὁ παρὰ Ἰουδαίοις γεγεννημένος καὶ ἀνατεθραμμένος, καὶ Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος νομισθεὶς εἶναι υἱὸς, καὶ μηδὲ γράμματα μεμαθηκὼς, οὐ μόνον τὰ Ἑλλήνων, ἀλλ' οὐδὲ τὰ Ἑβραίων, (ὅπερ καὶ αἱ φιλαλήθεις μαρτυροῦσι γραφαὶ τῶν περὶ αὐτόν) ἀνέγνω Πλάτωνα· καὶ ἀρεσθεὶς τῇ περὶ τῶν πλουσίων ἀποφαινομένῃ αὐτοῦ λέξει, Ὡς ἀδύνατόν ἐστιν ἀγαθὸν εἶναι διαφέροντως, καὶ πλούσιον, παρέφθειρεν αὐτὴν καὶ πεποίηκε τὸ, Εὐκοπώτερον κάμηλον διὰ τρήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. *Quis non rideat Celſum, vel mediocriter cordatus, ſive is Chriſtianus ſit, ſive unus reliquorum hominum? dum audit, Jeſum, apud Judæos natum & educatum, Joſephi, fabri, exiſtimatum filium, qui numquam ne Ebræas quidem, nedum Græcas literas didicerit, ſicut de hoc veraces Scripturæ teſtantur, legiſſe libros Platonis & delectatum ejus ſententiâ, de divitibus*, Impoſſibile eſſe, ut eximiè bonus, idem egregiè dives ſit, *detorſiſſe nonnihil, & novam ex ea feciſſe*, facilius eſſe camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum Dei. In quibus verbis, quod dicitur, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Ebraicas literas neſciiſſe, (hoc enim intelligit Celſus, quando eas non didiciſſe dicit) falſum videtur: ſiquidem ipſe Legem ſciebat, & de ea cum Judæis diſputabat. Eas quidem non didicerat, ſed tamen ſciebat. *Jam ait autem die feſto mediante, aſcendit Jeſus in Templum, & docebat: Et mirabantur Judæi, dicentes, Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? Reſpondit eis Jeſus, & dixit, mea doctrina non eſt mea, ſed ejus qui miſit me:* inquit Johannes, capite 7.

Οὗ φασι καὶ Εὐριπίδην αὐτῷ συνοδεῦσαι] Plato, Eudoxus, Euripides, profectionis in Ægyptum ſocii, Planetarum curſum ab Ægyptiis didicere: & primi omnium Græcorum populares ſuos id docuerunt; Plato quidem, in Timæo; Eudoxus, ἐν ἐνάτῳ; Euripides, in Thyeſte, verba ſunt magni Scaligeri in Notis ad Sphæram Manilii.

Ὅθεν καὶ εἰπεῖν, Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά] Verſus eſt ex Iphigenia Taurica Euripidis, qui in proverbium abiit. Euſtathius ad Homeri Iliad. κ. ἢ πάντως διὰ τὸ φύσει ῥυπτικὸν εἶναι τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ, εἰς τὴν ἀπέρατον οὖν φασὶ τὰ περιττώματα ἔβαλλον· διὸ καὶ παροιμία φησὶ,

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Inde θαλασσωθεὶς, pro *purgatus*. Heſychius: θαλασσωθεὶς, ἁγνισάμενος.

Ἀλλὰ καὶ, καθ' Ὅμηρον, φάναι πάντας ἀνθρώπους Αἰγυπτίους ἰατροὺς εἶναι] Locus Homeri eſt Odyſſ. δ.

Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.
Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων
Ἀνθρώπων.

Videatur, præter Herodotum, Proſper Alpinus de Medicina Ægyptiorum.

7 Διέγνω δὴ ὁ Πλάτων καὶ τοῖς Μάγοις συμμίξαι] Apuleius: *Atque ad Indos & Magos intendiſſet animum, niſi eum bella tunc vetuiſſent Aſiatica.*

Τὸ δ' ἐστὶ γυμνάτιον προαστεῖον ἀλσῶδες] Similiter Suidas: Ἀκαδημία, γυμνάσιον ἦν ἐν Ἀθήναις προαστεῖον ἀλσῶδες. Et Plutarchus in Sylla: καὶ τὴν τε Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων οὖσαν. Item, Auctor Etymologici: Ἀκαδήμιον· γυμνάσιον. τόπος ἐστὶ πρὸ τοῦ ἄστεος. Adde Pauſaniam in Atticis: ἐγγυτάτω δὲ Ἀκαδημία. Et Livium lib. XXXI. ubi de porta Dipylo: *Extra limes mille ferme paſſus, in Academiæ gymnaſium ducens.* Et Ciceronem v. de Finibus: *Conſtituimus inter nos, ut ambulationem poſt meridianam conficeremus in Academia, maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Itaque ad tempus ad Piſonem omnes. Inde vario ſermone ſex illa à Dipylo ſtadia confecimus.* Sunt autem ſex ſpatia, paſſus ſeptingenti quinquaginta tantùm. Fallitur ergo Porphyrius, qui libro I. περὶ τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, Academiam longè ab urbe ſiram eſſe dicit: τὴν Ἀκαδημίαν εἵλετο, inquit, de Platone verba faciens, οὐ μόνον ἔρημον, καὶ πόῤῥω τοῦ ἄστεος χωρίον, ἀλλὰ καὶ, ὥς φησιν, ἔπινσον. In eumdem errorem incidit Sanctus Hieronymus: cujus hæc ſunt verba lib. II. contra Jovinianum: *Sed & ipſe Plato, cùm eſſet dives, & thoros ejus Diogenes lutatis pedibus conculcaret, ut poſſet vacare Philoſophiæ, elegit Academicam villam ab urbe procul, non ſolùm deſertam, ſed & peſtilentem.* Meurſius qui in libro de Ceramico cap. XX. utriuſque errorem animadvertit, pro his verbis, πόῤῥω τοῦ ἄστεος apud Porphyrium, emendabat καὶ πρὸ τοῦ ἄστεος, hoc eſt, *ante urbem.* fruſtrà. reclamant quippe verba quæ præceſſere, οὐ μόνον.

Ἀπό τινος ἥρως ὀνομασθὲν Ἑκαδήμου] Ἀκαδήμου in ceteris Editionibus non rectè ſcriptum eſt: quod, quæ ſequuntur verba, clarè oſtendunt: πρότερον γὰρ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. Similis error apud Ulpianum in Orationem Demoſthenis contra Timocratem: ἡ μὲν Ἀκαδήμεια, ἀπὸ ἥρωός τινος Ἀκαδήμου, κτίσαντος τὸν τόπον· item apud Horatium in Epiſtolis,

Atque inter ſilvas Academi quærere verum:

& apud Harpocrationem, Ἀκαδημία, inquit, ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ κυθιερώσαντος αὐτὸ Ἀκαδήμου· & apud Suidam in Ἀκαδημία· ubi totidem verbis Harpocrationis locum exſcripſit. Sed rectè apud eumdem Suidam paulò ſuperius, γυμνάσιον ἦν ἐν Ἀθήναις προάστειον ἀλτῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε Πλάτων, ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς ἥρως ὠνομασθέν. πρότερον δὲ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· ἀλλ' εἰς Ἑκαδημίαν κατιών, &c. Atque inde apparet tempore Suidæ legi apud Ariſtophanem in Nubibus, εἰς Ἑκαδημίαν· pro quo vitioſè hodie legitur εἰς Ἀκαδημίαν. Rectè quoque apud Ariſtophanis Scholiaſten ad Nubes: ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον, ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. Etiam apud Stephanum Ἑκαδήμεια ſcribitur in Voce Ἑκαδήμεια, ubi & aliam originis rationem reddit. Ἑκαδήμεια, inquit, ἡ Ἀκαδήμεια· ἀπὸ Ἑκαδήμου. (ita legendum, non Ἀκαδήμου) καὶ Ἀθήνησι τόπος ὁ κεραμικός. ὁ ἥρως δὲ διὰ τοῦ ε γέγραπται. οἱ δ' ὅτι Ἑκέδημος (ſic rectè emendat Meurſius, pro eo quod vulgati codices habent Ἔχεμος) ὁ Ἀρκὰς, συστρατεύσας τοῖς Διοσκούροις, ὑποχείριον ἔσχε τὴν Ἀττικὴν, ἐξ οὗ Ἑκεδήμειον φασιν. Ita quoque rectè Meurſius, pro eo quod legebatur, Ἐχεμήδειον. Auctor Magni Etymologici; quiſquis tandem ille ſit, (Nicam eſſe ſcribit amicus noſter Iſaacus Voſſius in Notis ad Pomponium Melam: quod an verum ſit neſcio: certè falſum eſſe ſcio, quod vir doctiſſimus Andreas Schottus, in Præfatione ad Proverbia Græcorum, exiſtimabat, auctorem hujus libri eſſe Marcum Muſurum; ſiquidem ab Euſtathio Magnum Etymologicum laudatur.) Auctor, inquam, Etymologici conditorem Academiæ, & Academum, & Ecademum fuiſſe dictum ſcribit. Ἀκαδήμιον, inquit, γυμνάσιον, τόπος ἐστὶ πρὸ τοῦ ἄστεως, ἀπὸ Ἀκαδήμου ὠνομασμένος. διὸ καὶ Ἀκαδημία τότε ἐκαλεῖτο. διττὴ δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ ὀνόματος. οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ α Ἀκάδημον· οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ ε, τὸν Ἑκάδημον. οὕτως Ὡρίων. Ceterùm, in Academia ridendi poteſtatem non fuiſſe, ſcribit Ælianus Var. Hiſt. libro III. cap. 35.

Εὐπολις ἐν Ἀστρατεύτοις] In qua Fabula citatur quoque ab Athenæo IX. 12.

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν] Δρυμοῖσιν, legebat Meurſius Exercitat. Critic. Parte II. cap. 12.

Τέττιξιν ἰσογράφοις] Theocritus Idyllio I. τέττιγος ἐπὶ τύγε φέρτερον ᾄδεις. Anacreon εἰς τέττιγα·

Φιλέουσι μέν σε Μοῖσαι,
Φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτὸς,
Λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην.

Aliis cicadæ cantus minùs placet. Ceterùm de Platonis εὐγλωττίᾳ, legendus Ælianus Var. Hiſtor. lib. X. cap. 21. & XII. 45. ubi examen apum in ore infantis ſediſſe refert.

Δένδρεσι ἑφεζόμενοι] Δένδρῳ apud Heſychium Mileſium. Scripſerat, puto, Timon, Δενδρίῳ· ut apud Heſiodum in Operibus ſcriptum eſt,

Ἧμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ, καὶ ἠχέτα τέττιξ,
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος, λιγυρὴν κατιαχεύει ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ.

8 Καὶ Γ' σοκράτει φίλος ἦν] Cicero de optimo genere Orat. *Quin ipſum Iſocratem, quem divinus auctor Plato, ſuum fere æqualem, admirabiliter in Phædro laudari fecit à Socrate*, &c. Et in Oratore: *Sic Iſocrates videtur teſtimonio Platonis aliorum judicia de bere contemnere. Eſt enim, ut ſcis, quaſi in extrema pagina Phædri his ipſis verbis loquens Socrates*: Adoleſcens etiam nunc, ô Phædre, Iſocrates eſt. Sed quid de illo augurer, lubet dicere. Quid tandem? *inquit ille.* Majore mihi ingenio videtur eſſe, quàm ut cum Orationibus Lyſiæ comparetur: præterea ad virtutem major indoles: ut minimè mirum futurum ſit, ſi, cùm ætate proceſſerit, aut in hoc Orationum genere, cui nunc ſtudet, tantum quantum poterit, reliquis præſtet omnibus, qui umquam Orationes attigerunt: aut, ſi contentus his non fuerit, divino aliquo animi motu, majora concupiſcat. Ineſt enim naturâ philoſophia in hujus viri mente quædam. *Hæc de adoleſcente Iſocrate Socrates auguratur. at ea de ſeniore ſcribit Plato; & ſcribit æqualis; & quidem exagitator omnium Rhetorum hunc miratur unum.*

Πραξιφάνης] Praxiphanis Hiſtoriam citat Marcellinus in Vita Thucydidis. Praxiphanes quidam in fine hujus Vitæ à Laërtio memoratur.

Ἀριστόξενος] Ariſtoxenus Tarentinus, de quo ſuprà. Is Vitam Platonis, aliorumque illuſtrium virorum Vitas ſcripſerat.

Τρὶς ἐστρατεῦσθαι, ἅπαξ μὲν εἰς Τανάγραν, &c.] Ælianus Variæ Hiſtoriæ VII. 14. Platonem quoque in oppugnatione Tanagræ & Corinthi fuiſſe, teſtatur. Sed lib. III. cap. 27. ejuſdem Hiſtoriæ, ait eum, dum, paupertate detentus, in militiam proficiſci in animo haberet, armaque præſente Socrate emeret, Socratis conſilio animum mutâſſe, & ad Philoſophiam ſeſe contuliſſe.

Μίξιν τε ἐποιήσατο τῶν τε Ἡρακλειτείων λόγων, καὶ Πυθαγορικῶν, καὶ Σωκρατικῶν, &c.] Apuleius: *Nam quamvis de diverſis hæc ei eſſent philoſophiæ membra ſuſcepta; naturalis, ab Heracliticis; intellectualis, à Pythagoreis; rationalis atque moralis, ex ipſo Socratis fonte.* Origenes ἐν φιλοσοφουμένοις ἀνεκδότοις, ubi de Platone: οὗτος τὰς τριῖς φιλοσοφίας ἔμιξεν. A Pythagora, de immortalitate animæ ſententiam habuiſſe ſcribit, poſt Ciceronem, Clemens Strom. VI. παρὰ Πυθαγόρου δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι Πλάτων ἔσπακεν. & Chryſoſtomus Homiliâ IV. in Acta Apoſtolorum: παρὰ μὲν ἑτέρου, τὴν μετεμψύχωσιν ἐδέξατο. Anonymus quoque in epigrammate, quod libro I. Anthologiæ tit. εἰς φιλοσόφους legitur:

Σωκρατικῷ Σάμιον κεράσας κρητῆρι φρόνημα,
Κάλλιστον σεμνῆς σῆμα διχοστασίης.

quod doctiſſimus Marquardus Gudius ita vertebat:

Socratico Samios miſcens cratere ſapores,
Optima laudandi teſſera diſſidii.

Præter Heſychium Mileſium, qui totum hunc Laërtii locum iiſdem verbis, ut pleraque alia, tranſcripſit, videatur Tatianus in Oratione ad Græcos, Ariſtoteles lib. I. Metaph. cap. 6. & imprimis Photius, inter Excerpta Pythagoræ. Vide & nos ſuprà.

Δίωνι ἀπέστειλεν εἰς Σικελίαν ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνᾶν ἑκατόν] Audiendus ea de re Gellius lib. III. 17. *Memoriæ mandatum eſt Platonem Philoſophum tenui admodum pecunia familiari fuiſſe, atque eum tamen tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariûm mercatum. Id ei precium donaſſe quidam ſcripſerunt amicum ejus Dionem Syracuſanum*, &c. *Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit, qui* Σίλλος *inſcribitur.* (malim Σίλλοι.) *In eo libro Platonem Philoſophum, quem dixeramus tenui admodum pecuniâ familiari fuiſſe, contumelioſè appellat, quòd impenſo precio librum Pythagoricæ diſciplinæ emiſſet, exque eo Timæum, nobilem illum Dialogum, continuaſſet.*

Ὀνήτωρ] Vide nos ſuprà ad Stilponis Vitam.

Ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός] Adi Suidam in Αἰσχίνης.

Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν] Accipit Aldobrandinus de Alcimo, qui Σικελικὰ ſcripſerat, quorum meminit Athenæus libro VII. cap. 20. Vide nos ſuprà in Stilpone.

Φαίνεται δὲ καὶ Πλάτων πολλὰ τῶν Ἐπιχάρμου λέγων] Heſychius Mileſius: ὠφέληται δὲ πολλὰ παρ' Ἐπιχάρμου. Accipit Aldobrandinus de Epicharmo Phyſico, quem diverſum facit à Comico. Voſſius in libello de Poëtis Græcis, eumdem eſſe exiſtimabat. & ita Suidas; apud quem Epicharmum illum Philoſophum Phyſicum Comœdiam cum Phormo Syracuſis inveniſſe legas.

Ἀλλ' ἀεί τοι θεοὶ πάρησαν, &c.] Verſus ſunt Trochaici tetrametri catalectici, quos, ut & ſequentes, poſt Scaligerum in ordinem coëgit Caſaubonus, quem hîc vide. Vide & Grotium in Excerptis Tragicorum & Comicorum pag. 478. ubi totum hunc Epicharmi locum, & ſequentes, verſibus Latinis; iiſque elegantiſſimis; reddidit. De his autem Epicharmi verſibus, ſic ad me nuper ſcripſit doctiſſimus Marquardus Gudius: *Epicharmi elegantiſſimis verſibus diligentiam inſignem adhibuere Scaliger & Caſaubonus. Non autem diſſentiendi libidine à Viris omni laude meâ majoribus, ſed unius veritatis ſtudio expungendas eſſe cenſeo correctiones, quæ videntur ipſam Epicharmi ſententiam evertere. Primis quinque verſibus de rerum naturalium principiis agit. Eorum ſecundo obtruſa eſt negatio contra ſenſum; contra libros veteres: Legunt enim illi Viri docti,*

Τάδε δὲ ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια. οὐ διὰ δὲ τῶν αὐτῶν ἀεί.

Vulgò abeſt οὐ. Nec dubitandum quin abeſſe debeat. Loquitur Epicharmus de Diis ſuis: noſtri autem Deos Epicharmi ex Menandri verſiculis,

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
Ἀνέμους, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, πῦρ, ἀστέρας.

Hæc æterna rerum elementa, hos Deos, hæc principia, abſque principio affirmabat. Eamdem Empedocles opinionem profitebatur: ſed plura iſte non advocabat, niſi illa pervulgata & nota quatuor. Διὰ μὲν, τὸ πῦρ λέγων· Ἥρην δὲ, τὴν γῆν. Ἀϊδωνέα δὲ, τὸν ἀέρα· Νῆστιν δὲ, τὸ ὕδωρ· καὶ ταῦτά, φησιν, ἀλλαττόμενα διαμπερὲς οὐδαμοῦ λήγειν, ὡς ἂν ἀϊδίου τῆς τοιαύτης διακοσμήσεως οὔσης. *Laërtius in Empedocle.*

Et Cicero I. de Nat. Deorum : Empedocles autem multa alia peccans in Deorum opinione turpiſſimè labitur : quatuor enim naturas, ex quibus omnia conſtare vult, divinas eſſe cenſet. *Vides Empedoclem & Epicharmum, ipſius Pythagoræ auditores, ſententiam ab omni Pythagorica ſchola alieniſſimam uno propemodum ore docuiſſe. nam certè conveniunt, & parum abeſt quin inducar ut ipſum etiam Epicharmum inter Deos primarios non plura quàm eadem recepta quatuor principia agnoviſſe exiſtimem, quamvis ἀντὶ τοῦ ἀέρος, circumlocutione poëticâ, Menander ἀνέμους, ἥλιον, ἀστέρας, nominaſſe videatur. Uterque conſentit de naturarum, quas immane quantum extollunt, æternitate : eas ſemper ſimiles fore : abſque ortu, abſque interitu, omnis penitus mutationis expertes eſſe. Hoc eſt, quod primo alteroque verſu intelligit Epicharmus,*

Ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν, ὑπέλιπτον δ' οὐ πώποκα.
Τάδε δὲ ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια· διὰ δὲ τῶν αὐτῶν ἀεί.

Si cum negatione accipias membrum poſterius, ut viri docti contendunt, Epicharmo invito tota extinguetur ſublimium naturarum æternitas. ô miſelli, ô impotentes Dii, ſi dependeant aliunde! quod enim non per ſe, ſed virtute aliena exiſtit, obnoxium eſt mutationibus ; neque æternum, neque ſibi ſemper ſimile eſſe poterit. Fontem fruſtrationis videre mihi videor ſequentem verſum fuiſſe : neque enim alium poterant Viri ſummi fundum habere correctionis ſuæ, quàm quod Poëta ſubjiciat, Chaos primum fuiſſe Deorum omnium. Hoc intelligebant dixiſſe tantùm ut Deorum ſuorum originem ex rudiori illâ, inertiſſimaque materiâ petendam eſſe oſtenderet. Quod ſi verum eſt, nequaquam ex ſe ipſo prodiere : ideoque legendum erit potiùs, οὐ διὰ τῶν αὐτῶν ἀεί. Sed omnino falſa eſt ὑπόθεσις. totam explicationem ab ipſo ſenſu Epicharmi quam longiſſimè remotam eſſe deprehendo. Dixerat de æternitate & præſtantia Deorum ſuorum. ſupereſt ut eludat, amoveatque obſtacula, quæ videbantur officere : hinc magna ratione in exemplum vocatur,

Ἀλλὰ λέγεται μὰν καὶ χάος πρῶτον γενέσθαι τῶν θεῶν.

Non doctrinam ſuam ; ſed, quæ hanc deſtruebat, objectionem aliorum proponit, ut nimirum explodat. Quod videtur egregiè præſtitiſſe verſu quarto, quem audaciâ adhuc longè infeliciori tractatum eſſe doleo. Ita plerumque homines ex uno errore delabimur in alium numquam meliorem. Invenio apud Caſaubonum,

Πῶς δὲ ; κ' ἀμήχανόν γ' ἀπὸ μηδένος ὥστε τι πρῶτον μόλοι.

Nemo eſt qui non videat agi adhuc de Chao. Hoc eſt illud ἀμήχανον, quod Ovidius Latinè dixit indigeſtam molem. *Vellem autem explicaſſet ὁ πάνυ rationem emendationis ſuæ. Scilicet, quia putabat ex ipſa mente Epicharmi eſſe, quod verſui antecedenti dictum erat, Chaos primum fuiſſe Deorum aliorum ; hinc lectionem ſuam confecit, καὶ ἀμήχανόν γ' ἀπὸ μηδενός. Nam ſi primum eſt Chaos, certè non poteſt eſſe κ' ἀμήχανον ἀπό τινος, quod in vulgatis legitur. Sed quâ nobis ratione perſuadebit, Epicharmum exiſtimaſſe, ante Deos omnes, ante omnes naturas primum exſtitiſſe chaos ? Ipſe Epicharmus hæret. quærit, miratur qui primum eſſe queat. Non ergo conceſſit. Dicam audacter ; ſomniavit ſi conceſſerit. Quid enim hoc eſſet aliud quàm cucurbitas pingere? Tanto affectu Deorum ſuorum æternitatem commendarat, eamque conſeſtim eodem impetu evertit funditus ! Cras credam, hodie nihil. Terram, ignem, alioſque Deos ſuos ſemper exſtitiſſe profitetur. an ergo ex animi ſententia dictum putabo primum fuiſſe Chaos ? abſurdum eſt : nam neque terra, neque ignis erat, quando immenſum, ineffigiatumque illud occuparat omnia. Quare cùm Epicharmus non admittat eorum doctrinam, qui primum eſſe Chaos contendebant, nullo argumento nituntur emendationes Viri doctiſſimi. Interea ſuo quemque ſenſu abundare facilè patior. religio mihi eſt ad libidinem diſpungere aut mutare vulgatam lectionem, quæ ſana & perſpicua eſt. Lego itaque, meliori tantùm ordine,*

Πῶς δὲ ; κ' ἀμήχανον ἀπό τινος. Μηδέν γ' ὅτι πρῶτον μόλοι.

Reſpondet ad objectionem, quæ naturæ æternitatem negabat. Qua, inquit, ratione primum eſſe poterit Chaos veſtrum ? Ipſum Chaos ab aliquo ortum eſſe oportet. Nihil poterat reponi accuratius. Rationes facile in promptu erunt cogitanti. Fatentur omnes ab æterno exſtitiſſe quod non ortum eſt ab alio. Sed Chaos numquam æternum fuit : quia quod ab æterno eſt, mutari non poteſt ; tantum abeſt ut deleatur. Chaos autem ſi non exſtinctum, omnino mutatum eſſe deprehendimus. Ergo aliquando ab aliquo ortum eſſe oportet. Ceterùm ipſi etiam qui naturalium rerum primum eſſe Chaos materiam opinantur, niſi ludunt verbis, aliquid admittunt quod antiquius ; quod majus & præſtantius eſt ipſo Chao. Anaxagoras primus videtur fuiſſe auctor ſententiæ de confuſa iſta materia : nam ipſius ὕλην nihil eſſe aliud cenſeo quàm Chaos Poëtarum Phyſicorum. Cicero lib. II. Acad. Quæſt. recenſens Philoſophorum diſſenſionem in rerum principiis : Anaxagoras, *inquit*, materiam infinitam, ſed ejus particulas ſimiles inter ſe ; minutas eas ; primùm confuſas ; poſteà in ordinem adductas mente divina. *Ita lego, & diſtinguo. vulgò inepte, ut oſtendam alibi.* Ἀναξαγόρας πρῶτος τῇ ὕλῃ νοῦν ἐπέστησεν, ἀρξάμενος οὕτω τοῦ συγγράμματος, Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ. εἶτα νοῦς ἐλθὼν, αὐτὰ διεκόσμησε. *Laërtius in Anaxagora.* Νοῦς *Anaxagoræ Deus efficiens, aut* mens divina *eſt, ut Cicero interpretatur. Vides ergo ex ſententia Anaxagoræ, Deum potiùs, quàm ipſum Chaos ab initio fuiſſe. Neque aliter Ovidius :*

Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.

Quare, quia credunt vim & cauſſam efficiendi priorem & meliorem eſſe inerti materiâ, neceſſariò falſum eſt χάος πρῶτον γενέσθαι τῶν θεῶν · contra ea verum erit ἀμήχανον εἶναι ἀπό τινος. Ut tanta ſententiæ adverſæ abſurditas faciliùs appareat ; quia contraria juxta ſe poſita magis magisque eluceſcunt ; ad doctrinam ſuam Epicharmus revertitur, eamque comprehendit totam verbis pauciſſimis : Μηδέν γ' ὅ, τι πρῶτον μόλοι · *quæ pari pondere reſpondent ſuperioribus,* ἀλλ' ἀεὶ τοὶ θεοὶ παρῆσαν. *Si enim naturæ ſunt divinæ ;*

ſi principia æterna ſunt; ſi fuere ſemper, negari non poterit, quod adjungit, Nihil primum eſt ortu: nulla res eſt quæ primum prodiit. *Sed hæc ῥῆσις laborat inſigni ambiguitate. Poterat aliquis argutari;* Si nihil primum eſt quod extitit, facta eſſe omnia ex nihilo. *Hanc animo præviderat cavillationem Epicharmus noſter,* vafer ille Siculus, *ut eum appellat Cicero lib. I. Epiſt. XIV. ad Atticum: erat enim homo* acutus, nec inſulſus, *ut laudatur lib. I. Tuſcul. Quæſt. Ergo ab hac etiam parte ſtudioſiùs cavit, & planè omnem eripuit aculeum hominibus nihili. Ecce verſum,*

Οὐκ ἄρ' ἔμολε πρῶτον οὐδὲν, οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον.

Prioris membri ſententiam intelligo: quia in rerum natura nihil primum fuiſſe ambiguè dixerat, verborum ſuorum ſenſum exponit, ſe omnino improbare opinionem eorum, qui nihil tamquam principium aliquod conſtituunt, ex quo omnia exiere. Sed quid eſt poſterius, οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον; *Friget? niſi me animus fallit. Si enim primum non eſt à nihilo, multò minus ſecundum erit. Quis ignorave illud potuit? Non videtur tradidiſſe adeo otioſa. Legendum eſſe arbitror,* οὐ μετὰ Δία δεύτερον. *Lapſu facili Librariis,* οὐδὲ μὰ natum eſt ex οὐ μετά. *Epicharmum aliter non ſcripſiſſe ipſe ſenſus convincit. Non tantum in noſtris ſacris docemur omnia à Deo creata eſſe ex nihilo: fuere etiam* ἐν τοῖς ἔξω *inter Philoſophos veteres, qui planè idem exiſtimabant. Sed prolixè hanc doctrinam poſt multos alios oppugnavit Lucretius, initio doctiſſimi operis. Conferemus caput diſputationis cum Epicharmo,*

Principium hinc cujus nobis exordia ſumet,
Nullam rem è nihilo gigni divinitus umquam.

Unum idemque intelligo, quod verbis tantùm aliis Epicharmus dixit, οὐκ ἔμολεν οὐδὲν μετὰ Δία δεύτερον. *Si aliquid ex nihilo divinitus creatum eſt, Deus primùs erit; illud autem quod nihil eſt, ſecundum exiſtit poſt Deum, id eſt,* μετὰ Δία δεύτερον: *quod negavit Poëta Phyſicus; quia nihil turpius Phyſico eſt quam fieri ſine materia quicquam dicere.* Hactenus vir doctiſſimus, Marquardus Gudius. Sed Petrus Petitus, Vir & ipſe doctiſſimus, ſtat hîc à partibus Scaligeri & Caſauboni. Ita enim ille in Obſervatione quadam ad Gudianam:

Primùm quidem Poëta in iis verſibus mentem explorare operæ pretium cenſeo: quam Scaliger & Calaubonus viderant, Marquardus Gudius in ea quam ad Menagium ſcripſit epiſtola, nullo modo eſt aſſecutus. Qui dum propoſitam à principibus illis eruditionis Viris lectionem explodere conatur, ea diſputatione quam in eos ibi bene longam habet, oſtendit ſe in veterum Philoſopherum dogmatis parum fuiſſe verſatum. Ego hanc eorum verſuum ſententiam eſſe non dubito: Volens Epicharmus ibi de ſempiternis & caducis tradere, illa cenſet eſſe quæ ſemper eodem modo ſe habent; quibus nihil vel accedit vel decedit: hæc, quæ in perpetuo ſunt fluxu, neque umquam in eodem ſtatu conſiſtunt. Ac primùm de Diis, hunc in modum ſciſcit.

Ἀλλ' ἀεὶ τοι θεοὶ πᾶρῆσαν, ὑπέλιπον δ' οὔ πώποκα
Τὰ δ' ἀεὶ πάρεσθ' ὅμοια, οὐ διὰ δὲ τῶν αὐτῶν ἀεί.

Ita enim legenda pars verſuum poſtrema, cum negatione: ut Caſaubonus advertit. Sunt autem Dii illi Epicharmei quatuor elementa, ut in dogmate Empedoclis: quem ibi popularem ſuum Poëta ille ſequitur. Hæc igitur ſemper eadem, neque umquam deficere; ſemper item ſimilia eſſe ſtatuit. Aqua, verbi gratiâ, & ſemper eſt, & ſemper eodem modo: quod idem de terra, aëre, igne, dici poteſt. Ceterùm cùm hæc ſemper eadem & ſimilia exiſtant; non tamen per eadem exiſtunt. οὐ διὰ τῶν αὐτῶν ἀεί. *Modò enim per chaos exiſtunt; quo tempore in illo latent confuſa: modò per mundum; partim locis diviſa; partim in miſtis corporibus plantarum, animalium, & inanimatorum. Quod intelligendum eſt per vices & ſtatos temporum circuitus: ut fuit ſententia Empedoclis; teſte Ariſtotele libro* VIII. *Phyſicæ Auſcultationis cap.* 1. ἢ ὡς Ἐμπεδοκλῆς ἐν μέρει κινεῖσθαι, (*ſupple* πάντα) καὶ πάλιν ἠρεμεῖν. κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός· ἠρεμεῖν δὲ, ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. *Quibus verbis ſubjungit Empedoclis verſus quibus hæc doctrina exprimitur. Cenſet igitur* ἐν μέρει, *hoc eſt, viciſſim, alternis quieſcere elementa & moveri. moveri quidem, cùm ex his una quædam indiſcreta congeries; quam* σφαῖρον *vocabat, aut ex ſphæro; elementa gignerentur: quieſcere autem in aliis temporibus, quæ ſcilicet inciderent inter utramque generationem. Eſt* σφαῖρος *Empedoclis idem planè quod* chaos *Heſiodi, & μίγμα Anaxagoræ: niſi quod Heſiodus & Anaxagoras ſuam illam confuſaneam molem, tempore infinito ante mundum; ac proinde, abſque initio & citra generationem exſtitiſſe dicebant: Empedoclis & ſphærum & elementa generari; cùm ſcilicet ex elementis ſphærum, ex ſphæro elementa in ortum procedere certis temporum intervallis neceſſe eſſet. Cùm ergo Empedocles ſimilem Heſiodio chao congeriem admitteret, id unum improbabat in ſententia Heſiodi, quòd ſuum chaos primum omnium fuiſſe, neque ab ullo generatum diceret.* Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', &c. *Quod enim omnium eſt primum, nihil ante ſe habet: à nullo proinde genitum eſſe, intelligi poteſt. Empedocles verò & chaos, ſive ſphærum, gigni ab Elementis in unum coëuntibus, & ab ipſo viciſſim in ortum procedere Elementa arbitrabatur: eaſque ab æterno vices in æternum ſuccedere: cui conſequens erat, non modò non eſſe chaos primum, ſed neque elementa: neque omnino in natura quicquam primum eſſe aut ſecundum, ob illam generationum ſucceſſionem principio & fine carentem. Itaque ſic Epicharmus diſputat:* ἀλλὰ λέγεται μὲν καὶ χάος πρῶτον γενέσθαι τῶν θεῶν. πῶς δὲ; καμάχμενον γ' ἀπὸ μηδενὸς, ὥστε τι πρῶτον μόλοι. οὐκ ἄρ' ἔμολε γε πρῶτον οὐδὲν, οὐδὲ μὰ Δία δεύτερον. *Proponit Heſiodi opinionem ut eam evertat. At, inquit, chaos dicitur primum in ortum veniſſe. Qui fieri poteſt? oporteret enim ex nihilo chaos genitum fuiſſe: ſiquidem nihil ante ipſum fuiſſet, ex quo gigneretur. at hoc fieri non poteſt: neque eſt quicquam quod primum exitiſſe aut ſecundum dici poſſit: ſemper enim eo quod fit, aliquid prius eſſe oportet ex quo gignatur. Ita ſemper aliquo aliud præcedente, neque eſt generationum initium accipere neque finem. Hæc Epicharmus planè ad*

mentem

mentem Empedoclis. At Gudius ad id unum reſpiciens, quòd Dii elementa dicuntur Empedocli & Epicharmo, huic conſequens putat, ut non poſſint ullo modo prodire elementa è chao. Negat proinde rectum eſſe lectionem Scaligeri & Caſauboni, οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἀεί. Si, inquit, cum negatione accipias membrum poſterius, tota exſtinguetur ſublimium naturarum æternitas. Quæ verba hominis ſunt ignorantis dogma Empedoclis, illam ſcilicet elementorum, & chaos, ſive ſphæri, inter ſe commutationem, à nobis ſuprà memoratam. Quæ ut magis intelligantur ſcire convenit Empedoclem plures mundos poſuiſſe: immo innumerabiles, ſibi invicem quam ſimillimos. puta omnes ex quatuor elementis, ex iiſdem rerum ex iis concretarum naturis conſtitutos: non tamen eodem tempore exiſtentes, ut Democritus poſuit; ſed unum poſt alium, & ſucceſſione in ortum certis temporum periodis emergentem. Materia eorum mundorum chaos, ſive ſphærus: cauſa efficiens, νεῖκος, jurgium, lis, diſcordia; confuſa rerum elementa è ſphæro expediens ac ſeorſum conſtituens: materia ſphæri, elementa; cauſa efficiens, φιλία, amicitia, elementa in unum cogens: n empe confuſaneam molem, quam ſphærum *appellabat. ſolo videlicet nomine à chao Heſiodi & Anaxagoræ migmate differentem: niſi quod hujus μίγμα non ſola elementa, ſed & conſimiles rerum omnium particulas, ſive, ut vocabant, ὁμοιομερείας inter ſe confuſas atque indiſcretas continebat. Porrò ita hypotheſim ponebat Empedocles; ut memorata rerum principia; puta elementa quatuor, & ſphærum, ſimul & ſempiterna & mutationi eſſent obnoxia. In qua aliqua videtur eſſe contradictio, ſed quam* ipſe Empedocles tollit his verbis,

ἦ μὲν ἓν ἐστὶ καὶ ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἦ δὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον ἐκτελέθουσι,
Τῇ μὲν γίγνονταί τε, καὶ οὐ σφίσιν ἔμπεδος αἰών,
Τῇ δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς, οὐδ' ἄμα λήγει.
Ταύτῃ δ' ἀιὲν ἔασιν ἀκίνητοι κατὰ κύκλον.

Id eſt: quatenus unum quidem ex pluribus conſuevit naſci. Et rurſus uno generato, plura perficiuntur: catenus quidem & fiunt, & non eſt ipſis firmum ævum. Quatenus verò permutantur omnino, neque ſimul deſinunt, catenus ſemper ſunt immobiles, ſecundum circulum. Hos verſus profert Ariſtoteles libro 8. *Natural. Auſcultat. ex iiſque oſtendit, non ſemper eſſe motum ex ſententia Empedoclis, ſed res* ἐν μέρει κινεῖσθαι, καὶ πάλιν ἠρεμεῖν. κινεῖσθαι μὲν, ὅταν ἡ Φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἕν, ἢ τὸ νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός. ἠρεμεῖν, δὲ ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις. *Viciſſim moveri, & rurſus quieſcere. moveri quidem, cùm amicitia ex multis unum facit, aut contentio ex uno multa. quieſcere autem in intermediis temporibus. Etſi enim longis temporum intervallis permutantur inter ſe principia, ex elementis ſphærum, ex ſphæro elementa in ortum adducuntur. quatenus tamen in tali viciſſitudine & revolutione quæ ſempiterna eſt, ſpectantur, hoc modo & ipſa eadem ſemper, & ſimilia & æterna eſſe cenſentur, cùm numquam ſuis temporibus deficiant. Non enim deficit aut variat ejuſmodi mutatio, ſed ſemper eodem modo ſtatis temporibus accidit. Quòd hæc ſit Empedoclis ſententia in iis verſibus, confirmat Simplicius in Commentario:* παραθέμενος δὲ ὁ Ἀριστοτέλης τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους ἔπη, ἐν οἷς αὐτὸν φέρεται τήνδε κίνησιν καὶ τὴν ἀκινησίαν παραδιδόναι· τὴν μὲν κίνησιν, κατὰ τὴν γένεσιν θεωρεῖ, τοῦτε ἐνὸς ἐκ τῶν πολλῶν, καὶ τῶν πολλῶν ἐκ τοῦ ἑνός. σαφῶς καὶ τοῦ Ἐμπεδοκλέους εἰπόντος. Τῇ μὲν γίγνονταί τε, καὶ οὐ σφίσιν ἔμπεδος αἰών· ὅτι γὰρ τῇ γενέσει κίνησις σύνεστιν, εἴρηται πρότερον. τὴν δὲ ἀκινησίαν ἔοικεν Ἐμπεδοκλῆς ἑνοράν κατὰ τὴν ἀίδιον ταυτότητα, τῆς εἰς ἄλληλα τοῦ ἑνὸς καὶ τῶν πολλῶν μεταβολῆς. *Hæc igitur* ταυτότης, *Identitas & æternitas ſphæri & elementorum in perenni illa horum principiorum inter ſe revolutione & ſucceſſione conſiſtit. Ibi eorum eſt deinitas: quâ ab aliis quæ ſunt ex elementis concreta differunt. Hæc namque numquam verè ſunt: quia in perpetuo materiæ fluxu: ideoque fieri potiùs quàm eſſe dicenda ſunt. quatuor autem elementa cùm ſimplicia exiſtant, verè ſunt. ſphærus item dum eſt, verè eſt: nullam in ſe mutationem neque varietatem ſuſcipiens. Ideo ſola illa principia habitæ pro Diis ab Empedocle & Epicharmo.*

Mericus Caſaubonus ſtat hîc quoque à partibus parentis ſui & Scaligeri: ad quos etiam lubens tranſeo.

Τὴν ψυχὴν τὰ μὲν διὰ τοῦ σώματος αἰσθάνεσθαι, &c.] Optimè, hæc, & ſequentia, interpretatus eſt Aldobrandinus. 12

Καὶ μονάδα] Plato τὸ ἓν vocat.

Ὑπάρχοι] Ὑπάρχει, Codex Regius. 13

Ἀίδιόν τε καὶ νόημα] Caſaubonus ἀΐδιόν τε νόημα. Malim ego ἀΐδιόν τε καὶ νοητόν. Plato in Timæo: τὰ μὲν γὰρ δὺο ἱκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν. ἓν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθὲν νοητὸν, καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὄν.

Ὁμοιώματα] Sic rectiùs, quàm ὁμοιότατα, ut habent Editiones Stephani: aut ὁμοιότητα, ut Baſilenſis.

Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος, &c. ἀλλ' ἐπωάζον ποιεῖ ψυχὴν ἔχειν] Hos verſus Epicharmi tranſtulit ad verbum Ennius. Varro libro IV. de Lingua Latina: *Qua parire ſolet genus penneis condecoratum: non animas, ut ait Ennius.* Et poſt: *Inde venit divinitus pulleis inſinuans ſe ipſa anima.* Epicharmi quædam περὶ παλιγγενεσίας interpretatus fuerat Ennius: unde opus illud ſuum *Epicharmum* inſcripſerat: quod ad recitatum Varronis locum magnus Scaliger obſervabat; ubi eum vide. Interim obſervabis, Phrynichum obſervare, in Tragœdia quidem & in Comœdia, vocem ἀλεκτορὶς inveniri, verùm ἀλέκτρυων veteres dixiſſe tam de mari quam de femina: atque ita loquendum. 16

Πεπαίδευται γὰρ αὖ ταύτας ὕπο] Eſt qui legat αὐτὰς ὕπο. id eſt, ὑφ' ἑαυτῆς· ſupple ἀλεκτορίδος· quæ lectio ferri poteſt: ſed recepta rectior eſt. ταύτας ὑπὸ· ſupple φύσεως· quæ vox in ſuperiori occurrit verſu.

Δοκέων γὰρ σαφίσαιμι τοῦθ'] Caſaubonus: 17

Ὡς δ' ἐγὼ δοκέω· δοκέω γὰρ σαφὲς ἄμμι τοῦθ' ὅτι, &c.

Grotius:

Ὡς ἐγὼ δοκέω (δοκεῖ γὰρ τοῦτο καὶ σαφὲς ἄμμι') ὅτι, &c.

σαφίσαιμι corruptum fuit ex σαφὲς ἄμμι. Editio Baſi-

Ieenſis & Stephanica habent δοκέω γὰρ σαφὲς ἄμι. MS. Codex δοκέων γὰρ σαφὲς ἀμί.

Περιδήσας] Corrige, περιδύσας.

18 Δοκεῖ καὶ Πλάτων καὶ τὰ Σώφρονος τοῦ μιμογράφου βιβλία, &c. ἃ καὶ εὑρεθῆναι ὑπὸ τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ] Quintilianus I. 10. *Sophron, Mimorum quidem ſcriptor, ſed quem Plato adeo probavit, ut ſuppoſitos capiti libros ejus, cùm moreretur, habuiſſe tradatur.* Valerius Maximus VIII. 7. *Altero etiam & octogeſimo anno decedens, ſub capite, Sophronis Mimos habuiſſe fertur.* Heſychius Mileſius in Sophronis vita; ubi de ejus Mimis: καί φασι Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον ἀεὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὡς καὶ καθεύδειν ἐπ' αὐτῶν. Athenæus XI. 15. καὶ ὁ τοὺς Μίμους δὲ πεποιηκὼς, οὓς ἀεὶ διὰ χειρὸς ἔχειν Δούρις φησὶ τὸν σοφὸν Πλάτωνα. Suidas: Σώφρων Συρακούσιος, Ἀγαθοκλέους καὶ Δαμναστυλλίδος. τοῖς δὲ χρόνοις ἦν κατὰ Ξέρξην καὶ Εὐριπίδην. καὶ ἔγραφε Μίμους ἀνδρείους· Μίμους γυναικείους. εἶσι δὲ καταλογάδην διαλέκτῳ Δωριδί· καί φασι, Πλάτωνα τὸν Φιλόσοφον ἀεὶ ἐντυγχάνειν αὐτοῖς, ὡς καὶ καθεύδειν ἐπ' αὐτῶν ἐσθ' ὅτε. Sophroni jungit Ariſtophanem Olympiodorus in Vita Platonis. Verba ejus ſunt, ex elegantiſſima Jacobi Vindeti, viri doctiſſimi, Interpretatione: *Libenter etiam cùm Ariſtophane Comico & Sophrone verſatus eſt: à quibus perſonarum in Dialogis imitationem didicit. Hos autem tantopere dilexit, ut in ejus jam defuncti lecto repertus ſit Ariſtophanes & Sophron. Sed & ejuſmodi epigramma in Ariſtophanem ipſe compoſuit:*

Gratia perpetuum ſibi templum, experſque ruinæ,
Perquirens, animam cepit Ariſtophanis.

Epigramma Græcum ſic ſe habere, rectè Vindetus obſervabat,

Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

Ita illud apud Thomam Magiſtrum legere eſt. Vitioſè apud Olympiodorum, Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν τὸ περ' οὔτι πεσεῖται. Id autem elegantiſſimè quoque ſic vertit Franciſcus Vavaſſor,

Trina ſibi æternum quærebat Gratiæ templum,
Unius invenit pectus Ariſtophanis.

Ut autem Sophronis Mimos capiti ſuppoſitos moriens habuit Plato, ſic Demetrio Scepſio mortuo Tellidis librum ad caput ejus repertum ferunt: & Alcmanis Κολυμβώσας ad cervical Tithonyci Chalcidenſis: & Eupolidis Ὑβριστιοδίκας ad Ephialti caput: & Cratini Εὐνίδας apud Alexandrum Macedonem. Ita Heſiodi opera & Dies Seleucus, Nicanoris filius, ad caput ſemper admovit. Quin & Arcadum legiſlator Cercidas tumulo ſuo primum & ſecundum Iliados librum inferri juſſit. Cicero item, Euripidis Medeam legens in lectica qua geſtabatur, capite truncatus eſt. Hæc Photius in Bibliotheca, ex Ptolemæo Hephæſtionis filio.

Τρὶς δὲ πέπλευκεν εἰς Σικελίαν] Themiſtius Orat. IV. Πλάτωνος δὲ οὐ μέχρι νῦν καταβοῶσιν, ὡς τρὶς πλεύσαντος εἰς Σικελίαν ἐπὶ χρήμασι καὶ τραπέζῃ; *Platoni verò nonne huc uſque exprobrare omnes ſolent, ter illum in Siciliam pecuniæ atque argentariæ causâ profectum?* Athenæus libro XI. capite ultimo: Ἀριστιππον πρὸς Διονύσιον ἀποδημήσαντα ἔσκωπτεν, αὐτὸς τρὶς εἰς Σικελίαν ἐκπλεύσας. ἄπαξ μὲν τῶν ῥυάκων χάριν, ὅτι καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ Διονυσίῳ συγγενόμενος ἐκινδύνευσεν. δὶς δὲ πρὸς τὸν νεώτερον Διονύσιον. *Ariſtippum irridebat quòd ad Dionyſium commeaſſet, cùm in Siciliam ter ipſe trajeciſſet: ſemel quidem rhyacas ſpectaturus, non citra vitæ diſcrimen tum cum ſeniore Dionyſio congreſſus: poſtea bis ad juniorem Dionyſium.* Apuleius quoque: *Ceterùm tres ejus ad Siciliam adventus, Mali quidam carpunt, diverſis opinionibus diſſerentes. Sed ille primò hiſtoriæ gratiâ, ut naturam Ætnæ, & incendia concavi montis intelligeret: ſecundò, petitu Dionyſii, ut Syracuſanis aſſiſteret, profectus eſt, & ut municipales leges ejus provinciæ addiſceret. Tertius ejus adventus fugientem Dionem, impetratâ à Dionyſio venia, patriæ ſuæ reddidit.* Meminit & Ariſtides Orat. πρὸς Πλάτωνα περὶ τῶν τεσσάρων, & Plato ipſe in epiſtola ad Dionis propinquos, & Photius in Biblioth. & Tzetzes Chil. Hiſt. XI.

Παρέδωκε δ' αὐτὸν Πόλλιδι, &c.] Πόλλις dicitur Plu- 19
tarcho in Vita Dionis: ubi eamdem rem, ſed aliter, narrat. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Δίωνα τοῦτο τέλος ᾠήθησαν τῆς ὀργῆς γεγονέναι, καὶ Πλάτωνα σπεύδοντα συνεξέπεμπον ἐπὶ τριήρους, ἣ Πόλλιν ἐκόμιζεν εἰς τὴν Ἑλλάδα τὸν Σπαρτιάτην. ὁ δὲ Διονύσιος κρύφα τοῦ Πόλλιδος ἐποιήσατο δεῆσιν μάλιστα μὲν, ἀποκτεῖναι τὸν ἄνδρα κατὰ πλοῦν, εἰ δὲ μὴ, πάντως ἀποδοῦναι. βλαβήσεσθαι γὰρ οὐδὲν, ἀλλ' εὐδαιμονήσειν ὁμοίως, δίκαιον ὄντα, κἂν δοῦλος γένηται, διὸ καὶ λέγεται Πόλλις εἰς Αἴγιναν φέρων ἀποδόσθαι Πλάτωνα, πολέμου πρὸς Ἀθηναίους ὄντος αὐτοῖς, καὶ ψηφίσματος, ὅπως ὁ ληφθεὶς Ἀθηναίων ἐν Αἰγίνῃ πιπράσκηται. *At Dion, qui non exiſtimabat porro iram Dionyſii progreſſuram, properantem Platonem in triremi, qua Pollis Spartiates redibat in Græciam, dimiſit. Verum rogavit Dionyſius Pollim ſecretò, maximè ut in curſu occideret eum: ſin minus, omnino venundaret: nullam injuriam acceptorum, ſed æquè beatum fore vel in ſervitute, ut qui eſſet juſtus. Itaque dicitur Platonem Pollis Ægi-nam deportaſſe ac vendidiſſe, cùm bellum haberet ea civitas tunc cum populo Athenienſi, & plebiſcitum tuliſſet, ſi quis captus civis Athenienſis foret, ut venderetur Æginæ.* Etiam apud Suidam: Πόλλις, ὄνομα κύριον. At Πῶλις dicitur Tzetzæ. Πόλιν, Regem Syracuſanum, vocat Julius Pollux libro & capite ſecundo. Meminit Platonis venditi & Cyrillus contra Julianum lib. II. ὁποῖός γε μὴν ὁ Πλάτων ἦν, κἂν εἰ μή τις λέγοι. διαβοήσειεν ἂν ἡ ἐξ Ἀθηνῶν ἐπὶ Σικελίαν ἄφοδος. οὐ γὰρ ἀρεσθέντα ταῖς παρ' αὐτοῦ θωπείαις τὸν Διονύσιον, ἀποδόσθαι φασὶν αὐτὸν, ὡς ἀνελευθέρῳ που πάντως ποινὴν ἐπιθέντα τὴν ἀνδραποδῶ πρεπωδεστάτην. *Qualis autem fuerit Plato, etiam tacentibus omnibus, vel ejus Athenis in Siciliam profectio declaraverit. Nam offenſum ejus aſſentationibus, ferunt Dionyſium ipſum vendidiſſe, cui ut illiberaliter blandienti ſcilicet pœnam impoſuerit, mancipio planè dignam.* & Seneca epiſt. 47. *Neſcis quâ ætate Hecuba ſervire cœperit, quâ Cræſus, quâ Darii mater, quâ Plato, quâ Diogenes.* Adde Cornelium Nepotem, ſive Æmilium Probum, in Dione: *Itaque cum à Dionyſio*

ſio Tyranno crudeliter violatus eſſet, quippe quem venundari juſſiſſet, &c.

20 Ἀννίκερις ὁ Κυρηναῖος εἴκοσι μνῶν] Suidas : καὶ ἐπράθη ὑπὸ τοῦ τυράννου· ἐπρίατο δὲ αὐτὸν Ἀννίκερίς τις Λίβυς, καὶ ἀφῆκε. Lactantius de falſa Sapientia libro III. cap. 25. *Denique nullas umquam mulieres philoſophari docuerunt, præter unam ex omni memoria Themiſten ; neque ſervos præter unum Phædonem, quem male ſervientem redemiſſe, ac docuiſſe Cebetem tradunt. Enumerant etiam Platonem ac Diogenem : qui tamen ſervi non fuerunt, ſed his ſervitus evenerat ; ſunt enim capti. Platonem quidem redemiſſe Anniceris quidam traditur ſeſtertiis* VIII. *itaque inſectatus eſt convitiis redemptorem Seneca, quòd parvo Platonem æſtimaverit, furioſus, ut mihi quidem videtur, qui homini fuerit iratus quòd non multum pecuniæ perdidit. Scilicet aurum pendere debuit tamquam pro mortuo Hectore, aut tantum ingerere numorum, quantum venditor non popoſcit.* Octo ſeſtertia ſunt viginti minæ. De Anniceride Cyrenæo, diximus ſuprà ad Ariſtippi Vitam. Vide Plutarchum in Vita Dionis.

Ἀλλὰ καὶ κηπίδιον αὐτῷ τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ πρίασθαι] Meminit hujus hortuli Apuleius : *Patrimonium in hortulo, qui Academiæ junctus fuit, & in duobus miniſtris, & in patera quâ Diis ſupplicabat, reliquit.* Et Suidas in Πλάτων· Πλάτων ὁ φιλόσοφος πένης ἦν, καὶ μόνον τὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐκέκτητο κῆπον, ὃς μέρος ἐλάχιστον ἦν τῶν διαδοχικῶν. ὁ μὲν γὰρ κῆπος ἐγγύς τι χρυσῶν τριῶν νομισμάτων ἀπεδίδου· ἡ δὲ ὅλη πρόσοδος ὕστερον, χιλίων, ἢ καὶ πλειόνων ὀλίγων. κῦξήθη δὲ αὕτη κατὰ τοὺς νεωτέρους χρόνους, ἀνθρώπων ἱερῶν τε, καὶ φιλολόγων ἄλλοτε ἄλλων ἀποθνησκόντων, καὶ κατὰ διαθήκας ἀπολειπόντων τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἀφορμὴν τῆς ἐπὶ τῷ φιλοσόφῳ βίῳ σχολῆς καὶ γαλήνης.

Ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι] Videtur legiſſe Aldobrandinus ἐν ἕλικι· nam vertit *in vortice*. Ambroſius, *in Elice*. Ἑλίκη urbs eſt Peloponneſi. Ibi demerſus eſt Pollis in mare, ab hoſtibus captus, & eo ſupplicio damnatus.

21 Αἰτῶν γῆν καὶ ἀνθρώπους τοὺς κατὰ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ ζησομένους] Quo nomine ab Athenæo reprehenditur lib. XI. cap. ultimo : καὶ τὸ πόλιν δὲ θελῆσαι κτῖσαι, καὶ τὸ νομοθετῆσαι, τίς οὐ φύσει πάθος εἶναι φιλοδοξίας ; δῆλον δὲ ἐστι τοῦτο ἐξ ὧν ἐν τῷ Τιμαίῳ λέγει· πέπονθέ τι πάθος πρὸς τὴν πολιτείαν ὥσπερ ἂν εἰ ζωγράφος ἐβούλετο τὰ ἑαυτοῦ ἔργα κινούμενα καὶ ἐνεργα ἰδεῖν, οὕτω κἀγὼ τοὺς πολίτας, οὓς διαγράφω. *Quòd autem civitatem condere voluerit, ac leges imponere, quis non appetentioris gloriæ hominis eum affectum animi eſſe putet ? Manifeſtum hoc eſt ex iis quæ dicit in Timæo :* Ita ſum affectus erga Reip. ſtatum optimum, ut ſi pictor aliquis opera ſua videre cupiat actuoſa, & ſeſe moventia, ſic etiam Cives videre opto, quos deſcripſi. Sed & idem Athenæus ibidem Platonem arguit, quòd Leges, quæ ſervari minimè poſſent, ſcripſerit : ὁ δὲ Πλάτων πῶς οὐκ ἄτοπος, τριῶν γενομένων Ἀθηναίων νομοθετῶν, τῶν γε δὴ γνωριζομένων· Δράκοντος, καὶ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος καὶ Σόλωνος, τῶν μὲν τοῖς νόμοις ἐμμένειν τοὺς πολίτας, τῶν δὲ τοῦ Πλάτωνος καὶ προσκαταγελᾶν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῆς πολιτείας, εἰ καὶ πασῶν ἐστὶν αὕτη βελτίων, μὴ πείθει δ' ἡμᾶς ; τί πλέον ; ἔοικεν οὖν ὁ Πλάτων μὴ τοῖς οὖσιν ἀνθρώποις γράψαι τοὺς νόμους, ἀλλὰ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διαπλαττομένοις, ὥστε καὶ ζητεῖσθαι τοὺς χρησομένους· ἐχρῆν οὖν, ἃ πείσει λέγων, ταῦτα καὶ γράφειν, καὶ μὴ τ' αὐτὰ ποιεῖν τοῖς εὐχομένοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἐνδεχομένων ἀντεχομένοις. *Ineptum Platonem inde fuiſſe patet, quòd cùm illuſtres apud Athenienſes tres Legiſlatores fuerint, Draco, Solon, & ipſe Plato, illorum leges cives obſervaverint, Platonis verò nihili fecerint, ac irriſerint. Ejus verò diſputatio de Republica, etiam ſi reliquis omnibus anteponenda foret, quandoquidem neminem commovit, quam utilitatem præſtat ? Videtur ſanè Plato, non hominibus qui ubivis ſunt leges præſcribere, ſed iis quos imaginatione finxit ; ut qui legibus iis pareant, perquirendi ſint. Debuit ergo, quæ perſuadere poſſet ſcribere, nec id facere quod qui obnixè votis aliquid ſibi precantur ; verùm potiùs id amplecti, & retinere quod accidit, & fit quotidie.* Inde Πλάτωνος πολιτεία in proverbium abiit, de re quæ εὐχῆς μᾶλλον ἢ ἐλπίδος ἔργον ἐστί. Cicero ad Atticum lib. II. epiſt. 1. *Cato nocet interdum Reip. dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli face, ſententiam.* M. Aurelius : μηκέτι Πλάτωνος πολιτείαν ἐλπίζε. Jupiter apud Lucianum in Icaro-Menippo : τοιγαροῦν ψυχροτέρους ἂν μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων, ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν. Plotinus tamen, teſte Porphyrio in ejus Vita, Galienum Imperatorem, uxoremque ejus Saloninam, rogavit, ut dirutam in Campania urbem, Philoſophis aptam inſtauraret, regionemque circumfuſam cultæ civitati donarent concederentque civitatem habituris Platonis legibus gubernari ; atque ipſam *Platonopolim* appellari. Addit Porphyrius, Plotinum pollicitum ſe illuc habitatum unà cum omnibus amicis profecturum : quod impetraſſet, niſi quidam Imperatoris familiares, ſive invidiâ, ſive indignatione, ſive aliâ quadam iniquâ de causâ, reſtitiſſent. De Platonis Republica, locus eſt eximius apud Polybium libro VI. quem hic omiſiſſe, piaculum exiſtimârim. Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν Πλάτωνος Πολιτείαν δίκαιον παρεισαγαγεῖν· ἐπειδὴ καὶ ταύτην τινὲς τῶν φιλοσόφων ἐξυμνοῦσιν. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ τῶν τεχνιτῶν, ἢ τῶν ἀθλητῶν τοὺς γε μὴ γενεμημένους, ἢ σεσωματασκηκότας, παρίεμεν εἰς τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνας· οὐδὲ ταύτην χρὴ παρεισαγαγεῖν εἰς τὴν τῶν πρώτων ἅμιλλαν, ἐὰν μὴ πρότερον ἐπιδείξηταί τι τῶν ἑαυτῆς ἔργων ἀληθινῶς· μέχρι δὲ τοῦ νῦν παραπλησίως ἂν ὁ περὶ αὐτῆς φανείη λόγος, ἀγόμενος εἰς σύγκρισιν πρὸς τὴν Σπαρτιατῶν, καὶ Ῥωμαίων, καὶ Καρχηδονίων πολιτείαν, ὡς ἂν εἰ τῶν ἀγαλμάτων τις ἐν προθέμενος, τοῦτο συγκρίνοι τοῖς ζῶσι καὶ πεπνυμένοις ἀνδράσι. καὶ γὰρ ὅλως ἐπαίνετον ὑπάρχῃ κατὰ τὴν τέχνην, τήν γε σύγκρισιν τῶν ἀψύχων τοῖς ἐμψύχοις ἐνδεῆ καὶ τελείως ἀπεμφαίνουσαν, εἰκὸς προσπίπτειν τοῖς θεωμένοις. *Sed nec Platonis Rempublicam ; nam & hanc Philoſophi nonnulli dilaudant ; ad comparationem adducere æquum fuerit. Ut enim artifices, aut athletas,*

qui recepti in album non fuerint, neque ad id corpus præparaverint, ad athleticos agones & certamina non admittimus: ſic neque hac Reſpub. admitti per gratiam debet ad contendendum cum ceteris de loco principe, niſi prius aliquod opus ſuum revera demonſtraverit. Ut enim res ſe habet ad hunc uſque diem, ſi quis quæ de illa ſunt ſcripta, contendere inſtituerit cum Spartanorum, Romanorum, & Carthaginenſium Republica; perinde fuerit, ut ſi quis ſtatuam aliquam deligat, & cum vivis ſpirantibuſque hominibus eam comparet. Licèt enim ad artem quod attinet, laudem omni ex parte ſtatua illa mereatur, comparationem tamen inanimatarum cum animatis imperfectam ac prorſus non convenientem, viſum iri ſpectantibus, probabile eſt.

Ὡς ἀναπείθοντα Δίωνα καὶ Θεόδοτον ἐπὶ τὴν τῶν νέων ἐλευθερίαν] Ælianus Var. Hiſtor. III. 17. Πλάτων δὲ ὁ Ἀρίστωνος Δίωνα κατήγαγεν εἰς Σικελίαν, καὶ δι' ὧν αὐτῷ συνεβούλευε καὶ ἐδίδασκε, διὰ τούτων τυραννίδα τὴν Διονυσίου κατέλυσε. *Plato verò Ariſtonis filius Dionem reduxit in Siciliam, & conſilium modumque docuit, quo tyrannidem Dionyſii ſubverteret atque diſſolveret.* Plutarchus in Dione: ὧν δὲ καὶ πρότερον ὑψηλὸς τῷ ἤθει, καὶ μεγαλόφρων, καὶ ἀνδρώδης, ἔτι μᾶλλον ἐπῆρκε πρὸς ταῦτα, θείᾳ τινὶ τύχῃ Πλάτωνος εἰς Σικελίαν παραβαλόντος, κατ' οὐδένα λογισμὸν ἀνθρώπων· ἀλλὰ δαίμων τις, ὡς ἔοικε, πόρρωθεν ἀρχὴν ἐλευθερίας παραβαλλόμενος Συρακουσίοις, καὶ τυραννίδος καταλυσιν μηχανώμενος, ἐκόμισεν ἐξ Ἰταλίας εἰς Συρακούσας Πλάτωνα· καὶ Δίωνα συνήγαγεν εἰς λόγους αὐτῷ, νέον μὲν ὄντα κομιδῇ, πολὺ δὲ εὐμαθέστατον ἁπάντων τῶν Πλάτωνι συγγεγονότων, καὶ ὀξύτατον ὑπακοῦσαι πρὸς ἀρετὴν, ὡς αὐτὸς γέγραφε Πλάτων, καὶ τὰ πράγματα μαρτυρεῖ. *Fuit antè quoque excelſo ingenio, ingentique animo & forti. Ceterum animus hic magis adolevit, cum divina ſorte appuliſſet in Siciliam Plato: nullo ille quidem conſilio humano, ſed haud dubie Deus aliquis aditum procul libertatis Syracuſanis inſtituens, & tyrannidis moliens everſionem, detulit ex Italia Platonem Syracuſas, Dionemque ad colloquium ejus adtraxit, admodum tunc quidem juvenem, verùm Diſcipulorum Platonis omnium longè ſollertiſſimum, acerrimumque ad arripiendam virtutem, ut ipſe ſcripſit Plato, & facta teſtantur.* Cicero III. de Oratore: *Quis Dionem Syracuſanum doctrinis omnibus expolivit? nonne Plato? atque eum idem ille non linguæ ſolùm, verum etiam animi ac virtutis magiſter ad liberandam patriam impulit, inſtruxit, armavit.* Ceterùm Θεώτας hîc habent Editiones Stephani & Regius codex; ſed Θεόδοτας quoque eſt in Baſileenſi editione.

22 Ἀπεστάλκαμεν] Lege ἀπεστάλκαμες, ex idiomate Dorico.

Ἀπολαμψόμενοι τὸν ἄνδρα] Ἀπολαψόμενοι Editio Baſileenſis.

Μέμνασο δὲ καὶ τῆνο, ὅτι περὶ πολλῶ ἐποίησω τὰν ἄφιξιν αὐτῶ] Plinius VII. 30. *Platoni ſapientiæ Antiſtiti Dionyſius tyrannus, aliàs ſævitiæ ſuperbiaque natus, vittatam navem miſit obviam: ipſe quadrigis albis egredientem in litore excepit.* Ælianus Variæ Hiſtoriæ IV. 18. ὅτε κατῆλθε Πλάτων ἐν Σικελίᾳ κλητὸς, πολλὰ μὲν πολλοῖς ἐπιστείλαντος τοῦ Διονυσίου, καὶ ἀνήγαγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἅρμα ὁ νέος Διονύσιος, αὐτὸς μὲν ἡνιοχῶν, παραιβάτην δὲ ποιησάμενος τὸν Ἀρίστωνος, &c. *Cum Plato multis & crebris legationibus à Dionyſio acceſſitus, in Siciliam veniſſet, Dionyſius junior in currum eum impoſuit, & ipſe aurigam egit, Platonem verò ſeſſorem fecit.*

Ταῦτα γὰρ ποιῶν, δίκαια πράξεις] Ita nos Galli ad finem libellorum ſupplicum, *& ferez juſtice; & ferez bien.*

Ὡς Ἀρκάδες καὶ Θηβαῖοι μεγάλην πόλιν οἰκίζοντες, παρεκάλουν αὐτὸν νομοθέτην] Id ipſum teſtatur Ælianus Var. Hiſtor. II. 42. ἡ Πλάτωνος δόξα, καὶ ὁ τῆς κατ' αὐτὸν ἀρετῆς λόγος, καὶ εἰς Ἀρκάδας ἀφίκετο, καὶ Θηβαίους. καὶ οὐκ ἐδεήθησαν αὐτοῦ πρέσβεις ἀποστείλαντες, σὺν τῇ ἀνωτάτῃ σπουδῇ ἀφικέσθαι σφίσι τὸν ἄνδρα, (emendabat Tanaquillus Faber σὺν τῇ δεινοτάτῃ σπουδῇ) οὐκ ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν νέων προστασίᾳ, οὐδ' ἵνα αὐτοῖς συγγένηται ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸ ἔτι τούτων μεῖζον, νομοθέτην αὐτὸν ἐκάλουν· οὔκουν ἔμελλεν ἀτυχήσειν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ γὰρ ἤσθη ὁ τοῦ Ἀρίστωνος τῇ κλήσει· καὶ δὴ καὶ ἐμέλλεν ὑπακούσεσθαι. ἤρετο μέν τοι τοὺς ἥκοντας, πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες· ἐπεὶ δὲ ἔμαθε παρ' αὐτῶν, ὅτι καὶ πάνυ ἀλλοτρίως, οὐδὲ πεῖσειν αὐτοὺς τιμῇν τὴν ἰσονομίαν, ἀπείπατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιδημίαν. *Platonis gloria & virtutis fama uſque ad Arcadas & Thebanos permanarat, qui miſſis Legatis ſummo ſtudio hominem non ſolùm ad inſtituendos juvenes, & docendam Philoſophiam, verum etiam, quod his majus erat, ad præſcribendas Reip. leges vocarunt. Impetraturi igitur fuerant à viro rogata: magnam enim Ariſtonis filius ex hac vocatione lætitiam capiebat: verum cum Legatos interrogaſſet, quemadmodum ad æquabilem honorem, bonorumque partitionem eſſent affecti, & comperiſſet eos hanc prorſus abominari, neque ut ſuſciperent eis perſuaderi poſſe, noluit ad eos profectionem inſtituere.* De Cyrenæis, non de Arcadibus aut Thebanis, rem narrat; atque aliter; Plutarchus in libello ad Principem ineruditum: ipſo initio: Πλάτωνα Κυρηναῖοι παρεκάλουν νόμους τε γραψάμενον αὐτοῖς ἀπολιπεῖν, καὶ διακοσμῆσαι τὴν πολιτείαν· ὁ δὲ παρητήσατο, φήσας χαλεπὸν εἶναι Κυρηναίοις νομοθετεῖν οὕτως εὐτυχοῦσιν· οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον, καὶ τραχὺ, καὶ δύσαρκτον, ὡς ἔφη ἀνὴρ εὐπραγίας δοκούσης ἐπιλαμβανόμενος. *Plato à Cyrenæis rogatus ut Leges ipſis ſcriptas relinqueret, Rempublicamque conſtitueret, recuſavit, quod diceret difficulter Cyrenæis leges poſſe poni, rebus eorum ita lætis: ac nihil ità eſſe petulans, ferox, & imperio reluctans atque eſt homo rebus, ut videtur, ſecundis fruens.*

Πρῶτος τὸν κατὰ τὴν ἀνάλυσιν τῆς ζητήσεως τρόπον εἰσηγήσατο Λεωδάμαντι τῷ Θασίῳ] Conſule Caſaubonum.

Καὶ ποιήματα] An legendum, ποιότητα;

Πρὸς τὸν λόγον τοῦ Κεφάλου, &c.] Lege, πρὸς τὸν λόγον τοῦ Λυσίου, τοῦ Κεφάλου. & ita ceteræ Editiones. excidit hîc τοῦ Λυσίου.

Καὶ πρῶτος ἐθεώρησε τῆς Γραμματικῆς τὴν δύναμιν] Etiam Dionyſius Halicarnaſſeus libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, Platonem ejus partis Grammatices primum auctorem facit, quæ verborum origines ſpectat : τὸ κράτιστα δὲ νέμω, inquit, ὡς πρώτῳ τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας εἰσάγοντι λόγον, Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. Et hoc eſt quod mox ait Laërtius, διελέχθη περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. In Cratylo ſcilicet; ubi de nominum natura ac ratione diſputat, & ex eorum origine ipſarum rerum proprietatem & naturam indagat, aut potiùs indagare conatur : ſunt enim ejus ferè omnia ψευδετυμα, pace tanti viri liceat dixiſſe. Sed de his alibi.

Πρῶτός τε ἀντειρηκὼς σχεδὸν ἅπασι τοῖς πρὸ αὐτοῦ, &c.] Parmenidem, Protagoram, Zenonem, & ceteros Phyſiologos, paſſim reprehendit, inquit Halicarnaſſeus ἐν τῷ περὶ τοῦ Θουκυδίδου χαρακτῆρος· αὐτός τε ὁ Πλάτων Παρμενίδην, καὶ Πρωταγόραν, καὶ Ζήνωνα, καὶ τῶν ἄλλων φυσιολόγων οὐκ ὀλίγους, ἡμαρτηκότας ἀποδεικνύναι βούλεται καὶ οὐδεὶς αὐτῷ κατ' αὐτό γε τοῦτο ἐπιτιμᾷ· ἐνθυμούμενος ὅτι τῆς Φιλοσόφου θεωρίας σκοπός ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας γνῶσις. De Parmenide, ampliùs videndum : exſtat enim Dialogus Platonis, nomine *Parmenides*, in quo Plato Parmenidis de Ideis ſententiam tuetur. Sed & Anaxagoram, & Heraclitum, & Empedoclem paſſim reprehendit. Eidem Halicarnaſſeo Epiſt. ad Pompeium Plato dicitur ſuarum virtutum oſtentator & laudator, alienarum reprehenſor. Et Ciceroni, loco ſuperiùs allato, exagitator omnium Rhetorum.

Μούσαις εἰκόνα ἀνέθετο Πλάτωνος] Vide Caſ.

Ἦν Σειλανίων ἐποίησε] Silanion, Athenienſis fuit Statuarius. Bis ejus meminit Pauſanias Ἠλιακῶν II. Meminit & Plutarchus in libro de Audiendis Poëtis. Item Plinius XXXIV. 8. quo loco ait, in eo hoc mirabile fuiſſe, quòd nullo doctore nobilis fuit. Diſcipulos habuit Zeuxim & Iadem, teſte eodem Plinio. Σαπφὼ ἐχαλκούργησεν, ut eſt apud Tatianum in Sermone contra Gentes.

26 Νέος ὢν οὕτως αἰδήμων, &c.] Apuleius : *Speuſippus, domeſticis inſtructus documentis, & pueri ejus acre in percipiendo ingenium, & admirandæ verecundiæ indolem laudat.*

Θεόπομπος γοῦν ἐν Αὐτοχάρι] Malè in aliis Editionibus, itemque apud Antonium Monachum Meliſſæ libro I. capitibus 45. & 73. & libro II. cap. 54. Θέπεμπτος legitur. Legendum omnino, Θεόπομπος ; & accipiendum de Theopompo Comico, de quo videndus Suidas. Legendum quoque, ἐν Ἡδυχάρει, ut veriſſimè Caſaubonus emendavit. Hujus Theopompicæ Fabulæ, præter Athenæum libris VII. & XV. & Harpocrationem in καταχύσματα, meminit Suidas in eadem Voce, & Ariſtophanis Scholiaſtes ad Plutum. Fuit & Theopompus Chius, Rhetor, Iſocratis diſcipulus ; qui ſcripſit κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς, ut eſt apud Athenæum libro XI.

Ἀναξανδρίδης ἐν Θησεῖ] Anaxandrides Rhodius, vel Colophonius, Poëta Comicus. Primus amores & Virginum ſtupra in Scenam introduxit. Videatur Suidas in Ἀναξανδρίδης, & Voſſius libro de Poëtis Græcis.

Ὅτε τὰς μορίας ἔτρωγεν, ὥσπερ Πλάτων] Lege ὥσπερ ὁ Πλάτων, ut ſtet verſus. μορίαι autem ſunt *oleæ*. Heſychius : μορίαι. ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. Pollux I. 12. 14. ἡ δὲ ἱερὰ ἐλαία, μορία. Meminit idem & alibi. Nominis rationem reddit Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nubes : αἱ ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀκροπόλει, μορίαι ἐκαλοῦντο. λέγουσι γὰρ ὅτι Ἁλιρρόθιος ὁ παῖς Ποσειδῶνος, ἠθέλησεν ἐκκόψαι αὐτάς· διὰ τὸ, τῆς ἐλαίας εὑρεθείσης, κριθῆναι τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν. ὁ δὲ ἀνατείνας τὸν πέλεκυν, καὶ ταύτης ἀποτυχὼν, ἔπληξεν ἑαυτὸν, καὶ ἀπέθανε, καὶ διὰ τοῦτο μορίαι ἐλαῖαι ἐκλήθησαν. ἢ διὰ τὸ πάντες ἄνθρωπον κεκτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς τὰ Παναθήναια. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀσκουμένοις, ἀλειψαμένοις ἐν τῷ ἡλίῳ, τρέχειν. ἄλλως. ἠττηθεὶς τῆς Ἀθηνᾶς ὁ Ποσειδὼν ἐπὶ τῇ τῆς ἐλαίας ἐπιδείξει, ἔπεμψε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἁλιρρόθιον ταύτην τεμοῦντα· ὁ δὲ ἀνατείνας τὸν πέλεκυν, ταύτης μὲν ἠστόχησε· τὸν δὲ πόδα αὐτοῦ πλήξας, ἐτελεύτησε· καὶ οὕτω μορία ἡ ἐλαῖα, ὡς μόρου παρεκτική. Item Etymologus : μορίαν. οἱ μὲν πᾶσαν ἐλαίαν οὕτω καλοῦσιν. οἱ δὲ, τὰς ἱερὰς τῷ θεῷ (melius, τῇ θεᾷ) ὅτι δημοσίαν μοῖραν ἐκ τῶν καρπῶν ἐλάμβανον. Ζήνων δὲ ὁ Μύνδιος, ὅτι τὸ βρύον τῶν ἐλαιῶν ἐκάλουν μόρον. ἔνθεν αἱ ἀνθοῦσαι ἐλαῖαι, μορίαι ἐλέγοντο. τινὲς δέ φασι, διὰ τὸ ἐπὶ Ἁλιρρόθιον μῦθον, ὃν Ἄρης ἀνεῖλε πελέκει, βιασάμενον τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἀλκίππην. ἀπὸ οὖν τοῦ περὶ αὐτὸν μόρου, ὅτι ἀνηρέθη κόπτων τὰς ἐλαίας, μορία ἐκλήθη. Σέλευκος· μορίαι, τῆς Ἀθηνᾶς ἱεραὶ ἐλαῖαι. Φιλόσυκος dicitur Plato Phanocrito, apud Athenæum lib. VII. 2. Videtur & oleas amaſſe. Vide Laërtium infrà, in Diogene Cynico.

Ὡς ἀνέπλασε Πλάτων] Legendum ἀνέπλαττε Πλάτων, rectè monuit Aldobrandinus, quem vide.

Ἄλεξις Μεσσηνίδι, &c. καὶ ἐν Ἀγκυλίωνι] Alexis Mediæ Comœdiæ Poëta fuit, patruus Menandri. Videatur Suidas. Citatum in his Fabulis alibi non reperio : neque etiam in Olympiodoro ; in quo mox laudatur. 27

Ἄμφις Ἀμφικράτει, &c. ἐν δὲ Δεξιδημίδῃ] Laudatur Amphis Comicus in plurimis Fabulis & Athenæo & Polluci, ſed non in iſtis. Cetera hîc meliùs Stephanicæ editiones uno verſu,

Ὦ δέσποτ', ἢ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἀγαθόν. πρόσεχε δή. etiam à MS. Regio τοῦ abeſt.

Κρατῖνος Ψευδυποβολιμαίῳ.] Cratinus junior. Pollux VII. 33. 10. παρὰ δὲ τῷ νεωτέρῳ Κρατίνῳ ἐν Ὑποβολιμαίῳ, βιβλιοθήκη. 28

Σῶμα μὲν ἐμοῦ, &c.] Lege τὸ σῶμα μὲν ἐμοῦ θνητόν. & ita Grotius in Excerptis.

Καὶ ἐν Παρασίτῳ] Laudatur quoque Alexis in Paraſito apud Athenæum libro III. cap. 34. & lib. X. cap. 5.

Ἀδολεσχεῖς] Ἀδολεσχεῖν, aliæ Editiones, & Codex Regius.

Ἀναξίλας ἐν Βοτρυλίωνι, καὶ Κίρκῃ, καὶ Πλουσίαις] Ita quoque Editio prior. Stephanica Κέρκῳ, non rectè. Nam Anaxilas etiam ἐν Κίρκῃ citatur Athenæo III. 15. & IX. 4. Citatur ἐν Πλουσίοις & eidem Athenæo X. 5.

ac fortaſſe ita hîc ſcripſerat Laërtius, non Πλουσίαις. Laudat & Anaxilam ἐν Βοτρυλίωνι Julius Pollux, libro ultimo capite penultimo.

29 Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, &c.] Quos verſus ita tranſtulit Apuleius in Apologia:

Aſtra vides, utinam fiam, miſidus, Olympus,
Ut multis ſic te luminibus videam.

& ſequentes, hoc modo:

Luciſer ante meus rutilans Mortalibus Aſter,
Heſperus à fato Manibus ecce nites.

Auſonius verò ſic:

Stella prius Superis fulgebas Luciſer: at nunc
Extinctus, caſſis lumine Veſper eris.

30 Δάκρυα, &c. Μοῖραι ἐπέκλωσαν] Nota loquendi modum inſolentem, *lacrimas nere*: cujus tamen exemplum alibi etiam occurrit.

Κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ, &c.] Apuleius, dicto loco:

Civibus ingenti in patria laudate jaces nunc,
Qui inſanum me animi reddis amore, Dion.

31 Καὶ πάντη πᾶς τις ἐπιστρέφεται] Joſephus Scaliger ad oram libri, καὶ πάντη πᾶσιν ἐπιστρέφεται reſcribebat. Sed apud Apuleium etiam πᾶς τις· apud quem hos verſus ſic Latinè factos legere eſt,

Dixerit hic tantum cum nil niſi pulcer Alexis
Exſtitit, & vertunt quilibet in te oculos.
Cur, anime, os canibus monſtras, angiſque dolore
Poſt modò? non Phædro ſic prius excidimus.

Ἀρχαίανασσαν ἔχων, &c.] In Anthologia, MS. itemque in edita, tribuitur hoc Epigramma Aſclepiadi. falsò, ut puto: nam & apud Athenæum XIII. 6. tribuitur quoque Platoni. In Anthologia, ubi Doricè effertur, ſecundus verſus ita legitur,

Ἅς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων ὁ γλυκὺς ἔζετ' ἔρως.

Et ita quoque apud Suidam in ῥύτορα. Apud Athenæum verò,

Ἧς καὶ ἐπὶ ῥυτίδων πικρὸς ἔπεστιν ἔρως.

Tertius & quartus verſus in Anthologia ita leguntur,

Ἦν νέον ἡβήσασαν ἀποδρέψαντες ἐρασταὶ
Πρωτοβόλοι, δι' ὅσης ἦλθετε πυρκαϊῆς;

Apud Athenæum autem ſic,

Ἆ δειλοὶ νεότητος ἀπαντήσαντες ἐκείνης
Πρωτοπόρου, δι' ὅσης ἥκετε πυρκαϊῆς·

At quantò meliùs apud Laërtium, πρωτοπλόου! πρωτόπλοος mulier, mulier eſt quæ primos toros paſſa eſt. metaphoricè, à navibus quæ primùm fluctus experiuntur. Et ita etiam in Anthologia ἀνεκδότῳ·

Ἅς νέον ἥβας ἄνθος ἀποδρέψαντες ἐρασταὶ
Πρωτοπλόου, &c.

teſte Salmaſio in Notis ad Achillem Tatium libro I. Quo loci rectè vir ille ſummus apud Achillem Tatium pag. 37. pro πρωτοκύων, repoſuit πρωτοκύμων· non enim πρωτοκύων Græcum eſt. Sed minùs rectè τὸ πρωτοκύμων *primum nans* interpretatur: quod ibi *primum prægnans* ſignificat, ut rectiſſimè verterat Interpres. En tibi verba Achillis Tatii: οὕτω καὶ νεανίσκος ἔρωτος πρωτοκύμων οὐ δεῖται διδασκαλίας πρὸς τὸν τοκετόν. vel ipſa vox τοκετὸν Salmaſii interpretationem falſam eſſe docet. ſed & quod ſequitur: ἐὰν γὰρ ἢ ὠδὶς πυραγένηται, &c. εὑρήσεις τεκεῖν, &c. πρωτοκύμων, pro *primum prægnans* dicitur ἀπὸ τοῦ κύειν, eadem formâ quâ ἀκύμων, *fœtu carens*, & ἐγκύμων, *fœtum habens*. Quo de lapſu Salmaſii, jam diu eſt quod monueramus in Obſervationibus noſtris ad Torquati Taſſi Amyntam. Ceterùm, Etruſcos verſus, quos olim de Platonis elegantiſſimo illo Epigrammate expreſſimus, non gravabor hîc apponere, recreandi Lectoris ergo:

Florida è ſempre, e freſca, e vaga, e bella;
Solo a ſe ſteſſa, a niun' altra eguale.
E quel che ſtrugge ogni coſa mortale;
Il Tempo, ſue bellezze rinnovella.
Tal ebbe il crine inſu'l età novella.
Tal fù ſua bocca: tal la guancia: e tale
Sparge or l'occhio, qual pria, lume immortale:
E men ne ſparge l'amoroſa Stella.
Ma ſe quel Sol, col raggio ſuo celeſte,
Inſu'l cader più dolce e meno ardente.
Gli occhi m'abbaglia, e mi conſuma il core:
O ſfortunati voi; voi che'l vedeſte
A mezzo giorno, e lucido, e cocente;
Qual fù l'abbaglio? e quanto fù l'ardore?

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, &c.] Gellius lib. XIX. cap. 11. *Celebrantur duo iſti Græci verſiculi, multorumque doctorum hominum memoriâ dignantur, quòd ſint lepidiſſimi & veneuſtiſſimæ brevitatis: neque adeo pauci ſunt veteres Scriptores, qui eos Platonis eſſe Philoſophi affirmant; quibus ille, adoleſcens, luſerit, cum Tragœdiis quoque eodem tempore faciendis præluderet:* 32

Τὴν ψυχὴν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον·
Ἧλθε γὰρ ἡ τλήμων, ὡς διαβησομένη.

Hoc diſtichon amicus meus, non admodum adoleſcens, in plures verſiculos licentius liberiuſque vertit: qui quoniam mihi quidem viſi ſunt non eſſe memoratu indigni, ſubdidi:

Dum ſemiulco ſavio
Meum Puellum ſavior, &c.

Τῷ μήλῳ βάλλω σε, &c.] Proverbiorum Appendix è Bibliot. Vaticana: Μήλῳ βάλλειν. ἐπὶ τῶν εἰς τὸν ἔρωτα ἐπαγομένων τινας. Ita legendum. Ariſtophanes in Nubibus: μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου. Virgilius:

Malo me Galatea petit, laſciva Puella.

Theocritus:

Βάλλει τοι, Πολύφαμε, τὸ ποίμνιον ἀ Γαλάτεια.

οἱ γὰρ μηλοβολοῦντες, εἰς ἔρωτα ἐπάγεσθαι βούλονται, inquit Scholiaſtes Anthologiæ, ad verſus qui proximè ſequuntur Μῆλον ἐγὼ, &c. quique lib. VII. Anthologiæ tribuuntur Philodemo, & diverſum Epigramma efficiunt ab eo quod incipit Τῷ μήλῳ βάλλω σε. & profectò duo eſſe Epigrammata, quis non videt? Ceterùm, in poſteriori epigrammate, pro Μῆλον ἐγὼ, βάλλει με φιλῶν σέ τις, legebat Mericus Caſaubonus Μῆλον ἐγὼ, βάλλοι με φιλῶν σέ τις.

Νοεῖς] Vox ſuſpecta: ſed quæ tamen in Anthologia legitur.

Τοὺς σαγηνευθέντας] Gallicè diceremus, *pris comme dans un rets.* Heſychius: σαγηνεύει, αἰχμαλωτίζειν.

Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα.] Id eſt, *Marti hæc dicenda nugamenta.* Vide Lucianum in Dialogo Veneris & 33

Cupidinis. Aldobrandinus, qui vertit, *auſer venuſta iſthæc*; & Ambroſius, qui interpretatur *ludicra hæc tolle, precamur*; ἆρε legerant; ſenſu inepto.

Χρυσὸν ἀνὴρ εὑρών, &c.] Tribuitur in Anthologia Statilio Flacco hoc diſtichon: ſed Platoni, ſive Antipatro, illud,

Χρυσὸν ἀνὴρ, ὁ μὲν εὗρεν, ὁ δ' ὤλεσεν. ὧν ὁ μὲν εὑρὼν
Ῥίψεν· ὁ δ' οὐχ εὑρών, λυγρὸν ἔδησε βρόχον.

Utrumque Auſonius ita eſt interpretatus:

Theſauro invento, qui limina Mortis inibat,
Liquit ovans laqueum, quo periturus erat.
At, qui, quod terræ abdiderat, non repperit aurum,
Quem laqueum invenit, nexuit, & periit.

Et aliter:

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum:
Theſaurique loco depoſuit laqueum.
At, qui condiderat, poſtquam non repperit aurum,
Aptavit collo, quem reperit, laqueum.

Μόλων] An Molo ille, de quo Ariſtophanes in Ra-
34 nis? μικρὸς ἠλίκος Μόλων. Ad quem locum Scholiaſtes duos Molones fuiſſe, obſervat ex Didymo & Timachida: Δίδυμος δέ φησιν, ὅτι δύο Μόλωνές εἰσιν, ὁ ὑποκριτὴς καὶ ὁ λωποδύτης· καὶ μᾶλλον λωποδύτην λέγει, ὃς ἐστι σμικρὸς τὸ σῶμα. Τιμαχίδας δὲ, τὸν ὑποκριτὴν λέγεσθαι Μόλωνα. ἄλλως γράφεται μακρὸς, &c. Corrigendus obiter Suidas: Μόλων. ὄνομα κύριον. Ἀριστοφάνης· μικρὸς, ἠλίκος Μόλων. ἐπὶ τῶν βραχυσωμάτων. πόσος. πόθος. μικρὸς ἠλίκος Μόλων. Μόλωνες δύο ὑποκριταὶ καὶ λωποδύται. Lege ἐπὶ τῶν μακροσωμάτων.

Πόθος; πόσος τις; μικρὸς, ἠλίκος Μόλων.

(verſus eſt Ariſtophanis) Μόλωνες δύο, ὑποκριτὴς, καὶ λωποδύτης. Varinus: Μόλων, παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει, μεγαλόσωμος. Δίδυμός φησιν, ὅτι δύο Μόλωνές εἰσιν, ὁ ὑποκριτὴς, καὶ ὁ λωποδύτης. Meminit & Euſtathius Molonis illius μεγαλοσώμου ad Odyſſ. Σ. paginâ 1834. καὶ Μόλωνες, οἱ πολυμεγέθεις, ἀπὸ τοιούτου Μόλωνος.

Ἔοικε δὲ καὶ Ξενοφῶν πρὸς αὐτὸν ἔχειν οὐκ εὐμενῶς] Diximus ſuprà pluribus ad Xenophontem.

Καὶ ἐν τοῖς νόμοις ὁ Πλάτων πάσμα φησὶν εἶναι τὴν παιδείαν αὐτοῦ, μὴ γὰρ εἶναι Κύρου τοιοῦτον] Cicero quoque ad Q. Fratrem ſcribens, Κύρου παιδείαν non ad hiſtoriæ fidem ſcriptam eſſe, ſed ad effigiem juſti imperii ait. Idem ait & Auſonius Panegyrico ad Gratianum; & Ludovicus Vives libro v. de tradendis Diſciplinis; & Joſephus Scaliger in Prolegomenis libri de Emendatione Temporum; & Sethus Calviſius in Iſagoge Chronologica capite 26. & Manutius ad Ciceronis Epiſt. & Voſſius de Hiſtoricis Græcis. In eadem ſententia videtur fuiſſe etiam Hermogenes libro II. de Formis Orat. ubi de Xenophonte: τὸ μέν τοι περὶ τὸν Ἀβραδάτην καὶ τὴν Πανθίαν πᾶν ἦθός τε καὶ πάθος πολλὰς ἔσχε τὰς ἡδονὰς μυθικῶς πλασθέν. *Illa autem quæ narrat de Abradatæ & Panthiæ moribus & affectibus, multam habent ſuavitatem & delectationem fabuloſè conſictam.* Ad fidem hiſtoriæ ſcriptam eſſe contendit, qui nuper Gallico ſermone eam elegantiſſimè juxtà ac fideliſſimè eſt interpretatus, Franciſcus Carpentarius; cujus ea de re erudita Diſſertatio brevi prodibit. Certè ex Platonis loco quem Laërtius reſpexit, fabuloſam penitus eſſe Cyri Vitam minimè colligas. Verba Platonis ſunt lib. III. de Legibus: μαντεύομαι δὴ νῦν περί γε Κύρου, τὰ μὲν ἄλλ' αὐτὸν στρατηγόν τε ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολιν· παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐχ ἥφθαι τοπαράπαν. οἰκονομίᾳ τε οὐδὲν τὸν νοῦν προσεσχηκέναι, &c. *Ita igitur de Cyro vaticinor: in ceteris quidem ipſum & ducem bonum, & civilis vitæ amicum fuiſſe, rectam verò diſciplinam nullo pacto attigiſſe, nec ad rei familiaris adminiſtrationem animum umquam applicuiſſe:* Verùm id tantùm, de diſciplina Cyri aliter ſenſiſſe Platonem, aliter Xenophontem. Quod etiam obſervavit Athenæus lib. XIII. ubi eumdem Platonis locum commemorat: καὶ περὶ τοῦ Κύρου οὖν ὁ μὲν λέγει ὡς ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐπεπαίδευτο πάντα τὰ πάτρια· (loquitur de Xenophonte) ὁ δὲ Πλάτων, ὥσπερ ἐναντιούμενος, ἐν τρίτῳ νόμων φησὶ, Μαντεύομαι δὲ νῦν, &c. Et Gellius libro XIV. cap. 3. ubi & ejus rei rationem affert: *Id etiam eſſe non ſinceræ atque amicæ voluntatis indicium crediderunt;* ſermo eſt de ſimultate Platonis & Xenophontis; *quòd Xenophon inclyto illi operi Platonis, quod de optimo ſtatu Reip. civitatiſque adminiſtrandæ ſcriptum eſt, lectis ex eo duobus ferè libris, qui primi in vulgus exierant, oppoſuit contrà, ſcripſitque diverſum regiæ adminiſtrationis genus, quod* παιδείας Κύρου, *inſcriptum eſt. eo facto, ſcriptoque ejus, uſque adeo permotum eſſe Platonem ferunt, ut quodam in libro, mentione Cyri Regis habitâ, retractandi levandique ejus operis gratiâ, virum quidem Cyrum gnavum & ſtrenuum fuiſſe dixerit,* παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐχ ἥφθαι τοπαράπαν. *hæc enim verba ſunt de Cyro Platonis.*

Πλὴν Ξενοφῶν Πλάτωνος ἐν τρίτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων] His verbis: Γλαύκωνα δὲ τὸν Ἀρίστωνος, ὅτ' ἐπεχείρει δημηγορεῖν, ἐπιθυμῶν προστατεύειν τῆς πόλεως, οὐδέπω εἴκοσι ἔτη γεγονὼς, ὄντων ἄλλων οἰκείων καὶ φίλων, οὐδεὶς, ἐδύνατο παῦσαι, ἑλκόμενόν τε ἀπὸ τοῦ βήματος, καὶ καταγέλαστον ὄντα. Σωκράτης δὲ εὐνοῦς ὢν αὐτῷ διά τε Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος, καὶ διὰ Πλάτωνα, μόνος ἔπαυσεν. Fallitur ergo Gellius, qui, loco ſuprà memorato, negat à Xenophonte Platonis ullam umquam factam eſſe mentionem. Verum; ut hoc obiter dicam, falluntur quoque qui Platonem nuſquam de ſe mentionem feciſſe volunt. Certè ſui meminit in Phædone; Platonem Socrati damnato non adfuiſſe dicens, quia ægrotaret. Meminit & in Apologia, his verbis: Πλάτων δὲ οὑτοσί, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ Κρίτων, καὶ Κριτόβουλος, καὶ Ἀπολλόδωρος, κελεύουσί με τριάκοντα μνᾶς τιμήσασθαι, αὐτοὶ δὲ ἐγγυᾶσθαι.

Ἔγραψε διάλογον κατὰ Πλάτωνος, Σάθωνα ἐπιγράψας] περὶ τοῦ ἀντιλέγειν. 35 auctor Diogenes noſter in Indice librorum Antiſthenis. Meminit hujus Dialogi & Athenæus libro XI. capite ultimo; ἀλλὰ μὴν οὐδ' Ἀντισθένη ἐπαινῶ, καὶ γὰρ καὶ οὗτος πολλοὺς εἰπὼν κακῶς, οὐδ' αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος ἀπέσχετο· ἀλλὰ καλέσας αὐτὸν φορτικῶς Σάθωνα, τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν διάλογον ἐξέδωκεν. *Non tamen ideo mihi placet Antiſthenes, qui cùm maledicta ingeſiſſet multis, à Platone non abſtinuit; ſed contumelioſè & inſa-*

lenter eum Sathonem *vocans, eodem titulo Dialogum publicavit.* Et libro v. cap. 20. καὶ Πλάτωνα δὲ μετονομάσας Σάθωνα, ἀκύρως καὶ φορτικῶς τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐπιγραφὴν διάλογον ἐξέδωκε κατ' αὐτοῦ· σάθη autem eſt ea pars corporis quâ viri ſumus: unde σάθων. Heſychius: σάθων, ὑποκόρισμα ἐπὶ παιδίων ἀῤῥένων, ἐπὶ τοῦ αἰδοίου.

Οὐκ ὀλίγα γὰρ ὧν οὐκ εἴρηκε Σωκράτης, γέγραφεν ἀνήρ] Quod etiam in Platone notavit Athenæus libro XI. ἄλλοι δὲ φασιν ὡς ἀναγνοὺς ὁ Γοργίας τὸν Πλάτωνος διάλογον, πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν, ὅτ' οὐδὲν τούτων, οὔτε εἶπεν, οὔτε ἤκουσε παρὰ Πλάτωνος. ταῦτά φασι καὶ Φαίδωνα ἀναγνόντα τὸν περὶ ψυχῆς. διὸ καλῶς ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ ἔφη,

Ὡς ἀνέπλαττε Πλάτων πεπλασμένα θαύματα εἰδώς.

Παρμενίδη μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην, μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ, οὐχ ὡς καὶ τοιαύτους εἰπεῖν, ἢ ἀκοῦσαι λόγους. *Referunt alii Gorgiam cum Platonis Dialogum legiſſet, iis dixiſſe qui aderant, nihil ejuſmodi ſe vel audiviſſe à Platone, vel apud Platonem locutum fuiſſe. Eadem etiam Phædonem dixiſſe memorant, cùm Dialogum, in quo de anima diſputatur, perlegiſſet. Itaque feſtivè de illo Timon ait,*

Fingebat Plato ſimulatorum verborum peritus.

Parmenidem certè cum Socrate Platonis confabulatum fuiſſe, ætas vix permittat, nedum hos, vel illos ſermones ediſſeruiſſe, aut audiviſſe. Macrobius libro I. Saturnal. cap. 1. ubi de Platonis Anachroniſmis: *Annos ergo coëuntium mitti in digitos, exemplo Platonis nobis ſuffragante, non convenit.* Ariſtides in Apologia communi: ἐν τῷ Συμποσίῳ Πλάτων συνάγει ταυτὸν Ἀριστοφάνην, καὶ Σωκράτην, καὶ Ἀγάθωνα ἔτι μειράκιον ὄντα, ὡς φησι. προάγει δὲ εἰς τοσοῦτον τοὺς χρόνους ὥστε, &c. Verùm hi Anachroniſmi in Dialogis à viris accuratis minimè probantur. Ad ſermonem quod attinet, non eſt neceſſe habitum fuiſſe: ſufficit haberi potuiſſe. Cicero epiſtolâ ad Varronem de libris Academicis, quos Varroni dicavit: *puto fore, ut cùm legeris, mireare id nos locutos eſſe inter nos, quod numquam locuti ſumus: ſed noſtri morem Dialogorum.*

Εἶχε δὲ φιλεχθρως ὁ Πλάτων καὶ πρὸς Ἀριστιππον· ἐν γοῦν τῷ περὶ ψυχῆς, &c.] Vide ſuprà in Ariſtippo. 36

Καὶ πρὸς Αἰσχίνην δὲ τινα φιλοτιμίαν εἶχε, &c.] Vide ſuprà in Æſchine.

ζηλοτύπως πρὸς ἅπαντας διακείμενος, dicitur Johanni Chryſoſtomo Homiliâ IV. in Acta Apoſtolorum.

φησὶ δ' Ἀριστοτέλης τὴν τῶν λόγων ἰδέαν αὐτοῦ μεταξὺ ποιήματος εἶναι καὶ πεζοῦ λόγου] Cicero in Oratore: *Itaque ideo viſum eſſe nonnullis, Platonis & Demoſthenis locutionem, etſi abſit à verſu, tamen quòd incitatiùs feratur, & clariſſimis verborum luminibus utatur, potiùs poëma putandum, quam Comicorum Poëtarum, apud quos, niſi quòd verſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis.* Quod in Platonis oratione notavit quoque Halicarnaſſenſis libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, nec non Hermogenes de Formis Orat. lib. II.

Φίλιππος ὁ Ὀπούντιος] Qui infrà, inter Platonis diſcipulos recenſetur. 37

Πολλάκις, ἐστραμμένην εὐρῆσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς Πολιτείας] Quod ipſum teſtatur & Quintilianus lib. VIII. capite ultimo, his verbis: *Nec aliud poteſt facere ſermonem numeroſum, quam opportuna ordinis mutatio. Neque aliò in ceris Platonis inventa ſunt quatuor illa verba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum deſcendiſſe ſignificat, plurimis modis ſcripta, quòd eum quoque maximi facere experiretur.* & Dionyſius Halicarnaſſeus περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: ὁ δὲ Πλάτων, τοὺς ἑαυτοῦ Διαλόγους κτενίζων καὶ βοστρυχίζων, καὶ πάντα τρόπον ἀναπλέκων, οὐ διέλιπεν ὀγδοήκοντα γεγονὼς ἔτη. πᾶσι γὰρ δῆπου τοῖς Φιλολόγοις γνώριμα τὰ περὶ τῆς φιλοπονίας ταύτης ἱστορούμενα, τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὴν δέλτον, ἣν τελευτήσαντας αὐτοῦ λέγουσιν εὑρεθῆναι, ποικίλως μετακειμένην, τὴν ἀρχὴν τῆς Πολιτείας ἔχουσαν τήνδε· Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος τοῦ Ἀρίστωνος. Videatur Muretus Var. Lect. libro XVIII. cap. 8.

Ἣν Πολιτείαν Ἀριστόξενός φησι πᾶσαν σχεδὸν ἐν τοῖς Πρωταγόρου γεγράφθαι Ἀντιλογικοῖς] Quod etiam tradit Favorinus apud Laërtium infrà, in hac ipſa Platonis Vita: τῆς μὲν Πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης, ἣν καὶ εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς Ἀντιλογικοῖς, φησὶ Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίας δευτέρῳ. Plura ea de re obſervaſſe veroſimile eſt Onoſandrum, Philoſophum Platonicum, qui, teſte Suida, ὑπομνήματα εἰς Πλάτωνος Πολιτείας ſcripſerat. De Protagoræ Antilogicis, infrà dicetur, in Protagora.

Δικαίαρχος δὲ καὶ τὸν τρόπον τῆς γραφῆς ὅλον ἐπιμέμφεται, ὡς φορτικὸν] Hoc Dicæarchus in libro quem Φαίδρου περίσσα inſcripſerat, & cujus meminit Cicero ad Atticum XIII. 39. *Libros mihi de quibus ad te antea ſcripſi, velim mittas: & maximè, Φαίδρου περισσῶν, καὶ Ἑλλάδες.* 38

Εἰσελθόντος ποτὲ Ξενοκράτους, εἶπε μαστιγῶσαι τὸν παῖδα, &c.] De Speuſippo id narrat Plutarchus, libro de Puerorum inſtitutione; ubi de Archyta Tarentino: ὁ μὲν γὰρ ἐπανελθὼν ἀπὸ τοῦ πολέμου (στρατηγῶν γὰρ ἐτύγχανε) γῆν καταλαβὼν κεχερσωμένην, τὸν ἐπίτροπον καλέσας αὐτῆς, Ὠμῶξας ἄν, ἔφησεν, εἰ μὴ λίαν ὠργιζόμην. Πλάτων δὲ δοῦλῳ λάχανα βδελυρῷ θυμωθείς, τὸν τῆς ἀδελφῆς υἱὸν Σπεύσιππον καλέσας, Τοῦτον (ἔφησεν ἀπελθὼν) σκύτισον, (ſic diſtinguendum) ἐγὼ γὰρ πάνυ θυμοῦμαι. *Ille, cùm à bello, in quo exercitum duxerat, reverſus, agrum negligentiâ Villici corruptum animadverſiſſet, accerſito Villico, Malè, inquit, tecum ageretur, niſi ego admodum irâ exarſiſſem. Plato ſervo guloſo, & impuro iratus, vocato filio ſororis ſuæ Speuſippo, Hunc tu, inquit, verbera, ego enim animo ſum valde commotus.* Et adverſus Colotem: ἀλλ' οἶσθα, ἔφη, τὸ τοῦ Πλάτωνος, ὅτι τῷ παιδὶ χαλεπήνας, οὐκ αὐτὸς ἐνέτεινε πληγάς, ἀλλὰ Σπεύσιππον ἐκέλευσεν, εἰπὼν αὐτὸς ὀργίζεσθαι. *Atqui, ajebat, (ſupple Ariſtodemus) meminiſti Platonem, cùm puero iraſceretur, non ipſum verbera ingeſſiſſe, ſed hoc Speuſippo mandaviſſe, quòd ſe animo commoto eſſe diceret.* Etiam Valerius IV. 1. *Cùm adverſus delictum ſervi vehementius exarſiſſet, veritus ne ipſe modum vindictæ diſpicere non poſſet, Speuſippo amico*

amico caſtigationis arbitrium mandavit; deforme ſibi futurum exiſtimans, ſi commiſiſſet, ut parem reprehenſionem culpa ſervi, & animadverſio Platonis mereretur. Quo minùs miror, quòd in Xenocrate diſcipulo ſuo tam conſtanter moderatus fuit. Audierat eum de ſe multa impiè locutum: ſine ulla cunctatione criminationem reſpuit. Inſtabat certo vultu index: cauſſam quærens cur ſibi fides non haberetur: adjecit, non eſſe credibile, ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur, &c. Videatur in hanc rem apud Gellium hiſtoria lepidiſſima de Plutarchi ſervo. Is; ut hoc obiter dicam; Oneſimus vocabatur; quod nos docuit Favorinus apud Galenum libro de optimo docendi genere, capite 1.

39 Καὶ πρός τινα τῶν παίδων, Μεμαστίγωσο ἄν, εἶπεν, εἰμὴ ὠργιζόμην] Dictum hoc laudat Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Epiſtola ad Michaëlem Bulgariæ Principem, de officio Principis: Μηδαμῶς μηδένα μηδὲ δικαίως θυμῷ κολάσῃς· ὡς γὰρ ἂν ὁ πάσχων τὴν δίκην ὑφέξῃ, αὐτὸς ὅμως οὐδὲν ἧττον ἐξελεγχθήσῃ σφαλερῶς τῇ πράξει κεχρημένος. διὸ καὶ κάλλιστά τις τῶν ἀρχαίων ἀπεδέσπισε πρὸς ἡμαρτηκότα, Ἐκόλασα ἄν σε, εἰ μὴ ἐθυμούμην. *Iratus neminem, ne quidem juſtè licet, ſuppliciis afficito. Utcunque enim tulerit ille qui punitur, tu nihilominus vituperium incurres, quòd improvide negotium illud obiveris. Quocirca perbellè dictum ab Antiquorum aliquo fuit erga delinquentem, Certè te punirem, ſi non iraſcerer.* Archytæ tribuit Valerius IV. 1. *Tarentinus Archytas, dum ſe Pythagoræ præceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, longoque tempore ſolidum opus doctrinæ complexus; poſtquam in patriam revertitur, ac rura ſua reviſere cœpit, animadvertit negligentiâ Villici corrupta & perdita: intuenſque malè meritum; Sumpſiſſem, inquit, à te ſupplicium, niſi tibi iratus eſſem: maluit enim impunitum dimittere, quàm propter iram graviùs juſto punire.*

Ἐφ' ἵππου καθίσας, εὐθέως κατέβη, φήσας εὐλαβεῖσθαι μὴ ἱπποτυφίᾳ ληφθῇ] Noſter infrà, in Antiſthene: ἔσκωπτε Πλάτωνα ὡς τετυφωμένον. πομπῆς οὖν γινομένης ἵππον θεασάμενος φυσικήν, φησὶ πρὸς Πλάτωνα, Ἔδοξεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής. τοῦτο δὲ ἐπεὶ συνεχὲς ὁ Πλάτων ἵππον ἐπῄνει.

Πίνειν δ' εἰς μέθην οὐδαμοῦ πρέπον, &c.] VI. de Legibus. Videatur Gellius XV. 2. & Seneca de Tranquillitate animi cap. 15. & Athenæus lib. X.

Ἐν γοῦν τοῖς Νόμοις φησὶ, Κιμμέριοι δὲ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος] Locus eſt VII. de Legibus: καθεύδων οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Etiam Socrates apud Ariſtophanem in Νεφέλαις: Ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος (meliùs γλυκύθυμος) ὀμμάτων. Quod in proverbium abiit, teſte Suida XIV. 15. παροιμία, inquit, ἐπὶ τῶν φιλοσοφεῖν βουλομένων. Platonis locum reſpexit Julianus Imperator, Oratione II. his verbis: ἀληθῶς γὰρ οὐδεὶς οὐδενὸς εἰς οὐδὲν ἄξιος καθεύδων ἀνὴρ, ἢ καὶ ἐγρηγορὼς τοῖς καθεύδουσιν ἐμφερῶς. Ariſtoteles in hunc ſenſum in Libris ad Eudemum, ſi benè memini: τί γὰρ διαφέρει καθεύδειν ἀνέγρετον ὕπνον, ἢ ζῆν ὄντα φυτόν; *Profectò enim vita vigilia eſt*, inquit Plinius in Proœmio operis. Idem legas apud Chryſologum. *Semper, & ad omnia, vigilias eſſe ſalutares, nullus ignorat: quia revera plus vigilare, plus vivere eſt. Nam quid tam mortis ſimile, quàm dormientis aſpectus? quid tam vitâ plenum, quàm forma vigilantis? Indulgendum ſomno eſt, ut corpus reparet, non reſolvat; & vires renovet, non enervet:* inquit ille, Sermone 34. de Servo vigili. Adde Suidam in ὕπνος: ὕπνος δ' ἀπέστω γλυκύθυμος ὀμμάτων. ἡ παροιμία, ἐπὶ τῶν βουλομένων φιλοσοφεῖν.

Εἶναί τε ἥδιον τῶν ἀκουσμάτων τὴν ἀλήθειαν] ἥδιστον ἀκουσμάτων, ἔπαινον dicebat Themiſtocles. ἥδιστον hîc habet Editio Stephani: ſed ἥδιον quoque Baſilienſis.

Φιλίππου βασιλεύοντος, ἔτος τρισκαιδέκατον] Hoc 40 eſt anno I. Olymp. 108. Qua de re uno ore omnes conſentiunt. Hermippus, Plutarchus, Dionyſius Halicarnaſſeus: de quibus ſuprà, ubi de Platonis natali egimus. Euſebium unum excipio: qui illius mortem ad annum quartum ejuſdem Olympiadis CVIII. deducit. Neque enim inter Scriptores Said Ebn Batric recenſeri debet: qui in annalibus Alexandrinis pag. 288. Platonis meminit ſuperſtitis, poſt deceſſum Alexandri Magni.

Θεόπομπος] Theopompus Chius, qui librum ſcripſerat, κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς. Memoratur Athenæo libro XI. capite ultimo. Is Platonem accuſabat, quòd omnia definire voluiſſet. Auctor Simplicius ad Epictetum libro II. cap. 17.

Μυρωνιανὸς] Myronianus Amaſtrianus, de quo ſuprà in Epimenide.

Φίλωνα παροιμίας μνημονεύειν] Quis ille Philo? nam eo nomine plures fuere. An Philo Alexandrinus? Platonis imitator ſummus: ut de eo dictum ſit, ἢ Πλάτων Φίλωνίζει, ἢ Φίλων Πλατωνίζει. An Philo Herennius, Grammaticus? Certiùs quid ea de re ſtatuere poſſemus, ſi quâ ætate vixerit Myronianus, dubium non eſſet. Sed an potiùs hîc legendum, Μύλωνα? Mylonis de Parœmiis libros advocat Zenobius ille, qui ſcripſit Epitomen Proverbiorum Didymi & Tarrhæi, quique ſub Adriano vixit, ut ſcribit Suidas. An apud Zenobium legendum Φίλαν? ἐπέχω.

Περὶ τοῦ Πλάτωνος φθειρῶν, ὡς οὕτως αὐτοῦ τελευτήσαντος] Falsò Helladius Bezantinous in Chreſtomathia, apud Photium in Bibliotheca: τρεῖς ἱστοροῦνται φθειριάσει τεθνάναι· (ἔστι δὲ τὸ νόημα μὲν, τῶν σπανίων· γίνεται δὲ ὅταν εἰς φθεῖρας ἀναλυθῇ ἅπαν τὸ σῶμα) ἀλλὰ τῶν ἐκ τῆς νόσου ταύτης τεθνεώτων, τῶν μὲν ἡρώων, Ἄκαστός ἐστιν ὁ Πελίου· δεύτερος, ὁ Σύρος Φερεκύδης, ὁ τὴν γενεαλογίαν συγγράψας, ὃν καὶ λέγουσι γεννικῶς (ita legendum) τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν· τρίτος, ὁ Ῥωμαίων πολλάκις ὑπατεύσας Σύλλας, ἤδη σφόδρα γηραιὸς ὤν, ὡς καὶ Ἐπαφρόδιτος διὰ τὴν τύχην ἐπωνομάζετο. *Tres dicuntur phthiriaſi mortui eſſe. (eſt enim hic morbus ex rarioribus: fit autem cùm totum corpus in pediculos reſolvitur) Sed ex Heroibus, qui hoc morbo extincti ſunt, eſt Acaſtus, Peliæ filius: ſecundus, Pherecydes Syrus, qui Genealogiam conſcripſit: & ajunt generosè malum hoc pertuliſſe: tertius, Romanorum ſæpe Conſul Sylla, jam ſenex; ut etiam* Felix *propter fortunam dictus ſit.* Habuit Helladius à Plutarcho, qui in Sylla, præter Acaſtum, Pherecy-

dem, & Syllam, eodem genere mortis obiiſſe notat Alcmanem Poëtam, Olynthium Calliſthenem, Mutium Jurisconſultum, & Eunum, ſervum. Etiam M. Aurelius Imperator libro III. τῶν εἰς ἑαυτὸν Democritum morbo pediculari obiiſſe, dicit. Falſò. Sed de his nos infrà ad Democritum.

Καὶ ἐντάφη ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ] Immo, extra Academiam; ſed ab ea non longè. Pauſanias in Atticis: Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόῤῥω, Πλάτωνος μνῆμά ἐστιν.

41 Οὗεν καὶ Ἀκαδημαϊκὴ προσηγορεύθη ἡ ἀπ' αὐτοῦ αἵρεσις] Scripſerat Plutarchus librum, cui titulus fuit: περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὴν ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος Ἀκαδημίαν. auctor Lamprias, in Indice librorum patris. Fortè adverſus hunc librum ſcripſerat Favorinus librum περὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς διαθέσεως, qui Πλούταρχος inſcribebatur: cujus meminit Galenus libro περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας, cap. 1. Is ſcilicet ἀντεφιλοτιμεῖτο καὶ ζῆλον εἶχε πρὸς Πλούταρχον τὸν Χαιρωνέα, εἰς τὸ τῶν συντεταγμένων ἄπειρον. Ita Suidas in Φαβωρῖνος.

Τὸ Ἐνερσιάδων χωρίον] Τὸ ἐν Ἡφαιστιάδων, ceteræ Editiones; nec non Regius Codex: &, meâ quidem ſententiâ, meliùs. Heſychius: Ἡφαιστία. Ἀθηνᾶ, καὶ πόλις τῆς Λήμνου. Ἡφαιστιάδαι, Ἀθηναῖοι. Stephanus: Ἡφαιστία. δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ἐν ᾧ ἦν Ἡφαίστου ἱερόν. ὁ δημότης, Ἡφαιστιάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἡφαιστιάδων· καὶ τὰ λοιπά. καὶ τὸ ἐν Εἰρεσιάδων, malebat Grentemenilius: quia apud Stephanum legere eſt: Εἰρεσίδαι. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Caſaubonus ἐν Ἐροιάδων: ex eodem Stephano: cujus hæc ſunt verba: Ἐροιάδαι. δῆμος τῆς Ἱπποθωντίδος φυλῆς, &c. adde Harpocrationem.

Ἐκ τοῦ Κηφισιάσιν ἱεροῦ] Malim Κηφισιάδων. Κηφισίας tribus fuit, de qua Pauſanias in Bœoticis: apud quem ibidem *Cephiſiades* Eteocles quidam dicitur. Legi poſſet & Κηφισιέων. Harpocration: Κηφισιεύς. δῆμός ἐστι τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς.

Ἀρχέστρατος Φρεάριος] Φρεάπριος reſcribit Caſaubonus. Φρεάῤῥιος voluit dicere. Harpocration: Φρεάῤῥιος. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ἔστι δὲ δῆμος τῆς Λεοντίδος. Stephanus: Φρεάῤῥοι. δῆμος Ἀθήνησι, τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Φρεάρου (γρ. Φρεάῤῥου) Ἀθήνησιν ἐπισήμου Ἥρωος. ὁ δημότης, Φρεαῤῥιος. τὰ τοπικὰ, Φρεαῤῥόθεν, Φρεαῤῥόδε, Φρεαῤῥοῖ. Tamen apud Heſychium, eruditiſſimum Grammaticum: Φρεάριοι. δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. & apud Suidam: Φρεάριος. δῆμος τῆς Λεοντίδος. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Et apud Plutarchum in Themiſtocle: Φρεάριον τὸν δῆμον, ἐκ τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Et in Etymologico: Φρεάριος. δῆμος τῆς Λεοντίδος.

Χολιδεὺς] Legendum eſſe Χολλιδεὺς, patet ex his quæ ſuperiùs diximus, quæ vide. Apud Harpocrationem Χολεῖδαι ſcriptum eſt: Χολεῖδαι. Λυσίας. δῆμος τῆς Λεοντίδος. Corrige Χολλίδαι.

Ἀδειμάντου τοῦ παιδίου] Accipio de filio Adamanti, fratris Platonis filio.

Εἰς τὸ δυνατὸν] Scaliger ad oram libri, εἰς τὸ δηναιὸν. Sed nihil mutandum docet Caſauboni obſervatio, quam vide.

42 Καὶ τὸ Ἐνερσιάδων χωρίον] Legebat Caſaubonus ἐν Ἐροιάδων, ex Stephano in Ἐροιάδαι, cujus hæc ſunt verba: Ἐροιάδαι. δῆμος τῆς Ἱπποθωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐροιάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἐροιάδων, εἰς Ἐροιάδων, ἐν Ἐροιάδων. Etiam Heſychius: Ἐροιάδαι δῆμος τῆς Ἱπποθωντίδος φυλῆς. Nec aliter Suidas. Sed magis placet ἐν Εἰρεσίδων. Idem Stephanus: Εἰρεσίδαι. δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Εἰρεσίδης. τὰ τοπικὰ ἐξ Εἰρεσίδων, καὶ τὰ λοιπὰ οὕτω. Vide Meurſium de Pop. Att. in Voce Εἰρεσίδαι. Et ita Palmerius emendabat.

Δημόστρατος Ξυπετέρων] Legendum Ξυπετεῶν, rectè monuit Caſaubonus: quam lectionem ad oram libri Scaliger quoque annotarat. Stephanus: Ξυπέτη. δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ξυπετεών, ὡς Μακεδών. τὸ τοπικὸν, ἐκ Ξυπετεώνων, εἰς Ξυπετεώνων, καὶ ἐν Ξυπετεώνων. Φιλόχορος δὲ Ξυπετέωνα τὸν δῆμόν φησι διὰ τοῦ ω, καὶ τοῦ ο ἐν τέλει. Etiam infrà apud Laërtium in Zenone Cittieo: Ἵππων Κρατιστοτέλους, Ξυπετεών. ita ibi legendum, non Ξυπετέων. Apud Harpocrationem ſcribitur Ξυπεταίων: Ξυπεταίονες Ὑπερίδης κατ' Ἀρχεστρατίδου. δῆμος τῆς Κεκροπίδος Ξυπέτη, ἀφ' ἧς ὁ δημότης Ξυπεταίων, ὡς Διόδωρος. Et apud Suidam Ξυπεταιωνεύς. δῆμος τῆς Κεκροπίδος Ξυπεταίου, ἀφ' ἧς ὁ δημότης Ξυπεταίων. Corrigendus Heſychius: Ξυπετέα δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. Legendum Ξυπέτη, aut Ξυπεταίη δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς: non enim puto Ξυπετέα eſſe in accuſandi caſu, à Ξυπετεύς.

Φιάλην ἀργυρᾶν, &c. δακτύλιον χρυσοῦν, καὶ ἐνώτιον χρυσοῦν] Apuleius, loco toties laudato: *Patrimonium in hortulo, qui Academiæ junctus fuit, & in duobus Miniſtris, & in patera, quâ Diis ſupplicabat, reliquit: auri tantum quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtavit.* Meminit inauris & Sextus Empiricus adverſus Mathematicos capite 12. Πλάτων, ὁ Φιλόσοφος, Ἀριστοκλῆς πρότερον ἐκαλεῖτο, καὶ ἐτέτρητο τὸ οὖς, ἐλλόβιον φορήσας ὅτ' ἦν μειρακίσκος.

Τύχων] Suidas: Τύχων, Τύχωνος, ὄνομα κύριον. Heſychius: Τύχων· ἔνιοι, τὸν Ἑρμῆν. ἄλλοι δὲ, τὸν περὶ τὴν Ἀφροδίτην. ita emendat Meurſius Athenarum Atticarum II. 14. Vulgò legitur τυχόν. Meurſii emendationem confirmat Auctor Collectionis Vocum, quæ pro diverſo accentu diverſa ſignificant: τύχων, ονος, ὁ περὶ τὴν Ἀφροδίτην θεός.

Βίκταν] An legendum Βιθίαν? Suidas: Βιθίας. ὄνομα κύριον. Aut potiùs, Βιτίαν? Virgilius I. Æneidos: *Tum Bitiæ dedit increpitans.* Ibi Servius: *Per tranſitum, Poenorum nomina introducit.* Nam Bitias claſſis Punicæ fuit Præfectus, ut docet Livius. At Æneidos v. *Bitias* eſt Trojanum nomen. *Tandarus & Bitias, Ideo Alcanore creti. Tum Bitian ardentem oculis, animiſque furentem.* Et 1. Paralipom. IV. 18. Bithia Pharaonis filia fuit, uxor Mered, è tribu Juda.

Ἀντιγραφα] De hac voce dicemus infrà pluribus ad 43
Theophraſtum, ubi de ejus teſtamento.

Ἐπίτροποι] Exequutores teſtamenti. Magnus Cujacius in Tractatu II. ad Africanum: *Teſtamentis conſtitui ſolent Diſpenſatores legatorum, ſive Exequutores teſtamentorum; quos etiam vocavere ἐπιτρόπους, ſicut Tutores pupillorum, aut Curatores adoleſcentium. Et ex ea verbi ambiguitate naſcitur quæſtio in Novella Leonis 68. an Clerici, qui ſacris Conciliis ἐπίτροποι eſſe vetantur, ne adminiſtratione, curaque rerum pu-*

pillarium, avocentur miniſterio ſacro, poſſint tamen eſſe ἐπίτροποι, id eſt, Curatores, & Exequutores teſtamentorum; quod Leo concedit.

Ἐνθάδε δὴ κεῖται, &c.] In Anthologia ſcriptum eſt, Ἐνθάδε κεῖται ἀνήρ. mox, Οὗτος ἔχει πουλὺν, pro τοῦτον ἔχει πλεῖστον.

44 Γαῖα μὲν ἐν κόλπῳ] In Anthologia libro III. tit. εἰς φιλοσόφους; ubi hoc Epigramma relatum eſt, legitur ἐν κόλποις. Sed & ibidem hoc Speuſippi in Platonem diſtichum refertur, his duobus primis verſibus non abſimile:

Σῶμα μὲν ἐν κόλποις κατέχει τόδε γαῖα Πλάτωνος,
Ψυχὴ δ' ἰσοθέων τάξιν ἔχει μακάρων.

Ceterùm, non abſimile epitaphium ſibi fecerat Admetus quidam Poëta.

Γαῖα λάβ' Ἀδμήτου ἐλυτρον. βῆ δ' εἰς θεὸν αὐτός.

Teſtatur Lucianus in Demonacte.

Εἰς Ὄλυμπον] ἐς Ὄλυμπον.

45 Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς Ἀσκληπιὸν, ἥδε Πλάτωνα· τὸν μὲν, ἵνα ψυχὴν. τὸν δ', ἵνα σῶμα σάοι.] Scribit Olympiodorus, poſt mortem Platonis, ejus tumulo hos verſus inſcripſiſſe Athenienſes: quod omnino falſum eſt, ſi verum eſt à Laërtio factos fuiſſe: quod ipſe Laërtius hìc teſtatur. Verba Olympiodori hæc ſunt: ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ, πολυτελῶς αὐτὸν ἔθαψαν οἱ Ἀθηναῖοι. καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ. δύο Ἀπόλλων φῦσ' Ἀσκληπιὸν, ἥδε Πλάτωνα. Τὸν μὲν, ἵνα ψυχήν. τὸν δ', ἵνα σῶμα σάοι. In quibus, legendum videtur, Ἀπόλλων δύο φῦσ' Ἀσκληπιὸν ἥδε Πλάτωνα. Prima in Ἀπόλλων nonnumquam producitur apud Homerum, & alios Poëtas.

46 Μαθηταὶ δ' αὐτοῦ, &c.] Fuere præterea & alii, non commemorati Laërtio. Vide Caſ. & Aldob.

Φίλιππος Ὀπούντιος] De quo ſuprà.

Δίων Συρακούσιος] De quo ſuprà.

Ἀμύκλος Ἡρακλεώτης] Meminit quoque Ælianus inter præcipuos Platonis diſcipulos Variarum Hiſt. III. 19. ſed ibi Ἀμύκλας ſcriptum eſt; & quidem rectiùs.

Ἔραστος καὶ Κόρισκος, Σκήψιοι] Qui & inter Ariſtotelis diſcipulos; ut ad Ariſtotelem docebimus. Ad eos ſcripſit Plato epiſtolam, cujus infrà meminit Laërtius. Hodie non exſtat. Scepſis, urbs eſt Myſiæ minoris, vel Troadis.

Τιμόλαος Κυζικηνὸς] Τιμαῖος dicitur Athenæo lib. XI. cap. ultimo.

Εὐαίμων Λαμψακηνὸς] Eidem ibidem dicitur Εὐάγων.

Πείθων καὶ Ἡρακλείδης Ἀίνιοι] Ita Editio Baſil. Πίθων Stephanica. Πύθων dicitur Demoſtheni Oratione contra Ariſtocratem, & Oratione de Haloneſo, (εἰ γνήσιος μὲν) & Plutarcho adverſus Colotem: & Philoſtrato de Vita Apollonii VII. I. Et ita quoque apud Ariſtotelem Politic. V. 10. Victorius reponebat: ubi vitioſè ſcriptum eſt Πάρων: Πόρων δὲ καὶ Ἡρακλείδης οἱ Αἴνιοι Κότυν διέφθειραν, τῷ πατρὶ τιμωροῦντες. Python & Heraclides fratres fuere: qui à Pop. Athenienſi aureâ coronâ donati ſunt ob Cotyn Thraciæ Tyrannum interfectum. Meminit Demoſthenes dicto loco contra Ariſtocratem: τοὺς ἀποκτείναντας αὐτὸν (Κότυν) Πύθωνα καὶ Ἡρακλείδην, τοὺς Αἰνείους, πολίτας ἐποιήσατε, ὡς εὐεργέτας, καὶ χρυσοῖς στεφάνοις ἐστεφανώσατε, &c. Ubi obſerva Αἰνείους dici, qui Laërtio & Ariſtoteli Αἴνιοι: quam lectionem agnovit Harpocration: Αἰνείους, inquit, Δημοσθένης ἐν τῷ Ἀριστοκράτους. ita emendavimus. Vulgo ἐν τῷ Τιμοκράτους. Quam emendationem, etiam Henrico Valeſio video in mentem veniſſe, in Notis ad Harpocrationem, longo tempore poſt has meas priores Obſervationes in Laërtium editis: in quibus hunc Harpocrationis locum ita emendaveram. Αἴνεια quoque apud Stephanum: Αἴνεια. τόπος Θρᾴκης, ἀπὸ Αἰνείου, &c. ſed cujus ἐθνικὸν ait eſſe Αἰνειεύς. Αἴνειον, verò Αἰνείας, civitatis Tyrrheniæ. Apud Suidam quoque Αἴνιοι ſcriptum eſt: Αἴνιον. καὶ Αἰνία, πόλις. συνέβαινε δὲ τοὺς Αἰνίους πάλαι μὲν στασιάζειν, προσφάτως δὲ κατανεῦσαι, τοὺς μὲν πρὸς Εὐμενῆ, τοὺς δὲ πρὸς Μακεδονίαν. Fuit & urbs Thraciæ Αἶνος, cujus ἐθνικὸν Αἰνίτης. Redeo ad Pythonem atque Heraclidem, fratres Tyrannicidas. De his Plutarchus, dicto loco, etiam inter Platonis diſcipulos meminit. Verba ejus; quia Platonis diſcipulos quoſdam nominat à Laërtio prætermiſſos; placet ſubjungere: Πλάτων δὲ, καὶ καλοὺς μὲν ἐν γράμμασι λόγους περὶ νόμων καὶ πολιτείας ἀπέλιπε, πολὺ δὲ κρείττονας ἐνεποίησε τοῖς ἑταίροις, ἀφ' ὧν Σικελίᾳ διὰ Δίωνος ἠλευθερώθη, καὶ Θρᾴκη διὰ Πύθωνος καὶ Ἡρακλείδου Κότυν ἀνελόντων. Ἀθηναίων δὲ Χαβρίαι στρατηγοὶ καὶ Φωκίωνες ἐξ Ἀκαδημίας ἀνέβαινον. *Plato in ſuis ſcriptis præclaram de legibus & Rep. doctrinam reliquit; multò autem meliora ſocios docuit: quibus uſus Dio, Siciliam liberavit; Pytho & Heraclides, Coty interfecto, Thraciam. Chabrias quoque & Phocion, Imperatores Athenienſium, ex Academia prodierunt.*

Κάλλιππος] De quo Athenæus lib. XI. ſub finem: καὶ Κάλλιππος δὲ ὁ Ἀθηναῖος μαθητὴς καὶ αὐτὸς Πλάτωνος, ἑταῖρος Δίωνος, καὶ συμμαθητὴς γενόμενος, καὶ συναποδημήσας αὐτῷ εἰς Συρακούσας, ὁρῶν ἤδη τὸν Δίωνα ἐξιδιοποιούμενον τὴν μοναρχίαν, ἀποκτείνας αὐτὸν, καὶ αὐτὸς τυραννεῖν ἐπιχειρήσας, ἐπεσφάγη.

Δημήτριος Ἀμφιπολίτης] Non memoratus Laërtio inter Demetrios, in Demetrii Vita.

Σὺν οἷς γυναιξὶ δύο, Λασθένειαι Μαντινικὴ καὶ Ἀξιοθέα Φλιασία] Apuleius: *Multi auditorum ejus utriuſque ſexus in Philoſophia floruerunt.* Olympiodorus in Vita Platonis: πολλοὺς δὲ πάνυ πρὸς μάθησιν ἀφείλκετο, καὶ ἄνδρας, καὶ γυναῖκας ἀνδρείῳ σχήματι παρασκευάζων ἀκροᾶσθαι αὐτοῦ. *Valde autem multos in diſciplinam pertraxit: viros ſimul cum fœminis, quas habitu virili amiciri cœpit, ut illum audire poſſent.* Clemens Alexandrinus Stromat. libro IV. παρὰ Πλάτωνί τε φιλοσόφουν, Λασθένεια ἡ Ἀρκαδία (lege ἡ Ἀρκαδικὴ) καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία. De Axiothea, Themiſtius Orat. IV. cujus locum, quia eſt elegantiſſimus, ſubjiciam: Ἀξιοθέα μὲν γὰρ ἐπιλεξαμένη τι τῶν ξυγγραμμάτων οὓς Πλάτωνι πέποιηται ὑπὲρ πολιτείας, ᾤχετο ἀπιοῦσα Ἀθήναζε ἐξ Ἀρκαδίας, καὶ Πλάτωνος, ἠρώτα, λανθάνουσα ἄχρι πόρρω ὅτι γυνὴ εἴη, ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς τοῦ Λυκομήδους. ὁ δὲ Γεωργὸς ὁ Κορίνθιος τῷ Γοργίᾳ ξυγγενόμενος, (οὐκ αὐτῷ ἐκείνῳ Γοργίᾳ, ἀλλὰ τῷ λόγῳ ὃν Πλάτων ἔγραψεν ἐπ' ἐλέγχῳ τοῦ σοφιστοῦ) αὖ-

τίνα ἀφεὶς τὸν ἀγρὸν, καὶ τὰς ἀμπέλους, Πλάτωνι ὑπέθηκε τὴν ψυχήν, καὶ τὰ ἐκείνου ἐσπείρετο καὶ ἐφυτεύετο. *Nam Axiothea poſtquam è Platonis libris, quos ille de Republica ſcripſit, neſcio quem legiſſet, ſubinde ex Arcadia Athenas profecta eſt, ibique diu pro femina non agnita, ut Achilles Lycomedi, ſic Platoni operam dedit. Agricola verò ille Corinthius, cùm fortè in Gorgiam incidiſſet, (non ipſummet Gorgiam dico; ſed eum librum, quem de convicio Sophiſta idem Plato ſcripſit) illico agrum viteſque deſerens, animum ſuum excolendum Platoni tradidit, doctrinaque illius ſemina ac ſatus excepit.* De Laſthenia, Athen. lib. & cap. 12 φιλήδονος δ' ἦν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος συγγενὴς καὶ διάδοχος τῆς σχολῆς. Διονύσιος γοῦν ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῇ, κατὰ τῆς φιληδονίας αὐτοῦ ἐιπὼν, καὶ φιλαργυρίαν αὐτῷ ὀνειδίζει, καὶ τὸν Λασθενείας τῆς Ἀρκαδικῆς ἔρωτα, ἥτις Πλάτωνος ἠκηκόει. *Voluptuarius quoque Speuſippus fuit, Platonis & ſucceſſor & cognatus; itaque Dionyſius, Siciliæ Tyrannus, in ſua ad eum epiſtola, voluptatis ſtudium reprehendit, avaritiam exprobrat, & amorem Arcadicæ Laſtheniæ, quæ Platonem audiebat.* & lib. VII. cap. 5. ἀσπάζονται δὲ οὐ μόνον οἱ Ἐπικούρειοι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ οἱ Κυρηναϊκοὶ, καὶ Μνησιστράτειοι δὲ καλούμενοι· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι ζῆν μὲν ἡδέως χαίρουσιν, ὡς φησι Ποσειδώνιος· οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἂν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος ἀκουστὴς καὶ συγγενὴς. Διονύσιος γοῦν ὁ τύραννος ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς, καὶ τὰ τῆς φιληδονίας αὐτοῦ διεξερχόμενος, ἔτι τε τῆς φιλαργυρίας, ἠνείσθαι τε παρὰ πολλῶν αὐτὸν διελέγχων, ὀνειδίζει καὶ τὸν Λασθενείας τῆς Σαρδικῆς ἑταίρας ἔρωτα. *Non ſolùm autem Epicurei voluptatem amplexantur, verùm etiam Cyrenæi, & quos* Mneſiſtratios *appellant. Hi namque, ut auctor eſt Poſidonius, voluptuariâ vitâ gaudent. Ab iis Speuſippus, Platonis auditor & cognatus, procul non aberat. Itaque Dionyſius Tyrannus ſuis ad eum Epiſtolis cùm ejus avaritiam, voluptatisque ſtudium verbis exequutus fuiſſet, pecuniam à multis corraſiſſe objicit, Laſtheniæ Sardianæ meretricis amorem exprobrat.* Ubi pro Σαρδικῆς, quæ vox nihili eſt (dicitur enim Σαρδιανὸς & Σαρδιανικὸς à Σάρδις: Σαρδῶος, aut Σαρδώνιος, aut Σαρδωνικὸς à Σαρδὼ: Σαρδαῖος aut Σαρδαιεὺς à Σάρδιον: Σαρδήσιος à Σάρδησος) lego Ἀρκαδικῆς, ut in loco libri XII. Etiam Laſtheniam Μαντινικὴν vocat Diogenes noſter. Eſt verò Μαντίνεια urbs Arcadiæ, cujus ἐθνικὸν Stephano eſt Μαντινεὺς & Μαντινὶς, & κτητικὸν Μαντινικός. quare Caſaubono aſſentior Μαντινὶς hoc loco apud Laërtium pro Μαντινικὴ reſcribenti.

Χαμαιλέων] Chamæleon Peripateticus, Heraclîâ Ponticâ oriundus; de quo videndi Voſſius & Jonſius.

Πολέμων] Quis ille Polemon? nam plures fuere hoc nomine. An Hiſtoricus?

Δημοσθένη] Idem teſtatur Cicero; cujus loca profert Aldobrandinus.

Σαβῖνος] Sabinus Sophiſta, qui ſub Hadriano vixit: 47
de quo Suidas. Vide hîc Caſaubonum.

Φιλοπλάτωνι δὲ σοι δικαίως ὑπαρχούσῃ] Arria vocabatur femina illa cui opus ſuum Laërtius dicavit. Hujus meminit auctor libri de Theriaca ad Piſonem cap. 2. qui liber vulgò Galeno tribuitur, ſed quem non eſſe Galeni pluribus, poſt Jonſium, probat vir multæ doctrinæ Philippus Labbæus in Elogio Hiſtorico Galeni, quod Jacobo Mentelio Medico Pariſienſi, amico noſtro, nuncupavit, & quod publici juris fecit nuper idem Mentelius. Verba auctoris de Theriaca ad Piſonem ſic Latinè ſonant: (non enim textus Græcus ad manum erat) *amicam verò præ ceteris mihi Arriam eximiè commendatam ab ipſis Imperatoribus, quòd Philoſophiæ diligenter operam daret, & Platonis lectione imprimis delectaretur, non leviter olim ægrotantem ſanarunt.* Imperatores illos, de Severo & Caracalla accipiebat Jonſius, quem vide omnino de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. libro III. cap. 12. Vide & Thomam Reineſium Var. Lect. lib. II. cap. 12. & nos ſupra ad Laërtii proœmium. Occurrit verò vox φιλοπλάτων apud Suidam: ſed ſine interpretatione. Damaſcius autem, qui & ipſe Φιλοσόφων Ἱστορίαν, quemadmodum Laërtius noſter, ſcripſerat; quod nobis ſuprà ad Laërtii Proœmium fuit obſervatum; & ipſe quoque, quemadmodum Laërtius, Philoſophicam ſuam Hiſtoriam feminæ dicaverat. *Theodoræ*, femina illa vocabatur. Utrumque teſtatur Photius. Hujus autem Hiſtoriæ Philoſophicæ partem eſſe Iſidori Vitam, quam Photius è Damaſcio exſcripſit, verſimili conjectura Jonſius exiſtimabat.

Καὶ τὴν ἔφεδον τῆς ἐπαγωγῆς] ἀγωγῆς Caſaub.

Τὰ κατ' εἶδος] τὰ, id eſt ταὐτὰ.

Διαλόγους τοίνυν φησὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην] Quod omiſit Laërtius in ejus Vita; ubi tamen eum, ex Ariſtotele, Dialecticæ inventorem facit. Eſt verò Dialectica Dialogo non abſimilis, ut ex definitione utriuſque; quam mox profert Laërtius; manifeſtum eſt.

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν πρώτῳ περὶ Ποιητῶν, Ἀλεξάμενον Στυρέα, ἢ Τήιον] Audiendus Athenæus lib. XI. cap. 15. 48
ὁ τοὺς ἄλλους ἁπλῶς κακολογήσας, ἐν μὲν τῇ Πολιτείᾳ Ὅμηρον ἐκβάλλων, καὶ τὴν μιμητικὴν ποίησιν, αὐτὸς δὲ τοὺς διαλόγους μιμητικῶς γράψας, ὧν τῆς ἰδέας οὐδ' αὐτὸς εὑρετής ἐστιν. πρὸ γὰρ αὐτοῦ τοῦθ' εὗρε τὸ εἶδος τῶν λόγων ὁ Τήιος Ἀλεξάμενος, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ, καὶ Σωτηρίων. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ Ποιητῶν, οὕτως γράφει, Οὐκοῦν, οὐδὲ ἐμμέτρους τοὺς καλουμένους Σώφρονος μίμους, μὴ φῶμεν εἶναι λόγους καὶ μιμήσεις, ἢ τοὺς Ἀλεξαμένου τοῦ Τηίου τοὺς πρώτους γραφέντας, τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων; ἀντικρυς φίσκων ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης πρὸ Πλάτωνος Διαλόγους γεγράφέναι τὸν Ἀλεξάμενον. *Alios præſtantes viros prorſus ac non diſſimulanter aliquando probris & maledictis inſectatus; ut qui libris de Rep. è civitate ſua Homerum expulerit, ac totam imitatricem illam rationem poëſeos, cùm ipſe Dialogos ediditſet hoc modo conſcriptos, non eorum inventor ac primus auctor. Hunc enim ſcriptionis modum ante illum repererat Alexamenus Teius, ut tradunt Nicias Nicaenſis & Soterion. Ariſtoteles libro de Poëtis:* Nonne igitur, *ait*, quos Sophronis Mimos appellant, verſibus comprehenſos, ſermones ac imitationes eſſe fatebimur? aut Alexameni Tei Socraticos Dialogos, qui primi omnium prodierunt? *Quibus certè verbis eruditiſſimus Ariſtoteles planum facit, ante Platonem*

Dialogos ab Alexameno compoſitos fuiſſe. Scripſerat Ariſtoteles de Poëtis libros tres; quorum, præter Athenæum & Laërtium, meminit Macrobius Sat. libro v. Στύρα urbs eſt Eubœæ.

Τοῦ κάλλους] τοῦ καλοῦ, ceteræ Editiones non rectè.

Ἔστι δὲ διάλογος] Excidit vox λόγος, quam agnoſcunt aliæ Editiones: ἔστι δὲ διάλογος, λόγος ἐξ ἐρωτήσεως, &c.

Περί τινος τῶν φιλοσοφουμένων] Atque inde eſt quòd Dialogum *Philoſophiæ filium* appellat Lucianus in Bis Accuſato. ibi eum vide, & in Diſſertatione *Prometheus es in verbis.* τὰ φιλοσοφούμενα tamen in Dialogis Caſtelvetrius minimè probabat. Eum, ſi tanti eſt, vide, ad Poëticen Ariſtotelis.

Διαλεκτική] Adi, ſi placet, Johannem à Wouver libro de Polymathia cap. 20. & 26.

49 Μαιευτικός] Reſpexit Socratis μαιευτικήν. Socrates interrogando, explorabat animi ſenſa; & principia dubitandi, tamquam dolores partum præcurrentes, excitabat; iiſque deinde Homines liberabat; ad veritatem animum eorum perducens; &, ut loquitur Fabius, *parturienti animo obſtetricem agebat.* Plutarchus in Quæſtionibus Platonicis: Σωκράτης ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπεριῶν, ὥσπερ ὠδίνων, τοῖς νέοις ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει τὰς ἐμφύτους νοήσεις. καὶ τοῦτο μαιευτικὴν τέχνην ἀνόμαζεν. Ipſe Socrates apud Platonem, in Theæteto, ſe obſtetriciam exercere ait; ſed quæ viris, non feminis, inſerviat, & quæ animos, non corpora inſpiciat.

50 Δραματικοὺς] Quos διηγηματικοῖς præferre videtur Cicero: ita enim ille Procœmio Dialogi de Amicitia, C. Fannium inter, Q. Mucium, & Lælium: *quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne* inquam, & inquit, *ſæpius interponeretur: atque ut tamquam à præſentibus coram haberi ſermo videretur.* Scripſerat Galenus περὶ τῆς ἐν τοῖς διαλόγοις συνευσίας. Videndus autem Carolus Sigonius Tractatu de Dialogo, & Caſtelvetrius ad Ariſtotelis Poëticam. Hæc porrò Dialogorum diviſio, à Poëmatum diviſione ſumpta eſt; de qua Diomedes libro III. *Poëmatis genera ſunt tria: aut enim activum, vel imitativum; quod Græci* δραματικὸν *vel* μιμητικὸν: *aut narrativum, vel enunciativum; quod Græci* ἐξηγητικὸν *vel* ἀπαγγελτικὸν *dicunt: aut commune vel mixtum; quod Græci* κοινὸν, *vel* μικτὸν, *appellant.*

Ἐπιστολαί] Epiſtolam, tamquam alteram partem Dialogi, vocabat Artemon ille qui exſcripſit Ariſtotelis Epiſtolas. auctor Dionyſius Halicarnaſſeus libro περὶ ἑρμηνείας: Ἀρτέμων μὲν οὖν ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας Ἐπιστολὰς, φησὶν ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ Διάλογόν τε γράφειν καὶ Ἐπιστολάς. εἶναι γὰρ τὴν Ἐπιστολὴν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ Διαλόγου.

Ἐπινομὶς] Ita eleganter quod jam monuimus; Deuteronomium vocat Platonis ſummus imitator Philo. Julius Scaliger Poëtices librum poſtremum ita quoque inſcripſit.

51 Ἀλκιβιάδης] Ἀλκιβιάδκι, Editio Stephani rectè: nam & uterque hodie ſupereſt. & ita vetus codex Sambuci; & noſter Regius. Etiam infrà mentio fit Ἀλκιβιάδου δευτέρου, & Ἀλκιβιάδου τοῦ μείζονος.

Αὐτὸ τοίνυν τὸ δογματίζειν, ἐστὶ δόγμα τιθέναι, &c.] Totum hunc locum exſcripſit Suidas: δογματίζειν ἐστὶ, τὸ δόξαν τιθέναι, (lege τὸ δόγμα) ὡς τὸ νομοθετεῖν, νόμους τιθέναι. δόγματα δὲ ἑκατέρως καλεῖται, τό, τε δοξαζόμενον, καὶ ἡ δόξα αὐτή. τούτων δὲ τὸ μὲν δοξαζόμενον, πρότασίς ἐστιν· ἡ δὲ δόξα, ὑπόληψις· ὁ τοίνυν Πλάτων περὶ μὲν ὧν κατέλιπεν, ἀποφαίνεται, τὰ δὲ ψευδῆ διελέγχει, περὶ δὲ τῶν ἀδήλων, ἐπέχει. καὶ περὶ τῶν αὐτῷ δοκούντων, ἀποφαίνεται διὰ τεσσάρων προσώπων, Σωκράτους, Τιμαίου, Ξένου. (γρ. Ξένων, non enim quatuor perſonæ eſſent, ſed tres tantùm. In Codice Regio legitur τοῦ Ἀθηνεξίνου: unde ſuſpicari licet ſcripſiſſe Suidam, τοῦ Ἀθηναίου ξένου, τοῦ Ἐλεάτου ξένου, quemadmodum apud Laërtium legitur.) εἰσὶ δ' οἱ Ξένοι, οὐχ, ὥς τινες ὑπέλαβον, Πλάτων καὶ Παρμενίδης, ἀλλὰ πλάσματά ἐστιν ἀνώνυμα. Περὶ δογμάτων, οἱ μὲν, &c. ita legendus & interpungendus hic locus.

Καὶ περὶ μὲν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποφαίνεται διὰ τετ- 52
τάρων προσώπων, &c.] Sedulò igitur in Dialogis Platonis legendis diſtingendum, quæ Platonis, quæ aliorum ſit ſententia.

Οἷον Θρασύμαχον, Καλλικλέα, &c.] De quibus conſule Aldobrandinum.

Πλείστῳ χρῆται τῷ τῆς ἐπαγωγῆς τρόπῳ] Fabius 53
Inſtit. Orat. v. cap. xi. *Nam illa, quâ plurimùm Socrates eſt uſus, hanc habuit viam, cùm plura interrogaſſet, quæ confiteri adverſario neceſſe eſſet; noviſſime id de quo quærebatur, inferebat, cui ſimile conceſſiſſet, id eſt inductio:* & quæ ſequuntur.

Τῷ σῷ πατρὶ] Lego, τοῦ σοῦ πατρὸς, ut infrà legitur.

Ὁ δὲ τὸ καθόλου διὰ τοῦ ἐπὶ μέρους πιστούμενος] Re- 54
ctè. Non rectè autem Editio Baſileenſis, ὁ δὲ, τὸ καθόλου διὰ τοῦ ἐπὶ μέρους· καὶ ἔστιν, &c. & Stephani Editiones, ὁ δὲ πιστούμενος τοῦ καθόλου διὰ τοῦ ἐπὶ μέρους. De quo monuerat quoque H. Stephanus.

Ὥσπερ δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πρότερον μὲν ὁ χο- 56
ρὸς διεδραμάτιζεν, &c.] Difficillimum hunc locum explicat omnium optimè acutiſſimus Caſtelvetrius, ad Poëticam Ariſtotelis. Verba illius, quia non omnium manibus teritur ille liber, placet hîc adſcribere: *Cioè*, inquit, *nella Tragedia il Choro ſolo rappreſentava, intendendo per lo Choro tutte le perſone de' Rappreſentatori, che ſono introdotte nella Tragedia, o nella Comedia operare, ſi come lo 'ntende Platone nel ſuo commune, & eſſo Ariſtotele poco appreſſo, quando dirà* καὶ γὰρ χορὸν Κωμῳδῶν ὀνέ ποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν: *il quale Choro Terentio domanda* gregem. *Et intende Lærtio di dire, che la Tragedia ſi rappreſentava ſenza ballo, & ſenza canto, & ſenza ſuono, non introducendoſi in palco altre perſone che l' attive, o l' operanti, ſi come a noſtri dì alcuna volta s' è fatto. Et poi dice il detto Lærtio, che poſcia Theſpi trovò ἕνα ὑποκριτὴν, cioè, una maniera di Contrafacitori, che egli domanda uno Contrafacitore: percioche una perſona ſola contrafaceva, ballando, cantando, & ſonando inſieme, l' attione della Tragedia. Et quando dico una perſona ſola, intendo ſola avendo riſpetto alle tre coſe, ballo, canto, & ſuono, fatte da una ſola perſona inſieme, concioſiacoſa-*

che foſſe una moltitudine, ciaſcuno della quale faceſſe ciò. Et ſoggiugne, che Theſpi trovò queſto uno Contrafacitore, per fare che il Choro haveſſe riposo, nè foſſe in continua attione, ſi che, quando ſi ballava, ſi cantava, & ſi ſonava, non ſi recitava la Tragedia, ſi come diſſe Ariſtotele di ſopra, e dirà di ſotto. Et appreſſo ſoggiugne, che Eſchilo trovò il ſecondo Contrafacitore; cioè, una altra maniera di Contrafacitori. concioſiacoſache veggendo Eſchilo, come è veriſimile, che il ballo impediva il canto, e'l ſuono, facendo una perſona ſola queſte tre coſe inſieme per lo movimento, divideſſe il ballo dal canto & dal ſuono. & volle che i Ballatori ballaſſero ſolamente, & una altra maniera di Contrafacitori cantaſſe, e ſonaſſe inſieme. Et queſto è quello che intende di ſignificare Ariſtotele, quando dice che Eſchilo tirò la moltitudine de' Contrafacitori da una a due: cioè, di quella che ballava, cantava e ſonava inſieme; laquale era una; fece due, ſeparando il ballo dal canto e dal ſuono, e volendo, che una moltitudine ballaſſe ſolamente, & un' altra cantaſſe, e ſonaſſe inſieme. Ultimamente dice il predetto Laërtio, che Sofocle trovò il terzo Contrafacitore; cioè, la terza maniera de' Contrafacitori; dividendo i Cantori da' Suonatori, ſi come Eſchilo aveva diviſi i Ballatori da' Cantori, e da' Suonatori. e queſto ſteſſo afferma Ariſtotele poco appreſſo; dicendo, τρεῖς δὲ Σοφοκλῆς. cioè, Sofocle operò che i Contrafacitori foſſero tre; cioè, tre maniere; una de' Ballatori; un' altra de' Cantori; & un' altra de' Suonatori. dove prima per Theſpi non erano ſe non una, che conteneva Ballatori, Cantori, & Suonatori inſieme; & per Eſchilo due: cioè, una che conteneva Ballatori ſoli, & un' altra che conteneva Cantori e Suonatori inſieme, &c.

Δεύτερον δὲ ὁ Σωκράτης προσέθηκε τὸν ἠθικόν.] Id, ante Socratem, præſtiterat Pythagoras.

Θρασύλαος] Θρασύλος, Editio Baſileenſis & Stephanica, nec non MS. Regius. Legendum, Θράσυλλος, ut ſuprà monuimus: ubi plura de Thraſyllo: & ita infrà legitur, in Democrito; ubi & hujus Πλάτωνος τετραλογίας meminit Laërtius: τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν οὕτως, ὥσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν. Integrum autem hunc Laërtii locum exſcripſit Suidas in τετραλογία, uſque ad hæc verba, δευτέρα τετραλογία: poſt quæ, ſubjungit: καὶ τὰ ἐφεξῆς ἐν τῷ βιβλίῳ Λαερτίου Διογένους περὶ βίων Φιλοσόφων.

Τέτρασι δράμασιν ἠγωνίζοντο, &c.] Non igitur ſingulis Fabulis certabant, ſed ternis vel quaternis. Si ternis, τριλογία; ſi quaternis, τετραλογία dicebatur. τετραλογίᾳ certaſſe Platonem, ſcribit Ælianus Var. Hiſt. libro II. cap. 30. Tamen Sophocles ſingulis Fabulis certavit. De eo Suidas: ἦρξε τοῦ δρᾶμα πρὸς δρᾶμα ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ μὴ τετραλογίαν. Hujuſmodi autem certamina non niſi poſt Theſpidos tempora cœpiſſe, refert Plutarchus in Solone. De his ſcripſerat Dicæarchus. De Dionyſiis, Lenæis, Panathenæis, Chytris, videndus Meurſius in Græcia Feriata.

Εἰσὶ τοίνυν, φησὶν, οἱ πάντες αὐτῷ γνήσιοι διάλογοι, ἓξ καὶ πεντήκοντα, &c.] Suidas quoque: εἰσὶ δὲ οἱ γνήσιοι αὐτοῦ διάλογοι πάντες νς'. ὧν οἱ μὲν, φυσιολογικοί· οἱ δὲ, ἠθικοί· οἱ δὲ, διαλεκτικοί. καὶ ἡ μὲν Πολιτεία διαιρεῖται εἰς βιβλία ι'. οἱ δὲ Νόμοι, εἰς ιβ'. τετραλογίαι δὲ λοιπαὶ θ'.

Τῆς μὲν Πολιτείας εἰς δέκα διαιρουμένης (ἣν καὶ εὑρίσκεσθαι σχεδὸν ὅλην παρὰ Πρωταγόρᾳ ἐν τοῖς Ἀντιλογικοῖς; φησὶ Φαβωρῖνος ἐν Παντοδαπῆς Ἱστορίας δευτέρῳ)· τῶν δὲ Νόμων, εἰς δυοκαίδεκα.] Fuit autem Philoſophus quidam nomine *Philoſophus*, qui libros illos Platonis de Legibus in partes duodecim diviſit: nam eos Plato in tredecim diviſerat. Teſtatur id Suidas: cujus hæc ſunt verba: Φιλόσοφος, ὃς τοὺς τοῦ Πλάτωνος Νόμους διεῖλεν εἰς βιβλία ιβ'. τὸ γὰρ ιγ' αὐτὸς προσθεῖναι λέγεται in quibus ſegendum, τοὺς γὰρ εἰς ιγ' αὐτὸς προθεῖναι λέγεται. Addit Suidas, Philoſophum illum nomine *Philoſophum*, Socratis & Platonis auditorem fuiſſe, & plurimos libros; quos ille recenſet; ſcripſiſſe. De eo altum apud alios Scriptores ſilentium: nam qui eo nomine apud Lucianum appellatur, Φίλων appellandus, non Φιλόσοφος, ut infrà ad docemus.

Διπλαῖς δὲ χρῆται ταῖς ἐπιγραφαῖς ἑκάστου τῶν βιβλίων, &c.] Ita Satiræ Menippeæ Varronis, erant ut plurimùm, binomines.

Παρμενίδης, ἢ Περὶ ἰδεῶν,] Περὶ θεῶν, non Περὶ ἰδεῶν, inſcribendum putavit hunc Dialogum Marinus Platonicus, Procli διαδόχου auditor & ſucceſſor. Ita Proclus, κατ' ἐξοχὴν, cognominatus eſt à Platonicis; quia inter alios Platonis ſucceſſores præcipuè floruit. Hunc, inquam, Dialogum ita inſcribendum putavit ille. Suidas in Μαρῖνος: ἤδη δὲ καὶ πρότερον δι' ἐπιστολῆς ἐκοινώσατο πρὸς Ἰσίδωρον, τὴν ἑαυτοῦ δόξαν τῶν εἰς Παρμενίδην ὑποθέσεών τε, καὶ ἐξηγήσεων, τά τε ἐπιχειρήματα συντάξας, ἔπεμψεν, οἷς ἐπείσθη μὴ εἶναι τὸν διάλογον Περὶ θεῶν ὁ Μαρῖνος, ἀλλὰ περὶ εἰδῶν. ἐφ' ᾧ καὶ ὑπομνήματα κατεβάλετο τοῦτον ἐξηγούμενα τὸν τρόπον τὰς Παρμενίδου διαλεκτικὰς ὑποθέσεις. 58

Ἴππαρχος, ἢ Φιλοκερδὴς] Malè Editio Baſilienſis, ἢ περὶ φιλοκερδοῦς. An ſit Platonis Dialogus ille, dubitat Ælianus Var. Hiſt. VIII. 2. λέγει δὲ Πλάτων ταῦτα. εἰ δὴ ὁ Ἵππαρχος Πλάτωνός ἐστι τῷ ὄντι. Ita legendus hic locus, ex emendatione Tanaquilli Fabri, quem vide.

Νυκτερινὸς σύλλογος] Hanc ἐπιγραφὴν non agnoſcunt Platonis Codices editi. 59

Μενέξενος, ἢ Ἐπιτάφιος] Inde Latinus epitaphius in lemmate epigrammatis Martialis. 60

Ἐπιστολαὶ τρισκαίδεκα] Totidem ſuperſunt: quas inter tamen deſideratur Epiſtola ad Eraſtum & Coriſcum, cujus meminit Clemens Strom. v. & Origenes contra Celſum libro VI. Sed quæ οὐ γνησία, & à Chriſtianis ſuppoſita, videtur. Decima tertia, quæ eſt ad Dionyſium, etiam pro notha habetur. Porrò de Epiſtolis Platonis, audiendus Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus Epiſt. 207. ad Amphilochium Cyzici Metropolitanum. Οἱ μὲν ἄλλοι τοῦ Πλάτωνος λόγοι τοῦ πολιτικοῦ λόγου πεφύκασι γνώμονες, πλὴν εἴ τι κατ' ἐκλογὴν ὀνομάτων ἐνιαχοῦ παρημέλληται. αἱ δὲ τούτου Ἐπιστολαὶ, ἴσον τε τῆς ἐκεί- 61

57

νευ λογιότητος, καὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου τύπου ἀπολείποντιν. Αἱ δὲ γε τοῦ Ἀριστοτέλους, τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῦ γραμμάτων εἰσὶ πῶς λογοειδέστεραι (ita legendum) πλὴν οὐδὲ ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξισάζουσι. Δημοσθένους δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πόνοι καὶ Ῥητόρων καὶ Κριτικῶν ἐγκωμίοις πληροῦσι τὰ στόματα· τὰς Ἐπιστολὰς δὲ, οὐδὲν ἀμείνους εὑρήσεις τῶν Πλάτωνος. *Ceteri Platonis ſermones, gnomones quidem ſunt politici ſermonis; niſi quod verborum electio nonnumquam negligitur. At Epiſtolæ ejus, non minùs ab ejus in dicendo facultate remotæ ſunt, quàm à forma epiſtolari. Ariſtotelis autem ferè ſunt ceteris ejus operibus ad ſermonem familiarem propiùs accedentes: tamen Platonicas non exæquant. Demoſthenis autem opera cetera & Rhetorum & Criticorum encomiis oratimplent: ſed nihilo meliores quàm Platonis, ejus Epiſtolas reperies.* Ità verti debet hic locus, quem non cepit doctiſſimus Interpres, Richardus Montacutius.

Ἐν αἷς ἔγραφεν, Εὖ πράττειν (Ἐπίκουρος δὲ, Εὖ διάγειν. Κλέων, Χαίρειν)] Hæc ſapiunt additamentum. Sed ad rem. De Platone, Plato ipſe Epiſtolâ ad Dionyſium tertiâ: Διονυσίῳ χαίρειν, ἐπιστείλας, ἆρ' ὀρθῶς τυγχάνοιμι τῆς βελτίστης προσρήσεως, ἢ μᾶλλον, κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν, γράφων Εὖ πράττειν, ὥσπερ εἴωθα ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοὺς φίλους προσαγορεύειν, &c. *Petis, an rectiùs ponatur in ſalutationibus*, Plato Dionyſio gaudere, *an, quemadmodum ego ſolitus ſum ſcribere ad amicos.* Bene agere. Hæc verba, ὥσπερ εἴωθα ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς τοὺς φίλους προσαγορεύειν; ut hoc obiter moneam; horum κατὰ τὴν ἐμὴν συνήθειαν interpretamentum eſſe puto. Pergamus. Lucianus, Pro eo quòd inter ſalutandum verbo lapſus fuerat: ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς Πλάτων, ἀνὴρ ἀξιόπιστος, νομοθέτης τῶν τοιούτων· τὸ μὲν χαίρειν κελεύει καὶ πάνυ ἀποδοκιμάζειν, ὡς μοχθηρὸν ὄν, καὶ οὐδὲν σπουδαῖον ἐμφαῖνον. τὸ δ' εὖ πράττειν ἀντ' αὐτοῦ εἰσάγει, ὡς κοινὸν σώματός τε καὶ ψυχῆς εὖ διακειμένων σύμβολον. *Sed mirabilis ille Plato, vir fide dignus, & Legiſlator, hoc verbum* ſalvere, *jubet planè improbare tamquam malum, nihilque ſerium præ ſe ferens. Ejus autem loco verbum* bene agere *introducit; tamquam commune, corporis animique bene affectorum ſymbolum.* Ariſtophanis Scholiaſtes ad hæc, è Nubibus, Πρῶτα μὲν Χαίρειν Ἀθηναίοισι, &c. Τὸν Κλεωνά φασιν ἀπὸ τῆς Πύλου καὶ Σφακτηρίας τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιστέλλοντα, Χαίρειν προσθεῖναι, ὅπερ γέγονεν ἐκ χρήσει. Πλάτων μέν τοι ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπιστολῶν, τὸ Εὖ πράττειν προὐθηκεν, οἱ δὲ Πυθαγόρειοι, τὸ Ὑγιαίνειν. καὶ τό γε τριπλοῦν τρίγωνον, τὸ δι' ἀλλήλων τὸ πενταγράμμιον, ᾧ συμβόλῳ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, ὑγεία πρὸς αὐτῶν ὀνομάζετο. ἄλλως· ἀρχαῖον ἦν ἔθος προτάσσειν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς χαίρειν. οὐ γάρ, ὥς τινες, Κλέων οὕτως πρῶτος ἐπέστειλεν Ἀθηναίοις ἐκ Σφακτηρίας. Fallitur ergo Thomas Magiſter in Ecloga Atticarum vocum, cùm ait, Platonem χαίρειν primum ſuis Epiſtolis adſcripſiſſe χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ Πλάτων λέγεται γράψαι πρῶτος· καὶ Κλέων Ἀθηναίοις, μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον· ἔνθεν, καὶ τὸν Κωμικὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν, Πρῶτος γ' ἡμᾶς, ὦ Κλέων, χαίρειν προσείπες, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν. ἰστέον δὲ, ὅτι ὡς αἱ τῶν παλαιῶν προσρήσεις, αἱ μὲν ἑωθιναὶ, χαῖρε· αἱ δ' ἑσπερινὰι, ὑγίαινε, &c. Sed Thomas Magiſter ſcripſerat, puto, χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ λέγεται γράψαι πρῶτος Κλέων Ἀθηναίοις. Ita enim apud Mœrin Atticiſtam in Dictionibus Atticis nondum editis, à quo ſuprà allata habuit Thomas Magiſter. Χαίρειν, inquit, ἐν ἐπιστολῇ πρῶτον λέγεται γράψαι Κλέων Ἀθηναίοις, μετὰ τὴν πύλον· (Corrige, μετὰ τὴν Πύλον) ἔνθεν καὶ τὸν Κωμικὸν ἐπισκώπτοντα, εἰπεῖν, Πρῶτος γάρ ἡμᾶς, ὦ Κλέων, χαίρειν προσείπας (Corrige, προσεῖπες) πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν. Etiam Lucianus, ubi de lapſu inter ſalutandum, Cleoni id tribuit: ἐν ἐπιστολῇ δὲ ἀρχῇ, Κλέων, ὁ Ἀθηναίων δημαγωγὸς, ἀπὸ Σφακτηρίας πρῶτος χαίρειν προὔθηκεν, &c. Et Suidas in εὖ πράττειν· εὐπράττειν. οὕτως ἡ ἐπιγραφὴ τῶν ἐπιστολῶν Πλάτωνος. ἔγραψε δὲ ἐπιστολὰς ιγ'. εἰσὶ δὲ ἠθικοῦ εἴδους. εὖ διάγειν· οὕτως Ἐπίκουρος ἐπέγραφε. Χαίρειν δὲ ἐπέγραφε Κλέων. Et in εὖ διάγειν· οὕτως ἐπέγραφεν Ἐπίκουρος. Χαίρειν δὲ, ὁ Κλέων. καὶ εὖ πράττειν, ὁ Πλάτων. Primus igitur Cleon, Athenienſium Tribunus, vocem χαίρειν epiſtolæ fronti appoſuit. Antèà mos erat, ab ipſis rebus epiſtolas exordiri. Vide Lucianum dicto loco. Sed quiſquis tandem ille ſit, qui hanc vocem primus in frontibus Epiſtolarum appoſuit, ex ea conſuetudine, χάρτης nomen natum epiſtolari libro, exiſtimavit Joſephus Scaliger in Animadverſionibus illis eruditiſſimis in Guillandini Commentarium de Papyro: unde quoque Chartam epiſtolarem *Chartam ſalutatricem* Martialem vocare ſcribit. Adde, Hiſpanos, Epiſtolas, etiamnum *chartas* appellare. Sanè Julius Pollux VII. 33. 10. Platonem Comicum χάρτας τοὺς γεγραμμένους dixiſſe obſervat: unde hanc vocem in hac ſignificatione novam fuiſſe temporibus illius Comici, conjicere licet. Malim tamen, τὸ, χάρτης, ἀπὸ τοῦ χαράσσειν deducere: ſive ἀπὸ τοῦ χαίρειν, hoc eſt τραχύνειν· à quo & τὸ χαράσσειν quoque deducit Auctor Etymologici Magni: ſive potius, ἀπὸ τοῦ κείρειν, *tondere.* κείω, κέχαρμαι, κέχαρται, χάρτης. id eſt, *pellis detonſa.* Ad Epicurum quod attinet, non εὖ διάγειν; ut hoc loco; ſed εὖ πράττειν καὶ σπουδαίως ζῆν ἄριστον, in Epiſtolis poſuiſſe ſcribit infrà Laërtius, in Epicuro. Verba ejus ſunt: καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἀντὶ τοῦ χαίρειν, εὖ πράττειν, καὶ σπουδαίως ζῆν ἄριστον. In quibus, parens Philoſophiæ, Gaſſendus, pro ἀντὶ τοῦ reſcribebat ἐτίθη· falſum eſt quippe, inquiebat, Epicurum Epiſtolis ſuis χαίρειν non adſcripſiſſe, ut conſtat vel ex iis quas profert Laërtius; nec non ex Ciceronis interpretatione, cùm epiſtolam retulit quam moriens ab Hermachum ſcripſit Epicurus. At ego, ἀντὶ τοῦ rectum eſſe, non conceſſerim modò, verùm etiam contenderim: nam, ut taceam quòd ita conſtanter habent omnes manuſcripti atque editi; ex his quæ ſuprà retulimus, conſtat Cleonem, non Epicurum, χαίρειν epiſtolis appoſuiſſe. Adde locum Luciani loco memorato: Ἐπίκουρος, ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν, καὶ τὴν ἡδονὴν πρὸ ἁπάντων αἱρούμενος ἐν ταῖς σπουδαιοτέραις ἐπιστολαῖς, (εἰσὶ δ' αὗται ὀλίγαι) καὶ ἐν ταῖς πρὸς φιλτάτους μάλιστα, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ προστάττει, &c. *Epicurus, quamvis hila-*

ritate impenſe delectatus eſt, & voluptatem rebus omnibus anteponebat, in epiſtolis quas de rebus paulò gravioribus ſcripſit; quæ quidem ſunt pauca, & in iis quas ad amiciſſimos potiſſimum miſit; ſtatim à principio bene valere *jubet.* Urget Gaſſendus. Si ἀντὶ τοῦ χαίρειν legeretur, verbum phraſi neceſſarium deeſſet: quod quidem verum eſt, ſi vocem ἄριστον retineamus. Sed cùm hæc hoc loco locum habere non poſſit, certum eſt pro ea aliam ſcripſiſſe Laërtium, quæ ἔγραφεν, vel προὔθηκεν, aut quid ſimile, ſignificaret. Quod autem epiſtolis Epicuri ad Herodotum, ad Pythoclem, & ad Menœceum, χαίρειν adſcriptum legitur; & *gaudere*, epiſtolæ ad Hermachum, apud Ciceronem, videtur eſſe ſcriptoris librarii, qui Epicuri epiſtolas exſcripſit, μνημονικὸν ἁμάρτημα, cùm τὸ χαίρειν ſolennis eſſet amicos in fronte epiſtolarum compellandi formula: quam Alexandrum Magnum poſt victorias Aſiaticas elatiorem, omiſiſſe; ut factum inſolentius; notat Plutarchus. Quin enim tres illæ quas Laërtius exhibet, Epicuri epiſtolæ, ſint σπουδαιότεραι; cùm totam ejus philoſophandi rationem complectantur; dubitari non poteſt. Sed & Herodotum, Pythoclem, & Menœceum, & Hipparchum, amiciſſimos Epicuri fuiſſe, extra controverſiam eſt.

Ἔνιοι δὲ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, εἰς τριλογίας ἕλκουσι τοὺς Διαλόγους, &c.] Platonis Dialogos digeſſere Platonici, ut conſtaret quo ordine legi deberent. Varronis ætate, eumdem ordinem habuiſſe quem nunc retinent, ſcripſit Petrus Victorius Var. Lect. lib. XVIII. cap. 2. quem ea de re diſſerentem, ſi tanti eſt, adi. Sed de eorum ordine, videatur omnino Samuel Petitus Miſcel. lib. IV. cap. 2.

62 Νοθεύονται δὲ τῶν Διαλόγων ὁμολογουμένως, Μίδων, &c.] Sed & Phædonem ſunt qui Panætii Stoici eſſe contendant. Qua de re exſtat hoc in Anthologia epigramma, libro I. titulo εἰς λογογραφίαν:

Εἴ με Πλάτων οὐ γράψε, δύω ἐγένοντο Πλάτωνε·
Σωκρατικῶν ὁἄρων ἔνθεα πάντα φέρω.
Ἀλλὰ νόθον μ' ἐτέλεσσε Παναίτιος· ὃς ῥ' ἐτάλασσε
Καὶ ψυχὴν θνητὴν, καμὲ νόθον τελέσαι.

Etiam Alcibiades ſecundus à nonnullis refertur ad Xenophontem, teſte Mureto in Oratione VI.

Ἐρυξίας ἢ Ἐρασίστρατος] Diverſi Dialogi ſunt Suidæ; à quo Æſchini Socratico tribuuntur. eum vide, in Αἰσχίνης.

Ἀξίοχος] Eſt verò Æſchinis hic Dialogus. Suidas in Ἀξίοχος· Ἀξίοχος. Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ ἐγράφη Ἀξίοχος καλούμενος. Πλάτωνος ἐπιγέγραπται. Meminit & in Αἰσχίνης. Harpocration quoque: Ἀξίοχος. Αἰσχίνῃ τῷ Σωκρατικῷ Διάλογος ἐγράφη, Ἀξίοχος καλούμενος. Vide nos ſuprà ad Æſchinem.

Δημοδόκος] De quo addubitat Clemens Alexandrinus στρωματέων libro primo; his verbis: κἂν τῷ Δημοδόκῳ· εἰ δὴ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα.

Ὧν ἡ Ἀλκυὼν, Λεόντός τινος εἶναι δοκεῖ, καθά φησι Φαβωρῖνος, &c.] Idem teſtatur & Nicias Nicæenſis apud Athenæum lib. XI. ἔν τε τῷ πρότερῳ τῶν εἰς αὐτὸν Ἀπολόγων, (ὁ γὰρ δεύτερος ὑπό τινων Ξενοφῶντος εἶναι λέγεται, ὡς καὶ ἡ Ἀλκυὼν Λέοντος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεύς, &c. An ille eſt Dialogus, qui inter opera Luciani editur? ita videbatur Antonio Mureto in Oratione IV. Ceterùm, mirum eſt Laërtium Platonis ὄρων non meminiſſe, qui etiamnum exſtant, & quos Platonis eſſe non dubitabat Caſaubonus ad Theophraſti Characteres cap. περὶ κολακείας. Ex Platone citat quædam Ariſtoteles, quæ hodie apud Platonem non comparent, ut idem Caſaubonus ad Athenæum obſervavit.

Ὀνόματι δὲ κέχρηται ποικίλοις, πρὸς τὸ μὴ εὐσύνοπτον εἶναι τοῖς ἀμαθέσι τὴν πραγματείαν] Scripſerat Timæus Lexicon περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων, memoratum Photio in Bibliotheca. Sed præter Timæum, plures περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων tractaſſe, obſervabat Marquardus Gudius, amicus noſter. Laudat Photius Βοηθοῦ λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον· & hanc dicit longè præſtantiorem fuiſſe ipſo opere Timæi. Locus illuſtris eſt timem. CLIV. CLV. Bibl. Harpocration Argivus, Platonicus Philoſophus, Cæſaris victor, præter ampliſſimos in Platonem Commentarios, verborum Platonicorum libros duos conſcripſit. auctor Suidas. Huc referri debent, qui unius tantùm artis, aut ſcientiæ, vocabula in Platone explicarunt. Clearchus, τὰ ἐν τῇ Πλάτωνος Πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένα, enodavit. Theodori Solenſis librum de Mathematicè dictis in Platone, citat Plutarchus libello De animæ procreatione, & libello De oraculorum defectu. Philippus Mendæus omnia loca Mathematica, quæ in operibus Platonis, præceptoris ſui, obſervaverat, ſingulatim excerpſit & expoſuit. Theon Smyrnæus etiam peculiari libro tractavit quæ Mathematica ad Platonis lectionem utilia ſint. Galenus ea quæ in Timæo Platonis ἰητρικῶς λέγονται, explicavit. Meminit lib. 8. De ſcriptis Hipp. & Plat. num. 13. Ita ipſe Plutarchus vocabula quædam Platonica ſingulari tractatione illuſtraverat. περὶ τοῦ γεγονέναι κατὰ Πλάτωνα, τὸν κόσμον. ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνος Θεαγένους, τί κατὰ Πλάτωνα τέλος, &c. Docemur ex Lampriæ catalogo. His addo, Metrophanem Lebadenſem, Sophiſtam, Corneliani Rhetoris filium, qui Περὶ τῶν χαρακτήρων Πλάτωνος ſcripſit, teſte Suida in Μητροφάνης. Petrus Petitus ſimiliter, Lexicum vocum Ariſtotelicarum, quæ ad Philoſophiam attinent, conſcripſit, brevi in lucem proditurum.

Κοινῶς δὲ λέγεται παρ' αὐτῷ σοφία καὶ ἡ πᾶσα ἐμπειρία. εἶσι, &c.] Conſule Caſaubonum.

Ὁ γοῦν φαῦλος λέγεται παρ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς καὶ παρὰ Εὐριπίδῃ ἐν Λυκιμνίῳ, &c.] Meminit Auctor Etymologici in Voce φαῦλος· φαῦλον, σημαίνει δέκα. τὸ ἁπλοῦν. Εὐριπίδης Λικυμνίᾳ, (lege Λυκιμνίῳ)

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθά.

(Lege ἀγαθὸν) ἁπλοῦν καὶ ἀπονήνευκτον λέγεται (lege καὶ ἀπόνηρον, vel potiùs καὶ ἀπονήρευτον.) ἔστι δ' ὅτε τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ τυχόντος. Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, φαῦλον πρᾶγμα ἐπιζητεῖς. (lege ἔφη, ζητεῖς.) καὶ φαῦλον πρᾶγμά ἐστι, τὸ τυχὸν πρᾶγμα. καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς, πρὸς τὸ οὕτω τυχόν. Πλάτων, Πρᾶγμα δ' ἔσται, ὡς ἔοικεν, οὐ φαῦλον, οὐδὲ μικρᾶς 63

δὲ μικρᾶς δεόμενον ἀρετῆς. τάττοιτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μοχθηροῦ, ὅταν ἀντιδιαστέλληται πρὸς τὸ σπουδαῖον. τεθείη ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν, (Corrige Αἰχμαλώτοις)

Εἰ μικρὸς ὢν, τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω.

καὶ ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου. Πλάτων Πολιτικῶν πρώτῳ, καὶ φαῦλόν γε, ἔφη, ἴσως αὐτοῖς προστάξομεν, καὶ τούτων (lege τούτου) δ' ἔτι ἐγὼ φαυλότερον. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ εὐκαταφρονήτου, &c. Meminit & Suidas: φαῦλον. τὸ ἁπλοῦν, εὐχερές· καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Λυκιμνίᾳ,

Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιστ' ἀγαθός.

(Corrige ἀγαθόν) ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον λέγων. ἔστι δ' ὅτε τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ. Πλάτων ἐν Φαίδωνι (in MS. Regio ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, quod idem eſt) φαῦλον πρᾶγμα, ἔφη, Κέβης, ζητεῖς. τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ τυχόντος· οἷον, φαῦλον πρᾶγμα. καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς τεθείη ἂν πρὸς τὸ οὐτω τυχόν. Πλάτων, Πρᾶγμα δ' ἔσται, ὡς ἔοικεν, οὐ φαῦλον, μικρᾶς δεόμενον ἀρετῆς. τάττοιτο δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μοχθηροῦ, ὅταν διαστέλληται πρὸς τὸ σπουδαῖον, ὡς Πλάτων, Δοῦλοι γὰρ δεσπόταις οὐδὲ ποτ' ἂν γένοιντο φίλοι, οὐδ' ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγενόμενοι, φαῦλοι καὶ σπουδαῖοι. τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν (lege Αἰχμαλώτοις, aut, ut legitur in Codice Regio, Αἰχμαλώτοισιν)

Εἰ μικρὸς ὢν, τὰ φαῦλα νικήσας ἔχω.

καὶ ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου. Πολιτείας τετάρτῳ (πρώτῳ eſt apud Etymologiſtam) Καὶ φαῦλόν γε, ἔφη, ἴσως αὐτοῖς προστάξομεν, καὶ τούτου δ' ἐγὼ ἔτι φαυλότερον. τάττεται καὶ ἐπὶ τοῦ μικροῦ, καὶ εὐκαταφρονήτου, ὡς Δημοσθένης ἐν κατὰ κόνωνος, &c. corrige ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. Euripideæ Fabulæ quæ Λυκίμνιος inſcripta fuit, præter memoratos Scriptores, meminit Ariſtophanis Scholiaſtes in Avibus; Macrobius Saturn. lib. I. cap. 18. Heſychius in θριάζειν: & Stephanus in Γευθράντιος: ſed apud quem vitioſè quoque ſcriptum fuit Αυκυμνία.

Πᾶσαν ἐν ἔργῳ περιταμνόμενον σοφίαν] Lege

Πᾶσαν ἐν ἔργῳ περιταμνόμενον

Σοφίαν, &c.

ſunt enim anapæſtici verſus.

64 Καὶ περὶ τοῦ καλοῦ] Καὶ ἐπὶ τοῦ καλοῦ, Editio Stephanica, & Regius Codex. Caſaubonus emendabat, καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ. rectè, ut ex citatis Suidæ & Etymologici locis apparet: quamquam φαῦλος pro καλὸς, interpretatur Heſychius: φαῦλον. ἀδρὸν, καλὸν, εὐειδές.

Πολλάκις δὲ καὶ διαφέρουσιν, &c.] Suidas in Voce φαῦλος· Πλάτων κέχρηται ἐπὶ διαφερόντων σημαινομένων τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν, οἷον ὁ φαῦλος. De hac Platonis in uſurpandis nominibus ἀδιαφορίᾳ & libertate, videatur omnino Heinſius ad Maximum Tyrium, Diſſertat. XI.

Τὴν οὖν ἰδέαν, καὶ εἶδος ὀνομάζει, καὶ γένος, καὶ παράδειγμα, καὶ ἀρχὴν, καὶ αἴτιον] Idem, Suidas: τὴν ἰδέαν ὁ Πλάτων καὶ εἶδος ὀνομάζει, καὶ γένος, καὶ παράδειγμα, καὶ ἀρχὴν, καὶ αἴτια.

65 Καὶ σημεῖά τινα τοῖς βιβλίοις αὐτοῦ παρατίθενται, &c.] De notis illis, præter Hephæſtionem cap. περὶ σημείων, videndus Epiphanius περὶ μέτρων, & Iſidorus Originum libro I. cap. 20. ex quibus diſces, aliud notas illas in Philoſophorum ſcriptis innuiſſe; aliud in Poëtarum; aliud in Theologorum; & diverſis diverſimodè uſurpatas. Has depictas habes apud Iſidorum, & in calce Caſauboni Annotationum ad Laërtium noſtrum, in editione Stephanica, & apud Leopardum libro XIX. Emendat. cap. 5. De his, ſcripſerat Suetonius. Titulus libri fuit, περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων, ut legimus in Catalogo librorum ejus: quo titulo librum ſcripſerat, teſte Suida, & Diogenes Cyzicenus Grammaticus. Scripſerat, eodem Suida teſte, & Ariſtonicus, Alexandrinus Grammaticus, περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου. item, περὶ σημείων τοῦ Ὁμήρου, teſte, in Voce λύχνος, Etymologici Magni auctore: cui ſimpliciter ἐν Σημείοις citatur in Vocibus ἔρσαι & ὀπή. Etiam Philoxenus Alexandrinus Grammaticus ſcripſit περὶ σημείων τῶν ἐν τῇ Ἰλιάδι, ut eſt apud eumdem Suidam in Φιλόξενος. Uſi ſunt Notis illis & Medicorum filii in libris Hippocratis. De his ſcripſerat Zeno Herophileus, (hoc eſt, qui ſectam Herophili ſequebatur) & poſt eum Apollonius Byblas (an Byblias?) Et in earum explicatione mirè ſeſe torſerunt Veteres, ut teſtatur Galenus Comment. II. in Hippoc. lib. III. de morbis vulgaribus; qui & ipſe in earum interpretatione valde laborat. Has notas acceptas à profanis Criticis, ad divina ſcripta illuſtranda contulit Origenes, ut docet Epiphanius. De his Sixtus Senenſis lib. III.

Χ λαμβάνεται πρὸς τὰς λέξεις καὶ τὰ σχήματα, &c.] Id eſt, Χ *adhibetur, ubi inuſitatior & figurata locutio.* At apud Veteres Grammaticos τὸ χ nota culpæ fuit, ſive χιασμοῦ; ſive vocis inuſitatæ, & novo more poſitæ. Ariſtophanis Scholiaſtes ad illa φαληρικὰς ἀφύας, è Nubibus: Ἀρίσταρχος δ' οὐκ ἀποδέχεται πληθυντικῶς. διὰ τὸ χ. Idem ad illa, ex eadem Fabula,

Ὦ θεώμενοι, κατερῶ πρὸς ὑμᾶς ἐλευθέρως.

ἐχρῆν τὴν λέξιν ὑπὸ τοῦ χ σημειοῦσθαι· ἐχρήσατο γὰρ μετοχῇ ἀντὶ ὀνόματος. Sophoclis Interpres ad Philoctetem: τὸ χ δὲ, ὅτι πάλιν Λαερτίου ἀντὶ τοῦ Λαέρτου. Et Interpres Æſchyli pag. 72. editionis Stephani: τὸ δὲ χι πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ στρατοῦ καὶ τοῦ στρατοπέδου. & pag. 248. τὸ χ δ' ὅτι ἀπὸ ὄψεως παρήγαγε τὸ ὄψανον. Vide hîc Caſaubonum, & Reineſium in epiſtola 25.

Διπλῆ, πρὸς τὰ δόγματα, καὶ τὰ ἀρίσκοντα Πλάτωνι] Hujus notæ meminit Cicero ad Atticum, libro VIII. epiſt. 2. *animadvertito locum, ubi erat diple.* Meminit & Epiphanius, & Iſidorus, & Sixtus Senenſis. Videtur autem ſic dicta, quòd ſit διπλῆ γραμμή, hoc eſt, *duplex linea*, ut ſuſpicatur Reineſius dicto loco.

Χ περιεστιγμένον πρὸς τὰς ἐκλογὰς καλλιγραφίας] 66 Quæ nota, χρήσιμον, aut χρηστὸν, ſignificabat. Unde χρηστομάθειαι dictæ Excerpta illa rerum laudabilium, quales ſunt Procli χρηστομάθειαι apud Photium in Bibliotheca. Caſſiodorus I. de Divinis Lect. *Ticonius Donatiſta in eodem volumine quædam non reſpuenda ſubjunxit; quædam verò venenoſa dogmata*

ſuis permiſcuit. Cui tantum in bonis dictis chreſimon, in malis achreſton, quantum tranſiens valui reperire, ut arbitror, competenter adfixi. Videtur fuiſſe & duplex L notâ τῶν χρηστῶν, ut rectè Johannes à Wouver obſervavit Polymathias cap. 17. Paulus Diaconus de Notis literarum: *L. L. Laudabiles loci.* item L. SENT. pro *laudabilis ſententia*, ut in aliis Notis legitur. Corrigendus obiter Iſidorus: κρίσιμον, *hæc ſola ex voluntate utriuſque ad aliquid notandum ponitur.* Lege χρήσιμον.

Διπλῆ περιεστιγμένη, πρὸς τὰς ἐνίων διορθώσεις] Hanc Iſidorus Veteres iis appoſuiſſe teſtatur, quæ Zenodotus Epheſius non rectè adjecerat, aut detraxerat, aut permutaverat. Addit & Theologos in iis eâ uſos fuiſſe. De diple πλεκτικῆ vel περιστικτῆ, & de ὠβελισμένη, de ſupernè delata, de verſa, de adverſa; videndus Iſidorus: de ἔσω & de ἔξω νενευκυίᾳ, Scholiaſtes Ariſtophanis paſſim.

Ὀβολὸς περιεστιγμένος, πρὸς τὰς εἰκαίους ἀθετήσεις] Ὀβολὸς quoque Editio Baſileenſis, & MS. Codex. & ita apud Heſychium: ῥάβδοι, ὀβολοὶ οἱ περιτιθέμενοι τοῖς Ὁμήρου στίχοις. Editiones Stephani ὀβελὸς: quæ lectio magis placet. Galenus Commentario II. in librum de Natura Hominis; qui Hippocrati etiam à Galeno tribuitur, ſed cujus auctor ab aliis exiſtimatur eſſe Theſſalus, Hippocratis filius: ταύτης ὅλης τῆς ῥήσεως ἑκάστου στιχου Διοσκουρίδης προέγραψε σημεῖον, ὃ καλοῦσιν ὀβελὸν, οἵῳ σημείῳ καὶ Ἀρίσταρχος ἐχρήσατο παρὰ τῷ Ποιητῇ πρὸς τοὺς ὑποπτευομένους παρ' αὐτοῦ στίχους. Ulpianus ad illa Demoſthenis, Oratione contra Midiam: συνέβη δὲ ὑπερημέρῳ γενομένῳ· ἀσαφὲς εἶναι δοκεῖ τοῦτο. διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τῶν Κριτικῶν, καὶ ὡς ἀδιόρθωτον παραλέλειπται. Cicero Epiſtolâ quadam ad Dolabellam, quæ eſt libro IX. *Nihil enim Romæ geritur, quod te putem ſcire curare: niſi fortè ſcire vis, me inter Niciam noſtrum & Vidium, judicem eſſe. Profert alter, ut opinor, duobus verſiculis expenſum Niciæ: alter, Ariſtarchus, hos* ὀβελίζει. *Ego, tamquam Criticus antiquus, judicaturus ſum, utrum ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι.* Hieronymus Præfatione in Pentateuchum: *Origenes interpretationi antiquæ verſionem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo opus omne diſtinguens, dum aut eluceſcere facit, quæ minùs antè fuerant, aut ſuperflua quaque jugulat.* Sed clariùs Epiphanius dicto loco περι μέτρων: ὀβελὸς δὲ κατὰ τὴν Ἀττικὴν χρῆσιν, ἄλλοις δὲ καλεῖται δόρυ, ὅ ἐστι λόγχη. Et Iſidorus, etiam dicto loco: *Obelus, id eſt, virgula jacens, apponitur in verbis aut ſententiis ſuperfluè iteratis, ſive ubi lectio aliqua falſitate notata eſt; ut quaſi ſagitta jugulet ſupervacua, & falſa confodiat: ſagitta enim Græcè* ὀβελὸς *dicitur.*

Ἀντίσιγμα περιεστιγμένον πρὸς τὰς διττὰς χρήσεις, καὶ μεταθέσεις τῶν γραφῶν] Iſidorus: *Antiſigma ponitur ad eos verſus quorum ordo permutandus eſt; ſicut & in antiquis Auctoribus poſitum invenitur. Antiſigma cum puncto ponitur in iis locis, ubi in eodem ſenſu duplices verſus ſunt, & dubitatur qui potiùs eligendus ſit.*

Κεραύνιον, πρὸς τὴν ὠγωγὴν τῆς φιλοσοφίας] Κεράννιον malè ceteræ Editiones. Idem Iſidorus: *Ceraunium ponitur, quoties multi verſus improbantur, nec per ſingulos obelantur:* κεραυνὸς *enim* fulmen *dicitur.*

Ἀστερίσκος, πρὸς τὴν συμφωνίαν τῶν δογμάτων] Iſidorus: *Aſteriſcus, apponitur in iis quæ omiſſa ſunt, ut illuceſcant per eam notam, quæ deeſſe videntur:* ſtella *enim* ἀστὴρ *Græco ſermone dicitur, à quo* aſteriſcus, ſtellula, *eſt derivatus.* Et deinde: *Aſteriſcus cum obelo: hic propriè Ariſtarchus utebatur in iis verſibus, qui non ſuo loco poſiti erant.* Euſtathius ad Iliados ε. pag. 599. καὶ τίθεσιν ἐνταῦθα οἱ παλαιοὶ ἀστερίσκον, ὅς ἐστιν ἀστέρος σημεῖον χιαστὸν, ἔχων ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις στιγμὰς, &c. καὶ τίθεται ἐπὶ τῶν ἄριστα ἐχόντων ἐπῶν, καὶ ἀστεροειδῶς εἰσὶ λαμπόντων, ὡς ἐν καλῷ τόπῳ κειμένων. Eadem ferè habet ad Odyſſeæ ι. pag. 1627.

Τὰ μὲν σημεῖα ταῦτα] Fuerunt & aliæ notæ: limniſcus, antigraphus, paragraphus, poſitura, cryphia, anchora ſuperior, anchora inferior, κορωνὶς, phi & rho, ἄλογον, &c. De quibus Iſidorus & Epiphanius, & Hephæſtion dicto loco. Videatur Johannes à Vvouver Polymathiæ cap. 17. & Thomas Reineſius Var. Lect. lib. III. cap. 7.

Ἀντίγονός φησιν ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος] Scripſerat Philoſophorum Vitas Antigonus Caryſtius, quarum paſſim meminit Athenæus. Meminit & Hieronymus in Præfatione libri de Scriptoribus Eccleſiaſticis. ἁπλῶς, citatur ἐν τοῖς βίοις Diogeni noſtro.

Νεωστὶ ἐκδοθέντα] M. S. ἐκδοθέντι, ᾧ εἴ τις, &c. quam lectionem agnovit & Vetus Interpres, qui vertit, *ut Antigonus Caryſtius, in libro quem nuper de Zenone edidit, refert.* Atque eam potiorem ducit H. Stephanus. Sed falsò. Vixit Antigonus Caryſtius ſub Ptolemæo Lagida & Philadelpho, ut pluribus probat eruditiſſimus Voſſius: quare hîc legendum omnino: ἅπερ (Ἀντίγονός φησιν ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος) νεωστὶ ἐκδοθέντα, εἴ τις ἤθελε διαγνῶναι, μισθὸν ἐτέλει τοῖς κεκτημένοις. Hoc eſt, *quos quidem libros, (ut ait Antigonus Caryſtius in libro de Zenone) nuper editos, ſi quis cognoſcere voluiſſet, pretii aliquid annumerare debebat iis qui libros Platonis poſſiderent, cum notis illis à ſe expoſitis.* Cùm eo tempore libri eſſent cariſſimi, licebat lectoribus, qui ut eos compararent, pecuniæ ſatis non habebant, ſibi legendos à Bibliopolis certa mercede conducere: quod rectè hîc Mericus Caſaubonus obſervabat.

Διαγνῶναι] ἀναγνῶναι malebat Caſaubonus: quam lectionem annotatam reperi in ora MS. Regii.

Ἀθάνατον ἔλεγε τὴν ψυχήν] Adi, ſi placet, Aldobrandinum hîc, & Plotinum περὶ ψυχῆς ἀθανασίας. 67
Auctor anonymus de Vita Pythagoræ, apud Photium in Bibliotheca: ὅτι Πλάτων (φησὶ) καὶ Ἀριστοτέλης, ἀθάνατον ὁμοίως λέγουσι τὴν ψυχήν. κἂν τινες εἰς τὸν Ἀριστοτέλους νοῦν οὐκ ἐμβαθύνοντες, θνητὴν νομίζουσιν αὐτὸν λέγειν. *Plato, (inquit) & Ariſtoteles, uno conſenſu animam immortalem perhibent. quamvis nonnulli, profundam Ariſtotelis mentem parum capientes, eum animam mortalem ſtatuere exiſtiment.* De Ariſtotele Suidas in νοῦν: Ἀριστοτέλης τὸν νοῦν ἀθάνατον λέγει.

Καὶ πολλὰ μεταμφιεννυμένην σώματα] τὴν εἰς τὰ σώματα κάθοδον; hoc eſt, *deſcenſum animæ*; vocabant Platonici: cui τὴν ἄνοδον; hoc eſt, *aſcenſum*, ſive *regreſſum animæ*; opponebant. De illo regreſſu, librum ſcripſerat Porphyrius; memoratum Auguſtino libro. x. de Civitate Dei capite 29. & 32. At ejus præceptor Plotinus tractatum ſcripſit περὶ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς: qui exſtat. Corrigendus obiter Eunapius in Ædeſio pag. 71. ἡ μὲν πρόθεσις ἦν καὶ τὸ ζήτημα περὶ ψυχῆς. πολλῶν δὲ κινουμένων λόγων, ὡς ἤρξατο Σωσιπάτρα λέγειν, κατὰ μικρὸν ταῖς ἀποδείξεσι διαλύουσα τὰ προβαλλόμενα· εἶτα εἰς τὸν περὶ καθόλου ψυχῆς, καὶ τί τὸ κολαζόμενον, καὶ τί τὸ ἀθάνατον αὐτῆς, ἐμπίπτουσα λόγον, &c. Scribendum, περὶ καθόδου: de quâ certiſſima emendatione monuit me per literas vir ſingulari doctrina atque humanitate præditus, Emericus Bigotius, cùm Florentiæ Eunapii Codices editos cum MS. Bibliothecæ Mediceæ conferret, in quo eam lectionem invenit.

Τὸ μὲν γὰρ αὐτῆς λογιστικὸν μέρος, περὶ τῇ κεφαλῇ καθιδρύσθαι, &c.] Apuleius: *Quare idem benè pronuntiat, hominis animam eſſe corporis dominam. At enim cùm tres partes animæ dicat eſſe: rationabilitatem, id eſt, mentis optimam portionem, ait capitis arcem tenere: iraſcentiam verò procul à ratione, ad domicilium cordis deductam eſſe, obſequique eam & in loco reſpondere ſapientiæ: cupidinem atque appetitus, poſtremam mentis portionem, internus abdominis ſedes tenere; ut popinas quaſdam & latrinarum latebras, diverſoria nequitiæ atque luxuriæ: relegatam verò idcirco longiùs à Sapientia hanc partem videri, ne importuna vicinitas & rationem conſtitutam deſuper cunctorum ſaluti, in ipſa cogitationum utilitate turbaret: totum verò hominem in capite vultuque eſſe*; & quæ ſequuntur; eſt enim locus prolixior. Pro λογιστικὸν, Editio Stephani habet λογικόν.

68 Περιέχειν δὲ ἐκ τοῦ μέσου διαπάντος κύκλῳ τὸ σῶμα] Videatur Plato in Timæo.

69 Δύο δὲ τῶν πάντων ἀπέφηνεν ἀρχὰς, θεὸν καὶ ὕλην, ὃν καὶ νοῦν προσαγορεύει, καὶ αἴτιον] Immo tria principia ſtatuebat Plato. Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro I. Σωκράτης Σωφρονίσκου, Ἀθηναῖος, καὶ Πλάτων Ἀρίστωνος, Ἀθηναῖος. αἱ γὰρ αὐταὶ περὶ παντὸς ἑκατέρου δόξαι. τρεῖς ἀρχὰς, τὸν θεὸν, τὴν ὕλην, καὶ τὴν ἰδέαν. Apuleius libro I. de Doctrina Platonis: *initia rerum eſſe tria arbitrabatur Plato; Deum; & materiam; rerumque formas, quas ideas idem vocat.* Chalcidius in Timæum Platonis: *Sunt initia, Deus, & ſilva, & exemplum.* Origenes in Philoſophicis necdum editis: Πλάτων ἀρχὰς εἶναι τοῦ παντὸς, θεὸν, καὶ παράδειγμα. Cyrillus contra Julianum libro II. καὶ πάλιν ὁ μὲν δεινὸς καὶ διαβόητος Πλάτων τρεῖς ἀρχὰς εἶναι τοῦ παντὸς διορίζεται, θεὸν καὶ ὕλην καὶ εἶδος· καὶ θεὸν μὲν εἶναί φησι τὸν ποιητήν· ὕλην δὲ, τὸ ὑποκείμενον· εἶδος δὲ, τὸ ἑκάστου τῶν γινομένων παράδειγμα. & deinde: τρεῖς δὲ πάλιν ὁ Πλάτων τὰς τῶν ὅλων ἀρχὰς εἶναι λέγων, θεόν τε, καὶ ὕλην, καὶ εἶδος, προσιπάγει καὶ τετάρτην, ἣν δὴ καὶ ὅλου ψυχὴν ὀνομάζει. Idem legere eſt apud Alcinoum, Stobæum, Sextum Empiricum, Clementem Alexandrinum, Theodoritum, Ambroſium, alios. Sed tamen mox Laërtius, duo tantùm principia, ex ſententia Platonis, etiam eſſe ſcribit. ἀρχὰς μὲν οὖν εἶναι, καὶ αἰτίαν τὰ λεχθέντα, δύο &c. ἐπεὶ δ' αἰτίαι εἰσὶ δύο, &c. Utraque opinio defendi poteſt. Si rerum ideæ, quæ ſunt in mente divina; immo quæ nihil aliud ſunt quàm mens ipſa Dei; cum Deo confundantur; ut eas confudit Timæus Locrus, & Platonici nonnulli; duo tantùm erunt principia ex ſententia Platonis. Tria verò, ſi ideæ à Deo diſtiguantur. Sic artificioſi cujuſcumque operis, & duo, & tria principia aſſignari poſſunt. duo quidem, opifex ipſe, & materia. tria verò, ſi opifex diſtinguatur in hominem & in artem per quam operatur.

Εἶναι δὲ τὴν ὕλην ἀσχημάτιστον καὶ ἄπειρον, ἐξ ἧς γίνεσθαι τὰ συγκρίματα] Malim ἄποιον. Origenes dicto loco: ὕλην δὲ τὴν πᾶσαν ὑποκειμένην. ἣν καὶ δεξαμένην καὶ τιθήνην καλεῖ ἐξ ἧς διακοσμηθείσης γενέσθαι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ κόσμος, πυρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος· ἐξ ὧν καὶ τὰ ἄλλα πάντα συγκρίματα καλούμενα, ζῷά τε καὶ φυτὰ συνεστηκέναι. & deinde: τὴν δὲ ὕλην δυνάμει μὲν σῶμα· ἐνεργείᾳ δὲ οὐδέπω· ἀσχημάτιστον γὰρ αὐτὴν οὖσαν καὶ ἄποιον, προσλαβοῦσαν σχήματα καὶ ποιότητας, γενέσθαι σῶμα. τὴν μὲν οὖν ὕλην ἀρχὴν εἶναι καὶ σύγχρονον τῷ θεῷ. Legendum autem videtur, in priore loco Origenis; ut hoc obiter dicam; δεξαμενὴν, accentu in ultima, hoc eſt, κολυμβήθραν. Phrynichus tamen in Ecloga Dictionum Atticarum: Δεξαμενὴ, φασὶ Πλάτωνα ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας εἰρηκέναι. ἐγὼ δὲ οὐ φημί· ἀλλὰ δεξαμένη τῷ τόνῳ εἶπεν, ὡς ποιουμένη. χρὴ οὖν καὶ ἡμᾶς κολυμβήθρα λέγειν. Legendum videtur & τηθύν. Etiam τιθήνην legi poſſet. Sed pergamus. Cicero in Academicis Quæſtionibus: *Sed ſubjectam putant omnibus ſine ulla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate materium quamdam, ex qua omnia expreſſa, atque effecta* (an legendum *efficta*? hoc eſt πλασθέντα.) *quæ tota omnia accipere poſſit, omnibuſque modis mutare, atque ex omni parte, eoque interire etiam non in nihilum, ſed in ſuas partes, quæ infinitæ ſecari ac dividi poſſint.* Ferri tamen poteſt recepta lectio; quod vel ex poſtremis Ciceronis verbis apparet.

Μόνην δὲ τὴν γῆν ἀμετάβολον εἶναί φησι] ἀμετάβλητον quidam MSS. Ceterùm de hoc Platonis effato, & ſequentibus, videſis Aldobrandinum, cujus ſcripta non compilo. 70

Κομίζων] Ita quoque Editio Baſileenſis: νομίζων, Stephanica.

Πυρὸς μὲν γὰρ εἶναι στοιχεῖον πυραμίδα, ἀέρος τὸ ὀκτάεδρον, &c.] Apuleius: *Sphæram & pyramidem, figuram Ignis in ſe habere: octangulam verò Aëris, angulatam vicies ſphæram. Aquæ dicatam eſſe: æquipedum verò trigonum efficere ex ſeſe quadratum: cubum, quæ terræ ſit propria*, &c.

Κόσμον τε εἶναι ἕνα γεννητὸν, &c.] Cicero libro I. de Natura Deorum. *Quibus enim oculis intueri potuit veſter Plato fabricam illam tanti operis, quâ conſtitui à Deo atque ædificari Mundum facit? quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui miniſtri tanti muneris fuerunt? Quemadmodum autem* 71

obedire & parere voluntati Architecti aër, ignis, aqua, terra potuerunt? Unde verò ortæ illæ quinque formæ, ex quibus reliquæ formantur, aptè cadentes ad animum efficiendum, pariendoſque ſenſus? Longum eſt iter ad omnia, quæ talia ſunt, ut optata magis quàm inventa videantur. Sed illa palmaris quidem, quòd, qui non modò natum Mundum introduxerit, ſed etiam manu pene factum, is eum dixerit fore ſempiternum, &c.

Ἔμψυχόν τε εἶναι] Videatur Plotinus Ennead. IV. libro IV. capite 33. ubi mundus animal unum ratione muſica ſaltans, & ſaltando conſequenter unà ſecum omnia varians, dicitur.

Καὶ οὐκ ἄπειρον] Rectè Caſaubonus, καὶ οὐκ ἀπείρους.

72 Σφαιροειδῆ δὲ, διὰ τὸ καὶ τὸν γεννήσαντα τοιοῦτον ἔχειν σχῆμα] Vide omnino Iſaacium Caſaubonum hoc loco, & Timæum Locrum tractatu illo eruditiſſimo de anima mundi.

Καὶ ἄφθαρτον διαμένειν] Rectè quoque idem Caſaubonus, διαμενεῖν.

Διὰ τὸ μὴ διαλύεσθαι εἰς τὸν θεὸν] Vide hic Caſaubonum.

73 Χρόνον τε γενέσθαι εἰκόνα τοῦ αἰδίου] Qua de re pluribus Plotinus Ennead. III. lib. VII.

Ἅμα γὰρ ὑπάρχειν αὐτῷ] αὐτὸν optimè Caſaubonus.

75 Γῆν δὲ πρεσβυτάτην μὲν εἶναι τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ θεῶν] Virgilius VII. Æneid. *primamque Deorum Tellurem.* Quia ſcilicet eſt mater Deorum, ut inquit Servius. πρεσβυτάτην τῶν ἐν οὐρανῷ σωμάτων dixit Plato: γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλουμένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον, τεταμένον φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτός τε καὶ ἡμέρας ἐμηχανήσατο, πρώτην καὶ πρεσβυτάτην σωμάτων, ὅσα ἐντὸς οὐρανοῦ γέγονε. Verba ſunt divini illius Viri; quæ ſic vertit Cicero libro de Univerſo: *Jam verò Terram altricem noſtram, quæ trajecto axe ſuſtinetur, diei noctiſque effectricem, eamdemque cuſtodem antiquiſſimam corporum voluit eſſe eorum, quæ intra cælum gignerentur.* Etiam Timæus Locrus: πρεσβύστα δ' ἐντὶ τῶν ἐντὸς ὡρανῶ σωμάτων. Sumpſere ab Homero omnes:

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

Τηθὺς quippe eſt *terra*, ut docet Euſtathius. Sed in hoc Homeri verſu; ut id obiter moneam; meliùs γενετὴν quàm γένεσιν legeretur; meo quidem judicio.

Ἔπεὶ δ' αἰτίαι εἰσὶ δύο· τὰ μὲν διαμονὴν εἶναι] Locus manifeſtò corruptus. διὰ νομὴν emendabat Samuel Peritus Obſervat. lib. II. cap. 9. id eſt, *ob incolatum*. Dixerat Laërtius in præcedentibus, ἵνα ὁ κόσμος τελειωθῇ, θεοὺς μὲν οὖν ἔχειν τὸ πολὺ πυρίνους. Hîc ſubjungit, Deos iſtos mundo attributos eſſe ob incolatum, διὰ νομὴν, non ex materiæ neceſſitate. Emendationem ſuam his Alcinoi verbis firmabat Samuel Peritus: εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καὶ καλοίη ἂν τις γεννητοὺς θεοὺς καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων. οἱ μὲν ὁρατοὶ, οἱ δὲ, ἀόρατοι· ἔν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι, ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι, μηδὲ ζῶον κρεῖττονος θνητῆς φύσεως. At Mericus Caſaubonus, Iſaaci filius, in Notis ad M. Antoninum libro V. pag. 68. reſcribebat διὰ γνώμην: & totum locum ſic interpretabatur: *quandoquidem duæ ſunt cauſæ, quædam à divina proficiſci providentia dicendum eſt; quædam verò à neceſſitate.* γνώμη Platoni, eſt *Deus*, inquit ille; quem vide. Vera lectio: ἐπεὶ δ' αἰτίαι εἰσὶ δύο. τὰ μὲν, διὰ τοῦν εἶναι· τὰ δ', ἐξ ἀναγκαίας αἰτίας (φησὶ) λεκτέον. Timæus Locrus δύο αἰτίας εἶμεν. νόον μὲν, τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων· ἀνάγκαν δὲ, τῶν βίᾳ. Quam veriſſimam emendationem acceptam refero Petro Petito.

Δοκεῖ δ' αὐτῷ τὸν θεὸν ὡς καὶ τὴν ψυχὴν, ἀσώματον εἶναι, &c.] Cicero libro I. de Natura Deorum: *Jam de Platonis inconſtantia longum eſt dicere, qui in Timæo, patrem hujus mundi nominari negat poſſe: in Legum autem libris; quid ſit omnino Deus, inquiri oportere non cenſet. Quod verò ſine corpore ullo Deum vult eſſe, ut Græci dicunt ἀσώματον: id quale eſſe poſſit, intelligi non poteſt; careat enim ſenſu neceſſe eſt, careat prudentiâ, careat voluptate: quæ omnia unà cum Deorum notione comprehendimus. Idem & in Timæo dicit, & in Legibus, & mundum Deum eſſe, & cœlum, & aſtra, & terram, & animos, & eos quos majorum inſtitutis accepimus: quæ & per ſe ſunt falſa perſpicuè, & inter ſeſe vehementer pugnantia.* De Platonis circa Deum ſententia, videatur Conſtantinus Oratione ad Sanctorum cœtum cap. 9. Maximus Tyrius Diſſertatione I. quæ eſt περὶ τοῦ τίς ὁ θεὸς κατὰ Πλάτωνα, atque Alcinous de Doctrina Platonis capite 10. 77

Τὰς δὲ ἰδέας, &c.] Quas labefactavit Ariſtoteles. Falluntur enim qui credunt Platonis atque Ariſtotelis conſentientem eſſe de Ideis ſententiam: qua de re infrà pluribus agemus ad Vitam Ariſtotelis. De Ideis, pro Platone & Plotino, ſcripſerat Porphyrius; ut ipſemet in Plotini Vita teſtatur: cui Longinus ſe reſpondiſſe teſtatur quoque. De his, videatur Alcinous de Doctrina Platonis cap. 9.

Ἐὰν μὴ τέλεον εὐπαραίτητα ὁρᾷ τὰ πράγματα ἐν ὑπερβαλλούσῃ διαφορᾷ δήμου] Caſaubonus emendat δυσπαραίτητα & διαφθορᾷ. 78

Καὶ τὴν δικαιοσύνην, &c.] Scripſerat Porphyrius contra Amelium περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης. auctor Suidas. Apud Stobæum Serm. VII. eſt de juſtitia hoc Platonis dictum: πᾶσά τε ἐπιστήμη, χωριζομένη δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, ἀλλ' οὐ σοφία φαίνεται. 79

Καὶ μετὰ θάνατον δίκας, &c.] Quod valde laudat Conſtantinus dicto loco: θαυμαστῶς δὲ, inquit, καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς διδάσκει, τοὺς μὲν εὖ βιώσαντας, ψυχὰς δηλαδὴ τῶν ὁσίων τε καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, μετὰ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἀναχώρησιν ἐν τοῖς καλλίστοις τοῦ οὐρανοῦ καθιεροῦσθαι· τοῦτο δὲ οὐ μόνον θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ βιωφελές. τίς γὰρ οὐκ ἂν πεισθεὶς αὐτῷ, καὶ τὴν εὐτυχίαν ταύτην προσδοκήσας, τὸν ἄριστον βίον, δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἀσκήσει, τὴν δὲ κακίαν ἀποστραφήσεται; ἀκολούθως δὲ τούτοις ἐπήνεγκε, τὰς τῶν πονηρῶν ψυχὰς, Ἀχέροντός τε καὶ Πυριφλεγέθοντος ῥεύματι, ναυαγίαν τρόπον φερομένας πλανᾶσθαι. *Sunt verò prorſus admiratione dignæ, quæ idem* (Plato) *poſtea docet; eos qui rectè vixerint, id eſt, animos*

bonorum ac ſanctorum virorum, ſimul atque ex corpore diſceſſerint, in pulcherrimis cœli regionibus conſecrari. Quæ quidem non ſolum admiratione digna, ſed etiam utilia ſunt imprimis. Quis enim ejus ſermonibus fidem adhibens, & hujuſmodi felicitatem expectans, vitam non optimè inſtituat; & juſtitiam quidem ac temperantiam non conſectetur; improbitatem verò averſetur? Conſequenter etiam his ſubjunxit, improborum hominum animas Acherontis ac Pyriphlegethontis fluctibus jactatas, velut fractæ navis reliquias hæc & illac ferri.

80 Φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης] In quo libro hæc ſcripſerit Ariſtoteles, divinare difficile eſt. Ceterùm quæ ſequuntur hîc apud Laërtium, uſque ad hæc verba, ὧδε καὶ τὰ πρῶτα διήρει, κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην, ex Ariſtotele deſumpta ſunt.

81 Ἑταιρικὴν δὲ κυλοῦμεν, τὴν ἀπὸ συνηθείας γινομένην, καὶ μηδὲν προσήκουσαν γένει. ἀλλ' οἷον ἡ Πυλάδου πρὸς Ὀρέστην.] Hæc ſodalitatis amicitia, mihi in mentem revocat, quod de Platone ſcripſit ὁ δεῖνα apud Suidam, in ἑταίρε: eum videlicet, eruditionis amatores, ſodales nuncupaſſe. verba ejus ſunt: ὁ Πλάτων, καὶ οἱ ἄλλοι Φιλόσοφοι τοὺς γνησίους ἐραστὰς τῶν λόγων, ἑταίρους ἐκάλουν· οὓς ἐμιμεῖτο Γουλιανὸς, ἑταίρους πάντας καλῶν ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐκ ἀπαυθαδιζόμενος τῇ βασιλείᾳ.

Καὶ διὰ γραμμάτων γινομένη πρὸς τοὺς ξένους.] Hoſpitales teſſeras intelligit.

Προστιθέασι δὲ τινες τετάρτην ἐρωτικήν] Horum verborum interpretationem omiſit Aldobrandinus.

82 Πολιτικὴ γάρ ἐστιν] Ita Editio Stephanica. Legit πωλητὴ Aldobrandinus: nam vertit, *eſt enim venalis*: & ita quoque Editio princeps: & Codex Regius. πολιτικὴ omnino legendum eſt.

83 Ἡ δὲ περὶ] Lege πρὸς, niſi περὶ quoque in ſuperiori membro legere malis.

85 Τῆς ἰατρικῆς ἐστιν εἴδη πέντε, &c.] Tres partes duntaxat facit Celſus in Proœmio: *Poſtquam Diocles Caryſtius, deinde Praxagoras & Chryſippus, tum Herophilus & Eraſiſtratus, ſic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diverſas curandi vias proceſſerint: Iiſdemque temporibus in tres partes Medicina diducta eſt: ut una eſſet quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam*, διαιτητικὴν: *ſecundam*, φαρμακευτικὴν: *tertiam*, χειρουργικὴν, *Græci nominaverunt.* Etiam Dioſcorides θηριακῶν Proœmio: παρὰ μὲν οὖν τοῖς ἀρχαίοις τοῦ θεραπευτικοῦ μέρους ὑπελαμβάνετο οὗτος ὁ τρόπος. οἱ δὲ νεώτεροι αὐτὸν ἐχώρισαν, προφυλακὴν καὶ προφυλακτικὴν ὀνομάζοντες· τοῦ δὲ ὑγιεινοῦ καὶ τοῦ θεραπευτικοῦ μέσον τάξαντες. μικρᾷ καὶ παντάπασιν ἐπιπολαίᾳ πλανηθέντες. πιθανότητι φασὶ γὰρ γίνεσθαι τρεῖς καταστάσεις τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασιν· μίαν μὲν, καθ' ἣν ὑγιαίνουσι· ἑτέραν δὲ, καθ' ἣν νοσοῦσι· τρίτην δὲ, μέσην ἑκατέρων, καθ' ἣν δοκοῦσι μὲν ὑγιαίνειν, εὐεξαπτώτως δὲ εἰς τὰ πάθη καὶ τοὺς κινδύνους ἔχουσι, διά τινα φθοροποιὸν ἐγκειμένην τοῖς σώμασι δύναμιν. Et Theudas. Galenus in Adumbrata figura Empirici: ex verſione Latini Interpretis: Græcè enim necdum is Galeni liber editus eſt: *Nunc ad Theudam:* (Ita legendum, non *Theutham*, infrà ad Timonis Vitam oſtendemus) *quippe qui totius Medicinæ tres ſtatuit partes: ut altera in ſignorum cognitione; altera in curandi doctrina; tertia, in tuendæ ſanitatis ratione conſiſteret.* Et poſteà: *Itaque Theudas, in principio libri, cui titulus eſt*, Doctrina partium: Ita, *inquit*, partes Medicinæ, (alias quoque diviſiones admittentes) dicimus eſſe ſignorum peritiam; curativam; & tuendæ ſanitatis habitum. Neque etiam in quinque partes Medicinam diviſit Plato; quod vult Laërtius; ſed in tres tantùm; in φαρμακευτικὴν ſcilicet, διαιτητικὴν, & χειρουργικὴν: ut hoc loco rectè docet Aldobrandinus: qui tamen & νοσογνωμονικὴν Platonem meminiſſe ait. Certè βοηθητικὴν Medicinæ ſeparatum genus conſtituere minimè debet: namque, ut verbis Laërtii utar, Pharmaceutice adhibitis medicamentis opitulatur Ægrotis; Chirurgia, urendo vel ſecando eos ſanat; Diætetice, victus ratione à morbis liberat: Noſognomonice verò, quòd morbos perſpiciat, morbos prohibet. Sed Laërtius βοηθητικὴν vocare videtur, quæ ſtatim, εἰς τὸ παραχρῆμα, morbo liberat. *χολὴν ἄκρατον noctu ejeci. Statim ita ſum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam feciſſe videatur: cui quidem tu Deo, quemadmodum ſoles, piè & caſtè ſatisfacias; id eſt Apollini & Æſculapio*; inquit Cicero, in epiſtola quadam ad Terentiam.

Ἡ δὲ διαιτητικὴ, διὰ τοῦ διαιτᾶν ἀπαλλάττει τὰς ἀῤῥωστίας] Quâ medicinâ maximè utebantur Germanorum Medici, teſte Strabone libro XV. τὴν δὲ ἰατρείαν διὰ σιτείων τὸ πλέον, οὐ διὰ φαρμάκων ἐπιτελεῖσθαι· τῶν φαρμάκων δὲ μάλιστα εὐδοκιμεῖν τὰ ἐπίχριστα, καὶ τὰ καταπλάσματα· τἆλλα δὲ κακουργίας πολὺ μετέχειν. videtur ſcrib. δι' ἀσιτείας, *per inediam.*

Ὁ μὲν αὐτοῦ γεγραμμένος· ὁ δὲ, ἄγραφος] Juſtinianus Imperator libro I. Inſtit. tit. 2. *Conſtat autem jus noſtrum, quo utimur, aut ſcripto, aut ſine ſcripto: ut apud Græcos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι. οἱ δὲ, ἄγραφοι.* 86

Μὴ γυμνὸν πορεύεσθαι εἰς τὴν ἀγορὰν] De Adamianis, narrat Epiphanius in libro de Hereſibus, nudos eos, ὡς ἐκ μητρὸς, viros perinde ac mulieres, convenire ſolitos; atque ita lectionibus, orationibus, ac ceteris religionis officiis fungi.

Μηδὲ γυναικεῖον ἱμάτιον περιβάλλεσθαι· ταῦτα γὰρ αὐθεῖς νόμος κωλύει] Prohibet Lex Moſis Deuteron. XXII. 5.

Διὰ τοῦ στόματος καὶ τῶν χειρῶν] Tibullus. III. 4. 88

Sed poſtquam fuerant digiti cum voce locuti.

Ἀριόττουσαν τῷ μέλει τῆς κιθάρας, dixit Diodorus libro 3. ubi de certamine Marſyæ & Apollinis. Κιθαρισταὶ, & ψιλοκιθαρισταὶ, dicebantur, qui citharâ modulabantur ſine voce; Κιθαρῳδοὶ autem, qui & vocem adjungebant, ut ad Euſebii Chronicon Vir magnus obſervabat. Ammonius in κίθαρις: κιθαριστὴς μέν ἐστιν, ὁ μόνον ψάλλων· κιθαρῳδὸς δὲ ὁ ᾄδων, καὶ ψάλλων. Canere aſſa voce Latinis, qui nullis admiſtis inſtrumentis, ſola voce canunt. *aſſus*, eſt *ſolus* ab εἷς, ἁς; unde *as*; *aſſus*. ἄφωνα κρούματα vocat Pauſanias, quæ ſunt ſine voce. Ψιλοκιθαριστῶν meminit Athenæus libro XII.

Ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι καλοὶ κἀγαθοὶ, καὶ δίκαιοι]

Eſt enim εὐγένεια, quomodo eam definit Ariſtoteles lib. III. de Rep. cap. 8. ἀρετὴ γένους.

Ἐὰν ὦσιν οἱ πρόγονοι δεδυναστευκότες] Eſt enim εὐγένεια, ut idem Ariſtoteles ait, ἀρχαῖος πλοῦτος.

89 Ἀλλὰ εἶδος, ἐὰν αὐτός τις μὴ γεννάδας τὴν ψυχὴν, ἢ μεγαλόψυχος, &c. καὶ τῆς γε εὐγενείας αὕτη κρατίστη] Seneca epiſt. 44. *Non facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus. Nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit, noſtrum eſt. Animus facit nobilem, cui ex quacumque conditione ſupra fortunam licet ſurgere.* & poſteà, de Platone noſtro: *Patricius Socrates non fuit. Platonem non accepit nobilem Philoſophia, ſed fecit.* Euripides quoque:

--- τοὺς γὰρ ἀνδρείους φύσιν
Καὶ τοὺς δικαίους, τῶν κενῶν δοξασμάτων,
Κἂν ὦσι δούλων, εὐγενεστέρους λέγω.

Et Juvenalis Sat. VIII.

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas ſola eſt atque unica, virtus.

Hæc tamen nobilitas, ἐξοχὴ potiùs quàm εὐγένεια vocanda eſt. Cicero Epiſtolâ illâ egregiâ ad Appium, in qua virtutem extollit contra inanem arrogantiam nobilitatis: *Illud idem, Pauſania, dicebat te dixiſſe. Quid? Appius Lentulo, Lentulus Appio proceſſit obviam, Cicero Appio noluit? Quæſo, etiamne tu has ineptias, homo (meâ ſententiâ) ſummâ prudentiâ, multâ etiam doctrinâ, plurimo rerum uſu: addo urbanitatem, quæ eſt virtus, ut Stoici rectiſſimè putant: ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus quàm ornamenta virtutis exiſtimas? cùm ea conſecutus nondum eram, quæ ſunt hominum opinionibus ampliſſima, tamen iſta veſtra nomina numquam ſum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquiſſent, magnos arbitrabar,* &c. *tu ſi aliter exiſtimas, nihil errabis, ſi paulò diligentiùs, (ut quid ſit, ἐξοχὴ, quid ſit εὐγένεια, intelligas) Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attenderis.*

Οἱ δὲ κατὰ φύσιν, οἱ ἄρρενες, &c.] Eſt enim mulier, ut ait Ariſtoteles, ἄρρεν πεπηρωμένον.

92 Οἷαν εἰ παιδαγωγοὶ τῶν παίδων ἄρχουσι] *Domeſticos Magiſtratus*, Pædagogos propterea vocat Seneca.

Τῶν φοιτώντων] Ita infrà, in Ariſtotele, φοιτῶντας pro diſcipulis uſurpat. Heſychius: φοιτητὰς, μαθητάς.

93 Τῆς ῥητορείας εἴδη ἐστὶν ἕξ, &c.] Adi Rhetoras.

95 Πρὸς πρεσβυτέρους ἁμαρτάνοντας] Vox ἁμαρτάνοντας locum hîc non habet: quare deleatur. corrupta eſt ex voce ſequenti ἁρμόττοντας, quæ huc Librarii negligentiâ, migravit. Tamen Bochartus receptam lectionem ex hoc Chryſoſtomi loco, in primam ad Timotheum, defendi poſſe exiſtimabat: πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς· ἆρα τὸ ἀξίωμα νῦν φησιν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ περὶ παντὸς γεγηρακότος. Τί οὖν ἂν δέηται διορθώσεως; οὐκ ἐπιπλήξῃς, φησὶν, ἀλλ' ὡσανεὶ πρὸς πατέρα, φησὶ, προσενεχθείης ἁμαρτόντα, οὕτω καὶ πρὸς ἐκεῖνον διαλέγου.

97 Οὗ δυνάμεθα τῇ διανοίᾳ λογίζεσθαι καὶ ὑπονοεῖν] Lege ὃ δυνάμεθα τῇ διανοίᾳ, οἷον λογίζεσθαι καὶ ὑπονοεῖν.

Πάσχειν καὶ εὖ ποιεῖν καὶ κακῶς] An legendum πάσχειν καὶ ποιεῖν εὖ καὶ κακῶς? Ita videtur legiſſe Ambroſius; qui vertit, *quartam potentiæ diſtributionem, quâ & facere ac pati bene & malè poſſumus.*

Ἐν μὲν διὰ τῆς προσηγορίας] H. Stephanus legebat 98
διὰ τῆς εὐπροσηγορίας. Nihil mutandum. Auctor libelli ad Demonicum: γίνου φιλοπροσήγορος· quod Dionyſius Cato dixit, *ſaluta libenter.*

Ἐν οἷς τινες τὸν ἐντυχόντα πάντα προσαγορεύουσιν, καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβάλλοντες χαιρετίζουσιν] Plautus in Aulularia:

--- *Me benignius*
Omnes ſalutant, quàm ſalutabant prius.
Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras:
Rogitant me ut valeam; quid agam; quid rerum geram?

Χαιρετίζουσιν.] *Salvere jubent.* Tobiæ VII. ubi de Sarra: ὑπήντησεν αὐτοῖς, καὶ ἐχαιρέτιζεν αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς αὐτήν.

Ἐν οἷ τινες φιλοδειπνισταί εἰσιν] Tacitus in Agricola: *Unde etiam habitus noſtri honos, & frequens toga. Paulatimque diſceſſum ad delinimenta vitiorum, porticus, & balneæ, & conviviorum elegantiam. Idque apud imperitos humanitas vocabatur, cùm pars ſervitutis eſſet.*

Ἐὰν μὴ ὄντων τῶν νόμων, μετὰ ἔθη καὶ ἐπιτηδεύματα χρηστῶς πολιτεύωνται] Eſt enim Conſuetudo νόμος ἄγραφος, quemadmodum Lex ἔθος ἔγγραφον. 103

Ἂν τοῖς ὑπάρχουσι μὴ πείθωνται] Egregiè Ariſtoteles in Politicis: οὐδὲν διαφέρει, νόμων, ἢ μὴ κεῖσθαι, ἢ μὴ χρῆσθαι. νόμος κείμενος, eſt *lex lata*, Laërtius ſuprà: ubi de bonarum legum conſtitutione: ἐὰν τοῖς κειμένοις λόγοις ἐμμένωσιν οἱ πολῖται. 104

Καὶ πᾶν τὸ χυτὸν, καὶ τὸ τοιοῦτον] Sic etiam MS. noſter. Editio Stephani, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον. 108

Σέλευκος ὁ Γραμματικὸς ἐν πρώτῳ περὶ φιλοσοφίας] Accipit Jonſius de Seleuco Grammatico Alexandrino, quem *Homericum* appellabant; quique Romæ docuit; & de quo Suidas. Circa Tiberii tempora videtur fuiſſe. 109

Καὶ ἄλλος περιπατητικὸς, μαθητὴς Ἀριστοτέλους] De quo Philoponus, in Commentario libri I. de Syllogiſmo.

Καὶ ἕτερος Πραξιφάνους] Ignotus mihi. Praxiphanes quidam, ſuprà, hac ipſa in Vita, memoratur.

Καὶ ὁ τῆς ἀρχαίας Κωμῳδίας ποιητὴς] Qui Olymp. LXXXI. an. II. ab Euſebio memoratur. Alius ab eo Plato Comicus junior, mediæ Comœdiæ Poëta; qui, teſte Athenæo, in Fabula Συνεξαπατῶντι, & in Fabula Ἀνδροφόνῳ, Epicurum traduxit. Fuit & Plato quidam Sardianus, Philoſophus Epicureus, de quo Cicero ad Quintum fratrem I. 2. Fuit & Plato Rhetor, de quo Stephanus in Γέρασα· ἐξ αὐτῆς Ἀρίστων, Ῥήτωρ ἀστεῖος, ὡς Φίλων· καὶ Κήρυκος Σοφιστής· (legendum Κήρυλος) καὶ Ηλιάτων νομικὸς Ῥήτωρ, πᾶσαν παιδεύσιν ὡς μίαν ἀποστοματίζων, καὶ ἐν συνηγορίαις καὶ παρεδρευταῖς καὶ θρόνοις τὴν ὀρθότητα τῶν νόμων ἐπιτηδεύων. Memoratur & Plato quidam inter Lycaonis, qui Arcadibus imperabat, quinquaginta filios, ab Apollodoro Biblioth. lib. III. Fuere & alii plures Platones: ſex-

decim enim notos ſibi teſtatur Jonſius: quibus hunc adde; de quo in Inſcriptione veteri apud Gruterum: MELPIDIUS PAMPHILUS PLATONI, TATÆ SUO, BENEMERENTI, FECIT. Et Platonem, Medicum, memoratum Galeno in libris κατὰ τόπους, pag. 264.

AD LIBRUM IV.

SPEUSIPPUS.

1 Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος, &c.] Suidas: Σπεύσιππος, Εὐρυμέδοντος, ἀδελφιδοῦς Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, ἀπὸ Ποτώνης τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς. ἀκουστὴς αὐτοῦ Πλάτωνος καὶ διάδοχος γενόμενος τῆς Ἀκαδημείας. Ammonius in Vita Ariſtotelis: μετὰ δὲ τοῦ Πλάτωνος τελευτὴν, διαδέχεται τὴν τούτου σχολὴν Σπεύσιππος, ὁ ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ· υἱὸς γὰρ ἦν οὗτος Ποτώνης, τῆς τούτου ἀδελφῆς.

Τὸν δὲ δῆμον Μυρρινούσιος ἦν] Τῷ μὲν δήμῳ aliæ Editiones minùs rectè. De hoc demo Stephanus: Μυρρινοῦς, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μυρρινούσιος, &c.

Ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος] Errat igitur Euſebius, qui in Chronico ad Olymp. CXVI. 1. ſcribit, Μενέδημος καὶ Σπεύσιππος, φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο.

Οὐ μὴν τό γε ἦθος διέμεινε τοιοῦτος· καὶ γὰρ ὀργίλος, &c.] Suidas de Speuſippo: αὐστηρὸς τὴν γνώμην, εἰς ἄκρον ὀξύθυμος. An huc referendum, quod apud Heſychium Gloſſographum legitur? Συβώτας, Σπεύσιππος ὁ φιλόσοφος. *Subulcus*, de homine agreſti non incommodè dici poteſt. De Platonis ſemperlenitate, hæc legere eſt in Conſtantini Oratione ad Sanctorum cœtum: αὐτός τε ὁ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους ἠπιώτατος Πλάτων. quæ Moſis laus fuit Numeror. XII. 3. Μωϋσῆς, πραΰς σφόδρα παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους.

Καὶ ἡδονῶν ἥττων ἦν] Athenæus VII. 5. ἀσπάζονται οὐ μόνον οἱ Ἐπικούρειοι τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ καὶ οἱ Κυρηναϊκοὶ, καὶ Μνησιστράτιοι δὲ καλούμενοι. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι μὲν ζῷν ἡδέως χαίρουσιν, ὡς φησι Ποσειδώνιος· οὐ μακρὰν δὲ τούτων ἂν καὶ Σπεύσιππος, ὁ Πλάτωνος ἀκουστὴς καὶ συγγενής. Διονύσιος γοῦν ὁ Τύραννος, ἐν ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς, καὶ τὰ τῆς φιληδονίας αὐτοῦ διεξερχόμενος, ἔτι τε τῆς φιλαργυρίας ἐραστὴν τε παρὰ πολλῶν αὐτὸν διελέγχων ὀνειδίζει, καὶ τὸν Λασθενείας, τῆς Σαρδικῆς ἑταίρας, ἔρωτα, &c. *Non ſolùm autem Epicurei voluptatem amplectebantur, verùm etiam Cyrenaei, & quos* Mneſiſtratios *appellant. Hi namque, ut auctor eſt Poſidonius, voluptuariâ vitâ gaudebant. Ab his Speuſippus, Platonis auditor & cognatus, procul non aberat. Itaque Dionyſius Tyrannus, ſuis ad eum Epiſtolis, cùm ejus avaritiam, voluptatiſque ſtudium, verbis executus fuiſſet, pecuniam à multis corraſiſſe objicit, & Laſtheneæ, Sardianæ meretricis, amorem exprobrat.*

2 Λασθενειά τε ἡ Μαντινική, καὶ Ἀξιοθέα ἡ Φλιασία] De quibus nos ſuprà, ad Platonem.

Καὶ Διονύσιος πρὸς αὐτὸν γράφων, τωθαστικῶς, φησὶ] Epiſtolæ Dionyſii meminit Athenæus, cujus locum proferunt Caſaubonus atque Aldobrandinus. τωθαστικῶς, eſt σκωπτικῶς.

Καθά φησι Διόδωρος ἐν ἀπομνημονευμάτων πρώτῳ] Diodori plures fuere. Accipio de Peripatetico.

Καὶ πρῶτος παρὰ Σωκράτους τὰ καλούμενα ἀπόῤῥητα ἐξήνεγκεν] Quid ſint hæc ab Iſocrate vocata arcana, non ſatis mihi compertum eſt. Non enim ſimile quid eſſe exiſtimarim τοῖς ἀπορρήτοις, quæ apud Demoſthenem & Lyſiam memorantur: de quibus Harpocration: ἀπόῤῥητα τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. τίνα δὲ ἦν ἅπερ ἀπείρηται λέγειν εἰς ἀλλήλους, δεδήλωκε Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου. Et Suidas in Τί ἐστι· Τί ἐστι τὸ ἐν τοῖς Δημοσθένους Φιλιππικοῖς, καὶ τὸ θρυλλούμενόν ποτε ἀπόῤῥητον ἐκεῖνο, Θεόπομπος ἐν λα΄ δεδήλωκε. φησὶ γάρ, Καὶ πέμπει πρὸς Φίλιππον πρεσβευτὰς, Ἀντιφῶντα καὶ Χαρίδημον, πράξοντας καὶ περὶ φιλίας· οἱ παραγενόμενοι, συμπείθειν αὐτὸν ἐπεχείρουν ἐν ἀπορῥήτῳ συμπράττειν Ἀθηναίοις, ὅπως ἂν λάβωσιν Ἀμφίπολιν, ὑπισχνούμενοι Πύδναν· οἱ δὲ πρίσβεις οἱ τῶν Ἀθηναίων, εἰς μὲν τὸν δῆμον οὐδὲν ἀπήγγελλον, βουλόμενοι λανθάνειν τοὺς Πυδναίους, ἐκδιδόναι μέλλοντες αὐτούς· ἐν ἀπορῥήτῳ δὲ μετὰ τῆς βουλῆς ἔπραττον. Infrà, in Pythagora, Pythagoras quidam Zacynthius memoratur, οὗ φασιν εἶναι τὰ ἀπόῤῥητα τῆς φιλοσοφίας. Arcana artis Rhetoricæ hîc quoque intelligere videtur Laërtius: apud quem, legendum potius, τὰ παρ' Ἰσοκράτους καλούμενα, &c.

Συνάντῆσαι Διογένει, &c.] Aliter Stobæus Sermone CXVI. Σπευσίππῳ παραλυθέντι τὰ σκέλη, Διογένης ἐξαγαγεῖν αὐτὸν παρήνει τοῦ βίου· ὁ δὲ εὖ τοῖς σκέλεσιν, ἔφη, ζῶμεν, ἀλλὰ τῷ νῷ. 3

Ὑπὸ ἀθυμίας ἑκὼν τὸν βίον μετήλλαξε] In adulterio deprehenſum, diem ſuum obiiſſe ſcribit Tertullianus Apologet. 46. *Audio & quemdam Speuſippum de Platonis ſchola in adulterio periiſſe.*

Τόδε λέξαι, ὡς ἄρ' ἔην ὅς, &c.] Editio prior: τόδε λέξαι. ὃς ἦν εὐχὶ Πλάτωνι πρὸς αἵματος. & ita quoque MS. Regius. Editio Stephani: τὸ δὲ λέξας, ὡς ἄρ' ἔην ὃς Οὐχὶ, &c.

Κάτθανεν, ἀλλὰ ἂν διά τι σφόδρα μικρὸν] Ita Editio Stephani & codex Regius. Baſileenſis Editio, Κάτθανεν ἂν ἀλλὰ διά τι.

Πλούταρχος δὲ φησιν ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ, &c.] Nihil ſimile apud Plutarchum in Vita Lyſandri. Sed in Vita Syllæ, phthiriaſi obiiſſe dicuntur, Acaſtus, Alcman, Pherecydes, Calliſthenes, Mutius, & Eunus. De Speuſippo, nullum verbum, memoriâ & hoc loco lapſus eſt Laërtius, ut alibi non ſemel. De his qui phthiriaſi periere, Helladii Bezantinoi locum ſuprà, ad Platonem, adduximus; quem vide. 4

Φθειρσὶν ἐκζέσαι] Ἐκζέσαι rectè. & ita apud Suidam in Voce ἔκζεσις. Ita quoque apud Herodotum in Melpomene, Pheretima, ζῶσα εὐλέων ἐξέζεσε, *vivens, vermibus ebullit.* Et in Luciani Pſeudomante, obiit impoſtor Alexander, σκωλήκων ζέσας, *vermibus ebulliens.* Similiter, ex Antiochi corpore σκώληκας ἀναζεῖν, refert Auctor Maccabæorum libro II. cap. 9. ſect. 9.

Διακεχυμένες] Id eſt, *diſſolutus*: quod verbum etiam de Polemone infrà Laërtius uſurpavit.

Ὡς φησι Τιμόθεος ἐν τῷ περὶ βίων] Timotheus Athenienſis, in eodem de Vitis volumine ſuprà memoratus Laërtio noſtro in Platone, & infrà, in Ariſtotele & in Zenone.

Καταλέλοιπε δὲ πάμπλειστα ὑπομνήματα, καὶ Διαλόγους πλείονας] Suidas: συνέγραψε πλεῖστα, καὶ μάλιστα φιλόσοφα.

Περὶ φιλοσόφων] An ſcripſerit Laërtius περὶ φιλοσόφων? Laërtius ipſe infrà, in Parmenide, λέγεται δὲ καὶ νόμους θεῖναι τοῖς πολίταις, ὡς φησι Σπεύσιππος ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων. Scripſerat Speuſippus, teſte hîc Laërtio, & librum qui Φιλόσοφος inſcriptus fuit, qui fortaſſe intelligitur in Parmenidis Vita. quamquam non infrequens eſt Diogeni noſtro; quod jam monuimus; omittere in Indicibus libros, quorum alibi ipſe meminerit. Ita hîc librum omiſit, quem Πλάτωνος περίδειπνον, ſive περὶ Πλάτωνος δείπνου inſcripſerat, & cujus meminit in Platone. Citatur Speuſippus ἐν τῷ πρὸς τὸν Κλεοφῶντα πρώτῳ Clementi Strom. I. qui liber & hîc omiſſus fuit.

Προσκεφάλαιον ά] Πρὸς Κέφαλον ceteræ Editiones & MS. & quidem, ut mihi videtur, rectiùs: ſequitur enim Κέφαλος ά. Etiam Vetus Interpres *ad Cephalum*. *Cephalum* nomen eſſe proprium quis neſcit?

Ἀρίστιππος ά.] Dialogi, qui *Ariſtippus* inſcriptus fuit, jam ſuprà meminerat Laërtius: καταλέλοιπε δὲ πάμπλειστα ὑπομνήματα, καὶ διαλόγους πλείονας· ἐν οἷς καὶ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον.

5 Πρὸς τὸν Ἀμάρτυρον, Πλάτωνος ἐγκώμιον] Vetus Interpres, *ad Amartyrum, Platonis laudatio*. rectè. minùs rectè Aldobrandinus, *ad expertem teſtium, Platonis laudatio*. Meminit, puto, hujus Πλάτωνος ἐγκωμίου B. Hieronymus lib. I. contra Jovinianum: *Speuſippus quoque ſororis Platonis filius, & Clearchus in Laude Platonis, & Anaxylides in ſecundo libro Philoſophiæ, Perictionen matrem Platonis phantaſmate Apollinis oppreſſam ferunt*: Hæc enim verba *in Laude Platonis*, & ad Speuſippum & ad Clearchum referri poſſunt. Vide tamen quæ de hoc loco diximus ſuprà ad Platonis Vitam.

Ἐπιστολαί, πρὸς Δίωνα] Meminit harum Epiſtolarum Plutarchus in Commentario de diſcernendo Amico ab Adulatore, ut bene monitum Caſaubono.

Φίλιππον] Meminit Speuſippi ad Philippum Epiſtolæ Caryſtius Pergamenus in Commentariis hiſtoricis apud Athenæum lib. XI. his verbis: Σπεύσιππος πυνθανόμενος Φίλιππον βλασφημεῖν περὶ Πλάτωνος, εἰς ἐπιστολὴν ἔγραψέ τι τοιοῦτον, ὥσπερ ἀγνοοῦντες τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς βασιλείας Φίλιππος διὰ Πλάτωνος ἔσχεν, &c. *Speuſippus cùm reſciviſſet Platonem à Philippo maledictis proſcindi, Epiſtolam ad eum miſit, in qua ſcriptum erat, nemini ignotum eſſe, illum Platonis operâ regnum obtinuiſſe.*

Ὅροι] Hæ ſunt, opinor, Definitiones, quæ falsò Platoni adſcribuntur, inquit Sambucus. Eas tamen Platonis eſſe minimè dubitabat Caſaubonus, ut ſuprà ad Platonem monuimus.

Στίχοι μ'. γ'. δ'. ὁ. έ.] Aldobrandinus horum interpretationem omiſit. Vertit Ambroſius, *Verſus prope infiniti*. Tu, interpretabere, *verſus* 43475.

Πρὸς τοῦτον γράφει καὶ Σιμωνίδης τὰς ἱστορίας] Simonides Hiſtoricus: de quo Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. I. cap. 8.

Φαβωρῖνος φησὶν, ὡς Ἀριστοτέλης αὐτοῦ τὰ βιβλία τριῶν ταλάντων ὠνήσαιτο.] Speuſippum citat Ariſtoteles Metaphyſicorum libro VII. cap. 2.

Καὶ Σπεύσιππος ἕτερος, ἰατρὸς Ἡροφίλειος, Ἀλεξανδρεύς] Illum eſſe puto, qui toties ἐν τοῖς ὁμοίοις citatur Athenæo; quique, eodem Athenæo teſte, περὶ ἰχθύων ſcripſerat. Herophilus; cujus ſectæ addictus fuit; notus ex Plinio, Celſo, Sexto Empirico, Tertulliano, Galeno, aliis.

XENOCRATES.

Ἀγαθήνορος χαλκηδόνιος] Codex Florentinus, Ἀγαθάνορος. 6 Xenocratis Cippus apud Urſinum & Gallæum: Ξενοκράτης Ἀγαθάνορος Χαλκαδόνιος. Apud Suidam, Ἀγάθωνος, ἢ Ἀγαθάνορος. Minùs rectè autem Καρχηδόνιος habent hîc Editiones Stephanicæ. Χαλκηδόνιος quoque ſcriptum fuit in Regio Codice. & in Marmore apud Fabricium de Maximis; optimè. Ita dicitur Xenocrates Straboni, Æliano, Clementi Alexandrino, Suidæ. Χαλκηδόνιος & Καρχηδόνιος ſæpiſſimè confunduntur, quo errore nihil frequentius apud Scriptores. Strabonis locus eſt in libro XII. verba autem ejus ſunt: ἄνδρες δ' ἀξιολόγοι κατὰ παιδείαν γεγόνασιν ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, Ξενοκράτης τε ὁ Φιλόσοφος, καὶ Διονύσιος ὁ Διαλεκτικὸς, καὶ Ἵππαρχος, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ Μαθηματικοὶ, Κλεοφάνης τε Ῥήτωρ ὁ Μυρλεανὸς, Ἀσκληπιάδης τε Προυσιεὺς, ἰατρός.

Ἦν δὲ τὴν φύσιν νωθρὸς] Quod ipſum de Xenocrate teſtatur & Plutarchus libro de audiendis Poëtis. Locum profert Aldobrandinus.

Τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ, χαλινοῦ] Sic etiam codex Palatinus. Doctiſſimus Brodæus Miſcel. lib. XI. cap. 20. reponebat, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι· τῷ δὲ, κέντρου· cujus emendationis rationem divinare me non poſſe, equidem fateor. Ceterùm, id ipſum ab Iſocrate de acerrimo Theopompi ingenio, & de leviſſimo Ephori, dictum fuiſſe ſcribit Cicero in libro de Claris Oratoribus: & in Epiſtola ad Atticum quæ eſt prima libri VI. epiſtolarum ad Atticum. Idem quoque dictum Ariſtotelis de Calliſthene & Theophraſto, habes infrà, in Theophraſti Vita.

Ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω;] Chiffletius, in libello de Gemmis Socratis, elegantem gemmam exhibet, in qua Xenocrates aſino inſidet.

Ξενοκράτες, θύε ταῖς Χάρισι] Eunapius de Jamblicho, ἀλλ' ὥσπερ ἔλεγε περὶ Ξενοκράτους ὁ Πλάτων, ταῖς Ἑρμαϊκαῖς οὐ τέθυται Χάρισιν. Et de Beroniciano atque Epigono: πλὴν ὅσα γε ὁ Βερονικιανὸς ταῖς Χάρισιν ἔθυσε, καὶ ἱκανὸς ἀνθρώποις ὁμιλεῖν. ἔστι καὶ εἴη. Ita interpungendus hic locus, quem Interpres non cepit, & quem cepiſſe non videtur ipſe Caſaubonus, qui eum hîc protulit. ἔστι καὶ εἴη, hoc eſt, *vivit, & vivat precor*. Sed ad rem. Urbanos homines litaſſe

ſe Gratiis dicebant Veteres, ut bene hoc loco obſervat Caſaubonus. Ipſi nuper in Elegias, quas vir elegantiſſimus Balthazar Viaſſius Χάριτας inſcripſit, ita ludebamus:

Ταῖς Χάρισιν καλὸν τέμενος, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
Ἵδρυσε· καὶν τούτῳ θῦσε ΒΙΑΣ Χάρισιν.

Et in Corinnam:

Ταῖς Χάρισιν, φίλε Θεστιάδη, τεὰ θῦσε Κορίννα·
Θῦσε μὲν, ἀλλὰ θύος δυσχέρανον Χάριτες.

Sed ad Platonem, ut redeam, etiam τὸ ἄχαρι in Xenocrate reprehendiſſe ſcribit Ælianus Var. Hiſt. XIV. 9. his verbis: Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος, οὐδέπω ἠγανάκτει, φησίν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν παροξύνοντα αὐτὸν ὑπὲρ τούτου, ἵνα τι ἀποκρίνηται τῷ Πλάτωνι, οὐδὲ καὶ πάνυ ἐμφρόνως κατασιγάζων τὸν ἄνδρα, ἔφατο· ἀλλὰ τοῦτο ἐμοὶ συμφέρει.

Προυνίκους] Ita quoque optimè Codex noſter Regius. Minùs rectè ceteræ Editiones, ποενικούς. Etiam προυνίκους, apud Suidam, qui Laërtii verba retulit in προύνικος: προύνικος. δριμαῖος, γοργός· φασὶ δὲ Ξενοκράτη εἴποτε μέλλοι ἐς ἄστυ ἀπιέναι, τοὺς θορύβους πάντας, καὶ προυνίκους ὑποστέλλειν αὐτοῦ τῇ παρόδῳ· θορυβώδης emendandum ex Laërtio. προύνικος, ſive προύνεικος, eſt *laſcivus, petulans:* de qua voce Salmaſius ad Ælium Spartianum pag. 41. & Petavius ad Epiphanium, in Hæreſi Nicolaïtarum.

7 Καί ποτε καὶ Φρύνην τὴν ἑταίραν, &c.] Valerius Maximus IV. 3. *Phryne, nobile Athenis ſcortum, juxta eum,* (Xenocratem) *vino gravem in pervigilio accubuit, pignore cum quibuſdam juvenibus poſito, an temperantiam ejus corrumpere poſſet: quam nec tactu, nec ſermone aſpernatus, quod voluerat in ſinu ſuo morari, irritam propoſiti dimiſit. factum ſapientiâ imbuti animi abſtinens: ſed meretriculæ quoque dictum perquam facetum: Deridentibus enim ſe Adoleſcentibus, quia tam formoſæ, tamque elegans poti ſenis animum illecebris pellicere non potuiſſet, pactumque victoriæ pretium flagitantibus, de homine ſe cum iis, non de ſtatua pignus poſuiſſe, reſpondit,* &c. Quod dictum, Zimæ tribuit Boccacius, quem vide.

Ἀνώμοτον μαρτυρεῖν, τούτῳ μόνῳ συνεχώρουν Ἀθηναῖοι] Idem, Valerius libro II. capite ultimo: *Quantum porro honoris Athenis Xenocrati ſapientia pariter ac ſanctitate claro tributum eſt? qui cùm teſtimonium dicere coactus, ad aram acceſſiſſet, ut more civitatis juraret omnia ſe verè retuliſſe, univerſi Judices conſurrexerunt, proclamaruntque ne jusjurandum diceret: quodque ſibimetipſis poſtmodum dicendæ ſententiæ loco remiſſuri non erant, ſinceritati ejus concedendum exiſtimarunt.* Cicero pro Balbo: *Athenis ajunt, cùm quidam apud eos, qui ſanctè graviterque vixiſſet, teſtimonium publicè diceret,* (ſic legendus hic locus) *&, ut mos Græcorum eſt, jurandi causâ ad aras accederet, una voce omnes Judices, ne is juraret, reclamaſſe.* Et ad Atticum I. 15. *Quæ mihi res multò honorificentior viſa eſt, quàm aut illa, cùm jurare tui Cives Xenocratem teſtimonium dicentem, prohibuerunt.*

8 Ἀλεξάνδρου γοῦν καὶ συχνὸν ἀργύριον ἀποστείλαντος αὐτῷ, &c.] Triginta talentorum eam pecuniam fuiſſe dicunt Heſychius Mileſius & Suidas. At Cicero Tuſculanarum Quæſtionum libro V. & Plutarchus in Alexandro, nec non in Commentario de Fortuna Alexandri, teſtantur quinquaginta talentorum eam fuiſſe. Meminit hujus hiſtoriæ & Valerius Maximus IV. 3. his verbis: *Legatos ad eum* (Xenocratem) *cum aliquot talentis miſerat,* (Alexander) *quos in Academiam perductos, ſolito ſibi, id eſt, modico apparatu, & admodum parvulis copiis excepit. Poſtero die interrogantibus, cuinam adnumerari pecuniam vellet: Quid vos, inquit, heſternâ cœnâ non intelleximus eâ me non indigere. Ita Rex Philoſophi amicitiam emere voluit, Philoſophus Regi ſuam vendere noluit.* Ab eo præcepta de regno petiit Alexander. Auctor Plutarchus, in libro adverſus Coloten.

Καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμηθέντα ἐπ' ἄθλῳ πολυπεσίας, τοῖς κατασχοῦσι, &c.] Legendum omnino τοῖς Χοῦσι, id eſt, *feſto Choum.* Ælianus Variæ Hiſtor. II. 41. ubi de eadem hiſtoria: καὶ ἐν Διονύσου δὲ (ita legendum rectè vidit Caſaubonus) τῇ τῶν χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἄθλον τῷ πιόντι πλέον, στέφανος χρυσοῦς, καὶ ἐνίκησε Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος, καὶ τὸν στέφανον λαβών, ὅτε ἐπανῄει μετὰ τὸ δεῖπνον, τῷ Ἑρμῇ τῷ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστῶτι ἐπέθηκεν αὐτὸν, κατὰ τὸ ἔθος τῶν ἐμπροσθεν ἡμερῶν. καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀνθινοὺς, καὶ τοὺς ἐκ τῆς μυρρίνης, καὶ τὸν ἐκ τοῦ κιττοῦ, καὶ τὸν ἐκ τῆς δάφνης ἐνταῦθα ἀνέπαυσε καὶ ἀπέλιπε. *Apud Dionyſium, die feſto quem* Choas *vocant, libationum præmium ordinatum eſt ei qui plus bibiſſet, aurea corona: quam meritus eſt Xenocrates Chalcedonius, qui ſumptâ coronâ cùm à cœna reverteretur, Mercurio, qui ſtabat ante fores, eam impoſuit juxta priſtinam conſuetudinem. Nam & florida, & myrtina, & hederacea, & laurea ſerta hic reponere & relinquere ſolebat.* Athenæus libro & capite X. Τίμαιος δὲ φησιν, ὡς Διονύσιος ὁ Τύραννος τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ, τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι χόα, ἆθλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν· καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος· καὶ λαβὼν τὸν χρυσοῦν στέφανον, καὶ ἀναλύων τῷ Ἑρμῇ τῷ ἰδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐπέθηκεν, ὥπερ εἰώθει καὶ τοὺς ἀνθινοὺς ἑκάστοτε ἐπιτιθέναι στεφάνους, ἐσπέρας ἀπαλλασσόμενος ὡς αὐτόν. *Timæus ſcribit, Dionyſium Tyrannum Congiorum die feſto, ei qui primus congium ebiberet, coronam auream præmium inſtituiſſe; Xenocratemque Philoſophum primum exhauſiſſe, & quam acceperat coronam cùm domum rediret, appoſuiſſe Mercurio ante palatium erecto, quem coronis è floribus textis ornare frequenter ſolebat, cùm veſpere domum reverteretur.* Narrat ſimile factum Legatorum Romanorum apud Ptolemæum Ægypti Regem Juſtinus lib. XVIII. *Miſſi à Senatu in Ægyptum Legati, cùm ingentia ſibi à Ptolemæo Rege miſſa munera ſpreviſſent, interjectis diebus ad cœnam invitatis auream coronæ miſſæ ſunt, quas illi honoris causâ receptas poſterâ die Statuis Regis impoſuerunt.* Moris autem fuit Veteribus habere præ foribus ædium ſuarum ſimulachrum, & ut plurimùm Mercurii. De Feſto Choum videndus Meurſius in Græcia Feriata, & Caſaubonus ad Athenæum lib. X. cap. 10. Sed ad Xenocratem ut

redeam, ſcribit Athenæus lib. v. cap. 2. Philoſophis etiam curæ fuiſſe cum Juvenibus qui ad ſe ventitabant, ſtatâ quadam lege convivari, & Xenocratis in Academia συμποτικοὺς νόμους fuiſſe.

10 Στρουθίου δέ ποτε διωκομένου, &c.] Quod ipſum narrat Ælianus Var. Hiſtor. XIII. 31. his verbis: Ξενοκράτης ὁ Καρχηδόνιος, (γρ. Χαλκηδόνιος) ὁ ἑταῖρος Πλάτωνος, τά τε ἄλλα ἦν φιλοικτίρμων, καὶ οὐ μόνον φιλάνθρωπος, ἀλλὰ καὶ πολλά, τῶν ἀλόγων ζώων ἠλέει. καὶ οὖν ποτὲ καθημένου ἐν ὑπαίθρῳ, διωκόμενος βιαίως στρουθὸς ὑπὸ ἱέρακος, εἰς τοὺς κόλπους αὐτοῦ κατέπτη. ὁ δὲ ἀσμένως ἐδέξατο τὸν ὄρνιν, καὶ διεφύλαξεν, ἀποκρύψας ἔστ' ἂν ὁ διώκων ἀπῴχηθεν. ἐπεὶ δὲ ἠλευθέρωσεν αὐτὸν τοῦ φόβου, ἁπλώσας τὸν κόλπον, ἀφῆκε τὸν ὄρνιν, ἐπειπών, ὅτι μὴ ἐξέδωκε τὸν ἱκέτην. Herodotus libro I. ubi de Pactya Lydo, quem à Cumæis Perſæ repoſcebant: πρὸς ταῦτα ὁ Ἀριστόδικος ἐκ προνοίης ἐποίεε τάδε· περιιὼν τὸν νηὸν κύκλῳ, ἐξαίρεε τοὺς στρουθοὺς, καὶ ἄλλα ὅσα ἦν νενεοσσευμένα ὀρνίθων γένεα ἐν τῷ νηῷ. ποιέοντος δὲ αὐτοῦ ταῦτα, λέγεται φωνὴν ἐκ τοῦ ἀδύτου γενέσθαι, φέρουσαν μὲν πρὸς τὸν Ἀριστόδικον· λέγουσαν δὲ τάδε, Ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί τάδε τολμᾷς ποιέειν; τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ κεραΐζεις; *Poſt hæc, Ariſtodicus tale quippiam de induſtria aggreditur: Templum circumiens, paſſeres, aliaſque aviculas, in nidis ibi genitas, è nidis exemit. quod cùm ille faceret, memorant vocem ex adyto auditam, quæ ad Ariſtodicum ferretur, atque hujuſmodi quædam ſonaret, Hominum ſceleriſſime, quænam libido te inceſſit, ut auderes meos ſupplices diripere?* Μὴ κτεῖναι τὸν ἱκέτην, οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν. Euripides, apud Lucianum in Reviviſcentibus.

Λαβὰς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας] Quem locum reſpexit Suidas in λαβαῖς· λαβαὶ φιλοσοφίας, Ἀριθμητικὴ καὶ Γεωμετρική. Notum Pythagoricum illud, & Platonicum, μηδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. Metropolim omnium Mathematicarum ſcientiarum Geometriam vocat Philo, apud Plutarchum Sympoſium VIII. 2.

Παρ' ἐμοὶ γὰρ πόκος οὐ κνάπτεται] Mercurialis Var. Lect. lib. II. cap. 11. γναφεύεται legendum exiſtimabat. *Xenocrates*, inquit, *eo reſponſo innuere voluiſſe videtur diſciplinas ordine quodam eſſe apprehendendas, neque adeundam Philoſophiam, niſi Mathematicæ diſciplinæ teneantur: ſicut nemo lanam nondum vellicatam ac politam ad fullonis officinam, ut tingatur, ferat. ſic etenim Arceſilai dictum illud, οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει, quod forſan à Xenocrate in proverbium emanavit, intelligendum eſſe longâ hac atque eleganti oratione ſignificat Galenus in II. de differentiis pulſuum: τὸ γὰρ τοῦ Ἀρκεσιλάου καλὸν, ὡς οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. τάξις γάρ ἐστιν, ὥσπερ ἐρίων ἐργασίας, οὕτω καὶ μαθημάτων διδασκαλίας, καὶ οὐδεὶς οὔτ' ἀναγινώσκειν διδάσκεται, πρὶν πάσας ἐκμαθεῖν τὰς συλλαβὰς· οὔτ' αὐτὰς, πρὶν ἅπαντα τὰ στοιχεῖα τῆς φωνῆς· οὔτε τὰ σύνοντα (γράφεται σύντονα) παλαίσματα πρὸ τῶν ἁπλῶν καὶ ῥᾳδίων· οὐδὲ ταῦτα, πρὶν πρίψασθαι καλῶς. οὐδὲ τοῦτο, πρὶν ἀλείψασθαι γυμναστικῶς· ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν τὸ μὲν πρῶτον, τὸ δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἐστὶν ἐν ἀπάσαις ταῖς τέχναις· οὕτω δὴ καὶ τοῖς κατὰ τὴν διαλεκτικὴν οὐκ ἐνδέχεταί τινα, πρὶν ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ οἷον στοιχείοις γυμνάσασθαι ταῖς τῶν ἑξῆς ἀποδείξεσι ἔπεσθαι.* Nihil mutandum docet hîc Caſaubonus; quem videſis omnino.

Εἰπόντος δὲ Διονυσίου πρὸς Πλάτωνα, &c. Οὐκ ἄν γε 11
ἔφη, &c.] Et meritò: Xenocratis enim amicus erat Plato quàm qui maximè. Teſtis hiſtoria quam refert Valerius Maximus. *Audierat Plato Xenocratem de ſe multa impiè locutum: ſine ulla cunctatione criminationem reſpuit. Inſtabat certo vultu index, cauſſam quærens cur ſibi fides non haberetur. Adjecit Plato, non eſſe credibile ut quem tantopere amaret, ab eo invicem non diligeretur: affirmavit numquam Xenocratem illa dicturum fuiſſe, niſi ea dici expedire ſibi judicaſſet.*

Καὶ Ἀντιπάτρου ποτὲ ἐλθόντος, &c.] Totidem verbis Heſychius Mileſius. Accipiendum autem de Antipatro, qui, poſt Alexandri Magni mortem, Aridæo ejus fratri, ſive, ut aliis placet, Alexandri filio, pupillo, adminiſter regni datus eſt; non verò de Antipatro Macedoniæ rege, qui nonus poſt Alexandrum M. regnum obtinuit, rectè hîc monet Aldobrandinus.

Πολλάκις ἑαυτᾷ τῆς ἡμέρας διεμελέτα, καὶ ὥραν μίαν, φασὶν, ἀπένεμε σιωπῇ] Huc ſpectat quod de Xenocrate memorat Valerius Maximus VII. 2. *Cùm maledico ſermoni quorumdam ſummo ſilentio intereſſet, uno ex his quærente cur ſolus ita linguam ſuam cohiberet: Quia dixiſſe me, inquit, aliquando pœnituit, tacuiſſe numquam.* Quod tamen reſponſum laudabile & à Plutarcho libro de bona valetudine, & à Stobæo Serm. 31. tribuitur Simonidi.

Περὶ σοφίας] Ita rectè & Baſileenſis editio & Regius Codex. Malè Editio Stephanica, & Codex Palatinus: περὶ φιλοσοφίας: ſequitur enim liber hoc titulo. Προ ς', in Palatino erat ά.

Περὶ θανάτου, ά.] Exſtat etiamnum Xenocratis Phi- 12
loſophi Dialogus ille de Morte, è Græca lingua in Latinam tranſlatus à Marſilio Ficino Florentino; cujus Interloquutores, Socrates, Clinias, Axiochus. Sed anſit genuinus, ampliùs quærendum. τῶν Ξενοκράτους συναγωγὴν ſcripſerat Theophraſtus, teſte Diogene noſtro in Theophraſto.

Περὶ βίων] Περὶ βίου, legit Aldobrandinus; qui vertit *De Vita*. placet Περὶ βίων. Memini alicubi me legere Platonis Vitam ſcripſiſſe Xenocratem.

Περὶ ψυχῆς, ά, β'.] Animam autem ille definiebat, 13
numerum moventem ſe ipſum.

Ἀρχέδημος] Codex Regius, Ἀρχαίδημος.

Λύσις τῶν περὶ τοὺς λόγους, ά, ί.] Legendum videtur, Λύσεις, ά, ί.

Πυθαγόρεια, ά.] Scripſerat & περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς: qui liber citatur Clementi Alexandrino Stromat. VII. ſed qui fortaſſe alius non eſt ab eo qui Πυθαγόρεια inſcriptus fuerat, de quo hîc Laërtius.

Τῆς περὶ τὸ διαλέγεσθαι πραγματείας βιβλία ιε, με, &c.] MS. Regius: βιβλία δ', μ', &c.

Περὶ μαθημάτων τῶν περὶ τοῦ λέξιν λογιστικῶν] Corrige περὶ τὴν λέξιν. Ita Codex Regius: & Editio Ste-

phani: quæ etiam, quemadmodum Baſileenſis, λογικῶν habet, non λογιστικῶν. Cum editione Aldobrandiniana conſentit Palatinus codex.

Βιβλία θ'.] Poſt hæc verba, ſcriptum eſt in Codice Regio, in Palatino, & Florentino, τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἄλλα βιβλία δ'. τῶν περὶ τὰ μαθήματα βιβλία ϛ'. τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἄλλα βιβλία δύο. Et ita habuit Codex quo uſus eſt Aldobrandinus. Editio Stephanica & Baſileenſis cum recepta lectione conſentiunt.

14 Ἀθηναῖοι δ' ὅμως αὐτὸν ὄντα τοιοῦτον ἐπίπρασκόν ποτε, τὸ μετοίκιον ἀδυνατοῦντα θεῖναι, &c.] Μετοίκιον, tributum eſt quod ab Inquilinis exigitur. Ab iis Athenienſes drachmas duodecim exigebant. Nicephorus Gregoras: ἔθος ἦν τοῖς Ἀθηναίοις λαμβάνειν καθ' ἕκαστον ἔτος δραχμὰς δώδεκα ἐκ τῶν ἔξωθεν ἐρχομένων εἰς Ἀθήνας ξένων, κατοικίας ἕνεκα· καὶ τοῦτο ἐκαλεῖτο μετοίκιον. Harpocration: μέτοικός μέν ἐστι, ὁ ἐξ ἑτέρας πόλεως μετοικῶν ἐν ἑτέρᾳ, καὶ μὴ πρὸς ὀλίγον, ὡς ξένος, ἐπιδημῶν, ἀλλὰ τὴν οἴκησιν αὐτόθι κατακτησάμενος· ἐδίδοντο δὲ ὑπ' αὐτοῦ καθ' ἕκαστον ἔτος δραχμαὶ δώδεκα, ὅπερ ὀνόμασται μετοίκιον. quæ ipſiſſima verba exſcripſit Suidas in μετοίκιον. Pollux III. 4. μέτοικος, ὁ τὸ μετοίκιον συντελῶν. τὸ δὲ ἦν δυοκαίδεκα τῷ δημοσίῳ δραχμαὶ, καὶ τῷ γραμματεῖ τριώβολον. Heſychius: μετοίκιον. τέλος. οὗτος ἐκαλεῖτο, ὃ ἐτίθεσαν ἐν τῇ πόλει, (lege ὃ ἐτέλουν τῇ πόλει) δραχμὰς δέκα (lege δώδεκα, ut rectè Meurſius emendavit) τῷ δὲ τελώνῃ τριώβολον. Et deinde: μέτοικοι· οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει, καὶ τελοῦντες ἀνὰ δραχμὰς δώδεκα τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὸ δημόσιον. τελώνην dixit, quem Pollux γραμματέα. Hoc verò tributum à ſervis etiam pendebatur & à libertis. auctor Harpocration: ὅτι δὲ καὶ οἱ δοῦλοι ἀφιεμένοι ὑπὸ τῶν δεσποτῶν, ἐτέλουν τὸ μετοίκιον, ἄλλοι τε τῶν Κωμικῶν δεδηλώκασι, καὶ Ἀριστομένης, Μένανδρος δ' ἐν Ἀνατιθεμένῃ, &c. & ex eo Suidas in μετοίκιον. Sed hoc viros inter & feminas diſcrimen fuit, quòd illi duodecim drachmas; iſtæ, ſex tantùm perſolvebant. teſtatur Iſæus apud Harpocrationem: Ἰσαῖος δ' ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους ὑποσημαίνει, ὅτι ὁ μὲν ἀνὴρ δώδεκα δραχμὰς ἐτέλει μετοίκιον, ἡ δὲ γυνὴ ἕξ. Addit Iſæus: καὶ ὅτι τοῦ υἱοῦ τελοῦντος, ἡ μήτηρ οὐκ ἐτέλει· μὴ τελοῦντος δ' ἐκείνου, αὐτὴ τελεῖ. Qui autem ſolvendo non erant, vendebantur; ut teſtatur Demoſthenes apud Harpocrationem: οἱ μέν τοι μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον μέτοικοι, ἀπήγοντο πρὸς τοὺς πολίτας, καὶ εἰ ἐάλωσαν, ἐπιπράσκοντο, ὡς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος· ἐνεβίβαζον δὲ καὶ εἰς τὰς ναῦς τοὺς μετοίκους, ὡς ὁ αὐτὸς Ῥήτωρ ἐν Φιλιππικοῖς δηλοῖ. & ut conſtat ex Laërtio, hoc loco. Locus autem ubi vendebantur, vocabatur τοῦ μετοικίου πωλητήριον. Demoſthenes Oratione I. contra Ariſtogitonem: Ζωβίαν ὑποδεξαμένην Ἀριστογείτονα φυγόντα, καὶ ἀξιοῦσαν εὐπαθεῖν, ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τοῦ μετοικίου πωλητήριον ἤγαγε, καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ πέπρακε. Sequitur apud Suidam, qui hæc Demoſthenis verba, in μέτοικοι, non laudato auctore, exſcripſit: τοῦτον δὲ ἐπίπρασκον, τὸ μετοίκιον ἀποτεννοῦντα θεῖναι· quæ verba ſunt ex hoc Laërtii loco, ut rectè monitum Henrico Valeſio in Notis in Harpocrationis Lexicon. Ad hunc autem morem eos vendendi qui tributum illud non erat ſolvendo, reſpexiſſe Bionem Boryſthenitem exiſtimamus, cùm diceret patrem ſuum publicanum; qui aliquid fraudaverat; cum tota familia venundatum eſſe: qua de re nos ſuprà, in Bione. De hoc tributo plura qui volet, adeat Meurſium ad Heſychium Mileſium. Ceterùm, pro ἀδυνατοῦντα quod hîc legitur, habent editio Stephanica & codex Palatinus, ἀπονοῦντα. At Baſileenſis editio & Regius codex, ἀτονοῦντα: quod magis placet. & ita Caſaubonus emendabat. ἀποκνοῦντα, malebat Tanaquillus Faber. Sed ἀτονοῦντα quoque malebat Valeſius ad Harpocrationem.

Καὶ αὐτὸν ὠνεῖσθαι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς] Idem, atque iiſdem verbis, Heſychius Mileſius. Aliter hanc hiſtoriam narrat Plutarchus; cujus verba profert hîc Aldobrandinus.

Ἐπὶ Λυσιμαχίδου] Λυσιμάχου Editio Stephani, & Baſileenſis, & Codex Regius. Sed Λυσιμαχίδην etiam hunc Archontem vocat Diodorus. Ceterùm ita diſtinguendus hic locus, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσιν ἔτη, ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος κατὰ τὸ, &c.

Ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν] Lucianus in Longævis, ait vixiſſe annos 84. ſed tres & centum vixiſſe, contendit Meurſius de Archontibus Athen. lib. IV. cap. 12.

Προσπταίσας] Προσκόψας, Manuſcripti Stephanici, & Codex noſter, & Florentinus, & Palatinus. 15

Γεγώς] Γεγονὼς MS. Regius. perperam. Verſus eſt Jambicus.

Ἄλλοι Ξενοκράτεις ϛ'] Quinque tantùm enumerat: quare legendum ε'. *quinque*. Etiam MSS. Regius & Florentinus πέντε. & ita vertit Ambroſius, nec non Aldobrandinus ad oram libri.

Ὅ, τε τακτικὸς ἀρχαῖος σφόδρα, καὶ συγγενὴς ἅμα καὶ πολίτης τῷ προειρημένῳ φιλοσόφῳ.] Hujus Tactici Xenocratis meminit Strabo libro XII. cujus diſcipulos fuiſſe ait, Hecatæum Mileſium & Menecratem Elaïtam. ἐπαινεῖ δὲ μάλιστα, loquitur de Demetrio Scepſio, τὴν Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου καὶ Μενεκράτους τοῦ Ἐλαίτου, τῶν Ξενοκράτους γνωρίμων ἀνδρῶν, δόξαν. Alius eſt à Xenocrate Bœotarcha, de quo Pauſanias in Bœoticis.

Τέταρτος] Corrige τρίτος· & poſteà τέταρτος & πέμπτος, pro πέμπτος & ἕκτος.

Ποιηταὶ μὲν γὰρ ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν, ἐπιτυγχάνουσι· πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῇ, πταίουσι. δῆλον τὸ μὲν φύσεως εἶναι, τὸ δὲ τέχνης ἔργον.] Et tamen Maronem, Vatum Deum, proſâ oratione minus bene ſcripſiſſe volunt. Quare Caſſius Severus de Salluſtio ita judicabat, ut ejus orationes nihilo meliores eſſe diceret, quàm aut Ciceronis verſus, aut Virgilii proſam.

Δῆλον] Melius Editio Stephani & Regius Codex, τῷ δῆλον, quomodo loquitur Ariſtophanes in Pluto.

Ἀνδριαντοποιός] De quo ſic ſcribit Plinius XXXIV. 8. *Xenocrates, Tiſicratis diſcipulus, aut, ut alii, Euthycratis, vicit utroſque copia ſignorum, & de ſua*

arte compoſuit volumina. Teſtatur & lib. xxxv. cap. 10. quòd de Pictura ſcripſere Antigonus & Xenocrates. Sed ibi fortè legendum Hypſicrates, ex Laërtio, qui in Chryſippo tres περὶ πινάκων Scriptores conjungens, Polemonem, Hypſicratem, & Antigonum nominat; quæ eſt doctiſſimi Junii conjectura in tractatu de Pictura Veterum lib. II. cap. 3.

Ἕκτος, ἄσματα γεγραφὼς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος.] Ariſtoxenus Tarentinus, Muſicus, Theophraſti æmulus: qui, ut ait Suidas, Ariſtoteli maledixit, quod Theophraſtum, Scholæ ſucceſſorem inſtituiſſet, cùm ipſe inter Ariſtotelis diſcipulos emineret. Fuit & Xenocrates Medicus, laudatus Galeno in libris κατὰ τόπους, & in libro x. de Simplicibus Medicamentis cap. I. cujus meminit & Plinius libro & cap. 22. Fuit præterea Xenocrates Agrigentinus, quem celebravit Pindarus Iſthmionicarum ode 2. Citatur & Xenocrates quidam ἐν πρώτῳ Χρονικῶν, ab Etymologo in Ἀσσυρία.

POLEMON.

16 ΦΙΛΟΣΤΡΆΤΟΥ μὲν υἱὸς] Φιλοστράτου, ἢ Φιλοστράτους, eſt apud Suidam; quod Caſaubonus obſervavit.

Τὸν δῆμον] Τῶν δήμων Editio Baſileenſis, & Codex Regius.

Οἰηθεν] Harpocration: Οἴηθεν. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους. δῆμος τῆς Πανδιονίδος ἡ Οἴη, ὡς Διείδωρος. Οἰηθεν δὲ, ἐν τόπῳ ἐπίῤῥημα. Φιλόχορος δ' ἐν τῇ τρίτῃ τὴν Οἴην, Κεφάλου μὲν θυγατέρα, Χάροπος δὲ γυναῖκα ἱστορεῖ. Ex quo Suidas: Οἰῆθεν. δῆμος Πανδιονίδος Οἰείη. (Lege Οἴη) καὶ τὸ Οἰῆθεν, τοπικὸν ἐπίῤῥημα. Φιλόχορος δὲ τὴν Οἴην φησὶ Κεφάλου μὲν θυγατέρα εἶναι, Χαρίππου δὲ γυναῖκα. Χαρίππον dixit, quem Χάροπα Harpocration appellavit.

Ἀκόλαστός τε καὶ διακεχυμένος ἦν οὕτως] Suidas: ἐγεγόνει δὲ σφόδρα ἄσωτος. Origenes lib. I. contra Celſum: ἀλλὰ καὶ τὴν Πολέμωνος ἀσωτείαν, τοῦ διαδεξαμένου Ξενοκράτην, ὀνειδίσωμεν φιλοσοφίᾳ.

Προσπεπλασμένον] An potiùs προσπεπηγμένον?

Καὶ ποτε συνθέων ταῖς νέοις, &c.] Valerius Maximus VI. 9. *Perditæ luxuriæ Athenis adoleſcens Polemo, neque illecebris tantummodo, ſed etiam ipſâ infamiâ gaudens, cùm è convivio non poſt occaſum Solis, ſed poſt ortum ſurrexiſſet, domumque repetens, Xenocratis philoſophi patentem januam vidiſſet, vino gravis, unguentis delibutus, ſertis capite redimito, pellucida veſte amictus, refertam turba doctorum hominum Scholam ejus intravit; nec contentus tam deformi introitu conſedit etiam, ut clariſſimum eloquium, & prudentiſſima præcepta temulentiæ laſcivus eluderet. Ortâ deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu contnuit, omiſiſſque de quibus diſſerebat, de modeſtia ac temperantia loqui cœpit; cujus gravitate ſermonis reſipiſcere coactus Polemo, primùm coronam capite detractam projecit, paulò poſt brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convulſi hilaritatem depoſuit; ad ultimum totam luxuriam exuit, uniuſque orationis ſalubertimâ medicinâ ſanatus, ex infami ganeone maximus Philoſophus evaſit.* Meminit hujus hiſtoriæ; ſed ſtrictim; B. Auguſtinus epiſt. 130. ad Cirtenſes: *Xenocrates Polemonem, ut ſcribitis, & nos ex illius literis recordamur, de fruge temperantiæ diſputando, non ſolùm ebrioſum, verùm & tunc ebrium ad mores alios repente convertit.* Et contra Julianum Pelagianum lib. I. cap. 2. *Si Scholam Xenocratis, ſicut Polemo, ex antelucano convivio temulentus intraſſes, non tantâ quanta in iſto cœtu tot Sanctorum deberes verecundiâ coërceri.* Et poſteà: *Sicut Polemo luxuriæ coronis ſenſim capite detractis, eiſque abjectis, manum pallio ſubdidit, os & vultum formavit ad verecundiam; ad extremum, totum ſe illi ad quem deridendum venerat, diſcipulum tradidit.* Adde Plutarchum in libro de Diſcrimine adulatoris & amici: Πολέμωνα Ξενοκράτης ὀφθεὶς μόνον ἐν τῇ διατριβῇ, καὶ ἀποβλέψας πρὸς αὐτὸν ἐτρέψατο, καὶ μετέθηκεν. Et Suidam: ἐγεγόνει δὲ σφόδρα ἄσωτος. εἶτα ἐφιλοσόφησε, καὶ πολλὰ μὲν συνέγραψε βιβλία. Et Horatium, Sat. 3. lib. II.

--- Quæro, faciaſne, quod olim
Mutatus Polemon: ponas inſignia morbi;
Faſciolas, cubital, focalia; potus ut ille
Dicitur ex collo furtim carpſiſſe coronas,
Poſtquam eſt impranſi correptus voce magiſtri?

Ubi *ponas inſignia morbi*, dicitur ἀλληγορικῶς tamquam de ægro. Id eſt: tamquam is qui ex morbo convaluit, ſuſpendas in Æſculapii, aut alius Dei templo, morbi inſignia: faſciolas, cubital, focalia. Ita rectè Porphyrio. *Impranſum* autem vocat Xenocratem, pro *ſobrium*: quia ſobrii prandere non ſolent, ſed cœnare tantùm. Ita rectè Guyetus. Lucianus quoque in Bis accuſato; ubi introducitur Ebrietas Academiæ litem intentans ob dimotum à ſe Polemonem: ἠδικηται δὲ ἡ ἀθλία τὰ μέγιστα ὑπὸ τῆς Ἀκαδημίας ἐμοῦ. ἀνδράποδον, ὃ μόνον εἶχεν εὔνουν, καὶ πιστὸν αὐτῇ, μηδὲν αἰσχρὸν ὢν προσταξάσιν οἰόμενον, ἀφαιρεθεῖσα, τὸν Πολέμωνα ἐκεῖνον. ὃς μεθ' ἡμέραν ἐκώμαζε διὰ τῆς ἀγορᾶς μέσης, ψαλτρίαν ἔχων, καὶ καταδούμενος, ἔωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, καὶ κραιπαλῶν, καὶ τὴν κεφαλὴν τοῖς στεφάνοις διηνθισμένος. καὶ ταῦτα ὅτι ἀληθῆ, μάρτυρες Ἀθηναῖοι ἅπαντες, οἳ μηδεπώποτε νήφοντα Πολέμωνα εἶδον. ἐπὶ δὲ ὁ κακοδαίμων ἐπὶ τὰς τῆς Ἀκαδημίας θύρας ἐκώμασεν, ὥσπερ ἐπὶ πάντας εἰώθει, ἀνδραποδισαμένη αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν τῆς μέθης ἁρπάσασα μετὰ βίας, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀγαγοῦσα, ὑδροποτεῖν τε κατηνάγκασε, καὶ νήφειν μετεδίδαξε, καὶ τοὺς στεφάνους περιέσπασε. *Injuriâ eſt affecta miſera illa à me Academia: mancipio, quod ſolum habebat benevolum ac fidele, quodque nihil turpe putabat eorum quæ ipſa imperaſſet, privata, Polemone illo, qui per medium forum interdiu temulenter ſe gerebat, Pſaltriam ſecum habens, & cantu perſtrepens, à ſummo manè ad veſperam uſque ebrius ſemper, & crapulæ indulgens, caputque corollis florum implicatum gerens. Quæ quòd vera ſint teſtes ſunt univerſi Athenienſes, qui Polemonem numquam ſobrium viderunt. Infelix illè, cùm ad Academiæ quoque fores, ut apud omnes ſolebat,*

temulenter ageret, illum ſibi mancipatum, atque è manibus ebrietatis vi ereptum, & ad ſe adductum, aquam bibere & ſobrium eſſe docuit, & corollas detraxit. Anno trigeſimo aquam bibere cùm cœpiſſet, ad finem uſque vitæ abſtemium fuiſſe, ſcripſit Antigonus Caryſtius apud Athenæum libro II. cap. 6. Sed & ipſius Polemonis viſa fortuitò imagine, ſcortillum projectiſſimæ libidinis, verecundiâ tactum, reſipuiſſe narrat Nazianzenus, his verbis:

Οὐδ' ὁ Πολέμων ἔμοιγε σιγηθήσεται·
Καὶ γὰρ τὸ θαῦμα τῶν ἄγαν καλουμένων,
Ἧν μὲν τὸ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἐν σώφροσι,
Καὶ σφόδρα γ' αἰσχρὸς ἡδονῶν ὑπηρέτης.
Ἐπεὶ δ' ἔρωτι τοῦ καλοῦ κατεσχέθη
Σύμβουλον εὑρὼν, οὐκ ἔχω δ' εἰπεῖν τίνα.
Εἴτ' οὖν σοφόν τιν', εἴθ' ἑαυτὸν, ἁθρόως,
Τοσοῦτον ὤφθη τῶν παθῶν ἀνώτερος. &c.

Καὶ ἁρματοτροφῆσαι] Quod fuit Divitum & Potentiorum. Xenophon in Hierone: τὸ δὲ πάντων κάλλιστον καὶ μεγαλοπρεπέστατον νομιζόμενον εἶναι ἐπιτήδευμα, ἁρματοτροφίαν ποτέρως ἂν δοκῇς μάλιστα κομμεῖν, εἰ αὐτὸς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἅρματα τρέφοις τε, καὶ πέμποις εἰς τὰς πανηγύρεις, &c. 17

Καὶ δίκην κακώσεως ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ὡς μειρακίοις συνόντα] Lex enim erat Solonis, ut eſt apud Plutarchum in Solone & in Erotico, dotalis feminæ maritum ter ſingulis menſibus cum ea pernoctare oportere. Sic in Ægypti urbe Achaïco, ut Leo Africanus auctor eſt, *non raro evenit, uxorem coram judice de raris mariti congreſſibus expoſtulare: unde perſæpe & naſci divortia, & aliis jungi maritis; quod Mahumetano licet dogmate; vidimus.* Sic ille, pag. 703. κακώσεως δίκη, actio eſt malæ tractationis, quæ dabatur uxoribus adverſus maritos. De ea pluribus Samuel Petitus in Comment. ad Leges Atticas pag. 445.

Καὶ τὴν ἰγνύαν διασπάσαντος] Malè Codex Regius, καὶ τὴν ἰγνύαν τινὸς διασπάσαντος: quam lectionem tamen ſequutus eſt Aldobrandinus. ἰγνύα, eſt *poples*, παρὰ τὸ ἰκνεῖσθαι, ſi Grammaticis fides, quia flexo & incurvato poplite incedimus.

Νικοστράτου γοῦν ποτε] De Nicoſtrato, dixi ſuprà ad Xenophontem.

18 Μελάνθιος ὁ ζωγράφος ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς.] Melanthii inter clariſſimos pictores meminit Plinius libro xxxv. cap. 7.

Φησὶ γὰρ δεῖν αὐθάδειάν τινα καὶ σκληρότητα τοῖς ἔργοις ἐπιτρέχειν, &c.] De pictura, aliter judicabat Apelles, eouſque in pictura provectus, ut plura ſolus prope quàm ceteri omnes, contulerit: voluminibus etiam editis quæ doctrinam eam continent; præcipua ejus in arte veneſtas fuit, cùm eadem ætate maximi pictores eſſent: quorum opera cùm admiraretur, collaudatis omnibus, deeſſe illis unam illam Venerem dicebat, quam Græci *charita* vocant: cetera omnia contigiſſe, ſed hac ſoli ſibi neminem parem. Verba ſunt Plinii libro xxxv. cap. 10. Sed de Statuaria ſimiliter Euthycrates, Statuarius: de quo Plinius capite 8. ejuſdem libri: *is, conſtantiam patris potiùs æmulatus quàm elegantiam, auſtero maluit genere, quàm jucundo placere.*

Ἀριστοφάνης περὶ Εὐριπίδου, Ὀξῶτα καὶ Στιλφῶτα] Hæc de Euripide Ariſtophanes ἐν Γήρᾳ. Legendum autem ὀξωτὰ καὶ στιλφιωτὰ: ut diu eſt quòd ad Solinum pagina 368. monuit Salmaſius ὁ πάνυ. Julius Pollux VI. 10. 2. ὁ δ' Ἀριστοφάνης ἐν τῷ Γήρᾳ λέγει,

Ὀξωτὰ, σιλφιωτὰ, βόλβος, τεύτλιον,
Περίκομμα, θρίον, ἐγκέφαλος, ὀρίγανον.

ita in verſus verba Ariſtophanis apud Pollucem rectè redegit Salmaſius ibidem. Laërtianus Codex Regiæ Bibliothecæ habuit, ut Aldobrandinianus, Ὀξωτὰ καὶ στιλφῶτα: quæ lectio ad germanam proximè accedit. Ab ea longiùs recedit lectio editionis Baſileenſis, ὀξώτης καὶ στιλφώτης, nec non Stephanica, ὀξώτας καὶ στιλφῶτα. ὀξωτὰ καὶ στιλφιωτὰ, id eſt, *orationem acetatam & laſeratam; orationem fucatum & jucundo ſapore conditam:* metaphorâ ſumptâ ab aceto & laſere, quibus in condimentis plurimum utebantur Veteres. Similiter Petronius: *ſed mellitos verborum globulos, & omnia dicta factáque, quaſi papavere & ſeſamo ſparſa.* σησαμωτὰ καὶ μηκωνωτὰ, dicerent Græci. De ſtilo Euripidis, notum quid ſenſerit Ariſtophanes.

Ἅπερ, ὡς αὐτός φησι] Sunt verba Laërtii, non Ariſtophanis. 19

Καταπυγοσύνη ταῦτά ἐστι πρὸς κρέας μέγα] Corrige, vel metri cauſâ,

Καταπυγοσύνη ταῦτ' ἐστι πρὸς κρέας μέγα.

Ceterùm, Καταπυγοσύνη in nominandi caſu habent ceteræ Editiones, & Codex Regius; ſed minùs rectè. Καταπυγοσύνη ταῦτ' ἐστι πρὸς κρέας μέγα, id eſt, eadem ſunt ac mera καταπυγοσύνη. καταπυγοσύνη, eſt ἡ μαλακία, ut Suidas exponit, quam ἡδονὴν μεγάλην vocat Heſychius. Quid ſit κρέας μέγα dicere poſſim, ἀλλά με κωλύει αἰδώς. Similiter Ezechielis capite XXIII. 20. Quorum carnes ſunt, ut carnes aſinorum.

Οἱονεὶ Δώριός τις οἰκονομία] Chriſtianus, ad oram libri, ἁρμονία legendum monuit. Sed οἰκονομία quoque apud Suidam in Δώριος: ubi locum Laërtii exſcripſit: Δώριος ὄνομα κύριον. καὶ δώριος οἰκονομία. τήν τε ἀκακίαν, καὶ τὸν αὐχμὸν ὁ Πολέμων ἐνεδέδυτο Ξενοκράτους, καὶ τὸ βάρος, οἱονεὶ Δώριος οἰκονομία. Malè οἱονεὶ Δώριον οἰκονομίαν emendabat Suidæ Interpres: cùm legatur apud Laërtium; cujus verba exſcripſit Suidas; οἱονεὶ Δώριος οἰκονομία. Sed quid ſit οἰκονομία Δώριος, dixerit alius. Dorius modus inter muſicos modos graviſſimus fuit; unde proverbium, ἀπὸ δωρίου ἐπὶ φεύγιον: quare Δώριος ἁρμονία ſenſu optimo hîc Chriſtianus reponebat.

Ἦν δὲ καὶ φιλοσοφοκλῆς, &c.] Suidas: ἔχαιρε δὲ Ὁμήρῳ τε καὶ Σοφοκλεῖ. καὶ ἴσως ἔχειν ἑκάτερον αὐτῶν σοφίας ἔλεγεν· ὥστε καὶ φάσκειν Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικὸν, Σοφοκλέα δὲ, Ὅμηρον τραγικόν. Euſtathius ad Iliad. ε'. pag. 514. Edit. Romanæ Sophoclem vocat ζηλωτὴν Ὁμήρου. Auctor Vitæ Sophoclis, (Triclinium quidem eum appellant): τὸ πᾶν οὖν Ὁμηρικῶς ὠνόμαζε· τούς τε μύθους φέρει, κατ' ἴχνος τοῦ Ποιητοῦ· καὶ τὴν Ὀδυσσείαν δὲ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται· παρετυμολογεῖ δὲ καθ' Ὅμηρον καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Ὀδυσσέως, 20

Ὀρθῶς δ' Ὀδυσεὺς εἰμ' ἐπώνυμος κακοῖς.
Πολλοὶ γὰρ ὠδύναντο δυσσεβεῖς ἐμοί.

ἐῤθοποιεῖ τε, καὶ ποικίλλει, καὶ τοῖς ἐπινοήμασι τεχνικῶς χρῆται, Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν. ὅθεν εἰπεῖν λέγεται Γωνικόν τινα, μόνον Σοφοκλέα τυγχάνειν Ὁμήρου μαθητήν. Exſtat Henrici Stephani de Sophoclea Homeri imitatione Diſſertatio. Scripſerat olim Philoſtratus Alexandrinus Περὶ τῆς τοῦ Σοφοκλέους κλοπῆς πραγματείαν, teſte Porphyrio apud Euſebium de Præparat. Euangelica x. 3. quæ ſi hodie exſtaret, quæ ab Homero Sophocles ſumpſit, videremus.

Κατὰ τὸν Κωμικὸν] Ita quoque MS. Regius, & Florens Chriſtianus, & Iſaacus Caſaubonus. κατὰ τῶν Κωμικῶν ceteræ Editiones.

Κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός] Verſus eſt Jambicus: in quo, pro συμποιεῖν, συμπονεῖν ad oram libri emendabat Joſephus Scaliger. Sed συμποιεῖν quoque ſcriptum eſt apud Suidam in κύων Μολοττικὸς, ubi hunc locum exſcripſit: Κύων Μολοττικὸς, inquit, ὅπου τὰ ποιήματα αὐτῶ κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός. Eſt autem κύων μολοττικὸς, κύων μέγας καὶ ποιμενικός.

Κατὰ τὸν Φρύνιχον] Phrynichum Comicum intelligit, veteris Comœdiæ Poëtam; qui, Suida teſte, floruit Olympiade 86. non Tragicum qui vixit, eodem teſte, Olymp. 67. non Grammaticum, qui fuit ſub Marco Imperatore.

Οὐ γαυσὸς, οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ Πράμνιος] Verſus eſt. γαῦσις, aliæ Editiones. γαῦξις, Regius Codex. Caſaubonus & Chriſtianus, οὐδὲ γλυκύς. Legendum ex optima Salmaſii emendatione ad Solinum dicto loco,

Οὐ γλύξις, οὐ δ' ὑποχυτὸς, ἀλλὰ Πράμνιος.

De qua lectione diu ante Salmaſium, monuerat H. Stephanus. *Pro* γαῦσις, inquit, *legitur* γαῦξις. *& item* γλύξις. etiam γλύξις Codex Florentinus. Eſt autem γλύξις, ut rectè Heſychius Alexandrinus eam vocem interpretatur, ὁ ἀνειμένος οἶνος καὶ ἄγονος, ὃν ἔνιοι μὲν ἀπαλόστομον, οἱ δὲ γλεῦξιν. γλυκὺς tamen legerat quoque Suidas. Ita enim ille in voce ὑπόχυτος: ὑπόχυτος οἶνος, ὁ γλυκύς. ἦν δὲ ὁ Πολέμων ὁ φιλόσοφος, οὐ γλυκὺς, οὐδ' ὑπόχυτος, ἀλλὰ πράμνιος. At contra Pramnium vinum, eſt vinum generoſum, durum, auſterum. Athenæus I. 14. γίνεται δὲ ἐν Γκάρῳ, φησὶν Ἐπαρχίδης, ὁ πράμνιος. ἔστι δὲ οὗτος γένος τι οἴνου. καὶ ἔστιν οὗτος, οὔτε γλυκὺς, οὔτε παχὺς, ἀλλ' αὐστηρὸς, καὶ σκληρὸς, καὶ δύναμιν ἔχων διαφέρουσαν· οἷῳ Ἀριστοφάνης οὐκ ἤδεσθαι Ἀθηναίους φησὶ λέγων, τὸν Ἀθηναίων δῆμον, οὔτε ποιηταῖς ἥδεσθαι σκληροῖς καὶ ἀστεμφέσιν, οὔτε πραμνίοις σκληροῖσιν οἴνοις, συνάγουσι τὰς ὀφρῦς τε καὶ τὴν κοιλίαν· ἀλλ' ἀνθοσμίᾳ, καὶ πέπονι νεκταροσταγεῖ. *Eparchides ſcribit, naſci in Icaro Pramnium, vini genus, nec dulce, nec craſſum, ſed auſterum, durum, & inſigniter validalidum: quali Ariſtophanes ſcripſit non delectari Athenienſium populum.* Athenienſibus, *inquit*, nec placent aſperi & horridi Poëtæ, nec immite Pramnium vinum, quo & ſupercilium & alvus contrahitur: ſed anthoſmiam vinum probant, *lene & nectare fluente.* Junius in Nomenclatore, ubi de voce *deſrutum*; legendum cenſet apud Laërtium, γλυτρὶς, ex Athenæo: aut certè, γλυκὺς, ut eſt apud Suidam.

Ἔλεγεν οὖν, τὸν μὲν Ὅμηρον, Ἐπικὸν εἶναι Σοφοκλέα, Ὅμηρον δὲ, Σοφοκλέα τραγικόν.] Totidem verbis Suidas.

Γκανὰ συγγράμματα καταλιπών.] Suidas: καὶ πολλὰ μὲν συνέγραψε βιβλία· οὐδὲν δὲ αὐτοῦ φέρεται. Citatur ἐν τοῖς περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου συνταγμασι Clementi Alexandrino στρωματέων VI. niſi forte alium Polemonem intelligit, nam plures fuerunt hoc nomine: de quibus videndus Suidas in Πολέμων.

CRATES.

Κράτης, πατρὸς μὲν ἦν Ἀντιγένους, Θριάσιος δὲ τῶν δήμων] Vertit Ambroſius, *Crates Athenienſis, patre Antigene ortus*, &c. Legerat ergo Κράτης Ἀθηναῖος, πατρὸς μὲν ἦν Ἀντιγένους, &c. Melius τὸν δῆμον: quod millies monuimus. & ita Flor. codex. 21

Θριάσιος] Stephanus: Θρία. δῆμος τῆς οἰνηίδος φυλῆς. λέγεται καὶ Θριώ. ὁ δημότης, Θριάσιος.

Καὶ Ἀκροατὴς ἅμα καὶ ἐρώμενος Πολέμωνος. ἀλλὰ καὶ διεδέξατο τὴν σχολὴν αὐτοῦ.] Lucillius libro XXVIII. apud Nonium Marcellum in libello de Var. ſignificat. ſermonis, in voce *transmittere: Polemon, & amavit Craten, & huic transmiſit ſuam Scholam quam dicunt.* Ita legendus hic locus, ex optima & veriſſima Victorii emendatione.

Καὶ οὕτως ἀλλήλων ὠφελείτην] Lege ἐφιλείτην. Theocritus: ἀλλήλους δ' ἐφίλασαν ἴσῳ ζυγῷ. & ita poſtulat ſenſus: quamquam etiam Regius Codex ἀλλήλους ὠφελείτην. ſed Heſychius Mileſius, ἐφιλήτην: vitioſè, pro ἐφιλείτην. Etiam ἐφιλείτην Palmerius emendabat.

Ἀλλὰ καὶ μέχρι σχεδὸν ἀναπνοῆς] Ita quoque apud Heſychium Mileſium, ad quem H. Stephanus reponebat hoc loco μέχρι σχεδὸν τῆς τελευταίας, vel τῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς. Si quid mutandum, mallem μέχρι σχεδὸν ἐκπνοῆς.

Ἀνταγόρας] Antagoras Rhodius, qui fuit Antigoni Macedoniæ Regis temporibus, eique perfamiliaris; ut diſcimus ex Pauſania in Atticis. Memoratur mox Laërtio in Crantore.

Ἤεισεν] MS. Regius ἤισεν: unde Caſaubonus ᾔιξεν. Legebat Tanaquillus Faber ὧν ἀπὸ μῦθοι Γερὸι ᾔεισαν. & poſteà, στρυφνοῖς pro στρεπτοῖς. τρεπτοῖς habet MS. Flor. & ιησα.

Λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους] Ita vocabant viros bonos. Plato libro x. de Republica: τῶν δὲ δὴ ἀποθανόντων ἐπὶ τῆς στρατείας, ὃς εὐδοκιμήσας τελευτήσῃ, ἆρ' οὐ πρῶτον μὲν χρυσοῦ γένους εἶναι φήσομεν. Tzetzes Chil. IX. 325. 22

Ἐκ τούτου γένους τοῦ χρυσοῦ πάντας φαμὲν ἀνθρώπους,
Ὁπόσοι τι χρηστὸν εἰσὶ ἐν βίῳ εἰργασμένοι.

Auſonius:

Generi hic ſuperſtes aureo,
Sutorque prolis aureæ,
Convicit Aſcræum ſenem.

Διονυσόδωρον] Sic etiam apud Heſychium. Suidas quoque: Διονυσόδωρος. ὄνομα κύριον. Legiſſe videtur

Aldobrandinus, Διονυσιόδωρον. De Dionyſodoro illo, Plutarchus alicubi, ſi bene memini, mentionem facit.

Σεμνυνόμενον ἐπὶ τῷ μηδένα τῶν κρυμάτων αὐτοῦ μητ' ἐπὶ τριήρους, μητ' ἐπὶ κρήνης ἀκηκοέναι] Martialis:

Scribit carmina circulis Palæmon:
Raris me juvat auribus placere.

In Palatino ſcriptum eſt, μὴ σεμνυνόμενον.

Καθάπερ' Ἰσμηνίου] Iſmeniæ tibicinis meminerunt, Plutarchus in Pericle; Ælianus, Variæ Hiſtor. IV. Stephanus, in Θίσβη; Apuleius, de Deo Socratis; alii.

23 Τὰ δὲ περὶ κωμῳδίας] Unde Voſſius libro de Poëtis Græcis, Poëtis eum annumerat. Sed fruſtrà. Aliud eſt Comœdias ſcribere; aliud, de Comœdia.

Ὁ τῆς Ἀρχαίας κωμῳδίας ποιητής.] Qui ad Olympiadis 82. annum ſecundum ab Euſebio in Chronicis refertur. Is eſt, cujus meminit Ariſtoteles in libello de Poëtica capite V. his verbis: τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκ Σικελίας ἦλθε. τῶν δὲ Ἀθήνησιν Κράτης πρῶτος ἦρξεν, ἀφέμενος τῆς ἰαμβικῆς ἰδέας, καθόλου ποιεῖν λόγους, ἢ μύθους. Duos Cratetas Comicos; eoſque Athenienſes, ac veteris Comœdiæ Poëtas; recenſet Suidas.

Δεύτερος, ῥήτωρ Τραλλιανὸς, Γ' σοκράτειος.] De quo fortè Lucianus in Rhetorum Præceptore: εἶτά σε κελεύσει ζηλοῦν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἴωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων, οὐ ῥᾴδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαίας ἐργασίας ἐστὶν, Ἡγησίου, καὶ τῶν ἀμφὶ Κράτητα, καὶ Νησιώτην, ἀπεσφιγμένα καὶ νευρώδη, καὶ σκληρὰ, καὶ ἀκριβῶς ἀποτεταμένα ταῖς γραμμαῖς: nam & noſter quoque Orationes ſcripſit, teſte Laërtio noſtro.

Τρίτος ταφρωρύχος, Ἀλεξάνδρῳ συνών] Meminit Stephani Abbreviator Hermolaus, in Ἀθῆναι· ὀγδόη, Βοιωτίας (loquitur de pluribus Athenis) ἡ ἐκ τῆς λίμνης ἀναφανεῖσα, μετὰ τὸ πρότερον ἐπικλυσθῆναι τῆς Κωπαΐδος, ὅτε Κράτης αὐτὴν διετάφρευσεν.

Μαλλώτης, Γραμματικός] De eo, Suidas: Κράτης, Τιμοκράτους, Μαλλώτης, φιλόσοφος Στωϊκὸς, ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρικὸς καὶ Κριτικὸς, διὰ τὴν περὶ τοὺς γραμματικοὺς καὶ ποιητικοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπίστασιν· σύγχρονος Ἀριστάρχου τοῦ Γραμματικοῦ, ἐπὶ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος. συνέταξε διόρθωσιν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἐν βιβλίοις θ', καὶ ἄλλα. Legendum verò hoc loco Μαλλώτης, quemadmodum legitur apud Suidam. Stephanus: Μάλλος. πόλις Κιλικίας, ἀπὸ Μάλλου κτίσαντος αὐτήν. ὁ πολίτης, Μαλλώτης, καὶ θηλυκὸν, Μαλλῶτις.

Ἔννατος, ἐπιγραμμάτων ποιητής.] Hodie hujus ἐπιγραμματοποιοῦ epigrammata ſuperſunt nulla. Exſtat quidem libro I. Anthologiæ Cratetis epigramma tribus verſibus conſtans, ſed quod Crateti Philoſopho tribuitur. Accipio autem de Cynico: atque hos tres verſus puto eſſe ex illius Hymno de frugalitate, cujus meminit Julianus Imperator Oratione VI. & VII. Fuit & Crates Pergamenus, de quo Plinius libro VII. cap. X. *Crates Pergamenus, in Helleſponto, circa Parium, genus hominum fuiſſe tradit, quos* Ophiogenes *vocat, ſerpentum ictus contactu levare ſolitos, & manu impoſitâ venena extrahere corpori.* Meminit Ælianus de Hiſtoria animal. libro XVII. capite 9. & 37. Fuit & Crates, Scriptor Rei Ruſticæ; de quo Varro & Columella.

CRANTOR.

Γ'ΣΣ μυριάδας στίχων τρεῖς] Lineas intelligit; ut 24
vulgò vocant; non verſus. Ita Juſtinianus Imperator Præfatione III. Digeſtorum ſect. I. οὐ περαιτέρω τε πέντε καὶ δέκα μυριάδων στίχων αὐτῷ δόντες. & ſuprà ibidem: ἀριθμὸν δὲ εἶχον στίχων μυριάδων τριακοσίων. Ea notione & *verſus* Latini uſurparunt. Gellius IX. 15. de quodam Declamatore: *ſed ubi deblateratis verſuum multis millibus, finem aliquando fecit.* Cornelius Nepos in Epaminonda: *uno hoc volumine Vitas excellentium virorum complurium concludere conſtituimus: quorum ſeparatim multis millibus verſuum complures Scriptores ante nos explicarunt.* Cicero pro Rabirio: *Glaucia ſolebat, homo impurus, ſed tamen acutus, populum monere, ut cùm lex aliqua recitaretur, primum verſum attenderet.* Et epiſtola 16. libri II. ad Atticum: *quod de Q. Fratris epiſtolâ ſcribis ad me, quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ. quid dicam neſcio: nam ita deplorat primis verſibus manſionem ſuam.* Et epiſtolâ I. lib. V. ad eumdem Atticum: *nunc venio ad tranſverſum illum extremæ epiſtolæ tuæ verſiculum.* Idem Oratione pro Domo: *velitis, jubeatis, ut M. Tullio aqua & igni interdicatur. Hoc vos pati poteſtis, hoc ferre civitas, ut ſinguli cives ſingulis verſiculis è civitate tollantur.* & pro Milone, poſtquam dixiſſet, videret Pompeius ne quid Reſp. detrimenti caperet, ſubjungit, *quo uno verſiculo ſatis armati ſemper Conſules fuerunt, etiam nullis armis datis.* Quintilianus quoque X. 3. *ne latas quidem ultra modum eſſe ceras velim, expertus juvenem, ſtudioſum alioqui, prælongos habuiſſe ſermones, quia illos numero verſuum metiebatur, idque vitium quod frequenti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus eſſe ſublatum.*

Οὗτος νοσήσας, εἰς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἀνεχώρησε] Ægrotantes, ſe in Æſculapii templum tranſferri curabant: qua de re, Ariſtophanes in Pluto; & Galenus paſſim; & alii plures.

Ἐν γῆς φίλοις, &c.] Ἐν γῆς φιλῆς, Caſaubonus; 25
quem vide.

Θεαίτητος ὁ ποιητής.] Qui doctiſſimi Voſſii diligentiam fugit in elencho Græcorum Poëtarum. Θεαιτήτου plura occurrunt Epigrammata in Anthologia; nec non Θεαιτήτου Σχολαστικοῦ, qui alius à noſtro.

Ὑποδέξῃ] Caſ. ὑπεδέξω.

Ἐθαύμαζε δὲ ὁ Κράντωρ πάντων δὲ μᾶλλον Ὅμηρον, 26
&c.] Eadem habet Heſychius Illuſtris.

Τραγικῶς ἅμα καὶ συμπαθῶς] τραγικώτατον, Euripidem vocat Ariſtoteles in libello de Poëtica.

Ἀνταγόραν τὸν ποιητὴν] Optimè Caſaubonus Ἀνταγόρα τοῦ ποιητοῦ.

Ἐνδεὴς μοι θυμὸς] Ἐν δοὴ, H. Stephanus ex Callimacho.

27 Ἀπελέκητον] Melius ὠπελέκητον: & ita H. Stephanus; nec non Codex Regius. Ita quoque Suidas, qui Laërtii locum exſcripſit in φλοιός. Sed Suidæ verba mendoſiſſimè Librarii ſcriptores deſcripſere: φλοιός· τὸ λέπος τοῦ δένδρου· εἶχε δὲ ὁ Κράντωρ ἀπελέκητον φωνὴν, καὶ Φλοιοῦ μεστὴν Τραγῳδῶν. Reſcribendum ex Laërtio, εἶπε δὲ, & poſteà, Τραγῳδόν. Ita enim apud Laërtium, cujus verba deſcribit Suidas. Τραγῳδῶν tamen ferri poteſt. ſcripſiſſe Suidam, ἔχειν δὲ ὁ Κράντωρ ἀπελέκητον φωνὴν, καὶ πλοίου μεστὴν, εἶπε Τραγῳδόν, putabat Petrus Petitus.

Καί τινος ποιητοῦ σκίφης μεστοὺς εἶναι τοὺς στίχους] Editio Baſileenſis, σκίφθης μεστούς. MS. Flor. σκείφθης. Sed σκίφης quoque apud Heſychium Mileſium. Item apud Suidam in σκίφη: apud quem mendi ſuſpicionem tollit ſeries literarum: σκιφη. καί τινος ποιητοῦ τοὺς στίχους ἔφη Κράντωρ ὁ φιλόσοφος σκίφης εἶναι μεστούς. σκίφη, eſt *blatta*.

Καὶ τὰς Θεοφράστου θέσεις ὀστρέῳ γεγράφθαι] Totidem verbis Heſychius ὁ βιογράφος. Scripſerat Theophraſtus θέσεις XXIV. De quibus infrà dicemus ad Theophraſti Vitam.

Θαυμάζεται δὲ αὐτοῦ μάλιστα βιβλίον τὸ περὶ πένθους] Cicero in Lucullo: *Legimus omnes Crantoris, veteris Academici, de Luctu: eſt enim non magnus: verùm aureolus: &, ut Tuberoni Panætius præcipit, ad verbum ediſcendus libellus.* Plinius in Præfatione: *Scito enim conferentem autores, me deprehendiſſe à juratiſſimis & proximis veteres tranſcriptos ad verbum: neque nominatos. Non illa Virgiliana virtute, ut certarent: non Ciceroniana ſimplicitate, qui in libris de Republica, Platonis ſe comitem profitetur. In Conſolatione filiæ:* Crantorem, *inquit*, ſequor. Adi Caſaubonum, qui egregiè hunc locum illuſtrat. Scripſerat Crantor & Commentarium in Platonem: unde πρῶτος τοῦ Πλάτωνος ἐξηγητὴς dicitur Proclo in Timæum libro I.

Ἡ νόσων κακίστη] ἡ νόσος, MSS. quidam; quos inter, Florentinus.

ARCESILAUS.

28 Πιτανᾶιος, τῆς Αἰολίδος,] Minùs rectè quidam Codices, teſte H. Stephano, Πιτάνης. Stephanus de Urbibus: Πιτάνη, πόλις Αἰολίδος. ὁ πολίτης, Πιτανᾶιος. *Pitanæus* quoque dicitur Numenio Pythagorico, apud Euſebium de Præparatione Euangelica libro XIV. Pomponius Mela libro I. cap. 18. *Caicus inter Eleam decurrit & Pitanen; illam quæ Arceſilam edidit; nihil affirmantis Academiæ clariſſimum Antiſtitem.* Strabo libro XIII. ἐκ δὲ τῆς Πιτάνης ἐστὶν Ἀρκεσίλαος, ὁ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας, Ζήνωνος τοῦ Κιττιέως συσχολαστὴς παρὰ Πολέμωνι. Addidit Laërtius, τῆς Αἰολίδος, ad differentiam Pitanæ, urbis Laconicæ. Ex ea Pitane Laconica natum Arceſilam, falſò ſcripſit Solinus cap. 7. *Therapnæ, unde primùm cultus Dianæ Pitanæ, quam Arceſilas Stoicus,* (an *Scepticus?*) *inde ortus, prudentiæ ſuæ merito in lucem extulit.*

Ἔπισχεν τὰς ἀποφάσεις] Atque inde eſt quòd *ignorantiæ magiſter* dicitur Lactantio lib. III. cap. 6. & Petrarchæ cap. 3. de Fama,

Ma d'ogni coſa Archeſilao dubbioſo.

De Arceſilao, ejuſque Philoſophia, pluribus diſſerentem dictum Numenium vide apud dictum Euſebium de Præparat. Evangelica dicto loco.

Πρῶτος δὲ καὶ ἐς ἑκάτερον ἐπεχείρησε, &c.] Cicero libro de Oratore: *Arceſilas primùm, qui Polemonem audierat ex variis Platonis libris, ſermonibuſque Socraticis, hoc maximè arripuit, nihil eſſe certi, quod aut ſenſibus, aut animo percipi poſſit: quem ferunt eximio quodam uſum lepore dicendi, aſpernatum eſſe omne animi ſenſuſque judicium; primumque inſtituiſſe; quamquam id fuit Socraticum maximè; non quid ipſe ſentiret, oſtendere, ſed contra id quod quiſque ſe ſentire dixiſſet, diſputare.* Euſebius de Præparatione Evangelica libro XIV. cap. 2.

Ἐριστικώτερον] *Pertinacior in diſſerendo* dicitur Ciceroni lib. V. de Finibus extremo.

Καὶ τῶν μὲν ὁμομητρίων πρεσβύτερον Πυλάδην, τῶν δὲ ὁμοπατρίων] MSS. καὶ τῶν μὲν ὁμοπατρίων πρεσβύτερον Πυλάδην, τῶν δὲ ὁμομητρίων.

Αὐτολύκου τοῦ μαθηματικοῦ] Exſtat hujus Autolyci 29
liber de Sphæra: item, de Siderum ortu atque occaſu libelli duo.

Μεθ' ὃν Θεοφράστου διήκουσεν. ἔπειτα μετῆλθεν εἰς Ἀκαδημίαν πρὸς Κράντορα] Numenius dicto loco, apud Euſebium: συμβαλὼν γὰρ ἐν παισὶ Θεοφράστῳ ἀνδρὶ πράῳ καὶ οὐκ ἀφυεῖ τὰ ἐρωτικὰ, διὰ τὸ καλὸς εἶναι, ἔτι ὢν ὡραῖος τυχὼν ἐραστοῦ Κράντορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, προσεχώρησε μὲν τούτῳ, &c. Polemonis diſcipulum vocat Cicero lib. V. de Finibus extremo, & libro III. de Oratore, dicto loco.

Ἐπείθετο] MS. Regius, ἐπύθετο.

Προσενεγκάμενος) Caſaubonus an προσενεγκάμενος?

Ὦ παρθέν' εἰ σώσαιμί σ', εἴση μὴ χάριν] Ita etiam Editio Stephani. At Baſileenſis & MS. Regius, εἴση μοι χάριν. Et ita H. Stephanus, atque Chriſtianus. Quæ lectio potior videtur: quamquam & altera ferri poteſt. Pro eo autem quod ſequitur, Ἄγου με, ὦ ξένε, &c. Caſaubonus emendabat, Ἄγε με, ὦ ξένε. Eum videſis hoc loco.

Θνατῶν] Meliùs θνατῷ, ut habet Editio prin- 30
ceps, & Regius Codex. Et ita legiſſe videntur Interpretes.

Θυάτειρα] Urbs eſt Lydiæ: quare hîc pro Φρυγίᾳ, ſi ſequamur Geographos, ſcribendum erit Λυδίᾳ, inquit Caſaubonus: qui tamen nihil mutat, 31
cùm hæc nomina propter locorum vicinitatem confundi ſoleant.

Ὡς δεινὸς ἀνδρῶν] Supple ἔφη. Vide hîc Caſaubonum.

Πενεστέων ἧσθα προσφιλέστερος] Qui ſint Peneſtæ, docebunt te, Heſychius, Harpocration, & Suidas. Πενεστέων προσφιλέστερος, proverbii ſpeciem præ ſe ferre videtur.

Ἦνυε δὲ καὶ ἐκφαυκτήριζε νέος ὤν] An Ionem Platonis Dialogum intelligit, in quo plurimus de Homero ſermo? Homerum maximè omnium Poëtarum Arceſilas amplectebatur, ut ſcribit Laërtius noſter.

Au

An potiùs ; quæ eſt Petri Petiti ſententia : de Ione, poëta Tragico & Lyrico, intelligendus Laërtius ?

32 Νωθρὸν ὄντα καὶ χασμῳδῆ, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένον, εἰπὼν τὴν γεωμετρίαν αὐτοῦ χάσκοντος εἰς τὸ στόμα ἐμπτῆναι.] Deſcripſit hunc locum Suidas in τεθεωρημένη : ὁ μὲν οὖν Ἀρκεσίλαος ὁ φιλόσοφος, νωθρὸς ὢν τὴν φύσιν καὶ χασμῳδὴς· ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένος, εἰπὼν τὴν γεωμετρίαν αὐτοῦ χάσκοντος εἰς τὸ στόμα ἐμπτῆναι.

Διὰ δὲ τὸ περὶ πάντων ἐπέχειν] Diximus ſuprà. Adde locum Ciceronis illuſtrem, ex Academicarum Quæſtionum libro I. *Itaque Arceſilas negabat eſſe quidquam quod ſciri poſſet, ne illud quidem ipſum quod Socrates ſibi reliquiſſet. Sic omnia latere cenſebat in occulto ; neque eſſe quidquam quod cerni aut intelligi poſſit : quibus de cauſis nihil oportere, neque profiteri, neque affirmare quemquam, neque aſſenſione approbare : cohibereque ſemper, & ab omni lapſu continere temeritatem : quæ tum eſſet inſignis cùm aut falſa, aut incognita res approbaretur : neque hoc quidquam eſſe turpius, quam cognitioni & perceptioni aſſenſionem, approbationemque præcurrere*, &c. Etiam Suidas in ἔπεχε : Πλάτων, περὶ μὲν τῶν ἃ κατέλιπεν, ἀποφαίνεται· τὰ δὲ ψεύδη, διελέγχει· περὶ δὲ τῶν ἀδήλων ἐπέχει. Ἀρκεσίλαος Φιλόσοφος, διὰ τὸ περὶ πάντων ἐπέχειν, οὐδὲ βιβλίον τι συνέγραψεν.

33 Καὶ τὸν Πύῤῥωνα, κατά τινας, ἐζηλώκει] Numenius apud Euſebium, loco laudato : Μνασέας γοῦν, καὶ Φιλόμηλος, καὶ Τίμων, οἱ Σκεπτικοὶ, Σκεπτικὸν αὐτὸν προσονομάζουσιν, ὥσπερ καὶ αὐτοί ἦσαν, ἀναιροῦντα καὶ αὐτὸν τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ πιθανὸν, &c. ἦν μὲν τοίνυν Πυῤῥώνειος, πλὴν τοῦ ὀνόματος· Ἀκαδημαϊκὸς δ' οὐκ ἦν, πλὴν τοῦ λέγεσθαι, &c. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotypoſeon lib. I. cap. 33. ὁ μέν τοι Ἀρκεσίλαος, ὃν τῆς μέσης Ἀκαδημίας ἐλέγομεν εἶναι προστάτην καὶ ἀρχηγὸν, πάνυ μοι δοκεῖ τοῖς Πυῤῥωνείοις κοινωνεῖν λόγοις, ὡς μίαν εἶναι σχεδὸν τὴν κατ' αὐτὸν ἀγωγὴν καὶ τὴν ἡμετέραν, &c.

Πρόσθε Πλάτων ὄπισθε δὲ Πύῤῥων] Rectè Caſaubonus, metro poſtulante, Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύῤῥων. Hujus dicti meminit & Sextus Empiricus, loco laudato : ἔνθεν καὶ τὸν Ἀρίστωνα εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ, πρόσθεν Πλάτων, ὄπισθεν Πύῤῥων, μέσος δὲ Διόδωρος. διὰ τὸ προσχρῆσθαι τῇ διαλεκτικῇ. τὴν κατὰ τὸν Διόδωρον εἶναι δὲ ἀντικρὺς Πλατωνικήν.

Τῇ γὰρ ἔχων Μενέδημεν] Sic quoque MSS. Stephanici. Μενέδημος, Editio Baſileenſis & Stephanica. Caſaubonus emendabat Μενεδήμου : & ita apud Euſebium.

Θήσεται] Legitur apud Euſebium θεύσεται : ex quo Theodorus Canterus faciebat ψεύσεται : id eſt, *mentitur & imitatur Pyrrhonem*. Eum vide Var. Lect. I. 9. Caſaubonus Cantero non aſſentiebatur. θεύσεται, inquit, eſt *curret*, cui ſimile quod ſequitur νήξομαι εἰς Πύῤῥωνα. ſed hoc loco pro ἢ Πύῤῥωνα, ἐς Πύῤῥωνα reſcribebat.

Τὸ πᾶν, κρέας] Similiter apud Theocritum Idyllio III. τὸ πᾶν, λίθος. Sermo eſt de puella.

Καὶ διαλιπὼν αὐτὸν ποιεῖ λέγοντα, Νήξομαι εἰς Πύῤῥωνα, καὶ εἰς σκολιὸν Διόδωρον] Hæc abſunt à Baſileenſi editione, & Codice Regio.

Καὶ εἰς σκολιὸν Διόδωρον] Malè Editio Stephani, κολιόν.

Διαστατικὸς] Διασταλτικὸς, aut διατακτικὸς, malebat Tanaquillus Faber.

Ἐπισκώπτης] Ἐπικόπτης, MSS. Regii, & Stephanici. Vide ſuprà in Menedemo.

Καὶ νέον οὐ λήσεις] MS. Regius, Καὶ νέον μὴ λήσῃς. 34
Caſaubonus, Καὶ νόον.

Οὐ λήψεταί τις, ἔφη, τοῦτον ἀστραγάλῳ] Ἀστραγαλωτὶ ſcriptum eſt apud Heſychium Illuſtrem, qui rem, Laërtii verbis, refert : pro quo Hadrianus Junius legebat ἀστραγαλωτῇ : quæ lectio Joanni Meurſio ad Heſychium minimè diſplicebat, cùm Veteres è taxillis connexas haberent ſcuticas. Euſtathius ad Iliad. XXIII. αἱ ἀστραγαλωταὶ μάστιγες ἐκ τοιούτων τινῶν (ἀστραγάλων) ἐνειρομένων κατεπροτοῦντο. Pollux X. 12. παρὰ δὲ Κράτητι, ἐν ταῖς Ἑορταῖς, καὶ ἀστραγαλωτή τις μάστιξ ὠνόμασται. Meurſius, ἀστράγαλον de tormento interpretari licere, exiſtimabat ; ex hoc Diodori de Agathocle loco : ἐνίοις δὲ ἀστραγάλους προσθεὶς βιαιότερον, δεινοῖς ἀλγηδόσι περιέβαλλεν. inde ἀστραγαλοῦν, hoc tormenti genere afficere, in Africani epiſtola ad Origenem : εἶτα αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι, ἀστραγαλούμενοι, καὶ ἐν τοῖς πλατείαις ῥιπτούμενοι. Sed de ludo aſtragalorum accipit hunc Laërtii locum Caſaubonus.

Πρὸς δὲ τὸν αἰτίαν ἔχοντα περαίνεσθαι, &c.] Cùm quidam, quem opinio erat mollem atque impudicum eſſe, ad eum retuliſſet, non videri ſibi aliud alio majus, interrogavit eum numne id quidem quod decem digitos longum eſſet, longius videretur eo quod ſex tantùm digitos longum. Quid autem ſignificaret, neque difficile eſt cogitare, neque honeſtum eloqui. Verba ſunt diſertiſſimi atque eruditiſſimi Mureti Var. Lect. libro & capite XI. De voce περαίνεσθαι, diximus ſuprà ad Menedemum.

Τῶν ἑξαδικτύλου] Corrige τοῦ.

Πότερον, &c.] Παρεπληρωματικῶς aliquando uſurpari hanc vocem, tradit auctor libelli de Elocutione, qui Demetrio Phalereo tribuitur : & ita hoc loco uſurpatur.

Παρὰ κίναιδος] Παρακίναιδος, unica voce, Editio Stephani, & MS. Regius. rectè.

Οὐδὲ τίτθης αὐτὸν καλεπῆς τετυχηκέναι] Nam ἐκ 35
κρακτρίας τίτθης pueruli κράκται fiunt. Ceterùm, pro οὐδὲ, quam vocem planè hoc loco abſurdam eſſe exiſtimabat Tanaquillus Faber, reponebat ille νὴ Δὰν : hoc eſt, *per Cererem* ; cùm de Nutrice agatur ; Ceres autem peculiari epitheto τροφὸς nuncupetur.

Πλὴν ὅταν τόκος παρῇ] Jocus in ambiguo. τόκος, *fœtum* & *uſuram* ſignificat.

Ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους] Citatur Sophocles in Oenomao, & ab Athenæo lib. IX. capite ultimo, & à Julio Polluce X. 13. & ab aliis paſſim.

Πρὸς Ἀλεξίνου τινα διαλεκτικὸν] Ἀλεξίνειον Caſau- 36
bonus : rectè : id eſt *Alexini ſectatorem*. Ἀλεξίνιον,

ſcriptum eſt apud Heſychium Mileſium: quod propiùs ad veram lectionem accedit.

Τὸ Φιλοξένῳ πρὸς τοὺς πλινθιακοὺς πραχθὲν εἶπεν, &c.] Totidem verbis Heſychius ὁ βιογράφος. Accipiendum autem de Philoxeno διθυραμβοποιῷ, Euletidæ filio: nam plures fuerunt hoc nomine; quem ad lapicidinas miſit Dionyſius Tyrannus, quòd ſcriptam à Tyranno Tragœdiam corrigere juſſus, totam, ab initio uſque ad coronidem deleverat. auctor Plutarchus in libro de fortuna vel virtute Alexandri: quique reduci maluit in carcerem, quam Dionyſii Tyranni verſus quos non probabat, laudare. auctor Cicero in epiſtola ad Atticum libro IV. Ceterùm in hanc rem habes apud Platonem, in Charmide, elegans proverbium: ὀργισθῆναι, ὥσπερ ποιητὴς ὑποκριτῇ, κακῶς διατιθέντι τὰ ἑαυτοῦ ποιήματα. *Iraſci, quemadmodum actori iraſcitur poëta, malè ſua poëmata recitanti.*

Φυσικῶς δὲ πῶς ἐν τῷ διαλέγεσθαι ἐχρῆτό τῷ, φημὶ ἐγώ.] Id ipſum cum Arceſilao Philoſopho commune habet vir ampliſſimus, Ludovicus Chartonus, in prima quam vocant Libellorum Supplicum Camera Senatus Pariſienſis, Præſes: perpetuò enim ille in ſermonibus has voces *dico hoc*, uſurpat: etiam cùm jus dicit.

37 Καὶ λαβεῖν τὴν χάριν] Λαθεῖν, Editio Baſileenſis, & Stephanica, & Codex Regius, & Heſychius Mileſius: quam lectionem lubens amplector.

Εἰσελθὼν οὖν ποτε πρὸς Κτησίβιον νοσοῦντα, &c.] Idem, atque iiſdem verbis, Heſychius Mileſius. Seneca quoque lib. II. de Beneficiis cap. 10. *Arceſilaus, ut ajunt, amico pauperi, & paupertatem ſuam diſſimulanti, ægro tamen, & ne hoc quidem confitenti, deeſſe ſibi in ſumptum ad neceſſarios uſus, cùm clam ſuccurrendum judicaſſet, pulvino ejus ignorantis ſaculum ſubjecit, ut homo inutiliter verecundus, quod deſiderabat inveniret potiùs quàm acciperet.* De Apelle Chio, rem narrat Plutarchus in libro de Adulatoris & amici diſcrimine; & paulò aliter. τοιοῦτος Ἀρκεσίλαος, inquit, περί τε τὰ ἄλλα καὶ νοσοῦντος Ἀπελλοῦ τοῦ Χίου τὴν πενίαν καταμαθὼν, ἐπανῆλθεν μὲν αὖθις ἔχων εἴκοσι δραχμὰς, καὶ καθίσας πλησίον, ἐνταῦθα μὲν, εἶπεν, οὐδὲν, ἢ τὰ Ἐμπεδοκλέους στοιχεῖα ταυτί,

Πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος.

ἀλλ' οὐδὲ κατάκεισαι σὺ δεξιῶς. ἅμα δὲ διακινῶν τὸ προσκεφάλαιον αὐτοῦ, λυθὼν ὑπέβαλε τὸ κερμάτιον. ὡς οὖν ἡ διακονοῦσα πρεσβῦτις εὗρε, καὶ θαυμάσασα, τῷ Ἀπελλῇ προσήγγειλε, γελάσας ἐκεῖνος, Ἀρκεσιλάου, εἶπε τουτί τὸ κλέμμα. *Talis fuit Arceſilaus, qui; prætereo enim alia; ægrotantis Apellis Chii paupertate cognita, reverſus ad eum, drachmas unà viginti attulit: aſſidenſque ægroto; Hic quidem, ajebat, nihil eſt præterquam Empedoclis illa elementa,*

Ignis, aqua, & tellus, atque ætheris ambitus almi:

Sed tu etiam incommode cubas: ſimulque movens pulvinar ejus clam pecuniam ſubjecit: quam cùm Vetula, quæ ægroto miniſtrabat, reperiſſet, Apellique cum admiratione renuntiaſſet, ſubridens Apelles, Arceſilai, inquit, iſta ſunt fraus & dolus. Ceterùm, Cteſibium illum, de Cteſibio Chalcidenſe, Menedemi familiari, homine faceto & in jocando acuto; de quo eſt apud Athenæum libro IV. cap. 82. accipit Aldobrandinus. Vixit is iiſdem quibus Arceſilaus temporibus. Fuit & alius Cteſibius, inventor machinæ Cteſibicæ, quæ in altitudinem aquam educit: qua de re Commentarios ſcripſerat; qui Vitruvio memorantur. Sed an is Arceſilao σύγχρονος fuerit, ignoramus.

Εὐμένει] Pergami Regi, Philetæri filio, ut eum 38
mox Laërtius appellat.

Εἰς τὰς ἀργυρικὰς δείξεις ἀπήντα πρῶτος] Explicat Salmaſius Commentario de Trapez. Fœnore paginâ 547. ubi eum vide.

Συχνοῖς τε ἐπήρκει καὶ συνηράνιζε] Lapſus eſt memoriâ Deſiderius Heraldus, qui cap. 43. libri Obſervationum & Emendationum, hæc de Paraſito uſurpaſſe ſcribit Diogenem Laërtium. De Philoſopho dicuntur; & in ejus honorem: quæ ad convivia & comeſſationes malè referunt quidam, ut rectè idem Heraldus ibidem obſervavit.

Ἀργυρώματα] Sunt vaſa argentea; ut χρυσώματα, aurea. Theopompus Chius apud Athenæum VI. 4. ubi de Theocrito Chio: ἐξ ἀργυρωμάτων δὲ καὶ χρυσῶν πίνει. Philemo, in Medico, apud eumdem:

Καὶ γύλιόν τινα ἀργυρωμάτων.

Et Menander, in Heautontimorumeno:

Λουτρὸν, θεραπαίνας, ἀργυρώματα.

Et in Hymnide:

Ἀλλὰ τἀργυρώματ' ἥκω λαβεῖν βουλόμενος.

Qui verſus in duos fortè diſtinguendus,

Ἀλλὰ τἀργυρώματα

Ἥκω λαβεῖν βουλόμενος.

Sed an legendum δεόμενος? Sequitur apud Athenæum: Λυσίας δ' ἐν τῷ περὶ τοῦ χρυσοῦ τρίποδος, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, ἀργυρώματά τε, ἢ χρυσώματα ἔτι ἦν διδόναι. Quæ verba reſpexit Suidas: ἀργυρώματα καὶ χρυσώματα ὁμοίως ὡς ἡμεῖς. Λυσίας· ſive potiùs illa Pollucis VII. 34. 2. ἀργυρίδες φιάλαι, καὶ σκεῦος ἀργυροῦν. καὶ ἀργυρώματα ὁμοίως, παρὰ Λυσίᾳ. Pergit Athenæus: οἱ δ' ἑλληνίζοντες λέγειν δεῖν φασὶν ἀργυροῦν κόσμον, καὶ χρυσοῦν κόσμον. quam obſervationem falſam eſſe docet Pollux X. 44. φαίης δ' ἂν καὶ χρυσώματα, καὶ ἀργυρώματα, καὶ χαλκώματα ἐν μέρεσι τῶν σκευῶν, οὐ μόνον ἐν τῇ Ἀναβάσει Ξενοφῶντος εἰπόντος, χαλκώμασιν, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοφάνους ἐν Πελασγοῖς, χαλκώματα, προσκεφάλαια. Λυσίας δὲ ἐν τῷ πρὸς Κλέωνα, ἀργυρώματα εἰρηκε, καὶ χρυσώματα.

Καὶ ἀποστερούντος] Καὶ οὐκ ἀποστερούντος, perperam Editio Baſileenſis. Ambroſius legiſſe viderur, καὶ ἀπορούντος· vertit enim, *cùm verò is egenus eſſet.*

Διὸ καὶ τούτῳ μόνῳ τῶν ἄλλων βασιλέων προσεφώνει.] *Quamobrem ad hunc ſolum ex omnibus Regibus libros ſuos ſcribebat.* Ita hunc locum Aldobrandinus optimè interpretatur: eſt enim προσφωνεῖν βιβλία, *libros dicare*: quo loquendi modo utitur & Laërtius infrà in Chryſippo. προσφωνεῖν, eſt etiam *ſalutare*: quo ſenſu hîc quoque accipi poſſet, propter ſequentia; & propter hæc Heſychii Mileſii: οὐκ ἐθεράπευε δέ τινα τῶν βασιλέων. διὸ καὶ πρεσβεύων πρὸς Ἀντίγονον ὑπὲρ τῆς πατρίδος, οὐκ ἐπέτυχεν. Sed in ea notione accuſativo jungitur.

40 Καὶ Θεοδότῃ τε καὶ Φιλαίτῃ Ἡλίδι ἑταίρᾳ συνῴκει φανερῶς] Ἡλείαις ἑταίραις, ceteræ Editiones, & Codex Regius.

Καταφερὴς] *Præceps in Venerem.* Idem legas apud Heſychium Mileſium.

Οἱ περὶ Ἀρίστωνα τὸν Χῖον, Στωϊκὸν, ἐπεκάλουν αὐτὸν φθορέα, &c.] MS. Regius, ἐπεκάλουν αὐτῷ. rectè. ἐπεκάλουν: id eſt, ἐνεκάλουν: *ipſum accuſabant, criminabantur.* Laërtius infrà, in Ariſtone Chio: ἀπετείνετο δὲ πρὸς Ἀρκεσίλαον.

41 Καὶ γὰρ καὶ Δημητρίου τοῦ πλεύσαντος εἰς Κυρήνην, ἐπὶ πλέον ἐρασθῆναι λέγεται] Nec mirum ſi Philoſophus φιλομειράκιος Principem illum deperiit; fuiſſe enim videtur eximiæ pulcritudinis: quæ tandem ei cauſa fuit exitii: nam in novercæ concubitu cæſus eſt. Hiſtoria narratur à Trogo apud Juſtinum lib. 26.

Αὐτὸς μὲν θέλειν ἀνοίξαι, ἐκεῖνον δὲ, διακωλύειν] Obſcœna innuit.

Ὁ τοῦ Βουγέλου] MS. noſter Regius, Βουσέλου. Scribitur & Βουσελίου, & Βουσελέου, & Βουσόλου, teſte H. Stephano. Palat. Βουσέλου. Flor. Βεσελίου.

Οὓς καταλαβὼν, ὑπ' ἀνεξικακίας παρεχωρεῖν ἔφη] Ὑπ' ἀνδρικακίας, apud Heſychium Mileſium; quod malebat H. Stephanus. Ecce tibi verba Heſychii: *καί ποτε τὸν ἐρώμενον αὐτῷ Δημοχάρει ὁμιλοῦντα, καταλαβὼν, ὑπ' ἀνδρικακίας παρεχωρεῖν ἔφη.*

Παρὰ Γερωνύμῳ τῷ Περιπατητικῷ] Οἱ περὶ Γερώνυμον τὸν Περιπατητικὸν, Codices MSS. H. Stephani. De Hieronymo Peripatetico, alius erit dicendi locus.

Ἡμέραν] *Diem natalem* optimè interpretatur Aldobrandinus. Doctiſſimus Lexicographorum Heſychius: ἡμέρα, τὰ γενέθλια.

42 Πρὸς Ἀρίδηλον, &c.] Heſychius Mileſius, totidem verbis.

Περὶ σπίζα τερατοῦντο] MS. Regius, περισπιζατερατοῦντο, unicâ voce; & ita apud Heſychium Mileſium. περισπίζω τερατοῦτο, Editiones Stephani. Baſileenſis, περὶ σπιζεῖ τερατοῦντο. Caſaubonus, πέριξ σπίζαι τερατοῦντο· optimè: quamquam & περὶ σπίζαι τερατοῦντο legi poteſt. σπίζια autem, ſunt ὄρνεα ἅπαντα, ut veriſſimè Heſychius Grammaticus. Cur autem reliquæ aves noctuam mirentur; quod Græci, teſte Ariſtotele libro IX. de Hiſtoria animalium cap. I. θαυμάζειν vocant; vide apud Bochartum de Animalibus Scripturæ Sacræ tomo 2. pag. 290.

Ὄχλῳ ἀρέσκειν] Ita quoque apud Heſychium. ceteræ Editiones Laërtianæ ὀχλοαρέσκης, & MS. quidam ὀχλοάρεσκος.

Εὐαρεστουμένου] Ἀρεσκομένου MSS. Stephanici.

43 Ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρῶν] Malè Editio Stephani & Baſileenſis, ἐκ μὲν γὰρ ἀνδρός. Suidas in γναῖος: ὅτι γάλλοι μὲν γίνονται ἐξ ἀνδρῶν· ἐκ δὲ γάλλων, ἄνδρες οὐ γίνονται.

Τρεῖς τε διαθήκας] Tria exemplaria. Vide in Theophraſti Vita.

44 Ἵν' εἴ τι γένοιτο ἀλλοῖον] *Ut, ſi quid humanitus accidat,* dicerent Juriſconſulti noſtri.

45 Ποιητὴς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἄλλος, ἐλεγείας] Qui ambo præteriti à Voſſio, in Syntagmate de Poëtis Græcis.

Ἕτερος, ἀγαλματοποιός.] De eo Plinius XXXVI. 5. *Arceſilaum quoque magnificat Varro, cujus ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeroſque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii è cornu cogerent bibere, alii calcearent ſoccos: omnes ex uno lapide.* Arceſilai pictoris meminit Pauſanias in Atticis, initio. item, Arceſilai Spartani lib. II. Ἠλιακῶν, & Arceſilai Lycoruſenſis in Arcadicis.

Δικοσίαι γὰρ ὁ μισθὸς] Corrige, δικοσίαι δ' ἀρ' ὁ μισθός.

Δραχμαὶ ταὶ Παρίαι, τῶν ἐπίσημ' Ἄρατος] Gaſſendus noſter legebat, τῶν ἐπίσημ' ἄρα τὸ Σ. τὸ σίγμα. id eſt, 200. quam lectionem vel metri ratio rejicit. Cùm de hoc loco difficillimo Salmaſium per literas conſuluiſſem, ſcripſit ad me, ſcribendum ſe exiſtimare, τῶν ἐπίσημ' ἄροτος. id eſt, *quarum inſigne eſt aratrum.* quod inſigne fortaſſe fuit, inquiebat, drachmarum Pariarum: ut mus Argivarum; equus, Cephaleniarum; gallinaceorum pugna, Dardaniarum; Rheginarum, lepus; Homerus, Chiarum; Aſpendiarum, pugiles; Mitylenæarum, Sappho; Aſiarum, puer Delphino vectus; Thaſiarum, Perſeus: de quibus Pollux IX. 6. Teſtatur & Plutarchus in Theſeo nummorum Trœzeniorum tridentem fuiſſe ἐπίσημον. Dici etiam poſſet, inquiebat, Arati vultum fuiſſe incuſum in drachmis Pariis, ut Sapphûs in Mitylenæis, & Homeri in Chiis. Sed ſecunda in Ἄρατος, cùm nomen eſt proprium, longa eſt, ut in hoc Stratonis verſu,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καθὼς εἴρηκεν Ἄρατος.

& alibi, Ἄρητος pro Ἄρατος. Emendationi Salmaſianæ etiam obſtat, quòd ἄροτος, pro ἄροτρον, dici non poteſt: deinde, cùm ἐπίσημα ſit plurale; dicitur enim ἐπίσημον ἐπισήμου, non ἐπίσημα ἐπισήματος; vix convenire poteſt hoc plurale cum ſingulari ἄροτος quod ſequitur. Quòd ſi convenire poſſet, potiùs legerem, τῶν ἐπίσημα Πάρος. Urbs ipſa Paros drachmarum Pariarum inſigne eſſe potuit. Legebat Tanaquillus Faber τῶν ἐπίσημον Ἄρης. Verùm quid Marti cum Pariis?

B I O N.

Βορυσθενίτης] De hoc ethnico, videatur Stephanus de Urbibus. Civitas autem Boryſthenes nomen habuit à fluvio cognomine, διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ποταμοῦ, inquit, Dio Pruſæus, in Boryſthenica. 46

Αὐτὸς Ἀντιγόνῳ διασαφεῖ] Aliter Stobæus Serm. 84. Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς βίωνα τὸν φιλόσοφον διαβληθέντα ὡς δυσγενῆ, ἤρετο,

Τίς; πόθεν εἶς ἀνδρῶν; πόθι τοι πτόλις, ἠδὲ τοκῆες; καὶ κεῖνος εἶπεν· Ἀλλ' ὀρθῶς ἔχει, ὦ βασιλεῦ, ὅταν τοξοτῶν χρείαν ἔχῃς, οὐκ ἐρωτᾶν τὸ γένος, ἀλλὰ τιθέντα τὸν σκοπὸν, τοὺς ἀρίστους τοξευτὰς παραλαμβάνειν· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν φίλων ἐξήταζε, οὐ πόθεν εἰσὶν, ἀλλὰ τίνες. *Antigonus Rex Bionem philoſophum de ignobilitate criminatum, interrogavit,*

Quiſnam es virorum? ubi tibi civitas? ubi parentes? *Cui Bion reſpondit: Atqui rectè facis, ô Rex, cùm Sa-*

gittariis indiges, quòd non interrogando genus, ſed ſcopum proponendo, optimos illorum tibi deligis. Sic igitur amicos etiam explora, non unde nati, ſed qui, & quales ſint.

Τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος] Suidas in ἀγκών· καὶ παροιμία, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενοι. Βίων ὁ φιλόσοφός φησιν· Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον. Similiter de Horatio Suetonius in ejus vita: *Horatius Flaccus Venuſinus, patre, ut ipſe tradit, libertino, & exactionum coactore: ut verò creditum eſt, Sallamentario, quum illi quidam in altercatione exprobraſſet*, Quotiens ego vidi patrem tuum cubito ſe immungentem? Euſtathius ad Iliados Z, paginâ 495. editionis Baſileenſis: ὡς ἐμοὶ πατὴρ μὲν ἦν τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, ἤγουν ταριχέμπορος. Et paginâ 613. πατὴρ τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, διὰ τὸ μὴ ἔχειν δηλαδὴ τοῦτο ποιεῖν τῇ χειρὶ ἀσχολουμένῃ περὶ ἁλίσπαστα. Cornificius libro IV. ad Herennium, ubi de figura, quæ plus in ſuſpicione relinquit quam poſitum eſt in oratione: *Ut ſi Sallamentarii filio dicas, Quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat.* Meminit & Plutarchus in II. Συμποσιακῶν· ὁ δὲ φήσας, μεμνήμεθα σὲ τῷ βραχίονι ἀπομυττόμενον, ἔσκωψε.

Μήτηρ δὲ, οἵαν, &c.] Nomen ejus, & patriam diſcimus ex Athenæo libro XIII. cap. 6. καὶ Βίων δὲ ὁ Βορυσθενίτης φιλόσοφος ἑταίρας ἦν υἱὸς Ὀλυμπίας Λακαίνης, ὥς φησι Νικίας ὁ Νικαεὺς ἐν ταῖς τῶν Φιλοσόφων διαδοχαῖς.

Οἰκήματος] De hac voce vide nos ſuprà ad Phædonem.

Ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι] Verſus Homericus ex Iliad. Z. Ad quem Euſtathius: ἐντεῦθεν καὶ ὁ Κυνικὸς Ἀντισθένης χρησάμενος, πρὸς τὸν ἀνακρίνοντα τὸ γένος αὐτοῦ εἰπὼν, ὡς ἐμοὶ πατὴρ μὲν ἦν τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, ἤγουν ταριχέμπορος, καὶ τὰ ἑξῆς. ubi memoriæ culpâ, Antiſthenem pro Bione poſuiſſe Euſtathium, rectè hoc loco monet Caſaubonus. Sed fortaſſe ſcriptum fuerat, καὶ Βίων ὁ Βορυσθένης compendio literarum, pro ὁ Βορυσθενίτης: ex quo factum, καὶ ὁ Κύων Ἀντισθένης: & deinde, καὶ ὁ Κυνικὸς Ἀντισθένης.

47 Καὶ σοφιστὴς ποικίλος] Sophiſtes dicitur Plutarcho; Acroni; Stobæo; aliis.

Καθιππάζεσθαι] Exſcripſit hunc locum Suidas in καθιππάζεσθαι: συνελαύνειν, ἐρίζειν, συντρέχειν. ὁ δὲ Βίων ὁ σοφιστὴς ποικίλος ἦν, πλείστας ἀφορμὰς δεδωκὼς τοῖς βουλομένοις καθιππάζεσθαι φιλοσοφίας. Videatur hîc Caſaubonus.

Πότιμος] Vox mendi ſuſpecta. An legendum φιλότιμος? placet. πόριμος, emendabat Bochartus: id eſt, *ſollers, & acumine ingenii difficillima quæque penetrans.* πότιμος retinet Mericus Caſaubonus. eum vide.

Πλεῖστά τε καταλέλοιπεν ὑπομνήματα] Quorum plurima occurrunt apud Stobæum, à Laërtio prætermiſſa.

Ἀλλὰ καὶ ἀποφθέγματα, χρειώδη πραγματείαν περιέχοντα.] Non omittendum illud, omiſſum à Laërtio, *poſſibile non eſſet, omnibus placere.* Dio Pruſæus Oratione 65. τῷ Βίωνι δοκεῖ, μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον. ἢ Θάσιον οἶνον· εὐήθως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν. πολλάκις γὰρ οὐδὲ ἐν δείπνῳ δέκα ἀνθρώπων ὁ πλακοῦς, &c.

Ἐὰν μὲν γήμῃς αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν· ἂν δὲ καλὴν, 48
ἕξεις κοινήν.] Tribuitur & Antiſtheni. Vide infrà, in ejus Vita. ideoque hoc loco ſubjunxit, ἀναφέρεται γὰρ καὶ τοῦτο εἰς αὐτὸν, ut bene monitum Caſaubono. Bianti tribuit Gellius libro V. cap. XI. Sed ubi fortè Librariorum culpâ *Biantis* nomen pro *Bionis* poſitum fuit: nam & alibi in his nominibus peccatum: qua de re vide hoc loco Caſaubonum. Ceterùm ad hoc dictum reſpexiſſe videtur Chryſoſtomus Homiliâ I. in Epiſtolam Pauli ſecundam ad Timotheum. ὁ καλὴν ἔχων γυναῖκα, οὐδὲν χεῖρόν φησι τοῦ καλὴν ἔχειν γυναῖκα (ὑποψίας τὸ πρᾶγμα γέμει καὶ ἐπιβουλῆς). ὁ δυσειδῆ, οὐδὲν χεῖρόν φησι τοῦ ἄμορφον ἔχειν γυναῖκα· ἐνδίας γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐμπέπλησται.

Τὸ γῆρας ἔλεγεν, ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν] Unde illud,

Φοβοῦ τὸ γῆρας, οὐ γὰρ ἔρχεται μόνον.

Bionis dictum, in Gnomicis noſtris, in verſum coëgimus: Πάντων τὸ γῆρας ὅρμος ἐστι τῶν κακῶν.

Τὴν δόξαν, ἐτῶν μητέρα εἶναι] De jactantia ſimiliter Baconius in Sermonibus fidelibus capite 52. *inſtar vernicis videtur eſſe, quæ ligna non ſolum ſplendere facit, verùm etiam durare.* Ceterùm hîc Mericus Caſaubonus, pro ἐτῶν, legebat ἀτῶν: id eſt, *damnorum.* Mihi placet nihil mutari.

Τὸν πλοῦτον, νεῦρα πραγμάτων] Hoc dictum paſſim legas apud Scriptores. apud Florum: apud Leonem Philoſophum Novellâ 52. Primum illud uſurpaſſe Cleomenem, auctor eſt Plutarchus in Cleomene.

Κατεγίνωσκε δὲ καὶ τῶν τοὺς ἀνθρώπους κατακαόντων μὲν ὡς ἀναισθήτους, παρακαόντων δὲ, ὡς αἰσθανομένους] κατακαόντων. Atticiſmus, pro κατακαιόντων. Ita κλάω pro κλαίω. παρακαόντων. inepta lectio. Legebat Gaſſendus, παρακλαιόντων. Garakerus, κατακλαιόντων, vel ἐπικλαιόντων. id eſt, *Reprehendebat eos, qui homines quidem, tamquam ſenſus expertes, comburerent; eoſdem, tamquam ſentientes, flerent;* quæ ſenſum optimum efficiunt. Legi poſſet παρακαλούντων. Mortuorum umbræ ad ſepulchra vocabantur. Virgilius.

---- maneſque vocabat
Hectoreum ad tumulum.

Ὡς νέος μὲν ὢν τοὺς ἄνδρας ἀπάγοι τῶν γυναικῶν, 49
&c.] Non abſimiliter Curio, Cæſarem omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellâbat, ut eſt apud Suetonium in Cæſare. ἀνέρες εἰσὶ γυναιξὶ, καὶ ἀνδράσιν εἰσὶ γυναῖκες. inquit ille, libro 2. Anthologiæ, capite εἰς ἀσελγεῖς.

Τετρημένοις] Rectè. Malè Editio Baſileenſis, τε- 50
τριμένοις: & Stephanica, τετριμμένοις: & pejùs, Regius Codex & Palatinus, μεμετρημένοις. Legi poſſet, τετρυπημένοις.

Μικρολόγον] Hoc eſt, *parvum, avarum, ſordidum:* quam vocem & ea notione mox uſurpat idem Laërtius. Heſychius: μικρολόγος, φειδωλὸς, φειδωλοφίλος. Gloſſæ, μικρολογία, *parſimonia.* μικρολόγος, *ſordi-*

dus. Modeſtinus I. C. l. 6. ſect. 7. D. de excuſat. Tut. ubi de Philoſophis: *εἰ δὲ ἀκριβολογοῖντο περὶ τῆς οὐσίας, αὐτόθεν ἤδη φανεροὶ γενήσονται μὴ φιλοσοφοῦντες.* Malè Vetus Interpres, (ſive is ſit Bulgarus, Irnerii diſcipulus, ut vult Accurſius, ſive Burgundius aut Burgundio, Jurisperitus Piſanus, qui floruit circa annum 1160. ut alii exiſtimant) malè, inquam, Vetus Interpres; ut pejus non potuerit; *ſi autem propriè loquantur de ſubſtantia.* Similem errorem erravit & Cunæus; vir alioqui doctiſſimus: qui hæc Juliani Imperatoris in Cæſaribus, *βαβαὶ τῆς μικρολογίας· εἰς εἶναί μοι δοκεῖ τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον ὁ πρεσβύτης οὗτος*, ita eſt interpretatus, *quanta minutiarum rimatio! hunc ego ſenem, unum eſſe de iſtis puto, qui cuminum ſecant.* Etiam Ariſtoteli & hic. IV. *ἀκριβολογία* in vitio ponitur, eſtque propriè *exacta expenſæ ac ſumptuum examinatio.*

Οὐχ οὗτος, ἔφη, τὴν οὐσίαν κέκτηται, ἀλλ' ἡ οὐσία τοῦτον] Similiter Seneca epiſt. 119. *Nam quod ad illos pertinet, apud quos falsò divitiarum nomen invaſit occupata paupertas, ſic divitias habent, quomodo habere dicimur febrim; cùm illa nos habeat. E contrario dicere debemus, Febris illum tenet: eodem modo dicendum eſt, Divitiæ illum tenent.*

51 Πρὸς τὸν βάσκανον ἐσκυθρωπακότα, &c.] Apud Stobæum Serm. xxxvi. Βίων, ἰδὼν φθονερὸν, σφόδρα κεκυφότα, εἶπεν, Ἦ τούτῳ μέγα κακὸν συμβέβηκεν, ἢ ἄλλῳ μέγα ἀγαθόν· Fabio cuidam tribuitur hoc dictum à Macrobio. *Publius*, inquit, *Mutium, imprimis malevolum, cùm vidiſſet ſolito triſtiorem; aut Mutio, inquit, neſcio quid incommodi acceſſit, aut neſcio cui aliquid boni.* ἐπιχαιρεκακίαν, hoc invidiæ genus eleganti voce Græci appellant.

Τὴν δυσσέβειαν, πονηρὸν ἔλεγεν εἶναι σύνοικον τῇ παῤῥησίᾳ, &c.] Lego omnino, *τὴν δυσγένειαν.* Plutarchus *περὶ παίδων ἀγωγῆς*, initio: *καλὸς παῤῥησίας θησαυρὸς εὐγένεια, καὶ μάλα ὀρθῶς ὁ λέγων ποιητής, φησί,*

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, κἂν θρασύστλαγχνός τις ᾖ,
Ὅταν συνειδῇ πατρὸς ἢ μητρὸς κακά.

pro *θρασύστλαγχνος* apud Laërtium eſt *θρασύστομος.* Vide tamen hîc Mericum Caſaubonum.

52 Ἐπὶ τὰ Θεοδώρεια μετῆλθε, διακούσας Θεοδώρου τοῦ ἀθέου] Heſychius Mileſius: Βίων ὁ Βορυσθενίτης ἔλεγε μὴ εἶναι θεούς. Laërtius infrà in Epigrammate in Bionem:

Λέγειν ἀκούομεν θεοὺς, ὡς οὐδὲν εἰσὶν ὄντως, &c.

ceterùm, hæc verba *διακούσας Θεοδώρου τοῦ ἀθέου*, addititia eſſe exiſtimabat Tanaquillus Faber.

Ἦν δὲ καὶ θεατρικὸς, καὶ πολὺς ἐν τῷ γελοίῳ διαφορῆσαι] Acro, ad hæc Horatii Epiſt. II. 2.

Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro, &c.

BIONEIS. *Satyricis, lividis, amaris, carmine maledico. Bion autem*, Sophiſtes *cognominatus, mordaciſſimis verſibus eſt uſus, quibus ita omnes laceravit, ut ne Homero quidem parceret.* Cicero 3. Tuſculanarum: *in quo, facetum illud Bionis.*

Φασὶ λέγειν ἐπ' αὐτοῦ τὸν Ἐρατοσθένην, ὡς πρῶτος Βίων Φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσεν.] Quod etiam teſtatur Strabo libro primo. Verba ejus ſunt: *ἐγένετο γάρ, φησὶν ὁ Ἐρατοσθένης, ὡς οὐδέποτε κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ὑφ' ἕνα περίβολον καὶ μίαν πόλιν, οἱ κατ' Ἀρίστωνα καὶ Ἀρκεσίλαον ἀνθήσαντες Φιλόσοφοι.* &c. *ὁ δὲ Ἀρκεσίλαον καὶ Ἀρίστωνα τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθησάντων κορυφαίους τίθησιν. Ἀπελλῆς τε αὐτῷ πολύς ἐστι, καὶ Βίων, ὃν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν Φιλοσοφίαν.* Ita legendus hic locus ex optima Caſauboni emendatione. Addit Strabo: *ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, Οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων.* ad quæ verba videndus Caſaubonus.

Εὐφυὴς γὰρ ἦν καὶ παρῳδῆσαι] Id eſt, *erat enim ad parodias faciendas natus.*

Ὦ πέπον Ἀρχύτα, &c.] Ex illo Iliad. γ. 182.

Ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενὲς, ὀλβιόδαιμον.

verſus eſt rhopalicus.

Τῆς ὑπάτης ἔριδος, &c.] Ex illo Iliad. α. 146.

Ἦ τοι Πηλείδη, πάντων ἐκπαγλότατ' ἀνδρῶν.

Καὶ ὅλως καὶ μουσικὴν καὶ γεωμετρίαν διέπαιζεν] 53 Sed & Aſtronomiam. Stobæus Serm. 78. Βίων ἔλεγε, γελοιοτάτους εἶναι τοὺς ἀστρονομοῦντας, οἳ τοὺς παρὰ ποσὶ τοὺς ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ἰχθῦς οὐ βλέποντες, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ φάσκουσιν εἰδέναι. *Bion ajebat, maximè ridiculos eſſe Aſtronomos, qui cùm non videant piſces juxta ſe nantes in littoribus, illos qui in cœlo ſunt, videre ſe dicant.*

Καὶ φαντασίαν ἐπιτεχνώμενος] Rectè Aldobrandinus, *oſtentationis artifex.* φαντασία, eſt *oſtenſio* ac *pompa.* Ita in Actis Apoſtolorum xxv. 23. τῇ οὖν ἐπαύριον ἐλθόντος τοῦ Ἀγρίππα καὶ τῆς Βερνίκης μετὰ πολλῆς φαντασίας. φανταζειν, eſt *oſtendere.* Heſychius: φαντάσαι, δεῖξαι. φαντάζου, φαίνου. Suidas in φαντασία: οἱ παλαιοὶ τὸ φαντάζεσθαι ἐπὶ τοῦ φαίνειν ἔλεγον. Videatur Salmaſius in Notis ad Lampridium pag. 210.

Βητίων] Flor. Βιττίων.

Συνδέομαι Βίωνι] συνδέωμαι, ceteræ Editiones. 54

Περίαπτα] Sic appellabant amuleta, quòd collo ſive brachio alligarentur.

Ἀντίγονος] Antigonus ſenex: cujus temporibus vixit Bion, ut apparet ex his Plutarchi verbis in libro *περὶ δυσωπίας*: *ὥσπερ Ἀντίγονος ὁ γέρων ὑπὸ Βίωνος ἐνοχληθεὶς*, &c. Ita enim veriſſimè hunc locum emendabat Caſaubonus. Vulgò Βίαντος, contra Chronologiæ fidem.

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, &c.] Sic diſtinguendi hi verſus, ut & totum Carmen, Salmaſio videbantur, ad Solinum pag. 524. 55

Βίωνα τὸν Βορυσθενίτην, ὃν ἔφυσ' ἡ Σκυθὶς αἶα,
Λέγειν ἀκούομεν θεοὺς, ὡς οὐδὲν εἰσὶν ὄντως &c.

At Tanaquillus Faber; qui priorem, dimetrum; poſteriorem, Anacreonticum eſſe obſervabat; nihil mutabat; ſed in primo verſu legebat, Βορυσθένην, quod pro Βορυσθενίτην dici poſſe non dubitabat.

Ὃν ἔφυσεν ἡ Σκυθὶς αἶα] Apud Heſychium Mileſium,

Βίωνα Βορυσθενίτην, ἔφυσ' ἡ Σκυθὶς αἶα.

Οὕτως] Ita quoque Regius Codex. ὄντες ſcriptum fuit apud Heſychium Mileſium.

Οἱ τοῖς θεοῖς] οἵπερ, θεοῖς Editio Stephani: utrumque rectè: malè Baſileenſis οἱ θεοῖς. Pro θυήμασιν, quod ſequitur, poſtulat metri ratio ut legatur θυήμασιν: & ita legitur apud Heſychium Mileſium. 56

Ἥλιτον] Lege ἤλιτον: & ita Editio Stephanica, & Basileensis, & Codex Regius; nec non Hadrianus Junius ad Hesychium Milesium, ubi quoque ἤλιτον legitur.

Καὶ γραῖ δῶκεν εὐμαρῶς τράχηλον εἰς ἐπωδήν.] Consule hîc Casaubonum, & Plutarchum adi in Pericle.

Καὶ σκυτίσιν βραχίονας πεπεισμένος ἔδησε] Nota primam productam in σκυτίσιν. Sed frustrà hæc observamus, si vera est Salmasii emendatio:

Καὶ κύστισι βραχίονας πεπεισμένως ἔδησε.

κύστις, est pellicula cui includitur amuletum, sic dicta ob vesicæ similitudinem. Dioscorides περὶ ὕλης ἰατρικῆς III. 13. ubi de Dipsaco carduo: φασὶ δὲ καὶ μυρμηκιῶν αὐτὸ καὶ ἀκροχορδόνων ἴαμα εἶναι. οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κύστιδα ἐνδεόμενοι, καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἱστοροῦνται τεταρταίκους θεραπεύειν. Ubi tamen vitiosè quoque in quibusdam exemplaribus scriptum est εἰς σκυτίδα, inquit Salmasius. Eum vide ad Solinum, dicto loco.

57 Ῥάμνον τε καὶ κλάδον δάφνης ὑπὲρ θύρην ἔθηκεν] De more. Mos enim fuit apud Veteres; uti benè Meursio ad Hesychium, hoc loco, observatum; ut in morbis gravissimis lauri ramum pro foribus suspenderent; Apollinem, mortis fatalis præsidem; cujus ea arbor; deprecaturi. Statius Syl. v. ubi de Abascantii, in Priscillam uxorem pietate:

Ille modo infernæ nequicquam flumina lethes
Incorrupta rogat: nunc anxius omnibus aris
Illacrimat, signatque fores.

Auctor Etymologici Magni: ἀντήννους, τοὺς τῆς δάφνης ὄρπηκας, τοὺς πρὸ τῶν θυρῶν ἱσταμένους.

58 Ἔστι δὲ Προκοννήσιος] Meminit Clemens Stromat. VI. Προκοννήσιος Βίων, ὃς καὶ τὰ Καίδμου τοῦ παλαιοῦ μετέγραψεν κεφαλαιούμενος.

Καὶ μαθηματικὸς Ἀβδηρίτης] Hesychius Milesius: Βίων ἄλλος, Ἀβδηρίτης, ἔγραψεν εἶναί τινας οἰκήσεις, ἔνθα γίνεσθαι ἓξ μηνῶν τὴν νύκτα, καὶ ἓξ τὴν ἡμέραν. Hic ille est Bion Astrologus, qui memoratur Straboni libro I.

Πέμπτος, Σολεὺς, Αἰθιοπικὰ γεγραφώς.] Meminit Athenæus XIII. 2. καθίστων δὲ καὶ πολλοὶ τοὺς καλλίστους βασιλέας, ὡς μέχρι νῦν οἱ ἀθάνατοι καλούμενοι Αἰθίοπες, ὥς φησι Βίων ἐν Αἰθιοπικοῖς. Testimonio ejus utitur & Plinius VI. 29. Ubi inter illos refertur, qui mensuram Æthiopiæ tradiderunt. Inter Scriptores rei Rusticæ à Varrone recensetur lib. VII. de Re Rustica cap. 1.

Οὗ φέρεται ἐννέα βιβλία, Μουσῶν ἐπιγραφόμενα] Præter Herodotum; cujus libri *Musæ* inscripti sunt, (& si Luciano in libro de scribenda Historia fides, non ab auctore, sed ab aliis, quòd summopere eos libros admirarentur) multi hoc titulo libros inscripsere. Ita vocarunt, ob numerum novem Æschinis Epistolas, ut est apud Photium Cod. 61. Ita P. Aurelius Opilius libros suos inscripsit, ut testatur Gellius libro I. cap. 25. Hoc titulo & Cephalio quidam Gergethius, sive Cephalo, Rhetor & Historicus, libros ἐπὶ δι' ἀλέκτῳ scripserat, teste Photio Cod. 69. & Suida ubi inter illos refertur qui mensuram Æthiopiæ tradiderunt. in Κεφαλίων. Vixit Cephalio ille, eodem Suida teste, sub Hadriano: unde apparet, ut hoc obiter dicam, falsum esse quod non semel scripsit eruditissimus Gerardus Johannes Vossius in libro de Philosophia, Ionismum & Dorismum diu ante tempora Cæsarum in scriptis desiisse, dum probare conatur, ante hæc tempora Aretæum Cappadocem Medicum, qui Jonicè scripsit, floruisse. Sed de his nos pluribus in Historia nostra Medica, ubi de Aretæo.

Ἕβδομος, μελικὸς ποιητής.] Non memoratus Vossio. Mirum Bionis, qui Bucolica scripsit, Laërtium non meminisse. Sed scripserat fortè Laërtius, βουκολικός.

Ὄγδοος, Μιλήσιος, ἀνδριαντοποιός.] De quo nihil præterea accepimus. Ignotus mihi & ἀγαλματοποιὸς ille Clazomenius, qui mox memoratur.

Ἔννατος, ποιητὴς τραγῳδίας τῶν Ταρσικῶν λεγομένων] τῶν Σατυρικῶν legebat Theodorus Marcilius ad Persii proœmium. frustrà. Nihil mutandum. Ita infrà in Demetrio Phalereo, τρίτος, Ταρσικὸς, Σατυρογράφος. Audiendus eruditissimus Casaubonus; cujus hæc sunt verba libro I. de Satyrica poësi cap. 5. *Sicut inter Oratores exstitere olim, qui à genere dicendi, multis in Asia familiari, dicebantur* Asiatici: *item qui similem ob causam* Rhodiaci; *de quibus Græci Latinique Rhetores multa: sic Poëtarum genus fuit, qui propter certum poëseos characterem, quo plurimùm usi Tarsenses, dicti sunt* Tarsici. *Ideam ejus poëseos ex solo nomine velle divinare, fanatici sit hominis, aut oppidò confidentis. Hoc tamen scimus; quod ad rem maximè facit; ætate Strabonis; quo tempore studia literarum mirum in modum Tarsi florebant; extemporale genus dicendi Tarsensibus proprium fuisse, tam in soluta quàm in astricta numeris oratione. Strabo libro* XIV. *de Athenodoro Oratore Tarsensi: ἐπῆρεν αὐτὸν καὶ Ἀντώνιος, καὶ ἔτι μᾶλλον ἡ εὐχέρια, ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν, ὥστ' ἀπαύστως (vel ἀπταίστως) σχεδιάζειν πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν. Et paulò pòst, de poësi Tarsensium extemporali, & quidem Tragicâ: ὁ δὲ Διογένης, καὶ ποιήματα ὥσπερ ἀπεφοίβαζε τεθείσης ὑποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. sed præter extemporalitatem, quæ & aliis in locis ἐπεπόλασεν., potuerunt aliæ quoque esse notæ hujus ideæ. Qui igitur Tarsensium characterem imitabantur, sive Oratores, sive Poëtæ,* Tarsici *sunt appellati.* Ταρσεὺς & Τάρσιος, *qui Tarsi natus est, aut Tarsi civis. At* Ταρσικὸς, *qui Tarsenses æmulatur. ut* Ἀσιατικὸς & Ῥοδιακός. *ita interpretamur Diogenis verba,* τῶν Ταρσικῶν λεγομένων: *in quibus exponendis clarissimi viri nihil quàm luserunt hactenus operam. Lilius Gyraldus & Hadrianus Turnebus pro* Ταρσικῶν *emendabant* θαρσικῶν: *ac quoniam* Bioneos sermones *apud Horatium legerant,* θαρσικοὺς Poëtas *Tragœdiarum ab audacia & insolentia sic denominatos putarunt: in quo viros summos vehementer ratio fugit: repugnat enim Hellenismo atque analogiæ, ut à θάρσος derivetur* θαρσικός· *quum* θαρσὺς *aut* θαρσαλέος *dicant Græci. At qui pro* Ταρσικῶν *scribi imperant* Σατυρικῶν, *ab ipso Diogene satis refelluntur: cujus verba lib.* V. *de Demetrio:* τρίτος, Ταρσικὸς, Σατυρογράφος. *Sed dubitari non debet, verum esse quod diximus, exstitisse*

olim genus & Oratorum & Poëtarum qui Tarſici *dicerentur: inter quos hi duo numerandi Bion & Demetrius, Tragicorum & Satyricorum dramatum Poëta non ignobiles. Bionem hunc Æſchyli filium Gyraldus appellat: ego non ambigo multis pòſt ſeculis natum; quod* Tarſici *appellatio manifeſtò arguit: ſerò enim, nec multò ante Geographum, cœpere literarum ſtudia apud Tarſenſes florere: à quibus poſtea οἱ λεγόμενοι* Ταρσικοὶ *nomen invenerunt.* De Bione illo, Æſchyli filio, meminit Suidas in Αἰσχύλος; ubi illum Tragicum fuiſſe refert. Bion quidam, Ariſtophanis pater, à Porphyrione in Horatium dicto loco commemoratur. Falſò, ut videtur: cum uno ore omnes Ariſtophanis patrem Philippum appellent. Fuit & Bion Cæcilius, Medicus, de quo Plinius XVIII. 13. *Datur & equi lingua inveterata ex vino, præſentaneo medicamento ut didiciſſe ſe ex barbaris Cæcilius Bion tradidit.* Memoratur & Diogeni noſtro in Ariſtippo Bion quidam: qui τὰς διατριβὰς ſcripſit. Etiam Bion inter Τακτικῶν Scriptores ab Æliano recenſetur Τακτικῶν cap. I. Et Bion Soleus Varroni lib. I. De R. R. cap. I. inter Scriptores Rei Ruſticæ. Et Bion Hiſtoricus, memoratus Agathiæ libro I.

LACYDES.

59 Ἀ'Λεξάνδρου Κυρηναῖος] Scriptum eſt apud Suidam Ἀλεξάνδρου Κυρηναίου φιλόσοφος, minùs rectè.

Ὁ τῆς νέας Ἀκαδημίας καταρξας] Totidem verbis Suidas. *Adoleſcentiorem Academiam* dixit Cicero epiſtolâ ad Varronem: quomodo *junior Juriſprudentia* dicitur Juſtiniano Imperatori Tit. Inſtit. de legitima agnatorum ſucceſſione.

Εὔχαρις δ' ἄλλως καὶ εὐόμιλος] Hæc duo verba; eaque elegantiſſima; M. Aurelius Antoninus conjunctim quoque uſurpavit libro τῶν εἰς ἑαυτόν. primo, ſectione 13. ἔτι δὲ τὸ εὐόμιλον καὶ εὔχαρι, οὐ κατακόρως.

Τοῦτόν φασι καὶ περὶ οἰκονομίαν γλυκύτατα ἐσχηκέναι, &c.] Pluribus rem narrat ex Numenio Euſebius de Præparatione Euangelica libro XIV. quæ omittere minimè debuit Diogenes: Περὶ δὲ Λακύδου βούλομαί τι διηγήσασθαι ἡδύ. ἦν μὲν δὴ Λακύδης ὑπογλισχρότερος, καί τινα τρόπον ὁ λεγόμενος οἰκονομικὸς, οὗτος ὁ εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς, αὐτὸς μὲν ἀνοιγνὺς τὸ ταμεῖον, αὐτὸς δ' ἀποκλείων. καὶ προηρεῖτο δὲ ὧν ἐδεῖτο, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐποίει πάντα δι' αὐτουργίας, οὔτι που αὐτάρκειαν ἐπαινῶν, οὐδ' ἄλλως πενίᾳ χρώμενος, οὐδ' ἀπορίᾳ δούλων, ὧγε ὑπῆρχον δοῦλοι ὁπόσοι γοῦν· τὴν δὲ αἰτίαν ἔξεστιν εἰκάζειν. ἐγὼ δὲ ὃ ὑπεσχόμην τὸ ἡδὺ, διηγήσομαι. ταμιεύων γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν μὲν κλεῖδα περιφέρειν ἐφ' ἑαυτοῦ οὐκ ᾤετο δεῖν, ἀποκλείσας δὲ κατετίθει μὲν ταύτην εἴς τι κοῖλον γραμματεῖον· σημηνάμενος δὲ δακτυλίῳ, τὸν μὲν δακτύλιον κατεκύλιε διὰ τοῦ κλείθρου, ἔσω εἰς τὸν οἶκον μεθιεὶς ὥσθ' ὕστερον ἐπειδὴ πάλιν ἐλθὼν ἀνοίξειε τῇ κλειδὶ δυνησόμενος ἀνελὼν τὸν δακτύλιον, αὖθις μὲν ἀποκλείειν, εἶτα δὲ σημαίνεσθαι, εἶτα δ' ἀναβάλλειν ὀπίσω πάλιν ἔσω τὸν δακτύλιον διὰ τοῦ κλείθρου. τοῦτο οὖν τὸ σοφὸν οἱ δοῦλοι καταμαθόντες, ἐπειδὴ προῖοι Λακύδης εἰς περίπατον, ἢ ὅποι ἄλλοσε, καὶ αὐτοὶ ἀνοίξαντες ἂν κἀπεῖτα ὡς σφίσιν ἦν θυμὸς, τὰ μὲν φαγόντες, τὰ δ' ἐμπιόντες, ἀλλὰ δὲ ἀράμενοι, ἐκ περιόδου ταῦτα ἐποίουν, ἀπέκλειον μὲν, ἐσημαίνοντο δὲ καὶ τὸν δακτύλιον, πολλά γε αὐτοῦ καταγελάσαντες, εἰς τὸν οἶκον διὰ τοῦ κλείθρου ἠφίεσαν. ὁ Λακύδης οὖν πλήρη μὲν καταλιπὼν, κενὰ δὲ εὑρισκόμενος τὰ σκεύη, ἀπορῶν τῷ γιγνομένῳ. ἐπειδὴ ἤκουε φιλοσοφεῖσθαι παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ τὴν ἀκαταληψίαν, ᾤετο τοῦτο ἐκεῖνο αὐτῷ συμβαίνειν περὶ τὸ ταμεῖον, & quæ ſequuntur; eſt enim locus prolixior. Ceterùm, ex his Euſebii verbis, ἦν μὲν δὴ Λακύδης ὑπογλισχρότερος, καί τινα τρόπον ὁ λεγόμενος οἰκονομικὸς, legendum apud Laërtium, καὶ περὶ οἰκονομίαν γλισχρότατα ἐσχηκέναι: quod rectè vidit Gatakerus ad Marcum Antoninum: qui & ibi rectè Vigerium, Euſebii Interpretem, erroris arguit, qui in verbis Numenianis, οἰκονομικὸς proprium nomen viri exiſtimârit; qui ἀπὸ τῆς ἀκριβεστέρας οἰκονομίας, vulgò Οἰκονομικὸς appellaretur.

Καί τι βασταχθεῖη τῶν ἀποκειμένων] Exſcripſit hunc locum Suidas in βασταχθεῖη· βασταχθεῖη, inquit, ἀρθείη. κλαπείη. ὁ δὲ Λακύδης σφραγισάμενος, διὰ τῆς ὀπῆς τὸν δακτύλιον ἐρίπτει· ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη, καί τι βασταχθείη τῶν ἀποκειμένων.

Ἐβάσταζεν] Hoc eſt, *auferebant, furabantur.* Sic paulò antè: ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη, καί τι βασταχθείη τῶν ἀποκειμένων. Lucilius libro II. Anthologiæ, cap. εἰς κλεπτάς:

Τὸν πτηνὸν Ἑρμῆν, τὸν θεῶν ὑπηρέτην,
Τὸν Ἀρκάδων ἄνακτα, τὸν βοηλάτην,
Ἑστῶτα τῶνδε γυμνασίων ἐπίσκοπον,
Ὁ νυκτοκλέπτης Αὖλος εἶπε βαστάσας,
Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων.

Eadem notione uſurpatur in Euangelio Johannis cap. XII. ubi de Juda proditore: εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. Similiter Latinis *ferre* pro *auferre*, ut in illo Virgiliano,

Omnia fert ætas, animum quoque.

portabat, vertit Johannis vetus Interpres minùs rectè.

Εἰς τὴν στοάν.] Id eſt, *in ſellam penariam.* Malè Aldobrandinus, *in porticu.* Heſychius, doctiſſimus Gloſſographus: στοαί, τὰ ταμεῖα.

Ἐν τῷ κατασκευασθέντι κήπῳ ὑπὸ Ἀττάλου τοῦ βα- 60
σιλέως] De hortis Attali, Plutarchus in Demetrio: Ἄτταλος δὲ ὁ φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις Βοτάνας, οὐ μόνον ὑοσκύαμον καὶ ἑλλέβορον, ἀλλὰ καὶ κώνειον, καὶ ἀκόνιτον, καὶ δορύκνιον αὐτὸς ἐν τοῖς βασιλικοῖς σπείρων καὶ φυτεύων, ὁπούς τε καὶ καρπὸν αὐτῶν, ἔργον πεποιημένος εἰδέναι καὶ κομίζεσθαι καθ' ὥραν. *Attalus Philometor herbas medicas colebat, non tantùm hyoſcyamum & elleborum, ſed & cicutam, aconitum, dorycnium ipſe in hortis regiis ſeminans & plantans: ſuccoſque & ſemina & fructus horum elaborabat cognoſcere, ac ſuo quæque tempore colligere.* Et Juſtinus Hiſtoricus libro XXXVI. *Omiſſâ deinde regni adminiſtratione, hortos fodiebat, gramina ſeminabat, & noxia innoxiis permiſcebat, eaque omnia veneni ſucco infecta, velut peculiare munus amicis mittebat.*

Παρέδωκε τὴν σχολὴν Τηλεκλεῖ καὶ Εὐάνδρῳ] Numenius apud Euſebium dicto loco: τούτου δὲ γίνονται ἀκουσταὶ πολλοὶ, ὧν εἷς ἦν διαφανὴς ὁ Κυρηναῖος Ἀρίστιππος· ἐκ πάντων δ' αὐτοῦ τῶν γνωρίμων, τὴν σχολὴν αὐτοῦ διεδέξατο Εὔανδρος, καὶ οἱ μετὰ τοῦτον: Euphorion quidam, filius Polymneti, inter Lacydis Diſcipulos à Suida in Εὐφορίων recenſetur.

Παρὰ δὲ Εὐάνδρου διεδέξατο Ἡγησίνους Περγαμηνὸς, ἀφ' οὗ Καρνεάδης] Hegeſilaum, non Hegeſinum, vocat Clemens στρωματεων libro I. Κράντορος δὲ μετέσχεν Ἀρκεσίλαος. Ἀφ' οὗ μέχρι Ἡγησιλάου ἤνθησεν Ἀκαδημία ἡ μέση. εἶτα Καρνεάδης διαδέχεται Ἡγησίλαον, καὶ οἱ ἑφεξῆς. Sed Hegeſinus quoque dicitur Ciceroni.

Ἀττικοῦ γὰρ αὐτὸν μεταπεμπομένου, φασὶν εἰπεῖν, τὰς εἰκόνας πόρρωθεν δεῖν θεωρεῖσθαι.] *Major è longinquo reverentia.* Tacitus Annaliùm primo.

Εἶτα νῦν καιρός; Εἶτα μηδὲ νῦν] Caſaubonus, εἶτα νῦν καιρός; ὁ δὲ, Εἶτα μηδὲ νῦν.

61 Παράλυτις, ἐκ πολυποσίας.] Lacydem, vinoſum fuiſſe, diſcimus ex Ælianо Variæ Hiſtoriæ libro II. capite 41, quod eſt de iis qui & libenter & multum biberunt: καὶ Λακύδης δὲ, καὶ ὁ Τίμων, οἱ Φιλόσοφοι, καὶ τούτους πιεῖν πάμπολύ φασι. diſcimus & ex his Athenæi libro x. cap. 10. Λακύδης καὶ ὁ Τίμων, οἱ φιλόσοφοι, κληθέντες πρός τινα τῶν γνωρίμων ἐπὶ δύο ἡμέρας, καὶ βουλόμενοι συμπεριφέρεσθαι τοῖς παροῦσιν, ἔπιον προθυμότερον. τῇ μὲν οὖν πρώτῃ τῶν ἡμερῶν ὁ Λακύδης ἀπῄει πρότερος, ἐπιπολάσαντος αὐτῷ τοῦ ποτοῦ. καὶ ὁ Τίμων ὁρῶν αὐτὸν ἀπιόντα, ἔφη,

Ἡ ῥάμεθα μέγα κῦδος, ἐπέφνομεν Ἕκτορα δῖον.

τῇ δ' ὑστεραίᾳ, προπίοντος τοῦ Τίμωνος, διὰ τὸ μὴ δυνηθῆναι ἐκπιεῖν τὴν προποθεῖσαν αὐτῷ κύλικα, ὁ Λακύδης ἰδὼν αὐτὸν ἐπαναγόντα, εἶπε,

Δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντίοωσι.

Id eſt: *Lacydes & Timon, Philoſophi, ad familiarem quemdam ad cœnam vocati in biduum, & iis qui aderant accommodare ſeſe volentes, bibebant alacriùs. Primo itaque ſtatim die, prior Lacydes, ſupernatante potu, diſcedentem Timon conſpicatus, inquit,*

Magnum noſtrum decus, interfecimus divinum Hectorem.

Poſtridie verò ad compotationem reverſus Timon, cùm oblatum calicem exſiccare uno hauſtu non potuiſſet, Lacydes, ut Timonem videt, calicem rurſus ori admoventem, dixit,

Meis viribus obluctantur miſerorum filii.

In quibus Athenæi verbis legendum fortè προαπιόντος τοῦ Τίμωνος: ut habet Euſtathius ad Iliadem X, paginâ 1379. 29. Editionis Baſileenſis, ubi Athenæi locum exſcripſit: id eſt, *Cùm verò prior abiiſſet Timon.*

Λύσε μέλη] Meliùs legeretur Λυσιμελής.

Μητιλυαῖος] Corrige, μήτι Λυαῖος. & ita ceteræ Editiones; & codex Regius. De Lacyde, rem narrat Plinius x. 22. quæ hîc non tacenda: *poteſt & ſapientiæ videri intellectus anſeribus eſſe: ita comes perpetuò adhæſiſſe Lacydi Philoſopho dicitur; nuſquam ab eo, non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu, digreſſus.* Item Athenæus libro XIII. Ἐρμείας δὲ, ὁ τοῦ Ἑρμοδώρου, Σάμιος δὲ γένος, ἐρασθῆναι χήνα Λακύδους τοῦ Φιλοσόφου.

CARNEADES.

Ἐπικώμου ἢ Φιλοκώμου] Suidas: Καρνεάδης, Λίβυς, ἀπὸ Κυρήνης, υἱὸς Φιλοκώμου. 62

Ἐπιμελέστατα τὰ Χρυσίππου, &c.] Plutarchum vide initio libri περὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν πρὸς τοὺς Στωϊκούς.

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν ἐγώ.] Verſus ſenarius, ex illo, ut videtur, fictus

Εἰ μὴ γὰρ ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν στοά.

Cum Chryſippo diſputaturus, elleboro ſe antè Carneades purgabat, ad exprimendum ingenium ſuum attentiùs, & illius refellendum acriùs. Rem narrant, Gellius XVII. 15. Plinius XXV. 5. Valerius VIII. Fulgentius Myth. lib. I. Sed Plinius Zenonem nominat, non Chryſippum. At Petronius, Chryſippum elleboro ſe purgaſſe ait, non Carneadem. *Chryſippus, ut ad inventionem ſufficeret, ter elleboro animum deterſit.* Item Tertullianus lib. de Anima: *ſic Chryſippus ad elleborum.* Et Hieronymus Commentario I. in Epiſtolam Pauli ad Galatas. In quo falſos eos fuiſſe, vult Jonſius lib. II. cap. 1. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ: quod non puto: nam & idem de Chryſippo teſtatus eſt Lucianus, homo in diſciplinis gravi auctoritate. ἠκούσμεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου, ὅτι οὐ πρότερον αὐτῷ ἐπιβῆναι τῆς νήσου θέμις, πρὶν τὸ τέταρτον ἑαυτὸν ἐλλεβορίσῃ. Verba ejus ſunt è libro II. Veræ Hiſtoriæ.

Φιλόπονος δὲ ἄνθρωπος γέγονεν, εἰ καί τις ἄλλος] Valerius Max. VIII. 5. *Carneades, laborioſus, & diuturnus Sapientiæ miles.*

Ὅθεν καὶ ἑκόμα, καὶ ἔτρεφεν ὄνυχας, ἀσχολίᾳ τῇ περὶ τοὺς λόγους] Valerius dicto loco: *Carneades laborioſus & diuturnus Sapientiæ miles; ſiquidem nonaginta expletis annis, idem illi vivendi ac philoſophandi finis fuit: ita ſe mirificum doctrinæ operibus addixerat; ut cùm cibi capiendi cauſſa recubuiſſet, cogitationibus inhærens, manum ad menſam porrigere oblivîſceretur. Sed enim Meliſſa, quam uxoris loco habebat, temperato inter ſtudia non interpellandi, ſed inediæ ſuccurrendi officio, dexteram ſuam neceſſariis uſibus aptabat. Ergo animo tantummodo vitâ fruebatur, corpore verò quaſi alieno & ſupervacuo circumdatus erat.*

Ὥστε καὶ τοὺς ῥήτορας ἀπολύσαντας ἐκ τῶν σχολῶν παρ' αὐτὸν ἰέναι] Ælianus Var. Hiſtor. III. 17. ubi de Carneade & Critolao, miſſis ab Athenienſibus ad Senatum Romanum, ut ab eo pacem impetrarent, tanta gravitate dicendi Senatum eos perpuliſſe ait, ut dicerent Senatores, ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι πρεσβεύοντας, οὐ τοὺς πείσοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς βιασομένους ἡμᾶς δρᾶσαι ὅσα θέλουσιν. *miſerunt Athenienſes Legatos, non qui ſuaderent, ſed qui cogerent nos facere quod ipſis collibitum eſſet.* Plinius quoque VII. 30. *Cato Cenſorius, in illa nobili trium Sapientiæ Procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quam primùm Legatos eos cenſuit dimittendos, quoniam illo*

illo viro argumentante, quid veri eſſet haud faciſè diſcerni poſſet. ubi *argumentante*, eſt λέγοντος, διαλεγομένου.

63 Ἦν δὲ καὶ μεγαλοφωνότατος, &c.] Numenius apud Euſebium de Præpar. Evang. lib. XIV. εἴτε που ἔδει τι καὶ θαῦμα ἐχόντων λόγων, ἐξηγείρετο λάβρος, οἷον ποταμὸς ῥοώδης σφοδρῶς ῥέων, πάντα καταπίπλας τὰ πῆδε καὶ τὰ κεῖθι. καὶ εἰσέπιπτε, καὶ συνέσυρε τοὺς ἀκούοντας διὰ θορύβου.

Οὗτός ποτε Μέντορος τοῦ Βιθυνοῦ μαθητοῦ ὄντος, &c.] Numenius apud Euſebium dicto loco: Καρνεάδου δὲ γίνεται γνώριμος Μέντωρ μὲν ὁ πρῶτος, οὐ μὴν διάδοχος. ἀλλ' ἔτι ζῶν Καρνεάδης ἐπὶ παλλακῇ μοιχὸν εὑρών, οὐχ ὑπὸ πιθανῆς φαντασίας, οὐδ' ὡς μὴ κατειληφὼς, ὡς δὲ μάλιστα πιστεύων τῇ ὄψει καὶ καταλαβὼν, παρητήσατο τῆς διατριβῆς. ὁ δὲ ἀποστὰς ἀντεσοφίστευσε, καὶ ἀντίτεχνος ἦν, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀκαταληψίαν.

Αὐτοῦ τὴν παλλακήν.] *Meliſſam* nomine. Valerius loco ſuprà allato.

64 Ἀνεστράφθαι] Malim, ἀπεστράφθαι.

Ἡ συστησασα φύσις, καὶ διαλύσει] Quæ verba reſpexiſſe videtur Cicero, libro de Senectute, cùm ait, *Sed vivendi finis eſt optimus, cùm integra mente, certiſque ſenſibus opus ipſa ſuum eadem quæ coagmentavit Natura, diſſolvit.*

Ἀντίπατρον] Accipit Aldobrandinus; cui & vehementer aſſentior; de Antipatro Tyrio, Stoïco.

Τελευτῶντος δ' αὐτοῦ φασιν ἐκλειψιν γενέσθαι σελήνης, &c.] Addit Heſychius Mileſius, & Solem tenebris obſcuratum fuiſſe: Καρνεάδου Λίβυος, φιλοσόφου, τελευτήσαντος, ἡ σελήνη ἐξέλιπε, καὶ ὁ ἥλιος ἀμυδρὸς ἐγένετο· quæ verba exſcripſit Suidas in Καρνεάδης.

65 Βιώσαντα ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ἐνδοήκοντα] Vide Caſaubonum.

Τῷ λογαδικῷ] Λογαοιδικῷ, rectè Caſaubonus. & ita Codex Regius quo uſi ſumus. Vide Hephæſtionem.

Ἀμαθὴς ὅς] Ἀμαθὴς γὰρ ὅς, Grotius: ſicque metri ratio poſtulat.

Ἔθελε] Lege ἔθελεν, metri causâ, ut & poſteà, Ἀντίπατρός τι πιὼν, & χ' ὁ μὲν οὐδὲν, & μολεῖν ἐς ᾠδὴν. Etiam μολεῖν ἐς ᾠδὴν, Codex Regius.

66 Ἐλλογιμώτατος δὲ Κλειτόμαχος] Numenius apud Euſebium: διάδοχος δ' αὐτοῦ τῆς διατριβῆς καθίσταται Κλειτόμαχος, μεθ' ὃν Φίλων.

Γέγονε μέντοι καὶ ἄλλος Καρνεάδης, ἐλεγείας ποιητὴς ψυχρός.] Non memoratus Suidæ, cui memoratur Carneades alter, Athenienſis Philoſophus, Anaxagoræ diſcipulus. Fuit & Carneades, Philoſophus Cynicus non incelebris, temporibus Apollonii Tyanæi: memoratus Eunapio in proœmio. Ceterùm, Carneadis noſtri dictum celebre narrat Plutarchus, libello de Adulatoris & Amici diſcrimine, quod præterire Laërtius minimè debuerat: Divitum ſcilicet ac Regum filios, nihil aliud bene ac rectè diſcere quàm equitare: quippe illis Magiſtri in docendo aſſentantur, & qui colluctatur ultro ſe inclinat: equus, nulla habita ratione privatus an Princeps, pauper an dives, inſideat, eum qui regere non didicit, excutit præcipitem.

CLITOMACHUS.

Καρχηδόνιος. οὗτος ἐκαλεῖτο μὲν Ἀνδρούβας] Corrige Ἀσδρούβας, ut habent ceteræ Editiones, & Regius Codex. Plutarchus Oratione I. de Fortuna Alexandri: θαυμάζομεν τὴν Καρνεάδου δύναμιν, εἰ Κλειτόμαχον Ἀσδρούβαν καλούμενον πρότερον, καὶ Καρχηδόνιον τὸ γένος, ἑλληνίζειν ἐποίησε. Stephanus in Καρχηδών: ἔστι δὲ καὶ Ἀρμενίας Καρχηδών, ὡς Εὐτρόπιός φησιν. ὁ πολίτης, Καρχηδόνιος, σοφὸς μέγας καὶ Κλειτόμαχος ὁ Διογνήτου. (inde patrem Clitomachi diſcimus) ὃς ἐκαλεῖτο Ἀσδρούβας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, διάδοχος Καρνεάδου τῆς Κυρηναίου σχολῆς· ὃς καὶ ἔτει ἐλθὼν Ἀθήναζε, ἄμοιρος ἦν τῶν πρώτων στοιχείων· καὶ ταῦτα μανθάνων, ἀκροάσασθαι Καρνεάδου. Ubi legendum videtur, ὁ πολίτης Καρχηδόνιος. Καρχηδόνιος σοφὸς μέγας καὶ Κλειτόμαχος. Quomodo autem Punicum Aſdrubalis nomen reſpondeat Græco *Clitomachi*, docentem vide Bochartum in Phaleg, pag. 25. Ceterùm, Euſtathius ad Dionyſii περιήγησιν, verſ. CXCVI. etiam Clitomachum Athenas veniſſe ait annos natum XXVIII. quod à Stephano habuit; cujus locum exſcripſit, his verbis: ἐξ αὐτῆς, loquitur de Carchedone, φασὶ Κλειτόμαχον εἶναι τὸν Ἀκαδημαϊκὸν φιλόσοφον, τὸν καὶ Ἀσδρούβαν καλούμενον, ὃς ἠκροάσατο τοῦ σοφοῦ Καρνεάδου, κἠ ἐτῶν ἀνθρωπος ἐλθὼν Ἀθήναζε, ἄμοιρος, φασὶ, καὶ τῶν πρώτων στοιχείων, καὶ ὅμως ὀξύτητι φύσεως, καὶ ἄκρᾳ μελέτῃ εἰς πολὺ σοφίας ἐληλακώς. Quare Laërtium, qui XL. annos natum, Clitomachum ſcripſit cùm Athenas venit, ex Stephano & Euſtathio corrigendum, exiſtimabat Voſſius. Non omittendum, quod de Clitomacho narrat Symmachus libro X. epiſt. 18. ad Theodoſium: eum qui Pœnus erat, Athenienſem Curiam ſocietate dignatam fuiſſe: cujus rei Laërtium non meminiſſe, planè demiror. 67

Ὥστε ὑπὲρ τὰ τετρακόσια συνέγραψε] Cicero in Lucullo: *Qui illum* (Carneadem) *audierant, admodum floruerunt: è quibus induſtriæ plurimum in Clitomacho fuit; declarat multitudo librorum: ingenii non minus in hoc, quàm in Carneade eloquentiæ, in Melanthio Rhodio ſuavitatis.* Scripſit IV. libros περὶ ἐποχῆς. teſtis Cicero ibidem: *A Clitomacho ſumam, qui uſque ad ſenectutem cum Carneade fuit, homo & acutus ut Pœnus, & valde ſtudioſus ac diligens, & quatuor ejus libri ſunt de ſuſtinendis aſſenſionibus*, &c. Meminit & libro IV. Acad. Quæſt. Scripſit & librum ad C. Lucilium Poëtam, teſte eodem Cicerone eodem libro IV. & alium ad L. Cenſorinum: *Explicavi paulò ante, Clitomacho auctore, quomodo iſta Carneades diceret. Accipe quemadmodum ea dicantur à Clitomacho in eo libro quem ad C. Lucilium ſcripſit poëtam, cum ſcripſiſſet iiſdem de rebus ad L. Cenſorinum, eum, qui Conſul cum M. Manilio fuit.* Scripſerat & librum ad captivos cives ſuos. Idem Cicero Tuſcul. Quæſt. III. *Legimus librum Clitomachi, quem ille eversâ Carthagine miſit conſolandi causâ ad captivos ci-*

ves ſuos, &c. Liber ejus de Sectis laudatur Laërtio ſuprà in Ariſtippo.

Καὶ τὰ αὐτοῦ μάλιστα διὰ τῶν συγγραμμάτων ἐφώτισεν] Quod etiam non obſcurè innuit Cicero lib. IV. Acad. Quæſt. his verbis: *Cujus quidem ſententiam Carneades ita ſtudiosè defenſitabat, ut eam probare etiam videretur: quamquam Clitomachus affirmabat, numquam ſe intelligere potuiſſe, quid Carneadi probaretur.*

Ἀνυλίστου] Ita quoque Editio Stephani. ἀναλύστου Editio Baſileenſis: & Codices quidam manu ſcripti, teſte H. Stephano, cui ἀναλίστου magis placebat, ut Academicis loquacitatem inſulſam ineſſe dicat Timon.

Condiſcipulum Clitomachus habuit Æſchinem Academicum: ut teſtatur Plutarchus libro an Seni gerenda Reſp. De Æſchine illo diximus ſuprà ad Æſchinem Socraticum. Condiſcipulum quoque, ſed & diſcipulum, habuit Charmidem, qui cum Philone quartæ Academiæ princeps ſtatuitur à Sexto Empirico Pyrrh. Hypoth. libro I. cap. 33. & à Numenio apud Euſebium de Præpar. Evang. lib. XIV. Diſcipulum & ſucceſſorem habuit Philonem, teſte eodem Numenio dicto loco, & Cicerone in Lucullo. Videndus Jonſius lib. II. de Hiſtoria Philoſophica capite 14.

AD LIBRUM V.

ARISTOTELES.

1 Φεστίδος] Φαιστιάδος Editio Frobenii & Stephani, nec non Regius Codex, Suidas & Anonymus in Vita ἀνεκδότῳ Ariſtotelis, quam infrà edemus. Φαιστίδος ſcriptum fuit apud Dionyſium Halic. in Epiſtola ad Ammæum: & ita quoque in Vita Ariſtotelis, quæ Ammonio ſive Johanni Philopono tribuitur: quam lectionem genuinam eſſe docet Epigramma illud quod in eadem vita refertur:

Φαιστίδος ἦν μητρὸς καὶ Νικομάχου γενετῆρος,
Τῶν Ἀσκληπιαδῶν, θεῖος Ἀριστοτέλης.

Σταγειρίτης] Stagiriten Ariſtotelem fuiſſe omnes conſentiunt: verùm an Stagira quâ ortus fuit, urbs ſit Macedoniæ, an verò Thraciæ, magna eſt inter Scriptores diſſenſio: qua de re vide omnino Jo. Nunneſium in Notis ad Vitam Ariſtotelis ex vetere translatione.

Ὁ δὲ Νικόμαχος ἦν ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος, τοῦ Ἀσκληπιοῦ] Suidas in Νικόμαχος: Νικόμαχος, ἰατρὸς, καὶ αὐτὸς Σταγειρίτης, Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ υἱὸς, ἐξ οὗ κατεγένετο Νικόμαχος ὁ πατὴρ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου. Eadem habet & in Ἀριστοτέλης· Ἀριστοτέλης υἱὸς Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος. ὁ δὲ Νικόμαχος ἰατρὸς ἦν τοῦ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γένους, ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος ἐκ Σταγείρων, πόλεως τῆς Θράκης. Adde Dionyſium in ſuperiùs citata Epiſtola: Ἀριστοτέλης, υἱὸς μὲν ἦν Νικομάχου, τὸ γένος, καὶ τὴν τέχνην ἀναφέροντος εἰς Μαχάονα, τὸν Ἀσκληπιοῦ. Fallitur ergo Tzetzes, qui, in Chiliadibus, *Aſclepiadem* fuiſſe figuratè nominatum Ariſtotelem ait; quòd Medicus profeſſione fuiſſet. Id rectè obſervatum Nunneſio: qui & rectè obſervat, Auctorem ſuperiùs relati Epigrammatis ſolum eſſe Scriptorum qui matrem Ariſtotelis in Aſclepiadarum familiam retulerit. Illam genus duxiſſe ab illis Chalcidenſibus, qui coloniam Stagirorum deduxerant, ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus. Scripſerat Polyanthes quidam Cyrenæus, teſte Sexto Empirico, librum de Ortu Aſclepiadarum, Περὶ τῶν Ἀσκληπιάδων γενέσεως· qui ſi exſtaret, ſciremus plura de Ariſtotelis ortu.

Καὶ συνεβίω Ἀμύντᾳ τῷ Μακεδόνων βασιλεῖ, ἰατροῦ καὶ φίλου χρείᾳ] Ammonius in Vita Ariſtotelis: υἱὸς Νικομάχου, ἰατροῦ Ἀμύντου, τοῦ Μακεδόνων βασιλέως. Scripſiſſe ἰατρικῶν ſex libros, unumque φυσικῶν ſcribit Suidas. Galenus quoque lib. v. de compoſ. medic. ſecundùm genera, emplaſtrum quoddam Nicomachi profert.

Τραυλὸς τὴν φωνήν.] Ariſtotelis τραυλότητος meminit Plutarchus libro Quomodo Juveni audienda ſint Poëmata, Ammonius & Anonymus in Vita Ariſtotelis, & Suidas in Ἀριστοτέλης. Sed & ejus balbutiei mentio fit in Epigrammate illo ἀνεκδότῳ,

Σμικρὸς, φαλακρὸς, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης,
Λάγνος, προγάστωρ, παλλακαῖς συνημμένος.

cui reſpondet ὁ δεῖνα,

Ἀναλφάβητος οὐτοσὶ στιχογράφος,
Ἄνους, ἄφρων, ἄγροικος, αὐθάδης, λάλος.

Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ βίων] Sequitur mox, ἔσχε δὲ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἐρπυλίδος τῆς παλλακῆς, ὥς φησι Τιμόθεος. Inde emendandus fortè Proclus ad hæc Heſiodi Ἔργων lib. II.

Οἶκον μὲν πρώτιστα γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα,
Κτητὴν, οὐ γαμετὴν, ἥτις καὶ βουσὶν ἑποιτο.

μάτην οὖν λέγουσιν, inquit, οἱ περὶ Τίμαιον, Ἡσίοδον τὸν Ἀριστοτέλην πειθόμενον μετὰ τὴν τῆς γυναικὸς τελευτὴν, Ἐρπυλίδι συνεῖναι τῇ θεραπαίνῃ, ἐξ ἧς αὐτὸν σχεῖν υἱόν. An legendum οἱ περὶ Τιμόθεον? Nihil tamen muto: nam & Suidas in Ἀριστοτέλης· Τιμαιός φησι κατὰ Ἀριστοτέλους, εἶναι αὐτὸν εὐχερῆ, θρασὺν, προπετῆ, &c. quod accipio de Timæo Siculo. Erat autem Timæus ille maledicentiſſimus, invidus & calumniator: unde à reprehendendi ſtudio ἐπιτίμαιος dicebatur, ut eſt apud Strabonem & Diodorum Siculum. Sed pro Ἐρπυλίδι legendum procul dubio Ἐρπυλλίδι: immo Ἐρπυλλίδι, per duplex λ, ut & ratio nominis, & Athenæi auctoritas ſatis probant. Ἀριστοτέλης ὁ Σταγειρίτης, οὐκ ἐξ Ἐρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον, καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου; verba ſunt Athenæi è libro XIII. Dipnoſ.

Εὐθύτε ἐπισήμῳ χράμενος] Idem teſtatur Ælianus Variæ Hiſtoriæ III. 19. cujus verba profert Aldobrandinus.

2 Ἀπίστη δὲ Πλάτωνος, ἔτι περιόντος] Falſum hoc eſſe ait Ammonius, ſive Philoponus, in Vita Ariſtotelis, his verbis: οὐ γὰρ ἔτι ζῶντος τοῦ Πλάτωνος ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λύκειον ὁ Ἀριστοτέλης, ὡς τινες ὑπολαμβάνουσι· πῶς γὰρ ἠδύνατο, μέγα τότε δυναμέ-

τῶν Χαβρίου τε καὶ Τιμοθέου, τῶν Ἀθήνησι στρατηγῶν, καὶ τῷ γένει προσηκόντων τῷ Πλάτωνι; πειρῶνται γάρ τινες λέγειν, ὅτι ἔτι ζῶντος Πλάτωνος, ἀντῳκοδόμησεν αὐτῷ τὸ Λύκειον ὁ Ἀριστοτέλης, ἐκ τοῦ ἐν πολλοῖς ἀντιλέγειν τῷ Πλάτωνι· πρὸς οὓς ῥητέον, ὅτι οὐχ ἁπλῶς ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι, ἀλλὰ τοῖς μὴ νοήσασι τὰ τοῦ Πλάτωνος, &c. *Falsum est autem quod quidam putant, Aristotelem, vivente adhuc Platone, Scholæ ejus contrariam in Lyceo Scholam instituisse. Qui enim fieri potuit, cùm quidem eo tempore gratiâ & auctoritate plurimùm apud Athenienses valerent Chabrias & Timotheus, qui è ducibus Athenienſium & Platonis cognatis fuerunt. Non desunt tamen qui id affirment: eo impulsi, quòd in multis Platoni contradicit Aristoteles: quibus respondendum est, Aristotelem non ipsi simpliciter Platoni contradicere, sed iis qui dicta ejus minus rectè sunt interpretati.* A Laërtio ſtat Ælianus Var. Hiſtor. lib. III. cap. 19. quem videſis, de diſſidio Ariſtotelis à Platone, præclara multa narrantem. Auctor eſt tamen Ammonius ad Ariſtotelis Categorias; non longè ab initio; Ariſtotelica dogmata Platonicis bellè convenire. Qua in ſententia fuit & Hierocles: cujus exſtat hodie hic Tractatus in Bibliotheca Photii, ὅτι σύμφωνοι ἐν τοῖς δόγμασι, Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης. Etiam Porphyrius, teſte Suida, librum ſcripſerat, περὶ τοῦ μίαν εἶναι τὴν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους αἵρεσιν.

Ἀριστοτέλης ἡμᾶς ἀπελάκτισε, &c.] Paullò aliter rem narrat Helladius Bezantinous apud Photium in Bibliotheca. Ἀριστοτέλης ὁ τοῦ Περιπάτου προστάτης, ὑπὸ Πλάτωνος ἵππος ἐπωνομάζετο, ἐναντιοῦσθαι δοκῶν τῷ διδασκάλῳ· καὶ γὰρ ὁ ἵππος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα δάκνει. Ariſtoteles regnare ſe non poſſe putavit, niſi more Othomannorum fratres omnes trucidaret ſuos, inquit Baco Verulamius de Augmentis Diſciplinarum libro III. cap. 4. De diſſidio Ariſtotelis à Platone, videndus omnino Ælianus dicto loco.

Καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος] Id eſt, *ad eam uſque horam, quæ unctioni dicata erat*, ut rectè hunc locum exponit Jonſius Diſſertatione de Hiſtoria Peripatetica.

Ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι· οἱ δ' ὅτι, &c.] A loco veriſimilius eſt *Peripateticum* fuiſſe denominatum: (nam & περίπατος de loco non minùs quàm de actione ipſa ambulandi uſurpatur. Theophraſtus in Teſtamento: τὸν δὲ κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, καὶ τὰς οἰκίας, τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας, δίδωμι, &c. Ita *ambulationes* pro *locis ambulationum* apud Suetonium.) Suidas quoque in Ἀριστοτέλης: Ἀριστοτέλης ἦρξε ἔτη ιγ'. τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ, ἤτοι κήπῳ διδάξαι ἀναχωρήσαντα τῆς Ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. & in Σωκράτης ubi de Ariſtotele: αὐτὸς γὰρ ἀκροατὴς τοῦ Πλάτωνος γενόμενος εἰς κῆπόν τινα πρὸ τῆς πόλεως τὰς διατριβὰς ποιησάμενος, ἐκ τοῦ κατ' αὐτὸν περιπάτου, Περιπατητικοὺς ὠνόμασε τοὺς ἀπ' αὐτοῦ. His adde quæ habet Heſychius initio opuſculi de Vitis: Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία, διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένην· ἡ δὲ Περιπατητικὴ διὰ τὸ ἐν περιπάτῳ, ἤτοι κήπῳ, καταρξαι αὐτῆς Ἀριστοτέλην. Vide nos ſuprà ad Laërtii Proœmium, & Jonſium dicto loco.

Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ξενοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν.] De Iſocrate dixiſſe hoc Ariſtotelem, ſcribit Cicero III. de Oratore. *Itaque ipse Aristoteles, cùm florere Isocratem nobilitate Discipulorum videret, quòd ipse suas Disputationes à causis forensibus & civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repentè totam formam prope disciplinæ suæ; versumque quemdam de Philocteta paullò secus dixit. Ille enim turpe sibi ait tacere cum Barbaris, hic autem, cùm Isocratem patereture dicere.* Et Tuſculanâ primâ: *Sed ut Aristoteles, vir summo ingenio, scientiâ, copiâ, cùm motus esset Isocratis Rhetoris gloriâ, dicere etiam cœpit adolescentes docere; & prudentiam cum eloquentia jungere.* Ariſtotelem, Iſocratis famæ obtrectaſſe, ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus in Iſocratis Vita. At Iſocratis diſcipulus Cephiſodorus pro Magiſtro Apologiam ſcripſit; quam mirabilem fuiſſe, dicit idem Dionyſius ibidem. Librorum Cephiſodori contra Ariſtotelem; qui fuere numero quatuor; meminit Athenæus lib. II. Idem ſcribit Quintilianus Inſtit. Orat. lib. III. cap. 1. cujus hæc ſunt verba: *Nam & Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere, eoque jam seniore (octavum enim & nonagesimum implevit annum) pomeridianis scholis* (diſſertationes, diſputationes, præceptiones, intelligit) *Aristoteles præcipere artem oratoriam cœpit, noto quidem illo, ut traditur, versu ex Philocteta, frequenter usus*

Αἰσχρὸν σιωπᾷν, Ἰσοκράτην δ' ἐᾶν λέγειν.

ita legendum, non, ut vulgò legitur, καὶ Ἰσοκράτην. Sequitur, *Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere:* quod eſſe additamentum, quis non videt? Marius Victorinus, in ſecundum Rhetoricôn Ciceronis librum, rem conciliare videtur: *gloriâ*, inquit, *Xenocratis philosophi motus Aristoteles, Philosophiam exercuit: gloriâ Isocratis motus, Rhetoricæ præcepta conscripsit.* Ceterùm de Ariſtotelis dictione, ita Ammonius ad Categorias Ariſtotelis: τὸ δὲ εἶδος τῶν Ἀριστοτέλους συγγραμμάτων, πανταχοῦ ἀκριβὲς κατὰ τὴν φράσιν. ἐκφεύγει γὰρ ἀεὶ ὁ Φιλόσοφος τὰς ῥητορικὰς κομψείας, καὶ μόνου γίνεται, τοῦ τὴν τῶν πραγμάτων παραστῆσαι φύσιν, πολλαχοῦ τε συνεσφιγμένον, καὶ ἀσαφῶς πεφρασμένον, οὐ διὰ τὴν φύσιν τοῦ γράψαντος, ἀλλ' ἑκουσίως τοῦτο πεποίηκεν. Perſuadendi vi præditum fuiſſe, ſcripſit Antipater in Epiſtola quâ mortem Ariſtotelis exponit: teſte Plutarcho in Coriolano & in Catone Majore.

Καὶ πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τοὺς μαθητὰς ἅμα καὶ ῥητορικῶς ἐπασκῶν] Quod etiam tradit Cicero in Oratore: *In hac* (theſi) *Aristoteles adolescentes, non ad Philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam Rhetorum in utramque partem, ut ornatiùs & uberiùs dici possit, exercuit.* De ſtylo Ariſtotelis, legendus Ammonius ad ejus Categorias.

Πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον, Ἀταρνέως ὄντα τύραννον, &c.] De quo Suidas: Ἑρμίας ὁ εὐνοῦχος, Ἀταρνεύς· χώρα δέ ἐστι Μυσίας, τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἧς καὶ ἦρχε βασιλέως τοῦ Περσῶν ὑπήκοος. εὐνοῦχος καὶ

δοῦλος γενόμενος Εὐβούλου Βιθυνοῦ δυνάστου καὶ φιλοσόφου· ἀσκηθεὶς παιδείαν πρὸς Ἀριστοτέλην· καὶ τὴν θετὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἔδωκε τῷ φιλοσόφῳ. τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμείαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ι. ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἱππώνακτος στίχοις ἰαμβικοῖς εὑρηται στίχος οὑτως,

Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.

οὗτος, καίτοι θλαδίας ὤν, ἔσπειρε τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἔτεκεν ἐξ αὐτῆς τὴν Πυθιάδα θυγατέρα αὐτοῦ. Et Harpocration: Ἑρμίας. ὄνομα κύριον. οὗτός ἐστιν εὐνοῦχος, ὁ τρίπρατος. οἰκείως δὲ διέκειτο πρὸς Ἀριστοτέλην. καὶ τὴν θετὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἔδωκε τῷ Φιλοσόφῳ. τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμίαν μόνον γράφουσι διὰ τοῦ ι. Unde hîc, apud Laërtium, legendum patet, πρὸς Ἑρμίαν τὸν εὐνοῦχον, non verò, ut hodie legitur, πρὸς Ἑρμείαν τὸν εὐνοῦχον. Mox etiam Ἑρμίαν ſcriptum exhibet Editio Aldobrandiniana. τρίπρατος, in loco Harpocrationis, eſt *veterator:* quod rectè Valeſius ad Harpocrationem obſervavit. Notabis autem obiter, falli Suidam cùm ait, Hipponactem, in Jambicis, Hermiæ meminiſſe. Longè ante Hermiam vixit Hipponax: quem certum eſt, inquit Plinius libro 36. cap. 5. ſexageſima Olympiade fuiſſe: At Euſebius floruiſſe ſcribit Olympiade viceſima tertia, meminit & Plinius XXXVII. 5. & Tertullianus in Apologetico cap. 46. & Auctor libri περὶ ἑρμηνείας. Scripſerat Apellicon Teïus, Philoſophus Peripateticus, librum hoc titulo, *De Hermiæ & Ariſtotelis familiaritate.* Teſtatur Ariſtocles Peripateticus, apud Euſebium de Præparat. Evang. XV. 1.

Τὴν θυγατέρα. ἢ ἀδελφιδήν.] Ἀδελφήν, emendat Nunneſius ex Ariſtocle Meſſenio apud Euſebium lib. XV. de Preparat. Evangelica; cujus locum placet adducere: δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστεύεσθαι, δι' ἃ ψέγουσί τινες αὐτόν· ἓν μὲν, ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμειε φύσει μὲν ἀδελφήν· θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν.

4 Καὶ ἔθυεν ὑπερχαίρων τῷ γυναίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι τῇ Ἐλευσινίᾳ Δήμητρι] Ariſtocles apud Euſebium de Præpar. Evang. dicto loco: φησι γὰρ (Λύκων) θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι. Pro Ἐλευσινίᾳ, legitur in aliis editionibus, nec non in Codice Regio, Ἐλευσινιδι, vitioſè, pro Ἐλευσινιάδι. Sed & τὰ παιδικὰ habuit Palæphatum Abydenum Hiſtoricum. Vide Suidam in Παλαίφατος.

Παιᾶνα ἔγραψεν] Pæana eſſe, negat Athenæus XV. 16. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ πολυμαθεστάτου γραφὲν Ἀριστοτέλους εἰς Ἑρμείαν τὸν Ἀταρνέα οὐ παιάν ἐστιν, ὡς ὁ τὴν τῆς ἀσεβείας κατὰ τοῦ φιλοσόφου γραφὴν ἀπενεγκάμενος Δημόφιλος, εἰς αἰδῶ παρασκευασθεὶς ὑπ' Εὐρυμέδοντος, ὡς ἀσεβοῦντος καὶ ᾄδοντος ἐν τοῖς συσσιτίοις ἡμέραι εἰς τὸν Ἑρμείαν παιᾶνα. ὅτι δὲ παιᾶνος οὐδεμίαν ἐμφασιν παρέχει τὸ ᾆσμα, ἀλλὰ τῶν σκολιῶν ἔν τι, καὶ αὐτὸ εἰδός ἐστιν ἐξ αὐτῆς τῆς λέξεως, φανερὸν ὑμῖν ποιήσω,

Ἄρετα πολύμοχθε
Γένει βροτείῳ, &c.

ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα εἴ τις τὶ κατιδεῖν ἐν τούτοις δύναται παιανικὸν ἰδίωμα, σαφῶς ὁμολογοῦντος τοῦ γεγραφότος, τετελευτηκέναι τὸν Ἑρμείαν, δι' ὧν εἰρηκε, Σᾶς γὰρ φιλίου μορφᾶς Ἀταρνέως ἔντροφος, ἥλιον χήρωσεν αὐγάς. οὐκ ἔχει δ' οὔτε τὸ παιανικὸν ἐπίρρημα, καθάπερ ὁ εἰς Λύσανδρον τὸν Σπαρτιάτην γραφεὶς ὄντος παιᾶνος. Athenæi rationes confutantem, vide Caſaubonum hîc, & ad Athenæum. Pæanes autem in honorem Deorum componebantur, unde ἀσεβείας objecta Ariſtoteli, quòd pæana in honorem hominis ſcripſiſſet. Verùm in honorem virorum illuſtrium & pæanes ſcribi ſolitos, docet nos Proclus in Chreſtomathia. Singulare eſt, quod ait Suidas in Ἀριστοτέλης, obiiſſe Ariſtotelem epoto in Chalcide aconito; quia vocatus fuerat coram Judicibus, quos Εὐθύνας appellabant, eo quòd in Hermiam pæana conſcripſiſſet. Cæterùm, lapſus memoriâ Mauſſacus eſt, qui ad Harpocrationem ſcripſit Ariſtotelem hoc poëma ſcripſiſſe contra Hermiam.

Ὃς ἔνδον γέγραπται] Hoc eſt, *inferius:* ἐν τῷδε συγγράμματι: ut rectè Caſaubonus. Ita Martialis lib. III. epig. 68.

Huc eſt uſque tibi ſcriptus, Matrona, libellus.
Cui ſint ſcripta rogas interiora? mihi.

& Cicero lib. III. ad Quintum Fratrem epiſt. I. *Quod interiore epiſtola ſcribis, me Idibus,* &c.

Καὶ αἰτῆσαι ἀναστῆσαι αὐτοῦ τὴν πατρίδα, &c.] Ammonius, ſive Philoponus, in Vita Ariſtotelis: ὅτι δὲ καὶ κοινῇ πολλοὺς εὖ ἐποίησε, δηλοῖ τὸ, καὶ τὴν τῶν Σταγείρων πόλιν κατασκαφθεῖσαν, πεῖσαι τὸν Ἀλέξανδρον αὖθις κτίζειν, ὅθεν καὶ οἱ Σταγειρῖται ἑορτὴν ἐπιτελοῦσι αὐτῷ Ἀριστοτέλεια (ita legendum non Ἀριστοτέλειαν) αὐτὴν προσαγορεύοντες. καὶ τὸν μῆνα δὲ ἐν ᾧ ἡ ἑορτὴ ἐπιτελεῖται Σταγειρίτην προσαγορεύουσι καὶ τὴν Ἔρεσσὸν δὲ, τὴν τοῦ Θεοφράστου πόλιν, μέλλουσαν ἀδικηθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐλύτρωσε τῆς ἀδικίας. Ubi pro ἀδικηθῆναι & ἀδικίας, legendum videtur ἀοικηθῆναι & ἀοικίας, ut rectè monuit Nunneſius.

Ὥστε κατὰ δέκα ἡμέρας ἄρχοντα ποιεῖν] Huc facit locus ille elegantiſſimus Quintiliani Inſtit. Orat. lib. I. cap. 2. *Non inutilem ſcio ſervatum eſſe à Præceptoribus meis morem, quò cùm pueros in claſſes diſtribuerunt, ordinem dicendi ſecundum vires ingenii dabant: & ita ſuperiore loco quiſque declamabat, ut præcedere profectu videbatur. Hujus rei judicia præbebantur.* (aliàs *probabantur:* malo *proponebantur*) *Ea nobis ingens palmæ contentio: ducere verò claſſem, multò pulcherrimum. Nec de hoc ſemel decretum erat triceſimus dies reddebat victo certaminis poteſtatem. Ita nec ſuperior ſucceſſu curam remittebat, & dolor victum ad depellendam ignominiam concitabat. Id nobis acriores ad ſtudia diſcendi faces ſubdidiſſe, quàm exhortationes docentium, pædagorum cuſtodiam, vota parentum, quantum animi mei conjecturâ colligere poſſum, contenderim.*

Συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον] Suidas in Καλλισθένης: Καλλισθένης Δημοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένους· Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἑπέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν, ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ τῷ Τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. Τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς

ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνηρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ.

5 Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἵ' ἀγορεύεις] Verſus Homericus, quem Diogenes Canis quemdam ſumptuoſè obſonantem compellans, ita immutavit,

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἵ' ἀγοράζεις.

auctor Diogenes noſter infrà, in Cynico cognomine. Plutarchus, in Alexandro, Ariſtotelem ait auditis iis quæ Alexandro Calliſthenes loquebatur, dixiſſe, ὅτι Καλλισθένης λέγειν μὲν ἦν δυνατὸς, νοῦν δὲ οὐκ εἶχεν.

Ἐν σιδηρᾷ περίηγετο γαλεάγρᾳ, φθειριῶν, καὶ ἀκόμιστος] Suidas dicto loco: ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ, &c. Et poſteà: καὶ φέρεται λόγος ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον καταστρέφει· καὶ μαρτυρεῖ ὁ Ἴαμβος οὗτος,

Καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης.

Etiam phthiriaſi periiſſe Calliſthenem ἐν εἱρκτῇ φρουρούμενον, ſcripſit Plutarchus in Sylla. Inde intelligendus Ovidius in Ibin: *Incluſuſque necem caveà patiaris, ut ille Non profuturæ conditor hiſtoriæ*: nam & Hiſtorias ſcripſerat Calliſthenes, quæ à Seneca Natural. Quæſt. VI. 26. & ab aliis, citantur.

Καὶ ἀκόμιστος] Deſiderius Heraldus ad oram libri, καὶ ἀκόσμητος. Nihil muto. ἀκόμιστος, eſt *neglectus, ſqualidus, de quo cura nulla habetur.*

Καὶ τέλος λέοντι παραβληθεὶς, &c.] Vide Aldobrandinum.

Εὐρυμέδοντος, &c. ἢ Δημοφίλου] Eurymedontem in caput Ariſtotelis Demophilum ſubornaſſe, εἰς αἰδῶ, id eſt, ut accuſatori major præſtaretur honos & reverentia, ſcripſit Athenæus loco ſuprà adducto: unde colligebat Caſaubonus, magna inter ſuos cives fuiſſe auctoritate Demophilum.

Ἐπειδήπερ τὸν ὕμνον ἐποίησεν εἰς τὸν προειρημένον Ἑρμείαν] Διά τινα δόγματα τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, inquit Origenes lib. I. contra Celſum: οὗτος γὰρ ἰδὼν συγκροτεισθαι μέλλον κατ' αὐτοῦ δικαστήριον, ὡς κατὰ ἀσεβοῦς, διά τινα δόγματα τῆς φιλοσοφίας αὐτοῦ, ἃ ἐνόμισαν εἶναι ἀσεβῆ Ἀθηναῖοι· ἀναχωρήσας ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν, ἐν Χαλκίδι τὰς διατριβὰς ἐποιήσατο, ἀπολογησάμενος τοῖς γνωρίμοις, καὶ λέγων, Ἀπίωμεν ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν, ἵνα μὴ πρόφασιν δῶμεν Ἀθηναίοις τοῦ δεύτερον ἄγος ἀναλαβεῖν παραπλήσιον τῷ κατὰ Σωκράτους, καὶ ἵνα μὴ δεύτερον εἰς φιλοσοφίαν ἀσεβήσωσιν. *Is enim cùm intellexiſſet paratri ſibi judicium ut impio, propter quædam dogmata ipſius ſuſpecta impietatis Athenienſibus, diſcedens Athenis, apud Chalcidem ſchola habuit: ſic rationem reddens Diſcipulis: diſcedamus Athenis, ne præbeamus Athenienſibus ſecundam occaſionem ſceleris, quale prius perpetraverunt in Socratem, neve iterum per impietatem violent Philoſophiam.* Peripateticorum placitum erat, vota & ſacrificia inutilia eſſe. Idem Origenes lib. II. contra Celſum: ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, μηδὲν φάσκοντας ἀνύειν εὐχὰς, καὶ τὰς ὡς πρὸς τὸ θεῖον θυσίας.

6 Πιὼν ἀκόνιτον, ἐτελεύτησεν] Ἐν Χαλκίδι, addit Auctor anonymus Vitæ MS. Ariſtotelis. Item Suidas, in Ἀριστοτέλης. Mortuum fuiſſe mœrore, quòd Euripi Euboici naturam comprehendere non poſſet, ſcripſit Juſtinus Martyr, & Gregorius Nazianzenus: ſed quàm falsò talia illi ſcripſerint, docentem vide Tanaquillum Fabrum libro I. Epiſtolarum Criticarum, epiſtolâ 14.

Εὔμολος] Agnoſcit hanc lectionem & Stephanica Editio. Sed legendum Εὔμηλος, ut habent MSS. Regii, & Editio Baſileenſis: utque Caſaubonus emendavit.

Πλάτωνι δὲ ἑπτακαιδεκαέτης συνέστη] Optimè. Malè ceteræ Editiones, ἑπτὰ καὶ δέκα ἔτη· niſi dicas ſubaudiendum γεγονώς. Sed neque ſic legi poteſt: quandoquidem Ariſtoteles XX. annos cum Platone verſatus eſt. Origenes contra Celſum lib. II. ἐπεὶ δὲ φιλοσοφίαν προβάλλεται ὁ Κέλσος, πυθοίμεθ' ἂν αὐτοῦ, εἰτι ἆρα Πλάτωνος ἦν κατηγορία, τὸ μετὰ εἴκοσιν ἔτη τῆς παρ' αὐτῷ ἀκροάσεως ἀποφοιτήσαντα τὸν Ἀριστοτέλη, κατηγορηκέναι μὲν τοῦ περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς λόγου, Πλάτωνος δὲ τερετίσματα τὰς ἰδέας ὠνομακέναι; *Quoniam autem pro Philoſopho vult haberi Celſus, interrogemus eum, num Platonis erat crimen, quòd vigeſimo anno poſtquam eum audire cœperat Ariſtoteles, à præceptore deſciſcens, accuſavit, ipſius doctrinam de immortalitate animæ, & Ideas Platonis* argutationes *nominavit?* Videatur Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis pag. 67.

Ὁ δὲ ὕμνος ἔχει τοῦτον τὸν τρόπον] Ex quo colligebat Julius Cæſar Scaliger Poëtices lib. I. capite 44. Ariſtotelem in Poëticis magnum fuiſſe, neque ipſo Pindaro minorem. Profert hunc Hymnum & Athenæus Dipnoſ. lib. XV. cap. 16.

Ἀρετὰ πολύμοχθε, γένει βροτείῳ] Sunt duo verſus, 7

Ἀρετὰ πολύμοχθε
Γένει βροτείῳ.

Καὶ θανεῖν ζηλωτὸς ἐν Ἑλλάδι πότμος] Apud Athenæum,

Καὶ θανεῖν ζηλωτὸς Ἑλλάδι πότμος.

Καὶ πόνους τλῆναι μαλερούς ἀκάμαντας, &c.] Apud Athenæum:

Καὶ πόνους τλῆναι μαλεροὺς ἀκάμαντας τοῖον
Ἐπὶ φρένα βάλλεις
Καρπόν τ' ἀθάνατον.

Apud Scaligerum, dicto loco:

Καὶ πόνους τλῆναι μαλερούς
Ἀκάμαντας. Τοῖον, &c.

Caſaubonus edidit:

Καὶ πόνους τλῆναι [καὶ] ἀκάμαντας. τοῖον.

Χρυσοῦ τε κρεῖσσον καὶ γονέων] Κρέσσω, Athenæus: quod magis placet: quodque ſequitur Caſaubonus.

Σοῦ δ' ἕνεκ' ἐκ Διὸς Ἡρακλῆς] Ita meliùs quàm apud Athenæum,

Σεῦ δ' ἕνεκεν ὁ δῖος Ἡρακλῆς.

Ἔργοις ἀναγορεύοντες δύναμιν] Corrige, ex Athenæo,

Ἔργοις σὰν ἀγορεύοντες δύναμιν.

Ἀταρνέως ἔντροφος] Apud Athenæum, 8

Καὶ Ἀταρνέως ἔντροφος.

Ἔντροφον, habet editio Baſileenſis, & Stephanica utraque. ἔντροπος Codex Regius. ἔντροφον probat Caſaubonus.

Τοὶ γὰρ] MS. Regius Ποῖ γὰρ. Caſ. Τοίγαρ.

Θύγατρες] θυγατέρες, Athenæus: malè.

Βεβαίου] βεβαίως, Athenæus: minùs rectè.

Δηοῦς] Heſychius Grammaticus: Δηὼ, Δημήτηρ.

9 Λόγον φησὶ δικανικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ συγγράψαι ἐπ' αὐτῇ ταύτῃ τῇ δίκῃ] Meminit hujus Orationis Athenæus dicto loco: ſed dubitat an ſit Ariſtotelis: ἀλλὰ μὲν καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ, εἰ μὴ κατέψευσται ὁ λόγος, φησὶν, Οὐ γὰρ ἂν ποτε Ἑρμείᾳ θύειν ὡς ἀθανάτῳ προαιρούμενος, ὡς θνητῷ μνῆμα κατεσκεύαζεν, καὶ ἀθανατίζειν τὴν φύσιν βουλόμενος ἐπιταφίοις ἂν τιμαῖς ἐκοσμήσατο.

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ, γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ] Verſus ex duobus hemiſtichiis Homericis conflatus. Verſus Homerici ſunt Odyſſ. ή.

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Meminit Ammonius, ſive Philoponus, in Vita Ariſtotelis: ἐδήλωσε δὲ καὶ Ἀντιπάτρῳ τῷ βασιλεῖ, ὅτι ἐν Ἀθήνησιν ἐνδιατρίβειν ἐργῶδες· εἶπε δὲ καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἔπος,

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

ὡς ἐκ τούτων ἐλέγχων τὰς τῶν Ἀθηναίων συκοφαντίας. alluſione ſcilicet vocis σῦκον ad vocem συκοφαντία. Euſtathius ad hæc Odyſſ. ή. σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ: Τὸ δὲ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ, ἀπέχρησέ ποτε τῷ Σταγειρίθεν Σοφῷ εἰς σκῶμμα τῶν Ἀθηναίων, ὡς χαιρόντων συκοφαντείᾳ, ὅτε Σωκράτην ὑπεξήγαγον κωνείῳ, τοῦ βίου. μελετήσας γὰρ ὑποχωρῆσαι τότε ὁ Σταγειρίτης, εἶπεν ἐξ Ὁμήρου τρυγήσας τὴν ὀπώραν τῆς ἐν λόγῳ χάριτος, ὡς οὐκ ἂν μείνῃ παρὰ τοιαύτῃ πόλει ἐν ᾗ γηράσκει σῦκον ἐπὶ σύκῳ· τουτέστιν, ὅπου τὰ τῆς συκοφαντίας διηνεκῆ καὶ ἀδιάδοχα καὶ τῷ μακρῷ τοῦ χρόνου συμπαρεκτεινόμενα. Eadem habet Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro 3. cap. 26. Ἀριστοτέλης ὅτε ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, δέει τῆς κρίσεως, πρὸς τὸν ἐρόμενον αὐτὸν, τίς ἐστιν ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις, ἔφη, παγκάλη, ἀλλ' ἐν αὐτῇ

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ;

τοὺς συκοφάντας λέγων. Καὶ πρὸς τὸν ἐρόμενον, διὰ τί ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας; ἀπεκρίνατο, ὅτι οὐ βούλεται Ἀθηναίους δὶς ἐξαμαρτεῖν εἰς Φιλοσοφίαν· τὸ περὶ Σωκράτην πάθος αἰνιττόμενος, καὶ τὸν κατ' αὐτὸν κίνδυνον. *Ariſtoteles, cùm judiciorum metu Athenis profugiſſet, interroganti cuidam, qualis eſſet civitas Athenienſium, reſpondit, pulcherrima; ſed in ea,*

Poſt ficum, ficus; pyra, malâque multa; priores
Excipiunt fructus:

Sycophantas intelligens. Et interroganti, cur reliquiſſet Athenas; reſpondit, quoniam noluiſſet committere, ut Athenienſes bis peccarent in Philoſophiam: obſcurè Socratis mortem innuens, & ſuum periculum.

Γεννηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννάτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος] At in Vita ἀνεκδότῳ: ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ σϑ'. Ὀλυμπιάδι· Sed ibi legendum ϸϑ'.

Διατρῖψαι παρ' αὐτὸν] παρ' αὐτῷ, Scaliger ad oram libri.

10 Πυθοδότου] Pythodorus dicitur Diodoro.

11 Θεόκριτος ὁ Χῖος] De quo, Theocritus Syracuſius in Epigrammate, quod ejus Idylliis præponi ſolet:

Ἄλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δὲ Θεόκριτος ὃς τάδ' ἔγραψα,
Εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων, &c.

Floruit ſub Alexandro, teſte Plutarcho libro περὶ παιδῶν ἀγωγῆς. & Metrodori Iſocratici diſcipulus fuit, ut eſt apud Suidam in Θεόκριτος; qui & Epigrammata ſcripſiſſe refert. Ejus Vitam ſcripſerat Ambryon ille, de quo mox Laërtius; cujus mentionem alibi factam non reperio. Epigrammati Theocriti Chii, quod profert hîc Laërtius, addendum hoc diſtichum ex Plutarcho & Euſebio, rectè monuit Caſaubonus,

Ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἵλετο ναίειν,
Ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Ἡμεῖς δὲ καὶ διαθήκαις αὐτοῦ περιετύχομεν] In Vita Ariſtotelis, ex vetere Tranſlatione, mentio fit hujus Teſtamenti his verbis: *Mortuus eſt in Chalcide, demittens teſtamentum ſcriptum, quod fertur ab Andronico & Ptolemæo cum voluminibus ſuorum Tractatuum.* Meminit & Athenæus lib. XIII. Ceterùm, pro περιετύχομεν, ἐνετύχομεν habent hîc ceteræ Editiones: & quidem rectiùs.

Ἔσται μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ] Si quid humanitus accidat. Ita infrà, in Theophraſti teſtamento: ἔσται μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβῇ, τάδε διατίθεμαι.

Ἕως δ' ἂν Νικάνωρ καταλάβῃ, ἐπιμελεῖσθαι, &c.] 12 Vide hîc Caſaubonum. Placet hæc interpretatio, *tantiſper dum redux ſit Nicanor.* Ita infrà, in Stratonis teſtamento: ἐπειδὰν δὲ παραγένηται Ἀρκεσίλαος, λογισάσθω Γ[ρ]αιος μετ' Ὀλυμπικοῦ καὶ Ἐπικράτους, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελητῶν τὸ γεγονὸς ἀνάλωμα εἰς τὴν ἐκφορὰν, καὶ τὰ ἄλλα τὰ νομιζόμενα. *Ubi verò Arceſilaus venerit, Iræus unà cum Olympico, & Epicrate, ac reliquis Curatoribus, rationes ſubducito, quantum ſumptus in funus, & cetera, quæ juſta ſunt, factum ſit.*

Ἴπαρχον] Deeſt hoc nomen in aliis editionibus: ſed illud agnoſcit, & Codex Regius, & Vetus Interpres. Expunctum fuiſſe veroſimile eſt à Librario, qui hanc vocem à præcedente Τίμαρχον diverſam non eſſe exiſtimaverat.

Ἐνδεδόσθαι αὐτὴν Νικάνορι] Filia illa Ariſtotelis *Pythias* vocabatur. Tribus viris nupſit: primùm quidem Nicanori; deinde Procli, qui genus duxerat à Demarato Lacedæmoniorum Rege: & poſteà Metrodoro, Medico. Auctor Sextus Empiricus adverſus Mathematicos cap. 12. Πυθιὰς δὲ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ, τρισὶν ἀνδράσιν ἐγαμήθη· πρῶτον μὲν, Νικάνορι τῷ Σταγειρίτῃ, οἰκείῳ ὄντι Ἀριστοτέλους· δευτέρῳ δὲ, Πρόκλεῖ, Δημαράτου τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέως ἀπογόνῳ, ὃς καὶ δύο ἐξ αὐτῆς τεκνοῦται παῖδας, Προκλέα τε καὶ Δημάρατον, τοὺς παρὰ Θεοφράστου φιλοσοφήσαντας· τρίτῳ δὲ, Μητροδώρῳ ἰατρῷ, Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῇ, Ἐρασιστράτου δὲ ὑφηγητῇ· ᾧ γίνεται παῖς Ἀριστοτέλης. Poſtrema verba turbat Plinius XXIX. 1. Eraſiſtratum Chryſippi diſcipulum, Ariſtotelis filiâ genitum adfirmans. Nicanor autem ille filius fuit Proxeni Atarnenſis, ut eſt apud Ammonium in Vita Ariſtotelis: μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Νικομάχου καὶ τῆς Φαιστίδος, ἀνήγεται ὁ Ἀριστοτέλης παρά τινι Προξένῳ Ἀταρνεῖ. οὗ καὶ τῆς τρο-

φῆς διαμεμνημένος ὁ Ἀριστοτέλης, οὐ μόνον τὸν τούτου υἱὸν Νικάνορα ἀνέθρεψε, καὶ πᾶσαν παιδείαν ἐπαίδευσεν, ἀλλὰ καὶ υἱὸν αὐτὸν ὡκειοποιήσατο· καὶ τελευτῶν ἐν ταῖς οἰκείαις διαθήκαις ἐπέτρεψε τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πυθιάδα δοῦναι γαμετὴν τῷ Νικάνορι. *Mortuis Nicomacho & Phæſtide: educatus eſt Ariſtoteles apud Proxenum quemdam, Atarneum: cujus educationis memor Ariſtoteles, Nicanorem Proxeni filium non educavit tantùm, & omnibus honeſtis artibus erudit; ſed & in filium ſibi adoptavit: ac cùm morti propinquus teſtamentum faceret, mandavit ut Nicanori filia ſua nuptum daretur.* Ceterùm, pro ἐνδεδόσθαι, quod hîc in editione Aldobrandiniana legitur, ἐκδόσθαι habet editio Stephani, nec non Palatinus codex, & Florentinus; at Baſileenſis ἐκδεδόσθαι, quod magis placet.

Ὃ μὴ γένοιτο, οὐδὲ ἔσται] *Quod abominor*, hoc ſenſu dixerunt Latini. Apud Papinianum l. 41. ſect. 8. De vulg. & pup. ſubſtit. *Si, quod abominor, intra pubertatis annos deceſſerit.* Et apud Scævolam l. 88. ſect. 9. de Legatis II. *Si, quod abominor, neque filia mea, neque nepos meus, heredes mei erunt.* Et l. 85. de heredib. inſtit. *Si mihi Titius heres eſſe noluerit, aut quod abominor, prius morietur, quàm meam hereditatem adierit.*

Νικάνωρ κύριος ἔστω καὶ περὶ τοῦ παιδίου, καὶ περὶ τῶν ἄλλων διοικεῖν ἀξίως καὶ αὐτοῦ καὶ ἡμῶν] Omiſit Aldobrandinus horum verborum interpretationem.

Ἐπιμελείσθω δὲ] Corrige δή. & ita Caſaubonus.

Καὶ τοῦ παιδὸς Νικομάχου,] Meminit hujus loci Athenæus libro XIII. Ἀριστοτέλης δὲ ὁ Σταγειρίτης ἐξ Ἑρπυλλίδος τῆς ἑταίρας ἐπαιδοποίησε Νικόμαχον. καὶ συνῆν ταύτῃ μέχρι θανάτου, ὥς φησιν Ἕρμιππος ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους πρώτῳ, ἐπιμελείας φάσκων τῆς θεούσης τετυχηκέναι ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις. *Ariſtoteles Stagirites, ex Herpyllide ſcorto, cum quo ad mortem uſque interceſſit ei familiaritas, Nicomachum genuit, ut Hermippus ait libro primo de Ariſtotelis Vita: Teſtamentoque ſuo; ut æquum eſt, curioſè illi proſpexit.*

Ἐὰν δὲ βούλεται Θεόφραστος εἶναι μετὰ τῆς παιδὸς] 13 ἐὰν δὲ καὶ βούληται, Caſaub.

Μύρμηκος τοῦ παιδίου] Notandum Μύρμηξ nomen 14 eſſe proprium. Μύρμηκος, Philoſophi Dialectici, mentio ſuprà apud Laërtium noſtrum, in Stilpone. Inde & Μυρμηκίδαι, & Μυρμηκίδης Mileſius, operum minutorum ex ebore artifex, memoratur Varroni libro VI. de Lingua Latina, Plinio VII. 21. Æliano Var. Hiſtor. l. 17. & Suidæ in Φειδίας. Etiam Μυρμηκίδου Athenienſis meminit Galenus in Protreptico.

Εἶναι δὲ καὶ Ἀμβρακίδα ἐλευθέραν] Ἀμβρακίδα, Editio Stephani, & Codex Florentinus, nec non Palatinus. Editio Baſileenſis, Ἀβρακίδα: quod minùs placet.

Καὶ Σίμῳ χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ εἰς 15 παῖδα ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι.] Hunc locum ſic legit Caſaubonus: καὶ Σίμῳ χωρὶς τοῦ πρότερον ἀργυρίου αὐτῷ δοθέντος εἰς παῖδα ἄλλον, ἢ παῖδα πρίασθαι, ἢ ἀργύριον δοῦναι.

Τάχωνα] Τύχωνα, aliæ Editiones rectiùs. Suidas: Τύχων Τύχωνος, ὄνομα κύριον. Vide ſuprà.

Γρυλλίωνος] Aliter, Γρυλλίωνι. Non aliunde notus mihi Statuarius ille.

Ἀριμνήστου] Arimneſtus, frater fuit Ariſtotelis. Suidas in Ἀριστοτέλης: καὶ ἀδελφοὺς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνηστον καὶ Ἀριμνήστην. Eadem legas in Vita ἀνεκδότῳ. Et hæc in Vita Ariſtotelis, ex vetere tranſlatione: *Genitus autem eſt eis* (Nicomacho & Phæſtidi) *Non ſolùm Ariſtoteles, ſed Arimneſtus & Arimneſte.*

Καὶ τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τὴν Δήμητρα ἀναθεῖναι 16 εἰς Νεμέαν] Caſaubonus emendabat, καὶ τὴν τῆς μητρὸς τῆς ἡμετέρας τῇ Δημητρὶ ἀναθεῖναι εἰς Νεμέαν: eum vide. Hujus imaginis matris Ariſtotelis meminit Plinius, ubi de Protogene.

Ἐν Σταγείρῃ] Aliàs Στάγειρα dicitur hæc urbs, πληθυντικῶς.

Λέγεται δὲ καὶ λοπάδας αὐτοῦ πλείστας εὑρῆσθαι, &c.] Meminit Plinius libro XXXV. *In Ariſtotelis heredum auctione* LX. *patinas veniſſe traditur.* φαρμακοπώλης dicitur Athenæo VIII, 13. πολλὰ δὲ ἔχων ἔτι λέγειν, περὶ ὧν ἐλήρησεν ὁ φαρμακοπώλης, παύομαι. καί τοι εἰδὼς καὶ Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ περὶ ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν, &c. *Multa cratione perſequi deſino, in quibus Seplaſiarius hallucinatus eſt: haud ignarus Epicurum veritatis amantiſſimum, in Epiſtola de vitæ rationibus ac inſtitutis, prodidiſſe, illum diſſipato patrimonio, repentino quodam impetu animi ſtipendia feciſſe, & cùm parùm felix ei fuiſſet militia, medicamenta vendidiſſe.*

Λύκωνα] Videatur hîc omnino Caſaubonus.

Ἔνιοι δὲ καὶ ὠσκιον θερμοῦ ἐλαίου ἐπιτιθέναι αὐτὸν τῷ στομάχῳ] Erat enim κακοστόμαχος. Cenſorinus de Die Natali: *Ariſtotelem ferunt naturalem ſtomachi infirmitatem, crebraſque morbidi corporis offenſiones, adeo virtute animi diu ſuſtentaſſe, ut magis mirum ſit ad annos 63. eum vitam protuliſſe, quàm ultra non pertuliſſe.*

Καὶ ὁπότε κοιμῷτο, σφαῖραν χαλκῆν βάλλεσθαι αὐτῷ εἰς τὴν χεῖρα, λεκάνης ὑποκειμένης] Quod & Ariſtotelis diſcipulum, Alexandrum Magnum feciſſe, narrat Ammianus Marcellinus libro XVI. *Alexander aneâ conchâ ſuppoſitâ, brachio extra cubile protento, pilam tenebat argenteam, ut cùm nervorum vigorem ſopor laxaſſet infuſus, geſtaminis lapſi tinnitus abrumperet ſomnum:* ad quem locum videndus Henricus Valeſius.

Ἐρωτηθεὶς τί περιγίνεται κέρδος τοῖς ψευδομένοις, &c.] 17 Hieronymus Epiſtolâ ad Julianum Diaconum: *Antiquus ſermo eſt, Mendaces faciunt, ut ne vera dicentibus credatur.*

Ἐλεημοσύνην] Nota hanc vocem in eo ſenſu, & nos vide ad Laërtianorum librorum inſcriptionem. Notandus in hanc rem & hic Juliani Imperatoris locus, Oratione VII. contra Pſeudo-Cynicos: ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μηδὲν εἶναι πρόσχημα τοῦ φορολογεῖν εὐ-

πρόσωπος, Οἰκεῖον ἐκείνοις. ἢν λέγουσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΗΝ.

Οὐ τὸν τρόπον, εἶπεν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἐλέησα] Laërtius infrà de Ariſtotele: πρὸς τὸν αἰτιασάμενον ὡς εἴη μὴ ἀγαθῷ ἔρανον διδωκώς, φέρεται γὰρ καὶ οὗτος, Οὐ τῷ ἀνθρώπῳ, φησὶν, ἔδωκα, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ. Stobæus Serm. XXXV. Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, αἰτηθείς ποτε ἔρανον ὑπὸ μοχθηροῦ, καὶ παραιτούμενος, ἐπειδὴ ἐλάβετό τις αὐτοῦ ὅτι τοιούτῳ ἔδωκεν, Οὐ τῷ ἀνθρώπῳ, ἔφη, ἀλλὰ τῷ ἀνθρωπίνῳ.

Ὡς ἡ μὲν ὅρασις ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ἀέρος λαμβάνει τὸ φῶς, ἡ δὲ ψυχὴ ἀπὸ τῶν μαθημάτων]

Διπλῶς ὁρῶσιν, οἱ μαθόντες γράμματα, inquit Comicus.

18 Τῆς παιδείας ἔφη, τὰς μὲν ῥίζας εἶναι πικρὰς, γλυκεῖς δὲ, τοὺς καρπούς.] Aggenus Urbicus Commentario in Frontinum de Limitibus agrorum; *Primæva ætati quam ſint radices amariſſimæ literarum, ſcientes literas non ignorant.* Refert hoc dictum ad Iſocratem Theon Sophiſta, pagina 389. Gnomologus incertus, ad Democritum. At Diomedes Grammaticus ad Catonem. *Chriarum*, inquit, *exercitatio in caſus ſic variatur. M. Porcius Cato dixit, literarum radices amaras eſſe, fructus jucundiores. Genitivo caſu; M. Porcii Catonis dictum fertur, radices literarum amaras eſſe: fructus jucundiores.* Socrati tribuitur à Priſciano in libro de Præexcercitamentis Rhetoricæ ex Hermogene, cap. de Uſu. *Socrates dicebat, ſtirpem quidem doctrinæ eſſe amaram, fructum verò dulcem.*

Ἐρωτηθεὶς, τί γηράσκει ταχύ; χάρις, ἔφη.] Quò reſpexiſſe videtur Johannes Chryſoſtomus in Expoſitione Epiſtolæ Sancti Pauli ad Coloſſenſes. μὴ τοίνυν ἐκείνους ζητῶμεν εὐεργετεῖν τοὺς ἀνταποδοῦναι ἡμῖν δυναμένους, μηδὲ ἐπὶ τοιούτοις αὐτοὺς ἐλπίσιν εὐεργετῶμεν. ψυχρὰ αὕτη ἡ διάνοια. τὸν φίλον ἂν καλέσῃς, μέχρι τῆς ἑσπέρας ἡ χάρις. διὰ τοῦτο τῶν καταβαλλομένων, ἢ τῶν καιρῶν, δαπανᾶται φιλία.

Τί ἐστιν ἐλπίς; Ἐγρηγορότος, εἶπεν, ἐνύπνιον] Tribuitur Pindaro apud Stobæum Serm. CIX. Ad Platonem refert Ælianus Var. Hiſt. XIII. 29. Ἔλεγεν ὁ Πλάτων, τὰς ἐλπίδας, ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι.

Τριῶν ἔφη δεῖν παιδείᾳ, φύσεως, μαθήσεως, ἀσκήσεως] Plura requirebat Hippocrates, tractatu qui Νόμος inſcribitur: χρὴ γὰρ ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶν δὲ μὲν ἐπήβολον γενέσθαι, φύσιος, διδασκαλίης, τρόπου εὐφυέος, παιδομαθίης, φιλοπονίης, χρόνου.

Τὸ κάλλος, παντὸς ἔλεγεν ἐπιστολίου συστατικώτερον] Stobæus Serm. LXIII. Ἀριστοτέλης ἔφη, τὸ κάλλος, πάσης ἐπιστολῆς συστατικώτερον. Ita legendum, non συντατικώτερον. Hoc dictum Ariſtotelis hoc verſu P. Syrus incluſit,

Formoſa facies, muta commendatio eſt.

Θεόκριτον] Chium, videlicet.

19 Ἐλεφαντίνην ζημίαν] Id eſt, *damnum quo delectamur, ut res ex ebore ſua ſpecie nos delectant:* vel, *grande, inſtar elephanti.* Verba ſunt Caſauboni in Notis quas ad marginem Vitæ Ariſtotelis Laërtianæ, quæ Editioni Operum Ariſtotelis præfixa eſt, appoſuit.

Καρυάδην ἀδορυφόρητον βασιλείαν] Atque inde eſt quod Diogenes ſpecioſa ſcorta *Reginas* appellabat, quia multi facerent quæ præcipiebant. Auctor Stobæus Serm. LXIII. Paullò aliter noſter infrà, in Diogene Cynico.

Ὅσῳ, εἶπεν, οἱ ζῶντες τῶν τεθνηκότων] Seneca: *Otium ſine literis, mors eſt, & hominis vivi ſepultura.* Ceterùm, ad idem quæſitum aliter reſpondêre Chilo atque Ariſtippus. Vide nos ſuprà, ad Chilonem.

Τῶν ἀνθρώπων ἔλεγε, τοὺς μὲν οὕτω φείδεσθαι ὡς ἀεὶ ζησομένους, &c.] Lucianus: 20

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε·
Ὡς δὲ βιωσόμενος, φείδεο σῶν κτεάνων.

Τυφλοῦ, ἔφη, τὸ ἐρώτημα] Stobæus Serm. LXIII. Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς, διὰ τί τῶν καλῶν ὁ ἔρως, Τυφλοῦ, εἶπεν, ἐρώτησις.

Τὴν δικαιοσύνην ἔφη ἀρετὴν ψυχῆς, διανεμητικὴν τοῦ 21
κατ' ἀξίαν] Cicero: *Juſtitia eſt habitus animi, ſuam cuique tribuens dignitatem.*

Κάλλιστον ἐφόδιον τῷ γήρᾳ τὴν παιδείαν ἔλεγε] Quod Bianti tribuit Baſilius.

Ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος] Malebat Caſaubonus; alio ſenſu; ὦ φίλοι, οὐδεὶς φίλος. id eſt, *cui ſunt amici, non eſt amicus.* cum vide.

Ἐν τῷ ἠθικῷ τῶν ἑβδόμων] Ita quoque Palatinus. In Editione Frobenii legitur, ἐν τῷ ἠθικῷ ἑβδόμῳ. Habet Editio Stephanica ἐν τῷ ζ τῶν Ἠθικῶν. Legendum videtur, ἐν τῷ τῶν Ἠθικῶν ἑβδόμῳ.

Συνέγραψε δὲ πάμπλειστα βιβλία] Sed multi in eo Indice ſunt à Laërtio præteriti, quos infrà nominabimus: & de quibus quoque in Vita Ariſtotelis ab Anonymo conſcripta; quam infrà edemus. Illud præterea in hoc indice Laërtiano deſiderari Nunneſio meritò videbatur, ut libri Ariſtotelis, quorum argumenta inter ſe congruerent, in unum locum conferrentur: quod ab Andronico Peripatetico, in dirigendis libris Ariſtotelis & Theophraſti, factum commemorat Porphyrius in Vita Plotini. Is eſt Andronicus Rhodius, Boëthi Sidonii magiſter: qui Boëthus, & ipſe digerendis libris Ariſtotelis operam navaſſe videtur. Ammonius in Cathegorias Ariſtotelis: Βόηθος μὲν οὖν φησι Σιδώνιος, δεῖν ἀπὸ τῆς φυσικῆς ἄρχεσθαι πραγματείας, ἅτε ἡμῖν συνηθεστέρας, καὶ γνωρίμου. δεῖ δὲ ἀεὶ ἀπὸ τῶν σαφεστέρων ἄρχεσθαι, καὶ γνωρίμων. ὁ δὲ τούτου διδάσκαλος Ἀνδρόνικος ὁ Ῥόδιος, ἀκριβέστερον ἐξετάζων, ἔλεγε χρῆναι πρότερον ἀπὸ τῆς Λογικῆς ἄρχεσθαι, &c.

Περὶ Ποιητῶν α', β', γ'.] Diximus ſuprà ad Vitam 22
Socratis; ubi nos vide. Vide & Nunneſium ad Vitam Ariſtotelis pag. 60. Meminit hujus libri Ariſtotelici & Laërtius in Empedocle. Primum citat idem Laërtius in Vita Platonis: ſecundum Macrobius libro 2. Saturnaliorum capite 18.

Περὶ Φιλοσοφίας α', β', γ'.] α', β', γ', δ' ſcriptum eſt in Codice Regio: & ita in Vita ἀνεκδότῳ. Meminit horum librorum Cicero I. de Natura Deorum: nam ibi Velleius de Ariſtotele ita loquens inducitur: *Ariſtoteles*

riſtoteles in tertio de Philoſophia libro multa turbat, à magiſtro Platone non diſſentiens. Meminit & ipſe Ariſtoteles libro I. de Anima, his verbis: ὁμοίως δὲ ἐν τοῖς περὶ Φιλοσοφίας λεγομένοις διορίσθη. Quæ verba ita exponit Simplicius: Περὶ Φιλοσοφίας νῦν λέγει, τὰ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ αὐτῷ ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀναγεγραμμένα συνουσίας. ἐν οἷς ἱστορεῖ τούς τε Πυθαγορίους καὶ Πλατωνικὰς περὶ τῶν ὄντων δόξας. Ex quibus locis Muretus Var. VII. 21. obſervabat hos Ariſtotelis περὶ Φιλοσοφίας libros, non diverſos fuiſſe ab iis, quibus titulus περὶ τοῦ ἀγαθοῦ. Sed eum falli docet Samuel Petitus Miſcel. lib. 4. cap. 9. ubi duodecimum, decimum tertium, & decimum quartum Metaphyſicorum, libros eſſe eos contendit.

Πολιτικοῦ ά, β'.] Πολιτικῶν ά. habet idem Codex. Πολιτικὸν ά, eſt quoque in ἀνεκδότῳ.

Περὶ Ῥητορικῆς, Γρύλλος, ά.] MS. Regius Περὶ Πολιτικῆς, ἢ Γρύλλος. Legendum Περὶ Ῥητορικῆς, ἢ Γρύλλος: nam libri Ariſtotelis, qui *Gryllus* inſcriptus eſt, ut libri ad Oratoriam artem pertinentis, meminit Fabius in Inſtitutionibus libro II. cap. 18. Tamen in ἀνεκδότῳ Vita Ariſtotelis, legitur quoque Περὶ Πολιτικῆς. Gryllus, filius fuit Xenophontis. Vide ſuprà in Xenophonte: ubi quæ ex Ariſtotele de Gryllo adducuntur, ex hoc Ariſtotelis libro deſumpta videri, monuimus.

Ἐρωτικὸς ά] Ita quoque Regius Codex, & Auctor Vitæ ἀνεκδότου. ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν citatur Ariſtoteles Athenæo XV. 4. quare hîc Ἐρωτικὸς, β', legendum Caſaubono videbatur.

Συμπόσιον, ά.] Laudatur ab Athenæo libro eodem capite 5. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τῷ Συμποσίῳ φησιν, ὅτι οὐδὲν κολοβὸν προσφέρομεν πρὸς τοὺς θεούς, ἀλλὰ τέλεια καὶ ὅλα.

Περὶ ψυχῆς ά.] Sive *Eudemus*. Plutarchus in libello de Conſolatione ad Apollonium: φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Εὐδήμῳ ἐπιγραφομένῳ, ἢ Περὶ ψυχῆς. Ariſtotelis hodie libros tres de Anima habemus: qui libri, diverſi ſunt ab hoc de Anima, de quo Laërtius & Plutarchus. Fuit verò is Dialogus: quod nos docuit Plutarchus in Vita Dionis, his verbis: Κύπριος Εὔδημος, εἰς ὃν Ἀριστοτέλης ἀποθανόντα τὸν περὶ ψυχῆς διάλογον ἐτάφησε. Meminit ejus & Scholiaſtes ad Platonis Phædonem. Scripſerat ad eumdem Eudemum elegias Ariſtoteles. Auctor Olympiodorus ad Gorgiam Platonis. Ejuſdem Eudemi Cyprii meminit ipſe Ariſtoteles apud Ciceronem libro primo de Divinatione.

Περὶ εὐχῆς] Quem librum reſpexiſſe Varronem in his verſibus ex Eumenidibus, putabat Joſephus Scaliger,

Hoſpes, quid miras animos curare Serapim?
Quid? quaſi non curet tantidem Ariſtoteles.
Aut ambos mira; aut noli mirare de eodem.

Eum videſis adverſus Robertum Titium IX. 12. Meminit hujus libri Simplicius in Com. lib. II. de Cœlo, ſed ubi περὶ προσευχῆς dicitur. Hujus mentio & in Vita Ariſtotelis ex vetere Tranſlatione: *Compoſuit autem Ariſtoteles librum de Oratione: unde Simplicius*, &c.

Περὶ εὐγενείας, ά.] Citatur Athenæo lib. XIII. cap. 1. & Stobæo Sermone 218. & Plutarcho in Ariſtide. Sed an genuinus eſſet Ariſtotelis fœtus, dubitabat ibidem Plutarchus.

Ἀλέξανδρος, ἢ ὑπὲρ ἀποίκων ά.] Citatur Ariſtoteles ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου, Euſtathio ad Dionyſii περιήγησιν, pag. 136. Pro ἀποίκων, ἀποικιῶν legitur in Vita ἀνεκδότῳ.

Περὶ βασιλείας ά.] In Vita Ariſtotelis, ex vetere Tranſlatione, hæc legere eſt: *Ut autem & hominibus univerſaliter beneſecerit, ſcripſit Alexandro Librum unum de Regno, docens ipſum qualiter oporteat regnare.* Et in Græca Vita ab Ammonio, ut creditur, conſcripta: τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ περὶ βασιλείας ἔγραψεν ἐν ἑνὶ μονοβίβλῳ, παιδεύων αὐτὸν ὅπως δεῖ βασιλεύειν. Ad quos locos Numeſius: Ammonius ἐν τοῖς προλεγομένοις Commentariorum in Categor. Ariſtotelis, cum diviſionem ejus librorum perſequitur, μερικὰ, inquit, in ea ſcripta eſſe Ariſtotelis quæ privatim ad aliquem ſcripſit: cujuſmodi ſunt Epiſtolæ, & quæ interrogatus ab Alexandro Macedone de Regno, & quî oportet Colonias deducere, ſcripſit.

Περὶ παιδείας, ά.] In MS. Regio, Περὶ παιδείας, ἢ Παιδευτικόν. & ita in ἀνεκδότῳ.

Περὶ ἀγαθοῦ, ά, β', γ'.] In Regio Codice & in ἀνεκδότῳ Vita, Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ά. Reſcribebat Samuel Petitus ά, β'. Eum vide Miſcell. IV. 10. ubi Laërtium περὶ ἀρετῶν obmiſiſſe, obſervat.

Οἰκονομικὸς, ά.] Atqui hodie duo exſtant. Sed primum non eſſe Ariſtotelis, docet Samuel Petitus Miſcell. IV. 12. ubi & de tempore quo ſecundus ſcriptus fuit, diſſerit.

Περὶ φιλίας ά.] Palatinæ Membranæ, Περὶ φιλοσοφίας· minùs rectè: præceſſit enim Περὶ φιλοσοφίας, ά, β', γ'.

Περὶ τοῦ πάσχειν, ἢ πεπονθέναι.] Fallitur Laërtius. Pars fuit libri, non liber. Laërtium decepit; quod rectè viſum Jonſio; hic locus Ariſtotelis libro IV. de Generatione animal. cap. 3. εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν διωρισμένοις. Reſpexit autem Philoſophus quæ in eam rem ſcripſit libro I. de Generatione & corruptione cap. 6.

Ὑπομνήματα ἐπιχειρηματικὰ, γ'] ἐπιχειρηματικοῦ 23
Stephanica Editio: ἐπιχειρητικοῦ, Frobeniana: quam lectionem amplectitur Caſaubonus. MS. quoque noſter Regius, & Vita ἀνέκδοτος, Ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν. Sed fortè nihil mutandum: nam infrà etiam θέσεις ἐπιχειρηματικαί: pro quo tamen ceteræ editiones ἐπιχειρητικαί.

Ἐνστασις, α'] Ita quoque Editio Frobenii & Stephanicæ. Vetus Interpres Ἐνστάσεις legerat.

Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ κατὰ πρόσθεσιν, ά] Meminit Ariſtoteles Metaphyſ. libro VI. extremo: φανερὸν δ' ἐν οἷς διωρίσαμεθα περὶ τοῦ ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, ὅτι πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν. & lib. VII. initio: τὸ ὂν λέγεται πολλαχῶς, καθάπερ διειλόμεθα πρότερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς. Et libro X. τὸ ἓν ὅτι μὲν λέγεται πολλαχῶς, ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς διωρισμένοις εἴρηται πρότερον. Quintus eſt Metaphyſicorum liber, ſecundùm vulgatam horum librorum ſeriem; quod pluribus probat Samuël Petitus Miſcellaneorum libro IV. cap. 9. ubi eum vide. Pro κατὰ

πρόθεσιν Editio prior κατὰ πρόθεσιν, & ε', non α'. Etiam ε' Codex Palatinus. In Vita ἀνεκδότῳ ſcriptum fuit Ἐνστάσεις περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ τῶν κατὰ πρόθεσιν, α'.

Περὶ στοιχείων, α', β', γ'] Flor. α', β. Περὶ στοιχείων. Pars fuit libri, non liber: quod rectè Jonſius obſervabat. Se ipſe citat Ariſtoteles libro de Senſu cap. 4. ἐν τοῖς περὶ στοιχείων. Non autem librum ſuum peculiarem innuit: ut viſum Laërtio: ſed quæ ipſe περὶ στοιχείων diſſeruerat in libro II. de Generatione & corruptione cap. 2. & 3.

Περὶ ἀρχῆς, α'] Περὶ ἀρχῶν, α', β'. Legebat Samuel Petitus, quem videſis Miſcell. lib. IV, cap. 9.

Περὶ κινήσεως α'] Caſaubonus α', β. Cum lectione edita conſentit Vita ἀνεκδοτος. Hunc librum περὶ κινήσεως reſpicit, puto, ipſe Ariſtoteles Ethicorum libro X. cap. 3. cùm ait alibi accuratè à ſe de motu diſputatum fuiſſe, δι' ἀκριβείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται: quamquam non ignoro Viros eruditione præſtantes exiſtimare his verbis deſignare Philoſophum Phyſicorum librum V. ubi de Motu agitur.

Προτέρων ἀναλυτικῶν α', β', γ', δ', ε', ζ', ς', ζ', η'.] In editione Stephanica decem numerantur; at octo ſolùm in emendatioribus Codicibus, inquit Samuel Petitus. Scribit Ammonius in Commentariis ad Categorias Ariſtotelis, in Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi repoſitos fuiſſe XL. libros, qui τῶν Ἀναλυτικῶν Ariſtotelis nomine inſcripti erant, ſed quorum quatuor tantùm ab Interpretibus inter legitimos agnoſcerentur: ἀμέλει, φασὶν, ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθαι Ἀναλυτικῶν τεσσαράκοντα βίβλους· Κατηγοριῶν δὲ δύο. ἐκρίθη ὑπὸ τῶν Ἐξηγητῶν· Κατηγοριῶν μὲν, τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, Ἀναλυτικῶν δὲ, τέσσαρα. Plures fuiſſe legitimos quàm quatuor, docet idem Petitus Obſervat. lib. & cap. 2. ubi multa præclara habet de ordine & tempore quo ſcripti ſunt libri Topicorum atque Analyticorum. De Ariſtotelica Ἀναλυτικῶν inſcriptione, videndus Joſephus Blancanus, in locorum Ariſtotelis, quæ ad Matheſin pertinent, Expoſitione.

Μεθοδικὰ, &c.] Scripſit & Μεθοδικὸν, α', ut mox teſtatur Laërtius. Idem Laërtius poſteà: πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν, τάτε Τοπικὰ καὶ Μεθοδικὰ, παρέδωκε προτάσεων πλῆθος, ἐξ ὧν πρὸς τὰ προβλήματα πιθανῶν ἐπιχειρημάτων οἷόν τε εὐπορεῖν, πρὸς δὲ τὴν κρίσιν τὰ Ἀναλυτικὰ πρότερα καὶ ὕστερα.

Ὅροι πρὸ τῶν τοπικῶν] πρώτων, legendum exiſtimabat Samuel Petitus Obſervat. dicto loco: ubi omnino conſulendus. Scripſit Antonius Querengus librum hoc titulo; *Quos habemus Ariſtotelis Topicorum libros, non eos videri ex quibus Cicero ac Themiſtius ſuam Locorum enumerationem deſumpſere.*

Συλλογιστικὸν, καὶ ὅροι, α'] Συλλογιστικῶν Caſ. & mox Διαιρετικῶν, pro Διαιρετικόν.

Περὶ ἡδονῆς α'] Caſaubonus α', β'. Suprà initio Indicis jam memineratLaërtius libri Ariſtotelis περὶ ἡδονῆς α'. Idem argumentum ſæpius tractaſſe Ariſtotelem, conſtat. 24

Πολιτικὰ β'. Πολιτικῆς ἀκροάσεως, ὡς ἡ Θεοφράστου, ἡ.] Suprà, Πολιτικοῦ β'. Qui libri, an diverſi ſint à Πολιτικοῖς iſtis, dixerit alius, non ego. Politicorum exſtant hodie ſub nomine Ariſtotelis libri octo: qui libri iidem fortaſſe ac libelli illi octo πολιτικῆς ἀκροάσεως. Ceterùm hîc obſervare non abs re judicamus, quod Muretus Variarum libro & capite XIV. ſcriptum reliquit, dubium non eſſe, quin quartus liber ſit, qui vulgò horum Politicorum Ariſtotelis ſeptimus numeratur.

Τέχνης Ῥητορικῆς, α', &c.] Audiendus Nunneſius: Ariſtotelis multos fuiſſe libros de Arte Rhetorica, in quibus nomen τέχνης, aut τεχνῶν inſcribebatur: ut apparet in Indice Laërtii: Τεχνῶν συναγωγῆς β'. *artium collectionis duo.* Erant fortè hi, in quos ſcribit M. Tullius in Dialogis de Orat. contuliſſe Ariſtotelem omnium Rhetorum ſententias. Τέχνης ῥητορικῆς alii duo: qui fortaſſe ſunt hi noſtri tres; ut in numero peccatum ſit, quod fieri plerumque ſolet. Τέχνη item unus, & alterius artis duo, & artis Theodectis Iſagoges, aut, ut alii legunt, συναγωγῆς unus: quem *Theodectia* vocat idem libro III. Artis Rhetor. cujus item meminit Valerius Maximus libro VIII. capite 14. Inſcripſit quoque Gryllum de Rhetorica: in quo quid præſtiterit Ariſtoteles declarat abunde Quintilianus. Receptum autem illud eſt, ut omnes pæne Græci & Romani Scriptores, quos habemus, tres libros Ariſtotelis nomine Artium Rhetoricarum, laudent: ita eos citant Sextus Empiricus, & Halicarnaſſeus ſæpe, & Aſpaſius, aut quicumque ille eſt Explanator lib. II. Nicomach. & Aquila item Romanus in libro de Figuris. Hactenus Vir doctus De Rhetorica ad Alexandrum, quæ Ariſtoteli falſò tribuitur, diximus ſuprà ad Anaximenem. De tribus libris Ariſtotelis de Arte Rhetorica, qui hodie exſtant, videndus Muretus Oratione VI.

Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγῆς, α'.] Quintilianus: *Non diſſentit Theodectes: ſive ipſius id opus ſit, quod de Rhetorica nomine ejus inſcribitur: ſive, ut creditum eſt, Ariſtotelis.* Valerius Maximus lib. VIII. cap. 14. 3. *Ariſtoteles Theodecti diſcipulo Oratoriæ artis libros, quos ederet donaverat: moleſteque poſteà ferens titulum eorum ſic alii ceſſiſſe; proprio volumine quibuſdam rebus inſiſtens, planiùs ſibi de his in Theodectis libris dictum eſſe, adjecit.* Habet hîc Vitæ Ariſtotelicæ Scriptor anonymus, Τέχνης τῆς Θεοδέκτου Συναγωγὴ, ἐν γ'.

Πραγματεῖαι τέχνης ποιητικῆς] Videatur Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis pag. 60 & 62.

Περὶ μεγέθους, α'] Περὶ μέθης, veriſimili conjecturâ reponebat Meurſius, in Commentario in Apollonium Dyſcolum cap. 25. & in notis ad Heſychium Mileſium. Citatur Athenæo non ſemel Ariſtoteles ἐν τῷ περὶ μέθης. Περὶ μεγέθους tamen etiam in Vita ἀνεκδότῳ. Item Macrobio, Saturn. libro VII. 7. & Plutarcho Symposi. III. 3. & Apollonio Dyſcolo Mirabilium cap. 25. & 26.

Ἐνθυμημάτων αἱρέσεις, α'] Malè ceteræ Editiones, διαιρέσεις.

Περὶ λέξεως, α', β'] An illi ſunt libri, qui τὰ παρὰ λέξιν inſcribebantur, quoſque Ariſtoteli à quibuſdam aſſignari ſcripſit Simplicius ad Categorias?

25 Περὶ συμβουλείας.] Pars fuit libri, non liber. Laërtium decepit, quod ait Ariſt. 1. Rhetor. cap. 10. & libro 2. cap. 19. ſe de utili ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς tractâſſe. Signat autem Ariſtoteles quæ de utili capite 6. & 7. Lib. I. Rhetoricorum dixerat. Jonſio obſervatiunculam hanc acceptam refero. Similiter Ariſtoteles lib. de Senſu cap. 3. citat ſe ἐν τῷ περὶ μίξεως, & ἐν τοῖς περὶ μίξεως: reſpiciens ad ea quæ περὶ μίξεως ſcripſit lib. I. de Gener. & corrupt. cap. 10. non ad librum peculiarem.

Συναγωγῆς α', β'.] Libros θαυμασίων ἀκουσμάτων eſſe putat Patricius, quem vide Tomo 1. Peripatet. Diſciplinarum libro III. Libros autem θαυμασίων ἀκουσμάτων Ariſtotelis eſſe, non Theophraſti, ſcripſit Julius Cæſar Scaliger ad Theophraſtum de Cauſis plantarum pag. 325. Verba ejus ſunt: *Sanè luculentus liber de Senſibus Theophraſti nomine nuper editus, & ſingularis de Odoribus; fortaſſe etiam de Saporibus ſeorſum ſcripſit. Theophraſti namque eſt, non Ariſtotelis, ut putârunt. Sicut contra Commentarius de Miraculis auditis, Ariſtotelis eſt, non Theophraſti: eſt enim illius nectarius ſtylus.*

Πρὸς τὰ Ξενοφάνους, α'] Sic membranæ Florentinæ. Ξενοκράτους, ceteræ Editiones: quam lectionem probat Caſaubonus: & ita in Vita ἀνεκδότῳ.

Πρὸς τὰ Ζήνωνος, α'] Accipe de Zenone Eleate.

Περὶ τῶν Πυθαγορείων, α'.] Scripſerat & πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, α'. de quo Laërtius ſuprà. Citatur bis, terve, ἐν Συλλογῇ τῶν τοῖς Πυθαγορείοις ἀρεσκόντων, à Simplicio libro 2. de Cœlo: quem librum non alium eſſe exiſtimamus à libro illo Περὶ τῶν Πυθαγορείων, & à libris Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, in quibus citatur ab Jamblicho de Vita Pythagoræ cap. 6. Citatur & in Pythagoricis Apophthegmatibus à Stobæo Sermone de Republica.

Περὶ ζώων, α', β', γ', δ', ε', ϛ', ζ', η', θ'] Hodie decem libri exſtant de Hiſtoria animalium. Plinius VIII. 16. ferè quinquaginta fuiſſe ait. *Ariſtoteles diverſa tradit, vir, quem in iis magna ſequuturus ex parte, præfandum reor. Alexandro Magno, Rege, inflammato cupidine animalium naturas noſcendi, delegataque hac commentatione Ariſtoteli, ſummo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Aſiæ Græciæque tractu parére juſſa: omnium, quos venatus, aucupia, piſcatusque alebant: quibuſque vivaria, armenta, alvearia, piſcinæ, aviaria, in cura erant: ne quid uſquam gentium ignoraretur ab eo: quos percunctando, quinquaginta fermè volumina illa præclara de Animalibus condidit.* Antigonus Hiſtoriæ animalium cap. 66. ſeptuaginta circiter, fuiſſe dicit. πλὴν ὅγε Ἀριστοτέλης, χωρὶς τῆς περὶ τοὺς βίους τῶν ζώων ἐντρεχείας, καὶ τοιαῦτά τινα διεξέρχεται πάνυ πολλὴν ἐπιμέλειαν πεποιημένος ἐν τοῖς πλείστοις αὐτῶν, καὶ οἷον ἔργῳ, οὐ παρέργῳ, χρώμενος τῇ περὶ τούτων ἐξηγήσει. τὰ γ' οὖν πάντα σχεδὸν ἑβδομήκοντα περὶ αὐτῶν καταβέβληται βιβλία. καὶ πεπείρατται ἐξηγητικώτερον, ἢ ἱστορικώτερον, ἐν ἑκάστοις ἀναστρέφεσθαι. Meurſii verba ad hunc Antigoni, placet hîc deſcribere. *Variat numerus, emendandus hîc, aut illic:* (apud Antigonum ſcilicet, aut Plinium) ſi non etiam utrobique. Ecce enim, Περὶ ζώων libri tantùm novem dicuntur à Diogene Laërtio, qui nunc integri exſtant, ſed in libros decem tributi. Idem Diogenes commemorat nobis Ὑπὲρ συνθέτων ζώων, α'. Ὑπὲρ τῶν μυθολογουμένων, α'. His ſi addas, (qui item exſtat) Περὶ ζώων μορίων, δ'. Περὶ ᾠῶν πορείας, α'. Περὶ ζώων κινήσεως, α'. Περὶ ζώων γενέσεως ε'. habes libros univerſim XXII. Quòd ſi his accenſeantur, Ἀνατομῶν, ἡ, Ἐκλογὴ Ἀνατομῶν, α', qui Diogeni referuntur, erunt ſummùm XXXI. Longè utrumque infrà iſtum Plinii numerum, aut Antigoni: verumtamen, ubi mendum difficulter affirmaveris. Omnes autem iſti libri in partes duas tributi erant: quarum una, Περὶ τῶν Ζώων, altera, Περὶ τῶν ζωϊκῶν, inſcripta. Obſerva apud Apollonium Hiſtor. Mirab. XXVII. Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ζωϊκοῖς, (δύο γάρ εἰσιν αὐτῷ πραγματεῖαι, ἡ μὲν, Περὶ ζώων, ἡ δὲ, Περὶ τῶν ζωϊκῶν) οἱ φθεῖρες, &c. Hos autem Ariſtotelis de Hiſtoria animalium libros in Epitomen redegerat Ariſtophanes Byzantius. Id nos docuit Hierocles, in proœmio operis Hippiatrici, his verbis: Ἀριστοφάνης οὖν ὁ Βυζάντιος τὰ περὶ φύσεως ζώων ἐπιτεμόμενος ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, φησὶν ἔτη ζῆν δύνασθαι πεντήκοντα καὶ πρός.

Ἀνατομῶν, α', β', γ', δ', ε', ϛ', η'] Exſtat Anonymi Philoſophi antiquiſſimi Εἰσαγωγὴ Ἀνατομική, quem pleráque ex Ariſtotelis Anatomicis deſcripſiſſe, facilè crediderim. Auctor Vitæ ἀνεκδότου inter ψευδεπιγράφους Ariſtotelis, Ἀνατομὴν ἀνθρώπου recenſet; quam non aliam eſſe ab illa Iſagoge Anatomica facilè quoque adducor ut credam. Quæ de Anatome ſcripſit Ariſtoteles, ea ex aliorum narrationibus ſcripſiſſe, exiſtimabat Mercurialis Variarum Lectionum II. 10. quandoquidem non ſemel id in libris de Animalibus innuit: & præſertim in primo, his verbis: περὶ γὰρ λυγγίων, τῶν καλουμένων ἐπταπλεύρων, οὐθενός πως ἀξιοπίστου ἀκηκόαμεν.

Ἐκλογὴ ἀνατομῶν, α'] Citatur Ariſtoteles ἐν ταῖς Ἐκλογαῖς τῶν ἀνατομῶν Apollonio in Hiſtoriis admirandis. Hos libros, puto, reſpexit ipſe Ariſtoteles libro III. de Hiſtoria Animalium cap. 2. ubi Syenneſis Cyprii Medici, Diogeniſque Apolloniatæ opiniones de ſanguine & venis, & Polybii de venarum ordine, eorumque verba profert.

Περὶ φυτῶν] In quo laudatur ab Athenæo XIV. 18. Exſtat hodie liber περὶ φυτῶν, Ariſtoteli aſcriptus; ſed quem non eſſe Ariſtotelis, conſtat. Sunt centones malè aſſuti ex locis variis Ariſtotelis, & libro I. Hiſtoriæ Plantarum Ariſtotelis. De his Julius Scaliger in Commentariis ad eos libros, Bodinus ad Oppianum, & Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis.

Ἰατρικὰ, β'] Etiam in ἀνεκδότῳ: Περὶ ἰατρικῆς, β'. Et poſteà, Περὶ ἰατρικῆς, ζ'. Editio Frobeniana, Τακτικά: quam lectionem Caſaubonus amplectitur ad oram hujuſce Vitæ, quam à ſe verſam ante Ariſtotelis opera edidit. Ἰατρικὰ tamen ſcripſiſſe Ariſtotelem veroſimile eſt: nam ipſum Alexandro Magno Medicinæ cauſâ gratum fuiſſe ſcribit Plutarchus in Alexandro. Ælianus quoque Var. Hiſtor. IX. 22. inter Philoſophos, qui Medicinæ operam navarunt, Ariſtotelem recenſet. Etiam Medicinæ navaſſe ope-

ram teſtatur Auctor Vitæ Ariſtotelicæ quam Nunneſius edidit: *Itaque habitus quidem fuit ejus circa Philoſophiam & Medicinam à Patre, & propriâ primâ generatione.* Adde quod Ælianus, qui Τακτικῶν Scriptores in Tacticorum Proœmio recenſet, hos inter, Ariſtotelis non meminit.

26 Ὀπτικὸν, α΄] Hunc Ariſtotelis librum Andreas Belunenſis, Avicennæ Interpres, à ſe lectum indicat, teſte Nunneſio ad Vitam Ariſtotelis pag. 129.

Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, α΄, β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄] In ἀνεκδότῳ: Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν ζ. Citantur à Phrynicho in Ecloga Dictionum Atticarum: Βασίλισσαν Ἀλκαίου φασὶ τὸν Κωμῳδοποιὸν, καὶ Ἀριστοτέλην ἐν τοῖς Ὁμήρου Ἀπορήμασιν εἰρηκέναι. In Vita Ariſtotelis quæ Ammonio aut Philopono tribuitur, Προβλήματα appellantur: in Vita Latina ex vetere Tranſlatione, *Commenta Homeri.* Scripſit & alia in Principem Poëtarum, cujus ſtudioſus videtur fuiſſe. Sed de his poſteà. Scripſit & Ἀπορήματα Ἡσιόδου α΄: & Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδους, Χοιρίλου, ἐν βιβλίοις γ΄: & Ἀπορημάτων θείων α΄, & Ἀπορημάτων ποιητικῶν α΄, ut infrà in Vita ἀνεκδότῳ videbimus.

Φυσικῶν κατὰ στοιχεῖον ὀκτὼ πρὸς τοῖς τριάκοντα] In ἀνεκδότῳ: Φυσικῶν λή, κατὰ στοιχεῖον. Caſaubonus, quamquam nihil mutat, ſcripſiſſe Laërtium ſuſpicatur, κατὰ στοιχεῖον κδ΄. Samuel Petitus Miſcell. IV. cap. 8. qui ſimiter κατὰ στοιχεῖον κδ΄ legit, Φυσικῶν nomine intelligit Philoſophos quos Ariſtoteles libro I. Φυσικῆς ἀκροάσεως, *Phyſicos* appellat: quales fuerunt, Anaximander, Empedocles, Anaxagoras, Democritus, alii. Horum Philoſophorum, quos *Phyſicos* ille indigitat, ſcita atque decreta his triginta & octo libris deſcripſerat, ut nobis videtur, atque refutaverat Philoſophorum maximus; ſingulos ſuo quemque libro, ordine inſtituto, non ex ætatis, quâ fuerunt, ratione, ſed ex literarum nominis cujusque ſerie alphabetica. Ita primi libri hujus voluminis aſſignabantur iis Philoſophis Phyſicis, quorum nomina incipiebant à litera A, ut Anaxagoras, Anaximander, Anaximenes; atque ita de reliquis κατὰ στοιχεῖον, ordine nominum alphabetico, & ſecundùm literarum nominis cujuſque illorum ſeriem. Atque ex his Libris tres hodie, ſive potiùs eorum Fragmenta, ſupereſſe videntur: ſcilicet περὶ Ξενοφάνους, περὶ Ζήνωνος, περὶ Γοργίου. Verba ſunt Samuelis Petiti. At Caſaubonus, non de Scriptoribus, ſed de rebus Phyſicis, in his libris actum fuiſſe putabat: ita ut omnes Ariſtotelis hi libri Phyſici, XXIV. fuerint, literis Alphabeti Græci numerati: qua ratione Homeri Ilias & Odyſſea diſtribuuntur, atque citantur. Caſauboni ſententiam tuetur Jonſius, hac veteri attitulatione: de qua ſic Coelius Rhodiginus libro & capite 17. *Phyſicorum libri elementa implent omnia, ſiquidem octo leguntur de rerum naturalium principiis: de Cœlo ac Mundo, quatuor: de Generatione & Corruptione, duo: de Meteoris, quatuor: de Animæ Hiſtoria, tres: de Animalium motu, unus: duo qui parva,* ut modò dicetur: *naturalia complectuntur, Huic verò ſententiæ vetus ſuffragatur attitulatio: quâ more Homerico, ita enotabatur librorum ordo: ut Phyſicorum diceretur Alfa, qui primus:* Beta, *qui ſecundus: & deinceps. Quam rationem in Moralibus, item eſt ſecutus. Nam ni demutilati forent temporum incuriâ, ac præcurtati, plenum literarum numerum in Ethicis, Politicis, Oeconomicis, agnoſceremus. Id ipſum & in Metaphyſicis conſequeremur, ni pleraque depravaſſet vetuſtas.*

Ἐγκυκλίων, α΄, β΄] Hoc eſt, ut ego judico, atque ut omnino verum eſt, τῆς ἐγκυκλίου παιδείας. Si qui aliter interpretantur, planè ſunt πάσης ἐγκυκλίου παιδείας ἄπειροι. Unum Thomam Aquinatem excipio, cui non tam attribuenda eſt ejus rei ignoratio, quàm infelici ejus ſæculo. Verba ſunt magni illius Scaligeri adverſus Robertum Titium III. 22. Verùm, cùm τὸ Προβλημάτων proximè præcedat, & hîc hæc vox ſubaudiri quoque poteſt: nam Problemata Ariſtotelis, Προβλήματα ἐγκύκλια dicuntur à Gellio XX. 4. Sed jam ſuprà Problematum mentio facta à Laërtio.

Δικαιώματα, α΄ β΄] Harpocration in Δρυμός: πόλις μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς &c. Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς Δικαιώμασι φησὶν οὕτως. Ἔπειτα Δρυμὸν ἣν Ἀττικὸν καὶ ἕτερον Βοιώτιον. Citatur Ariſtoteles ἐν Δικαιώμασι τῶν πολέμων, apud Ammonium libro περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων, Voce νῆες. Sed ibi legendum πόλεων, quemadmodum legitur apud Euſtathium in Homeri Iliadem; quod rectè Caſaubonus obſervavit. Etiam in ἀνεκδότῳ Ariſtotelis Vita, ſcriptum eſt, Δικαιώματα πόλεων: ſed α΄, non β΄. Et in Latina Vita, ex Vetere Tranſlatione: *Et ſcriptas ab eo Juſtificationes Græcarum Civitatum, quibus lites Græcorum determinabat. Scripta autem eſt ab eo poſteriùs Hiſtoria politiarum.* Eruſtrà igitur eſt Hugo Grotius, qui in Præfatione ad librum de Jure belli & Pacis, ex hoc Ammonii loco, Δικαιώματα πολέμων ſcripſiſſe Ariſtotelem ait. Quam lectionem contra Caſaubonum fruſtrà quoque tuetur magno conatu Henricus Valeſius ad Harpocrationem pag. 273.

Ἄτακτα] Caſaubonus πρότακτα. Nihil mutandum. ἄτακτα, ut rectè Valeſius ad Harpocrationem, ſunt Miſcellaneorum libri. Ilter laudatur ἐν Ἀτάκτῳ ab Harpocratione in voce Παιανιεῖς: ἐν πρώτῃ Ἀτάκτων, à Scholiaſte Sophoclis in Oedipum Coloneum pag. 306. & ἐν τρίτῳ Ἀτάκτων, à Suida in ταυροπόλ. ν. Ἄτακτα quoque ſcripſerat Euphorion Chalcidenſis, teſte eodem Suida: qui & ea Miſcellaneas hiſtorias fuiſſe ait: ἔχει γὰρ, inquit, συμμιγεῖς ἱστορίας. Vide Valeſium dicto loco.

Ἐξηγημένα κατὰ γένος] Caſaub. Ἐξηγμένα.

Ὀλυμπιονῖκαι α΄] Meminit Laërtius ipſe infrà in Empedocle, & Plutarchus in Lacon. Præceptis.

Πυθιονικῶν ἔλεγχοι] Caſaub. ἔλεγχος cum videſis diligentiſſimè.

Διδασκαλίαι α΄] Laudatur Harpocrationi in Διδάσκαλος: ὅτι ὁ Περικλῆς ποιητὴς, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις. Et Suidæ in explicatione Proverbii ὄνου σκιά· Πρισκιανὸς ἐν Διδασκαλίαις καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφὴν, Ὄνου σκιά. Et Ariſtophanis Enarratori ad Naves: εἰη ἂν οὖν ὁ Φιλοκλῆς τὸν ἐποπτικὸν ἐσκευοποιικὸς τῇ Παιδιονίδι τετριλογίᾳ.

ἦν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις ἀναγράφει. Ibidem: Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι Κινησίας. Opus egregium: erant enim Didaſcaliæ illæ, Commentarii, in quibus Διδασκάλων, hoc eſt, Dramaticorum Vetuſtiorum ac Recentiorum ad ſua uſque tempora hiſtoriam texuerat ſummus ille Magiſter; dramata ſingulorum recenſuerat; & cujuſque illorum tempora ſub quo Magiſtraru, quâ occaſione, qui certaminis poëtici præmia tuliſſet, indicaverat: ut rectè Caſaubonus ad Athenæum VI. 7. Ubi eum vide omnino. Vide & Nunneſium ad Vitam Ariſtotelis.

Παροιμίαι, ά.] In quibus citatur Zenobio: & quarum nomine à Cephiſodoto, Iſocratis diſcipulo, reprehenditur, apud Athenæum lib. II. quaſi operæ pretium non fecerit, cùm ea collegit: Κηφισόδοτος ὁ Ἰσοκράτους μαθητὴς ἐν τοῖς κατ' Ἀριστοτέλους (τέσσαρα δ' ἐστὶ ταῦτα βιβλία) ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον, τὸ παροιμίας ἀθροίσαι. Hunc Ariſtotelis librum Parœmiarum reſpexit Pſeudo-Didymus ad Odyſſ. x. 19. ubi, ex Ariſtotele, proverbialis hujus verſus. Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου, expoſitionem refert. Eumdem verſum, ex eodem Ariſtotele, exponit & Apollonii Scholiaſtes ad librum I. Argonauticorum, pag. 10. Obſervabis obiter; quod Valeſius ad Harpocrationem obſervavit; diſcipulum illum Iſocratis qui *Cephiſodotus* Athenæo dicto loco nominatur, alibi ab eodem Athenæo; nempe libro VIII. *Cephiſodorum* appellari. Sic dicitur & Dionyſio Halicarnaſſeo in Iſocratis Vita, & Themiſtio, pag. 105. Quare Κηφισόδωρος, pro Κηφισόδοτος, legendum videtur in libro II. Athenæi.

Νόμοι συστατικοὶ, ά.] Συμποτικοὺς νόμους ſcripſerat Ariſtoteles. Athenæus V. 2. Ἀριστοτέλους συμποτικοί τινες ἦσαν νόμοι. Quare hîc reſcribendum Νόμος συνουσιαστικὸς, conjiciebat ad Athenæi dictum locum Caſaubonus: quod idem fuerit ac συμποτικός. Ariſtophanes: προσμάνθανε συμποτικὸς εἶναι καὶ συνουσιαστικός. Ita Latinis *una eſſe. una hodie ſimus, volo.* Sed in Vita ἀνεκδότῳ Ariſtotelis, etiam Νόμων συστατικῶν, ά.

Κατηγοριῶν, ά.] Simplicius ad Categorias: *inſcriptus eſt hic liber* Categoriæ, *& non* de Categoriis; *quia nomen libri ſæpe in recto caſu ſcribi ſolet. Ita ſermo de Themiſtocle inſcriptus eſt* Themiſtocles; *& Sermo de Politia*, Politia. Similiter Caſaubonus ad Æneæ Tactica cap. 38. libri Ariſtotelis περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων verum titulum eſſe cenſet, θαυμάσια ἀκούσματα.

Περὶ Ἑρμηνείας, ά.] Sanctus Iſidorus narrat ſuo ſeculo illud uſurpari ſolitum crebris ſermonibus: Cùm Ariſtoteles librum περὶ Ἑρμηνείας ſcribebat, calamum in mente tingebat. Huc reſpexit Anonymus apud Suidam in Ἀριστοτέλης: ὅτι Ἀριστοτέλης τῆς φύσεως Γραμματεὺς ἦν, τὸν κάλαμον ἀποβρέχων εἰς νοῦν. Sed qui hodie Περὶ ἑρμηνείας liber circumfertur, indignus profectò Ariſtotelis nomine eſt, inquit Franciſcus Sanctius in Minerva lib. I. cap. 5. Etiam hunc librum ex quorumdam opinione Ariſtotelis non eſſe, ſcripſit Andronicus, teſte Ammonio.

Πολιτεῖαι δυοῖν δεούσαιν, ἑξήκοντα καὶ ἑκατόν· &c.] 27
In Vita Ariſtotelis quæ Ammonio tribuitur, ducentæ & quinquaginta quinque dicuntur fuiſſe. At in Latina, ex vetere Tranſlatione, ducentæ & quinquaginta tantum. Fieri autem poteſt, inquit Nunneſius, ut facta acceſſione Democraticarum, & reliquarum, quas ἰδίας vocat Laërtius, numerus earum amplior redderetur. Numerorum notas paſſim eſſe corruptas nemo ignorat. Pergit Nunneſius: Simplicius ἐν τοῖς προλεγομένοις in Categor. γνησίας πολιτείας noſtri Ariſtotelis laudat: quaſi & νόθαι eſſent, quæque illi falsò tribuerentur. Tzetzes quidem in Heſiodum, cùm Orchomeniorum Remp. laudat, ſuſpicionem nobis injicit, fueritne à noſtro Ariſtotele compoſita, quia illius Ariſtotelis eſſe tradit, qui Peplum ediderat. Hactenus Vir doctus. Laudantur paſſim hi Politiarum libri Polluci, Athenæo, aliis.

Ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον, &c.] Vetus Codex, teſte Caſaubono, Καὶ τυραννικαὶ ἐπιστολαὶ πρὸς Φίλιππον. Ἐπιστολαι πρὸς Φίλιππον. Σηλυμβρίων Ἐπιστολαί· πρὸς Ἀλέξανδρον τέτταρες. πρὸς Ἀντίπατρον ἐννέα, &c. Commendatitias literas ſcripſerat ad Philippum, aut Alexandrum. Auctor Vitæ Ariſtotelis quæ Ammonio tribuitur: καὶ ὅτι μὲν πολλοὺς ἰδίᾳ εὖ ἐποίησε, δηλώσουσιν αἱ φερόμεναι αὐτοῦ ἐπιστολαὶ περί τινων πρὸς τὸν βασιλέα. An diverſæ ſunt Epiſtolæ illæ ad Philippum à Tractatibus ad Philippum? Horum mentio in Vita Ariſtotelis ex vetere Tranſlatione; his verbis: *In multis autem Athenienſibus beneſecit, ut declarant Tractatus qui ſunt ad Philippum. Itaque Athenienſes in Acropoli ſtatuam illi conſtruxerunt.* Epiſtolarum Ariſtotelis ad Antipatrum mentio fit in fragmentis Ariſtoclis apud Euſebium lib. XV. In illis ſcribit Ariſtocles, Ariſtotelem purgaſſe ſe diligenter de nuptiis Pythiadis. Meminit & illarum Ariſtotelis ad Antipatrum Epiſtolarum Auctor libelli περὶ ἑρμηνείας, quem eſſe Dionyſium Halicarnaſſeum ſuprà diximus, & infrà oſtendemus: Τίς γοῦν οὕτως ἂν διαλεχθείη πρὸς φίλον, ὥσπερ ὁ Ἀριστοτέλης πρὸς Ἀντίπατρον, ὑπὲρ τοῦ φυγάδος γράφων, &c. Videtur & illas innuere Ælianus Var. Hiſt. lib. XIV. cap. 1. Exempla epiſtolæ Alexandri ad Ariſtotelem, & Ariſtotelis ad Alexandrum ſumpta ex Andronici Philoſophi libro, profert Gellius Noctium Atticarum lib. XX. cap. 4. ubi de Ariſtotelis libris ἐξωτερικοῖς & ἀκροαματικοῖς agit. Et utramque profert Themiſtius in Commentario ad primum φυσικῆς ἀκροάσεως: de quibus libris, audiendus obiter Ammonius ad libros Categoriarum Ariſtotelis: τῶν δὲ συνταγμάτων, τὰ μὲν διαλογικὰ, τὰ δὲ, αὐτοπρόσωπα. αὐτοπρόσωπα μὲν, ἐν οἷς ἐξ οἰκείου προσώπου τὴν διδασκαλίαν ἐποιεῖτο· ἅπερ καὶ ἀκροαματικὰ καλοῦσι, διὰ τὸ πρὸς γνησίους ἀκροατὰς ποιεῖσθαι τὸν λόγον. διαλογικὰ δὲ, ὅσα μὴ ἐξ οἰκείου προσώπου συνέγραφεν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πλάτων ὑποκρινόμενος ἑτέρων πρόσωπα· ἅπερ καὶ ἐξωτερικὰ ἐκάλουν, διὰ τὸ, πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὠγεγράφθαι ὠφέλειαν. διαφέρει δὲ πλεῖστον τὰ διαλογικὰ τῶν αὐτοπροσώπων. ἐν μὲν γὰρ τοῖς αὐτοπροσώποις, αὐτὸς πρὸς γνησίους ἀκροατὰς τὸν λόγον ποιούμενος, τὰ δοκοῦντα δὲ αὐτῷ λέγει, καὶ δι' ἐπιχειρημάτων ἀκριβεστάτων, καὶ οἷς οὐχ οἷοί τέ εἰσιν οἱ

πολλοὶ παρακολουθῆσαι· ἐν δὲ τοῖς διαλογικοῖς, ἅτε πρὸς κοινὴν καὶ τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν γεγραμμένοις, τὰ δοκοῦντα αὐτῷ λέγει, ἀλλ' οὐ δι' ἀποδεικτικῶν ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ δι' ἁπλουστέρων, καὶ οἷς οἷοί τέ εἰσιν οἱ πολλοὶ παρακολουθεῖν. Audiendus & Andronicus apud Gellium, dicto loco: *Illas verò Exotericas auditiones, exercitiumque dicendi, eodem in loco veſperi faciebat, eaſque vulgò juvenibus ſine delectu præbebat: atque eum δειλινὸν περίπατον appellabat: illum alterum ſuprà, ἑωθινόν: utroque enim tempore ambulans, diſſerebat. Libros quoque ſuos, earum omnium rerum Commentarios, ſeorſim diviſit: ut alii Exoterici dicerentur, partim Acroamatici. Ergo Exoterica dicebantur, quæ ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, civiliumque rerum, conducebant. Acroamatica autem vocabantur, in quibus philoſophia remotior, ſubtiliorque agitabatur: quæque ad naturæ contemplationes, diſceptioneſque Dialecticas pertinebant.* Et Ariſtoteles ipſe in libro de Moribus ad Eudemum primo, capite 7. ἐπέσκεπται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτῆς τρόποις, ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις, καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. Sic autem Exotericæ illæ Diſſertationes vocabantur, quia extraneis, aliiſque quàm ejus doctrinæ domeſticis, & inferioris doctrinæ auditoribus erant deſtinatæ ac dicatæ: ut rectè Salmaſius ad Simplicium in Epictetum. Philippi ad Ariſtotelem literas exhibet idem Gellius. Exſtat Epiſtola Alexandri Magni ad Ariſtotelem, de Mirabilibus Indiæ, manuſcripta Oxoniæ in Bibl. Collegii corporis Chriſti, ſed ſuppoſititia. Ariſtotelis Epiſtolas ad Olympianum (ita habent MSS. Codices, non Olympium) ſe miſiſſe ſcribit Gregorius Nazianzenus Epiſt. 165. Τὸ πυκτίον, ὅπερ εἴληφας παρ' ἡμῶν, τὰς Ἀριστοτέλους ἐπιστολὰς, ἐδυνάμην μὲν μὴ ἀνακομίσασθαι, ἀλλὰ παρά σοι μένειν ἐάσαι· λογίῳ δὲ δῶρον οἰκεῖον, καὶ φιλίας ὑπόμνημα δεξιόν. Inter Antipatri Epiſtolas una fuit, quâ mortem Ariſtotelis ipſe expoſuerat. Auctor Plutarchus in Vita Coriolani: meminit & in Catone Majore. Ceterùm, de Epiſtolis Ariſtotelicis ita judicabat Photius Epiſt. 207. ad Amphilochum, Cyzici Metropolitam: Αἱ δέ γε τοῦ Ἀριστοτέλους, τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῦ γραμμάτων εἰσί πως λογοειδέστεραι· πλὴν οὐδὲ ταῖς Πλατωνικαῖς ἐξισάζουσι. *Ariſtotelis autem Epiſtolæ, fere ſunt ceteris ejus operibus accuratiores: & tamen Platonicas non exequant.* Et Auctor libelli περὶ ἑρμηνείας· Ἀριστοτέλης οὖν, ὃς μάλιστα ἐπιστεύχθαι δοκεῖ τοῦ τύπου ἐπιστολικοῦ. *Ariſtoteles ſanè, qui præter ceteros videtur conſecutus formam epiſtolarem.* Eas Artemo quidam in volumina retulerat, teſte eodem Scriptore, ibidem: Ἀρτέμων μὲν οὖν, ὁ τὰς Ἀριστοτέλους ἀναγράψας ἐπιστολὰς, φησὶν, ὅτι δεῖ ἐν τῷ αὐτῷ τρόπῳ Διάλογόν τε γράφειν καὶ Ἐπιστολάς· εἶναι γὰρ τὴν Ἐπιστολὴν, οἷον τὸ ἕτερον μέρος τοῦ Διαλόγου. *Artemo igitur, qui exſcripſit Ariſtotelis Epiſtolas, ait, Oportere eodem ſtilo Dialogum ſcribere & Epiſtolas; eſſe namque Epiſtolam tamquam alteram partem Dialogi.*

Πρὸς Ὀλυμπιάδα, ά.] Habes in Vita Ariſtotelis Latina ex vetere Tranſlatione: *Multa autem potuit cum Regibus qui fuerunt tempore ſuo, Philippo, Olympiade, Alexandro, & Antipatro.*

Πρὸς Δημόκριτον, ά.] Τὸ ά, deeſt in ceteris Editionibus. Agnoſcunt Membranæ omnes: Regiæ, Palatinæ, Florentinæ. Sed qui fieri potuit ut ad Democritum Ariſtoteles Epiſtolas ſcripſerit? Ariſtotelis enim Epiſtolas hoc loco recenſet Laërtius. An pro Δημόκριτον, ά. ſcripſerit Laërtius Θεμίσωνα? Ad Themiſonem, Cypriorum Regem, προτρεπτικὸν ſcriſiſſe Ariſtotelem, diſcimus ex Telete apud Stobæum, Sermone xciii. qui eſt de Laude paupertatis. Teletis verba, ſi quis ea requirat, hæc ſunt: Ζήνων ἔφη Κράτητα ἀναγινώσκειν, ἐν σκυτίῳ καθήμενον, τὸν Ἀριστοτέλους Προτρεπτικὸν, ὃν ἔγραψε πρὸς Θεμίσωνα, τὸν Κυπρίων βασιλέα, λέγων, ὅτι οὐδενὶ πλείω ἀγαθὰ ὑπάρχει πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι· πλοῦτόν τε γὰρ πλεῖστον αὐτὸν ἔχειν, ὥστε δαπανᾶν εἰς ταῦτα. ἔτι δὲ δοξαν ὑπάρχειν αὐτῷ. ἀναγινώσκοντος δὲ αὐτοῦ, τὸν σκυτέα ἔφη, προσέχειν ἅμα ῥάπτοντα, καὶ τὸν Κράτητα εἰπεῖν, Ἐγώ μοι δοκῶ, ὦ Φίλισκε, (nomen fuit ſutoris) γράφειν εἰς σε Προτρεπτικὸν· πλείω γὰρ ὁρῶ σοι ὑπάρχοντα πρὸς τὸ φιλοσοφῆσαι, ὧν ἔγραψεν Ἀριστοτέλης. Ambroſius & Brognolus, Laërtii Interpretes, verterunt, *gemimum.*

Πρεσβεύς θ' ἑκατοβόλε] Aliter, πρέσβευθ' ἑκατηβόλε. Optimè Caſaubonus, πρέσβισθ' ἑκατηβόλε.

Ἐλεγεῖα] Olympiodorus, in Commentariis ad Gorgiam Platonis, laudat Ariſtotelis ad Eudemum Elegias; ex quibus hos in laudem Platonis profert verſus:

Ἐλθὼν δ' ἐς κλεινὸν Κεκροπίης δάπεδον,
Εὐσεβέως σεμνῆς φιλίης ἱδρύσατο βωμὸν
Ἀνδρὸς, ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.
Ὃς μόνος, ἢ πρῶτος θνητῶν κατέδειξεν ἐνεργῶς
Οἰκείῳ τε βίῳ καὶ μεθόδοισι λόγων,
Ὡς ἀγαθός τε καὶ εὐδαίμων ἅμα γίνεται ἀνὴρ,
Οὐ νῦν δ' ἐστὶ λαβεῖν οὐδενὶ ταῦτα ποτε.

Ex his conflatum fuiſſe hoc diſtichum, quod in Vita Ariſtotelis ab Ammonio conſcriptâ, Ariſtotelem aræ, quam Platoni poſuerat, inſcripſiſſe dicitur, veriſſimè, ut mihi quidem videtur, judicavit doctiſſimus Nunneſius:

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
Ἀνδρὸς, ὃν οὔτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Διττὸν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον. τὸν μὲν, πρακτικὸν· τὸν δὲ, θεωρητικόν] De hoc Ariſtotelis dogmate & ſequentibus videndus Aldobrandinus. 28

Πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν, τάττε Τοπικὰ καὶ Μεθοδικά.] Malè editio Baſileenſis τάτε Ὀπτικὰ, quam lectionem agnoſcunt tamen Heſychii Mileſii Codices. 29

Πρὸς δὲ τὴν κρίσιν, τὰ Ἀναλυτικὰ πρότερα καὶ ὕστερα] Cujus exemplo idem argumentum tractarunt Diſcipuli ejus Eudemus, Phanias, Theophraſtus. Id nos docuit Ammonius in Categ. οἱ γὰρ μαθηταὶ αὐτοῦ, Εὔδημος, καὶ Φανίας, καὶ Θεόφραστος, κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου γεγραφήκασι Κατηγορίας, καὶ περὶ Ἑρμηνείας, καὶ Ἀναλυτικήν.

Πρὸς δὲ τὴν χρῆσιν, τάτε ἀγωνιστικὰ, καὶ τὰ περὶ ἐρωτήσεως, &c.] Ammonius in ejus Vita: ἐν φιλοσοφίᾳ δὲ ὑπερβέβηκε τὰ ἀνθρώπινα μέτρα, μηδὲν ἐλλιπὲς περὶ αὐτῆς πραγματευσάμενος· ἀλλὰ καὶ πολλὰ αὐτῇ προσθεὶς ἐκ τῆς ἑαυτοῦ ἀγχινοίας τὴν ὅλην κα-

τώρθωσε φιλοσοφίαν· τῇ μὲν λογικῇ προσέθηκε, διακρίσεις τοὺς κανόνας ἀπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ ποιήσας τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον· οἱ γὰρ πάλαι ἀποδείξαι μὲν ἤδεσαν, ἀποδείξεις δὲ ποιεῖν οὐκ ἠπίσταντο· τ' αὐτὸ πάσχοντες τοῖς σκυτοτόμοις μὲν μὴ δυναμένοις, ὑποδήμασι δὲ χρῆσθαι. *In ſtudiis verò Philoſophiæ modum ingenii humani exceſſit: nullam enim Philoſophiæ partem attigit, quam non perfectè tractaverit; quinimo multa ipſe (quæ fuit ejus ſagacitas & ingenii acumen) inveniens, univerſam abſolvit Philoſophiam & conſummavit. In Logica quidem inventum ejus eſt, quòd præcepta diſputandi à rebus ipſis de quibus diſputatur, ſeparavit, & demonſtrandi viam ac rationem docuit. Nam qui eum ætate præceſſerunt, etſi demonſtrare illi quidem poterant, demonſtrationem tamen facere neſciebant: prorſus ut idem ipſis uſuvenerit, quod iis qui calceos quidem conficere neſciunt, calceis tamen uti norunt.*

31 Ἔφη δὲ τὸν σοφὸν, μὴ εἶναι μὲν ἀπαθῆ, μετριοπαθῆ δὲ.] In hanc rem exſtat apud Gellium XIX 12. hiſtoria lepidiſſima indocti ruſtici, qui cum rubis fructiferas arbores præcidit.

Τήν τε φιλίαν ὁρίζετο, ἰσότητα εὐνοίας ἀντίστροφον] Caſaubonus, ἀντιστρόφου. rectè.

Ταύτης δὲ τὴν μὲν, εἶναι συγγενικήν· τὴν δὲ, ἐρωτικήν· τὴν δὲ, ξενικήν.] Stobæus in Eclogis Ethicis, ubi de amicitia ex Stoicorum mente: φιλίαν εἶναι κοινωνίαν βίου· συμφωνίαν δὲ, ὁμοδογματίαν περὶ τῶν κατὰ τὸν βίον. τῆς δὲ φιλίας, εἶναι γνωριμωτάτην μὲν φιλίαν ἐγνωσμένων. συνήθειαν δὲ, φιλίαν συνειθισμένων. ἑταιρίαν δὲ, φιλίαν καθ' αἵρεσιν, ὡσὰν ὁμηλικῶν. ξενίαν δὲ, φιλίαν ἀλλοδαπῶν. εἶναι δὲ καὶ συγγενικήν τινα, ἐκ συγγενῶν. καὶ ἐρωτικὴν, (ita legendum) ἐξ ἔρωτος.

32 Ἐν τε τοῖς φυσικοῖς αἰτιολογικώτατος πάντων ἐγένετο, ὥστε καὶ περὶ τῶν ἐλαχίστων τὰς αἰτίας ἀποδιδόναι] Huc facit quod de eo narrat Ælianus. Cùm morbo teneretur, & Medicus ei quid præciperet, Ne, inquit, me cures ut Bubulcum, vel ut Foſſorem: ſed priùs cauſam ediſſere: ſic enim facili perſuaſione me morigerum reddideris: docens his, nihil ſine cauſa, temereque proferendum eſſe. Ipſe Ariſtoteles Metaphyſic. lib. III. cap. 4. Empedoclem carpit, qui tranſmutationis nullam aliam cauſam afferebat, niſi quòd ita naturâ aptum eſſet: καὶ ἅμα δὲ αὐτῆς τῆς μεταβολῆς αἴτιον οὐθὲν λέγει, ἀλλ' ὅτι οὕτως πέφυκεν. Idem Metaphyſ. libro I. capite 4. Anaxagoram τῷ νῷ, tamquam machinâ, uti ait ad mundi generationem: Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν. Id vocat Cicero in libris de Natura Deorum, *ad cauſam primam, tamquam ad aram, confugere.* Atque inde eſt, quòd Ariſtotelem *rei omnis humanæ peritiſſimum* Gellius XIX. 5. appellat. De rebus humanis divinè, de divinis humanè eum diſſeruiſſe, ſcribit quoque Marſilius Ficinus. Ceterùm, αἰτιώτατος, non αἰτιολογικώτατος, legitur apud Heſychium Mileſium; qui hunc Laërtii locum exſcripſit.

Φυσικῶν ἀπομνημονευμάτων] Caſaubonus emendabat ἀπορημάτων: ſed τὸ ἀπομνημονευμάτων rectum eſt.

Εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον] Ammonius in Vita Ariſtotelis: τῇ δὲ γε φυσικῇ προσέθηκε τὴν πέμπτην οὐσίαν. Xenarchus quintam illam ab Ariſtotele invectam eſſentiam oppugnaverat, cui reſpondet Alexander Aphrodiſeus. Platonem idem cum Ariſtotele ea de re ſenſiſſe, conatur docere Simplicius, ex Xenocratis diſcipuli Platonis auctoritate; quâ de re eruditè Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis pag. 127.

Ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι] Θηρία, pro αἰθέρια, ſcriptum eſt in MS. Palatino; ſenſu longè diverſo; ſed perperam.

Κυκλοφορικὴν γὰρ] Κυκλοφορητικὴν, apud Heſychium Mileſium. Etiam Palatinus Codex κυκλοφορητικόν.

Ὡς ἐν τῷ κηρῷ ὁ Ἑρμῆς ἐπιτηδειότητα ἔχοντι] Perperam ceteræ Editiones ἔχων.

Τὸ δυνάμει δὲ διττὸν, ἢ καθ' ἕξιν, ἢ κατ' ἐνέργειαν] 34
Τὸ δυνάμει δὲ ἧττον ἢ κατ' ἐνέργειαν aliæ Editiones: quod minùs placet propter ſequentia.

Τοῖς γὰρ ὅλοις φιλοπονώτατος ἐγένετο καὶ εὑρετικώτατος, ὡς ἄλλον ἐκ τῶν προγεγραμμένων συγγραμμάτων, &c.] Laërtius infrà, in Vita Epicuri, inter πολυγραφωτάτους refert Ariſtotelem. Vide locum.

Τὰ ὅσα γε ἀναμφίλεκτα] Ἀναντίλεκτα, Editio Baſileenſis.

Γεγόνασι δ' Ἀριστοτέλεις ὀκτώ.] Pluſquam xxx. occurrunt in Scriptis Veterum: de quibus infrà.

Δεύτερος, ὁ πολιτευσάμενος Ἀθήνησιν, οὗ καὶ δικανικοὶ φέρονται λόγοι χαρίεντες] Λόγοι χαρίεντες ſunt Orationes non vulgares; ſed venuſtæ, doctæ, elegantes. 35

Τρίτος, περὶ Ἰλιάδος πεπραγματευμένος] Id eſt, *qui in Iliadem ſcripſit.*

Τέταρτος, Σικελιώτης Ῥήτωρ, πρὸς τὸν Σωκράτους Πανηγυρικὸν ἀντιγεγραφώς.] Siculum illum Ariſtotelem malè cum Stagirita confundunt, Cicero, Dionyſius Halicarnaſſeus, Athenæus, & Euſebius, ut bene Jonſius in Diſſertatione de Philoſophia Peripatetica obſervavit.

Πέμπτος, ὁ ἐπικληθεὶς Μῦθος, Αἰσχίνου τοῦ Σωκρατικοῦ γνώριμος] De quo ipſe Laërtius ſuprà in Æſchine.

Ἕκτος, Κυρηναῖος, γεγραφὼς περὶ ποιητικῆς] Meminit & Laërtius ſuprà, in Stilpone: παρὰ Ἀριστοτέλους τοῦ Κυρηναϊκοῦ Κλείταρχον καὶ Σιμμίαν ἀπέσπασεν. Et Ælianus Var. Hiſtor. x. 8. Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος ἔλεγε, μὴ δεῖν εὐεργεσίαν παρά τινος προσίεσθαι, ἢ γὰρ ἀποδιδόναι πειρώμενον πράγματα ἂν ἔχειν, ἢ μὴ ἀποδιδόντα ἀχάριστον φαίνεσθαι. Et Stobæus Sermone 183. qui eſt de Mulieribus. Ἀριστοτέλης ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος, ἐρωτηθεὶς εἰ ὁ ἔρως ἕνεκα συνουσίας γίνεται, Οὐκ', ἔφη, διὰ τοῦτο, οὐδ' ἄνευ τούτου. *Ariſtoteles Cyrenæus Philoſophus, interrogatus, an amor coitus gratiâ fieret? reſpondit: Neque ejus gratiâ neque ſine eo.* Et Clemens Stromat. III. ubi ait Ariſtotelem illum Cyrenæum amantem Laïdem ſolùm deſpexiſſe; cumque illi juraſſet ſe eam in patriam abducturum, ſi ei adverſus decertantes adverſarios opem tuliſſet, poſtquam id perfecit, lepidè à ſe ſcri-

ptum jusjurandum exequens, ejus quàm ſimillimam imaginem Cyrenæ ſtatuiſſe. Id refert Clemens ex Iſtri libro de proprietate certaminum: quod & ipſum de Eubata Cyrenæo narrat Ælianus Variæ Hiſtoriæ x. 2. Hunc Ariſtotelem Cyrenæum de quo Clemens, alium facit Jonſius ab Ariſtotele Cyrenæo, de quo hoc loco Laërtius.

Ἑβδομος, παιδοτρίβης, οὗ μέμνηται Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ.] Παιδοτρίβης, id eſt, *corporum exercitator.*

Ὀγδοος, γραμματικὸς ἄσημος, οὗ φέρεται τέχνη περὶ πλεονασμοῦ] Ariſtotelem quemdam laudat Varro libro IX. de Lingua Latina inter eos Grammaticos qui de verborum ſimilitudinibus ſcripſerunt.

Fuere præterea Ariſtoteles alii: quos recenſet Jonſius in Diſſertatione de Philoſophia Peripatetica. Ariſtoteles, Rex Cyrenæorum, & Cyrenes conditor, de quo Heraclides de Politia Cyrenæorum, Pindarus Pyth. ode IV. Apollonii Scholiaſtes ad lib. IV. Callimachi Scholiaſtes ad Hymnum in Apollinem, & alii paſſim, quos laudat idem Jonſius Diſſertatione eadem. Fuit & Ariſtoteles Timocratis filius, navium Atticarum Præfectus, cujus meminit Thucydides lib. III. belli Pelopon. Ariſtoteles Athenienſis, unus è XXX. Tyrannis, de quo Xenophon libro II. Ἑλλην. Plato in Parmenide, Stagirita noſter lib. V. Polit. cap. 6. & Rhetor. lib. II. cap. 23. & 24. Fuit & Ariſtoteles Lacon, dux Mercenariorum, de quo Diodorus Siculus Biblioth. XIV. 79. Ariſtoteles Rhodius, Princeps Phocæenſium: de quo Stagirita noſter Oeconomicorum libro II. & Proclus Commentario primo in Timæum Platonis. Ariſtoteles Pallenenſis, filius Midylidæ, pater Habronychi, Ariſtodemi & Midylidæ; de quo Demoſthenes Orat. contra Leocharem. Ariſtoteles, Præfectus claſſis Demetrii Phalerei & Dionyſii, qui Munychiam cuſtodiebat, de quo Diodorus Siculus XIX. 78. Ariſtoteles, Midiæ & Pythiadis filius, de quo Laërtius infrà in Teſtamento Theophraſti, & nos ad eum locum. Ariſtoteles Argivus, de quo Polybius Megalopol. libro II. & Plutarchus in Cleomene. Ariſtoteles Chalcidenſis, qui ſcripſit περὶ Εὐβοίας, in quo libro citatur Harpocrationi in ἄργουσα. Eumdem Ariſtotelem intelligit Scholiaſtes Apollonii ad lib. I. Argon. ſect. XXII. Σενίδης καὶ Ἀριστοτέλης οἱ περὶ Εὐβοίας πεπραγματευμένοι. Ariſtoteles, ſub Antiocho magno Chalcidis in Eubœa Præfectus, de quo Livius Decad. IV. lib. VI. Ariſtoteles quidam, de quo Nearchus in Epigrammate in Zopyrum Medicum, quod legitur in Anth. lib. II. cap. 23. 13. Hi Ariſtoteles à Jonſio dicto loco recenſentur. At verò in libro de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ libro I. cap. 12. ab eodem recenſentur. Ariſtoteles, qui Philammona adoptavit, de quo Themiſtius Orat. I. Ariſtoteles, qui ex Andocidæ amita filium Charmidem ſuſcepit, de quo Andocides Orat. περὶ μυστηρίων. Ariſtoteles Rhodius, qui de Panathenæis & Bendideis ſcripſit, teſte Proclo in Timæum Platonis. Ariſtoteles Dialecticus, qui ope Dianæ Abantidam interemit, teſte Plutarcho in Vita Arati. Ariſtoteles Rhodius, & Rhodiorum ad Romanos Legatus, de quo Polybius in Excerptis Legat. An idem ac ille de quo Proclus dicto loco? Verba ſunt Procli: καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Ῥόδιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενδίδα τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι. Ariſtoteles Medicus, de quo eſt apud Cælium Aurelianum Chron. I. 5. Ariſtotelem quemdam colloquentem introducit Plutarchus lib. De facie in Luna, & libro Quòd non poſſit jucundè vivi ſecundùm Epicurum. Etiam Ariſtoteli cuidam reſcribunt Diocletianus & Maximianus l. XIV. C. De Ingenuis & Manumiſſis. Invenio & Ariſtotelem pictorem: de quo Harpocration in Ζεῦξις: Ζεῦξις. Ἰσοκράτης περὶ τῆς Ἀντιδόσεως. Ἀριστοτέλης, τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων. Photius: Ἀριστοτέλης, κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφων.

Τοῦ δὴ Σταγειρίτου γεγόνασι μὲν πολλοὶ γνώριμοι] Nicander quidam Alexandrinus, teſte Suida in Αἰσχρίων, librum ſcripſerat περὶ τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν: qui utinam exſtaret. In Ariſtotelis Vita ἀνεκδότῳ, hi undecim Ariſtotelis Succeſſores memorantur, Theophraſtus, Strato, Praxiteles, Lycon, Ariſto, Lyciſcus, Praxiphanes, Hieronymus, Prytanis, Phormio, Critolaus. De Theophraſto, conſtat. Strato & Praxiphanes, inter Theophraſti Diſcipulos recenſendi. Hieronymum Rhodium, Peripateticum fuiſſe non ambigitur: immo & Ἀριστοτέλους μαθητὴς dicitur Athenæo X. 6. Verùm; quæ eſt Jonſii ſententia; non quòd Ariſtotelis fuerit auditor, ſed quòd ejus Philoſophiæ ſtudioſus. Lyco Stratoni ſucceſſit; Ariſto Ceus, Lyconi; Ariſtoni Ceo, Critolaus. Lyciſcus, Praxiphanes, Prytanis, non modò inter Ariſtotelis Succeſſores à nullo Scriptore recenſentur, ſed neque Peripatetici appellantur. Phormionem, Peripateticum quidem fuiſſe diſcimus ex Cicerone lib. II. de Oratore: & per ætatem auditor Ariſtotelis eſſe potuit: fuit enim æqualis Hannibalis. Ariſtotelem in Lyceo docentem audivit ἀνεμφισβητήτως Calliſthenes, ejus conſobrinus: auctor Laërtius in Theophraſto. Etiam Ariſtotelis auditores fuere, Ariſtoxenus Tarentinus, Gellio teſte lib. IV. cap. XI. & Stephano in Τάρας: Heraclides Ponticus; de quo infrà: Dicæarchus Meſſenius (hujus liber exſtat ad Theophraſtum, Βίος Ἑλλάδος inſcriptus) Teſtes ſunt, Athenæus lib. XI. & XV. Ariſtophanis Scholiaſtes in Pacem & Suidas in Δικαίαρχος. Adde, ex eodem Athenæo V. 13. 14. & Erimneum, & Athenionem. Item Clearchum Solenſem, ex eodem Athenæo lib. VI. & ex Julio Polluce II. 4. 31. Item, Philonem, ex eodem Athenæo XIII. 9. de quo nos infrà ad Theophraſti Vitam. Etiam, teſtibus Suida, & Auctore τῆς Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῆς, Phanias Ariſtotele magiſtro profecit. Hos inter, numerandus & Adraſtus Macedo; de quo Stephanus, ſive Hermolaus, in Φίλιπποι: ἐνθεν ἦν Ἄδραστος ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους μαθητής. Et Echecratides Methymnæus, qui Περιπατητικὸς & Ἀριστοτέλους συνήθης dicitur eidem Stephano, ſive Hermolao, in Μήθυμνα. Commemorandus venit & Theodectes Phaſelita: quod Suidas teſtatur in Θεοδέκτης. Nec tacendus Eudemus Rhodius, de quo Gellius XIII. 5.

&c

& Alitus Mileſius, de quo nos ſuprà ad Thaletem. Utriuſque meminit Auctor Vitæ Latinæ Ariſtotelis: *Dimiſit autem (reliquit* voluit dicere*) filium Nicomachum, & filiam Pythiada; proprios autem Diſcipulos, Theophraſtum, Phaniam, Plama, Eudemum, Clitum, Ariſtoxenum, Dicaarchum.* Pro *Plama*; quæ vox procul dubio corrupta eſt; legebat Nunneſius, *Phania*: hoc eſt, *Phaniæ filii*, aut *Platonem*. Plato quidam, Ariſtotelis diſcipulus memoratur à Laërtio in Vita Platonis, & à Philopono in Commentario in librum I. de Syllogiſmo, ut ſuprà monuimus. Sed fortè ibi legendum, *Phaniam vel Phaniam*: nam & Φαινίας quoque paſſim in MSS. etiam Suida teſte, dicitur ille Phanias. Obſervabis obiter, *Menedemum* à Gellio vocari, quem *Eudemum* Auctor Vitæ Latinæ Ariſtotelis appellavit dicto loco. Meminit & Plutarchus, in Politicis Præceptis, Euxithei cujuſdam, quem Ariſtotelis diſcipulum appellat. Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis, ejuſdem Ariſtotelis diſcipulum facit Paſicratem Rhodium, filium Bonæi Rhodii, fratris Eudemi. Huic aſcribebant nonnulli librum II. Metaphyſicorum, teſte Johanne Grammatico in Metaphyſica. Hunc Galenus in libro de Libris propriis, in Categorias Ariſtotelis ſcripſiſſe ait. Pæne omiſeram; quem minimè omiſiſſe oportuit; Menonem illum, qui Veterum Medicorum placita, uno volumine collecta, ediderat; quæque propterea Μενώνεια appellabantur; ſed quæ Ariſtoteli tribuebantur, ut diſcimus ex Galeno, qui ea viderat. Ita enim ille Comm. II. ad Librum Hippocratis de Natura Humana: πάρεστι τὰς τῆς ἰατρικῆς συναγωγῆς ἀναγνῶναι βίβλους, ἐπιγεγραμμένας μὲν Ἀριστοτέλει, ὁμολογουμένας δὲ ὑπὸ Μένωνος, ὃς ἦν μαθητὴς αὐτοῦ, γεγράφθαι· διὸ καὶ Μενώνεια προσαγορεύουσιν ἔνιοι ταυτὶ τὰ βιβλία. Non alios eſſe libros Ariſtotelis quos in Indice librorum Ariſtotelis, Συναγωγῆς, α, β, γ, Laërtius nominat, quàm hos τοῦ Μένωνος ἰατρικῆς συναγωγῆς, Laërtiumque è communi de ἀναφορᾷ horum εἰς Ἀριστοτέλη ſententiâ locutum; & hoc loco mancum è Galeno ſuppleri debere, exiſtimabat eruditiſſimus Reineſius Var. Lect. I. 10. qui & pro eo quod vitiosè legitur apud Plutarchum Sympoſ. VIII. 9. Μελώνεια; ubi Menonia illa citantur; Μενώνεια veriſſimè reponebat. Fuit & Theogiton quidam, Peripateticus, Ariſtotelis diſcipulus, teſte Stephano in τραγαία. Peripateticorum nuda nomina profert Jonſius libro IV. de Scriptor. Hiſt. Phil. Librum de Claris Peripateticis ſcripſiſſe ſe, teſtatur Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis pag. 153. Hunc mihi videre necdum contigit. Sed ecce tibi tandem Ariſtotelis Vitam ἀνέκδοτον, cujus toties meminimus.

Ἀριστοτέλους βίος καὶ συγγράμματα αὐτοῦ.

Ἀριστοτέλης υἱὸς Νικομάχου καὶ Φαιστιάδος· ὁ δὲ Νικόμαχος ἰατρὸς ἦν, τοῦ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γένους, ἀπὸ Νικομάχου τοῦ Μαχάονος. ἐκ Σταγείρων πόλεως τῆς Θρᾴκης. Φιλόσοφος. μαθητὴς Πλάτωνος. τραυλὸς τὴν φωνήν. καὶ ἀδελφοὺς μὲν ἔσχεν Ἀρίμνηστον καὶ Ἀρίμνηστην. θυγατέρα δὲ ἀπὸ Πυθιάδος τῆς θυγατρὸς Ἑρμείου τοῦ Εὐνούχου· ὃς καὶ θλιβίας ἦν, αὐτὴν ἔσπειρεν· γημαμένη δὲ τρισὶν ἡ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ, τεκνώσασα προετελεύτησεν Ἀριστοτέλους τοῦ πατρός. Εἶχεν δὲ καὶ υἱὸν Νικόμαχον ἐξ Ἑρπυλλίδος παλλακῆς, ὃν μετὰ Πυθιάδα παρὰ Ἑρμείου τοῦ Εὐνούχου (ὅστις ἦν ἄρχων Ἀταρνέως· χώρα δὲ αὐτὴ Τρωάδος, Εὐβούλου δὲ τοῦ Βιθυνοῦ δοῦλος γεγονὼς) ἔλαβεν· καὶ αὐτοῦ Ἑρμείου παιδικὰ γενομένου Ἀριστοτέλους. Ἤρξεν δὲ ἔτη ιγ'. τῆς Περιπατητικῆς κληθείσης φιλοσοφίας, διὰ τὸ ἐν Περιπάτῳ, ἤτοι κήπῳ, διδάξαι, ἀναχωρήσαντα τῆς Ἀκαδημίας, ἐν ᾗ Πλάτων ἐδίδαξεν. ἐγεννήθη δὲ ἐν τῇ πδ' Ὀλυμπιάδι, καὶ ἀπέθανεν ἀκόνιτον πιὼν ἐν Χαλκίδι, διότι ἐκαλεῖτο πρὸς εὐθύνας· ἐπειδὴ ἔγραψεν Παιᾶνα εἰς Ἑρμείαν τὸν Εὐνοῦχον. οἱ δέ φασιν νόσῳ αὐτὸν τελευτῆσαι, βιώσαντα ἔτη ὁ, ὡς δέ τινες ξγ'. Συνέγραψεν βιβλία ἐγγὺς υ. Διάδοχοι δὲ αὐτοῦ τῆς σχολῆς κατὰ τάξιν ἐγένοντο οἵδε· Θεόφραστος, Στράτων, Πραξιτέλης, Λύκων, Ἀρίστων, Λύκισκος, Πραξιφάνης, Ἱεράνυμος, Πρύτανις, Φορμίων, Κριτόλαος. Τὰ δὲ συγγράμματα αὐτοῦ, ταῦτα· περὶ Δικαιοσύνης, δ'. περὶ Ποιητῶν, γ'. περὶ Φιλοσοφίας, δ'. Πολιτικὸν, ά. περὶ Πολιτικῆς, ᾗ Γρύλλος, γ'. Νήριθος, ά. περὶ πλούτου, ά. Σοφιστικῆς, ά. περὶ εὐχῆς. Μενέξενος, ά. περὶ εὐγενείας, ά. Ἐρωτικὸς, ά. περὶ ψυχῆς, ά. Προτρεπτικὸν, ά. περὶ ἡδονῆς, ά. περὶ βασιλείας, ά. Οἰκονομικὸν, ά. περὶ παιδείας, ᾗ Παιδευτικὸν, ά. Συλλογισμῶν, ά. περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ά. περὶ ἀρχῶν, ᾗ φύσεως, ά. Ἀλέξανδρος, ᾗ ὑπὲρ ἀποικιῶν, ά. Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, β'. περὶ φιλίας, γ'. περὶ ἐπιστημῶν, ά. περὶ εἰδῶν, ά. Λύσεις ἐριστικαὶ, δ'. περὶ πάθους ὀργῆς, ά. Διαιρέσεις Σοφιστικαὶ, ά. περὶ ἐναντίων, ά. Ὑπομνημάτων ἐπιχειρητικῶν, γ'. Προτάσεις περὶ ἀρετῆς, β'. περὶ στοιχείων, γ'. Ἐνστάσεις περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ᾗ τῶν κατὰ πρόθεσιν, ά. Προτάσεων, ά. Ἠθικῶν, κ'. περὶ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως, ά. Προτάσεων ἐριστικῶν, ά. περὶ ἰδέας, ά. Ἀναλυτικῶν προτέρων, θ'. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων, β'. Προβλημάτων μεθοδικά. περὶ τοῦ βελτίονος, ά. Συλλογισμῶν, β'. Συλλογιστικῶν ὅρων, ά. περὶ αἱρετοῦ καὶ συμβαίνοντος, ά. Τὰ πρὸ τῶν τόπων, ά. περὶ ἑκουσίων, ά. Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους καὶ πάθη, ά. Ὁρισμῶν βιβλία, ιγ'. Ἐπιχειρημάτων, β'. περὶ κάλλους, ά. περὶ δικαίων, β'. Θέσεις ἐπιχειρηματικαὶ ἐν βιβλίοις, κέ. Θέσεις ἐρωτικαὶ ἐν βιβλίοις, δ'. Θέσεις φιλικαὶ ἐν βιβλίοις, β'. Θέσεις περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίῳ, ά. Θέσεις πολιτικαὶ, β'. Πολιτικῆς ἀκροάσεως, κ. Τεχνῶν συναγωγὴ, ά. Τέχνης Ῥητορικῆς, γ'. Τέχνης, ά. Τέχνης τῆς Θεοδέκτου συναγωγὴ ἐν γ'. Τέχνης Ποιητικῆς, β'. Ἐνθυμημάτων Ῥητορικῶν, ά. περὶ μεγέθους ἐνθυμημάτων καὶ αἱρέσεων. περὶ λέξεως καθαρᾶς, ά. περὶ συμβουλῆς, ά. περὶ φύσεως, ά. περὶ φυσικῶν, ά. περὶ τῆς Ἀρχύτου φιλοσοφίας, γ'. περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους, ά. Ἐκ τῶν Τιμαίου καὶ Ἀρχύτου, ά. πρὸς τὰ Μελίσσου, ά. πρὸς τὰ Ἀλκμαίωνος, ά. περὶ τῶν Πυθαγορείων, ά. πρὸς τὰ Γοργίου. περὶ τοῦ μὴ γεννᾶν. περὶ ζώων, β'. περὶ τῶν συνθέτων ζώων, ά. περὶ ἀνατομῶν, ς'. Ἐκλογὴ τούτων, ά. περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων, ά. περὶ φυτῶν, β'. Φυσιογνωμονικὰ, β'. περὶ ἰατρικῆς, β'. Συμμαχίαι χειμώνων, ά. περὶ μονάδος, ά. Ἀστρονομικὸν, ά. περὶ κινήσεως, ά. Ὀπτικὸν, ά. περὶ Μουσικῆς, ά. Πέπλον. Ἀπορημάτων Ὁμηρικῶν, ζ. Ἀπορημάτων θείων, ά. Ποιητικὸν, ά. Μνημονικὸν, ά. Φυ-

σικῶν λή, κατὰ στοιχεῖον. Μεταφυσικὰ, κ'. Προβλημάτων ἐπιτεθεαμένων. Ἐγκύκλιον, β'. Μηχανικὸν, ά. Κύκλον περὶ Ποιητῶν, γ'. Προβλημάτων Δημοκριτείων, β'. περὶ τῆς λίθου, ά. Παραβολῶν, ά. Διατάκτων, ιβ'. Δικαιωμάτων πόλεων, ά. Ἐξητασμένων κατὰ γένος, ιδ'. Ὀλυμπιονίκας βιβλους, ά, ἐν ᾧ Μένιχμον ἐνίκησεν. περὶ Μουσικῆς, ά. Ἐλέγχων σοφιστικῶν, ἢ περὶ ἐριστικῶν νικῶν. Διονυσιακῶν ἀστικῶν καὶ ληναίων προοιμίων, ά. περὶ Τραγῳδιῶν, ά. περὶ διδασκαλιῶν, ά. Νόμων συστατικῶν, ά. Νομίμων, δ'. Κατηγοριῶν, ά. περὶ ἑρμηνείας. Προτέρων Ἀναλυτικῶν, β'. Πολιτείας πόλεων ἰδιωτικῶν, καὶ δημοκρατικῶν καὶ ὀλιγαρχικῶν ρνή. Συσσιτικῶν προβλημάτων, γ'. Ἐπιστολὰς, κ'. Ἔπη, ὧν ἀρχὴ, Ἄγνε θεῶν πρέσβυθ' Ἑκατηβόλε. Ἐλεγεῖα, ὧν ἀρχὴ, Καλλιτέχνου μητρὸς θυγάτερ. περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, έ. περὶ μακροβιότητος. Εἰ δὲ ποτε Ὅμηρος ἐποίησεν τὰς ἡλίου βοῦς. Ἀπορήματα Ἡσιόδου ἐν ά. Ἀπορήματα Ἀρχιλόχου, Εὐριπίδους. Χοιρίλου, ἐν βιβλίοις, γ'. Ἀπορημάτων ποιητικῶν, ά. Αἰτίας ποιητικάς. Προβλημάτων Ὁμηρικῶν, ί. Φυσικῆς ἀκροάσεως, ιή. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, β'. περὶ μετεώρων, δ', ἢ Μετεωροσκοπικὰ. περὶ πλούτου, ά. περὶ τύχης, γ'. περὶ Ῥητορικῆς τῆς μετὰ φυσικὰ, ί. περὶ ζώων ἱστορίας, ί. περὶ ζώων κινήσεως, γ'. περὶ ζώων μορίων, γ'. περὶ ζώων γενέσεως, γ'. περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. περὶ τῆς ἐν τοῖς μαθήμασιν οὐσίας. περὶ συσσιτίων, ἢ συμποσίων. περὶ δόξης. περὶ ἀρετῆς. περὶ φωνῆς. περὶ συμβιώσεως ἀνδρὸς καὶ γυναικός. Νόμους ἀνδρὸς καὶ γαμετῆς. περὶ ἰατρικῆς, ζ', Συμμίκτων ζητημάτων, οβ', ὡς φησιν Εὔκαιρος ὁ ἀκουστὴς αὐτοῦ. Πέπλον· περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον. περὶ χρόνου. περὶ βασιλείας. περὶ παιδείας. περὶ ὄψεως, β'. περὶ ἠθῶν Νικομαχείων ὑποθήκας. περὶ Ἀλεξάνδρου, ή. περὶ Ῥήτορος, ἢ Πολιτικοῦ. Τέχνην ἐγκωμιαστικὴν. Θαυμασίων ἀκουσμάτων. Ἐγκώμια, ἢ Ὑμένους· διάφορα. Ἐρωτικῶν, ς'. περὶ εὐγενείας, ά. περὶ ἀνθρώπου φύσεως. περὶ κόσμου γενέσεως. Νόμιμα Ῥωμαϊκὰ. Νομίμων βαρβαρικῶν συναγωγὴ. Ψευδεπίγραφα δὲ, Ἀνατομὴ ἀνθρώπου. Ἀπολογία εὐσεβείας πρὸς Εὐρυμέδοντα. Γεωργικά. Ἐγκώμιον λόγου. Μαγικόν. περὶ σωφροσύνης. Ἀλεξάνδρου ἐγκλησία. Ἐγκώμιον πλούτου. πρὸς Ἀλέξανδρον. περὶ μεθόδου.

Σμικρὸς, φαλακρὸς, τραυλὸς ὁ Σταγειρίτης,
Λαγνὸς, προγάστωρ, παλλακαῖς συνημμένος,
Ἀναλφάβητος οὐσι Στιχογράφος,
Ἄνους, ἄφρων, ἄγροικος, αὐθάδης, λάλος.

Hanc Ariſtotelis Vitam incerti auctoris, mecum olim communicavit Philippus Loïaltæus noſtras; quam unde habuerit, mihi non liquet. Eam viderat Octavianus Ferrarius, teſte Nunneſio: qui quidem Nunneſius ea uti quondam prodiret oprabat. Ceteris copioſior eſt, ad Succeſſores Ariſtotelis, libroſque ejus quod attinet. In eam breves Notas ſcripſimus, quas hoc loco inſerere placuit.

Ἀριστοτέλης, υἱὸς Νικομάχου, &c.] Hæc, & ſequentia, uſque ad hæc verba ὡς δὲ τινες ξγ'. leguntur αὐτολεξεὶ apud Suidam, in Ἀριστοτέλης.

Παιδικὰ γενομένου Ἀριστοτέλους] Fuit amaſius Ariſtotelis: & Palæphatus Abydenus. Teſtantur Philo lib. I. de Admirabili Hiſtoria, & Theodorus Ilienſis Troicorum libro II. teſte Suida, in Παλαίφατος Ἀβυδηνός.

Διάδοχοι δὲ αὐτοῦ, &c.] De Diſcipulis & Succeſſoribus Ariſtotelis, diximus ſuprà. His addendus Eucærus, qui infrà in hac Vita Diſcipulus Ariſtotelis appellatur: & Theodectes, de quo Suidas.

Οἰκονομικὸν, ά.] Verè igitur ſuprà obſervabamus, Oeconomicorum Ariſtotelis unicum fuiſſe librum.

Τὰ ἐκ τῶν Νόμων Πλάτωνος, β'.] Citatur Ariſtoteles in Platonicis à Plutarcho contra Colotem.

Ἐνστάσεις περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ή. Τῶν κατὰ πρόθεσιν, ά.] Legendum ex Laërtio Ἐνστάσεις, ά. Περὶ τῶν ποσαχῶς λεγομένων, ἢ κατὰ πρόθεσιν, ά.

Συμμαχίας χειμώνων] Laërtius Σημεῖα χειμώνων· quare hîc legendum omnino Σημασίας χειμώνων.

Πέπλον] Mirum hujus libri Laërtium non meminiſſe. Meminit Euſtathius è Porphyrio. In eo Principum Græciæ, de quibus Homerus in Bœotia, genus, patriam, & claſſem recenſebat. Infrà, in eadem Vita, legas: πέπλον· περιέχει δὲ ἱστορίαν σύμμικτον.

Μνημονικὸν, ά.] Περὶ τῆς μνήμης ſcripſiſſe, teſtis eſt Gellius IX. 8. Hujus libri Ariſtotelici fragmentum habes apud Stobæum Sermone de Memoria.

Κύκλον περὶ Ποιητῶν, γ'.] Lego, Κύκλον, ἢ περὶ Ποιητῶν, γ'.

Περὶ τῆς λίθου] Id eſt, de Magnete.

Ὀλυμπιονίκας βίβλους, ά.] Scriptum fuiſſe exiſtimo, Ὀλυμπιονίκας, βιβλίον, ά.

Περὶ Μουσικῆς, ά.] Hujus libri mentio facta eſt ſuperiùs.

Νόμων συστατικῶν, ά.] Diximus ſuprà ad Ariſtotelis Vitam Laërtianam.

Περὶ τῶν Σόλωνος ἀξόνων, έ.] De quibus ſcripſere quoque Didymus & Seleucus, ut ſuprà ad Solonem obſervamus.

Εἰ δὲ ποτε Ὅμηρος ἐποίησεν τὰς ἡλίου βοῦς] Diſſertationem intelligit de Solis bobus; de quibus Homerus. Plura Ariſtoteles in Principem Poëtarum ſcripſerat, cujus & editionem emendaverat, quam ἐκ τοῦ νάρθηκος vocant. Sed de his in Diſſertatione noſtra περὶ Ἐξηγητῶν Ὁμήρου. Interim hîc obſervamus, ad Ariſtotelis Homericam ἔκδοσιν referenda, quæ ſcribit Theocriti Scholiaſtes ad Idyllium I. ὅθεν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψεν· Κυάνεαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον, οὐκ ἐθειράδες.

Χοιρίλου] Tres eo nomine Poëtæ fuerunt. Vide Samuelem Petitum Obſerv. libro & capite II. & nos ſuprà ad Laërtii Proœmium.

Περὶ Μετεώρων, δ'. ἢ Μετεωροσκοπικὰ.] Exſtant hodie. Sed an primus Ariſtotelis eſſet, dubitatum inter Antiquos ſcribit Olympiodorus. At verò potiùs Περὶ μεταρσίων, quàm περὶ μετεώρων inſcribendi, inquit Caſaubonus ad Strabonis librum primum, ſi Achillem Statium ſequimur auctorem, cujus hæc ſunt verba: τὰ μὲν μετέωρα ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθερι ἐστιν, ὡς ἥλιος, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ οὐρανὸς καὶ αἰθήρ. μετάρσια δὲ, τὰ μεταξὺ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς γῆς, οἷον ἄνεμοι, νεφέλαι, ὄμβρος, ἀστραπαί· Μετεωρολογικὴν eadem notione uſurpant Strabo, Proclus, Ptolemæus. Vide Caſaubonum dicto loco.

Περὶ ζώων ἱστορίας, ι'.] Totidem hodie ſuperſunt: ſed Laërtius novem tantùm libros Hiſtoriæ animalium Ariſtotelis enumerat: quare decimus ſuſpectus. Vide ad eum librum Jul. Scaligerum, ejuſque filium Silvium Cæſarem in Epiſtola ad Johannem Stephanum Durandum, Senatus Toloſani Principem.

Περὶ ἠθῶν Νικομαχείων ὑποθήκας] An legendum potiùs? περὶ ἠθῶν Νικομαχείων. Ὑποθήκας. Quid ſint ὑποθῆκαι, ſuprà explicavimus ad Solonem. Ethica τὰ Νικομάχεια inſcripta fuiſſe ab Ariſtotele Nicomacho filio, qui avi nomen referebat, ſcripſit Ammonius in Vita Ariſtotelis: ὅθεν καὶ τὸν υἱὸν, Νικόμαχον προσηγόρευσε, μνήμης ἕνεκεν τοῦ οἰκείου πατρός· πρὸς ὃν καὶ τὰ Νικομάχεια ἔγραψεν. Sed falſum hoc eſſe contendit Samuel Petitus Miſcell. IV. 10. Cicero hos libros ipſi Nicomacho attribuit lib. V. de Finibus: *Quare teneamus Ariſtotelem, & ejus filium Nicomachum: cujus accurate ſcripti de moribus libri, dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis: ſed non video, cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius.* Quod & falſum eſſe contendit ibidem idem Petitus, qui tamen in illis Nicomachum aliquid interpolaſſe fatetur. Eum ibi vide; & nos infrà ad Eudoxum.

Περὶ Ἀλεξάνδρου, ή.] Euſtath. ad Dionyſii περιήγησιν pag. 136. Ἀριστοτέλης δὲ, ὡς φασιν, ἐν πέμπτῳ Περὶ Ἀλεξάνδρου, τὸν Κωφῆνα, ὡς τὸν Σωληνᾶ φησιν. Librum ſcripſiſſe cui titulus Ἀλέξανδρος, ἢ περὶ ἀποίκων, teſtatur Laërtius noſter ſuprà.

Θαυμασίων ἀκουσμάτων] Non meminit Laërtius inter libros Ariſtotelis. Junioris eſſe Ariſtotelis, exiſtimabat Vir acerrimi judicii Johannes Voſſius lib. IV. de Hiſtoricis Græcis pag. 514. Etiam non eſſe Ariſtotelis, Eraſino videbantur, quem vide in Epiſtola ad Johannem Morum de Ariſtotelis ſcriptis. Vide & Johannem Bodæum à Stapel, ad Theophraſti Hiſtoriam Plantarum, pag 124. qui eos libros non eſſe Ariſtotelis, exiſtimat quoque, ſed recentioris cujuſdam Scriptoris, qui vixerit cùm malus medica *citrus* dicta eſt. Ut Ariſtotelis, citantur tamen à Suida in Κωτίνῳ στεφάνῳ. Quæ enim ibi ex Ariſtotele adducit Suidas, leguntur κατὰ λέξιν in Libello Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Tribuuntur etiam Ariſtoteli ab Stephano in Τελωνὸς, in Γέρμυρα, in Οἶνα, & alibi paſſim.

Περὶ κόσμου γενέσεως] Exſtat hodie libellus περὶ κόσμου ſub nomine Ariſtotelis: ſed quem non eſſe Ariſtotelis (etſi Juſtinus Martyr in Exhortatione ad Græcos eum Ariſtoteli tribuere videtur) non dubitat, qui de ea re Diſſertationem ſcripſit, Vir doctiſſimus idem & elegantiſſimus, Daniel Heinſius. Nicolai Damaſceni fœtum eſſe exiſtimabat P. Victorius Var. XXV. 13. falsò omnino, ut docuit Muretus Var. II. 8. Utriuſque rationes, ſi tanti eſt, vide. Vide & Petrum Petitum in libris Miſcellanearum Obſervationum, Ariſtotelis eſſe exiſtimantem. Obiter hic obſervamus, librum quoque περὶ κόσμου, qui vulgò Philoni Judæo tribuitur, non eſſe illius: ſed ſtudioſi cujuſdam qui hoc ſcriptum ex aliis ipſius Philonis ſcriptis adumbravit. Id veriſſime Doctiſſimus Turnebus adnotabat in elegantiſſima præfatione quam ad Philonem græcè ſcripſit.

Νομίμων βαρβαρικῶν συναγωγή] Meminit Athenæus Dipnoſ. lib. XII. cap. Apollonius in Hiſtoriis Admirandis cap. 11. Stobæus Serm. de Morbis, & moleſtiarum in eis ſolutione, & Stephanus in Ethnicis, non uno loco. Ariſtoteli *Nomina barbarica* tribuit Varro lib. VI. de L. L. Sed ibi Νόμιμα βαρβαρικὰ legi debere, rectè Scaliger ad Varronem obſervabat. Vidit & hoc Voſſius libro IV. de Hiſtoricis Græcis: ubi τῶν Νομίμων βαρβαρικῶν Ariſtotelis, ejuſdem Νόμιμα Τυρρηνικά, in quibus citatur Athenæo XII. partem fuiſſe rectè quoque obſervavit.

Ἀπολογία εὐσεβείας] Etiam Athenæus loco ſuperiùs memorato, num Ariſtotelis eſſet, addubitabat.

Μαγικὸν] Diximus ſuprà, ad Procœmium Laërtianum.

Præter hos Libros qui in hac Vita, & in Indice Laërtiano memorantur, ſcripſerat Ariſtoteles περὶ εὑρημάτων. meminit Clemens στρωματέων lib. I. Παράδοξα, in quibus citatur apud Plutarchum in Parallelis cap. ultimo. Citatur ἐν τῷ δ' περὶ ποταμῶν eidem Plutarcho in libro de Fluminibus; ubi de Nilo. Et Apollonio Mirabil. Hiſtor. 26. ἐν τῷ περὶ τῆς ζωῆς καὶ θανάτου. & Themiſtio Orat. IV. ἐν διαλόγῳ τῷ Κορινθίῳ. Themiſtii locum placet aſcribere: ὁ δὲ γεωργὸς ὁ Κορίνθιος τῷ Γοργίᾳ ξυγγενόμενος, (οὐκ αὐτῷ ἐκείνῳ Γοργίᾳ, ἀλλὰ τῷ λόγῳ ὃν Πλάτων ἔγραψεν ἐπ' ἐλέγχῳ τοῦ σοφιστοῦ) αὐτίκα ἀφεὶς τὸν ἀγρὸν καὶ τὰς ἀμπέλους, Πλάτωνι ὑπέθηκε τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ ἐκείνου ἐσπείρετο καὶ ἐφυτεύετο. καὶ οὗτός ἐστιν ὃν τιμᾷ ὁ Ἀριστοτέλης τῷ διαλόγῳ τῷ Κορινθίῳ. *Agricola verò ille Corinthius, cùm fortè in Gorgiam incidiſſet, (non ipſummet Gorgiam dico, ſed eum librum, quem de convicto Sophiſta idem Plato ſcripſit) illico agrum, viteſque deſerens, animum ſuum excolendum Platoni tradidit, doctrinæque illius ſemina ac ſatus excepit. Atque is eſt, quem Ariſtoteles Dialogo illo qui* Corinthius *inſcribitur, celebratum reliquit.*

Scripſit Ariſtoteles & Κτίσεις, ſi Plutarcho fides, libro Quòd non vivitur jucundè ſecundùm Epicurum. Sunt autem Κτίσεις, *Origines urbium.* Scripſit, eodem Plutarcho teſte, in Vita Dionis, & in Conſolatione ad Apollonium, Dialogum in honorem Eudemi Cyprii, ſui familiaris, qui inſcribebatur Εὔδημος, ἢ περὶ ψυχῆς. Meminit hujus Dialogi Scholiaſtes ad Platonis Phædonem: & Plutarchus. De Eudemo Cyprio, videndus Cicero lib. I. de Divinatione. Dialogorum Ariſtotelis meminit Dio Chryſoſtomus Oratione 53. qui eſt de Homero: his verbis: καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Ἀριστοτέλης, ἀφ' οὗ φάσι τὴν Κριτικὴν τε καὶ Γραμματικὴν ἀρχὴν λαβεῖν, ἐν πολλοῖς Διαλόγοις περὶ τοῦ Ποιητοῦ διέξεισι, θαυμάζων αὐτὸν, ὡς τὸ πολὺ, καὶ τιμῶν. Et Baſilius Magnus epiſtolâ 167. ubi Ariſtotelem & Theophraſtum à Dialogis ſcribendis deſtitiſſe ait, cùm in eo ſcribendi genere ſe Platoni impares cernerent. Baſilii locum infrà, in Theophraſti Vita, adducimus. Etiam in laudem Platonis Orationem ſcripſiſſe, docet nos Olympiodorus ad Gorgiam Platonis. Citatur infrà à Laërtio in Em-

pedocle, ἐν τῷ Σοφιστῇ; & in Pythagora, ἐν τῷ περὶ κυάμων. Scripsisse volunt & *de Insulis*, ex Plinio lib. IV. cap. 12. ubi de Delo. Citatur ἐν τοῖς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ab Jamblicho in Vita Pythagoræ. Item, ἐν τῷ περὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας πρώτῳ à Stobæo in Physicis. Citatur quoque ἐν Κυρήνῃ Julio Polluci lib. IX. cap. 6. Libri περὶ ἰχθύων meminit Athenæus VII. 15. & 19. Memini me legere alicubi scripsisse & περὶ τοῦ τῆς Ἑρμιόνης ἱεροῦ, & περὶ μετάλλων, & Τελεταῖς, nec non citatur ἐν τελεταῖς abs Schol. Apollonii ad lib. pag. θεολογούμενα. De Theologicis, Ammonius in ejus Vita: Τῇ δὲ θεολογίᾳ εἰ καὶ μηδὲν προσέθηκεν, ἀλλ' οὖν οὐδὲν περὶ αὐτῆς ἐλλιπὲς ἐπραγματεύσατο. οὐ γὰρ τὰ ἐγκόσμια μόνα ᾔδει, ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπερκόσμια. *In Theologia etsi nullum ejus exstat inventum, perfectè tamen ejus partes est omnes exequutus: non enim, ut quidam falsò putant, terrestria tantùm & quæ ad hunc mundum pertinent, novit Aristoteles: sed & supermundana.* Item Macrobius, Saturnal. lib. I. 18. *Nam Aristoteles, qui Theologumena scripsit, Apollinem & Liberum patrem, unum eumdemque Deum esse, cùm multis argumentis asserat*, &c. Cetertùm, de libris Aristotelis, prætereundus non est locus ille eximius Ammonii ad ejus Categorias: Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, πάνυ ἐσπουδακέναι φασὶ περὶ τὰ Ἀριστοτελικὰ συγγράμματα, ὡς καὶ περὶ τὰ λοιπὰ, καὶ χρήματα διδόναι τοῖς προσφέρουσιν αὐτῷ βίβλους τοῦ φιλοσόφου. ὅθεν τινὲς χρηματίσασθαι βουλόμενοι, ἐπιγράφοντες συγγράμματα, τῷ τοῦ φιλοσόφου ὀνόματι προσῆγον. ἀμέλει, φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ εὑρῆσθαι, Ἀναλυτικῶν μὲν, τεσσαράκοντα βίβλους· Κατηγοριῶν δὲ, δύο. ἐκρίθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἐξηγητῶν, Κατηγοριῶν μὲν, τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους. Ἀναλυτικῶν δὲ, τέσσαρα. ἐκρίθη δὲ ἔκ τε τῶν νοημάτων, καὶ τῆς φράσεως, καὶ τῷ ὡσὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πραγματείαις μεμνῆσθαι τούτου τοῦ βιβλίου τὸν Φιλόσοφον. Aristotelica κήρια citat Eutocius in Archimedem Oxonii editus. περὶ Θηρίων, Eratosthenes in Asterismis.

THEOPHRASTUS.

36 Ἐ'Ρέσιες] Stephanus: Ἐρεσός. πόλις ἐν Λέσβῳ, ἀπὸ Ἐρεσοῦ τοῦ Μάκαρος. (an Μακαρέως?) ἐξ ἧς Θεόφραστος, &c. Apud Epiphanium lib. III. adversus Hæret. pro Ἐρέσιος, vitiosè scriptum est Ἐφέσιος.

Μελάνθα] Μελλάνθα, Editio Basileensis. Suidas Μελάνθου, οἱ δὲ Λέοντος. Μελάνθης quidam infrà in Testamento Theophrasti memoratur, sed ubi aliæ Editiones & MS. Regius Μέλαντις habent.

Λευκίππου] Ἀλκίππου habent MSS. quidam; quos inter, Florentinus; & puto rectiùs. Leucippus Eresius non fuit. Vide hic Aldobrandinum. Palatinus Codex Λακίππου.

Αὐτὸς διεδέξατο τὴν σχολὴν Ὀλυμπιάδι τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ] Suprà Laërtius, in Aristotelis Vita, scripsit Aristotelem Chalcidem migrasse, ibique diem suum obiisse τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· cùm verò eodem anno quo Aristoteles Chalcidem migravit, ejus Scholam obtinuisse disertè hoc loco tradat Laërtius, alterutrum locum corruptum esse necesse est. Legendum hîc Grentemenilio videbatur, Ὀλυμπιάδος τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς ἔτει γ'.

Φέρεται δ' αὐτοῦ καὶ δοῦλος φιλόσοφος, ὄνομα Πομπύλος] De eo Gellius II. 18. *Alii quoque pauci servi fuerunt, qui post Philosophi clari exstiterunt: ex quibus ille Menippus fuit, cujus libros M. Varro in Satyris æmulatus est; quas alii Cynicas, ipse appellat Menippeas. Sed & Theophrasti Peripatetici servus Pompylus*, &c. Idem legas apud Macrobium, Gellii similiam: sed ubi vitiosè *Pompolus*, pro *Pompylus* scriptum. Plura de eo servo Philosopho sciremus, si Liber Hermippi Smyrnæi περὶ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων, de quo superiùs, exstaret.

Κάσανδρος] Antipatri filius, ad quem scripsit de 37
Regno. Suidas: ἐτιμήθη δὲ παρὰ Κασσάνδρῳ τῷ Ἀντιπάτρου. Κάσανδρος seu Κάσσανδρος legas, perinde est.

Τοσοῦτον δ' ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο παρ' Ἀθηναίοις,] Nota phrasim: quâ utitur Laërtius & alibi: teste Jacobo Gothofredo ad Philostorgium: ἀποδοχῆς πολλῆς ἄξιον. Similiter Paulus ad Timotheum cap. 4. πιστὸν λογον, καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον. Et Photius, ubi de Philostorgio, qui librum primum Machabæorum recipiendum censebat: ἀποδοχῆς ἀξιοῖ.

Ἀπήντων τε εἰς τὴν διατριβὴν αὐτοῦ, μαθηταὶ πρὸς δισχιλίους] Idem legas apud Hesychium Milesium: λέγεται εἰς τὴν Θεοφράστου διατριβὴν φοιτᾶν μαθητὰς πρὸς δισχιλίους. Ergo; quod monet Meursius; mutilus est Suidæ locus in Θεόφραστος, ubi legitur μαθητὰς δὲ ἴσχε πλείους ἢ δύο: atque addendum χιλιάδας. Suidæ Interpres legebat, πλείους ἢ δ υ ό. id est, plures quàm 4470. Erratum fuisse in literis numeralibus verosimile est, & verum arbitror. Scripserat fortè Librarius, πλείους ἢ β, impositâ literæ β lineâ transversâ, quæ millenarios numeros indicari significaret, nec simplices unitates. Excidit verò deinde, Librarii alterius incuriâ, lineola illa; atque ita factum est, ut tertius scripserit, δύο, pro β.

Περὶ δικαστηρίου] Flor. & Palat. δεικτηρίου.

Οὐ γὰρ ὅτι πανήγυριν, ἀλλ' οὐδὲ συνέδριον ῥᾴδιον, οἷόν τις βούλεται, λαβεῖν.] Synesius, in Dione, δικαστήριον vocat, εὐγνωμονέστερον τὸ θέατρον.

Ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ σχολαστικὸν ὠνόμασε] Puto legendum σχολαστικὸν αὐτὸν ὠνόμασε. *Scholastici* olim propriè Rhetores dicti; & posterioribus temporibus, *Advocati*: de qua voce, nos alibi pluribus.

Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, Μηδένα τῶν Φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, &c.] 38
Pollux IX. 5. ἔστι δὲ καὶ νόμος Ἀττικὸς κατὰ τῶν φιλοσοφούντων γραφεὶς, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλείδου Σουνιεὺς, εἶπεν, ἐν ᾧ τινα κατ' αὐτῶν προεῖπων, ἐπήγαγεν, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν Σοφιστῶν διατριβὴν κατασκευάσασθαι. Athenæus XIII. 9. καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς. Meminit & Alexis Comicus apud Athenæum ibidem. Anno tertio Olympiadis centesimæ decimæ octavæ, Prætore Athenis Coræbo, hanc legem latam fuisse docet Samuel Petitus ad Leges Atticas.

Ἂν μὴ τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ] Vide Merillium Obſervationum libro 3. cap. 18.

Ἐπανῆλθον] Ita Editiones Stephani & Codex Regius. Baſileenſis Editio ἐπανῆλθεν, quam lectionem ſecutus eſt Aldobrandinus.

Φιλλίωνος] MS. quo uſus eſt H. Stephanus, Φαλλίωνος. Lege Φίλωνος. Athenæus dicto loco: καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς, καθ' οὗ λόγον ἔγραψε Φίλων Ἀριστοτέλους γνώριμος ἀπολογίαν ὑπὲρ τοῦ Σοφοκλέους Δημοχάρους πεποιηκότος τοῦ Δημοστένους ἀνεψιοῦ.

Τοῦτον, Τύρταμον λεγόμενον, Θεόφραστον διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Ἀριστοτέλης μετωνόμασεν] Ad verbum Stephanus, ſive Hermolaus, in Ἐρεσός: Τύρταμος ἐλέγετο, καὶ διὰ τὸ τῆς φράσεως θεσπέσιον Θεόφραστος ἐκλήθη. Strabo libro XIII. Τύρταμος δ' ἐκαλεῖτο πρότερον ὁ Θεόφραστος, μετωνόμασε δ' αὐτὸν Ἀριστοτέλης Θεόφραστον. ἅμα μὲν φεύγων τὴν τοῦ προτέρου ὀνόματος κακοφωνίαν· ἅμα δὲ τὸν τῆς φράσεως αὐτοῦ ζῆλον ἐπισημαινόμενος. Suidas: οὗτος πρότερον ἐκαλεῖτο Τύρταμος. διὰ δὲ τὸ θείως φράζειν, ὑπὸ Ἀριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφραστος, εἶτα Θεόφραστος. Cicero in Oratore: *Quamquam enim & Philoſophi quidam ornatè loquuti ſunt: ſiquidem & Theophraſtus divinitate loquendi nomen invenit*, &c. Fabius libro x. cap. 1. *Nam & in Theophraſto tam eſt loquendi nitor ille divinus, ut ex eo quoque nomen traxiſſe dicatur.* Plinius in Præfatione Operis: *Ceu verò neſciam, adverſus Theophraſtum, hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam feminam*, &c. Tzetzes Chil. IX. cap. 296.

Καὶ ὁ Θεόφραστος αὐτὸς, ὁ Τύρταμος τὸ πρώην, Hanc eloquentiæ laudem, ut immodicam, extenuat Seneca in Quæſt. Natur. VI. 13. *In hac ſententia licet ponas Ariſtotelem, & diſcipulum ejus Theophraſtum, non ut Græcis viſum eſt, divini, tamen & dulcis eloquii virum, & nitidi ſine labore.*

39 Οὗ καὶ τοῦ υἱὸς Νικομάχου φησὶν ἐρωτικῶς διατεθῆναι] Suidas: ἐρώμενον δὲ ἔσχε τὸν Ἀριστοτέλους υἱὸν τοῦ φιλοσόφου Νικόμαχον.

Ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ, κέντρου] Diximus ſuprà.

Φέρεται δ' αὐτοῦ ἀποφθέγματα ταυτὶ χρειώδη] Pleraque prætermiſit Laërtius: quæ apud Stobæum legere eſt.

40 Πρὸς δὲ τὸν ἐν τῷ συμποσίῳ σιωπῶντα, &c.] Simonidi tribuit Plutarchus libro III. Sympoſ. Quæſt. 1. Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἔν τινι πότῳ ξένον ἰδὼν κατακείμενον σιωπῇ, καὶ μηδενὶ διαλεγόμενον, ὦ ἄνθρωπε, εἶπεν, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ, σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς· εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιος. Ultimum meliùs legeretur, ἠλίθιον. *Stultus ſi tacuerit, etiam ſapiens videbitur*, inquiebat Regum ſapientiſſimus. *Aſſai ſà, chi non ſà, ſe tacer ſà*, dicunt Itali eleganter. item, *aiutarſi col ſilenzio.*

Τετελεύτα δὴ γηραιὸς, βιοὺς ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα] Atqui Characteres ſcripſiſſe, cùm eſſet annorum 99. ſcribit ipſe in Epiſtola Nuncupatoria, & Tzetzes Chil. IX. 296. qua de re pluribus infrà, ubi de illis Characteribus.

Ἐπειδήπερ ὀλίγον ἀνῆκε τῶν πόνων] Suidas: καὶ τελευτᾷ κατάπονος ὑπὸ τοῦ ἀεὶ γράφειν γενόμενος, εἶτα ἐνδυὸς ἐπὶ βραχείας ἡμέρας διὰ μαθητοῦ γάμους. *Deceſſit autem aſſiduâ ſcriptione fatigatus, deinde verò propter Diſcipuli nuptias ad paucos dies animum relaxans.*

Ἡμεῖς γὰρ ὁπότ' ἠρχόμεθα ζῆν, &c.] Hieronymus 41
Epiſtolâ ad Nepotem. *Unde & ſapiens vir Græciæ Theophraſtus, cùm expletis centum & ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quòd tum egrederetur è vita, quando ſapere cœpiſſet.* Cicero Tuſcul. III. *Theophraſtus autem moriens, accuſaſſe Naturam dicitur, quod cervis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil intereſſet; hominibus, quorum maximè interſuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet, quorum ſi ætas potuiſſet eſſe longinquior, futurum fuiſſe, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrinâ hominum vita erudiretur. Querebatur igitur ſe tum, cùm illa videre cœpiſſet, extingui.* Ad Theophraſti dictum hoc reſpexit Pedo Albinovanus in Elegeia in Mæcenatis obitum:

Vivere cornices multos dicuntur in annos.
Cur nos anguſtâ conditione ſumus?

Tribuitur Ariſtoteli ab Seneca libro de Brevitate Vitæ, ſtatim initio: *Inde Ariſtoteli cum rerum natura exigenti minimè conveniens ſapienti viro lis eſt: illam animalibus tantùm indulſiſſe, ut quina aut dena ſæcula edurent, homini in tam multa ac magna genito, tanto citeriorem terminum ſtare.* Addit Romanus Philoſophus: *Non exiguum temporis habemus ſed multum perdimus, ſatis longa vita & in maximarum rerum conſummationem largè data eſt, ſi tota benè collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligentiam deſluit*, & quæ ſequuntur. Ad quem locum bene Lipſius obſervabat, aliter apud Ariſtotelem libro V. de Generatione animalium cap. 10. *Homo plus temporis vivit, quàm quodvis animal, excepto uno elephante: quod quidem experientia adhuc fide dignum ſit cognitum.*

Καὶ αὐτὸν, ὡς ὁ λόγος, Ἀθηναῖοι πανδημεὶ παρέπεμψαν ποσὶ, τὸν ἄνδρα τιμήσαντες] Legendum videtur πανδημεὶ παρέπεμψαν, οὐτωσὶ τὸν ἄνδρα τιμήσαντες: neque enim Athenienſes ſoliti erant, ni fallor, defunctos proſequi equis aut carrucis; ut nihil ad honorem Theophraſti acceſſerit, quòd ad ſepulcrum pedibus eum proſequuti ſint, ſed quòd πανδημεὶ: qua in re eſt honoris redundantia. Atque οὐτωσὶ ἄνδρα ἐτίμησαν. Laërtius ſuprà de Platone: καὶ παρεπέμφθη πανδημεὶ πρὸς τῶν αὐτόθι.

Καὶ τοῦτο λέγειν Ἕρμιππον] Accipit Gerardus Joh. Voſſius libro I. de Hiſtoricis Græcis cap. 12. de Hermippo Berytio. Sed omnino accipiendum de Smyrnæo, qui vitas Philoſophorum ſcripſerat, & quem locis innumeris teſtem Laërtius adducit. Qua in ſententia video eſſe viros eruditiſſimos Iſaacum Voſſium de Lxx. Interpr. cap. 2. & Humfredum Hody in diſſertatione contra hiſtoriam Lxx Interpr. cap. 4.

Καταλέλοιπε δὲ βιβλία καὶ αὐτά, &c.] Ita etiam 42
codex Palatinus. καὶ αὐτὸς, ceteræ Editiones: quod magis placet. Pro ἃ καὶ αὐτὸς quod ſequitur, ἃ καὶ αὐτὰ habent Membranæ Regiæ. De Libris Theo-

phraſti, qui injuriâ temporis interciderunt, exſtat Meurſii Liber ſingularis; ex quo quæ ad Laërtium noſtrum faciunt, huc transferre non pigebit. Eos libros in Tractatus digeſſerat Andronicus Peripateticus. Auctor Porphyrius in Vita Plotini.

Ἀναλυτικῶν προτέρων, α′, β′, γ′] Meminit Suidas in Θεόφραστος. Citatur ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἀναλυτικῶν προτέρων Simplicio de Cælo libro III. & Alexandro Aphrodiſeo in Priora Analytica Ariſtotelis; qui & alibi paſſim in eodem Commentario hos Theophraſti libros citat.

Ἀναλυτικῶν ὑστρέων, ά, β′, γ′, δ′, ε,ϛ′, ζ′.] Galenus de Hippocr. & Plat. dogmat. libro II. Ἀναλυτικὰ δεύτερα appellat. Suidas etiam, ὕστερα. Eudemum, Phaniam, Theophraſtum, Ariſtotelis diſcipulos, exemplo præceptoris Categorias, de Interpretatione, & Analyticen, ſcripſiſſe, ſcripſit Ammonius ad Categorias Ariſtotelis.

Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν, α′] Alexander Aphrod. in Anal. priorum lib. I. γράφει δὲ αὐτὴν μέθοδον καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ ἀναλύσεως συλλογισμῶν.

Ἀναλυτικῶν ἐπιτομὴ, α′. Ἀνηγμένων τόπων, α′, β′] Idem ait Suidas: niſi quòd numerum non appoſuit.

Περὶ αἰσθήσεων, α′] Meurſius reſcribebat numero ſingulari Περὶ αἰσθήσεως. Exſtat.

Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, &c.] In quibus de dogmatibus potiùs Anaxagoræ, Anaximenis, & Archelai, quàm de eorum vitis actum fuiſſe, meritò exiſtimabat Jonſius.

Πρὸς Ἀναξαγόραν. α′, Περὶ τῶν Ἀναξαγόρου] Citatur Simplicio ad Phyſ. Comment. I. ἐν τῷ περὶ Ἀναξαγόρου δευτέρῳ. Exiſtimabat Meurſius reſpexiſſe Simplicium librum Theophraſti περὶ τῶν Ἀναξαγόρου, & *ſecundum* appellaſſe, propter præcedentem πρὸς Ἀναξαγόραν. idem & Jonſio videbatur.

Νίτρον] Corrige νίτρου.

Περὶ τῶν αἰθουμένων] *De his quæ ardent.* Ceteræ Editiones Περὶ τῶν λιθουμένων: *De his quæ durantur in lapides:* longè meliùs: neque enim dicitur αἰθοῦσθαι.

Περὶ τῶν ἀτόμων γραμμῶν α′] Exſtat hodie inter Opera Ariſtotelis; cui à nonnullis tribuitur. Simplicius De Cælo com. III. καὶ ὡς εἰπὼν (ὁ Ἀριστοτέλης) ἐν τῷ Περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ὅπερ τινὲς εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσι. Philoponus De generatione & corruptione libro I. εἴρηκε δὲ, (ὁ Ἀριστοτέλης) καὶ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ὅ τινες εἰς Θεόφραστον ἀναφέρουσι.

Ἀκροάσεως, ά, β′] Reſpexit Galenus de ſubſt. natur. facult. ὥσπερ οὐδ' Ἀριστοτέλους, ἢ Θεοφράστου τὰ μὲν τοῖς πολλοῖς γεγραφότων· τὰς δ' Ἀκροάσεις τοῖς ἑταίροις.

Περὶ ἀνέμων, α′] Exſtat. Citatur ab Alexandro Aphrod. in Metaph. lib. II.

Περὶ βασιλείας, α′] Infrà, in eodem Catalogo, iterum commemoratur idem opus, ſed in duos libros diſtributum. Mentio fit infrà & τοῦ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας. Putabat Meurſius idem eſſe opus; quod negligentiâ Librariorum malè bis repetitum fuiſſet; atque hîc legendum α′, β′. ſiquidem Theophraſtus ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας numero plurali citatur Plutarcho in Themiſtocle, & Dionyſio Halicarnaſſeo libro v. Sed diverſum eſſe putabat Περὶ βασιλείας Κυπρίων, cujus meminit Suidas in Τιάρα. Ceterùm, dubitatum fuiſſe an liber de Regno ad Caſſandrum, Theophraſti eſſet, docet nos Athenæus libro IV. Θεόφραστος ἐν τῷ πρὸς Κάσανδρον περὶ βασιλείας, εἰ γνήσιον τὸ σύγγραμμα· πολλοὶ γὰρ αὐτὸ φασιν εἶναι Σωσιβίου, εἰς ὃν Καλλίμαχος ὁ ποιητὴς ἐπινίκιον ἐλεγειακὸν ἐποίησεν.

Περὶ βίων, α′, β′, γ′] Ex hoc opere eſſe cenſent Meurſius & Jonſius, quæ citantur ex Theophraſto à Plutarcho in Vita Lycurgi, Solonis, Periclis, Alcibiadis, Ariſtidis, Lyſandri, Niciæ, Ageſilai, & Demoſthenis.

Περὶ γήρως α′] Hujus libri Fragmentum cenſebat idem Meurſius, quod ex Theophraſto profertur à Stobæo Serm. XII. Ἀνὴρ εἰς Λακεδαίμονα ἀφίκετο Χῖος, γέρων ἤδη ὤν, Τὰ μὲν ἄλλα ἀλαζών, ᾐδεῖτο δὲ ἐπὶ τῷ γήρᾳ· καὶ τὴν τρίχα, πολιὰν οὖσαν, ἐπειρᾶτο βαφῇ ἀφανίζειν. Niſi fortè aliquis deſumptum malit ex libro Περὶ ψευδοῦς καὶ ἀληθοῦς, de quo infrà. Ex hoc de Senectute opere petitum & vocabulum Τυμβογέρων eſſe arbitrabatur Meurſius, de quo, ex Theophraſto, Suidas, & Etymologici Auctor, in Τυμβογέροντες.

Τῆς μεταρσιολεσχίας, α′] Idem opus eſſe exiſtimabat Meurſius, quod Περὶ μετεωρίων apud Plutarchum in Quæſt. Græc. inſcribitur, & cujus fragmentum ibi ſubjungitur. Obſervandum autem librum quartum citari à Plutarcho; ac proinde apud Diogenem, qui unum tantùm nobis tradit, numerum corruptum eſſe. 43

Ἐρωτικὸς, α′] Citatur Athenæo XII. 2. & XIII. 2. & 8.

Περὶ ἔρωτος α′] Meminit Strabo libro X. & reſpexere Gellius VII. 8. & Plinius IX. 8. niſi Ἐρωτικὸν potiùs reſpexiſſe malis. τὸν Ἐρωτικὸν & τὸν περὶ ἔρωτος unum eumdemque fuiſſe Gudio videbatur. Alterutrum intelligebat Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. IV. ubi ex Theophraſto infandum ſcelus Glaucæ Chiæ refert.

Περὶ εὐδαιμονίας, α′] Laudatur ab Athenæo libro XII. cap. XI. & XIII. 2. nec non à Cicerone libro V. de Finibus, & Tuſculan. Quæſtionum libro V. Meurſius idem opus eſſe exiſtimat, quod inferiùs Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας appellatur; ibique malè repetitum.

Περὶ εἰδῶν, β′] Περὶ ἠθῶν, reſcribendum ſuſpicabatur Meurſius. Citatur ab Aſpaſio ad Ethic. l. 4. c. 1. Theophraſtus ἐν τῷ Περὶ ἠθῶν, atque ἐν πρώτῳ Περὶ ἠθῶν, à Michaële Epheſio ad Ethic. l. V. c. 1. Andrantus quidam quinque libros, Περὶ τῶν παρὰ Θεοφράστῳ, ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν, καθ' ἱστορίαν καὶ λέξιν ζητουμένων, ſcripſerat: quos libros vendicavit ſibi quidam Hephæſtion. Auctor Athenæus libro XV.

Περὶ ἐπιλήψεως, α′] Apuleius in Apologia: *Longum eſt, ſi velim Theophraſti quoque ſententiam de eodem morbo recenſere. Eſt enim etiam ejus egregius liber* DE CADUCIS.

Περὶ ἐνθουσιασμοῦ, α'] Athenæus XIV. 5. ὅτι καὶ νόσους ἰᾶται Μουσική, Θεόφραστος ἱστόρησεν ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμοῦ. Apollonius Alexandrinus Hiſtor. Comment. c. 49. citat numero plurali Περὶ ἐνθουσιασμῶν. profertque inde verba Theophraſti, ἰᾶται ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα, καὶ ἐπιληψίαν: quæ reſpexit Athenæus dicto loco: & Plinius XXVIII. 2. *Dixit Homerus proſtuvium ſanguinis, vulnerato femine, Ulyſſem inhibuiſſe carmine: Theophraſtus, Iſchiadicos ſanari.* Apud Gellium capite 13. libri quarti hæc leguntur: *Creditum hoc à pleriſque eſt, & memoriæ mandatum, Iſchiaci cùm maximè doleant, tum ſi modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrimè in libro Theophraſti ſcriptum inveni, viperarum morſibus tibicinem ſcitè modulateque adhibitum mederi.* Muretus Variarum Lectionum lib. XIV. cap. 6. dubitat de his quæ hoc loco Gellius retulit: quia, inquit, non lenibus modulis levari Iſchiacos ſcripſerat Theophraſtus, ſed harmoniâ Phrygiâ, ut patet ex ſuprà recitatis Athenæi verbis; quæ harmonia omnium vehementiſſima eſt, & aptiſſima ad animos audientium divino quodam furore incitandos, & quam propterea adhibebant in orgiis Bacchi & Berecynthiæ.

Περὶ ἑτεροφωνίας ζώων τῶν ὁμογενῶν, α'] Athenæus IX. 10. Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ Περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν, οἱ Ἀθήνησι, φησί, πέρδικες ἐπὶ ταῖς τοῦ κορυδαλοῦ, πρὸς τὸ ἄστυ, κακκαβίζουσιν. οἱ δὲ ἐπέκεινα, τιττυβίζουσιν.

Περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων, α'] Exſtat ejus libri fragmentum.

Περὶ τῶν δακετῶν, καὶ βλητικῶν, α'.] Athenæus VII. 18. Θεόφραστος δ', ἐν τῷ Περὶ τῶν δακετῶν καὶ βλητικῶν, διαπέμπεσθαί φησι τὴν νάρκην τὴν ἀπ' αὐτῆς δύναμιν. Apuleius in Apologia. *Gratulor neſcire iſtos, legiſſe me Theophraſti quoque* Περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν. Vide ſuprà ubi de libro περὶ ἐνθουσιασμοῦ.

Περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φθονεῖν, α'] Sic quoque MS. Palat. Malè ceteræ Editiones φρονεῖν. Apuleius loco laudato: *Quibus tamen* (Theophraſtus) *in alio libro quem* De invidentibus animalibus *conſcripſit, remedio eſſe ait exuvias ſtellionum.* φθονεῖν quoque eſt in fragmento quod ex hoc libro profert Photius in Bibliotheca. Hos Theophraſti libros reſpexit Plinius VIII. 29. 31. & 57. & Ælianus Hiſtor. Animalium. III. 17.

Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαμενόντων, α'] Meminit Athenæus libro VII. cap. 18. Θεόφραστος, ἐν πέμπτῳ Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ διαιτωμένων, ἔγχελύν φησι, καὶ μύραιναν, πολὺν χρόνον δύνασθαι ἔξω τοῦ ὑγροῦ ζῆν. Et cap. 19. Ἐν δὲ τῷ Περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διατριβόντων ζώων, εὐδέχεσθαί φησιν τοὺς πολύποδας τὴν θάλασσαν. Primo loco librum quintum citat: unde corruptum eſſe numerum apud Laërtium apparet. Sed ibi fortè legendum, ex Laërtio, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν ξηρῷ, &c. ut viſum Caſaubono ad Athenæum.

44 Περὶ τῶν τὰς χρόας μεταβαλλόντων, α'] Meminit Athenæus VII. 19. Ejus libri fragmentum profert Photius in Bibliotheca. Reſpexit Plinius X. 29. Malè hîc Editio Frobenii, τὰς χρείας.

Περὶ τῶν φωλευόντων, α'] Athenæus II. 22. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Περὶ φωλευόντων, οἱ κοχλίαι, φησί, φωλεύουσι μὲν καὶ τοῦ χειμῶνος, μᾶλλον δὲ τοῦ θέρους. Meminit iterum III. 23. & VII. 18. Scholiaſtes Theocriti ad I. Idyll. ψ. 115. laudat Theophraſti & Sopatri librum περὶ ἄρκτων φωλεῶν: quem non puto alium fuiſſe ab illo περὶ τῶν φωλευόντων.

Περὶ ζώων, α', β', γ', δ', ε', ς', ζ'] Citatur ἐν τρίτῃ Περὶ ζώων Athenæo I. IX. Meminit non ſemel Ælianus in libris de Hiſt. animalium. Inde petita quæ de perdicibus Paphlagoniæ traduntur à Gellio XVI. 15. & ab Ælianо X. 35. & XI. 40.

Περὶ ἡδονῆς, α'] In quo citatur Athenæo libro XII. cap. 1. & cap. 4. In ceteris Editionibus, nec non in Regio Codice, ſequitur, Περὶ ἡδονῆς ἄλλο, α'. Ceterum librum illum Περὶ ἡδονῆς Athenæus VI. 21. Chamæleonti Pontico adſcribit: ὡς ἱστορεῖ Χαμαιλέων ἐν τῷ Περὶ ἡδονῆς (τὸ δ' αὐτὸ βιβλίον καὶ ὡς Θεοφράστου φέρεται) &c.

Θέσεις, κδ'] Theon in Progymnaſ. παραδείγματα δὲ τῶν Θέσεων γυμνασίας λαβεῖν παρά τε Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου· πολλὰ γάρ ἐστιν αὐτῶν βιβλία, Θέσεων ἐπιγραφόμενα. Athenæus libro IV. Σὺ δὲ, μόνον ἐν Ἀθήναις μένων, εὐδαιμονίζεις, τὰς Θεοφράστου Θέσεις ἀκούων. Malè infrà, iterùm commemorari Θέσεις γ' exiſtimabat Meurſius, & Poſitiones illas reſpexiſſe Anonymum, in Altercatione Synagogæ & Eccleſiæ. *Ethicæ*, inquit, *inventor Socrates fuit: de qua Theophraſtus* XXIV. *Libros ſecundùm Poſitivam ſcripſit.* In quibus verbis nomen Theophraſti quod exciderat, rectè repoſuit ipſe Meurſius: quis enim umquam tale quid Socratem ſcripſiſſe, ſcripſit: Numerus autem Librorum convenit cum eo quem Laërtius tradit. Ceterùm, opus iſtud Theophraſti oſtreo ſcriptum fuiſſe, dictitabat Crantor Philoſophus, ut eſt apud Laërtium in Crantoris Vita.

Περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, α'] Citatur Galeno Commentario I. in Hippocratis Aphoriſmos.

Περὶ ἰλίγγων, καὶ σκοτώσεων, α'] Exſtat ejus Fragmentum; quod Photio debetur; qui & fragmentum profert libri περὶ ἱδρώτος qui ſequitur, ſed quem περὶ ἱδρώτων plurali numero appellat.

Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως, α'] Περὶ καταφάσεως, ſimpliciter dicitur Alexandro Aphrodiſeo; qui hujus libri meminit libro III. in Topica, in Priora Analytica l. 1. cap. 1. & 5. & in Metaphyſica l. IV. Plenè, ut hîc, citatur Boëthio in librum Ariſtotelis de Interpretatione: *Sicut ſe in Affirmationibus habet, ita quoque in Negationibus, ut Theophraſtus acutiſſimè perſpexit.* Galenus in hunc Theophraſti de Affirmat. & Negat. Librum ſingularem Commentariorum libros ſex ſcripſit, ut teſtatur ipſe in libro de libris propriis, his verbis: Εἰς τὸ Περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως Θεοφράστου, Ὑπομνήματα ἕξ. Scripſit in eumdem & Porphyrius, teſte Boëthio in Commentariis ad librum Ariſtotelis De Interpretatione.

Καλλισθένης, ἢ Περὶ Πένθους, α'] Cicero libro III. Tuſc. *Theophraſtus, interitum deplorans Calliſthenis, ſodalis ſui, rebus Alexandri proſperis angitur. Itaque*

dicit Calliſthenem incidiſſe in hominem ſummâ potentiâ, ſummâque fortunâ, ſed ignarum quemadmodum rebus ſecundis uti conveniret. & libro v. *Vexatur idem Theophraſtus & libris & ſcholis omnium Philoſophorum quòd in Calliſthene ſuo laudarit illam ſententiam*, Vitam regit Fortuna, non Sapientia. Meminit & Alexander Aphrodiſeus l. II. de Anima extremo: φανερώτατα δὲ Θεόφραστος δείκνυσι ταὐτὸν ὂν τῷ καθ' εἱμαρμένην τῷ κατὰ φύσιν, ἐν τῷ Καλλισθένει.

Περὶ κόπων, α'] De quo Galenus Ὑγιεινῶν libro III. Εἰκὸς τοίνυν ἐστὶ πρῶτόν τε καὶ μάλιστα, καὶ συνεχέστατα περιπίπτειν ἁμαρτήμασι νεκνίσκον γυμναστικὸν, ἃ κόπος ἐστίν. ὑπὲρ οὗ πολλάκις μὲν ἤδη πολλοῖς, οὐκ Ἰατροῖς μόνοις, καὶ Γυμνασταῖς, ἀλλὰ καὶ Φιλοσόφοις εἴρηται· ὥσπερ καὶ Θεόφραστῳ, βιβλίον ὅλον ὑπὲρ αὐτοῦ γράψαντι. Ejus libri fragmentum debemus Photio. Eum verò ferè totum ex Ariſtotelis problematibus conflatum eſſe, quemvis judicare poſſe, ſcribit Hieronymus Mercurialis Variarum Lectionum lib. I. cap. 9.

Περὶ κινήσεως, α', β', γ'] Atqui citatur ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ κινήσεως Simplicio Phyſ. libro I. Ergo hîc numeros excidiſſe, verè Meurſius exiſtimabat. Infrà repetitur Περὶ κινήσεως, α', β'. Malè, ut cenſet idem Meurſius. Sed fortaſſe Theophraſtus, exemplo Præceptoris ſui, Ariſtotelis, idem argumentum ſæpius tractaverat. Eorum quæ Ariſtoteles de motu tradidit, ſynopſim ſcripſiſſe Theophraſtum credidit Hermolaus Barbarus: ita enim hunc locum Themiſtii Paraphraſeos ad librum I. de Anima, ὁ δὲ τῶν Ἀριστοτέλους ἐξεταστὴς ἀνίσταται τοῖς εἰλημμένοις. οὔτε γὰρ, φησὶν, ὡς αὐτὴ κινεῖται κινήσεις, καὶ τὸ σῶμα κινεῖ, &c. ὧν ἔοικεν ἐκλελῦσθαι παντάπασι· καίτοι συνοψιν ἐκδεδωκὼς τῶν περὶ κινήσεως εἰρημένων Ἀριστοτέλει, interpretatur: *Sed reſiſtit huic loco Theophraſtus, in iis libris, in quibus tractat locos ab Ariſtotele ante tractatos*, &c. Sed verum eſt quod Petrus Petitus, eruditiſſimus Medicus Pariſienſis, exiſtimabat, hunc Ariſtotelis ἐξεταστὴν, Galenum eſſe, qui in libris quos ſcripſit ἀποδείξεως, omnes Ariſtotelis demonſtrationes quæ in libris Phyſicis exſtant, excuſſerat: quo nomine Ἀριστοτέλους ἐξεταστὴς dici meruit Themiſtio.

Περὶ λίθων, α'] Exſtat. Citatur Athenæo libro III. c. 13. ubi ex eo opere locum profert.

Περὶ λοιμῶν α'] Exemplo Democriti, qui librum περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν, ſcripſerat; de quo nos ad Democritum.

Περὶ λειποψυχίας α'] Exſtat fragmentum apud Photium.

Μεγαρικὸς, α'] Meminit ipſe Diogenes infrà in cognomine Cynico.

Περὶ μετάλλων,] Olympiodorus in Met. libro III. ubi de Ariſtotele: ὁ μέντοι τούτου μαθητὴς Θεόφραστος ἔγραψεν ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου μετάλλου. Meminit & Suidas; ubi de libris Theophraſti. Citatur in κεγχρεών & Harpocrationi: Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Μετάλλων. Idem opus eſt, quod à Polluce x. 31. & ab Heſychio in προσφυῆ, in σκαρφῶν, & in σύζωσμα, appellatur τὸ Μεταλλικόν: & quod ab Alexandro Aphrodiſeo, Περὶ τῶν μεταλλευομένων; ut verè Meurſius. Ariſtotelis ſit, an Theophraſti, dubitat Pollux VII. 23. ubi de metallis & metallorum foſſoribus. τὸ δὲ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὸν σίδηρον κατεκερᾶννυσαν, ΠΕΡΙΟΔΟΣ κέκληται ἐν τῷ Περὶ μετάλλων, εἴτε Ἀριστοτέλους ἐστὶ τὸ βιβλίον, εἴτε Θεοφράστου.

Περὶ μέλιτος, α'] Exſtat & hujus libri fragmentum apud Photium in Bibliotheca.

Μεταρσιολογικῶν, α', β'] Περὶ μεταρσίων, dicitur Plutarcho in Quæſt. Græc. ubi citatur Theophraſtus ἐν Τετάρτῃ Περὶ μεταρσίων. Inde obſervat Meurſius, mutilatum ejus Operis librorum numerum eſſe in Diogene noſtro. Superiùs ipſe Diogenes inter Theophraſti libros recenſuit librum ſingularem τῆς μεταρσιολεσχίας.

Περὶ μέθης, α'] Citatur Athenæo x. 6. XI. 3. & 13.

Νόμων κατὰ στοιχεῖον, κδ'. Νόμων ἐπιτομῆς ί] Infrà, etiam commemoratur Περὶ νόμων α'. In his de legibus libris tractaverat Theophraſtus omnium ferè civitatum, non Græciæ modo, ſed etiam Barbariæ Leges. Cicero de Finib. v. *Omnium ferè civitatum non Græciæ tantùm, ſed etiam Barbariæ ab Ariſtotele mores, inſtituta, diſciplinas, à Theophraſto Leges etiam cognovimus.* Ex illis eſſe nullus dubito quæ in Digeſtis tit. de Legibus non uno loco ex Theophraſto referuntur. Citantur ἁπλῶς Joſepho libro I. contra Appionem Suidæ in Ἄρδηττος, Harpocrationi itidem in Ἄρδηττος, & in δώρων γραφὴ, & in κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. Athenæo VIII. 16. Polluci VIII. 6. & Zenobio Centuriâ IV. 36. in Proverbio Θεὸς ἡ Ἀναίδεια. Tertium librum citat Harpocration in Ἐφορία; quartum in καταχειροτονία: decimum Pollux x. 2. Athenæus x. 2. Suidas in συστομώτερος, & Harpocration in σκαφηφόρος. undecimum idem Harpocration in ἰστέλης· decimum tertium idem in ὅτι οἱ ὠλόντες· decimum quintum Harpocration & Suidas in φαρμακός· decimum ſextum idem Harpocration in φρεάττοι & ὑποφενία, & Etymologiſta in φρεάττοι & ὑποφενίκη· decimum octavum idem in οὐσίας δίκη· & viceſimum Harpocration in ἀποβάτης. Ex his quædam refert Stobæus.

Περὶ ὀδμῶν] Exſtat; & citatur Athenæo. Ceterùm inde conſtat falli Phrynichum, qui ὀδμὴ negat Atticam eſſe vocem; quique Xenophontem, qui eâ uſus ſit, violaſſe leges patrii ſermonis, ait.

Νομοθετῶν, δ'] Reſpexit Cicero de Leg. libro II. 45
Quid quod Zaleucum iſtum (ſermo eſt de Legumlatoribus) *negat ullum fuiſſe Timæus? M. Ait Theophraſtus; auctor haud deterior, meâ quidem ſententiâ.*

Πολιτικῶν, ε'] Harpocrationi, in Ἀσπασία, citatur ἐν τετάρτῳ τῶν πολιτικῶν. Putabat Meurſius idem eſſe Opus quod infrà memoratur Πολιτικῶν β'. ac numerum hîc atque illic depravatum: nam octo libri erant, quot ſunt item Ariſtotelis. Auctor Diogenes noſter in Indice Librorum Ariſtotelis: Πολιτικῆς ἀκροάσεως, ὡς ἡ Θεοφράστου, ή.

Πολιτικὸν πρὸς τοὺς καιρούς, δ'] Πολιτικῶν, MS. Regius. Et ita Harpocration in Ἐπίσκοπος: Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιρούς, φησὶν οὕτω. Parthenius quoque librum primum ci-

tat in inſcriptione cap. 18. libri ſui Ἐρωτικῶν; ubi, quam de Neæra hiſtoriam refert, ex libro primo Politicorum Theophraſti Πρὸς τοὺς καιροὺς, depromptam eſſe teſtatur: *ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν α'. τῶν πρὸς καιρούς.* Citat & librum undecimum in inſcriptione cap. IX. de Polycrite: *Γράφει περὶ αὐτῆς καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ ια'. Πρὸς τοὺς καιρούς.* Sed cùm Laërtius quatuor duntaxat ejus Operis libros recenſeat, corruptum ibi locum exiſtimabat Mauſſacus ad Harpocrationem, & legendum ἐν τῷ α'. Sanè Cornarius, Parthenii interpres, legerat ἐν τῷ δ': ſiquidem vertit *in quarto.* Horum librorum meminit & Suidas in Ἀρχὴ Σκυρία· *ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς Πρὸς τοὺς καιρούς*: ſi vera eſt Mauſſaci emendatio; ita hunc locum magnâ fiduciâ legentis: pro eo quod hodie legitur in vulgatis codicibus, *ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς.* ſed recepta lectio recta eſt, nam & περὶ καιρῶν libros duos ſcripſerat Theophraſtus: de quibus infrà. Certè, eodem modo legitur apud Apoſtolium Cent. IV. Proverb. 31. quod Meurſius obſervavit; qui vulgatam lectionem amplecti videtur. Ceterùm, in his Politicorum πρὸς τοὺς καιροὺς libris, tractabat Theophraſtus quæ eſſent in Rep. inclinationes rerum & momenta temporum. Obſervabat Meurſius ex Cicerone de Finib. V. *Theophraſtus* (ſcripſit) *quæ eſſent in Rep. inclinationes rerum, & momenta temporum; quibus eſſet moderandum utcumque res poſtularet.* πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς καιρούς dicunt Græci, quod Latini *ſervire tempori*: qua de re videndus omnino Valeſius ad Harpocrationem. Ad hos verò Theophraſti libros librum ſingularem Plutarchus ſcripſerat. Auctor Lamprias in Elencho Librorum patris ſui Plutarchi, numero LI. Περὶ Θεοφράστου πρὸς τοὺς καιρούς· id eſt, de Theophraſti libro, inſcripto Πρὸς τοὺς καιρούς. ubi tamen Valeſius ad Harpocrationem, malebat πρὸς Θεόφραστον, id eſt, *adverſus Theophraſtum:* vel potiùs κατὰ: niſi fortè ὑπέρ. Voſſius de Hiſtor. Græcis libro I. cap. 9. Libros Theophraſti περὶ καιρῶν à Libris πρὸς καιρους non diſtinguit; in quo vir magnus fallitur. Sed de his, nos poſteà.

Περὶ τῆς ἀρίστης πολιτείας, α'.] Reſpexit Cicero de Legibus III. *Fleraque ſunt dicta in his libris, cùm de optima Republica quæreretur. Sed hujus loci de Magiſtratibus ſunt propria quædam à Theophraſto quæſita ſubtiliùs.* Et lib. II. De Divinatione. *His libris annumerandi ſunt ſex de Republica quos tunc ſcripſimus, cùm Reipublicæ gubernacula tenebamus. Magnus locus Philoſophiæque proprius, à Platone, Ariſtotele, Theophraſto, totâque Peripateticorum familiâ, tractatus uberrimè.*

Προβλημάτων συναγωγῆς, α', β', γ', δ', ε'.] Anonymus in Poſteriora Analytica lib. II. Θεόφραστος δὲ, καὶ ἐπραγματεύσατο Περὶ τῆς συναγωγῆς τῶν ὁμοίων προβλημάτων.

Περὶ παροιμιῶν, α'.] Citatur Harpocrationi in Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, & Apoſtolio Cent. IV. Proverb. 2. & Cent. VI. Proverb. 36. Meminit & Stobæus Sermone XIX. *γνῶθι σαυτὸν, ὡς παροιμία λαμβάνεται· μαρτυρεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ παροιμιῶν·* & reſpexit Suidas in *ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν.*

Περὶ πυρὸς, α', β'.] Exſtat; ſed unus liber duntaxat.

Περὶ πνευμάτων, α'.] Περὶ πνεύματος, numero ſingulari, reſcribendum putabat Meurſius; atque id ipſum eſſe opus quod comparet inter Opera Ariſtotelis, ſubjunctum libris De generatione animalium. Ariſtotelis non eſſe exiſtimant viri docti. Ut germanum opus Ariſtotelis laudatur paſſim à Julio Scaligero in Exercitationibus contra Cardanum, præſertim Exercit. CCLXXIII. ſect. 1. & 2. Ejus verba ex prima ſectione merentur adſcribi: *Quid autem ſit ſpiritus is, atque unde, in perplexiſſimo Commentario potiùs reliquit nobis perpendendum quàm explicuerit ipſe. Quem libellum nos ſæpe Latinum fecimus, ſæpe factum concerpſimus. Addidimus tamen nuper etiam Commentarios, qui magno in periculo ſunt, ne eodem fungantur fato.*

Περὶ παραλύσεως, α'.] Fragmentum habes in Bibliotheca Photii.

Περὶ πνιγμοῦ, α'.] Citatur Athenæo II. 25.

Περὶ παθῶν, α'.] Meminit Simplicius in Categorias.

Περὶ σημείων, α'.] Exſtat: ſed malè Librarii in fruſta diſſecuerunt: qua de re videndus Meurſius. Citatur à Proclo in Timæum Platonis Commentario IV.

Τοπικῶν, β'.] Laudantur non ſemel Alexandro Aphrodiſeo in Topica Ariſtotelis libro I. & in Metaphyſica lib. IV. item Simplicio in Categorias.

Περὶ ὕδατος, γ'.] Meminit Alexander Aphrod. in lib. de Senſu & ſenſ. Item Athenæus II. 4. qui numero plurali περὶ ὑδάτων appellat. Reſpexit Olympiodorus in Meteor. lib. I. Θεόφραστος δὲ οὐ μόνον τὴν ψύξιν λέγει αἰτίαν τῆς τοῦ ὕδατος γενέσεως, ἀλλὰ καὶ τὴν πίλησιν. Signat Antigonus Caryſtius Hiſtor. Mirab. CLXXIV. nec non Ælianus de Hiſtor. Animal. IX. 64. niſi potiùs reſpexerit ad id quod ait Theophraſtus VI. 14. de cauſis Plantarum, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ φυόμενα, γλυκύτητί τινι καὶ ἑτέροις χυλοῖς φέρεται καὶ συνίσταται, καθάπερ ἰχθὺς, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἐν αὐτῇ.

Περὶ ὕπνου καὶ ἐνυπνίων, α'.] Hinc petita eſſe, quæ à Plinio XXVIII. 4. proferuntur, rectè conjecit Meurſius: *Ariſtoteles & Fabianus plurimum ſomniari circa vernum & autumnum tradunt: magiſque ſupino cubitu, & prono nihil. Theophraſtus, celeriùs concoqui dextri lateris incubitu, difficiliùs à ſupinis.*

Περὶ φιλίας, γ'.] Memoratur à Gellio I. 3. *Super hac quæſtione, cùm ab aliis, ſicuti dixi, multis, tum vel diligentiſſimè à Theophraſto diſputatur. Viro in Philoſophia Peripatetica modeſtiſſimo, doctiſſimoque. Eaque diſputatio ſcripta eſt, ſi rectè meminimus, in libro De Amicitia primo.* Reſpexit ſine dubio hunc librum Plutarchus in Catone Minore; ubi ait, κινδυνεύει τὸ λίαν φιλεῖν, ὥς φησι Θεόφραστος, αἴτιον τοῦ μισεῖν γίνεσθαι πολλάκις. Et Sanctus Hieronymus in Oſee, proœmio libri III. *Quamquam & amor recipiat errorem, pulcrumque ſit illud Theophraſti, τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον.* Sed notandum obiter, hoc Theophraſti dictum Platoni tribui à Sto-

bæo Serm. XXI. qui locum Platonis profert ex libro V. de Legibus. Refertur & à Plutarcho in Quæſt. Platonicis.

Περὶ φιλοτιμίας, β'.] Cicero ad Atticum II. 3. *Θεοφράστου Περὶ φιλοτιμίας affer mihi, de libris Quincti Fratris.*

Περὶ φύσεως, γ'.] Meminit Philoponus libro I. de Natur. auſcult.

46 Περὶ φυσικῶν, ιή.] Meminit paſſim Simplicius in Phyſica Ariſtotelis, & de Anima lib. III. nec non in Categorias. Meminit & Alexander Aphrodiſeus in Metaphyſica lib. I. & Themiſtius lib. III. de Anima.

Περὶ φυσικῶν ἐπιτομῆς, β'.] In quam commentarios ſcripſerat Simplicius. Teſtatur ipſe in librum de Anima II. *καὶ σαφέστερόν μοι ταῦτα ἐν τῇ Ἐπιτομῇ τῶν Θεοφράστου Φυσικῶν διώρισται.*

Περὶ φυσικῶν ἱστοριῶν, ί. Φυσικῶν αἰτιῶν, ή.] Reſcribendum utroque loco Φυτικῶν, rectè monent Viri docti, Caſaubonus & Meurſius: intelligit enim libros περὶ φυτῶν ἱστορίας, & περὶ φυτῶν αἰτιῶν. Vox φυσικῶν, quæ ter proximè præceſſerat, fraudi fuit Librario. Libri de cauſis Plantarum Φυτικὰ paſſim vocantur. Varro lib. I. de Re Ruſtica capite 5. *Equidem innumerabiles mihi videntur, inquit Agrius, cùm lego libros Theophraſti complures, qui inſcribuntur φυτῶν ἱστορίας, & alteri φυτικῶν αἰτιῶν.* Athenæus II. 14. Θεόφραστος δὲ ἱστορεῖ ἐν Αἰτίοις Φυτικοῖς, ὅτι θέρμος, &c. Clemens Strom. III. Θεόφραστος γοῦν, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Φυτικῶν Αἰτίων, τὰ κελύφη τῶν κυάμων περὶ τὰς ῥίζας τῶν νεοφύτων δένδρων περιτιθέμενα, ξηραίνειν τὰ φυόμενα ἱστορεῖ. Ariſtophanis Enarrator ad Equites: τὰς δὲ θαλαττίας καὶ Ἀριστοτέλης ἀκαλήφας ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ζώων· καὶ Θεόφραστος, ἐν ἑβδόμῳ Φυτικῶν. Apollonius Alexandrinus Hiſtor. Mirab. cap. 56. Θεόφραστος, ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Φυτικῶν Αἰτιῶν. Libri de Hiſtoria Plantarum, ferè ſemper περὶ φυτῶν ἱστορίας, aut etiam ſimpliciter περὶ φυτῶν, appellantur. Sed tamen & Φυτικῶν ἱστοριῶν dici poſſunt: & ita Athenæo dicuntur III. 4. Θεόφραστος ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Φυτικῆς ἱστορίας τάδε γράφει. Et deinde: ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τῆς Φυτικῆς ἱστορίας, &c. Duplex opus φυτικὸν, quod perperam Librarii veteres in unum cogebant; generali nomine Apollonius Hiſtor. Mirab. XVI. 29. τὴν περὶ φυτῶν πραγματείαν vocavit. Utrumque opus uno τῶν φυτικῶν nomine Veteres deſignaſſe, & citaſſe indiſtinctè, exiſtimabat Meurſius; ex his Scholiaſtæ Nicandri ad Alexipharmaca verbis, Θεόφραστος μὲν οὖν, ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν Φυτικῶν κάρυον αὐτὸ προσηγόρευσε. Quæ ſententia, ex Apollonii, Harpocrationis, & aliorum locis confirmari poſſet. Exiſtimabat & hoc 14. Φυτικῶν libro, quartum De Cauſis Plantarum intelligi. Sed fruſtrà: nam ibi legendum ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν φυτικῶν. Scripſerat Librarius ΕΝΤΩιΔ', cum jota ſubſcripto ad latus, ut fieri ſolet: illud Librarius alter cum litera numerali δ' conjunxit; unde numerus decimus quartus effectus eſt ιδ'. Sed hæc ſunt levia. Obſervandum potiùs; quod Meurſius obſervavit; ſcripſiſſe hos de Hiſtoria Plantarum Libros Theophraſtum, ſummum Athenis magiſtratum obtinente Nicodoro; hoc eſt, Olympiadis centeſimæ & decimæſextæ anno tertio; cui etiam eos dicavit; ut auctor eſt Plinius III. 5. Ad Plinii verba, videatur Meurſius.

Περὶ χυλῶν, έ.] Meminit Theophraſtus ipſe Hiſtor. Plant. I. 19. ὑπὲρ ὧν ἁπάντων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς Περὶ χυλῶν ῥητέον. Et Galenus libro contra Lycum; ubi Περὶ χυλοῦ vocat, numero ſingulari: οἴεται μηδεμίαν εἶναι ἐν αὐτοῖς διαφορὰν, ἀλλὰ μάτην μὲν Ἱπποκράτην διαφορὰν εἰρηκέναι, μάτην δὲ Θεόφραστον ὅλην πραγματείαν γεγραφέναι περὶ χυλοῦ.

Περὶ ψυχῆς, θέσις μία] Citatur paſſim à Themiſtio Comment. ad Ariſt. libros De Anima. Commentario III. librum II. Theophraſti de Anima citat idem Themiſtius: quare hîc Meurſius reponebat pro θέσις μία, θέσεις μα'. hoc eſt, *Poſitiones* XLI. Tamen Palat. Codex θέσις ά.

Περὶ γελοίου] Memoratur Athenæo VIII.

Περὶ τῶν διαφορῶν, ά.] Athenæus VII. 19. ἐν δὲ τῷ Περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν, ὁ Θεόφραστος πολύποδας οὐ γίνεσθαί φησι περὶ Ἑλλήσποντον.

Περὶ διαβολῆς, ά.] Idem liber infrà memoratur; unde expungendus.

Περὶ ἐπαίνου, ά.] Inde ſumptum putabat Meurſius quod Plutarcho memoratur in Vita Agidis & Cleomenis: φυόμεναι γὰρ ἐν τοῖς τηλικούτοις αἱ ἀρεταὶ, καὶ βλαστάνουσαι, ὡς φησι Θεόφραστος, ἐπιβεβαιοῦνται τοῖς ἐπαίνοις.

Ἐπιστολῶν, γ'] Quarum mentio apud Ptolemæum Hephæſtionis filium, in Excerptis Photii. Recenſentur infrà Ἐπιστολαὶ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι.

Περὶ ἐκκρίσεων, ά.] Ita quoque Editio Stephani. Sed Baſileenſis & MS. Regius, Περὶ ἐκκρίσεως, in ſingulari numero.

Περὶ ἐνθυμημάτων, ά.] Meminit Scholiaſtes Hermogenis in Prolegomenis. Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται Τέχνη Ῥητορική, Περὶ ἐνθυμημάτων. 47

Περὶ εὑρημάτων, β'.] Citantur Clementi Strom. I. & Euſebio De Præpar. Evangel. X. 7. Σκάμων μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος, ἐν τοῖς Περὶ εὑρημάτων ταῦτα ἱστόρησαν. Item, Scholiaſtæ Homeri ad Iliad. ά. Ὡς γάρ φησι Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ εὑρημάτων, πρὶν ἢ μαθεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἀλεῖν τὸν Δημητριακὸν καρπὸν, οὕτω σώας αὐτὰς ἤσθιον. Et Pindari Olymp. XIII. Θεόφραστος δὲ, ἐν τῷ Περὶ εὑρημάτων, Ὑπέρβιον τὸν Κορίνθιόν φησιν εὑρηκέναι τὴν τοῦ κεραμικοῦ τροχοῦ μηχανήν. Cujus loci ſuprà ad Anacharſin meminimus. Ex eodem Theophraſti Opere, petita eſſe quæ de igne, à Prometheo cum Hominibus communicato, tradit nobis Scholiaſtes Apollonii ad I. II. verè exiſtimabat Meurſius; ut & quæ de rerum inventoribus ex Theophraſto commemorat Plinius VII. 56.

Ἠθικῶν σχολῶν, ά.] Ἠθικὰ ſimpliciter appellat Plutarchus in Pericle: ὁ γοῦν Θεόφραστος ἐν τοῖς Ἠθικοῖς διαπορήσας, εἰ πρὸς τὰς τύχας τρέπεται τὰ ἤθη, καὶ κινούμενα τοῖς τῶν σωμάτων πάθεσιν, ἐξίσταται τῆς ἀρετῆς, ἱστόρηκεν, &c. Et Michaël Epheſius ad E-

thic. lib. V. cap. 1. ἡ δὲ παροιμία Θεόγνιδός ἐστιν, ὡς Θεόφραστός φησιν, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ἠθῶν· ἐν δὲ τῷ πρώτῳ περὶ Ἠθικῶν, ὡς Φωκυλίδους αὐτῆς μέμνηται· ex quo loco, cùm ibi primus Ethicorum Theophraſti liber nominetur, rectè obſervat Meurſius, plures uno ſcriptos fuiſſe, numerumque excidiſſe in Diogenis codicibus.

Ἠθικοὶ χαρακτῆρες, ά.] Meminit Suidas; & Euſtathius ad Iliad. N. Exſtant hodie; ſed mutili: fallitur enim Victorius Variarum lectionum libro XVII. cap. 7. qui Theophraſti eſſe negat: quâ de re videndus omnino Caſaubonus in Prolegomenis ad ipſos Theophraſti Characteres. Tamen auctor, in epiſtola προσφωνητικῇ ad Polyclem, ſe illos ſcripſiſſe ait, cùm annos nonaginta novem jam vixiſſet. At Laërtius ſcribit, Theophraſtum vixiſſe dumtaxat quinque & octoginta. Adde quod Theophraſtum inter μακροβίους non numeret Cicero; non Lucianus; non Cenſorinus. Quare Caſaubonus in dictis Prolegomenis, legebat in Epiſtola illa, non ἐννενήκοντα ἐννέα, ſed, ut apud Laërtium, ἑβδομήκοντα ἐννέα. Recepta lectio confirmatur auctoritate omnium Codicum, teſte ipſo Caſaubono; & Tzetzis loco ſuprà memorato,

Θεόφραστος συνέγραψε πάλιν τοὺς Χαρακτῆρας
Ἐτῶν ὑπάρχων ἑκατὸν, πάρεξ ἑνὸς καὶ μόνου.

Sed & Hieronymus Epiſtolâ ad Nepotianum centum & ſeptem annos, & ampliùs, Theophraſtum vixiſſe ait. Verba ejus ſunt: *Unde & ſapiens vir Græciæ Theophraſtus, cum expletis centum & ſeptem annis ſe mori cerneret, dixiſſe fertur, ſe dolere, quòd tum egrederetur è vita quando ſapere cœpiſſet.* (Ita enim ibi rectè legit Caſaubonus. Malè in vulgatis *Themiſtocles*, pro *Theophraſtus*; hoc quippe dictum præter Ciceronem, tribuit Theophraſto & Laërtius, ut ſuprà vidimus) Quare mutavit ſententiam Caſaubonus, & in Nota ad dictum locum dictæ Epiſtolæ προσφωνητικῆς, niſi diversè traditum fuit tempus quo vixit Theophraſtus, dubium non eſſe ait mendum eſſe in Laërtii Codicibus, & ibi pro οθ' ſcribi debere ρζ' vel ρθ'. Infrà in hoc Indice & Ἠθικοὶ Χαρακτῆρες memorantur; ubi hæc verba expungebat Meurſius. Sed fortaſſe primo loco Characteres de Virtutibus, poſteriori de Vitiis, aut vice versâ, intelligit. Vidi, qui ſe Theophraſti Characteres de Virtutibus vidiſſe diceret; ſed non ego credulus illi. Hermippus Smyrnæus, teſtatur apud Athenæum ſingularem quamdam fuiſſe Theophraſti venuſtatem & induſtriam in exprimendis effingendiſque hominum moribus: quam laudem & Menandro, Theophraſti diſcipulo, tribuunt Vetteres. Fuit verò Hermippus ille Smyrnæus Theophraſti æqualis, ſi Caſaubono fides in Præfatione ad Theophraſti Characteres. Sed in eo falli Caſaubonum; & me, qui idem hîc in priori Obſervationum mearum in Laërtium editione ſcripſeram, ſcripſit, vir doctiſſimus idemque elegantiſſimus Humfredus Hody in recondita illa ſua contra Hiſtoriam Ariſteæ de LXX. Interpretibus Diſſertatione: eo potiſſimùm argumento: quòd cùm ipſe Hermippus ſcribat Theophraſtum in ſenectute ſolitum fuiſſe lectichâ ferri, Arceſilaum Pitaneum allegaret auctorem; ut docet Favorinus apud Laërtium. Sed pace doctiſſimi & elegantiſſimi viri liceat dixiſſe; potuit Hermippus Theophraſti vixiſſe temporibus, & omnia quæ ab eo acta ſunt, nota per ſe non habuiſſe; ut qui in alia quâ Theophraſtus, urbe moraretur. Accedit; ut eſt apud Voſſium libro I. cap. 16. de Hiſtoricis Græcis; quòd inter viros illuſtres quorum Vitas ſcripſit Hermippus, nullum deſcripſerit eorum qui poſt Theophraſtum claruerunt. Sed & ipſe Humfredus Hermippum extremis Theophraſti vixiſſe temporibus fatetur.

Περὶ ἱστορίας, ά.] Scripſit & ἱστορικὰ ὑπομνήματα, de quibus infrà.

Περὶ κολακείας, ά.] Meminit Athenæus VI. 16.

Περὶ θαλάττης, ά.] Quem librum reſpexit Alexander Aphrodiſeus in Metaph. libro I. ubi de mari agens ait, ταύτης τῆς δόξης ἐγένοντο, ὡς ἱστορεῖ ὁ Θεόφραστος, Ἀναξίμανδρός τε καὶ Διογένης. Et Antigonus Caryſtius Hiſtor. Mirab. cap. 145. Θεόφραστος δὲ, τὴν περὶ τὰς Αἰόλου νήσους (θάλατταν) ἀναζεῖν οὕτως, ἐπὶ δύο πλέθρων τὸ μῆκος, ὥστε μὴ δυνατὸν εἶναι, διὰ τὴν θερμασίαν ἐμβαίνειν εἰς ταύτην. Etiam Olympiodorus, ubi de mari diſſerit, in Meteor. lib. II. οὐκ ἄρα ἡ ὑποκειμένη γῆ αἰτία τῆς ἁλμυρότητος γίνεται. καὶ τίς ἄρα; λέγομεν, ὅτι τὶς ἄπεπτος οὐσία παρεμπίπτουσα ἐργάζεται τὴν ἁλμυρότητα, τουτέστιν ἡ καπνώδης ἀναθυμίασις, οὐκ ἐκ τῆς ὑποκειμένης γῆς ἀνιοῦσα, ὡς Θεόφραστος ἔλεγεν, ἀλλ' ἐκ τῆς περιξ γῆς.

Περὶ Κωμῳδίας, ά.] Memoratur Athenæo VI. 17.

Περὶ μετεώρων, ά.] Olympiodorus in Meteor. lib. I. τῆς δὲ λοξῆς κινήσεως τῶν ἀνέμων, ἄλλην μὲν αἰτίαν ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς οἰκείοις Μετεώροις ἀποδίδωσιν.

Περὶ λέξεως, ά.] Halicarnaſſeus lib. de compoſ. nom. εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ Φιλοσόφῳ κοινότερον, ἐν τοῖς Περὶ λέξεως. Et in Lyſia: ἐν γοῦν τοῖς Περὶ λέξεως γραφεῖσι, τῶν ἄλλων ὁ Θεόφραστος καταμέμφεται.

Περὶ μουσικῆς, ά.] Meminit Plutarchus Sympoſ. I. 5. ὁ μέν τοι Σόσσιος, ἐπαινέσας ἐκείνους, εἶπεν, ὡς εἰς χεῖρον ἂν τις ἐπιχειρήσειεν ὁρμηθεὶς ἀφ' ὧν Θεόφραστος εἴρηκεν περὶ μουσικῆς· καὶ γὰρ ἔναγχος, ἔφη, τὸ βιβλίον ἀνέγνων. Reſpexit Cenſorinus De Die Natali c. 12. *Nec verò incredibile eſt ad noſtros natales Muſicam pertinere. Hæc enim, ſive in voce tantummodo eſt, ut Socrates ait; ſive, ut Ariſtoxenus, in voce & corporis motu, ſive in his, & præterea animi motu, ut putat Theophraſtus: certè multum obtinet divinitatis, & animis permovendis plurimum valet.* Ex eo Theophraſti περὶ μουσικῆς opere, etiam eſſe putabat Meurſius quod profert Syrianus in Metaphyſ. lib. XIII. *Nec eſt unamquamque ipſarum reducere ad ſingulas conſonantias, ut ζ ad diateſſaron, aut ξ ad diapente, aut ψ ad diapaſon; ſed potiùs, quia tres ſunt modi probationis, per ſingulum una perficitur; hac quippe aſſignatione etiam Archinus uſus eſt, ut narrat Theophraſtus.* Idem opus uno alteroque loco reſpexiſſe Marcianum Capellam lib. de Muſica, obſervabat Meurſius.

Περὶ μέτρων, ά.] Quem librum ſignat Victorinus

Artis Grammaticæ lib. IV. ubi de vario Carminum genere: *His accedentem & conſentaneam Theophraſti opinionem eruditioribus literis haud prætermiſerim, aſſerentis, incentivum & non parvos impetus his quibus cordi eſt carmen, per metrorum numeros ſuggeri.*

Περὶ πλούτου, α'.] Meminit Cicero II. de Officiis: *Miror, quid in mentem venerit Theophraſto, in eo libro quem de Divitiis ſcripſit.* Et Euſtratius, ſive Aſpaſius, in Ethic. lib. IV. cap. I. ὡς γὰρ φιλαργυρίας τῆς αὐτοῦ μέμνηται ἄλλοι τε καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ ἠθῶν, καὶ ἐν τῷ Περὶ πλούτου. Ad hunc Theophraſti de Divitiis librum, Meurſius reſpexiſſe putabat Porphyrium de Abſtinent. animal. lib. IV. μεῖζον δὲ τούτου τὸ, τὸν πλοῦτον ἄζηλον, ὡς φησι Θεόφραστος, καὶ ἄπλουτον ἀπεργάζεσθαι, τῇ κοινότητι τῶν δείπνων, καὶ τῇ περὶ τὴν δίαιταν εὐτελείᾳ· niſi fortè id in Vitarum libris dixerit: nam eumdem locum repræſentat etiam Plutarchus in Lycurgo.

Περὶ ποιητικῆς, α'.] Inde eſſe exiſtimabat Meurſius quod à Diomede de Tragœdia lib. II. refertur: *A Theophraſto ita definita Tragœdia eſt: Tragœdia, eſt ἡρωϊκῆς τύχης περίστασις.* Mox & Theophraſti περὶ ποιητικῆς volumen aliud recenſetur.

48 Προβλημάτων συναγωγῆς, α'.] Inde petitum putabat Meurſius, quod à Plinio memoratur XXVIII. 6. *Theophraſtus, ſenes laborioſius ſternuere dicit*, cùm inter Problemata Ariſtotelis Sect. XXXIII. id occurrat duodecimum: Διὰ τί οἱ πρεσβῦται χαλεπῶς πτάρνυνται;

Περὶ τῶν προβλημάτων φυσικῶν, α'.] Occurrit iterum infrà, ubi delendum, velut malè repetitum, cenſet Meurſius: qui & inde eſſe cenſet quæ à Seneca Natural. Quæſt. libris III. IV. VI. ex Theophraſto producuntur.

Περὶ τέχνης Ῥητορικῆς, α'.] Meminit Scholiaſtes Hermogenis in Prolegomenis: Θεοφράστῳ δὲ γέγραπται τέχνη Ῥητορική. Et Quintilianus III. I. *Theophraſtus quoque Ariſtotelis diſcipulus de Rhetoricis diligenter ſcripſit.* Reſpexit Cicero II. de Divinatione. *Ariſtoteles, itemque Theophraſtus, cum Philoſophia dicendi etiam præcepta conjunxerunt.* Et in Oratore: *Unum aderit, quod quartum numerat Theophraſtus in orationis laudibus:* & eodem libro, paſſim. Reſpexit idem Theophraſti opus & Dionyſius Halicarnaſſeus libro περὶ ἑρμηνείας· διόπερ Θεόφραστος παράδειγμα ἐκτίθεται μεγαλοπρεπείας· τοιοῦτον κῶλον.

Φυσικῶν δοξῶν, ις'.] Taurus Commentario in Timæum Platonis; cujus fragmentum exſtat apud Philoponum, adverſus Proclum, De æternitate mundi lib. VI. cap. 8. Καὶ Θεόφραστος μέντοι ἐν τῷ Περὶ φυσικῶν δοξῶν, κατὰ Πλάτωνα, φησὶ γεννητὸν τὸν κόσμον. Quæ totidem verbis etiam poſteà repetuntur eodem lib. cap. 27. Hæc Meurſius, ad verbum.

Φυσικῶν ἐπιτομῆς, α'.] Reſcribit Meurſius φυσικῶν δοξῶν ἐπιτομῆς: nam fuit compendium Operis quod Theophraſtus φυσικῶν δοξῶν inſcripſerat, & in XVI. libros diviſerat. Id patet ex Galeni in Hippocratem de Natura Hominis Commentario II. καὶ Θεόφραστος δ' ἂν ἐν ταῖς τῶν Φυσικῶν Δοξῶν Ἐπιτομαῖς, τὴν Ξενοφάνους δόξαν, εἴπερ οὕτως εἶχεν, ἐγεγράφει. καί σοι πάρεστιν, εἰ χαίροις τῇ περὶ τούτων ἱστορίᾳ, τὰς τοῦ Θεοφράστου βίβλους ἀναγνῶναι· καθ' ἃς τὴν Ἐπιτομὴν ἐποιήσατο τῶν Φυσικῶν Δοξῶν.

Περὶ ψευδοῦς καὶ ἀληθοῦς, α'.] Vide quæ diximus ſuprà; ubi de libro Περὶ γήρως.

Τῶν περὶ τὸ θεῖον ἱστορίας.] Ex quo opere multa Porphyrius, in libris περὶ ζώων ἀποχῆς, nec non Theodoritus Therap. VII. & X.

Περὶ θεῶν γ'.] Hinc petita videntur, quæ à Simplicio ad Epictetum referuntur: πάντες γὰρ ἄνθρωποι, καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, καὶ κατὰ τὸν πρότερον ἄπειρον χρόνον, καὶ νῦν, κἂν ἄλλοι κατ' ἄλλας ἐννοίας, νομίζουσιν εἶναι θεὸν, πλὴν Ἀκροδειτῶν· οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος, ἀθέους γενομένους, ὑπὸ τῆς γῆς αὖθρόως καταποθῆναι. Etiam Cicero de Natura Deorum libro I. *Nec verò Theophraſti inconſtantia ferenda eſt: modò enim menti divinum tribuit principatum: modò cælo: tum autem ſignis, ſideribuſque cæleſtibus.* Et Minutius in Octavio: *Heraclides quoque Ponticus, Deo divinam mentem, quamvis variè, adſcribit. Theophraſtus, & Zenon, & Chryſippus, & Cleanthes, ſunt & ipſi multiformes, ſed ad unitatem providentiæ omnes revolvuntur.*

Ἐπιχειρημάτων, α', β'.] Suprà recenſuit Ἐπιχειρη- 49
μάτων, ιή.

Περὶ Δημοκρίτου, α'.] In quo opere, de philoſophia potiùs & decretis Democriti, quàm de ejus Vita, actum fuiſſe, Jonſius exiſtimat.

Περὶ γενέσεως, α'.] Περὶ ζώων γενέσεως, legendum Meurſius ſuſpicatur. Meurſii conjecturam firmat non parùm locus ille Apuleii in Apologia: *Legat veterum Philoſophorum monumenta, tantùm ut intelligat, non me primum hæc requiſiviſſe, ſed jampridem majores meos, Ariſtotelem dico & Theophraſtum, qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.*

Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, α'. Πρὸς τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας, α'.] MS. Regius Περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας, πρὸς τοὺς ἐξ Ἀκαδημίας, α'. quæ lectio confirmatur auctoritate Aldobrandinianæ interpretationis, *De Divina beatitudine, ad eos qui ſunt ex Academia* I.

Προτρεπτικὸς, α'.] Paulò poſt iterum ponitur.

Περὶ τοῦ ψευδομένου γ'.] De hac argumentatione diximus ſuprà ad Euclidem. Sed fortaſſe; quæ eſt Jacobi Cujacii conjectura, Tractatu V. ad Africanum; hi Theophraſti Περὶ τοῦ Ψευδομένου libri, non de ea argumentatione, ſive potiùs cavillatione, fuerunt, ſed de quacumque oratione falſa: quo ſenſu etiam Ariſtoteles VI. Ethicorum: Ἔτι ὁ σοφιστικὸς λόγος ψευδόμενος, ἀπορία. Nam neque de Sorite, neque de Pſeudomeno Stoïco, quidquam ſcribere potuit Ariſtoteles; Ariſtotelis temporibus Stoici cum nondum eſſent.

Ἀστρολογικῆς ἱστορίας, ς'.] Hinc ſumpta exiſti- 50
mabat Meurſius, quæ citantur à Simplicio, De Cœlo libro II. λέγει τοίνυν, ὅτι ἡ σφαῖρα, ἡ τὸ ἄστρον ἔχουσα, πλανᾶσθαι λεγόμενον, ἐν πολλαῖς σφαίραις, ἀνελιττούσαις καλουμέναις, ἤ, ὡς ὁ Θεόφραστος αὐτὰς καλεῖ, δηλονότι ἠστρωμένας, ἐνδεδεμένη φέρεται. Et poſtea: διὰ τοῦτ' οὖν ἐν τρισὶν αὐτὸν ἔλεγον φέρεσθαι σφαίραις. ἃς ὁ Θεόφραστος ἀνάστρους ἐκάλει, ὡς μηδὲν ἐχούσας ἄστρον.

Ἀκίχαρος, α'] Hujus libri, præter Diogenem noſtrum, meminit nemo; & qualis fuerit dicere non noſtrum eſt, ſed Aruſpicis. Aciari Columnæ mentio fit à Clemente Alexandrino libro I. στρωματέων: quam interpretatum fuiſſe ait Democritum: Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους λόγους ἠθικοὺς πεποίηται. λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι· ad quem difficillimum locum videndus Reineſius Var. Lect. I. 22.

Ἐπιστολαὶ, αἱ ἐπὶ τῷ Ἀστυκρέοντι, Φανίᾳ, Νικάνορι] Hæc verba Ἐπιστολαὶ, αἱ ἐπὶ τῷ mendi ſuſpecta Caſaubono videbantur. Epiſtolæ ad Phaniam meminit Scholiaſtes Apollonii ad librum I. ubi de millepeda: Θεόφραστος δὲ, ἐν τῇ πρὸς Φανίαν Ἐπιστολῇ, καὶ ὄνον αὐτόν φησι καλεῖσθαι. Et Diogenes ipſe ſuprà, in ejuſdem Theophraſti noſtri Vita: οὗτος τάτε ἄλλα, καὶ περὶ δικαστηρίου τοιαῦτα διείλεκται, ἐν τῇ πρὸς Φανίαν τὸν Περιπατητικὸν Ἐπιστολῇ. Phanias, Theophraſti condiſcipulus fuit & popularis; qui & de Plantis, quemadmodum Theophraſtus, ſcripſerat. Aſtycreontem illum non novi. Nicanores, plures mihi noti ex Suida.

Περὶ καιρῶν, α', β'.] Primum citat Suidas in ἀρχὴ Σκυρία: ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα, ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς: ſecundum, in Κυψελιδῶν: καὶ γὰρ Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ καιρῶν β'. λέγει οὕτως, &c. & ex eo, elegans fragmentum profert. Hos libros, inter ἱστορικὰ ὑπομνήματα recenſet Voſſius libro I. de Hiſtoricis Græcis cap. 9. quo nomine arguitur à Reineſio in Variis Lectionibus libro & capite tertio: qui ex eorum fragmento quod à Suida in Κυψελιδῶν profertur, Ethicæ Politicæque ſcientiæ particulam fuiſſe cenſet. Addit, quatuor πολιτικῶν πρὸς τοὺς καιροὺς libros Theophraſti; de quibus ſuperiùs; his duobus περὶ καιρῶν vice commentariorum ſuccenturiatos fuiſſe. Priores cum poſterioribus malè confundit Voſſius; quod ſuprà monuimus.

Περὶ ἀριθμῶν, α'] Περὶ ῥυθμῶν, emendabat Meurſius; ex his Ciceronis verbis in Oratore: *In Oratione judiciali & forenſi* numerus *Latinè*, *Græcè* ῥυθμὸς, *ineſſe dicitur. Verſum* (Iſocrates) *in oratione vetat eſſe*, *numerum jubet. Theophraſtus iiſdem de rebus accuratiùs.*

Περὶ οὐρανοῦ, α'] Simplicius, de Cœlo libro I. καὶ τὸν Θεόφραστον δὲ εἰς μαρτυρίαν λαμβάνει, ἐν τῷ Περὶ οὐρανοῦ.

Præter hos Theophraſti libros memoratos Laërtio, occurrunt apud alios Scriptores; Meurſio obſervante, Ἱστορικὰ Ὑπομνήματα. Meminit Scholiaſtes Apollonii ad librum IV. Καὶ Θεόφραστος, ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασί, φησι, τὸν βρόμιον τοῦ πύρος, τὸν ἀπὸ τῶν Αἰόλου νήσων, ἀκούεσθαι ἕως χίλια στάδια.

Περὶ Τυρσηνῶν. Scholiaſtes Pindari, Pyth. Od. II. τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν φησὶν ὁ Θεόφραστος, ἐν τῷ Περὶ Τυρσηνῶν, παύσασθαι αὐτοὺς, Γέλωνος προστάξαντος.

Γεωργίας Παραγγέλματα. Julianus in Epiſtola ad Sarapionem: Θεόφραστος δὲ ὁ καλὸς, ἐν Γεωργίας Παραγγέλμασι, τὰς τῶν ἑτεροφύτων δένδρων γενέσεις ἐκτιθεὶς, καὶ ὅσαι ἀλληλούχοις ἐγκεντρίσεσιν εἴκουσι, πάντων, οἶμαι, τῶν φυτῶν μᾶλλον ἐπαινεῖ τῆς συκῆς τὸ δένδρον. Varro de R. R. libro & capite I. de Scriptoribus rei ruſticæ agens: *Qui Græcè ſcripſerunt diverſim, alius alia de re, ſunt plus quinquaginta. Hi ſunt, quos tu habere in conſilio poteris, cùm quid conſulere voles: Hieron Siculus, & Attalus Philometor. De Philoſophis, Democritus Phyſicus, Xenophon Socraticus, Ariſtoteles & Theophraſtus Peripatetici.* Columella libro etiam & capite I. *Magna porrò & Græcorum turba eſt, de Rebus Ruſticis præcipiens: cujus princeps celeberrimus vates non minimum profeſſioni noſtræ contulit, Heſiodus Bœotius. Magis deindè etiam juvere, fontibus orti ſapientiæ, Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarentinus Archytas: Peripatetici, magiſter ac diſcipulus, Ariſtoteles cum Theophraſto.* Inde quædam citat Varro libro I. capite 40. de Re Ruſtica, & Auctor Geoponicorum lib. III. cap. 3. & 4.

Περὶ τοῦ λόγου στοιχείων. Meminit Simplicius, De Cœlo libro IV. καθὸ μὲν γὰρ λέξεις, ἄλλως ἔχουσι πραγματείας· ἃς ἐν τῷ Περὶ τοῦ λόγου στοιχείων, ὅ, τε Θεόφραστος ἀνακινεῖ, καὶ οἱ περὶ αὐτῶν γεγραφότες.

Περὶ γενέσεως στοιχείων. Idem ibidem: αὐτὸς δὲ Ἀριστοτέλης, ἐν ἄλλοις φησί. καὶ Θεόφραστος, ἐν τῷ περὶ γενέσεως στοιχείων.

Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα. Alexander Aphrodiſ. in Priora Analytica: οὐ ταὐτὸν δὲ ἐστιν ἀναγεῖν τε λόγους εἰς τὰ σχήματα, ὡς ἔχει τὰ Θεοφράστου δύο, τὰ ἐπιγραφόμενα, Ἀνηγμένων λόγων εἰς τὰ σχήματα, καὶ μέθοδον ὑπογράψαι, δι' ἧς πάντα τὰ προβλήματα ἀναλύσιν καὶ ἀνάγειν δυνησόμεθα.

Περὶ γάμου, α'. Hieronymus adverſus Jovinianum lib. I. *Fertur aureolus Theophraſti Liber De Nuptiis: in quo quærit, An vir ſapiens ducat uxorem.*

Τὰ μετὰ τὰ φυσικά. Exſtant; Ariſtotelis juncta operibus: Sed quidam Theophraſti eſſe negant. Videatur horum librorum Proœmium.

Περὶ ἰχθύων. Exſtat; ſed falsò ita inſcribi cenſet Caſaubonus ad Athen. VII. 18. atque ἀποσπασμάτιον libri Περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων, de quo ſuprà diximus, aut illum ipſum eſſe.

Περὶ ἀνθῶν. Plinius XXI. 3. *De floribus, extra ſuprà dictos, ſcripſit Theophraſtus apud Græcos.* ἀνθέων debuit ſcribere Meurſius. Phrynichus in Ecloga Dictionum Atticarum: ἀνθέων γράφε, ἀλλὰ μὴ ἀνθῶν· ἵνα μὴ συνεμπίσῃ τῷ ἀνθ' ὧν ἔγραψας, καὶ ἀνθ' ὧν ἔδωκας.

Σύγκρισιν ἁμαρτημάτων. M. Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν libro II. Φιλοσόφως, ἐν τῇ Συγκρίσει τῶν ἁμαρτημάτων (ὡς ἄν τις ποιητέρου τὰ τοιαῦτα συγκρίνειε) φησὶ, βαρύτερα εἶναι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημμελούμενα τῶν κατὰ θυμόν· &c. Sed fortaſſe verius eſt Comparationem illam peccatorum, partem fuiſſe Librorum Theophraſti Περὶ ἠθῶν. Ut ita credam, facit locus Ariſtotelis lib. VII. Moral. cap. 7. ubi id ipſum ab Ariſtotele adſtruitur, quod à Theophraſto apud Antoninum.

Περὶ βασιλείας Κυπρίων. Meminit Suidas in Τιάρα:

Θεόφραστος δ' ἐν τῷ Περὶ βασιλείας Κυπρίων, τὴν κίδαριν, ὡς διάφορον.

Διαλόγους. A quibus deſtitit, cùm Platoni impares ſe animadverteret. Baſilius Magnus Epiſt. 167. ἐκεῖνο γὰρ πάντως σύνοιδέ σου ἡ ἀγχίνοια, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν Φιλοσόφων οἱ τοὺς Διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν, καὶ Θεόφραστος, εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν.

Atque hi ſunt libri Theophraſti, qui referuntur à Scriptoribus antiquis: ex quibus apparet meritò illum à Theophylacto Simocatta, Problemate Phyſico ultimo, τὴν τῆς γνώσεως θάλατταν appellari. Hos Andronicus Rhodius, quemadmodum & libros Ariſtotelis; in certa genera redegérat. Plutarchus in Sylla: καὶ μυηθεὶς ἐξεῖλεν ἑαυτῷ τὴν Ἀπελλίκωνος τοῦ Τηΐου βιβλιοθήκην, ἐν ᾗ τὰ πλεῖστα Ἀριστοτέλους, καὶ Θεοφράστου βιβλίων ἦν, οὕτω τότε σαφῶς γνωριζόμενα τοῖς πολλοῖς. λέγεται δὲ κομισθείσης αὐτῆς εἰς Ῥώμην, Τυραννίωνα τὸν Γραμματικὸν συσκευάσασθαι τὰ πολλὰ καὶ παῤ αὐτοῦ τὸν Ῥόδιον Ἀνδρόνικον εὐπορήσαντα τῶν ἀντιγράφων, εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ἀναγράψαι τοὺς νῦν φερομένους πίνακας. *Myſteriis initiatus*, (Athenis ſcilicet) *deſumpſit ſibi Bibliothecam Apellicon Teii, in quâ plerique Ariſtotelis & Theophraſti libri erant, hauddum ſatis in vulgus noti. Ex ea, ubi deportata Romam fuit, ferunt plurima intervertiſſe Tyrannionem Grammaticum, à quo accepiſſe Andronicum Rhodium exemplaria, eaque in lucem edidiſſe, & vulgaſſe has quæ nunc manibus teruntur, Tabulas.* De his Tabulis, earumque auctore Andronico Rhodio, vide ſi placet Petrum Joannem Nunneſium in Notis ad Vitam Ariſtotelis.

51 Τὴν Ἀριστοτέλους εἰκόνα τεθῆναι εἰς τὸ ἱερὸν] Notabis εἰς τὸ ἱερὸν, pro ἐν τῷ ἱερῷ. Sed & alios quoque Scriptores ita uſurpaſſe εἰς plurimis exemplis conſtat. Ita Terentius, *in ignem poſita eſt*: & *in arcam*, pro, *in arca*, apud Gellium.

Ἀναθεῖναι δὲ καὶ τοὺς πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοί εἰσιν] Etiam πίνακας hujuſcemodi Tabulas Geographicas Plutarchus appellat, in Theſei Vita. *Pictos mundos*, dixit Propertius.

52 Εἰκόνα συντελεσθῆναι ἴσην] Hoc eſt, *imaginem ejuſdem magnitudinis ac ipſe eſt Nicomachus. Figuram integram*, Nos Galli appellamus. Obiter autem hîc obſervandum, quod Lucianus in libro de Imaginibus obſervavit; Olympicis victoribus ſtatuas corporibus majores erigere minimè licuiſſe: & Hellanodicis curæ fuiſſe, ut ne ullius quidem victoris ſtatua ſtaturam excederet: & ſtatuarum Olympicarum examen, accuratiùs ipſo de athletis judicio, fieri conſueviſſe.

Ὅπου ἂν δοκῇ τοῖς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιμελουμένοις] Ἐπιμεληταὶ infrà in eodem Teſtamento & in Teſtamento Stratonis appellantur Diſpenſatores legatorum, ſive Exequutores teſtamentorum. ἐπίτροποι, dicuntur in Teſtamento Platonis; ubi nos vide.

Καλλίνῳ] Suidas: Κάλλιος. ὄνομα κύριον. An legendum Καλλίνος?

Τὰ δὲ βιβλία πάντα, Νηλεῖ] Meminit Plutarchus in Sylla: οἱ δὲ πρεσβύτεροι Περιπατητικοὶ φαίνονται μὲν καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι χαρίεντες καὶ φιλολόγοι, τῶν δὲ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου γραμμάτων οὔτε πολλοῖς, οὔτε ἀκριβῶς ἐντετυχηκότες, διὰ τὸν Νηλέως τοῦ Σκηψίου κληρονόμον, ᾧ τὰ βιβλία κατέλιπε Θεόφραστος, εἰς ἀφιλοτίμους καὶ ἰδιώτας ἀνθρώπους παραγενέσθαι. *Enimverò Peripatetici antiquiores, videntur illi quidem elegantes fuiſſe & eruditi: ſed Ariſtotelis & Theophraſti ſcripta, neque pleráque neque exactè volviſſe, verùm ob heredem Nelei Scepſii, cui libros ſuos reliquit Theophraſtus, ea ad inertes homines recidiſſe atque indoctos.* Et Strabo libro XIII. qui etiam Nelei patrem commemorat: Ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως οἵτε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν, Ἔραστος καὶ Κορίσκος, καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεύς, ἀνὴρ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους· ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν· ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν, συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν· ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας, τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἱ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα. ἐπεὶ δὲ ἠκούσθησαν τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι· ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψέ ποτε ἀπέδοντό οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλίκοντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων, τότε Ἀριστοτέλους, καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία. ἦν δὲ ὁ Ἀπελλίκων φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος. διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε, τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον, ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν· τοῖς θ' ὕστερον ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προσῆλθεν, ἀμείνοσι μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν, καὶ Ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀμαρτιῶν. πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλίκοντος τελευτὴν, Σύλλας εἷλε τὴν Ἀπελλίκοντος βιβλιοθήκην, ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλὼν· δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν, Τυραννίων τε ὁ Γραμματικὸς ἐνεχειρίσατο φιλ-Ἀριστοτέλης ὤν, θεραπεύσας τὸν ἐπὶ τῆς βιβλιοθήκης· καὶ βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. *Protulit Scepſis Socraticos, Eraſtum & Coriſcum, & Neleum Coriſci F. qui auditor fuit Ariſtotelis & Theophraſti: & hujus etiam Bibliothecam ſucceſſione natus eſt: in qua Ariſtotelis etiam fuit Bibliotheca: nam Ariſtoteles ſuam Theophraſto tradidit, cui & Scholam reliquit. Primus omnium qui nobis ſunt noti, Ariſtoteles Bibliothecam congeſtis libris compoſuit; idque Ægypti Reges facere docuit. Theophraſtus Bibliothecam Neleo tradidit. Is libros Scepſin tranſlatos, poſteris ſuis reliquit; ineruditis hominibus; qui incurioſè poſitos ſub clavibus retinuerunt. Cumque Attali-*

corum Regum ſtudium intellexiſſent, quibus Scepſis parebat, conquirentium libros ad inſtruendam Pergami Bibliothecam, ſub terra ſuos in foſſa occultaverunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos, tandem qui ex ea erant ſtirpe, Ariſtotelis Theophraſtique libros Apelliconi Teio magnâ pecuniâ vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore, quàm Philoſophiæ ſtudio, majore: itaque eroſarum particularum quærens inſtaurationem, in nova libros tranſtulit exempla; lacunas non rectè implens; ediditque libros mendorum plenos. Uſu venit Peripateticis antiquis, qui poſt Theophraſtum vixerunt, cùm omnino libris carerent, paucoſque duntaxat; præcipuè ex exotericis; haberent, ut nullâ de re, exquiſitè eam pertractando, philoſophari poſſent; ſed tantùm Quæſtiones ſtudioſius tractarent. Poſterioribus, ab eo tempore quo libri iſti ſunt editi, facilius fuit philoſophari, & Ariſtotelem imitari: quamquam ob mendorum multitudinem cogerentur multa probabiliter modò dicere. Multum huc etiam Roma contulit: ſtatim enim à morte Apellicontis, Sylla cùm Athenas cepiſſet, Bibliothecam illius recepit: quæ cùm huc eſſet allata, Tyrannio à Bibliothecæ Præfecto obtinuit, ut ſibi illius uſus permitteretur; homo Ariſtotelis ſtudioſus; & Bibliopolæ nonnulli, ineptis uſi Librariis, neque cum exemplari deſcripta comparantes, quod & aliis accidit libris qui exſcribuntur, vendendi cauſſâ, & Romæ & Alexandriæ. De Apelliconte Teio, etiam Athenæus libro v. cap. 14. quem vide. Qui & ipſe initio libri primi, Ptolemæum Philadelphum à Neleo libros ejus mercatum ait, & Alexandrinam Bibliothecam transferri curaſſe.

Τὸν δὲ κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, καὶ τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐτῷ.] Reſpexit hanc teſtamenti Theophraſtei partem Athenæus lib. I. cap. I. πολλῶν γοῦν εἰσὶ Φιλοσόφων ἐν ἄστει σύνοδοι· τῶν μὲν Διογενιστῶν, καὶ Ἀντιπατριστῶν λεγομένων, καὶ Παναιτιατιστῶν. Κατέλιπε δὲ καὶ Θεόφραστος εἰς τὴν τοιαύτην σύνοδον χρήματα, μὰ Δί' οὐχ ἵνα ἀκολασταίνωσι συνιόντες, ἀλλ' ἵνα τοὺς κατὰ τὸ συμπόσιον λόγους σωφρόνως καὶ πεπαιδευμένως διεξάγωσι.

53 Στράτων.] Pal. Κράτων, minùs rectè.

Καὶ Ἀριστοτέλει, τῷ Μειδίου καὶ Πυθιάδος υἱῷ.] Pro Μειδίου legendum Μητροδώρου diu eſt quòd monuerunt Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis, & Schottus in Vit. comparat. Sextus Empiricus loco ſuperiùs allato: Πυθιὰς δὲ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ, τρισὶν ἀνδράσιν ἐγαμήθη· πρῶτον μὲν, Νικάνορι τῷ Σταγειρίτῃ, οἰκείῳ ὄντι Ἀριστοτέλους· δευτέρῳ δὲ, Προκλεῖ, Δημαράτου τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέως ἀπογόνῳ, ὃς καὶ δύο ἐξ αὐτῆς τεκνοῦται παῖδας, Προκλέα τε καὶ Δημάρατον, τοὺς παρὰ Θεοφράστῳ φιλοσοφήσαντας· τρίτῳ δὲ, Μητροδώρῳ ἰατρῷ, Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῇ, Ἐρασιστράτου δὲ ὑφηγητῇ· ᾧ γίνεται παῖς Ἀριστοτέλης. Fuit tamen his temporibus Midias quidam, Medicus, de quo nos pluribus in noſtra Hiſtoria Medica, & infrà ad Lyconis Vitam.

54 Ὅπως δὲ συνείρηται, μετὰ τὰ περὶ ἡμᾶς συμβάντα, περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, θεοκτενόμενα, συνεπιμελεῖσθαι, &c.] Magnus Salmaſius Obſervat. ad Jus Atticum & Romanum, audacter, ſed feliciter, emendabat, ὅπως δὲ συνίηται, μετὰ τὰ περὶ ἡμᾶς συμβάντα περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ μνημεῖον, καὶ τὸν κῆπον, καὶ τὸν περίπατον, ὑπὸ τῶν Ὀργεώνων συνεπιμελεῖσθαι, &c. Volebat his verbis Theophraſtus, poſt mortem ſuam Orgeonas ad monumentum ſuum convenire, ſacraque ibi facere in fano quod extructum ibidem fuerat, & cujus paulò antè in eodem teſtamento fit mentio. Emendationem Salmaſii firmat hic Harpocrationis locus in Ὀργεῶνας· Ὀργεῶνες δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τιμῇ θεῶν ἢ Ἡρώων συνιόντες, &c. μή ποτε δὲ ὕστερον νενόμισται τὸ ἐπὶ τιμῇ τινὰς τῶν ἀποθανόντων συνιέναι, καὶ Ὀργεῶνας ἀμείνως ὠνομάσθαι, ὡς ἐστι συνιδεῖν ἐκ τῶν Θεοφράστου Διαθηκῶν. ex quo apparet, Ὀργεώνων mentionem in teſtamento Theophraſti exſtitiſſe; quæ nulla exſtaret, niſi ita Theophraſti verba legerentur. De Orgeonibus illis videndus Suidas & Etymologus. De his librum ſcripſerat Philochorus: teſte Suida.

Σωματάλλην καὶ τὴν παιδίσκην.] Ita quoque MS. Regius. Malim tamen Σωματάλλην παιδίσκην, ut habet Editio Frobeniana. Ceterùm, vel ex hoc loco refelli poteſt Phrynichus, qui in Ecloga Dictionum Atticarum negat Veteres uſurpaſſe vocem παιδίσκην, pro *ancilla*, vel ſolùm pro *adoleſcentulâ*. Eâ notione uſurpatur & in Geneſi XII. & in Deuter. XXVIII. & apud Lucianum in Aſino, & in Evangelio Joannis XVIII. 17. & apud Matthæum XXVI. 69. & Marcum XIV. 66. & Lucam XXII. 56 Addo locum inſignem Mœridis Atticiſtæ: παιδίσκην, καὶ τὴν ἐλευθέραν καὶ τὴν δούλην Ἀττικοῖς. τὴν δούλην μόνον, Ἀττικοῖς.

Παρμένοντα.] Nomen ſervi apud Terentium in Eu- 55
nucho. Ratio nominis, quòd ſedulò adſit domino.

Μάνην.] Euſtathius ad Iliad. E. pag. 536. Μάνης, δουλικὸν ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Suidas: Μάνης. ὄνομα κύριον οἰκέτου. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Νῦν δ' ἀνδράποδα ἠλιθίους Μάνας. Ita vocabatur & ſervus Diogenis Cynici; de quo infrà, in Vita Diogenis. Fuit & ancillarum appellatio Μανία, ut videre eſt apud Athenæum lib. XIII. cap. 5. & Plutarchum in Demetrio. Eſt autem Μάνης vox Babylonia, quæ σκεῦος, id eſt, *vas* ſignificat, ſi Epiphanio fides in Hæreſi Manichæorum· Sic Danieli v. 3. מאני *manè*, ſunt vaſa. Et Eſdræ v. 14 מאניא *manája*, idem. Nulla vox frequentior in Paraphraſtis. quare Epiphanii fides non eſt in dubium revocanda. Phrygiacam eſſe, ait Machon Comicus apud Athenæum dicto loco, & Strabo lib. VII. Strabonis verba placet apponere: ἐξ ὧν γὰρ ἐκομίζετο (ἀνδράποδα) ἢ τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις ὁμωνύμως ἐκάλουν τοὺς οἰκέτας, ὡς Λυδὸν καὶ Σύραν, ἢ τοῖς ἐπιπολάζουσιν ἐκεῖ ὀνόμασι προσηγόρευον, ὡς Μάνην ἢ Μίδαν τὸν Φρύγα. Τίβιον δὲ, τὸν Παφλαγόνα.

Δόνακα.] Cognomen *Donacis* legitur in lapide Neapolitano apud Gruterum pag. 797. 8. & in Romano pag. 699. Item, *Donaces* in lapide Tarraconenſi pag. 395. 8.

Εὔβιον.] Εὔβοον, Codex Regius, & Palatinus.

Κτήσαρχος.] Pal. Κτήμαρχος. 56

Αἱ διαθῆκαι κεῖνται ἀντίγραφα τῷ Θεοφράστου δακ- 57

τυλίῳ σεσημασμέναι] Audiendus Caſaubonus ad Suetonium in Auguſto: *Teſtamentum facere pluribus codicibus, (apud J. C.* plurimis locis) *eſt, plura exemplaria ejuſdem Teſtamenti relinquere. Suetonius paullò aliter libro III.* Teſtamentum duplex fecit, ſed eodem exemplo. *Attici hoc venuſtè dicunt,* τὰς διαθήκας ἀντίγραφα ποιήσασθαι: *ut Demoſthenes* κατὰ Στεφάνου *Oratione altera. Ubi quod negat* διαρρήδην *Orator, factum unquam, ut Teſtamenta ſui plura exemplaria aliquis relinqueret, Oratoria fide dictum eſſe, vel Theophraſti unius exemplum arguit; qui ultimæ ſuæ voluntatis tria; ut veteres Græci loquuntur,* ἀντίγραφα; *ut recentiores,* ἰσότυπα, *vel* ἴσα; *confecit, ac ſuo annulo obſignata, totidem amicis ſervanda tradidit. Auctor Laërtius.* At Heraldus Obſervat. Juris capite ultimo, vocem ἀντίγραφα putat eſſe è gloſſemate, ut vocant; cùm teſtamenta illa omnia eſſent authentica; quia omnia clauſa & obſignata teſtibus adhibitis: atque apud diverſos depoſita, ut plura exemplaria exſtarent; omnia authentica, & quæ Theophraſti voluntatem teſtarentur; ut ſi aliquâ temporis injuriâ, aut alio modo perirent, vel unum ſupereſſet, ſecundùm cautionem à Juſtiniano obſervatam. Salmaſius ad jus Atticum & Romanum cap. 7. negat quid mutandum; atque hoc loco Laërtium τὸ ἀντίγραφα dixiſſe ait per appoſitionem: aut ſi quid mutandum, legendum αἱ διαθῆκαι κεῖνται ἀντίγραφοι, Salmaſii interpretationem & emendationem arguit Heraldus, in Animadverſionibus in Salmaſii Obſervationes ad Jus Atticum & Romanum libro II. capite 5. ubi multa lectu digna περὶ ἀντιγράφων. Obſervat autem Moeris Atticiſta, ἀντίγραφα dici πληθυντικῶς apud Atticos, ἀντίγραφον verò ἑνικῶς, apud Hellenes.

Τῷ Θεοφράστου δακτυλίῳ σεσημασμένοι] *Proprio ſigno, propriâque cerâ conſignare,* dixit Juſtinianus Tit. Inſtit. de Pupillari ſubſtitutione. Porrò hæc verba, αἱ διαθῆκαι ἀντίγραφα τῷ Θεοφράστου δακτυλίῳ σεσημασμένοι, Theophraſti, negat eſſe Salmaſius; contendit Heraldus: utriuſque rationes, ſi tanti eſt, vide dictis locis.

Πελανεὺς] Legendum omnino Παλληνεύς. & mox Ὑβάδης, non Ὑβαίης. Vide Meurſium libro de Pop. Atticæ, Voce Παλλήνη & Voce Ὑβάδαι. Ὑβαῖος ſcriptum fuit in Palatino.

Εὐωνυμεὺς] Heſychius: εὐώνυμον. ἀριστερόν. καὶ δῆμος φυλῆς τῆς Ἐρεχθηίδος.

Ἀδείμαντος] De Adimanto ſuprà ad Platonem.

Αἰμήνηστος Κλεοβούλου] Aldobrandinus, qui vertit *Aimneſtus, Cleobulus*, legerat Ἀείμνηστος, Κλεόβουλος: & ita Editio Baſileenſis. Sed pro Ἀείμνηστος, an potiùs legendum Ἀρίμνηστος? Arimneſtus, frater fuit Ariſtotelis, de quo nos ſuprà in Ariſtotele.

Ἐκ Κεραμέων] Hoc eſt, *Cerameus.* Malè Interpretes, *ex fictoribus.* Suidas: Κεραμίς, (lege Κεραμεῖς) δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος. εἵληχε δὲ τοὔνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς, καὶ τοῦ θύειν Κεράμῳ τινὶ ἥρωϊ. Harpocration, à quo illa habuit Suidas: Κεραμεῖς Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενοφίλου πρώτῳ· δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος Κεραμεῖς, ὡς φησι Διόδωρος. φησὶ δὲ Φιλόχορος ἐν τῇ τρίτῃ εἰληφέναι τούτους τοὔνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης, καὶ τοῦ θύειν Κεράμῳ τινὶ Ἥρωϊ.

Ἐπικηφήσιος] Stephanus: Ἐπικηφησία, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐπικηφήσιος.

Ἀκοῦσαι δ' αὐτοῦ καὶ Ἐρασίστρατον τὸν ἰατρὸν] De Eraſiſtrato, nos pluribus in Hiſtoria Medica. Habuit diſcipulum Theophraſtus & Lynceum Samium. Athenæus VIII. Ἀγγκεὺς ὁ Σάμιος, ὁ Θεοφράστου μὲν μαθητὴς, Δούριδος δὲ ἀδελφὸς, τοῦ τὰς ἱστορίας γράψαντος, καὶ τυραννήσαντος τῆς πατρίδος. Idem legas apud Suidam: Ἀγγκεὺς Σάμιος, Γραμματικὸς, Θεοφράστου γνώριμος, ἀδελφὸς Θούριδος (corrige Δούριδος) καὶ Ἱστοριογράφου, τοῦ καὶ τυραννήσαντος Σάμου. Habuit & Proclem & Dematum. auctor Sextus Empiricus adverſus Mathematicos lib. I. cap. 12.

Theophraſti cognomines omiſit Laërtius. Hos inter, Theophraſtus Pierites, Muſicus, qui nonam chordam addidit. Meminit Nicomachus Harmonices Manualis libro II. Meminit & Boëthius libro I. ſed ubi malè editum *Prophraſtus Periotes:* quod doctiſſimus Meibomius obſervavit.

STRATO.

58 Διεδέξατο δ' αὐτοῦ τὴν σχολὴν Στράτων Ἀρκεσιλάου, &c.] Suidas: Στράτων. Λαμψακηνὸς φιλόσοφος, Θεοφράστου γνώριμος, διάδοχος. υἱὸς δὲ Ἀρκεσιλάου, ἢ Ἀρκεσίου. ὃς ἐπικληθὴ Φυσικὸς, διὰ τὸ περὶ ὀντινοῦν ἐπιμεληθῆναι τῆς φυσικῆς θεωρίας. καθηγήσατο δὲ καὶ Πτολεμαίου, τοῦ ἐπικληθέντος Φιλαδέλφου. *Peripateticorum* κορυφαιότατος dicitur Plutarcho Libro contra Coloten, *Peripateticorum optimus* Simplicio ad librum I. φυσ. ἀκρ. com. 23. Cicero tamen libro I. Acad. Quæſt. & libro V. de Finibus, germanum Peripateticum fuiſſe negat. Quod ipſum teſtatur & Plutarchus dicto loco. *Phyſicum* eum appellat & Cicero. Ciceronis loca profert & Aldobrandinus.

Περὶ ἀρχῶν, γ'] Περὶ ἀρχῆς, γ'. ἢ δύο Editio Baſil. & Codex Regius.

Περὶ βίων] Hiſtoricus fuerit iſte de Vitis liber, 59
an Ethicus, incertum eſt. Veroſimilius, Hiſtoricum fuiſſe.

Περὶ φιλοσοφίας] Sic quoque editio Stephani. At Baſileenſis, nec non Codex Regius, Περὶ βασιλείας φιλοσοφίας· quæ lectio confirmatur interpretatione Aldobrandini, *De regno Philoſophiæ:* & Veteris Interpretis, *De Regia Philoſophia.*

Περὶ ἐνυπνίων] Signat hunc Stratonis librum Tertullianus lib. de Anima cap. 46. ubi de ſomniis agens, ait: *Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem, Artemon, Antiphon, Strato, Philochorus, Epicharmus, Serapion, Cratippus, & Dionyſius Rhodius, Hermippus, tota ſeculi literatura.*

Περὶ τῶν μεταλλικῶν μηχανημάτων] Editio Baſileenſis, & MS. Regius, Περὶ τῶν μεταλλικῶν μηχανικῶν. μηχανικὸν legit Aldobrandinus: nam vertit *De Metallicis mechanicum.* Fortè legendum Περὶ τῶν μεταλλικῶν. Μηχανικόν. Μηχανικὸν ſcripſit Ariſtoteles; Περὶ μετάλλων, Theophraſtus.

Περὶ

Περὶ λιμοῦ καὶ σκοτώσεων] Conjunxerat hæc duo Strato; quòd unum ſit cauſa alterius: nempe fames, cauſa vertiginis. Hippocrates lib. de Priſca Medicina: τοῦτο δὲ εἰ ἀριστᾷν μεμαθηκώς τις, καὶ οὕτως αὐτέῳ ξυμφέρον, μὴ ἀριστήσῃ, ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ὥρη, εὐθὺς ἀδυναμίη δεινὴ, τρόμος, ἀψυχίη· ἐπὶ τούτοισιν, ὀφθαλμοὶ χλωρότεροι· οὖρον παχὺ καὶ θερμὸν, στόμα πικρὸν, καὶ τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέει κρεμᾶσθαι· σκοτοδίνη, δυσοργίη, δυσθυμίη. *Ad hæc, ſi quis prandere conſuetus, cuique prandere conducat, non prandeat, protinus ubi tempus præteriit, ſtatim gravis impotentia exoritur, tremor, & animi defectio. Ad hæc, oculi pallidiores fiunt; urina craſſa & calida redditur; os amarulentum evadit; viſcera ei pendère videntur; tenebricosâ vertigine corripitur, vehementer iraſcitur, & mœret.*

Περὶ τῶν μυθολογουμένων ζώων] Quo titulo & librum ſcripſerat Stagirites.

60 Περὶ τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου] Librum hunc laudat Simplicius ad Categorias.

Εὑρημάτων ἔλεγχοι δύο] Meminit Clemens Strom. I. quod opus Stratoni Peripatetico, octavo inter cognomines, falsò tribuit Voſſius in libris de Hiſtoricis Græcis. Reineſium vide Variarum Lectionum libro II. cap. 6.

Ἐπιστολαὶ, &c.] Videtur excidiſſe numerus; nam Vetus Interpres *Epiſtolæ*, &c. *quadringentæ quinquaginta.*

Ἀρσινόῃ] Ptolemæi Philadelphi uxori & ſorori.

Εἰ μὴ προσεχρήσατο χρησμοῖς] Inepta lectio. Horum verborum, utpotè corruptorum, interpretationem omiſit Aldobrandinus. Legebat Hugo Grotius, χρισμοῖς: & vertebat, *Vir macer hic, niſi ſe ſemper feciſſet inungi.* Sed χρισμὸς, ſive χρισμὸν, pro χρίσμα, dici poſſe non puto. An potiùs ſcriptum fuerit, εἰ μὴ προσεχρήσατο χραίσμαις? χραίσμη eſt, *auxilium, adjumentum, remedium.* Nicander in Theriacis: Μηδὲ σέ γε χραίσμη πολίου λάθοι, ἠὲ κεδροῖο.

Λαμψακηνὸν] Additamentum eſt; quemadmodum & vox θανάτου quæ ſequitur: quare utraque deleatur. θανάτου quoque deeſt in Codice Regio. Lampſacenum Stratonem facit & Suidas, loco allato.

61 Τρίτος, ἰατρὸς, μαθητὴς Ἐρασιστράτου] De eo Erotianus in ἄμβην: Στράτων μὲν ὁ Ἐρασιστρατειός φησι τὴν ἄμβην μοχλὸν σφαιροειδῆ εἶναι, &c. Eumdem intelligit Galenus lib. de Venæ ſectione adverſùs Eraſiſtratum: ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπό τε Ἀπολλωνίου καὶ Στράτωνος εἰρημένα καταγέλαστα· καὶ γὰρ τὸ σχάσαι τὴν φλέβα δύσκολον εἶναί φασιν, καὶ τὸ διαγνῶναι, καὶ τὸ διαιρῆσαι τὴν ἀρτηρίαν αὐτὴν, &c. Et Alexander Trallianus lib. I. cap. περὶ ἐπιληψίας: Ἐκ τῶν παρακειμένων ἐν τοῖς Στράτωνος· λέγει δὲ Ὀρφέως εἶναι· στρύχνου ῥίζαν ἀνελόμενος, & quæ ſequuntur. Idem ibidem: ἕτερον δὲ, ὅπερ κεῖται ἐν τῷ τρίτῳ Στράτωνος, &c. Apollonius quidam, ὁ ἀπὸ Στράτωνος, hoc eſt, Stratonicus Medicus, qui ſcripſit περὶ σφυγμῶν, eidem Galeno memoratur libro IV. De Pulſuum differentia.

Τρόφιμος] Corrige τρόφιμος, & verte *alumnus.* Falſus eſt Aldobrandinus, qui nomen proprium eſſe putavit.

Τέταρτος, ἱστορικὸς, &c.] Quem tempore Ptolemæi Philometoris, & Perſei ultimi Macedoniæ Regis, vixiſſe, exiſtimabat Voſſius; quia bellum, quod Romani cum Perſeo, & patre ejus Philippo, geſſerunt, tractandum potiſſimùm ſuſceperat.

Excidit quintus Strato. Stratonis Amaſeni, Philoſophi, meminit Suidas; quem ſub Tiberio vixiſſe, & Geographiam ſcripſiſſe ait. Eum eſſe qui hîc deſideratur, putabat Voſſius; niſi potiùs apud Suidam pro Στράτων, legendum Στράβων: nam Amaſenus quoque fuit Strabo; & Geographus; & ſub Tiberio vixit: quod veriſimilius ipſi Voſſio videbatur, quàm quod ſomniabat Franciſcus Patritius Tom. I. Diſcuſſ. Peripat. lib. III. Strabonis Geographiam interciſſe, ac libros illos ſeptemdecim Geographiæ, qui Strabonis nomine veniunt, Stratonis eſſe, non Strabonis. Ipſe, potiùs hîc excidiſſe putarim Stratonem Comicum, mediæ Comœdiæ Poëtam; de quo Suidas.

Ἕκτος, ποιητὴς ἐπιγραμμάτων] Qui Sardianus erat. Hujus plurima epigrammata ἀνέκδοτα penes nos habemus; elegantiſſima illa quidem; ſed obſcœniſſima.

Ἕβδομος, ἰατρὸς ἀρχαῖος, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν·] In operibus Ariſtotelis quæ hodie exſtant, Stratonis illius antiqui Medici nomen non comparet. Pro Ἀριστοτέλης, legerat hoc loco Vetus Interpres Ἀριστοκλῆς: nam vertit *ut ait Ariſtocles.* Ἀριστοτέλης tamen habent omnes editi & ſcripti codices.

Præter hos Stratones memoratos Laërtio, fuere & alii. Strato Comicus, & Strato Geographus, de quibus ſuperiùs diximus. Fuit & Strato, Plutarchi familiaris, de quo Plutarchus in Sympoſiacis.

Ἐάν τι πάσχω] Id eſt, *ſi moriar; ſi mihi quid humanitus accidat.* Demoſthenes Philippicâ I. καὶ γὰρ ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε. Videatur hîc Caſaubonus.

Μηθὲν μήτε περίεργον ποιοῦντες, μήτ' ἀνελεύθερον] Similiter infrà, in Teſtamento Lyconis, ὅπως μήτ' ἀνελεύθερος γένηται, μήτε περίεργος.

Ἱπποκράτης] Quis fuerit Hippocrates ille, dixerit 62
alius. In antiqua Hiſtoria Hippocrates circiter viginti reperiri, teſtis eſt Jonſius libro I. de Script. Hiſtor. Philoſ. cap. 2.

Οἱ δὲ, ἀσχολοι] Εὔσχολοι videtur legiſſe Aldobrandinus, qui vertit *otioſi.*

Καλῶς δ' ἂν ποιοῖεν καὶ οἱ λοιπὸι συγκατασκευάζοντες τοῦτο] Etiam in Teſtamento Lyconis: συγκατασκευαζέτωσαν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ γνώριμοι.

Καὶ τῶν παίδων ἕνα ὃν ἂν δοκῇ. Ἀρκεσιλάῳ δὲ πρῶτον 63
μὲν, &c.] Sic diſtinguendus hic locus, καὶ τῶν παίδων ἕνα ὃν ἂν δοκῇ Ἀρκεσιλάῳ. καὶ πρῶτον μέν, &c. Ita infrà, ὃν δοκιμάζῃ Ἀρκεσίλαος. & deinde, ὡς ἂν δοκῇ Ἀρκεσιλάῳ καὶ Ὀλυμπικῷ καὶ Λύκωνι. Rectè Vetus Interpres: *& unum ex pueris, quemcumque Arceſilaus judicabit.* Malè Aldobrandinus, *unumque ex pueris, qui eis videntur. Arceſilaum autem primum quidem*, &c.

Γραίου] Γράου, Codex Florentinus.

Ἐπειδὰν δὲ παραγένηται Ἀρκεσίλαος] Diximus ſuperiùs, ad Teſtamentum Ariſtotelis.

64 Ἀρίστων ὁ οἰκεῖος] Ita quoque Editiones Stephani: quam lectionem agnovit & Vetus Interpres, qui vertit *Ariſto, ejus neceſſarius.* Sed legendum omnino, Ἀρίστων ὁ Κεῖος, ut habet Editio Frobenii, & Regius Codex. Ariſto Ceus præfuit Scholæ Peripateticæ Olympiade circiter 140. De eo Cicero libro v. de Finibus, & Plutarchus libro de Exilio. Meminit & Lyco, infrà in Teſtamento. Vertit Aldobrandinus, *Ariſto Chius:* ac proinde legerat ὁ Χῖος. Sed alius eſt Ariſto Chius ab Ariſtone Ceo. De Ariſtone Chio, alibi erit dicendi locus.

LYCON.

65 DE Lycone, videatur Athenæus libro & capite 12. & Cicero lib. III. Tuſc. Quæſt.

Τὸ δ' ἐκφραστικὸν αὐτοῦ καὶ περιγεγονός.] Rectè Caſaubonus, περιγεγωνός. Euſtathius ad Homerum: γεγωνὸς, ἐπιῤῥηματικῶς, ἀντὶ τοῦ μέγα· καὶ γεγωνὸς λόγος, ὁ προφορικὸς, καὶ τραχὺς, καὶ μέγας, πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐνδιαθέτου· καὶ κλίνεται γεγωνοῦ, ὡς οἰωνὸς οἰωνοῦ.

66 Τούς τε βουλευομένους ὀρθῶς, &c.] Rectè quoque idem Caſ. οὐκ ὀρθῶς.

67 Ἦν δὲ καὶ καθαρώτατος τὴν στολὴν, &c.] Notabis στολὴν de veſte virili etiam uſurpari, ut apud Herodotum lib. I. M. Antoninum item lib. I. & Xenophontem.

Ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος ἐγένετο, καὶ εὐέκτης τὸ σῶμα, τήν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλητικὴν ἐπιφαίνων] Ad Lyconis robur reſpexit Horatius, cùm ait Epiſtola I. ad Mecænatem,

Nec quia deſperes invicti membra Glyconis,
Nodosâ corpus nolis prohibere chiragrâ.

quod rectè Heinſius obſervavit: nam Lycon, etiam Glycon dictus eſt, ut monuit hoc loco Laërtius: ὅτι ἐν μὲν τῷ λέγειν γλυκύτατος ἦν, παρὸ καί τινες τὸ γάμμα αὐτοῦ τῷ ὀνόματι προσετίθεσαν.

Ὠτοθλαδίας καὶ ἐμπινὴς ὤν. καθά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος] Reſpexit hunc locum Suidas: ὠτοθλαδίας τε καὶ ἐμπεινὴς ὤν, ὥς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος· ſed ibi, ex hoc loco, legendum ἐμπινὴς: quæ vox ad haphen palæſtræ referenda eſt, ut rectè quoque Heinſius obſervavit. Obſervabat idem vir doctiſſimus, malè apud Heſychium ὠτοκάταξιν exponi, τὰ ὦτα τεθλασμένον· eſt enim, inquiebat, ὠτοκάταξις ipſa mutilatio, quæ Platoni Comico ὠτόγλυφις dicitur. Sed minùs rectè hæc obſervabat, cùm plurima ſint cùm apud Græcos, tum apud Latinos, nomina, actionem denotantia, quæ adjectiva ſunt. Atque id ipſum quod habet Heſychius, legere eſt & apud Suidam: ὠτοκάταξις. τὰ ὦτα τεθλασμένος ἐν παλαίστρᾳ. Etiam apud Lucianum in Lexiphane: Μεγαλώνυμός τε ὁ δικοδίφης, καὶ Χαιρέας ὁ χρυσοτέχνων, ὁ κατὰ νώτου ποικίλος, καὶ ὁ ὠτοκάταξις Εὐδήμιος· Ita enim ibi legendum. Vulgò perperam, ὠσκάταξις. Et apud Etymologum, in ὠτιοφόροι. ὠτιοφόροι δὲ, οἱ τὰ ὦτα συντεθλασμένοι· οἷον, ὠτοκαταξίδες. ἦσαν δὲ τοιοῦτοι ἀπὸ παλαίστρας. Sed neque verum eſt à Platone Comico, ὠτοκάταξιν, hoc eſt, ipſam mutilationem, ὠτογλυφὶν appellari. Locus Pollucis, ex quo id verum eſſe vir politiſſimus exiſtimabat, eſt in libro II. Verba ejus ſunt: ἐπὶ δὲ τῶν ἐν γυμνασίοις πληγῶν, τὰ ὦτα κατεαγέναι, ὠτοκάταξις. ὠτογλυφὶς δὲ εἴρηται παρὰ Πλάτωνι τῷ Κωμικῷ ἐν Συμμαχίᾳ, &c. Non enim hæc, ὠτογλυφὶς δὲ, &c. ad ὠτοκάταξις referri debent, ſed initium ſunt alterius periodi. Athletarum aures multis ictibus contuſæ erant. Notum illud Virgilii eſt in v. divini operis:

---- *erratque aures & tempora circum*
Crebra manus: duro crepitant ſub vulnere malæ.

Atque inde Lacedæmonii ab Athenienſibus propter palæſtræ ſtudium, οἱ τὰ ὦτα κατεαγότες dicebantur: qua de re videatur Heinſius dicto loco. Ceterùm, etiam Athenæus lib. & cap. 12. Antigonum Caryſtium teſtem advocat, ubi de Lycone agit.

Καὶ ἐμπινὴς ὤν] Ἐμπινὴς, id eſt, qui πίνῳ, ſive oleo palæſtrico, ſæpe unctus & ſordidatus fuit. Hinc ἐμπινῆ, *politum* reddunt Gloſſæ Veteres. Hinc quoque ἀπινὴς pro *rudi* & *impolito*, metaphoricè: ut ἀπάλαιστρος. Et κακοπινὴς, pro ὁ ἐπὶ κακῷ ἐμπινὴς, καὶ τρίβακος. Sophocles in Ajace Ulyſſem vocat κακοπινέστατον ἄλημα στρατοῦ. Verba ſunt Salmaſii in Confutatione Animadverſionum Cercoëtii, pag. 182. At Grentemenilius, quid ſibi velit hæc vox, fatetur ſe neſcire. Eum vide.

Διὰ τοῦτο καὶ παλαῖσαι λέγεται τότε ἐν τῇ πατρίδι Γλείᾳ] Γλείᾳ, Editio Stephani. Baſileenſis & Codex Regius, Ἕλειᾳ. Legiſſe videtur Aldobrandinus, Ἡλείᾳ: nam vertit, *Heleis certaminibus.* Legendum omnino, Γλεῖα: erant autem Γλεῖα, certamina in honorem Illi, à quo Ilium. Fuit Lycon è Troade.

Καὶ σφαιρίσας] Athenæus loco laudato: ἦν δὲ ὁ Λύκων καὶ σφαιριστὴς ἀγαθὸς καὶ ἐπιδέξιος.

Οὕτω δὲ ἦν ἐχθρὸς Γερωνύμῳ τῷ Περιπατητικῷ, &c.] 68
Fuit ergo Lyconi æqualis Hieronymus Rhodius Peripateticus. Dicitur tamen Ἀριστοτέλους μαθητὴς Athenæo x. 6. non quòd Ariſtotelis reverà fuerit auditor, ſed ejus Philoſophiæ ſtudioſus, ut commodè Athenæi verba interpretatur Jonſius contra Voſſium, qui de Hieronymo ante Philadelphi tempora egit.

Καὶ Πανθοίδου διήκουσε τοῦ Διαλεκτικοῦ] Dialectici dicebantur quidam Philoſophi. Vide nos ſuprà ad Euclidem, & Jonſium de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſ. lib. II. cap. 1. qui plures Dialecticos nominat.

Οὐ μὰ τὸν] Ἑλλειπτικῶς. Scholiaſtes Ariſtophanis ad hæc in Ranis, Μὰ τὸν, ἐγὼ μὲν οὐδ' ἂν εἴ τις ἔλεγέ μοι· Ἑλλειπτικῶς ὀμνύει, καὶ οὕτως ἔθος ἐστὶ τοῖς Ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν θεὸν, εὐλαβείας χάριν. Scholiaſtes Pindari: εὐλαβείᾳ τοῦ ὀμνύειν, οἱ Ἀρχαῖοι παρελίμπανον τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν.

Ἂν πρὶν] In Anthologia lib III. cap. 6. ubi hoc Epigramma ſine nomine Auctoris legitur, ſcriptum eſt ἂ πρὶν, quod eſt admirandi adverbium. ἂν habet Codex Regius. Magis placet ἂν, id eſt, *ſi.*

Πρῶτος, Πυθαγορικός.] Ille eſt procul dubio, de 69

quo Athenæus 10. 4. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος μετρίᾳ τροφῇ ἐχρῆτο, ὡς ἱστορεῖ Λύκων ὁ Γασεὺς ἐν τῷ Περὶ Πυθαγόρου. De eodem accipit Jonſius hæc Laërtii verba in Ariſtotele, καὶ Λύκωνα λέγειν, ὡς ἐν πυελῷ θερμοῦ ἐλαίου λούοιτο, καὶ τοὐλαιον διαπωλεῖτο.

Τρίτος, ἐπῶν ποιητής. τέταρτος, ἐπιγραμμάτων ποιητής.] Omiſſus uterque Voſſio. Ἐπιγραμματοποιοῦ nulla hodie Epigrammata ſuperſunt in Anthologia.

Fuit & Lycon. ὁ ἐργολάβος, de quo Theophraſtus in Charact. capite περὶ λογοποιίας. & Lycon Comicus, de quo Plutarchus in Vita Alexandri, nec non lib. II. de Fortuna Alexandri.

Ἀστυάνακτι] Ita vocabatur & pater Lyconis. Fuit Lycon è Troade; ubi propter Aſtyanactem Hectoris filium, familiare hoc nomen fuiſſe, vero ſimile eſt.

70 Δίδωμι Λύκωνι, διὰ τὸ καὶ τοὔνομα φέρειν ἡμῶν] Ita Latinis, *nomen ferre*. Videatur Lex *Sed Sciendum* 7. & Lex *Facta* 63. ſect. 10. D. ad Senatuſc. Trebellianum.

Τὸν δὲ περίπατον καταλείπω τῶν γνωρίμων τοῖς βουλομένοις.] Supple συσχολάζειν καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐτῷ, ut ſuperiùs ſcriptum eſt in Teſtamento Theophraſti. *Ambulationem* hoc ſenſu uſurpaſſe Ciceronem ad Atticum, rectè obſervat Aldobrandinus. *Noſtram ambulationem velim, cùm poteris, inviſas.*

71 Τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι γενομένων μερῶν] Scaliger ad oram libri, μορῶν.

Εἰς ἐλαιοχρησίαν.] Vide Caſaubonum.

72 Τιμησάτω δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς, Πασίθεμιν καὶ Μειδίαν, &c.] Non mihi aliunde notus Paſithemis ille Medicus. Ad Mediam quòd attinet, (nam Μηδίαν hoc loco legendum exiſtimo; & ita legendum videtur quoque exiſtimaſſe Aldobrandinus, qui vertit *Mediæ honorem habeto*) frater fuit Cretoxenes, matris Eraſiſtrati. Teſtatur Suidas in Ἐρασίστρατος: Ἐρασίστρατος, Γουλίτης, ἀπὸ Γουλιάδος πόλεως (lege Γουλίδος) Κέω τῆς νήσου· χρηματίζει οὖν Κῆϊος. υἱὸς Κρητοξένης τῆς Μηδίου τοῦ ἰατροῦ ἀδελφῆς, καὶ Κλεομβρότου. Μήδιος dicitur Galeno libro de Venæ ſectione adverſus Eraſiſtrateos. Ita enim ille, de Chryſippo Cnidio agens, qui Venæ ſectionem penitus ſuſtulit: ἠκολούθησαν δ' αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ, Μήδιός τε καὶ Ἀριστογένης, ἔνδοξοι καὶ αὐτοὶ παρ' Ἕλλησι γενόμενοι. Sed ibi fortè legendum Μηδίας.

Θηρικλείων ζεῦγος] Par Thericleorum poculorum. Sic dicta illa pocula à Thericle. Plinius XVI. 40. *Celebratur & Thericles nomine, calices ex terebintho ſolitus facere torno, per quem probatur materies.* Athenæus XI. 6. Θηρίκλειος ἡ κύλιξ αὕτη ἐγκάθηται περὶ τὰς λαγόνας, ἱκανῶς βαθυνομένη, ὥτά τε ἔχει βραχέα. ὡς ἂν κύλιξ οὖσα, &c. ὅτι δὲ κύλιξ ἐστὶν ἡ Θηρίκλειος, σαφῶς παρίστησι Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ φυτῶν ἱστορίᾳ. διηγούμενος γὰρ περὶ τῆς τερμίνθου, φησὶ τορνεύεσθαι καὶ ἐξ αὐτῆς κύλικας θηρικλείους, ὥστε μηδένα διαγνῶναι πρὸς τὰς κεραμέας. κατασκευάσαι δὲ λέγεται τὴν κύλικα ταύτην Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεὺς, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα ἔχει, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ τὸν Κωμικὸν Ἀριστοφάνη, &c. ἄλλοι δὲ ἱστοροῦσι θηρίκλειον ὀνομασθῆναι τὸ ποτήριον διὰ τὸ δορὰς θηρίων αὐτῷ ἐντετυπῶσθαι. & quæ ſequuntur, quæ vide. *Thericleum poculum ad latera depreſſum eſt; ſatis profundum; auribus hinc illinc prominentibus; ut in vulgari calice*, &c. *Calices thericleæ pocula fuiſſe apertè declarat Theophraſtus in libris de Hiſtoria Plantarum; quo loco de terebintho verba facit; atque ex ejus ligno calices formari thericleos, quos à fictilibus nemo diſcernat. Eos calices fama eſt à Corinthio figulo Thericle factos; unde & impoſitum nomen*, &c. *Alii tradunt thericleum poculum dictum, quòd in eo ſculptæ ferarum pelles eſſent*, &c. Heſychius: θηρίκλειος. κύλικος εἶδος, ἀπὸ Πηρικλέους κεραμέως. Erant autem initio thericlea fictilia, ut rectè Caſaubonus ad Athenæi citata verba obſervat: nam etiam Araros, æqualis aut ſuppar Thericlis, apertè eum fictorem figulinorum facit, apùd Athenæum dicto loco:

Ὦ γαῖα κεραμεῖτις σ' ὁ Πηρικλῆς ποτὲ
Ἐτευξε κοίλης λαγόνος εὐρύνας βάθος.

Etiam Lexiphanes, apud Lucianum: ποτήρια γηγενῆ πολλὰ, οἷα Πηρικλῆς ὤπτα εὐρυχαδῆ. Et falli credo Theophraſtum atque Plinium, qui tornatorem, non figulum, Thericlem volunt fuiſſe. Poſtea è ligno, argento, & auro, fieri cœpere: atque iſtorum ferè mentio apud Scriptores. Etiam è vitro, teſte Suida, qui θηρίκλειον ποτήριον ὑαλινὸν exponit. Sed & vaſa illa fictilia Ebræi *tarclarin* quoque, à Græco, vocant. Vide Ielammedenu, Baal Aruch, &c.

Καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ῥοΐσκων ζεῦγος, ψιλοτάπιδα, ἀμφίταπον, περίστρωμα, προσκεφάλαια δύο, τὰ βέλτιστα τῶν καταλειπομένων] Exſcripſit hunc locum Suidas in Voce ῥοΐσκος: δίδωμι δὲ τῷ Καλλινίκῳ (legendum ex hoc loco, τῷ Καλλίνου παιδίῳ) ῥοιάκων ζεῦγος, ψιλοτάπιδα ἀμφίταπον, περίστρωμα, προσκεφάλαια δὲ δύο τῶν καλλίστων. ῥοιάκων legiſſe Suidam apud Laërtium, arguit ſeries literarum. Et ſanè agnoſcunt hanc lectionem, Regius Codex & Editio Stephanica, & Baſileenſis. ῥυάκων, legendum adnotaverat Scaliger ad oram libri: credo, quia apud Heſychium legerat, ῥύαξ, περικεφάλαια, πύργος. MSS. Stephanici habent quoque ῥοΐσκων, ut hîc legitur. Salmaſius ad Solinum paginâ 241. legebat ῥίσκων: quam lectionem agnovit & Aldobrandinus, qui ad oram adpoſuit *riſcorum*. ῥίσκου nomen uſurpatum notat Pollux pro ciſta vel arcula. locus eſt lib. VII. cap. 33. καὶ κιβωτὸς καὶ κιβωτοποιὸς, ὡς Δείναρχος. κιβώτιον· τάχα δ' ἂν καὶ ῥίσκος, κίστη, κοίτη. & cap. 19. ejuſdem libri, quod eſt de veſtium vaſorum nominibus: εἰς ἃ κατετίθεντο τὰς ἐσθῆτας ταύτας, χηλοὶ μὲν καθ' Ὅμηρον κοῖλαί τε καὶ κιβωτοὶ, καὶ κίστται, καὶ ζυγάστρια· παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ ῥίσκοι, καὶ κανδύτανες. Et libro X. capite 31. quod item eſt de vaſis veſtium: ἵνα δὲ ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες, χηλοὶ, κιβωτοὶ, κιβώτια, κίστται, καὶ κιστίδες, &c. παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις, ῥίσκοι, ὡς Ἀντιφάνης ἐν Κυβευταῖς, ῥίσκος ἦν, ὃν εἶπεν. Gloſſarium Vetus Latino-Græcum: *riſcus*, κιβωτὸς μεγάλη. Gloſſarium Græco-Latinum: λάρναξ, *arca*, *riſcus*. Gloſſæ Latinæ: *ſcrinium*, *riſcus*. Mentio fit & in lege 25. ſect. 4. D. auro & arg. leg. *Mundus muliebris eſt, quo mulier mundior fit. Continentur eo, ſpecula, matulæ, unguenta, vaſa unguentaria, & ſiqua ſimi-*

lia dici poſſunt, veluti labatio, riſcus. Nomen eſſe Phrygium ait Donatus ad hæc Terentii in Eunucho IV. 6. *ubi ſita 'ſt? in riſco.* IN RISCO: *ciſta pelle contecta: nomen Phrygium.* Sed τὸ ῥοΐσκων, rectum eſſe contendit vir doctiſſimus juxtà ac elegantiſſimus, Stephanus Monachius. Quæ vox, veluti gemmæ quoddam genus, punicorum malorum ſpecie; quod in mundo muliebri locum habuiſſe, veroſimile eſt; ſignificat. Occurrit non ſemel in Exodo capite 28. Καὶ ποιήσεις ὑπὸ τὸ λῶμα τοῦ ὑποδύτου κάτωθεν, ὡσεὶ ἐξανθούσης ῥόας, ῥοΐσκους ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας. Et poſteà: τὸ αὐτὸ εἶδος ῥοΐσκους χρυσοῦς, &c. παρὰ ῥοΐσκον χρυσοῦν κώδωνα, &c. Et cap. XXXVI. 8. Καὶ ἐποίησαν ἐπὶ τοῦ λώματος τοῦ ὑποδύτου κύκλῳ, &c. Item in Cantico Canticorum IV. 3. Ὡς σπαρτίον τὸ κόκκινον χείλη σου, καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία, ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. Occurrit & apud Epiphanium in Hæreſi Scribarum XV. ῥοΐσκους γάρ τινας ἐπὶ τὰ τέσσαρα πτερύγια τοῦ τρίβωνος ἑκάστου εἶχεν, ἐξ αὐτοῦ τοῦ στήμονος καταδεμένους, ἐν ᾧ χρόνῳ ἐνεκρατεύετο, ἢ παρθενίαν ἤσκεεν. Pro ἀμφίταπον MSS. Stephanica, nec non Frobeniana editio, habent ἀμφίταπιν. Utrumque rectum eſt. ἀμφίταπος invenitur apud Athenæum & Heſychium. ἀμφίταπις autem dici poteſt, quemadmodum dicitur ψιλόταπις, pro quo & ψιλόδαπις legitur apud Pauſaniam.

Ἀμνημονεύοντες] Scaliger ad oram libri, ἀμνημονοῦντες. Nihil mutandum. Lucianus in libro Quomodò conſcribenda ſit Hiſtoria: καὶ μὴν, οὐδ' ἐκείνου ὅσιον ἀμνημονεῖσαι, ὃς τοιάνδ' ἀρχὴν ἤρξατο. *At verò neque fas eſt illius oblivi ſci qui hoc exordio eſt uſus. Immemoriam* pro *oblivione* dixit.

Οὕτως ἐξάγω] Nota ἐξάγειν in ea ſignificatione. imitatio autem eſt Platonis in Phædone.

Ἀφίημι τὰ λύτρα] Hoc eſt, *libertatis causâ impoſitorum gratiam facio*, ut rectè Caſaubonus ex Modeſtino.

Καὶ παιδευσάτω, ἀπὸ τοῦ νῦν χρόνου ἔξ ἔτη· καὶ χάρτα ἀφίημι ἐλεύθερον. καὶ θρεψάτω Λύκων αὐτόν] Deeſt apud Aldobrandinum horum verborum interpretatio. Ita autem Latinè ſonant: *& eum à præſenti tempore eruditat ſpatio ſex annorum: & Charetem manumitto: eum verò Lycon nutriat.*

73 Καὶ εἴ τι μοι ὀφείλει, ἀφίημι αὐτῷ] αὐτὸν, ceteræ Editiones, minùs rectè.

74 Ἑρμιονεύς] Videatur Stephanus in Ἕρμιον.

Παιανιεύς] Heſychius: Παιανιέα, ἀπὸ δήμου τῆς Ἀττικῆς. Suidas: Παιανιεῖς καὶ Παιονίδαι, δῆμοι δίττοί εἰσι Παιανίων (lege Παιανιέων) τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. ὡς Διόδωρος καλεῖσθαί φησι Παιανιέαν (ita legendum non Παιανιαίαν) καθυπέρθεν, καὶ Παιανιέαν ὑπένερθεν. τὸν δὲ δημότην ἑκατέρου δήμου καλεῖσθαι ὁμοίως Παιανιέα. διαφέρουσι δὲ οὗτοι τῶν Παιανίδων. (corrige Παιονίδων.) δῆμος δέ ἐστι καὶ οὗτος τῆς Λεοντίδος. Hæc Suidas ex Harpocratione. Hunc conſule in Παιανιεῖς.

DEMETRIUS.

Φανοστράτου] Suidas: Δημήτριος, Φανοστράτου, Φαληρεύς. (Φάληρον δὲ, λιμὴν τῆς Ἀττικῆς, ὃς τὸ πρῶτος Φαὸς ἐκαλεῖτο). 75

Οὗτος ἤκουσε μὲν Θεοφράστου.] Cicero libro I. de Officiis: *Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt: diſputator ſubtilis: Orator parum vehemens, ſed dulcis: ut Theophraſti diſcipulum poſſis agnoſcere.*

Δημηγορῶν δὲ παρ' Ἀθηναίοις] Strabo lib. IX. Cicero III. de Legibus, & de Finibus V. Ælianus Var. Hiſt. III. 17. & Plutarchus in Demetrio.

Ἠξιώθη χαλκῶν ἑξήκοντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις] Eumdem ſtatuarum Demetrii numerum fuiſſe dicit Varro:

Hic Demetrius æneas tot aptu 'ſt,
Quot luces habet annus abſolutus.

Et Plinius XXXIV. 6. *Columnarum ratio erat attolli ſupra ceteros mortales: quod & arcus ſignificant; novitio invento: primus tamen honos cœpit à Græcis: nullique arbitror plures ſtatuas dicatas quàm Phalereo Demetrio Athenis: ſiquidem* CCCLX. *ſtatuêre; quas mox laceraverunt, nondum anno hunc numerum dierum excedente.* Trecentas dicit Cornelius Nepos in Miltiade, & Plutarchus in libro de Reipublicæ gerendæ præceptis. Amplius trecentis fuiſſe ſcribit Strabo libro IX. cujus locum mox adferemus. At mille quingentas, Dio Chryſoſtomus Orat. XXXVII. καὶ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως πεντακοσίους ἀνδριάντας καὶ χιλίους ὑπὸ Ἀθηναίων μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, πάντας καθῃρημένους. Quod cùm vero ſimile minus ſit, erratum inibi in numero vero ſimile eſt.

Πολλὰ δὲ καὶ κάλλιστα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο] De quibus Cicero II. de Legibus: *Sed ait rurſus idem Demetrius, increbuiſſe eam funerum, ſepulcrorumque magnificentiam, quæ nunc fere Romæ eſt: quam conſuetudinem lege minuit ipſe: fuit enim hic vir, ut ſcitis, non ſolùm eruditiſſimus, ſed etiam civis è Republica maximè, tuendæque civitatis peritiſſimus. Iſte igitur ſumptus minuit, non ſolum pœna, ſed etiam tempore; ante lucem enim juſſit efferri. Sepulcris autem novis finivit modum. Nam ſuper terrà tumulum noluit quidquam ſtatui; niſi columellam tribus cubitis non altiorem, aut menſam, aut labellum: & huic procurationi certum magiſtratum præfecerat.* Mortuos ante lucem efferri, anteà ſanciverat Solon, ut eſt apud Demoſthenem ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον. id ſolùm renovavit Phalereus. Atticæ incolas recenſuiſſe centeſimâ & decimâ Olympiade, inventaſque Athenienſium duas myriadas fuiſſe, ac inſuper mille; inquilinos decies mille, ſervorum autem quadraginta myriadas; ſcribit Cteſicles in Chronicis apud Athenæum VI. 20. Etiam Ælianus Var. Hiſtor. III. 17. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο. Sed ὁ τοῖς ἄλλοις τιθέμενος θεσμοὺς Δημήτριος, καὶ τοὺς βίους τάττων, ἀνομοθέτητον ἑαυτῷ τὸν βίον κατεσκεύαζεν, ut ait Duris apud Athenæum lib. XII. cap. XI.

Καίπερ οὐκ εὐγενὴς ὤν· ἦν γὰρ ἐκ τῆς Κόννης οἰκί- 76

ας] Quod idem teſtatur Ælianus Var. Hiſtor. XII. 43. Δημήτριον δὲ τὸν Φαληρέα οἰκέτριβα γενέσθαι λέγουσιν, ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου καὶ Κόνωνος. Erat Conon Timothei pater; Cononi autem uxor fuit meretrix, genere Threſſa. Athenæus XIII. 5. Τιμόθεος δ' ὁ στρατηγήσας Ἀθηναίων ἐπιφανῶς, ἑταίρας ἦν υἱός, Θρᾴττης τὸ γένος, σεμνῆς δ' ἄλλως τοὺς τρόπους, &c. ὁ δὲ Τιμόθεος καὶ σκωπτόμενός ποτε ὅτι τοιαύτης εἴη μητρὸς, Καὶ χάριν γε αὐτῇ, φησὶν, οἶδα, ὅτι δι' αὐτὴν Κόνωνός εἰμι υἱός.

Ἀλλὰ ἀστῇ καὶ εὐγενεῖ συνώκει Λαμείᾳ τῇ ἐρωμένῃ] Lamiæ meretricis meminit Ælianus Variæ Hiſtoriæ XII. 17. & XIII. 9. nec non Plutarchus in Demetrio. Meminit & Athenæus XIII. 5. ubi & eam perditè amatam fuiſſe ait à Demetrio Poliorcete, qui ex ea gnatam Philam ſuſcepit. Malè Interpres Dalecampius de Demetrio Phalereo interpretatur. Filia fuit Cleanoris Athenienſis, ut ibidem ex Polemone tradit Athenæus. An eadem eſt ac illa nobilis femina, quam amabat Phalereus?

Ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Κλέωνος πεποιῆσθαι] Huc ſpectant, quæ ſcribit Suidas. οὕτω δὲ ἦν σφόδρα εὐπρεπὴς, ὥστε καὶ διαβολὴν λαβεῖν, ὅτι γέγονεν ἐρώμενος νέος. Sed & ipſe pueros amavit. Videatur Athenæus libro XII. cap. XI.

Δίδυμος δὲ ἐν Συμποσιακοῖς, καὶ Χαριτοβλέφαρον, καὶ Λαμπετὼ καλεῖσθαι αὐτόν φησιν, ἀπό τινος ἑταίρας] Heſychius Mileſius: Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς τοσοῦτον ἦν εὐπρεπὴς, ὡς ὑπὸ τινῶν προσαγορευθῆναι Λαμπετὼ, καὶ Χαριτοβλέφαρος. Athenæus XIII. 7. Δημήτριος, δὲ ὁ Φαληρεὺς Λαμπιτοῦς τῆς Σαμίας ἑταίρας ἐρασθείς, ἡδέως καὶ ἑαυτὸν Λαμπιτὼ προσηγορεύσατο, ὥς φησι Δίϋλλος. ἐκαλεῖτο δὲ Χαριτεβλέφαρος. Legendum apud Athenæum Δίδυμος pro Δίϋλλος, rectè ex Laërtio monuerunt Viri docti, Caſaubonus ad Laërtium & Athenæum, & Meurſius ad Heſychium. Didymi Συμποσιακὰ citantur Stephano in Ἠτία. Clementi Alexandrino Stromat. IV. & Etymologici Magni auctori in Σκολιά. Ceterùm & alia Neæra Attica, χαριτοβλέφαρος cognominatur in Veteri Inſcriptione quam profert Pignorius in Epiſtolis Symbolicis.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗ ΝΕΜΕΣΕΙ ΡΑΜΝΟΥΝΤΟΘΕΝ
ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

77 Λέγεται δὲ ἀποβαλόντα αὐτὸν τὰς ὄψεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, κομίσασθαι αὖθις παρὰ τοῦ Σαράπιδος] Vide Caſaubonum.

Ἐπιβουλευθεὶς γὰρ, &c. κατασπάσαντες αὐτοῦ τὰς εἰκόνας, καὶ τὰς μὲν ἀποδύρενοι, τὰς δὲ βυθίσαντες, τὰς δὲ κατακόψαντες εἰς ἀμίδας] Teſtatur & Strabo lib. IX. ἀλλ' οὕτως ὁ φθόνος ἰσχυσε, καὶ ἡ πρὸς ὀλίγους ἀπέχθεια, ὥστε μετὰ τὴν Κασσάνδρου τελευτὴν, ἠναγκάσθη φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον· τὰς δ' εἰκόνας αὐτοῦ πλείους ἢ τριακοσίας κατασπάσαντες οἱ ἐπαναστάντες, καὶ κατεχώνευσαν· ἔνιοι δὲ προστιθέασιν, ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. *Verum invidia, atque Oligarchiæ odium, tantum valuerunt, ut Caſſandro mortuo fugere in Ægyptum fuerit coactus; ſtatuaſque ejus amplius trecentas, factâ ſeditione, adverſarii dejecerunt, conflaverunt[78]que: addunt quidam & conflaſſe in matulas.*

Παρὰ Πτολεμαίων ἐλθεῖν] Ælianus Var. Hiſtor. III. 17. Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς, καὶ Ἀθήνησιν ἐπιφανέστατα ἐπολιτεύσατο, ἕως' ἂν αὐτὸν ὁ συνήθης Ἀθηναίοις φθόνος ἐξέωσε· καὶ ἐν Αἰγύπτῳ δὲ συνὼν τῷ Πτολεμαίῳ, νομοθεσίας ἦρξε. *Demetrius Phalereus ſummâ cum dignitate Rempublicam Athenienſium rexit: donec Athenienſibus conſueta ſolitaque invidia ejecit: ſed in Ægypto etiam apud Ptolemæum Regem in regendis ferendiſque legibus primas tenebat.* Meminit & Diodorus Siculus libro XX. Plutarchus in Apophthegmatibus Regum: Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ παρῄνει τὰ περὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας βιβλία κτᾶσθαι καὶ ἀναγινώσκειν. ἃ γὰρ οἱ φίλοι τοῖς βασιλεῦσιν οὐ θαῤῥοῦσι παραινεῖν, ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται. *Demetrius Phalereus Ptolemæo Regi ſuaſit ut libros de Regno ac Principatu compararet, ac legeret: quippe illa, de quibus amici monere non audent Reges, in illis reperiri.*

Καί πως ὑπνώττων, ὑπ' ἀσπίδος τὴν χεῖρα δηχθεὶς τὸν βίον μετέθηκε] Quæ verba αὐτολεξεὶ exſcripſit Suidas. Idipſum teſtatur Cicero Oratione pro Rabirio. *Video Demetrium & ex Republica Athenienſium quàm optimè digeſſerat, & ex doctrina nobilem & clarum, qui Phalereus vocitatus eſt, in eodem iſto Ægypti regno aſpide ad corpus admotâ vitâ eſſe privatum.* Ceterum ex hoc Laërtii loco evincebat Scaliger Demetrium Phalereum curatorem Bibliothecæ Philadelphi nec fuiſſe, neque ex ejus ſuggeſtu ſacros Ebræorum libros converſos eſſe, cùm ſtatim ab initio regni Philadelphi perierit, & maximo in odio ei ſemper ſub Ptolemæo Lagi fuerit. Eum vide omnino in Animadverſionibus ad Euſebii Chronicum. Sed idem evincunt & alia argumenta, quæ videre eſt apud Wowerium capite 3. de Bibliorum interpretibus, & apud Hodyum cap. 9. de Hiſtoria LXX. Interpretum.

Ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως] Hisconſentanea habet Suidas: ἐτάφη ἐν τῷ Βουσιρίτῃ νομῷ, πλησίον Διοσπόλεως, τῆς ἐν τοῖς ἕλεσι. Ex his verbis τῆς ἐν τοῖς ἕλεσι, patet Dioſpolim illam in quâ ſepultus eſt Demetrius, non eſſe magnam Dioſpolim; id eſt, Thebas Ægyptias; quæ à mari procul aberat; ſed alteram Dioſpolim prope Menderem & Leontopolim & Buſirim; quam præter Nili alveos, Buſiritem & Athribitem, varii lacus cingebant, ut docet Strabo, his verbis: πλησίον δὲ Μένδητος Διόσπολις, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν λιμναὶ, καὶ Λεοντόπολις· εἶτ' ἀποτέρω ἡ Βούσιρις πόλις ἐν τῇ Βουσιρίτῃ νομῷ. Videndus Vir magnus de Geographia Sacra libro & capite primo. Buſiris, oppidum fuit Ægypti; de quo Plinius libro V. capite 10. & Stephanus in Βούσιρις: unde & huic Præfecturæ nomen. Ægyptum in Præfecturas diviſam fuiſſe, ignorat nemo. Eas autem Ægyptii νομοὺς appellabant. Epiphanius libro I. in Hæreſi Baſilidis: ἐν τῇ τῶν Αἰγυπτίων χώρᾳ στειλάμενος τὴν πορείαν. ἐκεῖσε τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. εἶτα ἔρχεται εἰς τὰ μέρη τοῦ Προσωπίτου καὶ Ἀθριβίτου· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν Σαΐτην καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ Ἀλεξανδροπολίτην χώραν, ἤτοι νόμον. νόμον γὰρ οἱ Αἰ-

γύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον. Cæterùm Demetrii Phalerei interitum malè retuliſſe ad Ptolemæi Soteris tempora, rectè Hodyus in Hiſtoria Lxx. Interpretum obſervabat. Demetrius quippe Phalereus poſt mortem Ptolemæi Lagi, ſive Soteris, in exilium à Philadelpho Lagi filio actus, in cuſtodia fato functus eſt.

79 Παρ' ἡμῖν.] Rectè hæc verba delenda eſſe exiſtimabat Scaliger dicto loco. Verſus ſunt Trimetri & Dactylici, qui ſic diſtinguendi,

Ἀνεῖλεν ἀστὶς τὸν σοφὸν Δημήτριον,
Ἴδιον ἔχουσα πολύν,
Ἄσμηκτον, οὐ στίλβουσα φῶς ἀπ' ὀμμάτων,
Ἀλλ' αἰδὴν μέλαιναν.

Μένανδρος ὁ Κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅτι φίλος ἦν αὐτῷ] De Phalereo & Menandro, Phædrus libro v. cujus verba, ut ea emendemus, placet adſcribere:

Demetrius qui dictus eſt Phalereus,
Athenas occupavit imperio improbo.
Ut mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruunt.
FELICITER, *ſubclamant ipſi principes:*
Illam oſculantur, quâ ſunt oppreſſi manum;
Tacitè gementes triſtem fortunæ vicem.
Quin etiam reſides & ſequentes otium
Ne defuiſſe noceat, repetunt ultimi;
In queis Menander nobilis Comœdiis,
Quas, ipſum ignorans, legerat Demetrius, &c.

pro *repetunt*, ſcribendum *repunt*, (quam emendationem acceptam fero Johanni Tarino noſtrati, Viro optimo & doctiſſimo, & quem libri benè ſcripſiſſe, Diſcipuli bene docuiſſe teſtantur) aut *reptant*, ut Tanaquillus Faber emendavit.

80 Πλῆθει δὲ βιβλίων καὶ ἀριθμῷ στίχων σχεδὸν ἅπαντας παρελήλακε τοὺς κατ' αὐτὸν Περιπατητικούς] Suidas: συνέγραψε δὲ συχνὰ βιβλία. & ſuprà: γέγραφε φιλόσοφά τε καὶ ἱστορικὰ, καὶ πολιτικὰ, καὶ περὶ ποιητῶν.

Τὰ δὲ, περὶ ποιητῶν] *Grammaticorum probatiſſimus* dicitur Tertulliano in Apologetico ſectione 18.

Ἀλλὰ μὴν καὶ λόγων Αἰσωπείων συναγωγαὶ] Recenſentur & infrà inter libros Phalerei, Αἰσωπείων, α'.

Περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας, ε'. Περὶ τῶν Ἀθήνησι πολιτῶν, β'.] Laudantur Straboni lib. IX. ubi de Caſſandro Rege: ἐπέστησε γὰρ τῶν πολιτῶν Δημήτριον τὸν Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου γνώριμον· ὃς οὐ μόνον οὐ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπηνώρθωσε. δῆλοῖ δὲ τὰ ὑπομνήματα, ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. *Urbique præfecit Demetrium Phalereum, Theophraſti Philoſophi diſcipulum; qui non modo non deſtruxit, ſed inſtauravit potiùs popularem Reip. ſtatum: quod ejus de hoc Reip. genere ſcripti Commentarii declarant.*

81 Περὶ Ἰλιάδος, β'. Περὶ Ὀδυσσείας, δ'. &c. Ὁμηρικὸς, α'] Primum Homeriſtas in theatrum produxiſſe Demetrium Phalereum, auctor eſt Athenæus libro XIV. cap. 5. Etiam ſcripſiſſe Commentarios in Nicandrum diſcimus ex Stephano: cujus hæc ſunt verba in Κορύπη: οἱ δὲ ὑπομνηματίσαντες αὐτὸν; loquitur de Callimacho; Θέων, καὶ Πλούταρχος, καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, &c. Sed cùm Nicandro poëta Demetrium qui *Phalereus* eſt cognominatus, conſtet eſſe aliquanto antiquiorem; ibi hæc vox Φαληρεὺς omninò *noθεύει*, & de alio Demetrio accipiendus Stephanus. Quam meam ſententiam probavit vir doctiſſimus Humbertus Hody capite 10. diſſertationis contra hiſtoriam Lxx. Interp. pag. 195.

Σωκράτης, α'] Infrà, in Democrito & in Heraclito citatur Demetrius Phalereus ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ: qui liber non alius fortè ab iſto qui *Socrates* inſcribebatur.

Περὶ τῆς δεκαετίας.] Accipio de Trojanæ obſidionis decennio.

Περὶ τοῦ δοκοῦ, α'.] Περὶ τόκου legendum ſuſpicabatur Lucas Holſtenius, Germanorum longè doctiſſimus; de quo me monuit per literas Mericus Bigotius noſter. Sed legendum potiùs Περὶ τοῦ δόκου: hoc eſt, *de Opinione*: quo ſignificatu non ſemel occurrit vox δόκος apud Sextum Empiricum.

Περὶ γήρως, α'] Meminit ſuprà Laërtius in Anaxagora. Sed mirum non meminiſſe hoc loco τῆς τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῆς: in quo libro bis ipſe Laërtius citat Demetrium in Vita Thaletis: & ſemel, in Anaxagora. Hujus mentio fit & apud Marcellinum in Vita Thucydidis. Vulgò Demetrio Phalereo libellum illum aureum περὶ ἑρμηνείας tribuunt: ſub cujus nomine citatur & à Theophylacto libro 3. capite 26. Verùm non Demetrii, ſed Dionyſii Halicarnaſſei eſſe, diu eſt quòd multis probavit doctiſſimus Henricus Valeſius in Notis ad Excerpta Nicolai Damaſceni pag. 65. & 66. Qua de re videndus Hodyus in hiſtoria Lxx. Interpr. cap. 10. extremo. Et falſus eſt Marcus Antonius Muretus, qui in Oratione VI. eum Demetrio Alexandrino tribuit. Tribuuntur quoque Phalereo à Stobæo Serm. III. Septem Sapientum Apophthegmata. De numero quaternario volumen ſcripſiſſe Demetrium, auctor eſt Plinius libro XXVIII. cap. 6. Sed an de Phalereo intelligendus Plinius, non conſtat.

Χαρακτὴρ δὲ φιλόσοφος, εὐτονίᾳ ῥητορικῇ καὶ δυνάμει κεκραμένος] Aliter de ſtylo Demetrii judicat Cicero. Ita enim ille in Bruto: *Phalereus ſucceſſit eis ſenibus adoleſcens: eruditiſſimus ille quidem horum omnium; ſed non tam armis inſtitutus, quàm palæſtrâ. Itaque delectabat magis Athenienſes, quàm inflammabat. Proceſſerat enim in ſolem & pulverem, non ut è militari tabernaculo, ſed ut è Theophraſti, doctiſſimi hominis, umbraculis. Hic primus inflexit orationem, & eam mollem teneramque reddidit: & ſuavis, ſicut fuit, videri maluit, quàm gravis; ſed ſuavitate eâ, quâ perfunderet animos, non quâ perfringeret.* Et de Officiis I. *Nemini video Græcorum adhuc contigiſſe, ut idem utroque in genere laboraret, ſequereturque & illud forenſe, & hoc quietum diſputandi genus: niſi fortè Demetrius Phalereus in hoc numero haberi poteſt; Diſputator ſubtilis; Orator parùm vehemens; dulcis tamen, ut Theophraſti Diſcipulum poſſis agnoſcere.* 82

Ἔλεγε, μὴ μικρὸν εἶναι μέρος τὰς ὀφρῦς· ὅλῳ γοῦν

ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ.] Eruditiſſimus Pricæus ad Lucam cap. III. legendum cenſet, ἔλεγε μὲν μικρὸν εἶναι μέρος (ſive potiùs μέλος) τὰς ὀφρῦς. ὅλῳ γὰρ (ſive potiùs δὲ) ἐπισκοτῆσαι δύνασθαι τῷ βίῳ. Etiam τὸ μὴ deeſt in Editione Frobenii.

Οὐ μόνον τὸν πλοῦτον ἔφη τυφλὸν] Videatur Ariſtophanes in Pluto.

Τοσοῦτον ἐν πολιτείαις ἰσχύειν λόγον.] δῶρον habent ſcripti quidam libri, teſte H. Stephano: quam lectionem agnovit & Aldobrandinus ad oram libri.

Τετραγωνος Ἑρμῆς.] Quare quadratus Mercurius, explicat optimè Suidas in Ἑρμῶν: Ἑρμαῖ ἦσαν ἐν τῇ Ἀθηναίων πόλει λίθινοι ἐν προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς· ἐπειδὴ φασι τὸν Ἑρμῆν λόγου καὶ ἀληθείας ἔφορον εἶναι. διὰ τοῦτο καὶ τὰς εἰκόνας αὐτοῦ τετραγώνους καὶ κυβοειδεῖς κατεσκεύαζον, αἰνιττόμενοι τὸ τοιοῦτον σχῆμα, ἀφ' ἅ μέρη πέσῃ, πανταχόθεν βάσιμον καὶ ὄρθιον εἶναι· οὕτω καὶ ὁ λόγος, καὶ ἡ ἀλήθεια ὁμοίκ ἐστι πανταχόθεν αὐτὴ ἑαυτῇ· τὸ δὲ ψεῦδος πολύχουν, καὶ πολυσχιδὲς, καὶ ἑαυτῷ μάλιστα ἀσύμφωνον. *Hermæ* (id eſt, Mercurii ſtatuæ) *lapideæ Athenis erant in veſtibulis & templis: quia dicunt Mercurium eſſe orationis & veritatis inſpectorem. Propterea etiam ipſius effigies quadratas & cubi ſpeciem habentes conficiebant, obſcurè ſignificantes hujuſmodi figuram, in quamcumque partem ceciderit, undique ſtabilem & rectam eſſe. Sic etiam oratio & veritas eſt ipſa ſibi ipſi undique ſimilis: mendacium verò, varium, & multiplex, & ſecum ipſum minimè conſentiens.* Verùm aliter vetus Homeri Commentator ad Odyſſ. verſ. 198. Ἑρμῆς ὁ Διὸς καὶ Μαίας τῆς Ἀτλαντος παῖς, ἔτι ὢν ἐν ἀνθρώποις, τέσσαρα μέγιστα εὗρετο, Γράμματα, καὶ Μουσικὴν, καὶ Παλαιστραν, καὶ Γεωμετρίαν. ὅθεν καὶ τοὺς Ἕλληνας τετράγωνον αὐτὸν ἀσκῆσαι, καὶ οὕτως ἐν γυμνασίοις ἀναθεῖναι.

Ἔχων σύριγα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πώγωνα] Stobæus Serm. II. Φιλιππος τοὺς Ἀθηναίους ἐικαζε τοῖς ἑρμαῖς, ὡς στόμα μόνον ἔχουσι καὶ αἰδοῖα μεγάλα. *Philippus Athenienſes comparabat Statuis Mercurii, quæ nihil aliud quam os habebant & magna pudenda.* Plutarchus libello Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον extremo: διὸ καὶ τῶν ἑρμῶν τοὺς πρεσβυτέρους, ἀχειρας καὶ ἀποδας, ἐντεταμένους δὲ τοῖς μορίοις, δημιουργοῦσιν, αἰνιττόμενοι τῶν γερόντων ἐλαχιστα δεῖσθαι διὰ τοῦ σώματος ἐνεργούντων, ἐὰν τὸν λόγον ἐνεργὸν, ὡς προσήκει, καὶ γόνιμον ἔχωσιν. *Eam ob cauſam etiam Mercurios ſeniores ſine manibus & pedibus, ſed rigente faſcino effingunt, hoc ænigmate indicantes, minime hoc à Senioribus requiri, ut corpore efficaces ſint; modò iis ratio, ut convenit, efficax ſit & fœcunda.* Adde & Herodotum libro II. qui hoc Græcos non ab Ægyptiis mutuatos eſſe ait, ſed à Pelaſgis. τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπὸ Αἰγυπτίων μεμαθήκασι, ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν.

83 Γεγόνασι δὲ Δημήτριοι ἀξιόλογοι εἴκοσι] Quinquaginta duo Jonſio memorantur.

Τρίτος, Βυζάντιος Περιπατητικός] Citatur Athenæo libro x. Demetrius Byzantius ἐν τετάρτῳ Περὶ Ποιητῶν. Et lib. XII. ἐν τῷ Περὶ ποιημάτων, nec non ἐν τετάρτῳ Περὶ ποιήματος. Sed cùm Demetrii Byzantii duo exſtiterint; unus Philoſophus Peripateticus, de quo hoc loco Laërtius; alter Hiſtoricus, de quo mox idem Laërtius; uter ab Athenæo intelligatur, incertum eſt. Eò inclinat Voſſius, ut de Peripatetico loqui credat, cujus Laërtius nullum nominat ſcriptum: eumdemque exiſtimat ſignatum à Laërtio, cùm in Socratis Vita quædam de Socrate ex Demetrio Byzantio adfert. Demetrius, Peripateticus Philoſophus, Catoni Uticenſi aderat, cùm ſe interficere cogitaret: quem & ab eo incœpto revocare fruſtrà tentavit: ut auctor eſt Plutarchus in Catone Uticenſi.

Ἕκτος, Καλαντιανὸς, ὁ γεγραφὼς περὶ Ἀσίας καὶ Εὐρώπης] Καλατιανὸς, Editiones Stephanicæ. Utraque lectio recta eſt: quod ſuperiùs monuimus. De eo Demetrio, Strabo lib. I. Δημήτριος Καλατιανὸς τοὺς καθ' ὅλην τὴν Ἑλλάδα ποτὲ γενομένους σεισμοὺς διηγούμενος. Marcianus Herocleota verſu 117.

Δημητρίῳ τε Καλατιανῷ συγγραφεῖ, &c.

Et verſu 728.

Ὁ Καλατιανὸς συγγραφεὺς Δημήτριος.

Stephanus in Ἀντίκυραι: Ἀντίκυραι, πόλεις δύο· ἡ μία Φωκίδος, ὡς Δημήτριος ὁ Καλλατιανός. Corrige Καλατιανός. Meminit & Dionyſius Halicarnaſſeus libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, ubi de ejus ſtylo judicat. Citatur & Luciano in Longævis; ſed ubi corruptè Καλλιστιανὸς appellatur: quod rectè monuit Voſſius.

Οὖδοος, ὁ διατρίψας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, &c.] Favo- 84
rini amicus. Galenus de Præcognitione ad Epigenem capite 5. Δημήτριος Ἀλεξανδρεὺς, ἑταῖρος Φαβωρίνου, δημοσίᾳ λέγων ἑκάστης ἡμέρας εἰς τὰ προβαλλόμενα κατὰ τὴν ἰδέαν τῆς Φαβωρίνου λέξεως. *Demetrius Alexandrinus, Favorini amicus, qui quotidie juxta exemplar verborum Favorini, quæſtiones publicè diſputabat.* Fortaſſe is eſt, de quo Ammonius in libros Ariſtotelis de Interpretatione, ſtatim ab initio: Δημήτριος δὲ τὸ περὶ Λογογραφικῆς ἰδέας, βιβλίον ἐγγράψας.

Ἔννατος, Ἀδραμυττηνὸς, Γραμματικὸς, ἐπικληθεὶς Ἰξίων, διὰ τὸ ἀδικῆσαί τι δοκεῖν περὶ τὴν Ἥραν] Heſychius Mileſius: Δημήτριός τις ἕτερος, Ἰξίων ἐπεκλήθη, διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος, ἐφωράθη. Vixit Auguſti temporibus, teſte Suida: qui & hujus cognominis alias cauſas commemorat: Δημήτριος, ὁ ἐπίκλην Ἰξίων, Γραμματικὸς Ἀτραμυττηνὸς, (γρ. Ἀδραμυττηνὸς) γεγονὼς κατὰ τοὺς Αὐγούστου τοῦ Καίσαρος χρόνους· ὃς διέτριψεν ἐν Περγάμῳ. ἐπεκλήθη δὲ τοῦτο, ὡς μέν τινες, διότι λεπίδας χρυσᾶς κλέπτων τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῆς Ἥρας ἀγάλματος ἐφωράθη· ὡς δὲ ἄλλοι, ὅτι ἀπεσύλησεν Εὐριπίδειον Φιλότιμον τὸ δράμα ἔχον τὸν Ἰξίονα. ἕτεροι δὲ, ὅτι τῷ διδασκάλῳ Ἀριστάρχῳ ἀντήρισεν, ὥσπερ ὁ Ἰξίων εὐεργετήσασιν αὐτὸν τοῖς θεοῖς ἀχαριστεῖν ἐπεχείρησεν. ἔγραψε δὲ περὶ τῶν εἰς [μι] ληγόντων ῥημάτων, καὶ ἄλλα περὶ ἀντωνυμιῶν. εἰς Ὅμηρον ἐξήγησιν, εἰς Ἡσίοδον ὁμοίως. Citatur & Ariſtophanis Enarratori ad Aves, ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσιν: Δημήτριον δὲ, καὶ πάντες τὸν Ἰξίονα λέγουσιν, ἐν ταῖς Ἀτ-

τικαῖς λέξεσιν: ὡς γλῶσσαν ἐξηγεῖσθαι, ὅτι λαισποδίας ἐστὶν, ὁ ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια. Et Athenæo lib. IX. cap. XI. ἐν τῷ Περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου. & lib. III. cap. I. ἐν πρώτῃ ἐτυμολογουμένων.

Ἐνδέκατος, Σκήψιος] Citatur ἁπλῶς Athenæo II. 6. IV. 19. Et XIV. 22. ἐν δευτέρῳ Τρωϊκοῦ. Et III. 6. ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου· in quo Tractatu citatur ipſi Athenæo & alibi ſæpe. Memoratur idem Demetrius & auctori Magni Etymologici in χεράδες· φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Σκήψιος τὴν διάλεκτον Ἀπολλωνιατῶν εἶναι. Is eſt, de quo ſic Strabo libro XIII. ubi de viris illuſtribus Sceplinatis: ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως καὶ ὁ Δημήτριός ἐστιν· οὗ μεμνήμεθα πολλάκις· ὁ τὸν Τρωϊκὸν διάκοσμον ἐξηγησάμενος γραμματικὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονὼς Κράτητι καὶ Ἀριστάρχῳ.

Οὗτος τὸν Μητρόδωρον προεβίβασε τὸν πολίτην.] De eo Metrodoro ſic quoque Strabo ibidem. μετὰ τοῦτον (Δημήτριον Σκήψιον) Μητρόδωρος, ἀνὴρ ἐκ τοῦ φιλοσόφου μεταβεβληκὼς ἐπὶ τὸν πολιτικὸν βίον, καὶ ῥητορεύων τοπλέον ἐν τοῖς συγγράμμασιν. ἐχρήσατο δὲ φρονήσεως τινὶ χαρακτῆρι καινῷ· καὶ κατεπλήξατο πολλούς. διὰ δὲ τὴν δόξαν, ἐν Καρχηδόνι γάμου λαμπροῦ, πένης ὤν, ἔτυχε, καὶ ἐχρημάτιζε Καρχηδόνιος. Μιθριδάτην δὲ θεραπεύσας τὸν Εὐπάτορα, συναπῆρεν εἰς τὸν Πόντον ἐκείνῳ μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ ἐτιμήθη διαφερόντως· ταχθεὶς ἐπὶ τῆς δικαιοδοσίας, ἀφ' ἧς οὐκ ἦν τῷ κριθέντι ἀναβολὴ τῆς δίκης ἐπὶ τὸν βασιλέα. οὐ μέντοι διηυτύχησεν, ἀλλ' ἐμπεσὼν εἰς ἐχθρὰν ἀδικωτέρων ἀνθρώπων, ἀπέστη τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν πρὸς Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον πρεσβείαν. ὁ δ' ἀκόντα ἀνέπεμψεν αὐτὸν Εὐπάτορι, φεύγοντι ἤδη τὴν προγονικὴν βασιλείαν. κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν, κατέστρεψε τὸν βίον, εἴθ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως, εἴθ' ὑπὸ νόσου· λέγεται γὰρ ἀμφότερον. Id eſt, *Poſt hunc, Metrodorus, qui è Philoſopho in civilem mutatus hominem, in ſuis ſcriptis Rhetorum more plerumque diſſerit: nova utens quadam dicendi forma, quæ ei apud multos admirationem peperit. Idque ſuâ famâ conſequutus eſt: ut opulentam uxorem Carthagine pauper duceret, ac* Carthaginenſis *appellaretur. Mithridatem autem colens Eupatorem, eum cum uxore ſua in Pontum eſt comitatus; & ad ſummum honorem ab eo evectus eſt. Nam judicis officium hic ei demandavit, à cujus ſententia non liceret ad regem provocare. Non tamen ad finem vitæ fortuna permanſit ſecunda: ſed iniquorum hominum inimicitiis intricatus, defecit à rege cum ab eo legatus ad Tigranem miſſus eſſet Armenium: qui eum invitum Eupatori remiſit, jam ex avito fugienti regno. In itinere autem mortuus eſt Metrodorus: ſive regis operâ, ſive è morbo: utrumque enim fertur.* Et Plinius libro XXXVII. cap. 6. *Hic eſt Manurra, Catulli Veronenſis carminibus proſciſſus, quem Metrodorus Scepſius, clarius quàm Catullus, dixit habere quidquid habuiſſet Comata Gallia. Namque eum primum totis ædibus nullam niſi è marmore columnam habuiſſe.* Ita legendus hic locus ex emendatione Joſephi Scaligeri: qui de ea videndus in Caſtigationibus ad Catullum. Ex hoc autem Plinii loco diſcimus ætatem Metrodori illius Sceplii; eum ſcilicet Cæſarianis viriſſe temporibus. Item, ex loco epiſtolæ Bruti ad Cæſarem, apud Chariſium: ubi eum Brutus familiarem ſuum appellat. Dictus fuit μισορωμαῖος. Plinius XXXIV. 7. *Metrodorus Scepſius, cui cognomen à Romani nominis odio inditum eſt.* Quò reſpexit Naſo de Ponto libro IV.

Non loca, ſed mores, ſcriptis vexavit amaris
Scepſius Auſonios: actaque Roma rea eſt.

Δωδέκατος, Γραμματικὸς Ἐρυθραῖος, &c.] Meminit Suidas in Τυραννίων: διήκουσε καὶ Διονυσίου τοῦ Θρακὸς ἐν Γ'όδῳ. ἀντεσοφίστευσε Δημητρίῳ τῷ Ἐρυθραίῳ.

Τρισκαιδέκατος, Βιθυνὸς, Διφύλου τοῦ Στωϊκοῦ υἱὸς, μαθητὴς δὲ Παναιτίου τοῦ Γ'οδίου] Diphyli illius Philoſophi Stoïci, alibi, quod ſciam, mentio non occurrit. Corrige Διφίλου. Ceterum, Demetrii Bithyni epigramma in Myronis bovem exſtat Anthologiæ lib. IV. 7. ſed quem ab illo noſtro Bithyno diverſum putat Jonſius; quia priores illos XIV. Demetrios ſolutâ oratione ſcripſiſſe, docet Laërtius.

Καὶ οὗτοι μὲν, λογικοί] Vertit Aldobrandinus: *Atque hi quidem ſubtiles.* Vetus Interpres: *Atque iſti quidem proſâ oratione ſcripſerunt.* Pro Aldobrandino facit, quòd inter Demetrios qui ſequuntur, ſint etiam nonnulli qui proſa oratione ſcripſere. Pro Vetere Interprete, quòd inter eos qui præceſſere, ſint quoque qui non Logici exſtiterint. Magis placet poſterior interpretatio: ſequitur enim ποιηταὶ δὲ, &c. & quatuor deinde Poëtas commemorat Laërtius. Nec obſtat quòd poſteà, & Statuarium; & Erythræum, qui Rhetoricos Hiſtoricoſque libros compoſuerat; recenſeat: non enim ad eos ſpectant hæc verba ποιηταὶ δὲ, verùm ad priores quatuor. Neque id mirum videri debet iis qui plura alia ἀσύστατα apud Scriptorem noſtrum animadverterunt. *Logicos* dixit Laërtius pro Scriptoribus qui oratione ſoluta ſcribunt. λόγος, eſt *ſermo familiaris.* Inde, *ſermoni propiora,* apud Horatium. Inde & καταλογάδην ſcribere, eſt proſa oratione ſcribere. Ceterùm Jonſio non adſentior, qui etiam poſteriores illos duos Demetrios, verſibus ſcripſiſſe exiſtimabat. 85

Τρίτος, Ταρσικὸς, Σατυρογράφος] Diximus ad Bionem.

Πέμπτος, ἀνδριαντοποιὸς, οὗ μέμνηται Πολέμων] Scripſerat Polemon περὶ πινάκων: qui liber infrà à Laërtio in Chryſippo memoratur. Plenius Περὶ τῶν ἐν Σικυῶνι πινάκων dicitur Athenæo XIII. 2. & Περὶ τῶν ἐν τοῖς προπυλαίοις πινάκων Harpocrationi, in λαμπάς: atque hi libri partes fuiſſe videntur Operis Περὶ πινάκων. Scripſerat & Περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον, teſte eodem Athenæo XI. 6. & quatuor libros Περὶ τῶν ἀναθημάτων, τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, ut diſcimus ex Strabone lib. IX. Hujus Polemonis meminit ſuprà & Laërtius in Ariſtippo. At Demetrii Statuarii mentionem facit quoque Plinius XXXIV. 8. *Demetrius Lyſimachen, quæ Sacerdos Minervæ fuit, annis 64. Idem & Minervam, quæ Muſica appellatur, quoniam dracones in Gorgone ejus, ad ictus citharæ, tinnitu reſonant. Idem Equitem Sarmenem, qui primus de Equitatu ſcripſit.*

Ἕκτος, Ἐρυθραῖος, &c.] Alius à Demetrio illo Erythræo Grammatico, qui ſuprà duodecimus memoratur.

Præter

Præter hos Demetrios à Diogene recenſitos, & alii quamplurimi occurrunt.

Alexandrinus Cynicus: cujus meminit Suetonius in Veſpaſiano, & Lucianus libro adverſus Indoctum, &c. Laërtius infrà in Metrocle, & Seneca de Beneficiis VII. cap. 1. & 7. & Epiſt. 20. & 62. & Ixpius alibi. Huic, quod ſuprà monuimus, libellum de Eloquutione tribuit Muretus Oratione VI.

Platonicus: de quo M. Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν VIII. 22. & Lucianus libello περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ· alius, ut videtur, à Demetrio Amphipolita, ſuperiùs à Laërtio inter Platonis Diſcipulos memorato. Fallitur, ni fallor, Gatakerus, qui ad Marcum Antoninum, Demetrium illum Platonicum, eumdem eſſe putat ac Demetrium Phalereum. Demetrius Phalereus, Peripateticus fuit, non Platonicus.

Lacon, Epicuréus: de quo Laërtius infrà in Epicuro, & Strabo lib. XIV. & Erotianus in γλαγγώδη.

Demetrius Pugil, ὁ πύκτης, citatur ἐν τῷ περὶ Διαλέκτου Etymologiſtæ in μώλωψ, & in Δημήτριος.

Demetrius Magnes, qui de Homonymis ſcripſit, & de quo ſuperiùs diximus. Citatur ἐν ταῖς Συνωνύμοις πόλεσι, ab Harpocratione in Μεθώνη, & à Plutarcho in Vita Demoſthenis. Citatur & in libro περὶ Ὁμωνοίας à Cicerone libro VIII. ad Atticum epiſtolâ: *Memini tibi librum deferri à Demetrio Magnete. ad te miſſum ſcio περὶ Ὁμωνοίας. eum mihi velim mittas.* Ubi περὶ Ὁμωνύμων reponit Mauſſacus ad Harpocrationem pag. 217. Pro ἐν ταῖς Συνωνύμοις πόλεσι, ſunt qui legant apud Harpocrationem & Plutarchum, ἐν ταῖς Ὁμωνύμοις πόλεσι. De differentia inter Synonyma & Homonyma vide Ariſtotelem in Categoriis, ipſo initio. Vitiosè *Magnus* apud Photium in Bibliotheca appellatur.

Trœzenius. Meminit Athenæus IV. 7. & Auctor Agonis Heſiodi & Homeri.

Odeſſenus: qui de Odeſſo, Ponti civitate, patriâ ſuâ, Commentarium ſcripſit. Auctor eſt Stephanus in Ὀδησσός.

Cyzicenus: qui de ſui ævi rebus aliqua prodidit, teſte Joanne Curopalate, & Georgio Cyziceno.

Syrus: Ciceronis magiſter, teſte ipſo Cicerone in Bruto.

Gadarenſis: Pompeji libertus; in cujus gratiam Pompeius Gadaram dirutam reſtauravit, teſte Joſepho Antiquit. Judaic. XIV. 8. Meminit illius & Seneca de Tranquillitate cap. 8. & Plutarchus in Catone Uticenſi.

Tarſenſis Grammaticus: cujus meminit Plutarchus De Oraculorum defectu. Au idem, Demetrius Tarſenſis, Poëta Satiricus, de quo Laërtius noſter ſuprà, & Voſſius in Poëtis Græcis, pag. 88.

Pepagomenus. Hujus liber exſtat Græcè de Podagra, quem ab eo petivit Michaël Palæologus Imperator.

Demetrius quidam, M. Antonini ἀρχίατρος, memoratur apud Galenum lib. & cap. 1. De Antidotis, & apud Auctorem libri de Theriaca ad Piſonem cap. 4. Alius eſt Demetrius Bithynus Medicus, de quo eſt apud eumdem Galenum lib. IV. de Compoſitione Medic. ſecundum genera cap. 7.

Demetrius Eucerus, Antiochi Gripi filius, Rex Damaſci; de quo Joſephus.

Demetrius Nicanor, Rex; de quo idem Joſephus.

Chlorus Grammaticus, apud Scholiaſten Nicandri in Theriacis, & Sextum Empiricum contra Mathemat. cap. 7.

Demetrius Euthydemi, Bactriorum Regis, filius: de quo Strabo lib. XI.

Pharius. De eo, idem Strabo lib. VII. & Polybius itidem lib. VII.

Ætolicus. de quo etiam Strabo lib. X.

Demetrius Rathemi, Mathematicus. Meminit idem Strabo lib. XII.

Demetrius, Antigoni filius, apud Stephanum in Κύρρος.

Demetrius Cnidius, apud Apollonii Scholiaſten.

Demetrius Phalereus Grammaticus; qui, auctore Stephano in Κορόπη, (cujus verba ſuprà adduximus) ſcripſit in Nicandrum. Hujus Opuſcula quædam edita ſunt Baſileæ apud Robertum Winter. Vide Geſnerum in Bibliotheca.

Demetrius, Dianæ ſervus, qui Epheſi ædes Dianæ, Jonico genere ab Cteſiphonte Gnoſſio, & filio ejus Metagene inſtituras, dicitur unà cum Pæonio Epheſio perfeciſſe. auctor Vitruvius VII. 1.

Sunieus: Cynicus, qui cum Antiphilo Alopecenſe Medico in Ægyptum ſub Vero peregrinabatur, teſte Luciano in Toxari.

Salaminius. meminit Stephanus in Καρπασία.

Sagalenſis; qui Παρθονικὰ ſcripſit, teſte eodem Luciano libro Quomodo Hiſtoria ſcribenda. Et alii plures, de quibus Jonſius lib. II. de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ. cap. 18.

Demetrius, Alexandriæ Epiſcopus, de quo Photius in Bibliotheca, Tmemate CXVIII.

Fuit & Demetrius, de quo Horatius libro I. Satirâ 10. --- *Demetri, teque, Tigelli, Diſcipulorum inter jubeo plorare cathedras.* Et de quo vetus Interpres ad hæc ejuſdem Satiræ, *Neque ſimius iſte, Nil prater Calvum, & doctus cantare Catullum: Notat M. quemdam Demetrium, quem* ſimium *nominat, propter deformitatem, & brevem ſtaturam. Erat autem* δραματοποιός. *hoc eſt*, Modulator, Hiſtrio, Actor fabularum: *ad nihil aliud doctus, quàm ad carmina Lucii Calvi, & Valerii Catulli decantanda.* Meminit ejus & Heſychius Gloſſographus. Δημήτριος, τραγῳδιῶν ὑποκριτής. καὶ ἴσως ὑπεκρίθη τὸν Ἀγαμέμνονος θάνατον, τελέσει κατὰ πολλοὺς γενόμενον. Obſervabis obiter, in loco Horatiani Interpretis, δραματοποιὸν; quæ vox propriè de poëta dramatico uſurpatur; de hiſtrione accipi: quemadmodum alibi κωμῳδοποιὸς & τραγῳδοποιός. Auctor libelli περὶ διαφόρων λέξεων· κωμῳδὸς καὶ τραγῳδὸς λέγεται ὁ Χορευτὴς καὶ ὑποκριτής. κωμῳδοποιὸς δὲ καὶ τραγῳδοποιὸς, οἱ ποιηταί. ἐνίοτε δὲ συγχέουσι τὴν διαφοράν.

HERACLIDES.

86 Εὐφρονος, &c.] Euphronis filius dicitur Suidæ: qui & genus ait duxisse à Damide: Ἡρακλείδης Εὐφρονος, φιλόσοφος, Ἡρακλείας τῆς ἐν Πόντῳ. τὸ γένος ἄνωθεν ἀπὸ Δάμιδος, ἑνὸς τῶν ἡγησαμένων τῆς εἰς Ἡράκλειαν ἐκ Θηβῶν ἀποικίας.

Καὶ τὰ Πλάτωνος ἐζηλώκει] Platonis discipulum facit Cicero lib. I. de Divinat. & III. de Legibus.

Περὶ δικαιοσύνης, γ'.] Meminit Athenæus lib. XII. cap. 4. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ δικαιοσύνης, &c. Et cap. 5. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν δευτέρῳ περὶ δικαιοσύνης, &c. Et Eratosthenes capite de Sagitta, libri τῶν Καταστερισμῶν.

87 Ἀκούσιος ἐρωτικὸς, καὶ Κλειτίας, ά.] Heraclidis Ponticilibrum Περὶ ἐρωτικῶν citat Athenæus lib. XIII. cap. 8. Ceterùm hoc loci apud Laërtium legebat Tanaquillus Faber, Ἀκούσιος ἢ Ἐρωτικός.

Περὶ τῶν οὐρανῶν] Editiones Stephanicæ, Περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ.

Περὶ βίων] Inde sunt quæ de Solone, de Themistocle, de Pericle ex Heraclide profert Plutarchus in eorum Vitis. Heraclidem Archimedis Vitam scripsisse, testis est Eutocius, Commentario in Archimedis librum περὶ τῆς τοῦ κύκλου μετρήσεως: his verbis: ἀλλ' ἐστὶ μὲν τοῦτο τὸ βιβλίον, ὡς φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῷ Ἀρχιμήδους βίῳ, πρὸς τὰς τοῦ βίου χρείας ἀναγκαῖον. Hæc de Heraclide nostro accipiunt Meursius in Notis ad Chalcidium, & Vossius de Histor. Græcis lib. I. cap. 9. At Jonsius eorum sententiam falsam esse putat; idque propterea, quòd Archimedes anno 1. Olymp. 142. occisus sit, cujus Vitam ab Heraclide Pontico, qui Platonem & Speusippum audivit, scriptam esse, non est verosimile. Suspicatur autem auctorem illius Vitæ esse Heraclidem Lembum, qui paulò post Archimedem vixit.

Περὶ τῆς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἡλικίας, α', β'. Περὶ Ἀρχιλόχου καὶ Ὁμήρου, ά. &c. Λύσεων Ὁμηρικῶν, ά, β'.] Extat hodie sub nomine Heraclidis Pontici liber, Ἀλληγορίαι Ὁμηρικαὶ inscriptus, quem Gesnerus, qui eum vertit, Nostri Heraclidis Pontici genuinum esse fœtum existimat; atque olim Λύσεων Ὁμηρικῶν inscriptum. Sed eum falli constat: siquidem in eo libello mentio fit multorum qui post Heraclidem Ponticum vixerunt: ut Arati, Callimachi, Aristotelis, Apollodori, Crateris, ejusque discipuli Herodici, & aliorum. Fuit & alter Heraclides Ponticus, qui Caii, Claudii, & Neronis temporibus vixit, de quo Suidas in Ἀντέρως; & in Ἡρακλείδης. Et tertius, Historicus, cujus meminit Stephanus in Ὀδησσός. Secundi illius, vel tertii Heraclidis Pontici, esse illum librum, qui nunc inscribitur Ἀλληγορίαι Ὁμηρικαὶ, existimabat Vossius. Ex Bibliotheca Vaticana Heraclidis cujusdam libellus περὶ ἀπίστων prodiit nuper, operâ Leonis Allatii. Existimabat verò vir ille doctus, non alium esse Heraclitum illum ab auctore Allegoriarum Homericarum. Idem & Lucæ Holstenio videbatur, qui ad Porphyrium, in Vita Pythagoræ, ita hunc Allegoriarum Homericarum Scriptorem ab Eustathio ad 1. Iliados, pag. 40. editionis Romanæ, nec non in scriptis Codicibus quibusdam, appellari testatur. Ceterùm, operis Heraclidis Pontici de Homero meminit Plutarchus in libro Quòd non vivitur jucundè secundùm Epicurum, & Dio Orat. 53. citaturque idem Heraclides ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Ὁμήρου Eustrathio lib. III. Ethicorum cap. 1.

Περὶ μουσικῆς, ά, β'.] Tertium citat Athenæus lib. X. ὡς φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τρίτῳ περὶ μουσικῆς. Et iterum lib. XIV. Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς ἐν τρίτῳ περὶ μουσικῆς, οὐδ' ἁρμονίαν φησὶ δεῖν καλεῖσθαι τὴν Φρύγιον, καθάπερ οὐδὲ τὴν Λύδιον. Quare Meursius ad Chalcidium, rescribebat hoc loco περὶ μουσικῆς ά, β', γ'. Citatur Heraclides ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ, apud Plutarchum in libro de Musica pag. 1131.

Περὶ τῶν Πυθαγορείων.] Ut qui Pythagoreos audi- 88
verat.

Omisit Laërtius in Elencho librorum Heraclidis, librum ejus Περὶ τῆς ἄπνου; cujus ipse meminerat in Procœmio; ubi nos pluribus de eo Volumine. Omisit & librum Περὶ πολιτείας, cujus etiamnum exstat Epitome. Item, librum Περὶ χρηστηρίων, cujus meminit Clemens Strom. I. μέμνηται τούτων Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ χρηστηρίων. & Joannes Tzetzes in Hesiodi Scutum Herculis; si modò hoc Poëma Hesiodi est, quod non putat Longinus: Ἡρακλείδης δὲ ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ Περὶ χρηστηρίων, τὸν ἐν Παγασαῖς Ἀπόλλωνα ὑπὸ Τροφωνίου ἱδρῦσθαί φησι. Item, περὶ ἡδονῆς. quem laudat Athenæus lib. XII. non semel. Heraclidis κτίσεις citat & Clemens in Protreptico. Memoratur Heraclides Ponticus ἐν ταῖς Λέσχαις ab Artemidoro lib. IV. cap. 65. Heraclidis opus, Ἄβαρις inscriptum, memorat Plutarchus initio libri de audiendis Poëmatibus. καὶ τὸν Ἄβαριν, τὸν Ἡρακλείδου, καὶ τὸν Λύκωνα, τὸν Ἀρίστωνος, διερχόμενοι. Sed cùm plures Heraclidæ fuerint, de quo accipiendus Plutarchus, incertum est.

Τούτων τὰ μὲν κωμικῶς πέπλακεν, ὡς τὸ Περὶ ἡδονῆς, καὶ Περὶ σωφροσύνης] Libri Περὶ ἡδονῆς, meminit Athenæus non uno loco.

Δοκεῖ δὲ καὶ πατρίδα τυραννουμένην ἐλευθερῶσαι, τὸν 89
μόναρχον κτείνας] Vide Casaubonum.

Θρέψαι αὐτὸν, δράκοντα ἐκ νέου, &c.] Ἐκ νέου, referri debet ad draconem, non ad Heraclidem. Meminit hujus draconis & Suidas: οὗτος καὶ δράκοντα ἔθρεψε καὶ ἠμέρωσε, καὶ εἶχε συνδιαιτώμενον αὐτῷ, καὶ συγκαθεύδοντα. ὃς καὶ μόνος ἐπὶ τῆς κλίνης εὑρέθη, τοῦ Ἡρακλείδου κατακλιθέντος μὲν ὑγιοῦς, οὐχ εὑρεθέντος δὲ. καὶ ἄλλοι μὲν αὐτὸν ἀπηθανατίσθαι ἐνόμισαν· ἄλλοι δὲ ἐν φρέατι αὐτὸν ἐμβεβληκέναι. In quibus verbis legendum videtur, καὶ ἄλλοι μὲν αὐτὸν ἀπαθανατίσθαι ἐνόμισαν· ἄλλοι δὲ ἐς φρέαρ τι αὐτὸν ἐμβεβληκέναι.

Τὸ σῶμα κατακρύψαι] Κατακαῦσαι, emendabat Casaubonus ex his Varronis verbis in Crono, sive περὶ ταφῆς, quæ à Nonio Marcello in Tractatu de indiscretis generibus referuntur: *Quare Heraclides Ponticus pius sapit, qui præcipit ut comburerent, quàm Democritus, qui ut in melle servarent: quem si vul-*

gus secutus esset, peream si centum denariis calicem mulsi emere possimus.

90 Καὶ μεταξὺ παραπεμπόντων Ἡρακλείδην] Hoc est, Heraclidis imaginem.

91 Θεωροὺς] Helychius: Θεωροὶ, οἱ Θεοπρόποι, καὶ οἱ Θεώμενοι, ἢ οἱ φροντίζοντες περὶ τὰ θεῖα.

Καταλισθέντες διεφθάρησαν] Καταλυλισθέντες scriptum est in Palatino Cod. MS.

92 Χαμαιλέων τε τὰ παρ' ἑαυτῷ φησὶ κλέψαντα αὐτὸν, τὰ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ὁμήρου γράψαι] A Scholiaste Apollonii in lib. II. citatur Chamæleon ἐν πέμπτῳ περὶ Γλαύκου· quod nihil aliud est, quàm *in V. super Iliade*. Etiam Tatiano, in Sermone ad Græcos, inter eos qui de genere, ætate & poësi Homeri scripserunt, Chamæleon recensetur: περὶ γὰρ, inquit, τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥήγιος, κατὰ Καμβύσην γεγονὼς, Στησίμβροτός τε ὁ Θάσιος, καὶ Ἀντίμαχος ὁ Κολοφώνιος, Φιλόχορος ὁ Ἀθηναῖος, Μεγακλείδης τε καὶ ὁ Χαμαιλέων οἱ Περιπατητικοί. Ita enim, ex Eusebio de Præparat. Evangel. x. 2. ubi locus ille citatur, legenda Tatiani verba: ut rectè monuit Jonsius. Malè vulgò, Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαιλέων. Neque enim doctissimi Reinesii sententiæ accedo: qui ex Megaclide & Chamæleonte unicum facit Scriptorem. Eum vide Var. lect. III. 2. Ceterùm, quæ de Artemone è Chamæleonte adferuntur ab Athenæo XII. 9. eadem ex Heraclide Pontico citat Plutarchus in Pericle: ut non immeritò Heraclidem Chamæleon plagii insimulaverit.

Ἀντόδωρος Ἐπικούρειος] Αὐτόδωρος habet Codex Palatinus. Legendum Ἀντίδωρος: quemadmodum scriptum est infrà, in Epicuro.

Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος] De Dionysio illo, cognomento *Transfuga*, dicetur inferiùs ad Zenonem Cittieum.

93 Ἐπέστειλεν ἰδεῖν τὴν παραστιχίδα· καὶ εἶχε Πάγκαλον] MS. Regius πὰν καλός. Sed legendum omnino, ut habet Farnesianus Codex, Παγκαλος. Malè Codex Palat. nec non Editio Stephanica, παγκάλως: & pejùs Frobeniana, πᾶν καλόν. παγκάλως tamen etiam apud Suidam. Exscripsit ille hunc Laërtii locum in παραστιχίς· Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς, inquit, εἴ τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐχρῆτο μαρτυρίαν, ὡς Σοφοκλέα. αἰσθόμενος δὲ ὁ Διονύσιος ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ γεγονός· τοῦ δὲ ἀρνουμένου, καὶ ἀπιστοῦντος, ἐπέστειλεν ἰδεῖν τὴν παραστιχίδα· καὶ εἶχε παγκάλως. Legendum ex Laërtio, εἴς τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων, ἐχρῆτο μαρτυρίοις ὡς Σοφοκλέους. εἴς τι τῶν συγγραμμάτων, pro ἔν τινι. Legendum & Πάγκαλος. Παγκαλος nomen fuit pueri formosi, quem Dionysius ille cognomento *Transfuga*, amabat, & cujus nomen per acrostichidas initio sui illius Dramatis adscripserat. Ita Epicharmus παραστιχίδια ἐν τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ, ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα, ut est apud Diogenem nostrum in ejus Vita. Sic etiam Ennius, ut à Cicerone proditum est, versus quosdam scripserat, quorum ex primis literis efficiebatur C. ENNIUS FECIT. Videatur Muretus in Variis lib. IX. extremo. Idem μηχάνημα etiam Auctor libri, qui *Polydori Somnium* inscriptus est, excogitaverat. Philostorgius quoque XII. libros scripserat, quorum principes literæ Philostorgii nomen efficiebant, ut observatum Photio in Bibliotheca.

Γερὼν πίθηκος οὐχ ἁλίσκεται πάγῃ] Quod in proverbium abiit, ἐπὶ τῶν διὰ τοῦ χρόνου πλῆθος ἐμπείρων καὶ δυσαλώτων. Proverbii meminere, Zenobius, Diogenianus, Suidas: sed apud quos, ἁλώπηξ, non πίθηκος, scriptum est. Petrarcha in iis Versibus quos rejecit:

Mà nuova rete vecchio augel non prende.

Ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται] Suidas τετραμέτρως protulit: γέρων πίθηκος ἁλίσκεται μὲν, μετὰ χρόνον δ' ἁλίσκεται. Ἐπὶ τῶν ἅπαξ δυστυχησάντων. Ovidius in hunc sensum:

Capta vides sero Pergama: capta tamen.

Γεγόνασι δ' Ἡρακλεῖδαι τεσσαρεσκαίδεκα] Circiter XXX. numerat Jonsius, quem vide. His adde Heraclidem, patrem Hippocratis; non magni Hippocratis, sed alterius; cujus esse & Aphorismos & Prognosticum nonnulli existimarunt, Galeno teste Commentario tertio in tertium Epidemicorum.

Τρίτος, Κυμαῖος, γεγραφὼς Περσικὰ] Etiam Athe- 94
næus IV. Ἡρακλείδης δ' ὁ Κυμαῖος, ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας. Citatur mox ibidem eidem Athenæo ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων παρασκευαστικῶν, quos libros præmisisse Historiæ suæ Persicæ, censet Vossius. Citatur quoque ἐν τῷ δευτέρῳ Περσικῶν Etymologo in δανάκης.

Πέμπτος, Καλατιανὸς, ἢ Ἀλεξανδρεὺς] Addi posset, ἢ Ὀξυρυγχίτης· nam Oxyrynchitem eum facit Suidas. Est autem Oxyrynchus, Ægypti civitas. Callatiam in Mœsia minori esse, supra diximus atque hîc legendum, Καλλατιανὸς, sive Καλλαντιανός.

Τὴν διαδοχὴν ἐν ἓξ βιβλίοις] Sotionis scilicet de Successionibus libros in compendium redegerat, ut discimus ex ipso Laërtio in Demetrio; ubi Heraclides citatur ἐν τῇ ἐπιτομῇ τοῦ Σωτίωνος διαδοχῶν· Hæc enim de Heraclide Lembo accipienda esse, patet ex his ejusdem Laërtii verbis in Pythagora, Ἡρακλείδης ὁ Σαραπίωνος ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ.

Καὶ Λεμβευτικὸν λόγον, ὅθεν καὶ Λέμβος ἐκαλεῖτο] Athenæus III. 20. & Suidas, & Festus Pompeius in *Romam*, etiam ei dant *Lembi* cognomentum. Solus Laërtius caussam nominis explicat.

Ὄγδοος, ἰατρὸς τῶν ἀπὸ Γκεσίου] Eum esse puto Hicesium, qui ἐν τοῖς Περὶ ὕλης citatur Athenæo VII. 12. & cujus meminit Athenæus III. 30. Sed ab potiùs hîc legendum ἀπὸ Ἡροφίλου? nam Heraclides quidam Erythræus, Medicus fuit Herophileus. Meminit ejus Galenus lib. IV. de Differentiis pulsuum cap. 10. ubi ejus librum de Herophili secta septimum citat, & Chrysermi discipulorum clarissimum appellat. Meminit & lib. de Arte Med. cap. 1. itemque Strabo lib. IV. ubi eum Apollonii Muris, Medici, condiscipulum appellat, suaque ætate floruisse dicit.

Ἔννατος, ἰατρὸς Ταραντῖνος, Ἐμπειρικός] Etiam Empiricum eum vocat Galenus lib. II. Method. Med. cap. 7. Magistrum habuisse Manteam Herophileum,

discimus ex eodem Galeno lib. II. de Compoſit. Medic. ſecundùm genera cap. 1. Scripſit tres libros contra Bacchium Herophileum Medicum; quibus, teſte Erotiano, octodecim oppoſuit Apollonius Cittieus, Medicus. Scripſit & librum ad Aſtydamantem, & librum de Serpentibus, ſive τὰ Θηριακά. Primum laudat Galenus de Antidotis libro II. cap. 13. alterum, eodem libro II. cap. 14. Citat ejus σκευασίας καὶ δοκιμασίας φαρμάκων & Galenus lib. VI. de Facultat. Simplic. Med. in Præfatione; & librum ejus ſecundum Interiorum Curationum Cælius Aurelianus I. 4. III. 8. Meminit hujus Heraclidis Galenus & Commentario 1. in librum de Humoribus; & alibi paſſim. Meminere, & Celſus, & Plinius, & Cælius Aurelianus. Hæc fere è Jonſio. Scripſerat Galenus librum hoc titulo: Σύνοψις Ἡρακλειδείων βιβλίων· quem librum ad hunc Heraclidem Medicum, aut ad ſuperiorem pertinuiſſe exiſtimamus. Idem dicendum videtur de Oribaſii libro, περὶ βρόχων ἐκ τῶν Ἡρακλᾶ. Sed de his nos, Deo dante, pluribus, in Hiſtoria noſtra Medica. Alius eſt autem Heraclides ille Tarentinus ab Heraclide Tarentino, Philippi Macedonum regis, amico: de quo ſic Polybius in Excerptis, libro XIII. ὅτι Φίλιππος θεωρῶν τῶν Μακεδόνων τοὺς πλείστους ἑαυτῷ χαλεπῶς ἔχοντας, ἐπὶ τῷ τὸν Ἡρακλείδην ἔχειν φίλον, παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακήν. ἦν δὲ οὗτος, Ταραντῖνος μὲν τὸ γένος, πονηρίᾳ δὲ ὑπερβαλλούσῃ χρώμενος, καὶ τὸν Φίλιππον ἐξ ἐπιεικοῦς βασιλέως πεποιηκὼς πικρὸν, καὶ ἀσεβῆ τύραννον. διὸ δὴ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς Μακεδόσι καὶ τοῖς Ἕλλησι, ὑπερβαλλόντως συνέβαινε μισεῖσθαι τὸν Ἡρακλείδην. Hoc eſt, Henrico Valeſio Interprete: *Philippus, cùm ob amicitiam Heraclidis odio ferè omnium Macedonum expoſitum ſe eſſe cerneret, eum in vincula conjecit. Erat autem Heraclides patria Tarentinus, vir ſingulari nequitia præditus: qui Philippum ex moderato rege acerbum & immanem tyrannum reddiderat: quamobrem & Macedones & Græci omnes eum odio non mediocri proſequebantur.* De eo multa Livius libro XXX. & XXXI. & ſtrictim Harpocration, in πρυτάνεις, & Suidas in ἀναδέξασθαι.

Δέκατος, ποιητικὸς, Παραινέσεις γεγραφώς] Legebam olim, Ποιητὴς, ὁ Παραινέσεις γεγραφώς· nunc nihil muto: nam & Porphyrius in Vita Plotini eamdem vocem uſurpavit: συνῆν δὲ καὶ Ζωτικὸς, κριτικός τε καὶ ποιητικὸς, ὃς καὶ τὰ Ἀντιμάχου διορθωτικὰ πεποίηται. ποιητικὸς, id eſt, qui τὰ ποιητικὰ tractat: ut ἰατρικὸς, qui τὰ ἰατρικά: quâ voce utitur eâ notione & Porphyrius ibidem.

Ἑνδέκατος, ἀνδριαντοποιὸς, Φακαεύς] Heraclidis Macedonis inter Pictores meminit Plinius lib. XXXV. cap. 11. ſed ab eo Heraclidis Statuarii factam mentionem non reperio.

Δωδέκατος, Ἐπιγραμμάτων ποιητὴς] Heraclidis cujuſdam Sinopenſis exſtant Epigrammata in Anthologia.

Heraclides Comicus citatur Zenobio Centur. VI. 34. Heraclidis Thyatereni, Tragœdi, meminit Artemidorus lib. IV. cap. 35. Etiam Heraclidis Clazomenii, Athenienſium Ducis, Ælianus Var. Hiſtor. lib. XIV. cap. 5. Idem Ælianus ejuſdem Hiſtoriæ lib. XII. cap. 26. Heraclidem quemdam pugilem inter ebrioſos recenſet. Fuit & Heraclides architectus: qui pollicitus erat Philippo, Perſei patri, ſe navale Rhodiorum incenſurum, illud incendit: qua de re videndus Polyænus libro V.

Τεσσαρεσκαιδέκατος, ἀστρολογούμενα συγγεγραφώς.] Heraclides quidam, teſte Eutocio in Commentario ad librum Archimedis περὶ τῆς τοῦ κύκλου μετρήσεως, ſcripſerat Vitam Archimedis: qui non alius fortè ab hoc Heraclide Aſtrologo.

AD LIBRUM VI.

ANTISTHENES.

1 Ἐλέγετο δ' οὐκ εἶναι ἰθαγενής.] Suidas: υἱὸς δὲ ὢν ὁμωνύμου πατρὸς, μητρὸς δὲ τὸ γένος Θρᾴσσης. Vertit Wolfius, *fuit autem obſcuri patris filius*, ac proinde legit, ἀνωνύμου. Tamen Regius Codex, etiam ὁμωνύμου.

Ὅθεν πρὸς τὸν ὀνειδίζοντα, &c.] Plutarchus in libro de Exſilio: τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς; πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι Φρυγία σου ἐστὶν ἡ μήτηρ, καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν. Seneca in libro de Conſtantia Sapientis cap. 18. *Antiſtheni mater barbara & Threſſa objiciebatur, reſpondit, & Deorum matrem Idæam.* Ita legendus hic locus; ut rectè viſum Lipſio.

Ὅθεν καὶ ἐν Ταναγρᾳ κατὰ τὴν μάχην εὐδοκιμήσας, ἔδωκε λέγειν Σωκράτει, ὡς οὐκ ἂν ἐκ δυοῖν Ἀθηναίοιν, &c.] Laërtius ipſe in Socrate: εἰπόντος γοῦν τινος αὐτῷ, ὡς εἴη Ἀντισθένης μητρὸς Θρᾴττης, Σὺ δ' ἄρ', ἔφη, οὕτως ἂν γενναῖον ἐκ δυοῖν Ἀθηναίοιν γενέσθαι.

Ἐν τῇ Ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς Προτρεπτικοῖς] Libri Antiſthenis; de quibus inferiùs.

Πλείστους ἐκ τῶν πόλεων] Sic Pal. At Baſileenſis Editio πλείους ἐκ τῆς πόλεως. 2

Κατῆρξε πρῶτος τοῦ κυνισμοῦ] Pollux lib. V. cap. 11. nomina à voce κύων formata recenſens: Ἀριστογείτων δὲ ὁ Κυδιμάχου, κύων διὰ τὴν τόλμαν ἐκαλεῖτο, καὶ κύνες οἱ ἀπ' Ἀντισθένους. Heſychius Mileſius, initio Operis: Κυνικὴ ἐκλήθη Φιλοσοφία διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένην. Laërtius infrà in hac Vita: αὐτός τε ἐπεκαλεῖτο Ἀπλοκύων. Antiſthenes ipſe apud Auſonium:

Inventor primus Cynices ego: quæ ratio iſthæc?
Alcides multò dicitur eſſe prior.
Alcida quondam fueram doctore ſecundus:
Nunc ego ſum Cynices primus, & ille Deus.

Διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους] Juvenalis. Sat. II.

--- Sed pejores, qui talia verbis
Herculis invadunt, & de virtute locuti,
Clunem agitant.

Apud Lucianum ἐν βίων πράσει, rogatus à Mercatore Diogenes, quem imitaretur, Herculem reſpondet; cui Mercator; Τί οὖν οὐχὶ καὶ λεοντῆν ἀμπέχῃ; τὸ μὲν γὰρ ξύλον, ἔοικας αὐτῷ. Mercatori reſpondet Diogenes: τουτί μοι λεοντῆ τὸ τριβώνιον. στρατεύομαι

δὲ ὥσπερ ἐκεῖνος ἐπὶ τὰς ἡδονὰς, οὐ κελευστὸς, ἀλλ' ἑκούσιος, ἐκκαθᾶραι τὸν βίον προαιρούμενος. Julianus Imperator Orator. VI. ἠγεμόνα μὲν οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν, ἐφ' ὃν ἀνενέγκαι χρὴ πρῶτον αὐτὸ· εἰ καί τινες ὑπολαμβάνουσιν Ἀντισθένει τοῦτο καὶ Διογένει προσήκειν. τοῦτο γοῦν ἔοικεν Οἰνόμαος οὐκ ἀτόπως λέγειν· ὁ Κυνισμὸς, οὔτε Ἀντισθενισμός ἐστιν, οὔτε Διογενισμός· λέγουσι μὲν γὰρ οἱ γενναιότεροι τῶν κυνῶν, ὅτι καὶ ὁ μέγας Ἡρακλῆς, ὥσπερ οὖν τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ἡμῖν τις αἴτιος κατέστη, οὕτω δὲ καὶ τούτου τοῦ βίου παράδειγμα τὸ μέγιστον οὗτος κατέλιπεν ἀνθρώποις. *Principio Sectæ illius conditorem ac principem investigare difficile est: etsi nonnullis placet auctorem fuisse Antisthenem aut Diogenem. Verùm, quod non inscitè dixisse mihi videtur Oenomaus, Cynismus, neque Antisthenismus est, neque Diogenismus. Ac generosiores quidam ex illo Canum grege dicitant, magnum illum Herculem, uti ceterorum nobis auctorem bonorum fuisse, sic ejus vitæ maximum mortalibus exemplum reliquisse.* Vide infrà in Diogene Cynico. Obiter hîc obſervandum, Nabalem qui multis ſeculis ante Antiſthenem vixit, κυνικὸν ἄνθρωπον ab Interpretibus Græcis vocari 1. Reg. (Ebr. Samuelis) 25. 3. Sed ibi τὰ κυνικὰ, (quod me Samuel Bochartus docuit) eſt pro Ebræo כלבי *calbi*, id eſt, *calebita*: quod κυνικὸν reddiderunt, quia כלב *caleb*, canem ſonat.

Καὶ τοῦ Κύρου.] Perperam Editio prior, καὶ τοῦ Θεύρου. Stephanica, τὸν μὲν & τὸν δὲ, pro eo quod modò hîc ſequitur τὸ μὲν & τὸ δέ.

3 Μανείην μᾶλλον, ἢ ἡσθείην.] Igitur de Antiſthene accipiendus Sextus Empiricus lib. x. adverſus Mathematicos, cùm ait, ὁ μὲν Ἐπίκουρος ἀγαθὸν εἶναί φησιν. ὁ δὲ εἰπὼν, Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην, κακόν. Theodoritus Serm. XII. de Virtute activa: Καὶ Ἀντισθένης δὲ ὁ Κυνικὸς Σωκρατικός γε καὶ οὗτος, τοῦ ἥδεσθαι τὸ μαίνεσθαι κρεῖττον εἴρηκεν εἶναι. Infrà, in hac eadem Vita: πρὸς τὸν ἐπαινοῦντα τρυφὴν, Ἐχθρῶν παιδὲς, ἔφη, τρυφήσειαν.

Βιβλιαρίου καὶ νοῦ.] Vide nos ſuprà ad Stilponem.

Ἂν μὲν καλὴν ἕξεις, κοινὴν, &c.] Et de eo nos ſuprà ad Vitam Bionis.

Βασιλικὸν, ἔφη, καλῶς ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν.] Marcus Antoninus lib. VII. Ἀντισθενικὸν, Βασιλικὸν μὲν εὖ πράττειν, κακῶς δὲ ἀκούειν. Hoc Cyro dixiſſe Antiſthenem, ſcribit Arrianus in Epictetum lib. IV. cap. 5. Τί οὖν λέγει Ἀντισθένης; οὐδέποτ' ἠκούσας; Βασιλικὸν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κακῶς δ' ἀκούειν. At Plutarchus, id ipſum protuliſſe refert Alexandrum, cùm ejus amici ei obtrectarent: καὶ κατὰ μικρὸν οὕτως προῆλθον εἰς τὸ βλασφημεῖν καὶ κακῶς λέγειν αὐτόν. ὁ δὲ καὶ πάνυ πρᾴως ἐν ἀρχῇ πρὸς ταῦτα διέκειτο, φάσκων, Βασιλικὸν εἶναι τὸ κακῶς ἀκούειν εὖ ποιοῦντα. Et in Apophthegmatibus Alexandri: πυθόμενος δὲ ὑπό τινος λοιδορεῖσθαι, Βασιλικὸν, ἔφη, ἐστὶν εὖ ποιοῦντα, κακῶς ἀκούειν. Retulit ſine auctoris nomine, Dio Pruſæus Oratione 47. ἔφη δ' οἶμαί τις, ὅτι καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν καλῶς ποιοῦντας· καὶ τοῦτο βασιλικόν ἐστι.

4 Ὅτι ἀργυρέᾳ αὐτοὺς ἐκβάλλω ῥάβδῳ.] Οὐκ ἐκβάλλω legit Caſaubonus, quem vide.

Ἑκάτων ἐν ταῖς χρείαις] An Hecaton Rhodius Stoicus, Panætii diſcipulus, de quo Cicero III. de Officiis?

Εἰς κόρακας, ἢ εἰς κόλακας ἐμπεσεῖν] Quò reſpexiſſe videtur Palladas in Anthologia lib. I. Tit. εἰς κόλακας:

Γῶ καὶ λάμβδα μόνον κόρακας κόλαξί τε διστᾷ.
Οὔκουν ταυτὸ κόραξ, βωμολόχος τε κόλαξ.
Τοὔνεκά μοι βέλτιστε τόδε ζῴων πεφύλαξο,
Εἰδὼς καὶ ζώντων τοὺς κόλακας, κόρακας.

Tribuitur hoc dictum Diogeni ab Athenæo lib. VI. cap. 15. ubi de adulatione diſſerens, ait, περὶ ἧς καλῶς ὁ Διογένης ἔλεγε, πολὺ κρεῖττον εἶναι ἐς κόρακας ἀπελθεῖν, ἢ ἐς κόλακας· οἱ ζῶντας ἔτι τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν κατεσθίουσι. Non omittendum quod Phrynichus obſervavit, παράσιτους non uſurpaſſe Veteres in contumelioſa ſignificatione; ſed pro his dixiſſe κόλακας. Et verè id obſervavit: nam Paraſiti apud Græcos, ut Septemviri Epulones apud Latinos, ad religionem pertinebant.

Ἐρωτηθεὶς τί μακαριώτερον ἐν ἀνθρώποις; ἔφη, Εὐτυχοῦντα ἀποθανεῖν] Publius Syrus: *Mori, eſt felicis, antequam mortem invocet.* Petrarcha, Parte II. Epigr. 10.

O che bel morir era, oggi è terz' anno!

Ἔδει γὰρ, ἔφη, ἐν τῇ ψυχῇ αὐτὰ, καὶ μὴ ἐν ταῖς χάρταις γράφειν] Quo loquendi modo uſus eſt & Seneca Pater in Præfatione libri primi Controverſiarum, ubi de Porcio Latrone: *In illo non tantùm naturalis memoriæ felicitas erat, ſed ars ſumma, & ad adprehendenda quæ tenere debebat, & ad cuſtodienda, adeo ut omnes Declamationes ſuas quaſcumque dixerat, teneret. Jam itaque ſupervacuos ſibi ſecerat codices. Ajebat ſe ſcribere in animo.* Uſus eſt & Terentius in Andria Act. I. Sc. v.

--- O Myſis, Myſis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis
De Glycerio.

Oenopides, cùm adoleſcentulum multos libros habentem videret, *Non arcæ*, inquit, *ſed pectori.* Refert Stobæus Serm. CCX. his verbis, Οἰνοπίδης ὁρῶν μειράκιον πολλὰ βιβλία κτώμενον, ἔφη, Μὴ τῇ κιβωτῷ, ἀλλὰ τῷ στήθει. Pro γράφειν, habent hîc Editiones Stephanicæ & Codex Palatinus, καταγράφειν.

Τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι] Poëta Anonymus, in Anthologia:

Ὁ φθόνος αὐτὸς ἑαυτὸν ἑοῖς βελέεσσι δαμάζει.

Non abſimilia habet Pindarus Pyth. Ode II. Legitur & verſus ille παροιμιώδης apud Marium Plotium, veterem Grammaticum,

Δίκαιος ὁ φθόνος, τὸν φθονοῦντα δάκνει.

Τοὺς βουλομένους ἀθανάτους εἶναι, ἔφη δεῖν ζῆν εὐσεβῶς καὶ δικαίως] Non ſolùm Chriſtianis, verùm etiam τοῖς ἔξωθεν, vivere dicuntur in æternum, qui poſt pie traductam vitam ſervantur: contrà, mori, qui ob nefariè actam vitam damnantur. Callimachus:

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται· θνήσκειν μὴ λέγε τοὺς ἀγαθούς.

Callimachi epigramma imitatus eſt, ut hoc obiter

dicam; Auctor Inſcriptionis, quæ Romæ exſtat in Villa Borgheſiana, extra Portam Pincianam, & quam deſcripſit Remeſius in Appendice Inſcriptionum omiſſarum, pag. 1030.

Καὶ λέγε Ποπιλίην εὖδειν, ἄνερ. οὐ θεμιτὸν γὰρ
Θνήσκειν τοὺς ἀγαθοὺς, ἀλλ' ὕπνον ἡδὺν ἔχειν.

Ἀγωνιῶ μήτι κακὸν εἰργασμαι.] Inferiùs in eadem Antiſthenis Vitâ: πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σε ἐπαινοῦσι. Τί γὰρ, ἔφη, κακὸν πεποίηκα; tribuitur Phocioni à Plutarcho.

6 Τοιαῦτα δεῖν ἔφη διακρατεῖσθαι ἐφόδια, ἃ καὶ ναυαγήσαντι συγκολυμβήσει.] Tribuit Galenus Ariſtippo. Diximus ad Ariſtippum.

Ὀνειδιζόμενος ποτὲ ἐπὶ τῷ πονηροῖς συγγενέσθαι, &c.] Paulò aliter Diogenes apud Stobæum Serm. XI. Διογένης, Ἀττικοῦ τινος ἐγκαλοῦντος αὐτῷ, διότι Λακεδαιμονίους μᾶλλον ἐπαινῶν, παρ' ἐκείνοις οὐ διατρίβει; Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸς, εἶπεν, ὑγιείας ὢν ποιητικὸς, ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι τὴν διατριβὴν ποιεῖται. *Cùm Athenienſis quidam Diogeni obiceret, cur non inter Lacedæmonios, quos magnopere laudabat, viveret: Medicos etiam, dixit, qui aliorum ſanitati ſtudent, minimè inter ſanos verſari.* Et Pauſanias Lacon apud Plutarchum Apophthegmatis Laconicis: ἐπαινοῦντος δὲ αὐτοῦ ἐν Τεγέᾳ, μετὰ τὴν φυγὴν, τοὺς Λακεδαιμονίους, εἶπέ τις, Διατί οὖν οὐκ ἔμενες ἐν Σπάρτῃ, ἀλλὰ ἔφυγες; Ὅτι, οὐ δ' ἰατροὶ, ἔφη, παρὰ τοῖς ὑγιαίνουσιν. ὅπου δὲ, οἱ νοσοῦντες, διατρίβειν εἰώθασιν. Non abſimiliter apud Matthæum cap. IX. Καὶ ἰδόντες οἱ Φαρισαῖοι, εἶπον τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, Διατί μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει ὁ διδάσκαλος ὑμῶν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀκούσας, εἶπεν αὐτοῖς, Οὐ χρείαν ἔχουσι οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες.

Μετὰ τῶν νοσούντων) Ita quoque Palat. Codex, nec non Stephanici manuſcripti. Baſileenſis Editio & Stephanica, ἀσθενούντων.

Τοὺς πονηροὺς] τοὺς φθονεροὺς, ceteræ Editiones, minùs rectè. Etiam πονηροὺς exhibent MSS. Stephanici, & Palatinus Codex, & Florentinus.

Ἐρωτηθεὶς, τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, &c.] At verò Ariſtippus ἐρωτηθεὶς τί αὐτῷ περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας, ἔφη, τὸ δύνασθαι πᾶσι θαῤῥούντως ὁμιλεῖν. Verba ſunt Diogenis noſtri in Ariſtippo.

Ἐρωτηθεὶς τί τῶν μαθημάτων ἀναγκαιότατον, ἔφη
7 Τὸ περικεῖσθαι, φησι, τὸ ἀπομανθάνειν] Editio Baſileenſis & Stephanica, ἔφη, τὸ κακὰ ἀπομαθεῖν: hoc eſt, *mala dediſcere*; & ita Codex Regius. Vox ἔφη hîc παρέλκει. Scriptum fuit in MS. Henrici Stephani μαθητῶν, non μαθημάτων. id eſt, *eorum quæ diſcibilia ſunt.*

Πρὸς τὸν Πλάτωνα, Ἐδόκεις μοι καὶ σὺ ἵππος ἂν εἶναι λαμπρυντής, &c.] Vide nos ad Platonem.

8 Καὶ στρατηγεῖ, φησὶ, γίνονταί ποτ' ὑμῖν, &c.] παρ' ἡμῶν ceteræ Editiones. Lege παρ' ὑμῶν, & ita Regiæ Membranæ.

Στρέψαντος αὐτοῦ τὸ διερρωγὸς τοῦ τρίβωνος εἰς τὸ προφανὲς, Σωκράτης ἰδὼν, φησὶν, Ὁρῶ σου διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν] Idem, & totidem verbis, legas ſuprà in Socrate. At paulò aliter apud Ælianum Variæ Hiſtoriæ IX. 35. ὁ δὲ Σωκράτης ἰδὼν τὸν Ἀντισθένη τὸ διερρωγὸς ἱματίου μέρος ἀεὶ ποιοῦντα φανερὸν, Οὐ παύσῃ, ἔφη, ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν.

Ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ] Palatinus Codex ὑπὸ αὐτοῦ. ab illo: id eſt, à Socrate. Sed fortè legendum ὑπό του. id eſt, ὑπὸ τινὸς, *ab aliquo.* Ita Attici loquebantur. Johannes Chryſoſtomus in Oratione quâ oſtendit lædi ab alio non poſſe qui ſibi injuriam non facit: Ὅταν μαστιχθῇ παρά του. *Si quis cæſus ab aliquo.*

Πρὸς τὸ παρασχηματίζον αὐτοῦ τῷ πλάστῃ μειράκιον] Caſaubonus ἑαυτό. Etiam Scaliger αὐτὸ ad oram libri emendaverat. Quid ſi legamus αὐτοῦ τῷ πλάσματι? vel αὐτὸ τῷ πλάσματι? Poſteà, pro ἐπὶ τίνι ἂν σεμνυνθῆναι, emendabat Caſaub. σεμνυθήσεται, vel ἐπὶ τίνι οἴει ἂν σεμνυνθῆναι. Et ita videtur legiſſe Aldobrandinus, qui vertit, *quânam ipſum de re gloriaturum putas?* 9

Εἰ τὸ πλοῖον ἀφίκοιτο] Ita apud Juriſconſultos; *Si navis ex Aſia venerit.*

Τῆς δὲ αἰτούσης τὸ διάφορον] Τὸ διάφορον, hoc eſt, *impenſa.* Heſychius: διάφορον, ἀμφίλεκτον, καὶ ἀνάλωμα, διάφορον. Suidas: διάφορα, ἀναλώματα.

Κατὰ κλέος τοῦ Σωκράτους ἀφιγμένους] Ita ſuprà in Ariſtippo, ἀφιγμένος δὲ Ἀθήναζε κατὰ κλέος Σωκράτους. 10

Ἐν ἤθει] Gallicè diceremus, *en Morale.*

Διδακτὴν ἀπεδείκνυσε τὴν ἀρετὴν τοὺς αὐτοὺς, &c.] Vitioſè Codex Palat. διδακτικὴν ἀπεδείκνυσε τὴν ἀρετὴν, καὶ τοὺς αὐτοὺς, &c. Etiam Editio Stephani, καὶ τοὺς αὐτοὺς. Hujus porro effati Cynicorum meminit inter eorum placita Suidas in κυνισμος: ἀρέσκει δ' αὐτοῖς καὶ τὸ, διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀνακρόβλητον: qua de re infrà in Menedemo. Exſtat Plutarchi liber hoc titulo.

Διοκλῆς] Diocles Magnes, qui περὶ βίων Φιλοσόφων ſcripſit, & de quo ſuprà. 12

Τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδὲν, οὐδ' ἄπο. ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός.] Henricus Stephanus in Præfatione ad Laërtium, pro οὐδ' ἄπο, legebat οὐδ' ἄπορον, At Johannes Sambucus: τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδ' ἀποαξιέραστος ὁ ἀγαθός. Heſychius Mileſius in Antiſthene: τῷ σοφῷ ξένον οὐδέν. ἀξιέραστος ὁ ἀγαθός. Nihil mutandum.

Πρὸς ὀλίγους μάχεσθαι.] Sic quoque apud Heſychium Mileſium. Placet Joſephi Scaligeri emendatio πρὸς ὀλίγους ἀγαθούς. Ita ille ad oram libri.

Ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ αὐτὴ ἀρετή.] Senſerunt hoc adeo etiam Stoici, pæne Cynici: qui, ut eſt apud Lactantium Divinarum Inſtitutionum lib. III. cap. 25. *& mulieribus philoſophandum eſſe dixerunt.*

Τεῖχος ἀσφαλέστατον.] Proverbialis loquendi modus, de quo hîc Caſaubonus. 13

Διελέγετο δ' ἐν τῷ Κυνοσάργει, &c.] Heſychius Mileſius initio Operis: Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία, διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένην. Suidas, in Voce Ἀντισθένης: οὗτος οὖν καὶ τῆς Κυνικῆς κατήρξατο φιλοσοφίας, ἥτις οὕτως ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ διδάξαι αὐτόν. De hoc Gymnaſio Heſychius Grammaticus, qui &

nominis rationem reddit : Κυνόσαργες, τόπος ἱερός. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διόμου, φασὶ, θύοντος τῷ Ἡρακλεῖ, κύων ἁρπάσας (lege κύων λευκὸς ἁρπάσας) τὰ μηρία, ἔφευγε διωκόμενος. ἐκλήθη δὲ ὁ τόπος οὕτως, ἢ ἀπὸ τῆς λευκότητος τοῦ κυνὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ τάχους. Suidas: Κυνόσαργες· τόπος τίς ἐστι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους, κατ' αἰτίαν τοιαύτην. Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος (Ita quoque Regiæ Membranæ, ſed legendum Δίομος ex Stephano & Heſychio) ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ· εἶτα κύων λευκὸς παρὼν, ἥρπασε τὸ ἱερεῖον· καὶ ἀπελθὼν εἰς τινα τόπον ἀπέθετο· ὁ δὲ, περιδεὴς ἦν· ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο, Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι· ὅθεν ἐκλήθη Κυνόσαργες· ἐπειδὴ οὖν ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι, διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι ἐγυμνάζοντο, οἱ μή ποτε πρὸς μητρὸς, μήτε πρὸς πατρὸς πολῖται. Ubi pro ἐγυμνάζοντο, legendum ἐκρίνοντο, jam diu eſt quòd Viri docti monuerunt. Legi poſſet & ἐξητάζοντο. Suidas in ἐς κυνόσαργες: Ἐς κυνόσαργες. οἱονεὶ Κυνόσαρκες ἀπὸ τοῦ, θυσίας πλησίον γενομένης εἰσελθόντα κύνα, καὶ ἁρπάσαντα κρέας τοῦ θύματος ἀγαγεῖν ἐκεῖσε· ἐν ᾧ καὶ ναὸς ἐκτίσθη· καὶ οἱ νόθοι ἐντεῦθα ἐκρίνοντο, εἰ τοῦδε ὄντως γέγονεν υἱός. ἐκάλουν δὲ Ἀθηναῖοι καὶ τοὺς ἀπελευθέρους, νόθους. Nonnus ad Gregorium Nazianzenum contra Julianum: Κυνόσαργες. τόπος ἦν ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τοῦδε ὄντως γέγονεν υἱός. ἐκάλουν δὲ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ τοὺς ἀπελευθέρους νόθους. νόθοι γὰρ καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ἐκ γεννητῆς ἐλευθέρους· καὶ οὗτοι δὲ ἐκρίνοντο, καὶ ἐδοκιμάζοντο εἰ ὅλως ἐλευθερώθησαν. Κυνόσαργες δὲ ἤκουσεν ὁ τόπος ἀπὸ τούτου, θυσίας πλησίον γενομένης, εἰσελθὼν κύων ἥρπασε κρέα τοῦ θύματος, καὶ ἤγαγεν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· καὶ ἐκεῖ ἐκτίσθη τις νεὼς, καὶ ἐκλήθη Κυνόσαργες, οἱονεὶ Κυνόσαρκες, ἀπὸ τῶν σαρκῶν καὶ τοῦ κυνός· ὕστερον δὲ τοῦ Κ ἐξελθόντος, εἰσῆλθε τὸ Γ, διὸ καὶ Κυνόσαργες καλεῖται. Stephanus: Κυνόσαργες· γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ δῆμος, ἀπὸ Διόμου, ἀφ' οὗ ὁ χορὸς Διομεῖα καλεῖται. Δίομος γὰρ Ἡρακλεῖ, ὡς θεῷ θύων, τὰ * * ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρωϊ ἔθειξε, καὶ κύων λευκὸς ἁρπάσας τὰ μηρία εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν. Alii, Cynicos, à Canibus, quorum vitam imitantur, nomen traxiſſe volunt; quos inter, Lactantius De falſa Sapientia libro II. capite 15. cujus verba ad Hipparchiam adducimus. Item, Moſchopulus: Κυνικοὶ, διὰ τὸ σκάπτειν, καὶ οἱονεὶ δάκνειν, ὥσπερ κύνες. Adde Nonnum ad Gregorium Nazianzenum: Διογένης Κυνικὸς ἦν φιλόσοφος. Κυνικὸς δὲ ἤκουσεν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χερσαίων κυνῶν. ὥσπερ γὰρ οἱ κύνες οὗτοι ἔχουσί τι καὶ φυλακτικὸν καὶ διακριτικὸν, (διακρίνουσι τοὺς οἰκείους τῶν ξένων, καὶ φυλάττουσι τοὺς οἰκείους) οὕτω καὶ οὗτος ἐμιμεῖτο τὸ διακριτικὸν καὶ φυλακτικόν· καὶ ἐφύλαττε μὲν τὰ τῆς φιλοσοφίας δόγματα· διέκρινε δὲ τοὺς ἐπιτηδείους καὶ ἀνεπιτηδείους πρὸς φιλοσοφίαν. Audiendus & Ammonius ad Categorias Ariſtotelis: Κυνικοὶ, οὕτως ἐκαλοῦντο, διὰ τὸ παῤῥησιαστικὸν καὶ εὐέλεγκτον. καὶ γὰρ τὸν κύνα φασὶν ἔχειν τι φιλόσοφον καὶ διακριτικόν· ὑλακτεῖ μὲν γὰρ τοῖς ἀλλοτρίοις, προσαίνει δὲ τοῖς οἰκείοις. οὕτω καὶ οὗτοι προσίεντο μὲν, καὶ ἠσπάζοντο τὰς ἀρετὰς, καὶ τοὺς κατ' ἀρετὴν ζῶντας, ἐπήρχοντο δὲ, καὶ ὑλάκτουν τοῖς πάθεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὰ πάθη ζῶσι, κἂν βασιλεῖς εἶεν.

Αὐτός τε ἐπεκαλεῖτο Ἁπλοκύων.] Totidem verbis Heſychius Mileſius. Vertit Aldobrandinus *ſimplex canis*. H. Stephanus in Theſauro Linguæ Græcæ, *Cynicus ſimplici veſte utens*. Eſt qui credat Laërtium ſcripſiſſe ἁπλῶς Κύων: hoc eſt, *ſimpliciter & abſolutè Canis vocabatur*.

Καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα.] Nota quæ ſequuntur, καθά φησι Δικαίαρχος. Alii quippe Diogenem primùm duplicaſſe pallium volunt. Noſter in Diogene: τρίβωνα διπλώσας πρῶτος, κατά τινας, διὰ τὸ ἀναγκαῖον ἔχειν, καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ. De eo Horatius Epiſtolarum lib. I. Epiſt. 17.

Contra, quem duplici panno patientia velat,
Mirabor, vitæ via ſi converſa decebit.

Βάκτρον τε ἀνέλαβε καὶ πήραν.] Vide hîc Caſaubonum. Erat autem Antiſthenis baculus validus, atque ex oleaſtro factus, ſi Luciano fides in Dialogo Cratetis & Diogems. Baculum geſtare invidioſum fuit Athenis. Vide Caſaub. ad Theophraſti Characteres cap. περὶ ἀρεσκείας.

Πρῶτον δὲ καὶ Νεάνθης, φησὶν, ἁπλῶσαι θοιμάτιον.] διπλῶσαι legebat Salmaſius in Notis ad Tertullianum de Pallio. Quid enim, inquiebat, tam contrarium τῷ διπλῶσαι τὸν τρίβωνα; quod primum feciſſe Antiſthenem modò ex Dioclis ſententia obſervabat Laërtius; quàm ἁπλῶσαι τὸ θοιμάτιον? Salmaſii emendationem firmat quod ſuperiùs de Antiſthene ſcribebat Laërtius, Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι, πτύξαι προσέταξε θοιμάτιον: *Diogenem tunicam petentem, complicare pallium juſſit*. Cum Salmaſio conſentit Octavius Ferrarius, Italorum doctiſſimus, parte 2 libro 4. cap. 19. de Re Veſtiaria. Notabis obiter πτύξαι θοιμάτιον vertiſſe Ambroſium *explicare pallium*; & Aldobrandinum, *pandere*: contrario ſenſu: eſt enim complicare.

Διόδωρον τὸν Ἀσπένδιον.] Philoſophum Pythagoricum.

Καὶ πώγωνα καθεῖναι, καὶ βάκτρῳ καὶ πήρᾳ χρῆσθαι.] Horum verborum interpretationem omiſit Aldobrandinus. Id eſt: *& barbam alere: & baculo & pera uti. Cynicam comam*, pro longa, dixit Theodoritus libro 5. cap. 8. ubi ſcribit Timotheum Alexandriæ Epiſcopum, Maximum, philoſophum Cynicum, pro Gregorio, Epiſcopum ordinaſſe. εὐθὺς αὐτοῦ τὰς κυνικὰς ἀποκείραντα τρίχας. *detonſâ ſubitò cynicâ ejus comâ*. Barbam autem in acutum deſinentem, non latam, geſtaſſe Philoſophos, volebat Giſbertus Cuperus in eruditis ſuis Notis ad Homeri Apotheoſin.

Θεόπομπος.] Theopompi plures fuere: Theo- 14
pompus Chius Hiſtoricus; Theopompus Comicus; Theopompus Colophonius, ἐποποιός, &c. De quo intelligendus ſit Laërtius, incertum eſt. Fortè de Hiſtorico, qui cùm, teſte Athenæo, κατὰ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς ſcripſerit, videtur & de ceteris Socraticis ſcripſiſſe.

Ἀθηναῖος ὁ Ἐπιγραμματοποιὸς.] Qui Voſſii diligentiam fugit in Syntagmate de Poëtis Græcis. Me-

minit inter Epigrammatarios Iſaacius Tzetzes ἐν τοῖς προλεγομένοις εἰς τοὺς ποιητὰς, quæ Lycophronis ἐκδόσει præfixa ſunt. Ἐπιγραμματογράφοι δὲ ποιηταὶ, Σιμωνίδης ὁ παλαιὸς, οὗ Ἡρόδοτος μέμνηται· Ἀλκαῖος ὁ νέος, ὃς ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Ῥωμαίου, καὶ Τίτου· Ἀθηναῖος, Πρόκλος, Παλλαδᾶς, Ἀγαθίας, καὶ ἕτεροι μυρίοι. Citatur infrà & à Laërtio in Vita Zenonis Stoici, ubi & id ipſum Epigramma adducit.

15 Αἴας, ἢ Αἰαντος λόγος.] Accipio de Ajacis adverſus Ulyſſem Oratione.

Ὀδυσσεὺς, ἢ Περὶ Ὀδυσσέως.] Emendavit Caſaubonus ἢ ὑπὲρ Ὀδυσσέως. Scripſerat, puto, Laërtius ἢ Περὶ Ὀδυσσείας.

Ὀρέστου ἀπολογία περὶ τῶν δικογράφων.] Ita omnes ſcripti atque editi Codices. Sed Aldobrandinus qui vertit *Oreſtis Apologia, De his qui dicus ſcribunt*, legerat Ὀρέστου ἀπολογία. Περὶ τῶν δικογράφων.

16 Προτρεπτικὸς, πρῶτος, δεύτερος, τρίτος.] Meminit ſuprà Laërtius initio hujuſce Vitæ: ὅθεν τὸ ῥητορικὸν εἶδος ἐν τοῖς Διαλόγοις ἐπιφέρει, καὶ μάλιστα ἐν τῇ Ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς Προτρεπτικοῖς.

Τόμος δ', ἐν ᾧ Κῦρος, Ἡρακλῆς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος.] Suprà initio Vitæ: καὶ ὅτι ὁ πόνος ἀγαθὸν, συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους, καὶ τοῦ Κύρου. Meminit infrà & libri, cui titulus, Ἡρακλῆς, ἢ Μίδας: & alterius, hoc titulo, Ἡρακλῆς, ἢ Περὶ φρονήσεως, ἢ ἰσχύος.

Τόμος ε', ἐν ᾧ Κῦρος, ἢ Περὶ βασιλείας.] Meminit Cicero ad Atticum XII. 37. Κῦρος δ', ε', *mihi ſic placuit, ut cetera Antiſthenis, hominis acuti magis quàm eruditi.* Τόμος autem hîc nihil aliud eſt quàm χάρτης. Videatur Scriverius ad hæc Martialis I. 66.

Scriptura quanti conſtet, & tomus vilis.

Ἀσπασία.] Diximus pluribus ad Platonis Vitam.

Τόμος ε', ἐν ᾧ Ἀλήθεια.] Meminit ſuprà, loco mox laudato.

Περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ἀντιλογικός.] Hunc librum reſpexit, puto, Ariſtoteles in libro I. Dialecticæ, ubi ait, οὐκ ἔστιν ἀντιλέγειν, καθάπερ ἔφη Ἀντισθένης.

Σώθων.] Et de eo libro nos pluribus ad Platonem. In eo Platonis vitia expoſuit.

17 Περὶ τοῦ ἀποθανεῖν, Περὶ ζωῆς καὶ θανάτου.] Palat. Codex Περὶ τοῦ ἐν ᾅδου. Περὶ ζωῆς καὶ θανάτου. Sequitur ibidem & Περὶ τοῦ ἀποθανεῖν, & Περὶ τῶν ἐν Ἅδου, & Περὶ ζωῆς καὶ θανάτου. Vitioſè, ut puto.

Περὶ φύσεως, α' β'.] Cicero de Natura Deorum libro I. *Antiſthenes in eo libro qui* Phyſicus *inſcribitur*, &c. Et Lactantius libro de Ira Dei: *Antiſthenes autem in Phyſico, unum eſſe naturalem Deum dixit.*

Περὶ Ἐξηγητῶν] Qui ſcilicet veteres Poëtas Commentariis ſuis illuſtrarint. Ita nos Diatribam περὶ τῶν Ἐξηγητῶν Ὁμήρου ſcripſimus. Sed etiam ἐξηγηταὶ dicuntur οἱ περὶ ἱερείων καὶ διοσημείων ἐξηγούμενοι, ut eſt apud Heſychium.

Περὶ Ὁμήρου.] Homeri ſtudioſus fuiſſe videtur Antiſthenes.

Περὶ Κάλχαντος.] De Calchante Homerico.

Περὶ κατασκόπου.] Et hic liber Homerum ſpectabat, & ſequentes, Περὶ τῆς ῥάβδου, Ἀθηνᾶ, ἢ Περὶ Τηλεμάχου, &c.

Περὶ τοῦ κυνός.] De cane, Ulyſſis ſcilicet. 18

Παντοφυῆ φλεδόνα.] Idem Timon de Euclide ſuprà, in ejus Vita: Ἀλλ' οὔ μοι τούτων φλεδόνων μέλει.

Ὅτε καὶ Διογένης εἰσιὼν, &c.] Suidas: ἀῤῥωστοῦντι Ἀντισθένει μακρὰν καὶ δυσανάλπτον (ita legendum) ἀῤῥωστίαν ὁ Διογένης, ξιφίδιον ἐπιδεδωκὼς, εἶπεν, εἰ φίλου χρείζεις ὑπουργίας· οὕτως ᾤετο ἐκεῖνος οὐδὲν ἀλγεινὸν τὸν θάνατον, ὥστε γίνεσθαι τὴν ἀῤῥωστίαν τρυφὴν αὐτόχρημα, ἀντὶ τοῦ παντελῶς ὁμοίου. *Antiſthenes, qui longo & inſanabili morbo laborabat, Diogenes porrexit pugionem, dicens, Si amici miniſterio indiges. Adeo ille mortem acerbum non putabat, ut morbus ipſi prorſus in deliciis eſſet, eumque deliciis ſimilem exiſtimaret.* Quæ verba exſcripſit Suidas ex Juliani Imperatoris Oratione VI. Dio Chryſoſtomus Oratione VIII. quæ *Diogenes*, ſive *de Virtute*, inſcribitur, Diogenem ait doctrinam Antiſthenis probaſſe; non probaſſe vitam: ut quæ à præceptis ejus diſcreparet: & ſolitum propterea cum tubæ ſimilem dicere, quæ aliis ſonat, non ſibi.

Τίς ἂν ἀπολύσῃ τῶν πόνων] Codex Palat. ἀπολύσῃ με τῶν πόνων;

Ἐδόκει γάρ πως μαλακώτερον φέρειν τὴν νόσον ὑπὸ 19
φιλοζωΐας· καὶ ἔστιν ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον.] Heſychius Mileſius, in Antiſthene: Διογένης ὁ Λαέρτιος σκώπτει αὐτὸν, ὡς φιλόζωον, ἐν Ἐπιγράμματι οὕτως ἔχοντι, &c.

Ἡρακλειτείειος, εἷς· ἕτερος, Ἐφέσιος.] De quibus nihil accepimus. Ad Epheſium, referendum ſuſpicabatur Voſſius libros Meleagridos: in quorum tertio Antiſthenes quidam citatur Plutarcho lib. de Fluminibus.

Καὶ Ῥόδιός τις ἱστορικός.] Eum eſſe putat Voſſius, qui τῶν Φιλοσόφων διαδοχὰς ſcripſit, quarum Laërtius noſter meminit in Thalete, in Socrate, in Ariſtippo, in Menedemo, & alibi: & qui à Plinio XXXVI. 12. inter eos recenſetur qui de Pyramidibus Ægyptiis ſcripſerunt: nec alium eſſe, qui *Peripateticus Philoſophus* dicitur Phlegonti Mirabil. capite 3. Idem & Jonſio videbatur. Falsò Suidas Peripateticum fuiſſe dicit, ὅστις Περιπατητικὸς ἐκλήθη πρῶτον, εἶτα ἐκύνισεν: Ariſtotelem enim; à quo Peripatetici; ætate anteceſſit. Rhodii eſſe Μαγικὸν illum librum, quem Cynico tribuit Suidas, & qui ab aliis Ariſtoteli & Rhodonì tribuebatur, exiſtimabat Jonſius. Ceterùm illius Antiſthenis Rhodii pluribus meminit Diodorus Siculus libro XIII. & Polybius in Excerptis Peireſcianis pag. 69. & 70. Fuit & Antiſthenes Medicus, de quo Ariſtophanes ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις, & ibi ejus Scholiaſtes.

DIOGENES.

Διογένης.] ὃς πρῶτος Κλέων ἐπεκλήθη, inquit Suidas: quod unde habuerit diu fruſtrà quæſivi, 20
Sed ibi fortè legendum πρῶτος Κύων: aut πρῶτος: quamquam πρῶτως eleganter Græcè dici, negat Phrynichus. Sed Laërtius tales elegantias non ſecta-

ſectatur. Rectiùs autem πρῶτος κύων: nam & alii poſteà *canes* nominati ſunt. Julius Pollux libro capite Ἀριστογείτων δὲ ὁ Κυδιμάχου, κύων διὰ τὴν τόλμαν ἐκαλεῖτο. quo nomine Ariſtogiton ille à Demoſthene, in Oratione contra Ariſtogitonem, appellatur. *Canis* autem, propter ſævitiam & mordacitatem, appellatus fuit Diogenes: inquit Dio Chryſoſtomus in Oratione nona, quæ *Diogenes* inſcripta eſt.

Σινωπεύς.] Strabo libro XII. ubi de Sinope: Ἄνδρας δὲ ἐξήνεγκεν ἀγαθοὺς. τῶν μὲν Φιλοσόφων, Διογένη τὸν Κυνικὸν, καὶ Τιμόθεον τὸν Πατρίωνα· τῶν δὲ Ποιητῶν, Δίφιλον τὸν Κωμικόν· τῶν δὲ Συγγραφέων, Βάβωνα τὸν πραγματευθέντα τὰ Περσικά. Pomponius Mela I. 19. *Chalybes proximi urbium clariſſimas habent Amiſon, & Sinopen, Cynici Diogenis patriam.*

Ἐν τῷ Ποδάλῳ] Πορδάλῳ Palat. Flor. & Regius. Legendum Πορδάλει, aut Παρδάλει. Laërtius ipſe in Indice librorum Diogenis Πάρδαλιν bis nominat. Ibi nos vide.

Τὸ πολιτικὸν νόμισμα οὐ συνεὶς, τὸ τέρμα κιβδηλεύσας, &c.] Barthius Adverſar. lib. XIV. cap. 19. legit, τὸ πολιτικὸν νόμισμα μολύνειν, τὸ τέρμα, &c. Legendum exiſtimo, τὸ πολιτικὸν νόμισμα συνεὶς, τὸ κέρμα κιβδηλεύσας, &c. ſive potiùs, τὸ πυθικὸν νόμισμα οὐ συνεὶς, τὸ κέρμα κιβδηλεύσας, &c. Dixerat Apollo Pythius Diogeni Cynico παραχάραξον τὸ νόμισμα. Vulgi opinionem videlicet, & conſuetudinem minimè ſequendam innuens: (Nam & νόμος & νόμισμα *conſuetudinem* & *opinionem* ſignificant: ut pluribus infrà ad Democriti Vitam oſtendemus) Quod dictum, ſive præceptum Pythicum, cùm Diogenes non intelligeret, ac de nummo, (nam & νόμισμα *nummum* ſignificat) illud interpretaretur, pecuniam adulteravit. Suidas in γνῶθι σαυτόν: γνῶθι σαυτὸν, καὶ, τὸ νόμισμα παραχάραξον παραγγέλματα πυθικὰ τουτέστι, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπερόρα, καὶ παραχάραττε, μὴ τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα. Julianus Imperator Oratione VI. quæ eſt adverſùs imperitos Cynicos: ἀλλὰ ἀπόχρη μόνον δύο ταῦτα τοῦ πυθίου παραινοῦντος ἀκοῦσαι, τὸ, Γνῶθι σαυτὸν, καὶ Παραχάραξον τὸ νόμισμα. πέφηνε γοῦν ἡμῖν ἀρχηγὸς τῆς Φιλοσοφίας, ὥσπερ, οἶμαι, τοῖς Ἕλλησι κατέστη τῶν καλῶν ἁπάντων αἴτιος, ὁ τῆς Ἑλλάδος κοινὸς ἡγεμὼν καὶ νομοθέτης καὶ βασιλεὺς, ὁ ἐν Δελφοῖς θεός. ὃν ἐπειδὴ μὴ θέμις ἦν τι διαλαθεῖν, οὐδὲ ἡ Διογένους ἐπιτηδειότης ἔλαθε. προὔτρεψε δὲ αὐτὸν, οὐχ ὥσπερ τοὺς ἄλλους ἔπεισεν ἐντείνων τὴν παραίνεσιν, ἀλλὰ ἔργῳ διδάσκων, ὅ τι βούλεται συμβολικῶς διὰ δυοῖν ὀνομάτοιν, παραχάραξον, εἰπών, τὸ νόμισμα, &c. quæ vide. *Verùm duo iſta duntaxat ab Apolline Pythio admoneri ſufficit*, Noſce te ipſum, & Nummum falſa. *Quocirca Philoſophiæ nobis auctor eſt oblatus idem ille, à quo cetera in Græcos bona derivata ſunt, communis Græciæ dux, legiſlator, atque rex, Delphicus Deus: quem cum latere nihil omnino poſſet, ne Diogenis quidem ipſe indolem ac facultatem ignorabat: Proinde, non eum; uti reliquos ſolebat; verſibus hortatus eſt, ſed re ipſa quid vellet indicans, duarum vocum involucris adumbravit*, Nummum, *inquit*, falſato. Τὸ κέρμα, etiam exhibet Editio Stephanica: & ita diſertè ſcriptum eſt in Codice Palatino, nec non in Florentino. Ceterùm hoc factum Diogenis reſpexit Plutarchus, cùm Oratione Priore de virtute vel de fortuna Alexandri, ſub perſona Alexandri, qui ab eo æmulus Diogenis introducitur, ait, δεῖ καμὲ νόμισμα παρακόψαι καὶ παραχαράξαι τὸ βαρβαρικὴν θέσει κατεσκευασμένον, Ἑλληνικῇ πολιτείᾳ: Quod Interpretes non cepere. Meminit & Suidas in Διογένης· ἑρμένῳ δὲ αὐτῷ πῶς ἂν πρωτεύσειεν, (ἐπολιτεύετο γὰρ) ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, εἰ παραχαράξειεν. ὁ δὲ, τὸ νόμισμα παρεχάραξεν, ἐφ' ᾧ φυγὼν, ἦλθεν εἰς Ἀθήνας. Et Laërtius infrà in hac ipſa Diogenis Vita: Τοιαῦτα διελέγετο, καὶ ποιῶν ἐφαίνετο, ὄντως νόμισμα παραχαράττων, μηδὲν οὕτω τοῖς κατὰ νόμον, ὡς τοῖς κατὰ φύσιν διδούς. Hoc eſt: *Talia igitur, & diſſerebat, & facere videbatur: verè nummum adulterans, hoc eſt, publicam conſuetudinem; & non tam conſuetudini ſeſe accommodans, quàm naturæ.* Meminit & Strabo in Excerptis, quæ vide.

Γενόμενος δὲ Ἀθήνησι, Ἀντισθένει παρέβαλε] Suidas: καὶ Ἀντισθένει παραβαλὼν τῷ Κυνικῷ, ἠράσθη τοῦ ἐκείνου βίου, καὶ τὴν Κυνικὴν φιλοσοφίαν ἠσπάσατο. Et poſteà: ἐντυχὼν δὲ Ἀντισθένει κατὰ δόξης διαλεγομένῳ, ἐφιλοσόφησε. Vide Arriani Diſſertationes, libro III. cap. 24. Vide & Dionem Chryſoſtomum Oratione IX. 21

Τοῦ δὲ, διωθουμένου, διὰ τὸ μηδένα προσίεσθαι, ἐξεβιάζετο τῇ προσεδρείᾳ, &c.] Ad hunc locum; & ad proximè ſequentes; videatur Aldobrandinus. Interim hîc Æliani locum ex Variæ Hiſtoriæ libro X. cap. 16. exſcribam: ἐπεὶ ὁ Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν· οἱ δὲ, οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχον, τέλος ἀγανακτήσας, οὐδένα προσίετο. καὶ Διογένην οὖν ἠλαυνεν ἀπὸ τῆς συνουσίας αὐτοῦ. ἐπεὶ δὲ ἦν λιπαρίστερος ὁ Διογένης, καὶ ἐνέκειτο, ἐνταῦθα ἤδη καὶ τῇ βακτηρίᾳ κατίξεσθαι αὐτοῦ ἠπείλει· καί ποτε καὶ ἔπαισε κατὰ τῆς κεφαλῆς. ὁ δὲ, οὐκ ἀπηλλάττετο, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐνέκειτο φιλοπόνως, ἀκούειν αὐτοῦ διψῶν· καὶ ἔλεγε, σὺ μέν, παῖε εἰ βούλει, ἐγὼ δὲ ὑποθήσω τὴν κεφαλήν. καὶ οὐκ ἂν οὕτως ἐξεύροις βακτηρίαν σκληράν, ὥστε με ἀπελάσαι τῶν διατριβῶν τῶν σῶν. ὁ δὲ, ὑπερησπάσατο αὐτόν. *Cùm Antiſthenes multos ad philoſophiæ ſtudium invitaret, & nemo accederet ad eum, tandem indignatus, nemini poteſtatem audiendi ſe permiſit. Quare Diogenem etiam à ſua converſatione repulit. Cùm verò frequentior & magis aſſiduus eſſet Diogenes, etiam illum increpuit: minatuſque eſt ſe ei ictum baculi infliƈturum: aliquando etiam baculum in caput impegit. At ille non receſſit; ſed majori ſtudio cum quadam audiendi ſiti inſtitit: inquiens: Tu percute tantùm: ego tibi caput præbebo: neque verò tam durum fuſtem inveneris, quo me à tuis diſputationibus abigas. Quod cùm audiviſſet Antiſthenes, intimus ei factus eſt amicus.*

Μῦν θεασάμενος διατρέχοντα,] Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro XIII. cap. 26. Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔρημος ἦν, καὶ μόνος ἀπερρίπτο. καὶ οὔτε τινὰ δι' ἀπορίαν ὑπεδέχετο. οὔτέ τις αὐτὸν ἐξένιζε τὸν ἄνδρα, ἐκτρεπόμενος διὰ τὸ τοῦ τρόπου ἐλεγκτικόν· καὶ ὅτι ἦν πρὸς τὰ 22

πραττόμενα καὶ λεγόμενα δυσάρεστος. ἠθύμει οὖν ὁ Διογένης. καὶ φύλλων ἄκρα ἤσθιε. ταῦτα γὰρ οἱ παρῆν. τοῖς δὲ ἀποπίπτουσι τοῦ ἄρτου θρύμμασι μῦς ἐχρῆτο ἐπιφοιτῶν. ὁ οὖν Διογένης φιλοπόνως κατεσκέψατο τὸ πραττόμενον, καὶ μειδιάσας, καὶ ἑαυτοῦ γενόμενος φαιδρότερός τε καὶ ἵλεως, εἶπεν· Ὁ μὲν μῦς οὗτος τῆς Ἀθηναίων πολυτελείας δεῖται οὐδὲν, σὺ δὲ, ὦ Διόγενες, ἄχθη, φησὶν, ὅτι μὴ συνδειπνεῖς Ἀθηναίοις; καὶ ἐπόρισεν ἑαυτῷ εὔκαιρον εὐθυμίαν. Id est: *Diogenes Sinopenſis, deſertus ab omnibus, ſolus relinquebatur: cùm neque, propter egeſtatem, quemquam reciperet: neque ipſum hoſpitio quiſquam exciperet: omnibus enim inviſa erat ejus in reprehendendo acrimonia: & quòd ad ea quæ dicebantur aut agebantur pleraque omnia, ſeſe moroſum & difficilem præbebat. Proinde triſtitiâ Diogenes confectus, ſummas foliorum extremitates manducabat. Mus verò accedens, decidentibus panis fruſtulis veſcebatur. Diogenes igitur, cùm diligenter rem ſpectaſſet, ſubridens, animo recepto jam lætior & tranquillior ſecum: Mus hic, inquit, nihil indiget Athenienſium lautitiâ: & quid tu, Diogenes, ægre fers, te cum Athenienſibus non cenare? Atque ſic opportunam animi tranquillitatem ipſe ſibi conciliavit.*

Τρίβωνα διπλώσας πρῶτος] Vide nos ſuprà ad Antiſthenem. Adde locum Hieronymi contra Jovinianum lib. II. *Refert Satyrus, qui illuſtrium Virorum ſcripſit hiſtoriam, quòd Diogenes palliolo duplici uſus ſit propter frigus.* Etiam Crates pallio duplici utebatur. Tertullianus in libro de Pallio: *At enim pallio nihil expeditius, etiam ſi duplex, quod Cratetis.*

23 Ὀλυμπιόδωρος ὁ Ἀθηναίων προστατήσας] De hoc Olympiodoro, & homonymis aliis, videatur Jonſius lib. III. de Scriptor. Hiſt. Philoſ. cap. 18.

Πολύευκτος ὁ ῥήτωρ] De quo Plutarchus in Demoſthene. Vide ſuprà in Vita Socratis.

Καὶ Λυσανίας ὁ Αἰσχριώνιος.] Ignotus nobis Æſchrion ille. Æſchrion quidam, inter Scriptores Rei Ruſticæ à Varrone & Columella recenſetur. Citatur & Æſchrion quidam ἐν ἑβδόμῳ Ἐφεσίδος, apud Scholiaſten Lycophronis pag. 113. Citantur & apud Athenæum Æſchrionis Sami Jambi.

Τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον ἔσχεν οἰκίαν] Origenes lib. II. contra Celſum: ἀλλὰ καὶ Διογένης δι' ὑπερβάλλουσαν εὐτέλειαν πίθον ᾤκει, καὶ παρ' οὐδενὶ τῶν νοῦν ἐχόντων κἂν μέτριον, τούτου γε χάριν Διογένης ἐν κακοῖς ἦν. Diogenianus IV. 38. ζωὴ πίθου. ἐπὶ τῶν ἐπιεικῶς καὶ μετρίως καὶ ἀπραγμόνως βιούντων. ἀπὸ Διογένους, ᾧ πίθος ἡδίστη διαγωγή. Suidas in ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλίᾳ· Ζωὴ πίθου. ἐπὶ τῶν μετρίως καὶ ταπεινῶς ζώντων. ἀπὸ Διογένους τοῦ Φιλοσόφου, ᾧ πίθος ἦν ἡ ἡδίστη καταγωγή. Vide Gregorium Nazianzenum in Jambicis. Juvenalis Sat. XIV.

--- dolia nudi
Non ardent Cynici: ſi fregeris, alteram fiet
Cras domus, aut eadem plumbo commiſſa manebit.
Senſit Alexander, teſtâ cùm vidit in illâ
Magnum habitatorem: quantò felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.

Teſtaceum non fuiſſe Diogenis dolium, ſed ligneum, illud convicerit, quòd illæſum, ne otioſus eſſet, ſæpe verſaret; de quo eſt apud Lucianum in libello Quomodo conſcribenda ſit hiſtoria. Quamquam teſtaceum dolium verſari & circumagi potuit; in fimeto, vel ſolo ſubacto, vel reſtibilibus agris, vel in æquato etiam pavimento; cùm præſertim ampla illa & capacia dolia pro amplitudinis modo ſolida fuiſſe & ſpiſſa credibile ſit. De Metroo, diximus ſuprà.

Καὶ θέρους μὲν ἐπὶ ψαμμοῦ ζεστῆς ἐκυλινδεῖτο, &c.] Quod de Gymnoſophiſtis narrat Plinius VII. 2. *Philoſophos autem eorum quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum perſtare immobilibus oculis: ferventibus arenis alternis pedibus inſiſtere.* De Diogenis tolerantia, Arrianum vide Commentariorum de Epicteti Diſputationibus cap. 24. & Julianum Imperatorem Orat. VI. Et ſanè, ut ait Epictetus apud Arrianum lib. III. cap. 22. quod eſt περὶ Κυνισμοῦ, tantâ tolerantiâ Cynicum eſſe decet, ut ſenſus expers, immo & lapis eſſe videatur. Igne non uſum fuiſſe Diogenem, teſtatur Plutarchus in Tractatu de aquæ & ignis comparatione.

Χειμῶνος δὲ ἀνδριάντας κεχιονισμένους περιελάμβανε, &c.] Quam ob rem deriſus fuit à Lacone quodam. Plutarchus in Laconum Apophthegm. ἰδών τις Λάκων Διογένην τὸν κύνα περιλαμβάνοντα ἀνδριάντα χαλκοῦν, ψύχους ὄντος σφοδροῦ, ἐπύθετο εἰ ῥιγῷ· ἀρνησαμένου δὲ, Τί οὖν, ἔφη, μέγα ποιεῖς; *Laco, Diogenem Canem videns ſtatuam æneam amplecti, cùm eſſet acre frigus, interrogavit, An riges? negantí: Quid ergo, inquit, magnum facis?* Hoc genus ἀσκήσεως improbat Epictetus apud Arrianum: κἂν ἀσκῆσαί ποτε πρὸς πόνον θέλῃς, ἄσκει σεαυτῷ, καὶ μὴ τοὺς ἀνδριάντας περιλάμβανε.

Ἑαυτὸν συνασκῶν] Deſiderius Heraldus ad oram libri emendabat, σωματασκῶν. Sed nihil mutandum eſt. Ita infrà in Pythagora: συνασκῶν, καὶ συνεπίζων εἰς εὐκολίαν βίου τοὺς ἀνθρώπους.

Καὶ τοὺς δημαγωγοὺς, ὄχλου διακόνους.] Quod & 24
infrà, totidem verbis, inter dicta ejus refertur. Nec audiendus Petrus Nannius Miſcellaneorum lib. VIII. qui vocem διακόνους corruptam eſſe, Laërtiumque διαγωγοὺς ſcripſiſſe exiſtimat. Nannii emendationem refellit & Æliani locus ille Var. Hiſt. IX. 19. ἤρίστα ποτὲ Διογένης ἐν καπηλείῳ· εἶτα παριόντα Δημοσθένη ἐκάλει· τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαντος, αἰσχύνη, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς καπηλεῖον; καὶ μὴν ὁ κύριός σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνθάδε εἴσεισι, τοὺς δημότας λέγων, καὶ τοὺς καθ' ἕνα δηλῶν· ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί. *Diogenes aliquando prandium in caupona ſumebat: cùmque videret prætereuntem Demoſthenem, eum ut ad ſe accederet, invitabat. Qui cùm renueret: Putas, inquit, ô Demoſthenes, hoc eſſe tibi dedecori ſi in cauponam ingrediaris, cùm nulla dies prætereat, quin dominus tuus intro veniat. populum intelligens, & de plebe ſingulos: quoniam Concionatores & Oratores, multitudinis quodammodo ſervi exiſtunt.*

Καὶ ἰατροὺς] Alia fuit mens erudituli illius apud

Athenæum xv. 1. qui Grammaticis nihil ſtultius; exceptis Medicis; eſſe ajebat.

Συνεχέστερον νομίζειν ἐλέγεν, εἰς τὸν βίον παρασκευάζεσθαι δεῖν λόγον ἢ βρόχον] Tribuitur Antiſtheni à Plutarcho in libro de Stoicorum repugnantiis: ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τούτοις, (loquitur de libris Chryſippi) ποτὲ μὲν τοῦ Ἀντισθένους ἐπαινῶν (Chryſippus videlicet) προφέρεται τὸ, δεῖν κτᾶσθαι νοῦν ἢ βρόχον.

25 Ἐλάας ὀψώμενον] Ἀψάμενον ceteræ Editiones, & MSS. Palatinus, Regius, Florentinus: quod magis placet. Florentinus, ἐλαίας. ἐλάας dicere amant Attici. Platonem oleas amaſſe, ſuprà ad ejus Vitam, ſi bene memini, obſervabam.

26 Πατῶ τὸν Πλάτωνος τῦφον· τὸν δὲ φάναι, Ἑτέρῳ γε τύφῳ, Διογένες] Tertullianus in Apolog. cap. 46. *Ecce lutulentis pedibus Diogenes ſuperbos Platonis thoros aliâ ſuperbiâ deculcat.* Meminit & in libro de Pallio: *Quòd ſi jam tunc locorum Diogenes latraret, non cœnulentis pedibus, ut thori Platonici ſciunt*, &c. Egregiè in hanc rem Marcus Imperator lib. XII. τῶν εἰς ἑαυτὸν ſect. 22. ὁ γὰρ ὑπὸ ἀτυφίας τύφος τυφόμενος, πάντων χαλεπώτατος. *Faſtus, qui ſuperbiæ vacuitatem oſtendendo, exercetur, omnium eſt graviſſimus.* Et Ariſtoteles Nicomach. libro IV. cap. 13. εἰ δὲ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανερὰ προσποιούμενοι, βαυκοπανοῦργοι λέγονται. καὶ ἐυναταφρόνητοί εἰσι. καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται· οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής. καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονική. *Qui autem parva & manifeſta ſimulant*, verſutè gloriosi *dicuntur*: *& contemnendi ſunt. Et aliquando arrogantia videtur: ut Lacedæmoniorum veſtitus. Nam exceſſus pariter, & defectus nimius, arrogantiæ ſpeciem habet.*

27 Παῖδας δὲ ἐν Λακεδαίμονι] Reſpiciens ſcilicet ad Bomonicas in ara Dianæ Orthiæ: de quibus Pauſanias in Laconicis, & Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotyp. III. 24. Infrà quoque in eadem Vita: ἐπανήρχετο ἐκ Λακεδαίμονος εἰς Ἀθήνας· πρὸς οὗν τὸν πυθόμενον, Ποῖ καὶ πόθεν; Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν.

Περὶ μὲν τοῦ παρορύττειν καὶ λακτίζειν, ἀγωνίζεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, &c.] Reſpiciens videlicet ad palæſtrica certamina. Athletis uſurpatum olim ὀρυχῆς in palæſtra certamen: & cùm quis adverſarium ruendo præverteret in foſſâ quadam, quæ arenâ multâ aſperſa erat ne lubrici eſſent decertantium pedes, id παρορύττειν dicebatur. Lucianus in libello de Gymnaſiis: ἀλλ' ἀφανίσαντες τὸ χρίσμα, καὶ τοῦ βορβόρου ἀναπλησθέντες, ἐν ἱδρῶτι ἅμα πολλῷ γέλωτα ἐμοὶ γοῦν παρέχουσιν, ὥσπερ οἱ ἐγχέλυες ἐκ τῶν χειρῶν διαλισθαίνοντες. ἕτεροι δὲ ἐν τῷ αἰθρίῳ τῆς αὐλῆς τὸ αὐτὸ τοῦτο ὁρῶσιν. οὐκ ἐν πηλῷ οὗτοί γε, ἀλλὰ ψάμμιον ταύτην βαθεῖαν ὑποβαλλόμενοι ἐν τῷ ὀρύγματι, παράττουσί τε ἀλλήλους, καὶ αὐτοὶ ἑκόντες πάττουσι τὴν κόνιν, ἀλεκτρυόνων δίκην, ὡς ἀφυκτότεροι εἶεν ἐν ταῖς συμπλοκαῖς, οἶμαι, τῆς ψάμμου τὸν ὀλισθον ἀφαιρούσης, καὶ βεβαιοτέραν ἐν ξηρᾷ παρεχούσης τὴν ἀντίληψιν. *Verùm deleta unctione, obductoque cœno, mihi riſum pariunt, quòd ſudore multo perfuſi, velut anguillæ, è manibus elabantur. Rurſus alii in atrio hoc ipſum faciunt: atque hi quidem, non in luto, ſed profundam arenam in foſſa ſubjicientes, alii alios conturbant; ipſique ultro, gallorum inſtar, pulverem aſpergunt, quo minùs, ut puto, in complexibus effugiant, arenâ demente lubricitatem, & firmiorem in arido præbente comprehenſionem.* Athenæus XII. 3. ἐν Κρότωνι δὲ σκάπτοντί τινι τῶν ἀθλούντων κόνιν, ἐπιστάντες τινὲς Συβαριτῶν, ἐθαύμαζον, λέγοντες, εἰ τηλικαύτην ἔχοντες πόλιν, οἰκέτας μὴ κέκτηνται τοὺς σκάψοντας ἑαυτοῖς τὴν παλαίστραν. *In Crotone quidam, ex iis qui publicis muneribus ad certamina committebantur, dum ad luctam pulverem effoderet, adſtantes aliquot Sybaritæ mirabantur, quòd in tam populoſa civitate ſervos non haberent, qui ad palæſtram pulverem egererent.* Arrianus Diſſertationum Epicteti III. 15. θέλω ὀλύμπια νικῆσαι· ἀλλὰ σκόπει τὰ καθηγούμενα αὐτοῦ, καὶ τὰ ἀκόλουθα· καὶ οὕτως ἄν σοι λυσιτελῇ, ἅπτου τοῦ ἔργου· δεῖ σε εὐτακτεῖν, ἀναγκοφαγεῖν, ἀπέχεσθαι πεμμάτων, γυμνάζεσθαι πρὸς ἀνάγκην, ὥρᾳ τεταγμένῃ ἐν καύματι, ἐν ψύχει, μὴ ψυχρὸν πίνειν· μὴ οἷον ἂτ' ἔτυχεν ἁπλῶς· ἰατρῷ γὰρ παραδεδωκέναι σεαυτὸν, τῷ ἐπιστάτῃ· εἶτα ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύσσεσθαι ἐνίοτε. ἔστιν ὅτι χεῖρα ἐμβαλεῖν, ὀφθῦν στρέψαι, πολλὴν ἀφὴν καταπιεῖν, μαστιγωθῆναι, καὶ μετὰ τούτων πάντων ἔσθ' ὅτε νικηθῆναι. *Cupio vincere Olympia. Conſiderato antecedentia & conſequentia: & ſic, ſi ère tua fuerit, rem aggreditor. Eſt tibi accurato ordine opus: edendum neceſſariò, bellariis abſtinendum, exercendum corpus vel invito: idque horâ præfinitâ, in æſtu, in frigore: non bibenda frigida: aliquando ne vinum quidem: denique lanistæ, tamquam medico, te tradas oportebit. Deinde in pulvere palæſtrico ruendo præverti contingit: contingit & manum lædi, diſtorqueri lumbos, multum pulveris deglutiri, flagris cædi, & cum his omnibus interdum vinci.* Quare & σκαπάνη apud Theocritum, & σκαφεῖα apud Plutarchum, & *rutrum* apud Feſtum Pompeium, inter Athletarum inſtrumenta, ut eruditè ad Theocritum cap. VI. Caſaubonus adnotavit; cui partem plurimam hujuſce obſervationis debemus. Locus Theocriti, eſt in quarto Idyllio: ad quem Caſaubonianis conſentanea ſcripſit Turnebus Adverſariorum libro XVII. cap. 8. Ad vocem λακτίζειν quod attinet, eâ palæſtritas Laërtium ſpectaſſe notius eſt quàm ut probatione indigeat: temperare tamen mihi non poſſum quin hîc hunc Luciani locum è libello de Gymnaſiis, proferam: οἱ δὲ, ὀρθοστάδην κεκονιμένοι, καὶ αὐτοὶ παίουσιν ἀλλήλους προπεσόντες, καὶ λακτίζουσιν.

Περὶ δὲ καλοκἀγαθίας, οὐδένα.] Similiter apud Syneſium in Oratione de Regno: καὶ γὰρ αἰσχρὸν, ἔφη τις, διακοντίζεσθαι μὲν δημοσίᾳ, καὶ διαπληκτίζεσθαι, καὶ στεφάνους εἶναι τοῖς ταῦτα νικῶσι· μὴ διασωφρονίζεσθαι δὲ μηδένα, μηδὲ διαρετίζεσθαι. *Etenim turpe eſt, inquit aliquis, jaculandi, pugnandique ſolùm certamina eſſe publica; immo etiam coronam ab iis qui ita vicerint, reportari: temperantiæ autem & virtutis, eſſe nulla.*

Τούς τε Γραμματικοὺς ἐθαύμαζε, τὰ μὲν τοῦ Ὁδυσσέως, &c: καὶ τοὺς Μουσικοὺς, &c.] Quo reſpe-

xisse videtur Seneca epist. 88. *Quaris Ulysses ubi erraverit, potiùs quàm efficias, ne nos semper erremus?* &c. *Ad Musicum transeo. Doces me, quomodo inter se acutæ ac graves voces consonent: quomodo nervorum disparem reddentium sonum fiat concordia. Fac potiùs, quomodo animus meus secum consonet, nec consilia mea discrepent. Monstras mihi qui sint modi flebiles; monstra potiùs, quomodo inter adversa non emittam flebilem vocem. Metiri me Geometres docet latifundia: potiùs doceat, quomodo metiar quantum homini sit satis. Numerare docet me Arithmetica, & avaritiæ commodare digitos: potiùs doceat nihil ad rem pertinere istas computationes: non esse feliciorem cujus patrimonium Tabularios lassat: immo quàm supervacua possideat, qui infelicissimus futurus est, si quantum habeat, per se computare cogatur. Quid mihi prodest, scire agellum in partes dividere, si nescio cum fratre dividere? Quid prodest colligere subtiliter pedes jugeri, & comprehendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus potens, & aliquid ex meo abradens? Doces me, quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego discere volo, quomodo totos hilaris amittam.* Noster infrà, in hac eadem Diogenis Vita: ἰδὼν ἄφρονα ψαλτήριαν ἁρμοζόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, τοὺς μὲν φθόγγους τῷ ξύλῳ προσαρμόττων, τὴν δὲ ψυχὴν εἰς τὸν βίον μὴ ἁρμόττων;

28 Ἐκίνει δ' αὐτὸν καὶ τὸ θύειν μὲν τοῖς ὑπὲρ ὑγιείας, ἐν αὐτῇ δὲ τῇ θυσίᾳ κατὰ τῆς ὑγιείας δειπνεῖν.] Persius Sat. II. ubi de his qui valetudinem prosperam à Diis petunt & Bacchanalia vivunt:

Poscis opem nervis, corpusque fidele senectæ?
Esto, age. sed grandes patinæ, tucetaque crassa
Annuere his superos vetuere, jovemque morantur.

Maximus Tyrius, in eumdem sensum: εὐλαβούμενοι νόσους, τῶν νοσερῶν οὐκ ἀπέχονται. Et Clemens Alexandrinus Stromat. libro VII. εἶτα νήφοντες μὲν, ὑγιείαν αἰτούνται· ὑπερεμπιπλαμένοις δὲ, καὶ μέθαις ἐγκεκλισμένοι κατὰ τὰς ἑορτὰς, νόσους ἐπισπῶνται.

29 Ἐπῄνει τοὺς μέλλοντας γαμεῖν, καὶ μὴ γαμεῖν, &c.] Turnebus, καὶ μὴ γαμοῦντας: & sic, de ceteris. Ceterùm, Diogenem, Laidem duxisse, auctor est Lucianus in Vera Historia lib. II. Διογένης μὲν ὁ Σινωπεὺς τοσοῦτον μετέβαλε τοῦ τρόπου, ὥστε γῆμαι Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ὀρχεῖσθαί τε ὑπὸ μέθης ἀνιστάμενον, καὶ παροινεῖν. Sed fabulosa est vera illa Historia.

Ἔλεγε δὲ, καὶ δεῖν τὰς χεῖρας ἐπὶ τοὺς φίλους ἐκτείνειν, μὴ συγκεκαμμένους τοῖς δακτύλοις.] Eadem sententia est in libro Ecclesiastici IV. 36. *Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.*

Φησὶ δὲ Μένιππος ἐν τῇ Διογένους πράσει, &c. ἀνδρῶν ἄρχειν] Diogenes ipse apud Lucianum ἐν βίων πράσει, Mercatori quid ille agere sciret, interroganti, respondet, ἐλευθερωτής εἰμι τῶν ἀνδρῶν, καὶ ἰατρὸς τῶν παθῶν. Quod ipsum testatur infrà & Laërtius: εἰς Κρήτην ἀπαχθεὶς ἐπιπράσκετο· καὶ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος τί οἶδε ποιεῖν, ἔφη, Ἀνθρώπων ἄρχειν. Et A. Gellius II. 18. *Diogenes etiam Cynicus, servitutem servivit: sed is ex libertate in servitutem venum ierat: quem cùm emere vellet Xeniades Corinthius, & quid is artificii novisset percunctatus; Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xeniades responsum ejus demiratus, emit, & manumisit; filiosque suos ei tradens, Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes.* Videndus Arrianus in Epicteti Dissertationibus libro III. cap. 24. Ceterùm, pro Μένιππος, quidam Codices manu exarati habent Ἕρμιππος, teste Sambuco, qui & eam lectionem est amplexus: & forsan receptâ verior est. Nam inter Menippi libros, τῆς Διογένους πράσεως mentionem nullam facit Laërtius: scripsit autem Hermippus Vitas Philosophorum, ut superiùs docuimus.

Εἰ χύτραν μὲν καὶ λοπάδα ὠνούμενοι, σκοποῦμεν, 30
&c.] Κομπαῦμεν legendum monuimus suprà ad Aristippum. Nihil verius: atque hæc lectio Palatini Codicis & Florentini confirmatur auctoritate.

Εὔβουλος δὲ φησιν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Διογένους πράσεις] Non aliunde mihi notus Eubulus ille: non enim, puto, Comicum intelligit Laërtius. Sed an legendum Εὐβουλίδης φησιν, &c. Suprà initio hujus Vitæ testem advocavit Eubulidem ἐν τῷ περὶ Διογένους. De Eubulide, diximus supra non uno loco.

Εἰσαγαγόντος τινὸς αὐτὸν εἰς οἶκον πολυτελῆ, &c.] 32
Quod ipsum de Diogene testatur quoque Galenus in Protreptico: ἐστιώμενος παρά τινι, τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χορεμψώμενος ὡς πτύσσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας· ἀγωνακτοῦντος δ' αὐτοῦ, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτῶντος, οὐδὲν, ἔφησεν, ὁρᾷν οὕτως ἠμελημένον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν, ὡς ἐκεῖνον· τοὺς γὰρ τοίχους ἅπαντας ἀξιολόγοις γραφαῖς κεκοσμῆσθαι· τὸ δὲ ἔδαφος ἐκ ψήφων πολυτελῶν συγκεῖσθαι, θεῶν εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῶν διατετυπωμένας, ἅπαντα τὰ σκεύη λαμπρὰ καὶ καθαρὰ, καὶ τὴν στρωμνὴν, καὶ τὰς κλίνας εἰς κάλλος ἐξησκῆσθαι· μόνον δ' ἐκεῖνον ὁρᾷν ἠμελημένον· εἰθίσθαι δ' ἅπασιν ἀνθρώποις εἰς τοὺς ἀτιμοτάτους τῶν παρόντων τόπους ἀποπτύειν. μὴ τοίνυν ἐάσῃς, ὦ μειράκιον, ἄξιον τοῦ πρασπτύεσθαι γενέσθαι σεαυτὸν, μηδ' ἂν ἅπαντά σοι τἄλλα κάλλιστα διακεῖσθαι δοκῇ. *Is, apud quemdam convivio exceptus, qui ceteris rebus accuratè provisis seipsum neglectui habuit, primò quasi sputaturus circumspexit; dein undique circumspiciens, cùm locum nullum reperiret in quem expueret, in ipsum domus dominum exspuit. Stomachanti illi, causamque requirenti, respondit, per totam se domum nihil illo sordidius vidisse: parietes omnes picturis eximiis decoratos, pavimentum tessellis pretiosis concinnatum, variisque Deorum imaginibus distinctum, supellectilem puram ac nitentem, fragulas, lectos pulcherrimè elaboratos esse: solum ipsum incultum conspici: hominibus autem id esse moris, quem locum præaliis sordidissimum videant, ut in illum exspuant. Te ipsum igitur, mi Adolescens, qui conspuare, ne dignum præbeas, cùm reliqua tua pulcherrimè sint constituta.* Item Johannes Chrysostomus Homiliâ XI. in Epistolam Pauli ad Romanos. εἰ δὲ οὐκ ἀνέχῃ τῶν παρ' ἐμοῦ λεγομένων, ἄκουσον, τί τῶν ἔξωθέν τις ἐποίησε, καὶ αἰσχύνθητι τὴν γοῦν ἐκείνων φιλοσοφίαν. λέγεται γάρ τις ἐν-

κείνων εἰς οἰκίαν λαμπρὰν εἰσελθών, πολλῷ μὲν κατα-
λαμπομένην χρυσίῳ, πολλῷ δὲ ἀπαστράπτουσαν τῷ
τῶν μαρμάρων καὶ τῶν κιόνων κάλλει, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἔ-
δαφος εἶδε πανταχοῦ τάπησι ἐστορεσμένους, εἰς
τὴν ὄψιν ἐμπτύσαι τοῦ τῆς οἰκίας δεσπότου. εἶτα ἐγ-
καλούμενος, εἰπεῖν, διὰ τοῦ μηδαμοῦ τῆς οἰκίας ἐτέ-
ρωθι τοῦτο ἐξεῖναι ποιῆσαι, εἰς τὴν ὄψιν ἀναγκασθῆναι
ὑβρίσαι τὴν ἐκείνου. Quæ tamen de Ariſtippo accipi poſſunt. Nam Ariſtippi ſimile dictum retulit ſuprà Laërtius in Ariſtippo. Exſtat in hanc rem in Collectione veterum epigrammatum hoc epigramma:

Quòd tua mille domus ſolidas habet alta columnas:
Quòd tua marmoreo janua poſte nitet:
Aurea quòd ſummo ſplendent laquearia tecto:
Imum cruſta tegit quòd precioſa locum:
Atria quòd circa dives tegit omnia cultus;
Hoc animos tollit nempe, Batave, tuos.
Ædibus in totis, gemma licet omnia claudant.
Turpe eſt, nil domino turpius eſſe ſuo.

Adde locum Appulei de Deo Socratis. *Villas opiparè extruunt, & domos ditiſſimè exornant, & familias numeroſiſſimè comparant. Sed in iſtis omnibus, in tanta affluentia rerum, nihil eſt, præterquam ipſe dominus, pudendum.*

Ἀνθρώπους ἐκάλεσα, οὐ καθάρματα.] Similiter Chryſoſtomus ad primam Pauli Epiſtolam ad Corinthios, IV. 13. homines nequam & abjectos καθάρματα appellat. ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγεννήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι.

Φασὶ δὲ καὶ Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς εἴπερ Ἀλέξανδρος μὴ ἐγεγόνει, &c.] Qua de re etiam Plutarchus in Oratione de fortuna vel virtute Alexandri: Διογένει δὲ αὐτῷ περὶ Κόρινθον εἰς λόγους ἐλθὼν, οὕτως ἔφριξε καὶ κατεπλάγη τὸν βίον καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς, ὥστε πολλάκις αὐτοῦ μνημονεύων λέγειν, Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἦμην, Διογένης ἂν ἤμην· τουτέστιν, ἠσχολούμην ἂν περὶ λόγους, εἰ μὴ δι' ἔργων ἐφιλοσόφουν. Οὐκ εἶπεν, Εἰ μὴ βασιλεὺς ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην· οὐδ' Εἰ μὴ πλούσιος καὶ Ἀργεάδης· (οὐ γὰρ προέκρινε τὴν τύχην τῆς σοφίας, οὐδὲ τὴν πορφύραν καὶ τὸ διάδημα τῆς πήρας καὶ τοῦ τρίβωνος) ἀλλ' εἶπεν, Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἦμην, Διογένης ἂν ἤμην. τουτέστιν, Εἰ μὴ τὰ βαρβαρικὰ τοῖς Ἑλληνικοῖς κεράσαι διενοούμην, καὶ πᾶσαν ἤπειρον ἐπιὼν ἐξημερῶσαι, καὶ πέρατα γῆς ἀνευρὼν καὶ θαλάττης, ὠκεανῷ προσρεῖσαι Μακεδονίαν, καὶ τὴν Ἑλλάδα σπεῖραι, καὶ καταχέασθαι γένους παντὸς εὐδοκίαν καὶ εἰρήνην, οὐκ ἐν ἀπράκτῳ τρυφῶν ἐξουσίᾳ καθήμην, ἀλλ' ἐζήλουν ἂν τὴν Διογένους εὐτέλειαν, &c. *Cum ipſo Diogene apud Corinthum collocutus, ita obſtupuit & attonitus eſt Viri vitâ & gravitate, ut ſæpenumero ejus mentionem faciens, dixerit, Niſi eſſem Alexander, Diogenes vellem eſſe: hoc eſt, operam dediſſem, & ocium impendiſſem diſputationibus, niſi rebus gerendis philoſopharer. Non hoc dixit, Niſi rex eſſem, Diogenes eſſe vellem: neque Si non dives, etiam Argeades: non enim fortunam ſapientiæ præferebat, neque purpuram & diadema pallio ac peræ. Sed hoc dicebat, Niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe vellem: hoc eſt, Niſi inſtituiſſem gentes Barbaricas cum Græcis commiſcere, omneſque terras obeundo circurare, ſcrutatuſque continentis fines, Macedoniam ad Oceanum propagare, Græciamque ſerere, & omnis generis juſtitiam atque pacem diſſeminare: non equidem in ocio deſidens potentiam meam ad luxuriandum contuliſſem, ſed frugalitatem Diogenis æmulatus fuiſſem.* Item Arrianus de Expedit. Alexan. lib. VII. καὶ Διογένην τὸν ἐκ Σινώπης θαυμάσαι λέγεται ἐν Ἰσθμῷ, ἐντυχὼν αὐτῷ κατακειμένῳ ἐν ἡλίῳ, ἐπιστὰς σὺν τοῖς ὑπασπισταῖς καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἑταίροις, καὶ ἐρόμενος εἴ του δέοιτο· ὁ δὲ Διογένης, ἄλλου μὲν ἔφη δεῖσθαι οὐδενός· ἀπὸ τοῦ ἡλίου δὲ ἀπελθεῖν ἐκέλευσεν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. *Et Diogenem Sinopeum in Iſthmo admiratus fuiſſe dicitur, quum illum ad ſolem ſtratum, apricantemque offendiſſet; cùm argyraſpidum & ſociorum manu propiùs acceſſiſſe, rogaſſeque num aliqua re indigeret: cui Diogenes nulla ſe re egere reſpondit; ſimulque Alexandrum cum ſuo comitatu recedere juſſit, ne objectu corporum ſolis calorem interciperent.* Legendus Dio Chryſoſtomus Oratione 4. ubi de Alexandri Magni cum Diogene Cynico congreſſu.

Ἀναπήρους ἔλεγε, &c.] Luſus in voce.

Μητροκλῆς ἐν ταῖς χρείαις.] An Metrocles Peripateticus; cujus Vitam ſcripſit Laërtius? 33

Εἰς λευκωμα.] Ineptus Vetus interpres *in Leucone.* Verte cum Aldobrandino, *in albo.* λεύκωμα, eſt πινάκιον. Heſychius: πινάκιον, τὸ λεύκωμα.

Ἐγὼ μὲν οὖν, εἶπεν, ἄνδρας, σὺ δὲ ἀνδράποδα.] Infrà, in eadem Vita: Ὀλυμπιάσι τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, Νικᾷ Διώξιππος· Οὗτος μὲν δὴ ἀνδράποδα, ἄνδρας δὲ ἐγώ. Vide omnino Dionem Chryſoſtomum Oratione IX.

Καὶ ὡμὰ δὲ κρέα ἐπεχείρησε φαγεῖν.] Vide infrà, 34 ubi de morte Diogenis. Julianus Imperator in Oratione adverſùs imperitos Cynicos: οὐκ ἄρα τὴν ὠμοφαγίαν βδελύττεσθε; ὠμησταὶ erant plerique Cynicorum.

Ἀλλ' οὐ διώκησε.] Id eſt, *ſed concoquere non potuit* ut rectè Leopardus Emendat. I. 12.

Κατέλαβέ ποτε Δημοσθένην τὸν ῥήτορα ἐν πανδοκείῳ ἀριστῶντα· τοῦ δ' ὑποχωροῦντος, &c.] Aliter omnino Ælianus Var. Hiſt. libro IX. capite 19. ἡνίκα ποτὲ Διογένης ἐν κατηλείῳ· εἶτα παριόντα Δημοσθένη ἐκάλει· τοῦ δὲ μὴ ὑπακούσαντος, αἰσχύνη, ἔφη, Δημόσθενες, παρελθεῖν εἰς κατηλεῖον; καὶ μὴν ὁ κύριός σου καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐνθάδε εἰσεισι, τοὺς δημότας λέγων· καὶ τοὺς καθ' ἕνα δηλῶν· ὅτι οἱ δημηγόροι καὶ οἱ ῥήτορες δοῦλοι τοῦ πλήθους εἰσί. *Diogenes aliquando prandium in cauponæ ſumebat; cumque videret prætereuntem Demoſthenem, eum ut ad ſe accederet, invitabat: qui cùm renuiſſet, Putas, inquit, ô Demoſthenes, hoc eſſe tibi dedecori, ſi in cauponam ingrediaris, cùm nulla dies prætereat, quin dominus tuus intro veniat? populum intelligens, & de plebe ſingulos: quoniam Concionatores; & Oratores multitudinis quodammodo ſervi exiſtunt.* Ad quem locum Joannes Schefferus, pro ἀριστῶντα, quod hîc apud Laërtium legitur, legendum conjiciebat ἀριστῶν, ut Laërtius ab Æliano non diſſentiret. Sed hæc emendatio minùs convenit cum ſequentibus verbis Laërtii, τοῦ δ' ὑποχωροῦντος, τοσοῦτῳ, ἔφη, μᾶλλον ἐν πανδοκείῳ. Quare nihil mu-

tandum exiſtimamus. Laërtii lectionem confirmat Plutarchus in libello, Quomodo quis ſuos in virtute paranda ſentire poſſit profectus: χάριεν γὰρ τὸ τοῦ Διογένους πρός τινα νεανίσκον ἀφθέντα ἐν καπηλείῳ, καταφυγόντα δὲ εἰς τὸ καπηλεῖον, Ὅσῳ γὰρ, εἶπεν, ἀδοτέρῳ φεύγεις, μᾶλλον ἐν τῷ καπηλείῳ γίνῃ.

Τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας,] Quod fuit inſignis contumeliæ atque convicii indicium. Juvenalis Satyr. x.

---- *cùm fortunæ ipſe minaci*
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

Martialis I. 28. *digitum porrigito medium.* Dio Chryſoſtomus Oratione XXXIII. τῷ μέσῳ δακτύλῳ δεικνύουσι. Laërtius noſter ſtatim: τοὺς πλείστους ἔλεγε παρὰ δάκτυλον μαίνεσθαι. ἐὰν οὖν τις τὸν μέσον προτείνας πορεύηται, δόξῃ μαίνεσθαι· ἐὰν δὲ τὸν λιχανὸν, οὐκέτι: ſed ubi legendum conjiciebamus: ἐὰν οὖν τις τῷ μέσῳ παρά τινος προδείκνυται, δόξῃ μαίνεσθαι, aut quid ſimile. Certè tale quid Laërtium ſcripſiſſe, (fateor enim emendationem hanc meam à recepta lectione non nihil recedere) teſtatur locus ille Arriani Diſſertationum Epicteti libro III. capite 2. οὐκ οἶδας, ὅτι Διογένης τὸν Σοφιστῶν τινα οὕτω ἔδειξεν, ἐκτείνας τὸν μέσον δάκτυλον; εἶτα, ἐκμανέντος αὐτοῦ, Οὗτός ἐστιν, ἔφη, ὁ δεῖνα. ἔδειξα ὑμῖν αὐτόν. ἄνθρωπος γὰρ δακτύλῳ οὐ δείκνυται, ὡς λίθος, ἢ ὡς ξύλον· ἀλλ' ὅταν τις τὰ δόγματα αὐτοῦ δείξῃ, τότε αὐτὸν, ὡς ἄνθρωπον, ἔδειξε. *An ignoras Diogenem ſic demonſtraſſe Sophiſtam quemdam, medio digito extento? Deinde, illo furore percito, Hic inquit, ille eſt: monſtravi eum vobis; homo enim digito, ut lapis aut lignum, non demonſtratur. Sed ſi quis opiniones ejus demonſtrarit, tunc eum, ut hominem, demonſtravit.*

Οὗτος ἡμῖν, ἔφη, &c.] Legitur in Florentino Οὗτος ὑμῖν.

35 Ἐκβαλόντος δὲ ἄρτον.] Legendum omninò, quemadmodum in Editione Stephanica legitur, ἐκβαλόντος δέ τινος ἄρτον.

36 Τοῦ δ' εἰπόντος, Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί.] Proverbium: de quo fusè Paræmiographi; & ad eos, Andreas Schottus. Sumptum eſt ex Euripidis Medea; ubi Chorus,

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,
Καὶ δίκη καὶ πάντα πάλιν στρέφεται.

Θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέρριψε, &c.] Simplicius ad Enchiridion Epicteti capite 46. τοσαύτη δὲ ἦν σπουδὴ θείοις ἀνδράσι πρὸς τὸ περιττὸν ἅπαν ἀποσκευάσασθαι, ὥστε τὸν Διογένην φασὶ σκύφος ξύλινον ἀεὶ περιφέροντα ἐν τῇ πήρᾳ, ᾧ τὸ ὕδωρ ἀρυόμενος ἔπινεν, ἐπειδὴ ποταμὸν διαβαίνων ἐθεάσατό τινα ταῖς χερσὶν ἀρυόμενον καὶ πίνοντα, ἔρριψε τὸ σκύφος εἰς τὸν ποταμὸν, εἰπών, (Corrige ῥίψας τὸ σκύφος εἰς τὸν ποταμὸν, εἰπόντα) μηκέτι δεῖσθαι αὐτοῦ, τῶν χειρῶν τὴν χρείαν παιουσῶν. *Tanto autem ſtudio tales divini viri ſupervacanea omnia repudiarunt, ut Diogenem dicant ligneum ſcyphum ſemper circumferentem in pera, è quo hauſtam aquam potaret, quum per flumen tranſiens, quemdam manibus haurientem bibentemque vidiſſet, ſcyphum inſa-*
men projeciſſe: quòd eo ſibi nihil eſſet opus, volâ eumdem uſum præbente. Seneca Epiſt. XC. *Quomodo, oro te, convenit, ut Diogenem mireris, & Dædalum? Uter ex his ſapiens tibi videtur? qui ſerram commentus eſt?* (ita interpungendus hic locus) *an ille, qui cùm vidiſſet puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum è perula calicem, hac objurgatione ſui, Quàm diu homo ſtultus ſupervacuas ſarcinulas habui? qui ſe complicuit in dolio, & in eo cubitavit?* Plutarchus in libello, Quomodo quis ſuos in virtute paranda ſentire poſſit profectus: Διογένης δὲ τὸν πίνοντα ταῖς χερσὶ θεασάμενος, ἐξέβαλε τῆς πήρας τὸ ποτήριον. Hieronymus adverſus Jovinianum libro II. ubi de Diogene: *Quodam verò tempore habens ad potandum cavum ligneum, vidit puerum manu concava bibere, & eliſiſſe illud fertur ad terram, dicens,* Neſciebam quòd natura haberet poculum. Sed ubi pro *cavum ligneum*, legendum, *caucum ligneum*, ut rectè Sirmundus in Notis ad Ennodium, paginâ 91. reſcribebat. Eſt autem *caucus*, poculi genus. Addendus Auſonius in Epigrammatis.

Pera, polenta, tribon, baculus, ſcyphus: arcta ſupellex
Iſta fuit Cynici: ſed putat hanc nimiam.
Namque cavis manibus cernens potare bubulcum,
Cur, ſcyphe, te, dixit, geſto ſupervacuum?

Exſtat in hanc rem Antiphili Byzantii hoc Epigramma libro v. Anthologiæ,

Ἡ πήρη καὶ χλαῖνα, καὶ ὕδατι πιληθεῖσα
Μάζα, καὶ ἡ πρὸ ποδῶν ῥάβδος ἐρειδομένη,
Καὶ δέπας ἐκ κεραμοῖο, σοφῷ κυνὶ μέτρα βίοιο
Ἄρκια. κἠν τούτοις ἦν τι περισσότερον.
Καίλαις γὰρ πόμα χερσὶν ἰδὼν ἀρύοντα βοώτην,
Εἶπε, τί καί σε μάτην ὄστρακον ἠχθοφόρουν;

Quod Petrus Francius noſter elegantiſſimè ita convertit:

Pera, chlamys, fluviique ſubacta liquore placenta,
Atque vacillantes ante pedes baculus:
Fictilis & cyathus, Cynico bene curta ſupellex;
Sed tamen hæc fuerat ipſa ſupervacua.
Namque manu ſpectans potantem ex amne bubulcum,
Teſta, ſupervacuum quò mihi pondus, ait?

Τῷ κοίλῳ ἄρτῳ τοῦ ψωμίου.] Regius Codex & Florentinus, τῷ κοίλῳ τοῦ ψωμίου. rectè: ψώμιον quippe, fruſtulum eſt panis, fruſtulum autem illud panis excavatum; ut hoc dicam ἐν παρόδῳ, unicâ voce, μυστίλη dicitur Græcis. 37

Συνελογίζετο οὕτως· τῶν θεῶν ἐστι πάντα· φίλοι δὲ οἱ σοφοὶ τοῖς θεοῖς. κοινὰ δὲ τὰ τῶν φίλων· πάντα ἄρα ἐστὶ τῶν σοφῶν.] Quod infrà, in hac eadem Vita, totidem verbis repetit Laërtius: & quod ab eo mutuatus eſt Clemens Alexandrinus in Admonitione ad Gentes, non longè à fine: εἰ δὲ κοινὰ τὰ τῶν φίλων· θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ θεῷ· καὶ γὰρ εὖ φίλος, μεσιτεύοντος τοῦ Λόγου· γίνεται δὴ οὖν τὰ πάντα τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι τὰ πάντα τοῦ θεοῦ· καὶ κοινὰ ἀμφοῖν τοῖν φίλοιν τὰ πάντα, τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. *Si autem ſunt communia ea quæ ſunt amicorum; eſt autem homo Deum amans: ergo & Dei amicus. Verbo inter-*

cedente : ſunt ergo omnia hominis ; quia ſunt Dei omnia : & ſunt omnia utriuſque communia, Dei & Hominis.

Ζωΐλος ὁ Περγαῖος.] Quem ſub Ptolemæo Philadelpho vixiſſe, exiſtimat Jonſius lib. I. Hiſt. Philoſ. capite 9.

Πάντα γάρ ἐστιν αὐτοῦ πλήρη.] Simile dictum Heraclíti refert Gellius in Præfatione: *Ego verò cùm illud Heraclíti Epheſii, viri ſummè nobilis, verbum cordi haberem, quod profectò ita eſt:* Introite: nam & hîc Dii ſunt. Sed hæc in manuſcriptis Codicibus non comparent: pro quibus ſcriptum eſt, πολυμαθὴν νόον οὐ διδύσκει: atque ita ſcribi debet.

38 Εἰώθει δὲ λέγειν τὰς τραγικὰς ἀρὰς αὐτῷ συνηντηκέναι· εἶναι γοῦν Ἄπολις, ἄοικος, &c.] Meminit; ſed obiter; Julianus Imperator Epiſtolâ ad Themiſtium Philoſophum:

ἢ τὸν Διογένους ἐκεῖνον,
Ἄπολιν, ἄοικον, πατρίδος ἐστερημένον.

Et Orat. VI. ἆρά σοι μικρὰ φαίνεται, ἀνὴρ
Ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος.

Οὐκ ὀβολὸν, οὐ δραχμὴν, οὐκ οἰκέτην ἔχων. Ubi fortè legendum ἆρά σοι. Habuit autem Laërtius ab Æliano: cujus hæc ſunt verba libro III. Var. Hiſt. capite 29. Διογένης ὁ Σινωπεὺς συνεχῶς ἐπέλεγεν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὅτι τὰς ἐκ Τραγῳδίας ἀρὰς αὐτὸς ἐκπληροῖ καὶ ὑπομένει· εἶναι γὰρ πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος, πτωχὸς, δυσείμων, βίον ἔχων τὸν ἐφήμερον.

Βίον ἔχων τοὐφημέραν.] Atque inde ἡμερόβιος vocatur Diogenes Sancto Hieronymo adverſus Jovinianum libro II. *Refert Satyrus, qui illuſtrium Virorum ſcripſit Hiſtoriam, quòd Diogenes palliolo duplici uſus ſit propter frigus; perum pro cellario habuerit; ſecumque portavit clavam ob corpuſculi fragilitatem, quâ jam ſenex membra ſuſtentare ſolitus erat: & ἡμερόβιος vulgò appellatus ſit, in præſentem horam poſcens à quolibet, & accipiens cibum,* &c. Hunc Hieronymi locum exſcripſit Johannes Petitus, (aliàs, Salesberienſis,) libro 5. de Nugis Curial. capite 17. ſed ubi *emerathios* vitiosè legitur, pro *hemerobios*. Adde Julianum atque Ælianum, dictis locis.

Ἐν τῷ Κρανείῳ.] Cypreſſorum lucus è regione Corinthi; ubi gymnaſium. Pauſanias in Corinthiacis, non longè ab initio: πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος, ὀνομαζόμενον Κράνειον. Laërtius infrà, in hac Vita: ἐν τῷ Κρανείῳ τῷ πρὸ τῆς Κορίνθου γυμνασίῳ.

Ἡλιουμένῳ αὐτῷ Ἀλέξανδρος ἐπιστάς, φησιν, &c.] Meminit Plutarchus in Alexandro. Verba Plutarchi operæ precium eſt adponere: εἰς δὲ τὸν Ἰσθμὸν τῶν Ἑλλήνων συλλεγέντων, καὶ ψηφισαμένων ἐπὶ Πέρσαις μετ' Ἀλεξάνδρου στρατεύειν, ἡγεμὼν ἀνηγορεύθη. πολλῶν δὲ καὶ πολιτικῶν ἀνδρῶν καὶ φιλοσόφων ἀπηντηκότων αὐτῷ, καὶ συνηδομένων, ἤλπιζε καὶ Διογένη τὸν Σινωπέα ταὐτὸ ποιήσειν, διατρίβοντα περὶ Κόρινθον. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἐλάχιστον Ἀλεξάνδρου λόγον ἔχων, ἐν τῷ Κρανείῳ σχολὴν ἦγεν, αὐτὸς ἐπορεύετο πρὸς αὐτόν· ἔτυχε δὲ κατακείμενος ἐν ἡλίῳ, καὶ μικρὸν μὲν ἀνεκάθισεν, ἀνθρώπων τοσούτων ἐπερχομένων, καὶ διέβλεψεν εἰς τὸν Ἀλέξανδρον. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἀσπασόμενος καὶ προσειπὼν αὐτὸν ἠρώτησεν εἴ τινος τυγχάνει δεόμενος· Μικρὸν, εἶπεν, ἀπὸ τοῦ ἡλίου μετάστηθι· πρὸς τοῦτο λέγεται τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω διατεθῆναι, καὶ θαυμάσαι καταφρονηθέντα τὴν ὑπεροψίαν καὶ τὸ μέγεθος τοῦ ἀνδρὸς, ὥστε τῶν περὶ αὐτὸν, ὡς ἀπῄεσαν, διαγελώντων καὶ σκωπτόντων· Ἀλλὰ μὴν ἐγὼ, εἶπεν, εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἤμην, Διογένης ἂν ἤμην. *Agentibus conventum Græcis in Iſthmo, ubi bellum cum Alexandro contra Perſas decrevere, dux eſt declaratus. Quem cùm Viri res publicas tractantes, Philoſophique frequentes obviam irent ſalutatum, gratulatumque, idem officium expectavit ab Sinopenſi Diogene, qui apud Corinthum agebat. Ut hic in Cranio otium agens nihil de Alexandro laboravit, profectus ipſe ad illum eſt. Fortè apricabatur tunc ſtratus. Paululum autem allevavit ſe ſeſſum, tantâ hominum accedente catervâ, atque Alexandrum intuitus eſt. Qui ubi eum ſalutavit, aſſatuſque requiſivit, ecqua re haberet opus: Recede, inquit, paulìſper, ex ſole. Perhibetur hinc in tantum permotus Alexander fuiſſe, & obſtupuiſſe contemptus deſpicientiam hominis & animi celſitudinem, ut cùm comites ſui inter abeundum ipſum viderent, luderentque, Atqui ego, inquit, niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe vellem.* Simplicius ad Epicteti cap. 21. Ἀλεξάνδρου γὰρ ἐρωτήσαντος τί βούλεται, ἀπόστηθι, ἔφη, τοῦ ἡλίου· ἔτυχε γὰρ αὐτὸν θερμαινόμενος. ὥστε θαυμάσαντα τὴν μεγαλοφροσύνην τοῦ ἀνδρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εὔξασθαι, εἰ μὲν δυνατὸν, τὸν Διογένη γενέσθαι· εἰ δὲ μὴ, εἶναι Ἀλέξανδρον. Johannes Chryſoſtomus in Oratione de Sancto Babyla & contra Gentiles: ἐλαύνοντι τῷ Μακεδόνι ποτὲ ἐπὶ τὸν Πέρσην, ἐπιστάντι τε αὐτῷ, καὶ ἀπαγγεῖλαι προτρέψαντι εἴ τινος δέοιτο. Οὐδενὸς, ἔφη, πλὴν τοῦ μὴ ἐπισκοτεῖν αὐτῷ τὸν βασιλέα. καὶ γὰρ ἔτυχε τότε ἡλίῳ θερμαινόμενος ὁ φιλόσοφος, &c. *Proficiſcenti cum exercitu adverſus Perſas Macedoni, eidemque Philoſophum magnâ inſtantiâ hortanti, diceret, ſi qua re indigeret: nullâ, ille inquit, niſi quod regem rogavit, ſibi à Sole ne obſtaret. Acciderat enim tum jam ut Philoſophus à Solis radiis caleſieret.* Valerius Maximus IV. 3. *Alexander verò cognomen* invicti *aſſecutus, continentiam Diogenis Cynici vincere non potuit: Ad quem, cùm in ſole ſedentem acceſſiſſet, hortareturque ut ſi qua ſibi vellet præſtari, indicaret: quemadmodum erat in crepidine collocatus, ſordidæ appellationis, ſed robuſtæ vir præſtantiæ: Mox, inquit, de ceteris: interim à ſole mihi velim non obſtes. Quibus verbis illa nimirum inhæſit ſententia: Alexander Diogenem gradu ſuo divitiis pellere tentat; celeriùs Darium armis.* Cicero in quinta Tuſculana: *At verò Diogenes liberiùs, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret ſi quid opus eſſet: Nunc quidem, inquit, paululùm à ſole abſis: offecerat videlicet apricanti.* Huc referenda Varronis in Marcipore verba apud Nonium Marcellum libro de varia ſignificatione ſermonum, in voce OPTARE: *Et Diogenes Cynicus, qui ab Alexandro Rege juſſus optare quid vellet ſe facturum.*

Πρὸς τὸν συλλογισάμενον, &c.] Narrat Gellius XVIII. 13. quomodo etiam alium Sophiſtam captiosè argumentantem eluſerit Diogenes. *Libet autem dicere, quàm facetè Diogenes ſophiſma id genus, quod ſuprà dixi, à quodam Dialectico ex Platonis diatriba per*

contumeliam propoſitum remuneratus ſit. Nam cùm ita roguſſet Dialecticus: quod ego ſum, id tu non es, *& Diogenes annuiſſet: atque ille addidiſſet,* homo autem ego ſum: *cùm id quoque aſſenſus eſſet, & contrà Dialecticus ita concluſiſſet;* homo igitur tu non es. *Hoc quidem, inquit Diogenes, falſum eſt: & ſi verum id fieri vis, à me incipe.*

39 Καὶ πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι κίνησις οὐκ ἔστιν, ἀναστὰς περιεπάτει.] Igitur de Diogene Cynico accipiendum, quod ait Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro II. capite 22. ταὐτά τοι καὶ ἐρωτηθεὶς Φιλόσοφος, τὸν κατὰ τῆς κινήσεως λόγον, σιωπῶν περιεπάτησεν. *Ideóque cùm propoſita eſſet Philoſopho oratio motum negans, tacitus ambulare cœpit.* Et libro III. capite 8. διὸ καὶ τῶν Κυνικῶν τις ἐρωτηθεὶς κατὰ τῆς κινήσεως λόγον, οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ἀνέστη δὲ καὶ ἐβάδισεν· ἔργῳ καὶ διὰ τῆς ἐνεργείας παριστὰς, ὅτι ὑπαρκτή ἐστιν ἡ κίνησις. *Ideoque quidam ex Cynicis, cùm ei propoſita eſſet contra motum oratio, nihil reſpondit; ſed ſurgens ambulare cœpit, opere & actu oſtendens exiſtere motum.*

Εὐνούχου μοχθηροῦ, ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Μηδὲν εἰσίτω κακόν· Ὁ οὖν κύριος, ἔφη, τῆς οἰκίας ποῦ εἰσέλθοι.] Sanctus Clemens Alexandrinus Στρωματέων VII. eo enim nomine ab Uſuardo nuncupatur Clemens Alexandrinus: ἀστείως πάνυ ὁ Διογένης ἐπὶ οἰκίᾳ μοχθηροῦ τινος εὑρὼν ἐπιγεγραμμένον, Ὁ Καλλίνικος Ἡρακλῆς ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· καὶ πῶς, ἔφη, ὁ κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας; Theodoritus Sermone VI. de Dei providentia: οὗτος πάλιν οὗτος αὐτὸς, (loquitur de Diogene) ἐν οἰκίᾳ τινὸς μοχθηροῦ ἐπιγεγραμμένον εὑρὼν

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Καλλίνικος Ἡρακλῆς
Ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν.

πῶς, ἔφη, ὁ κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας; At Laërtius noſter infrà dictum illud de Callinico aliter narrat: νεογάμου, inquit, ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· ἐπέγραψε, Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Clemens & Theodoritus videntur duo dicta Diogenis confudiſſe. Ceterùm & hoc dictum tribuit Caſtruccio Caſtracani Macchiavellus: *Vedendo che uno aveva ſcritto ſopra la caſa ſua in lettre latine, che Dio la guardaſſe da' cattivi, diſſe, E biſogna che non v' entre' egli.*

Τῷ μύρῳ τοὺς πόδας ἀλειψάμενος, ἀπὸ μὲν τῆς κεφαλῆς εἰς τὸν ἀέρα ἀπίναι τὸ μύρον, ἀπὸ δὲ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὄσφρησιν.] Idem videbatur & Nigrino Philoſopho Platonico: de quo ita Lucianus in Nigrino: σολοικισμὸν οὖν ἐκάλει τὸ τοιοῦτο τῶν ἡδονῶν. ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνα ἔλεγεν, ἀτεχνῶς τοῦ Μώμου τὸν λόγον μιμησάμενος. ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τοῦ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεὸν, οὐ προθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ᾐτιᾶτο τῶν στεφανουμένων, ὅτι μὴ ἴσασι τοῦ στεφάνου τὸν τόπον. εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἰόντε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι, παρ' αὐτὴν, οἷόν τε, τὴν ἀναπνοήν, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέστων τῆς ἡδονῆς. *Solœciſmum igitur vocabat hoc genus voluptatum. Ceterum ex illa ex eadem ſententia dicebat, prorſus Momi illius verba imitatus. Ut enim ille reprehendebat tauri artificem Deum, qui non propoſuiſſet oculis cornua: ſic & ipſe accuſabat eos qui coronas geſtabant, quòd locum neſcirent, ubi eas adhibere deberent. Nam ſi violarum & roſarum odore delectantur, ſub naribus potiſſimùm eos coronari oportebat, juxta ipſam, quantum fieri poteſt, reſpirationem, ut voluptatis inde quamplurimum attraherent.* Eadem mens fuit & Minucii Felicis; cujus hæc ſunt verba in Octavio: *Sanè quòd caput non coronamus, ignoſcite; auram boni floris naribus ducere, non occipitio, capilliſve ſolemus haurire.* Eadem & Septimii. Ita ille in libro de Corona. *Ceterùm in capite quis ſapor floris? qui coronæ ſenſus? niſi vinculi tantum, quo neque color cernitur, neque odor ducitur, nec teneritas commendatur. Tam contra naturam eſt florem capite ſectari, quàm cibum aure, quàm ſoxum nare.* Veteres autem florum ſerta in capite geſtiſſe, præter recitatos locos, manifeſtum facit ſutura illa capitis, quæ inde ab Anatomicis στεφανιαία eſt appellata. ἐπειδὴ κατὰ τοῦτο μάλιστα τῆς κεφαλῆς οἱ στέφανοι κατατίθενται, inquit Oribaſius.

Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δὲ τινες ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται.] Quod ipſum refert & Plutarchus in libro, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν; ſed paulò aliter, his verbis: δεῖ καὶ τῷ Διογένει καὶ πρὸς τὸν Σοφοκλέα χρήσασθαι. πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων ταῦτα γράψας,

-----ὡς τρισόλβιοι
Κεῖναι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη.
Μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
Ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά.

Διογένης δὲ ἀκούσας τι τοιοῦτον, Τί λέγεις; (ἔφη) κρεῖττονα μοῖραν ἕξει Πατταικίων ὁ κλέπτης ἀποθανών, ἢ Ἐπαμινώνδας, ὅτι μεμύηται; *Eodem Diogene & contra Sophoclem uti debemus. Multos enim homines deſperatione implevit, cùm de myſteriis ipſe dixiſſet:*

---- Felices nimis
Initia quotquot iſta cùm conſpexerint,
Eunt ad orcum: namque eos ſolos manet
Ibi vita; reliquos, miſerias præter, nihil.

Diogenes autem cùm tale quid audiſſet, Quid, ait, meliore igitur loco poſt mortem erit Patæcio fur Epaminondâ, quod ille fuerit initiatus? Patæcionis autem illius meminit, ut hoc obiter dicam, Harpocratio in Lexico: ſed ubi *Pattæcion* appellatur: Πατταικίων. ὄνομα κύριον. κλέπτης, καὶ τοιχωρύχος. Ita quoque dicitur Suidæ. Πατταικίων, ὀνήρ ἀπὸ συκοφαντίας τὸν βίον πεποιούμενος, καὶ προσκρούειν ἐπιτηδείων τοῖς εὐδοκιμοῦσι τῶν νέων. διεβάλλετο, καὶ ὡς κλέπτης, καὶ τοιχωρύχος. Sed Πατταικίων dicitur quoque Æſchini Oratori: & Plutarcho in libro de Legendis Poëtis, & Dioni Chryſoſtomo Oratione LII.

Ἐγὼ γὰρ ἐπανῆλθον ἐπὶ τοὺς πεπρακότας.] Meminit hujus dicti & Ælianus Var. Hiſt. XIV. 33. Διελέγετο ὑπέρ τινων ὁ Πλάτων, παρὼν δ' ὁ Διογένης ὀλίγον αὐτῷ προσεῖχεν, ἠγανάκτησεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρίστωνος, καὶ ἔφη, Ἐπάκουσον τῶν λόγων, κύον. καὶ ὃς οὐδὲν 40

οὐδὲν διαταραχθεὶς, Ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον ἐκεῖθεν, ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες· αἰνιττόμενος αὐτοῦ εἰς τὴν Σικελίαν ὁδόν. *Diſſerebat de quibusdam rebus Pluto, praſente Diogene, parùm attendente. Moleſtè id tulit Ariſtonis filius, aitque, Audi verba mea, Canis. Minimè perturbatus Diogenes reſpondit, Atqui ego in illa loca non redii, in quibus venditus ſum, quod Canes facere conſueverunt: obſcurè tangens ipſius in Siciliam reditum.* De Canibus, Varro libro II. de Re Ruſtica capite 9. *P. Auſidius Pontianus Amiterninus, cùm greges ovium emiſſet in Umbria ultima, quibus gregibus ſine paſtoribus canes acceſſiſſent: paſtores ut deducerent in Metapontinos ſaltus, & Heracleæ emporium: inde cùm domum rediiſſent qui ad locum deduxerant, è deſiderio hominum diebus paucis poſtea canes ſua ſponte, cùm dierum multorum via intereſſet, ſibi ex agris cibaria quæſierunt, atque in Umbriam ad Paſtores redierunt.*

Πρὸς τὸν πυθόμενον ποίας ὥρας δεῖ ἀριστᾶν, Εἰ μὲν πλούσιος, &c.] Tribuit Machiavellus Caſtruccio Caſtracani; ut & alia pleráque Diogenis; quod factum nollem. *Domandato, quando era bene mangiare a volere ſtare ſano, riſpoſe; Se uno è ricco, quando egli a fame; ſe uno è povero, quando e' può.* Diogenis illud, refert Plutarchus in libro de Exilio: Prándet Ariſtoteles quando Philippo lubet: Diogenes, quando Diogeni.

41 Ἐν Μεγαρεῦσιν ἰδὼν τὰ μὲν πρόβατα τοῖς δέρμασιν ἐσκεπασμένα, &c.] Quod fiebat, ut mollior eſſet lana: ideoque Horatius vocavit *pellitas oves Galeſi.* Varro de R. R. libro & capite 2. *Pleráque ſimiliter faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ & Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.* Vide Samuelis Bocharti Tractatum de Ovibus, libro II. P. 1. de Animalibus Scripturæ Sacræ.

Λυσιτελέστερόν ἐστι Μεγαρέως εἶναι κριὸν ἢ υἱόν.] Quod ipſum teſtatur Ælianus Var. Hiſt. XII. 56. Διογένης ὁ Σινωπεὺς ἔλεγε πολλὰ, τὴν ἀμαθίαν καὶ τὴν ἀπαιδευσίαν τῶν Μεγαρέων διαβάλλων. καὶ ἐβούλετο Μεγαρέως ἀνδρὸς κριὸς εἶναι μᾶλλον ἢ υἱός. ἡνίττετο δὲ, ὅτι τῶν θρεμμάτων ποιοῦνται πρόνοιαν οἱ Μεγαρεῖς, τῶν παίδων δὲ οὐχί. Meminit etiam Plutarchus in libro de Cupiditate divitiarum; ſed ubi diverſam ab ea quam hic ponit Laërtius, rationem adducit: avaritiam nempe: οὐ γὰρ μόνον κατὰ τὸν Εὐριπίδην, Ἀκόλαστα πάντα γίνεται δούλων τέκνα, ἀλλὰ καὶ μικρολόγων· ὥς που καὶ Διογένης ἐπέσκωψεν, εἰπὼν, Μεγαρέως ἂν ἀνδρὸς βέλτιον εἶναι κριὸν, ἢ υἱὸν γενέσθαι. Huic dicto Cynici Diogenis affine eſt dictum quod Auguſto de Herode tribuit Macrobius Saturnal. II. 4. *Cùm audiſſet inter pueros, quos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum juſſit interfici, filium quoque ejus occiſum, ait,* Meliùs eſt Herodis porcum eſſe quàm filium. In Megarenſes dictum aliud protulit idem Diogenes: *Megarenſes obſonant, quaſi craſtina die morituri; ædificant verò, quaſi numquam morituri.* refertur à Tertulliano in Apologetico. De Rhodiis, idem habet Stratonicus apud Plutarchum ἐν τῷ Περὶ φιλοπλουτίας. τοὺς μὲν οὖν Ῥοδίους ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτεν εἰς πολυτέλειαν· οἰκοδομεῖν μὲν, ὡς ἀθανάτους, λέγων· ὀψωνεῖν δὲ, ὡς ὀλιγοχρονίους.

Λύχνον μεθ' ἡμέραν ἅψας, Ἄνθρωπον, φησὶ, ζητῶ.] Tertullianus adverſus Marcionem libro I. *Num illa Canicula Diogenes hominem invenire cupiebat, lucernam meridie circumferens?* Philo Judæus in lib. de Gigantibus: ὄντως ὁ ἀληθινὸς οὗτός ἐστιν, ὃν καὶ τῶν παλαιῶν λύχνον τις μεσημβρίας ἀψάμενος, πρὸς τοὺς πυνθανομένους, ἄνθρωπον, ἔφη, ζητεῖν. Habuit autem Diogenes ab Æſopo: ſi vera ſunt quæ de Æſopo refert Phædrus libro III.

---- Quidam è turba garrulus:
Æſope, medio ſole quid cum lumine?
Hominem quæro, inquit.

Ad dictum hoc Diogenis alluſit Lucianus in Pſeudologiſta, his verbis: πρώην γὰρ καὶ λύχνον ἅψας, ἐζήτεις ἀδελφόν τινα οἶμαι ἀπολωλότα.

Ἀλλὰ καὶ Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν, &c.] Demo- 42
ſtheni quoque Midias ille colaphum duxit. Auctor Plutarchus in Vita Demoſthenis.

Λυσίου τοῦ φαρμακοπώλου πυθομένου εἰ θεοὺς νομίζει, πῶς δὲ, &c.] Epictetus ad Arrianum III. 22.

Διογένης πρὸς τὸν εἰπόντα, Σὺ εἶ ὁ Διογένης, ὁ μὴ οἰόμενος εἶναι θεούς; Καὶ πῶς, ἔφη, σὲ θεοῖς ἐχθρὸν νομίζω. Similiter apud Ariſtophanem in Equitibus Act. 1. Sc. 1.

---- ἐτεὸν ἦγε γὰρ θεούς;
NI. Ἔγωγε. ΔΗ. ποίῳ χρώμενος τεκμηρίῳ;
NI. Ὅτιὴ θεοῖσιν ἐχθρός εἰμ' οὐκ εἰκότως.

Et apud Ciceronem in Lucium Piſonem: *Quid eſt, Caſar, quòd te ſupplicationes toties decretæ tot dierum tantopere delectent? in quibus homines errore ducuntur, quas Dii negligunt, qui ut noſter divinus ille dixit Epicurus, neque propitii cuiquam eſſe ſolent, neque irati. Nam facies fidem ſcilicet, cùm hæc diſputabis: tibi enim & eſſe & fuiſſe videbis iratos.* Ælianus Variæ Hiſtoriæ II. 31. inter eos qui Deos eſſe negabant, Diogenem quemdam Phrygium numerat.

Οἱ δὲ, Θεόδωρον εἰπεῖν τοῦτο.] Laërtius ſuprà in Ariſtippo.

Διώξιππος.] Athleta Athenienſis, de quo infrà in 43
hac Vita. Meminit & Ælianus Var. Hiſt. X. 22. & XII. 58. & Curtius, & Diodorus, & Plinius.

Διονύσιος ὁ Στωικός.] De quo Cicero Tuſculan. Quæſtionum libro II. ubi ait illum multos verſus admiſcere orationi ſolere, ſed nullo delectu, nullâ elegantiâ.

Καὶ ἐρωτηθείς τίς εἴη, Κατάσκοπος, ἔφη, τῆς σῆς ἀπληστίας.] Paulò aliter refert Plutarchus, in libro Quomodo aſſentator ab amico dignoſcatur: εὖ δὲ καὶ Διογένης, ὃς ἐπεὶ παρελθὼν εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον, ὅτε τοῖς Ἕλλησιν ἐβάδιζε μαχόμενος, ἀνήχθη πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ ἀγνοῶν, ἠρώτησεν εἰ κατάσκοπός ἐστι· Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, κατάσκοπος, ὦ Φίλιππε, τῆς ἀβουλίας σου καὶ τῆς ἀνοίας, δι' ἣν, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, ἔσχηκε περὶ βασιλείας καὶ τοῦ σώματος ὥρᾳ μιᾷ διακυβεύσων. *Rectè etiam Diogenes, qui in caſtra Philippi in bellum contra Græcos proficiſcentis cùm veniſſet, eſſetque ad Regem adductus, & non*

agnitus, interrogaretur ab eo nunquid explorator esset? Omnino, inquit, sum tuæ, Philippe, stultitiæ atque amentiæ explorator; qui, nullâ necessitate urgente, de regno & corpore tuo venis unâ horâ fortunæ aleam subiturus. Meminit & Arrianus ad Epictetum libro III. cap. 22. quod est de Secta Cynica: καὶ ὡς ὁ Διογένης ὡπαχθεὶς πρὸς Φίλιππον, μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην κατάσκοπος εἶναι. τῷ γὰρ ὄντι κατάσκοπός ἐστιν ὁ Κυνικὸς, τοῦ τίνα ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις φίλα, καὶ τίνα πολέμια. καὶ δεῖ αὐτὸν ἀκριβῶς κατασκεψάμενον, ἐλθόντ' ἀπαγγεῖλαι τ' ἀληθῆ, μήθ' ὑπὸ φόβου ἐκπλαγέντα, ὥστε τοὺς μὴ ὄντας πολεμίους δεῖξαι, μήτε τινὰ ἄλλον τρόπον ὑπὸ τῶν φαντασιῶν παραταραχθέντα, ἢ συγχυθέντα. *Sicut Diogenem post Chæronensem cladem, pro exploratore ad Philippum adductum esse ferunt: revera enim explorator est Cynicus: Quænam hominibus jucunda sint, quæ invisa, speculatur: quæ ubi accuratè indagarit, vera renuntianda sunt, nec metu perculsum, ut eos qui hostes non sunt, pro hostibus ostendat; nec alio quovis modo à visis seductum, aut confusum.* Quò respexit idem Arrianus lib. I. cap. 24. πρό σου κατάσκοπος ἀποστάλεις Διογένης. ἀλλὰ ἡμῖν ἀπήγγελκεν, ὅτι ὁ θάνατος οὐκ ἔστι κακός· οὐδὲ γὰρ αἰσχρόν. Vide Philostratum lib. VII. de Vita Apollonii cap. 1. & 2.

44 Ἀθλίας παρ' Ἄθλιον, δι' Ἄθλιον, πρὸς Ἄθλιον.] Ludus in voce. Vitiosè suprà, Ἄθλία, pro Ἀθλίου. Hoc dictum Diogenis respexit Eustathius ad Iliados librum primum, paginâ 470. his verbis: ἐνθαῦτα δὲ θεωρητέον, ὡς εἰ καὶ ἐκ τοῦ ΑΘΛΟΝ κέκραται τὸ ΑΘΛΟΝ. ὅθεν καὶ ὁ ἄθλοφόρος. ἀλλ' οὐκ ἦδη καὶ ἐκ τοῦ παραγώγου ἀεθλίου, ὡσαύτως ἐστὶ, τὸ ἄθλιον. αὐτὸ γάρ, ἐπὶ δυστυχίας μόνης κεῖται, ἵν' ᾖ ἄθλιος, ὁ δυσάεθλος κατὰ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα, ὃς οὐδ' ἐν τῷ νόστῳ πεφυγμένος ἦεν ἀεθλων, ἐξ ὧν, ὁ ἄθλιος, καὶ ἡ ἀθλιότης, κεκέρασται. ἐξ οὗ παραχθεὶς καὶ ὁ Ἀθλίας τὸ κύριον, εἰ καὶ ἐθέλει ἀπὸ τοῦ ἐπαινετοῦ ἄθλου κεκλῆσθαι ὅμως· κωμωδεῖται ἄλλως, ἐν τῷ, δι' Ἀθλίου, πρὸς ἄθλιον.

Περδίκκου ἀπειλήσαντος, εἰ μὴ ἔλθοι πρὸς αὐτὸν, &c.] Ad Theodorum & Lysimachum refert Cicero Tusc. Quæst. libro V. *Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum verò, inquit, effecisti, si cantharidis vim consecutus es.*

Ἐβόα πολλάκις λέγων τῶν ἀνθρώπων βίον ῥᾴδιον ὑπὸ τῶν θεῶν δεδόσθαι, ἀποκεκρύφθαι δὲ αὐτὸν ζητούντων, &c.] Respiciens videlicet illud Hesiodi,

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισιν.

Verè autem, ἐβόα. Stobæus Serm. XI. ex Diogenis Diatribis. *Diogenes aliquando in Antisthenem incidens, reprehendit ipsum, ut in dicendo remissiorem se multò, & qui vix etiam altum clamans exaudiretur. Se ipsum verò tubam conviciorum appellabat. Qui verbis se ulciscens Antisthenes, pro tuba se similem esse vespis respondit, quæ sonum quidem alis haud magnum edant, spiculum autem habeant acerrimum. Plurimum verò Antisthenes liberæ Diogenis linguæ promptitudine delectabatur.* Stobæi Græca sic Latinè sonant.

45 Θεασάμενός ποτε μειράκιον λίθους βάλλον ἐπὶ σταυρὸν, Εὖγε, εἶπε· τεύξῃ γὰρ τοῦ σκοποῦ.] Ad oram horum verborum in Laërtio Florentis Christiani scriptum fuit hoc distichum ad Crucipetam:

Qui saxis, tensoque Crucem petis improbus arcu,
Dignus es optato qui potiare scopo.

Κύων τευτλία οὐκ ἐσθίει.] Infrà, in eadem Vita: δύο μαλακῶν περικρυπτομένων αὐτὸν, ἔφη, Μὴ εὐλαβεῖτε· κύων τεῦτλα οὐ τρώγει. Ibi nos vide.

Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, εἶπεν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ, ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δόξῃ.] De Aristotele & de Philippo hoc dixisse Diogenem auctor est Plutarchus in libro de Exsilio: τὸ τοῦ Διογένους, Ἀριστοτέλης ἀριστᾷ, ὅταν δοκῇ Φιλίππῳ· Διογένης, ὅταν Διογένει.

Ἐπ' ἀγορᾶς ποτε χειρουργῶν, Εἴθε, ἔφη, καὶ τὴν κοιλίαν ἦν παρατρίψαντα μὴ πεινῆν.] Idem testatur Athenæus IV. 15. Διογένης τε πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας αὐτῷ ἀποτριβομένῳ, ἔλεγεν, Εἴθ' ἠδυνάμην καὶ τὴν γαστέρα τρίψας, τῆς πείνης καὶ τῆς ἐνδείας παύσασθαι. Et Plutarchus De Stoicorum repugnantiis: ἐπαινεῖ τὸν Διογένη; loquitur de Chrysippo; τὸ αἰδοῖον ἀποτριβόμενον ἐν φανερῷ, καὶ λέγοντα πρὸς τοὺς παρόντας, Εἴθε καὶ τὸν λιμὸν οὕτως ἀποτρίψασθαι τῆς γαστρὸς ἠδυνάμην. Meminit & Galenus de locis affectis libro VI. Διογένης οὖν ὁ Κυνικὸς ἑταίρᾳ ποτὲ συνθέμενος, ὥς φασιν, ὅπως αὐτὸν ἀφίκηται (Lege ὅπως πρὸς αὐτὸν; apud solos enim Poëtas; idque rarò; verbum ἀφικνοῦμαι præpositione caret) βραδυνούσης αὐτῆς, ἀπετρίψατο τὸ σπέρμα, προσαπτόμενος τῇ χειρὶ τὸ αἰδοῖον· καὶ μετὰ ταῦτα παραγενομένην ἀπέπεμψεν, εἰπὼν, τὴν χεῖρα φθάσαι, τὸν ὑμέναιον ἄσαι. Huc spectat, quod ait Agathias libro VII. Anthologiæ in Epigrammate, de diversa sectandi amoris via.

Πάντ' ἄρα Διογένης ἔφυγεν τάδε· τὸν δ' ὑμέναιον
Εἶδεν παλάμῃ, Λιδίος οὐ χατέων.

Videatur Dion Chrysostomus Orat. VI. & Johannes Chrysostomus in Babyla Martyre, & Homiliâ XXXIV. in Matthæum. Meminit & infrà Laërtius in hac Vita; ubi nos vide.

Χειρουργῶν.] Respexit hunc Varinus: δεφόμενοι· οἱ ταῖς χερσὶν ἀσελγαίνοντες, ὧν ἡ ἀσέλγεια καὶ χειρουργία λέγεται.

Εἰ μὴ ἀνασυράμενος δείξειε πότερον γυνή ἐστιν ἢ ἀνήρ.] Vide nos infrà, ad Hipparchiam.

Πρὸς τὸ κοτταβίζον ἐν τῷ βαλανείῳ μειράκιον, &c.] Neminem esse puto paulò eruditum, cui notus non sit celeberrimus Antiquorum in conviviis κοτταβισμοῦ lusus: quare de eo dicere supersedeo. Qui de eo plurima scire volet, adeat Meursium in libro de Ludis Græciæ.

Τρισανθρώπους ἀπεκάλει, ἀντὶ τοῦ τρισαθλίους.] Homine enim nihil miserius atque superbius, ut verissimè Plinius. Dixerat Homerus, 47

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο.

Τὸν πλούσιον ἀμκεθῆ, πρόβατον εἶπε χουσόμαλλον.] Aliter Theon Sophista in Progymnasmatis: Διογένην τὸν Κυνικὸν φιλόσοφον ἰδόντα μειράκιον πλούσιον, ἀπαίδευτον, φασὶν εἰπεῖν, Οὗτός ἐστι τύπος περιηργυρωμένος, hoc est, *argentatæ sordes.* Idem legas apud

Maximum in Sententiis. Exſtat etiam Græcus ſenarius:

Γύπος πέφυκε γυνὴ ἠργυρωμένος.

Sunt tamen qui legant, cùm apud Theonem tum apud Maximum, ἵππος περιηργυρωμένος. Stobæus Serm. II. tribuit Socrati: Σωκράτης ἰδὼν μειράκιον πλούσιον καὶ ἀπαίδευτον, Ἰδού, ἔφη, χρυσοῦν ἀνδράποδον.

Πρὸς πάντων μεμφομένου.] Nota μέμφομαι in ſignificatione paſſiva.

48 Μειρακίου διαδεικνυμένου.] Suſpectus locus eſt, Videtur legiſſe Aldobrandinus δεδειπνισμένου. qui vertit, *convivium agente.*

Θέρμων ἔκαμπτε.] Codex Regius ἔκαπτε, *devorabat.* Optimè. Quâ de lectione Claudius Mitalerius ad oram libri monuerat. Etiam Florentinus ἔκοπτε: vitioſè, pro ἔκαπτε. Athenæus libro I. cap. 5. εἶθ' οὕτως ἀνακάψαντα, εὐωχεῖσθαι. Ad quem locum Caſaubonus: *Malim* ἀνακάπτοντα. ἀνακάπτειν *eſt deglutire.*

Λέγοντος δὲ αὐτῷ τινος ἰσχυρῶς δεισιδαίμονος, &c. Ἐγὼ δέ γε, εἶπε, παρὼν ἐξ ἀριστερῶν, τρέμειν σε ποιήσω.] Legendum ex Codice Regio, πταρὼν ἐξ ἀριστερῶν; *à ſiniſtris ſternutans.* Quam veriſſimam emendationem; quemadmodum & præcedentem; etiam Bigotius noſter ad oram libri notaverat. Superſtitioſos homines è ſternutamento augurium captaſſe, res eſt notiſſima. Appoſitè ad Laërtium Plutarchus libro de Genio Socratis: Μεγαρικοῦ τινος ἤκουσα (Τερψίωνος δὲ ἐκεῖνος) ὅτι τὸ Σωκράτους δαιμόνιον, πταρμὸς ἦν, ὅ, τε παρ' αὐτοῦ καὶ ὁ παρ' ἄλλων· ἑτέρου μὲν πταρόντος ἐκ δεξιᾶς (Ita legendum, non παρόντος, ut vulgò ſcriptum eſt: quod etiam vidit Xylander) εἶτ' ὄπιθεν, εἶτ' ἔμπροσθεν, ὁρμᾶν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν· εἰ δ' ἐξ ἀριστερᾶς, ἀποτρέπεσθαι, &c. *Terpſionem audivi Megaricum dicentem, Genium Socratis fuiſſe, ſternutationem, cùm ipſius, tum aliorum: alio quidem ſternutante à dextra, ſive ante ſive poſt ipſum, ſolitum ſe fuiſſe ad agendum conferre: ſin à ſiniſtra fieret, ceſſaſſe.* Adde Origenem contra Celſum libro IV. extremo. Obiter obſervandum, cùm apud Laërtium, tum apud Plutarchum, in eodem erratum vocabulo. Similiter apud Photium in Vita Iſidori, ſcripta à Damaſcio, pag. 1052. ad oram horum verborum, ὡς ἀκούσας γυνικὰ πταρεῖσαν ἀθρωότερον, πάντας ἀποβαλεῖν τοὺς ὀδόντας, ſcriptum: *aliter*, παρεῖσαν.

Καὶ πάλιν, εἰπόντος τινὸς, Σινωπεῖς σου φυγὴν κατέγνωσαν· Ἐγὼ δὲ γε, εἶπεν, ἐκείνων μονήν.] Quod
49 idem teſtatur Plutarchus in libello de Exſilio: διὸ καὶ Διογένης ὁ κύων πρὸς τὸν εἰπόντα, Σινωπεῖς σου φυγὴν ἐκ Πόντου κατέγνωσαν. Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἐκείνων ἐν Πόντῳ μονήν. Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου Πόντου. Verſus ex Iphigenia Taurica Euripidis: ubi legitur,

Ἀκταῖσιν ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου πόρου.

Atque ita legendum, ut ſtet verſus: non verò πόντου. Pergamus. Diogenes ipſe in Epiſtola ad Sinop. Ὑμεῖς μὲν ἐμοῦ φυγὴν κατεψηφίσασθε· ἐγὼ δὲ ὑμῶν μονήν· οἰκήσετε γοῦν διὰ τοῦτο, ὑμεῖς μὲν Σινώπην, ἐγὼ δὲ Ἀθήνας· τουτέστιν ὑμεῖς μὲν μετὰ τῶν ἐμπόρων, ἐγὼ δὲ μετὰ Σόλωνος καὶ τῶν τὴν Ἑλλάδα ἠλευθερωκότων ἀπὸ τῶν Μηδικῶν, &c. Arrianus Epicteti Diſſertat. III. cap. 22. quod eſt de ſecta Cynicorum. φεῦγε. καὶ ποῦ; δύναταί τις ἐκβαλεῖν ἔξω τοῦ κόσμου; οὐ δύναται. ὅπου δ' ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ ἥλιος, ἐκεῖ σελήνη, ἐκεῖ ἄστρα, ἐνύπνια, οἰωνοὶ, ἡ πρὸς θεοὺς ὁμιλία. *Ito in exſilium. Quò? Poteſtne quiſquam exulare extra mundum? Non poteſt. Quocumque abiero, ibi erit Sol, ibi Luna, ibi Stellæ, ſomnia, auguria, colloquia cum Deo.*

Ἀπὸ τῶν Ὀλυμπίων ἐπὶ τὰ Νέμεα.] Ludus in voce Νέμεα, quam ἀπὸ τοῦ νέμειν, id eſt, *à paſcendo*, fingit eſſe dictam. Ludos illos frequentabat Diogenes, Vide Dionem Pruſæum.

Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οἱ ἀθληταὶ ἀναίσθητοί εἰσιν, ἔφη, ὅτι κρέασιν ὑείοις καὶ βοείοις ἀνωκοδόμηνται.] Quod Diogenis dictum, miror omiſiſſe Galenum in Protreptico; ubi tam multa habet adverſùs Athletas: quamquam ille ibi his non abſimilia ponit: σαρκῶν γὰρ ἀεὶ καὶ αἵματος ἀθροίζοντες πλῆθος, ὡς ἐν βορβόρῳ πολλῷ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἔχουσι κατεσβεσμένην, οὐδὲν ἀκριβὲς νοῆσαι δυναμένην, ἀλλ' ἄνουν ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις. *Nam carnis ſanguiniſque molem ſibi aggerentes, animam nacti ſunt quaſi cœno immerſam, quæ nec accuratè cogitat quidquam, nec minùs quam belluarum anima, ſtupida vecorſque eſt.*

Μελετῶ, εἶπεν, ἀποτυγχάνειν.] Narrat idem & Plutarchus in libro περὶ δυσωπίας: Διογένης μὲν οὖν τοὺς ἀνδριάντας ἤτει περιιὼν ἐν Κεραμεικῷ, καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας ἔλεγεν· ἀποτυγχάνειν μελετᾶν.

Ἐρωτηθείς ποτε ὑπὸ τοῦ τυράννου, ποῖος ἂν εἴη ἀμεσί- 50
νων χαλκὸς εἰς ἀνδριάντα, ἔφη, Ἀφ' οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐχαλκεύθησαν.] Antiphonti tribuit Plutarchus in libello de Adulatoris & Amici diſcrimine: κακῶς δὲ καὶ Ἀντιφῶν, παρὰ Διονυσίῳ ζητήσεως οὔσης καὶ λόγου, Ποῖος χαλκὸς ἄριστος, Ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐξ οὗ κατεσκεύασαν Ἀθηναῖοι τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας. Et in Antiphonte libro x. Rhetor. γενομένης δὲ παρὰ πότον ζητήσεως, τίς ἄριστός ἐστι χαλκός; καὶ τῶν πολλῶν διαφερομένων, αὐτὸν εἰπεῖν, ἄριστον εἶναι, ἐξ οὗ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων πεποίηνται.

Νεογάμου ἐπιγράψαντος ἐπὶ τὴν οἰκίαν, Ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς Καλλίνικος ἐνθάδε κατοικεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν· ἐπέγραψε, Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία.] Narrat paulò aliter Clemens Alexandrinus: qua de re, paulò ſuprà, dicebamus.

Τὴν φιλαργυρίαν εἶπε μητρόπολιν πάντων τῶν κακῶν.] Tribuitur Bioni à Stobæo Serm. VIII. Βίων ὁ σοφιστὴς τὴν φιλαργυρίαν μητρόπολιν ἔλεγε πάσης κακίας εἶναι. Similiter Paulus I. ad Timotheum VI. 10. avaritiam appellat omnium malorum radicem: ῥίζα γὰρ πάντων κακῶν ἐστιν ἡ φιλαργυρία. Et Phocylides: ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης. Dictorum Diogenis, Bionis, & Sancti Pauli, meminit Johannes Chryſoſtomus Homiliâ LXIV. in Matthæum: διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἔξωθεν, (Diogenem & Bionem intelligit) μητρόπολιν τῶν κακῶν τὴν φιλαργυρίαν ἐκάλεσαν. ὁ δὲ μακάριος Παῦλος, βέλτιον καὶ ἐμφατικώτερον, ῥίζαν αὐτὴν ἁπάντων τῶν κακῶν εἶπών, &c. Malè in Vulgatis

ἀκρόπολιν editum eſt: quod vel ipſa Aniani, Veteris Interpretis, interpretatio manifeſtum facit: qui vertit *metropolim*. Similiter & Timon apud Stobæum, ajebat στοιχεῖα τῶν κακῶν εἶναι ἀπληστίαν καὶ φιλοδοξίαν: *elementa eſſe malorum omnium inſatietatem & ambitionem.*

Μητρόπολιν.] Nota loquendi modum: quem & alios Scriptores uſurpaſſe obſervabam. Magnus Hippocrates libro περὶ ἀρχῶν: ὁ δὲ ἐγκέφαλος ἐστι μητρόπολις τοῦ ψυχροῦ καὶ τοῦ κολλώδεος. Philo apud Plutarchum Sympoſ. VIII. 2. μάλιστα δὲ γεωμετρία, κατὰ τὸν Φίλωνα, ἀρχὴ καὶ μητρόπολις οὖσα τῶν ἄλλων, &c. Ita Chryſippus, apud Athenæum libro III. Archeſtrati libros περὶ τῆς γαστρολογίας, Epicuri Philoſophiæ metropolim, appellabat: & vinum Pontianus quidam, πάντων τούτων τῶν δεινῶν μητρόπολιν, apud eumdem Scriptorem libro X. Diodorus Siculus in Eclogis libro XXV. ἡ γὰρ ἀδικία, μητρόπολις οὖσα τῶν κακῶν. Palladius in vita Joh. Chryſoſt. cap. V. καταστρέφων τὴν μητρόπολιν τῶν κακῶν, τὴν πλεονεξίαν. *Deſtruens malorum omnium metropolim, avaritiam.* Chryſoſtomus ipſe; præter locum memoratum, utitur eodem loquendi modo & in Oratione de Beato Philogonio: ubi feſtum nativitatis Chriſti, feſtorum omnium metropolim appellat. καὶ γὰρ ἑορτὴ μέλλει προσελαύνειν, ἡ πασῶν ἑορτῶν σεμνοτάτη καὶ φρικωδεστάτη, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι μητρόπολιν πασῶν τῶν ἑορτῶν προσειπών. τίς δέ ἐστιν αὕτη; ἡ κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ γέννησις.

Εἰ οὕτως ἠρίστας, οὐκ ἂν οὕτως ἐδείπνεις.] Refertur & à Maximo Gnomologo: qui & ſimillimum huic dictum Platonis narrat.

Τὸν Ἔρωτα, σχολαζόντων ἀσχολίαν.] Etiam Theophraſtus, apud Stobæum, amorem vocabat πάθος ψυχῆς σχολαζούσης. *Amor, otioſæ cauſſa ſollicitudinis*, inquit P. Syrus. Et Petrarcha capite I. de Amoris triumpho: *Ei nacque d' ozio, e di laſcivia umana*: quod habuit ab auctore Tragœdiæ, quæ *Octavia* inſcripta eſt; ſive ille ſit Florus, ut viſum Gerardo Voſſio; ſive Scæva Memor, ut Joſephus Scaliger exiſtimabat.

Vis magna mentis, blandus atque animi calor
Amor eſt: juventâ gignitur: luxu, otio
Nutritur inter læta Fortunæ bona.

Noti ſunt in hanc rem Ovidii verſus in libro de Remedio amoris.

Ἐρωτηθεὶς τί τῶν θηρίων κάκιστα δάκνει, ἔφη, Τῶν μὲν ἀγρίων, συκοφάντης· τῶν δὲ ἡμέρων, κόλαξ.] Eadem de re interrogatus, aliàs reſpondit, *In montibus urſi & leones, in urbibus verò publicani & delatores.* Exſtat apud Antonium Gnomologum.

Ἰδών ποτε δύο Κενταύρους κάκιστα ἐζωγραφημένους, ἔφη, Πότερος τούτων χείρων ἐστί;] Jocus in voce χείρων; quæ & *Centauri* nomen, & τὸ *pejor* deſignat. Similiter Ariſtides Oratione in Aſclepiadas, ubi de Æſculapio: γενομένους δ' αὐτοὺς τρεφει ὁ πατὴρ ἐν Ὑγείας κήποις· καὶ ἐπειδὴ ἐδέχετο ἡ ἡλικία, οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην ἰατρικήν· ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. οὐ γὰρ ἔτι ἐν Χείρωνος ἔδει βαδίζειν, ἔχοντας οἶκοι ἐπιστάτην, οὗ πολὺ δὴ κατ' ἐπωνυμίαν Χείρων ἦδη ἦν δεύτερος. *Eos pater, ut nati fuerunt, in Horto Sanitatis educavit: provectiores autem factos non curavit ab alio in arte medica inſtituendos; ſed ipſe eos docuit. Nec enim ad Chironem itare oportebat eos, qui domi præceptorem haberent, quo Chiron etiam, juxta nomen ſuum, longè erat inferior.* Et Sidonius Epiſt. lib. II. Epiſt. 12. ubi de Juſto quodam, Medico: *Sanè contubernio noſtro, jure amicitiæ, Juſtus adhibebitur; quem ſi jocari liberet in triſtibus, facilè convincerem, Chironicâ magis inſtitutum arte, quàm Machaonicâ.* Noſter quoque infrà, in hac ipſa Diogenis Vita: ἐυμόρφῳ μειρακίῳ ἀπιόντι εἰς συμπόσιον, ἔφη, χείρων ἐπανήξεις· τοῦ δὲ ἐπανελθόντος, καὶ τῇ ἐξῆς εἰπόντος, Καὶ ἀπῆλθον, καὶ χείρων οὐκ ἐγενόμην, ἔφη, Χείρων μὲν οὔ, Εὐρυτίων δέ. Quem locum ſuo loco exponemus.

Τὴν γαστέρα, χάρυβδιν ἔλεγε τοῦ βίου] Τοῦ βίου, Id eſt, *victum.*

Ἀκούσας ποτὲ, ὅτι Διδύμων ὁ μοιχὸς συνελήφθη, Ἄξιος, ἔφη, ἐκ τοῦ ὀνόματος κρεμᾶσθαι] Nam δίδυμοι, ſunt *teſtes*; *teſticuli*; qui cremaſteribus ſuſpenduntur. Meminit hujus dicti & Theon Sophiſta in Progymnaſmatis: Δίδυμος ὁ αὐλητὴς, ἄλους ἐπὶ μοιχείᾳ, ἐκ τοῦ ὀνόματος ἐκρεμάσθη. Et iterum: Διδύμου τοῦ αὐλητοῦ ἄλοντος ἐπὶ μοιχείᾳ, καὶ ἐκ τοῦ ὀνόματος κρεμασθέντος. Ex quibus locis diſcimus, Mœchum illum fuiſſe Tibicinem. Δίδυμος Theoni dicitur, qui hîc, & infrà, Διδύμων à Laërtio appellatur. Διδύμων aptiorem joco anſam præbet: & ita apud Theonem reponendum videtur. Διδύμων ἐκ τοῦ ὀνόματος. hoc eſt, ἐκ τῶν διδύμων, ἄξιος κρεμᾶσθαι. Simile dictum Demonactis refert Lucianus in Hermotimum, qui Ariſtotelis Categorias in ore ſemper habebat. ἀληθῶς ἄξιος εἶ δέκα καθηγορίων.

Ἐρωτηθεὶς διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, Ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας.] Similiter Comicus quidam apud Scholiaſten Ariſtophanis ad Plutum Act. I. Sc. 2. Καί τις τῶν Κωμικῶν φησι,

Τίποτ' ἐστὶ χλωρὸν ἀντιβολῶ τὸ χρυσίον·
Δείδοικ' ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ πάντων ἀεί.

De auri pallore, vide Bochartum in Tractatu de Columbis, pag. 9.

Ἰδὼν δραπέτην ἐπὶ φρέατι καθήμενον, ἔφη, Μειράκιον, 52 βλέπε μὴ ἐμπέσῃς.] Luſus in voce. φρέαρ, eſt, & *puteus*, & δικαστηρίου nomen apud Athenienſes. Pollux VIII. 10. Τὸ ἐν Φρεάτει· ἐν τούτῳ ἐκρίνετο, εἴ τις τῶν φευγόντων ὑπ' ἀκουσίου φόνου αἰτίας, δευτέραν αἰτίαν ἑκουσίου προσλάβοι. Videtur luſiſſe & in voce ἐμπίπτειν. ἐκπίπτειν δίκης, eſt *cauſâ cadere*: &, puto, βλέπε μὴ ἐκπέσῃς ſcripſerat Laërtius. Nihil tamen muto: nam & μὴ ἐμπέσῃς rectè legi poteſt: nempe εἰς τοὺς διώκοντας, & εἰς τὸ φρέαρ.

Ἰματιοκλέπτην ἐν τῷ βαλανείῳ, ἔφη, Ἐπ' ἀλειμμάτιον ἢ ἐπ' ἄλλο ἱμάτιον] Id eſt, *ad unctiunculam, aut ad aliud veſtimentum?* Luſus in voce: qui melior fuerit, ſi legatur ἢ ἐπ' ἄλλ' ἱμάτιον. De furibus balneariis, Juriſconſulti noſtri affatim. Ceterùm hîc pro ἰδὼν Κύλλιον ἱματιοκλέπτην, legebat Marcus Meibomius ἰδὼν μειρακύλλιον ἱματιοκλέπτην. Certâ emendatione; quam juvat diminutivum ἀλειμμάτιον, quod ſequitur. Sed & inuſitata eſt proprii nominis, niſi noti, in hujuſmodi narrationibus, ſcriptura.

Ἰδὼν ποτε γυναῖκας ἀπ' ἐλαίας ἀπηγχονισμένας, Εἶδε γὰρ, ἔφη, πάντα τὰ δένδρα τοιοῦτον καρπὸν ἤνεγκεν.] Ei confine eſt illud apud Ciceronem in libro II. de Oratore: *Salſa ſunt etiam quæ habent ſuſpicionem ridiculi abſconditam: quo in genere eſt illud Siculi, cui cum familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu: Amabò te, inquit, da mihi de iſta arbore quos ſeram ſurculos:* de quo mentionem fecit & Quintilianus lib. VI. cap. de Riſu.

Λωποδύτην.] Hoc eſt, veſtium in monumentis furem: à nomine inuſitato λώπος, quod *veſtem* ſignificabat, & verbo δύειν, id eſt, *ſurripere.*

Τίπτε σὺ ὧδε φέριστε, &c.] Iliad. K. 343. & 387. legitur hic verſus, Ἦ τινα συλήσων νεκύων κατατεθνειώτων. Hæc autem verba, τίπτε σὺ ὧδε φέριστε, ſunt Diogenis Cynici: volui dicere, non eſſe Homeri.

Τίς σε ἐξοίσει.] Sic Terentius, *effertur.*

Ὁ χρήζων τῆς εἰκίας.] Quantò melius Demonax apud Lucianum: *ὁδμή με θάψει, fætor me ſepeliet.*

53 Μειράκιον εὔμορφον ἀφυλάκτως ἰδὼν κοιμώμενον, νύξας, Ἐπέγειραι, ἔφη, Μή τίς σοι εὐδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.] Legendum omnino μετανέφρῳ, volebat Leopardus in Vita Diogenis. Carmen, inquit, Homericum Iliad. Θ.

Μή τίς τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ,

quo Diomedes fugientem Ulyſſem compellat, accommodavit Diogenes; mutatâ dictione φεύγοντι, *fugienti*, in εὕδοντι, *dormienti*; & dictione μεταφρένῳ, id eſt, *loco medio inter ſcapulas*, in μετανέφρῳ, id eſt, *loco medio inter renes.* Nihil mutarim: nam μετάνεφρον vox inſolens eſt, neque πρωκτὸν multò ſignantiùs notat, quàm μετάφρενον, quæ vox eam dorſi partem ſignificat, quæ ταῖς φρεσὶν, hoc eſt, *præcordiis* oppoſita eſt. (Ita enim præcordia à quibuſdam appellari ſcribit Ariſtoteles de Partibus animalium libro III. cap. 10.) quo ſenſu eumdem haberet ſitum ac μετάνεφρον. Adde μεταφρένου ſignificationem ad totam corporis poſteriorem partem facilè extendi, ut pars pro toto uſurpetur. δόρυ uſurpavit pro ea corporis parte quæ honeſtè nominari non poteſt. Similiter Auſonius in Centone, Virgilii verſum παρῳδίζων,

Intorquet ſummis annixus viribus haſtam.

Tale quoque illud Veſpaſiani ex Homero, *de quodam proceræ ſtaturæ, improbiuſque naſato,*

--- μακρὰ βιβὰς, κρατερὸν δολιχόσκιον ἔγχος.

Ita legendus hic locus apud Suetonium; non, ut vulgò legitur; *improbiuſque nato*, Johanne Rutgerſio, viro elegantiſſimo juxtà & doctiſſimo, videbatur, Var. Lect. lib. & cap. 11. ubi eum vide. Plautus in Caſin. eam partem *gladium* vocat; Catullus, *ſiculum*: *telum* dicitur in Catalectis. Etiam, apud Heſychium, ὅπλον exponitur τὸ αἰδοῖον.

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσαι, οἵ' ἀγοράζεις.] Parodia ad verſum Homericum, Iliad. Σ. 95. οἵ' ἀγορεύεις in οἵ' ἀγοράζεις feſtivè commutando.

Πλάτωνος περὶ ἰδεῶν διαλεγομένου, καὶ ὀνομάζοντος τραπεζότητα, &c.] Ammonius ad Porphyrium, hoc dictum tribuit Antiſtheni: ὁ Ἀντισθένης ἔλεγε τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη ἐν ψιλαῖς ἐπινοίαις εἶναι, λέγων ὅτι ἵππον μὲν ὁρῶ, ἱππότητα δὲ οὐχ ὁρῶ. Etiam Tzetzes Hiſtor. Chiliad. VII. 143.

Τῶν ἰδεῶν δὲ λέγουσι τρεῖς δόξας πεφυκέναι·
Ψιλὰς ἐννοίας γάρ φησι ταύτας Ἀντισθένης.
Λέγων, βλέπωμεν ἄνθρωπον, καὶ ἵππον δὲ ὁμοίως·
Ἱππότητα οὐ βλέπω δὲ, οὐδ' ἀνθρωπότητά γε.

Sed ubi legendum, βλέπω μὲν, diviſim, non βλέπωμεν, conjunctim.

Ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Ποῖός τίς σοι, Διόγενες, δοκεῖ 54
Σωκράτης; εἶπε, Μαινόμενος.] Cùm primùm in hunc locum incidi, exiſtimabam hoc de Socrate dictum Diogenis, εἰρωνικῶς accipiendum: abſit enim ut credam Diogenem ſeriò locutum, cùm Socratem, omnis Philoſophiæ parentem, quique Hominum ſapientiſſimus ab Oraculo eſt judicatus, *furentem* appellavit. Deinde cùm hæc verba in Editione Baſileenſi, in Regio Codice, & in Florentino deſiderari animadvertiſſem, additamentum eſſe non dubitavi. Et profectò ita eſt. Ea ad oram horum verborum, Πλάτωνος περὶ ἰδεῶν, &c. quæ proximè præceſſere, Sciolus quidam adnotaverat: ſed non ut hodiè leguntur. Scripſerat quippe, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, Plato ſcilicet, Ποῖός τις σοι Διογένης δοκεῖ; Σωκράτης, εἶπε, Μαινόμενος. Ex quo poſteà imperiti Librarii, qui hæc verba in textum recepere, fecerunt, ποῖός τις σοι, Διόγενες, δοκεῖ Σωκράτης; cùm de Diogenis, non de Platonis dictis hîc ageretur. Habuit autem Sciolus ille hoc Platonis de Diogene dictum ab Æliano, cujus hæc ſunt verba Var. Hiſt. lib. XIV. cap. 33. εἰώθει δὲ, φασὶν, ὁ Πλάτων, περὶ Διογένους λέγειν, ὅτι μαινόμενος οὗτος Σωκράτης ἐστίν. *Solebat enim, ut vulgò fertur, de Diogene Plato dicere, illum eſſe Socratem furentem.*

Ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη, Τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδεπώποτε.] Ridiculè bis idem dicit, inquit, Leopardus, cùm prima facie videatur diverſum dicere. Fruſtra. Legendum τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους, μηδεπώποτε. Laërtius ipſe de Thalete: καὶ λέγουσιν ὅτι τῆς μητρὸς ἀναγκαζούσης αὐτὸν γῆμαι, Νὴ Δία, ἔλεγεν, οὐδέπω καιρός· εἶτα ἐπειδὴ παρήβησεν, ἐγκειμένης, εἶπεν, οὐκέτι καιρός.

Ἐρωτηθεὶς τί θέλοι κονδύλου λαβεῖν, Περικεφάλαιον, ἔφη.] Tribuit Caſtruccio Caſtracani Nicolaus Macchiavellus. *Sendo ancora ſotto lo imperio di Meſſer Franceſco Guinigi, e dicendoli uno ſuo eguale, che vuoi tu che io ti dia, e laſciamiti dare una ceffata? riſpoſe Caſtruccio, Uno elmetto.* Vide ſuprà ſimile dictum ejuſdem Diogenis.

Μειράκιον ἰδὼν καλλωπιζόμενον, ἔφη, Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς· εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς.] Baſilius Magnus in Oratione ad Adoleſcentes de profanarum literarum utilitate, meminit hujus dicti: κουρὰς δὲ καὶ ἀμπεχόνας, ἔξω τῶν ἀναγκαίων, περιεργάζεσθαι, ἢ δυστυχούντων ἐστὶ, κατὰ τὸν Διογένους λόγον, ἢ ἀδικούντων.

Ἰδὼν ποτε μειράκιον ἐρυθριῶν, Θάρρει, ἔφη, τοιοῦτόν ἐστι τῆς ἀρετῆς τὸ χρῶμα.] Tribuitur Theophraſto à Stobæo Sermone CX. Θεόφραστος, ἰδὼν μειράκιον ἐρυ-

θριάσαι, ἔφη, Θάρρει· τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετὴ ἔχει τὸ χρῶμα. Meminit ejuſdem ; ſed ſine auctoris nomine; Syneſius in Oratione de Regno: τό τοι χρῶμα τοῦτο, τὴν ἐκ μετανοίας ἀρετὴν ὑπισχνεῖται. Notiſſimus eſt in hanc rem verſus Menandri,

Ἐρυθριῶν πᾶς χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ.

Δυοῖν ποτε νομικοῖν ἀκούσας, τοὺς δύο κατέκρινεν, εἰπών, τὸν μὲν κεκλοφέναι, τὸν δὲ μὴ ἀπολωλεκέναι.] Perſimilis exſtat ſimili inter lupum & vulpem ſententia, apud Phædrum lib. I.

Tu non videris perdidiſſe quod petis:
Te credo ſubripuiſſe quod pulchrè negas.

Ἐρωτηθεὶς ποῖον οἶνον ἡδέως πίνει, ἔφη, Τὸν ἀλλότριον] Magnus, unus è Convivis apud Athenæum lib. III. cap. 29. ubi de Cynicis: οὗτοι ἀνιπτόποδες, χαμευνάδες, ἀερίοικοι, κατὰ τὸν Κωμικὸν Εὔβουλον, ἀνόσιοι, λάρυγγες, ἀλλοτρίων κτεάνων παραδειπνίδες.

Πρὸς τὸν εἰπόντα, Πολλοί σου καταγελῶσιν, Ἀλλ' ἐγὼ, ἔφη, οὐ καταγελῶμαι] Idem, atque iiſdem verbis, narrat Plutarchus in Fabio Maximo: ἀλλ' ὥσπερ Διογένης ὁ σοφὸς, εἰπόντος τινὸς πρὸς αὐτὸν, Οὗτοί σου καταγελῶσιν, Ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, οὐ καταγελῶμαι· μόνους ἡγούμενος καταγελᾶσθαι τοὺς ἐνδιδόντας, καὶ πρὸς τὰ τοιαῦτα διαταραττομένους. *Sicut Diogenes ille ſapiens, cùm ei quidem diceret, Iſti deridunt te; Ego enim verò, inquit, non derideor: illos derideri ſolos exiſtimans, quos obſtupefacerent & terrerent iſta.* Meminit ejuſdem dicti & in Opuſculis: ſed excidit mihi locus.

55 Πρὸς τὸν εἰπόντα κακὸν εἶναι τὸ ζῆν, Οὐ τὸ ζῆν, εἶπεν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν.] Ad verbum Joannes Stobæus Serm. CXVIII. Διογένης, εἰπόντος τινὸς, χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν, Οὐκ, εἶπεν, ἀλλὰ τὸ κακῶς ζῆν.

Γελοῖον, ἔφη, εἰ Μάνης μὲν χωρὶς Διογένους ζῇ, Διογένης δὲ, χωρὶς Μάνου, οὐ δύναται] Seneca de Tranq. *Diogeni ſervus unicus fugit, nec eum reducere, cùm monſtraretur, tanti putavit. Turpe eſt, inquit, Manem ſine Diogene poſſe vivere; Diogenem ſine Mane, non poſſe. Videtur mihi dixiſſe: Age tuum negotium, Fortuna,* &c. Ælianus Var. Hiſt. XIII. 28. Διογένης ἡνίκα ἀπέλιπε τὴν πατρίδα, εἰς αὐτῷ τῶν οἰκετῶν ἠκολούθει, ὄνομα Μάνης· ὃς οὐ φέρων τὴν μετ' αὐτοῦ διατριβὴν, ἀπέδρα. προτρεπόντων δέ τινων ζητεῖν αὐτὸν, ἔφη, Οὐκ αἰσχρὸν, Μάνην μὲν μὴ δεῖσθαι Διογένους, Διογένην δὲ Μάνους; Addit Ælianus, ſervum illum oberrantem, cùm Delphos perveniſſet, à canibus diſtractum fuiſſe, ſicque fugæ pœnam heri Diogenis nomini perſolviſſe. De voce Μάνης, diximus ſuprà pluribus ad Theophraſti Vitam. His adde, Muſonium in libro de Alimentis apud Stobæum Serm. XV. Μάνην pro quoliber ſervo uſurpaſſe. Vide Brodæum ad Anthologiam lib. III. Tit. εἰς δούλους.

Ἀριστῶν ἐλάας, πλακοῦντος εἰσενεχθέντος, ῥίψας, φησὶν, Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο] Verſus eſt Euripidis ex Phœniſſis, non longè ab initio. Sed rem aliter narrat ex Telete Joannes Stobæus in Sermone XV. ὁ Διογένης, inquit, καθαρὸν λαβὼν ἄρτον, ἐξέβαλε τῆς πήρας τὸν αὐτόπυρον, εἰπών,

Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.

Diogenes panem album nactus, è pera cibarium ejecit, hunc verſum proloquens,

Hoſpes Tyrannis è via decedito.

Aliter quoque refert Gregorius Theologus in priore Invectiva contra Julianum Imperatorem; his verbis: καὶ τῆς Διογένους στωμυλίας, τοῦ τὸν πίθον οἰκοῦντος, ὑφ' ἧς τοὺς ξένους ὑπεξίστησι τοῖς τυράννοις, ἐκ τῆς Τραγῳδίας, τοὺς εὐτελεῖς ἄρτους τοῖς σησαμοῦσι. *Atque Diogenis ſcurrilitate: Diogenis, inquam, illius, qui dolium inhabitabat: quâ quidem ſcurrilitate ille Hoſpites, ut eſt in Tragœdia, jubet cedere Tyrannis, hoc eſt, viles & plebeios panes placentis.* Ad quem locum, ineptè, ut ſolet, Nonnus Scholiaſtes; ita ut ineptius nihil excogitari queat: λέγεται ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι Διογένης πίθον ᾤκει, ἐν ᾧ ἑσπέρας εἰσήει διὰ τὸ κρύος, ἡμέρας δὲ ἐξήει διὰ τὸν ἥλιον. διὸ καί ποτε θερμαινομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ἡλίῳ, ἐπέστη ὁ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν, ἀποσκοτῶν αὐτῷ τοῦ μὴ θερμαίνεσθαι αὐτὸν ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ λέγων, Εἰπὲ, Διόγενες, τί βούλει σοι χαρίσομαι; Ὁ δὲ εἶπε, Τοῦτό μοι χάρισαι, τὸ μικρὸν ὑπεκστῆναί μου, ἵνα θερμανθῶ, &c. Καὶ ἡ μὲν ἱστορία αὕτη. ἡ δὲ σύνταξίς ἐστιν οὕτω· Καὶ τῆς Διογένους στωμυλίας, ὑφ' ἧς τοὺς ξένους ὑπεξίστησιν· ἵν' ἡ ὅτι Διογένης διὰ τῆς στωμυλίας ἐποίει ἀποχωρεῖν τοὺς τὴν σκιὰν αὐτῷ ποιοῦντας. τοῖς τυράννοις δὲ λέγει, ἀντὶ τοῦ, τοῖς λόγοις τοῖς τυραννικοῖς, ποιῶν ἀναχωρεῖν τοὺς ἐντυγχάνοντας. ἡ οὖν μιᾶς οὔσης τῆς κατὰ τὴν στωμυλίαν καὶ τὸν πίθον ἡ σύνταξις συνδέδεται· ἢ δύο οὖσῶν τῶν ἱστοριῶν, συντάξαι δεῖ τὴν Διογένους στωμυλίαν μετὰ τοῦ ὑφ' ἧς. Ὅτι δὲ τυράννους καλοῦσι τοὺς θρασεῖς λόγους, καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀνὴρ Γρηγόριος εἶπεν, ὡς ἐκ τῆς Τραγῳδίας· μάλιστα γὰρ οἱ Τραγικοὶ τῇ τοιαύτῃ κέχρηνται τροπῇ. Τὸ δὲ, τοὺς εὐτελεῖς ἄρτους τοῖς σησαμοῦσιν, ἐστὶν αὐτῷ παρῳδησις. ἔστι μὲν τοιοῦτόν τι παρὰ Τραγικοῖς, μᾶλλον δὲ παρὰ Κωμικοῖς λεγόμενον· ὅτι διὰ τῶν ἡδυτέρων ἄρτων τοὺς εὐτελεῖς ἀποφαυλίζουσιν ἄρτους· καταπαίζει οὖν ὁ θεῖος Γρηγόριος τῇ παρῳδήσει χρώμενος· ὅτι, φησὶ, διὰ τῆς στωμυλίας τῆς ἡδυνούσης ἐν τῷ φθέγγεσθαι, ἀπεφαύλιζε τοὺς παρατυγχάνοντας διελέγχων ἄρτους. κατὰ δὲ τὴν ἐμὴν κρίσιν, μίαν ἥγημαι τὴν κατὰ τὴν στωμυλίαν καὶ τὸν πίθον ἱστορίαν. Refert idem dictum Gregorius Nazianzenus in Jambicis XVIII. ubi de Cynicis.

Ἔπειτα γαστρὸς ἡδοναῖς ἐφίεσαν
Ὡς ἄν τινες φεύγοντες οὐ πλούτου κόρον,
Τὰς φροντίδας τε, καὶ πόνους τοὺς κτήσεως.
Τρυφῆς δ' ἀφορμὴν τὸ ἀπορεῖν ποιούμενοι,
Δηλοῦσι, σησαμοῦσιν ἄρτοι κρίθινοι
Ὑπεξιόντες, καὶ Τραγῳδίας ἔπη,
Ὡς ἐν τι καὶ τόδ' εὐστόχως εἰρημένον·
Ὦ ξένε, Τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο. &c.

Verùm & alterius dicti Diogenis, cùm placentam comederet, meminit Athenæus III. 28. quod huc bellè facit. Διογένης, inquit, πλακοῦντά ποτε ἐσθίων ἐν δείπνῳ λάβρως, πρὸς τὸν πυνθανόμενον, ἔλεγεν, ἄρτον ἐσθίειν καλῶς πεποιημένον. *Diogenes, cùm avidiùs in cœna placentam voraret, interroganti quidnam comeſſet, reſpondit, panem probè confectum ſe comedere.* Hunc locum obſcuriorem ſic optimè ex-

poſuit Caſaubonus. Gulæ deditis hominibus placentæ olim in deliciis fuere. Hieronymus ad Marcellam: *Non ſunt ſuaves epulæ, quæ non placentam redolent.* Propterea dicebat Bion, *non poſſe aliquem vulgo omnibus placere, niſi placenta fieret aut vinum Thaſium.* Igitur placenta hominibus frugi ad oblectationem, & tamquam ἥδυσμα, edebatur: panis verò, ad nutritionem, & tamquam ἔδεσμα. Cùm ergo Diogeni, ſeveriorem vitam profitenti, utpote Cynico, vitio daretur quòd placentam avidiùs devoraret, feſtivè reſpondit, non ſe placentam, ſed panem probè confectum; id enim eſt placenta; comedere.

Μάστιξεν δ' ἐλάαν] Parodia de Homeri verſu 366. Iliad. E. & 45. Iliad. Θ. Μάστιξεν δ' ἐλάαν· τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην· quibus verbis Homerus ſignificat equos ad fugam ſcuticis concitatos; Diogeni verò eadem verba ſignificabant, *abjecit autem oleam.* Hujus παρῳδίας meminit Euſtathius ad Homeri Iliad. Λ. pag. 860. Edit. Rom. δῆλον δ' ὅτι τὸ, Μάστιξεν δ' ἐλάαν, παρῴδησε Διογένης παρωσάμενος μὲν προκειμένας ἐλάας, ἤγουν καρπὸὺς ἐλαίας, ἀψάμενος δὲ ὄψου πολυτελοῦς. Et ad Iliad. N. pag. 949. καὶ ὁ κατὰ Διογένην ἀστεϊσμὸς τοῦ, Μάστιξεν δ' ἐλάαν. Idem dictum uſurpavit & Philoxenus, quod teſtatur Athenæus lib. VI. cap. 7. Φιλόξενος ὁ παράσιτος, Πτερνοκόπις δ' ἐπίκλην, παρὰ Πύθωνι ἀριστῶν παρακειμένων ἐλαῶν, καὶ μετὰ μικρὸν προσενεχθείσης λοπάδος ἰχθύων, πατάξας τὸ τρυβλίον, ἔφη, Μάστιξεν δ' ἐλάαν.

Ἐρωτηθεὶς ποταπὸς εἴη κύων, ἔφη, Πεινῶν, Μελιταῖος· χορτασθεὶς δὲ, Μολοττικός] Id eſt, *in fame blandus, ſatur, mordax, & aſper.* Melitæi canes parvi erant. Heſychius: Μελιταῖον, κυνίδιον μικρόν. Erant & blanduli: quare Satyrio quidam apud Lucianum in Lapithis, Alcidamantem Cynicum, adulatorem, Μελιταῖον κυνίδιον appellat. Μελιταίων κυνιδίων mentio paſſim apud Scriptores; apud Stephanum in Μελίτη; apud Theophraſtum in Charact. cap. περὶ μικροφιλοτιμίας; apud Strabonem, Callimachum, Plinium, & Athenæum. Athenæus lib. XII. Μελιταῖα κυνάρια vocat: quod ideo moneo, quia κυνίδιον, non κυνάριον dici oportere vult Phrynichus. Melitas duas commemorant Geographi: alteram in Libyco mari, ſive Siculo; eſt enim inter Siciliam & Libyam: alteram, in ſinu Adriatico; Epirum inter & Italiam; quam Ptolemæus nomine paululùm diverſo, *Melitinen* appellat. Ab utra Melita catuli illi Melitæi adveherentur, incertum eſt. A priore eſſe dictos, Strabo ait: Callimachus, Plinius, & Stephanus, à poſteriore. Quod autem de canibus hic dicitur; eos ſcilicet cùm eſuriunt, blandos; cùm ſaturi ſunt, mordaces eſſe & aſperos; non convenit cum eo quod de lupis dici ſolet; ſaturos eos, agnos eſſe: quod ita in Monoſtichis meis Græcis expreſſi: Λύκος κορεσθεὶς, ἄγνος ἐστιν, οὐ λύκος.

56 Ἐρωτηθεὶς, εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι, Πάντ', εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι] Idem, ſed aliter, dixit Demonax apud Lucianum: ἐρομένῳ δέ τινι εἰ καὶ αὐτὸς πλακούντας ἐσθίει, Οἶσι οὖν, ἔφη, τοῖς μωροῖς τὰς μελίσσας τιθέναι τὰ κηρία; *Sciſcitanti cuidam, num & ipſe placentis veſceretur, num quid exiſtimas, inquit, apes ſatuis ſuos favos facere?*

Ἐρωτηθεὶς, διὰ τί προσαίταις μὲν ἐπιδιδόασι, φιλοσόφοις δὲ οὔ.] Eadem habes apud Stobæum: ſed nunc locus ad manum non eſt.

Ἐλπίζουσι] Similiter apud Virgilium: *tantum ſperare dolorem.* Suidas: ἐλπίσας. οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῶν, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῷ τοῦ μέλλοντος ἐκβάσει λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. Pauſanias in Phocicis, pag. 352. τὸν δράκοντα ἐπιβουλεῦσαι τῷ παιδὶ ἐλπίζων. Frequentiſſimum eſt apud Herodotum.

Καὶ γὰρ ἐνεούρουν θᾶττον. ἀλλὰ νῦν, οὔ.] Vertit Aldobrandinus, *Citiùs enim tunc mingebam; nunc verò, non ita.* Etiam Eraſmus: *Tunc celeriùs reddebam lotium; nunc, non item:* quo nomine, à Robortello reprehenditur, his verbis: *Putavit Eraſmus eſſe ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, id eſt,* mingere. *Sed cur non animadvertit compoſitionem verbi? An fruſtrà componitur? οὐρεῖν ſignificat præter* mingere, & ſecunda uti navigatione & vento. *Idem οὐρίζειν. Eſt igitur dictio compoſita ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, id eſt,* ſecundo uti vento, & νέος, *id eſt,* juvenis. *νεουρεῖν igitur appoſitiſſimè dixit ſe in juventute Diogenes: id eſt, ſe uſum eſſe tam ſecundo juventutis afflatu in vivendo.* Eraſmum à calumnia Robortelli defendit Paulus Leopardus Emendationum libro IX. cap. 9. quod jam antè fecerat Nannius: cujus hæc ſunt verba: *Quid ſi potius componatur à præpoſitione ἐν, & οὐρεῖν? quod omnino verum puto: ut ſignificet* immingere: (*immejere*, dicere debuit Nannius) *quo vitio tenera pueritia ſubinde laborat: ut ſtratis ſuis & cunabulis immingat: eoque hic dictum ſit à Diogene, quòd puer olim parum continens fuerit: ac proinde culpam eam, non tam ſuam fuiſſe quàm ætatis: ceterum, ſe jam ætate emendatiorem factum eſſe.* Et ſuam & Nannii ſententiam tali ſcholio tutabatur Belgarum Græcè doctiſſimus Leopardus: *Loquitur hic Diogenes de puerorum vitio: de quo Ægineta, in 3. his verbis:* χώλασις τοῦ κατὰ τὸν τράχηλον τῆς κύστεως μυὸς τὸ τῶν ἐνουρούντων πάθος ἐργάζεται. διὸ τοῖς παισὶν ὡς μάλιστα συμβαίνειν εἴωθεν. *Id eſt:* Laxatus veſicæ muſculus, hoc immeientium vitium facere ſolet: quare pueris hic morbus maximè contigit. Addit Leopardus ἐνεούρων Atticè dictum fuiſſe, pro ἐνούρουν: quod pluribus probat. Ad Laërtii verba, ut redeam, ea vertenda Mericus Caſaubonus exiſtimavit. *Fuit tempus cùm immeierem: quod nunc, non ita:* Nam θᾶττον, inquit, pro *antea*, non uno loco apud Laërtium. Laërtius in Proœmio: Φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, &c. θᾶττον δὲ, ἐκαλεῖτο Σοφία. Obſervabis obiter, θᾶττον, ἀντὶ τοῦ potiùs Laërtium uſurpaſſe in Vita Theophraſti, his verbis: θᾶττον, ἔφη, πιστεύειν δεῖν ἵππῳ ἀχαλίνῳ, ἢ λόγῳ ἀσυντάκτῳ.

Κλείσατε τὰς πύλας, μὴ ἡ πόλις ὑμῶν ἐξέλθῃ] Nicolaus Macchiavellus de Caſtruccio Caſtracane: *Paſſando per una via, dove era una caſa picciola che aveva una porta grande, diſſe, Quella caſa ſi fuggirà per quella porta.* 57

Θεασάμενός ποτε πορφυροκλέπτην πεφυραμένον, ἔφη,

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή] Verſus eſt Homericus Iliad. ε'. 83. cujus apud Euſtathium exſtat non diſſimilis παρῳδία in Infectorem; qui quòd in purpura tingenda doloſè & fraudulenter verſatus eſſet, ad mortem fuerat damnatus: γνωστὸν δὲ ἐξ ἱστορίας ἐστὶν, ὅτι πορφυρεύς τις δολιευσάμενος ἐν βαφῇ, καὶ ἀπαγόμενος εἰς θάνατον κατ' ἔθος, προὐκαλέσατό ποθεν, εἰς ἀστεῖον σκῶμμα ἐκ τῶν Ὁμήρου, τὸ, Τόνδ' ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή. Theocritus Sophiſta de Alexandro Magno uſurpavit, cùm, patrio habitu mutato & Perſico aſſumpto, juberet ex Ionia mitti purpuras ſibi: ſcilicet innuere volebat Theocritus actum eſſe de Alexandro, poſtquam cultum patrium mutaſſet. Eumdem verſum & de ſe uſurpavit Julianus Imperator cùm Cæſar eſt creatus, ut eſt apud Ammianum Marcellinum lib. xv. Tranſtulit Clemens Alexandrinus ad mulieres molles & delicatas, quæ purpureis veſtibus immane quantum delectantur. Si quis verba ejus videre deſiderat, locus eſt in Pædagogi libro ſecundo. Ceterùm, quo modo Homericus ille verſus intelligendus ſit, docentem vide Ælianum de Natura Animal. lib. xvi. cap. 1.

Κρατεροῦ] Is eſt Craterus Macedo, de quo Plutarchus in Eumene, Halicarnaſſeus in libello de Elocutione ſect. 308. Q. Curtius, alii.

Ἀναξιμένει τῷ Ῥήτορι] De quo diximus.

58 Πλάτων θεασάμενος αὐτὸν λάχανα πλύνοντα] Tribuunt alii Ariſtippo. Vide nos ad Ariſtippum.

59 Θαυμάζοντός τινος τὰ ἐν Σαμοθράκῃ ἀναθήματα, &c.] Antrum fuit in Samothrace, *Zerynthus* dictum, ut diſcimus ex Nicandri Scholiaſte ad Theriaca, Hecatæ ſacrum. Eo confugiebant, qui in magnis periculis verſabantur, quibus, ubi Hecatæ & Corybantibus ſacrificaſſent, ſe liberatum iri credebant. Suidas: ἐν Σαμοθράκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακα κινδύνων τινῶν. ἦν δὲ ἐκεῖσε καὶ τὰ τῶν Κορυβάντων μυστήρια, καὶ τὰ τῆς Ἑκάτης, καὶ τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ἢ κύνας ἔθυον. ἐν κινδύνοις οὖν γενόμενοι, ἐπεκαλοῦντο τοὺς δαίμονας ἐπιφανῆναι, καὶ ἀλεξῆσαι. ἐδόκουν δὲ οἱ μεμυημένοι ταῦτα, ἐκ τῶν δεινῶν σώζεσθαι καὶ ἐκ χειμώνων. Eadem legere eſt apud Schol. Ariſtoph. ad Pacem.

Οἱ δὲ, τοῦτο Διαγόρου φασὶ τοῦ Μηλίου] Quos inter eſt Cicero in libris de Natura Deorum: *At Diagoras, cum Samothraciam veniſſet, Atheos ille qui dicitur, atque ei quidam amicus dixiſſet, Tu, qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempeſtatis effugerint, in portumque ſalvi pervenerint? Ita fit, inquit: illi enim nuſquam picti ſunt, qui naufragium fecerunt, in marique perierunt.*

Εὐμόρφῳ μειρακίῳ.] Meminit & alterius dicti Diogenis in formoſum puerum Auctor libelli de Eloquutione; quod hîc, quia Cyniſmum ſpectat, ponere non gravabor: Καὶ τὸ πρὸς τὸν καλὸν ῥηθὲν αὐτῷ, τελευταῖόν ἐστι τῶν ἀποφθεγμάτων τοῦ Διογένους, διεκινήθη πῶς τὸ αἰδοῖον. τοῦ δὲ παιδὸς φοβηθέντος, καὶ ἀποπηδήσαντος· Θάρρει, ὦ παιδίον, ἔφη, οὐκ ἐμὲ ταύτῃ ὅμοιος γελοῖον γὰρ τὸ πρόχειρον τοῦ λόγου· δεινὴ δ' ὑ κεκυθομένη ἔμφασις. Καὶ ὅλως συνελόντι φράσαι, πᾶν τὸ εἶδος τοῦ Κυνικοῦ λόγου σαίνοντι ἅμα ἔοικε, καὶ δάκνοντι. *Et quod in formoſum dictum ſuit ab ipſo: cùm enim luctaretur cum formoſo puero Diogenes, commota aliquo modo naturæ ejus eſt: puero autem perterrefacto, ſaltuque ab eo abſtracto:* bono animo ſis, puer, *inquit*, non enim huic ſimilis ſum. *Ridiculum enim eſt, quod in promptu eſt ejus dicti: gravis autem quæ latet illic vis. Et omninò, ut breviter dicam, omnis ſpecies Cynicæ orationis blandienti ſimul alicui ſimilis eſt, & mordenti.*

Χείρων μὲν οὐ Εὐρυτίων δέ.] Id eſt, non Chiron ille Centaurus, Heroum præceptor; ſed Eurytion, ebrioſus ille Centaurus: ad cujus nomen alludendo, εὐρύωνα, *laxiorem*; hoc eſt, εὐρύπρωκτον; fuiſſe adoleſcentem illum ſignificare voluit Cynicus. De alluſione ad vocem Χείρων, diximus ſuprà.

Ἐκ τῆς ἀνδρωνίτιδος, εἶπεν, εἰς τὴν γυναικωνῖτιν.] Antiſtheni tribuitur à Theone Sophiſta in Progymnaſmatis. Idem, de Romanis & Perſis, dixiſſe Alexandrum, cui cognomentum *Moloſſi* fuit, refert Gellius libro xvii. capite ultimo. *Eum Moloſſum*, inquit, *cùm in Italiam tranſiret, dixiſſe accepimus, ſe quidem ad Romanos ire, quaſi in ἀνδρωνῖτιν; Macedonem, iſſe ad Perſas, quaſi in γυναικωνῖτιν.*

Τοὺς ὡσὼτους εἶπε παραπλησίους εἶναι συκαῖς ἐπὶ κρημνῷ πεφυκυίαις, &c.] Paulò aliter apud Stobæum Serm. xc. τοὺς δὲ πολλοὺς τῶν πλουσίων ὁμοίου τοῖς ἐπὶ τῶν δυσβάτων καὶ ἀποκρήμνων φυομένοις δένδροις, καὶ ἀμπέλοις. τον τε γὰρ τούτων καρπὸν ἀνθρώπους μὴ λαμβάνειν· κόρακας δὲ, καὶ παραπλήσια τούτων ζῶα, καταναλίσκειν· ἐκείνους τε τὸν πλοῦτον εἰς μὲν τὰ ἐπιεικῆ τῶν πραγμάτων οὐ κατατίθεσθαι, κόλαξι δὲ καὶ πόρναις, καὶ ταῖς αἰσχροτάταις ἡδοναῖς, καὶ κενοτάταις δόξαις χορηγεῖν. *Pleroſque autem divites comparabat arboribus & vitibus, quæ in locis inviis ac præruptis naſcuntur: quod iſtarum fructus non ſint uſui hominibus, ſed à corvis & ſimilibus animalibus conſumantur. Itemque divites non ad honeſtas res divitiis utantur, ſed adulatoribus, meretricibus, & turpiſſimis voluptatibus, vaniſſimaque gloriæ pecunias præbeant.* 60

Φρύνης Ἀφροδίτην χρυσῆν ἀναθείσης ἐν Δελφοῖς, τοῦτο ἐπιγράψαι, Τῆς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας.] Crateri hoc tribuit Plutarchus Oratione II. de fortuna vel virtute Alexandri: ὁ μὲν οὖν Κράτης, ἰδὼν χρυσῆν εἰκόνα Φρύνης τῆς ἑταίρας ἑστῶσαν ἐν Δελφοῖς, ἀνέκραγεν, ὅτι τοῦτο τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας τρόπαιον ἕστηκε. Item Athenæus libro xiii. cap. 6. qui & ſtatuam illam auream, non à Phryne, ſed ἀπὸ τῶν περικτιονῶν, poſitam ait. Verba ejus ſunt: αὐτῆς δὲ τῆς Φρύνης οἱ περίκτιονες ἀνδριάντα ποιήσαντες, ἀνέθηκαν ἐν Δελφοῖς χρύσεον ἐπὶ κίονος Πεντηλικοῦ· κατεσκεύασε δὲ αὐτὸν Πραξιτέλης· ὃν καὶ θεασάμενος Κράτης ὁ Κυνικὸς, ἔφη, τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας ἀνάθημα. Idem teſtatur Ælianus Var. Hiſt. 9. 32. Φρύνην τὴν ἑταίραν ἐν Δελφοῖς ἀνέστησαν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ κίονος εὖ μάλα ὑψηλοῦ. οὐκ ἐρῶ δὲ ἁπλῶς τοὺς Ἕλληνας, ὡς ἂν μὴ δοκοίην δι' αἰτίας ἄγειν πάντας, οὓς φιλῶ πάντων μάλιστα. ἀλλ' οἱ τῶν Ἑλλήνων ἀκρατίστεροι.

τὸ δὲ

τὸ δὲ ἄγαλμα χρυσοῦν ἦν. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum rem narrat de Diogene & Laïdé: δόξειε δ' ἂν ἐρᾶσθαι τῆς Λαΐδος, loquitur de Theopompo, ἐκείνης ὑπαγομένης αὐτόν· οὐ γὰρ ἐκείνου ἠράσθη Λαΐς· ἢ Διογένης ὁ φιλόσοφος ἐπιγράφει τῆς Ἑλληνικῆς ἀκρασίας τὸ τρόπαιον. Laïdem amavit Diogenes, ut ſuprà docuimus. Ceterùm, hîc apud Laërtium, pro τῆς ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας, malim, ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκρασίας.

Ἀλεξάνδρου ποτὲ ἐπιστάντος αὐτῷ, καὶ εἰπόντος, Ἐγώ εἰμι Ἀλέξανδρος, ὁ μέγας βασιλεύς· Κἀγὼ, φησὶ, Διογένης ὁ κύων.] Apuleius in Apologia: *Hoc Diogeni & Antiſtheni pera & baculus, quod Regibus diadema; quod Imperatoribus paludamentum; quod Pontificibus galerum; quod lituus Auguribus. Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro Magno de veritate regni certabundus, baculo, ſceptri vice, gloriabatur.* Alexandri Magni cum Diogene Cynico colloquium benè longum vide apud Dionem Chryſoſtomum Orat. 4.

61 Ἰδὼν Ὀλυμπιονίκην εἰς ἑταίραν πυκνότερον ἀτενίζοντα, &c.] Dioxippus vocabatur Olympionices ille. Teſtatur Ælianus: qui rem ita narrat. Var. Hiſtor. libro XII. cap. 58. Διώξιππος, Ὀλυμπιονίκης ἀθλητὴς, ὁ Ἀθηναῖος, εἰσήλαυνεν εἰς τὰς Ἀθήνας κατὰ τὸν νόμον τῶν ἀθλητῶν. συνέῤῥει τοίνυν τὰ πλήθη, καὶ ἄλλος ἀλλαχόθεν ἐκπρεμαννύμενος ἐθεᾶτο αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς καὶ γυνὴ κάλλει διαπρέπουσα ἀπήντησε τῇ θέᾳ. ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Διώξιππος, παρύχρημα ἠττήθη τοῦ κάλλους, καὶ διετέλεσεν ἀποβλέπων τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐπιστρεφόμενος, καὶ εἰς πολλὰς τὸ πρόσωπον ἀλλάττων χροιάς. ἐκ δὴ τούτων πολλοῖς ἐγένετο κατάφωρος, μὴ ἀργῶς ἰδὼν τὴν ἄνθρωπον. μάλιστα δὲ δι' αὐτοῦ τὸ πάθος κατέγνω (χρυσοῦν κάτοπτρον Κορινθιουργὲς ἐπιπράσκετο) Διογένης ὁ Σινωπεύς. καὶ πρὸς τοὺς πλησίον; Ὁρᾶτε, εἶπε, τὸν ἀθλητὴν ὑμῶν τὸν μέγαν ὑπὸ παιδίσκης ἑτραχηλιζόμενον. *Dioxippus, pugil Olympionices, Athenienſis, cùm more pugilum Athenas curru inveheretur, magnáque hominum multitudo conſlueret, atque alius aliunde ſpectandi cupiditate dependeret, in iis femina, formâ decentiſſimâ, viſum accurrerat. Quam videns Dioxippus, ſubitò pulchritudine victus, indeſinenter fixos in mulierem oculos habuit, converſúſque, & vultu in plurimos colores mutato, animadverſus eſt ab omni multitudine, non oſcitanter, neque otioſè, feminam contemplari. Maximè verò hunc ejus affectum redarguit Diogenes Sinopenſis: etenim aureum ſpeculum operis Corinthii vendebatur, in quo ille, demonſtrato pugile, dicebat ad proximos; En pugilem veſtrum magnum, quemadmodum puella obtorto collo trahit.* Meminit & Plutarchus lib. de Curioſitate, his verbis: ὁ μὲν Διογένης θεασάμενος εἰσελαύνοντα τὸν Ὀλυμπιονίκην Διώξιππον ἐφ' ἅρματος, καὶ γυναικὸς εὐμόρφου θεωμένης τὴν πομπὴν, ἀποσπάσαι τὰς ὄψεις μὴ δυνάμενον, ἀλλ' ὑποβλέποντα καὶ παρεπιστρεφόμενον, Ὁρᾶτε, εἶπε, τὸν ἀθλητὴν ὑπὸ παιδισκαρίου τραχηλιζόμενον. *Diogenes, cùm videret Dioxippum Olympico certamine victorem curru invectum, à muliercula formoſa, quæ pompam ſpectabat, oculos non poſſe avellere, ſed rejecto vultu eam intueri, Videte, inquit, athletam, quem puella obtorto collo trahit.* Inde ἐκτραχηλίζειν νεότητα, pro *perdere juventutem*, apud Plutarchum de Liberis educandis: & νέους ἐκτραχηλίζειν, apud Lucianum in Toxari: ἤδε, πολλοὺς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα, καὶ μυρίους ἔρωτας ὑποκριναμένη, καὶ οἴκους πολυταλάντους.

Δύο μαλακῶν περικρυπτομένων αὐτὸν, ἔφη, Μὴ ἐυλαβεῖσθε, νῦν τεῦτλα οὐ τρώγει.] Ita conſtanter editi & manu exarati. Sed quid περικρυπτομένων αὐτὸν ſignificet, fateor me non intelligere. Adde, quod περικρύπτομαι non invenitur. Legi poſſet optimo ſenſu, ὑποκρυπτομένων αὐτοὺς, *ſeſe abſcondentibus:* aut, ut Monachio videbatur, περικυκλωμένων αὐτὸν; *ipſi circumadſtantibus*: aut περιθρυπτομένων αὐτὸν: id eſt, θρυπτομένων περὶ αὐτὸν, ſive περὶ αὐτοῦ: quod τῶν μαλακῶν maximè proprium. Heſychius: θρύπτεται, μαλακίζεται, τρυφᾷ. *Betam* de molli uſurparunt. unde *betiſſare*, vox ficta ab Auguſto, pro *languere*, ut eſt apud Suetonium. Catullus: *Languidior tenerâ cui pendens ſicula betâ.* Nam *languidus* de molli atque effeminato paſſim dicitur. Uſurparunt & *betam* de fatuo & inſipido: quia betæ fatuæ ſunt & inſipidæ. Martialis:

Ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm ſæpè petet vina piperque Cocus!

Vide Eraſmum in Adagiis.

Περὶ παιδὸς πεπορνευκότος, ἐρωτηθεὶς πόθεν εἴη, τεγεάτης, ἔφη.] Ludens in voce τεγεάτης: τέγος enim *lupanar* ſignificat, & *Tegea*, *Arcadiæ urbem.*

Ἀφυῆ παλαιστὴν θεασάμενος ἰατρεύοντα, ἔφη, Τί τοῦτο; ἢ ἵνα τοὺς ποτέ σε νικήσαντας νῦν καταβάλῃς;] Martialis lib. VIII. in hunc ſenſum: 62

Hoplomachus nunc es, fueras Ophthalmicus antè.
Feciſti Medicus, quod facis Hoplomachus.

Et alibi:

Chirurgus fuerat, nunc eſt veſpillo Diaulus:
Cæpit, quo poterat, Clinicus eſſe modo.

Item:

Nuper erat Medicus, nunc eſt Veſpillo Diaulus.
Quod Veſpillo facit, fecerat & Medicus.

Θεασάμενος υἱὸν ἑταίρας, λίθον εἰς ὄχλον βάλλοντα, Πρόσεχε, ἔφη, μὴ τὸν πατέρα πλήξῃς.] Aphthonii vetus Commentator anonymus: Διογένης ἰδὼν μειράκιον ἐκ μοιχοῦ, βάλλον εἰς πλῆθος λίθους, οὐ παύσῃ, ἔφη, μειράκιον, μὴ ἀγνοοῦν παίσῃς σοῦ τὸν πατέρα;

Ἡ μὲν μάχαιρα, ἔφη, καλὴ· ἡ δὲ λαβὴ, αἰσχρά.] Luſus in voce λαβὴ, quæ & *enſis capulum*, & *accepti muneris occaſionem* ſignificat. Non abſimiliter idem Diogenes apud Stobæum Serm. VIII. Avaros, vitâ, velut gladio, uti dicebat: οἱ φιλάργυροι, καθάπερ μαχαίρᾳ, τῷ βίῳ χρῶνται, πάντα ποιοῦντες κατὰ τὴν λαβήν.

Ὑποβολιμαίου τινὸς εἰπόντος αὐτῷ, ὅτι χρυσὸν ἔχει ἐν τῷ ἱματίῳ, Ναὶ, ἔφη, διὰ τοῦτο αὐτὸ ὑποβεβλημένος κοιμῶμαι.] Cynici humi cubabant: & eodem pallio quod gerebant interdiu, involuti, ſomnum capiebant. Hinc jocus Martialis, abollam Cynici *unorem grabbati* vocantis.

Hunc, quem ſæpe vides inter penetralia veſtra
Pallados, & templi limina, Coſme, novi,
Cum baculo, peraque ſenem: cui cana, putriſque
Stat coma, & in pectus ſordida barba cadit:

Cerea quem nudi tegit uxor abolla grabati:
Cui dat latratos obvia turba cibos:
Eſſe putas Cynicum, deceptus imagine falſa.
Non eſt hic Cynicus, Coſme. quid ergo? canis.

63 Ἐρωτηθεὶς, πόθεν εἴη, Κοσμοπολίτης, ἔφη.] Mercator ad Diogenem, apud Lucianum in Vitarum auctione: τὸ πρῶτον, ὦ βέλτιστε, πόδαπός; Cui Diogenes; παντοδαπός· τοῦ κόσμου πολίτην ὁρᾷς. Et Arrianus in Epicteti Diſſertationibus libro 3. cap. 24. πᾶσα γὴ πατρὶς ἦν ἐκείνῳ μόνῳ, ἐξαίρετος δ' οὐδεμία. Sermo eſt de Diogene Cynico. Philo Judæus in libro Quòd omnis probus liber, ſimile dictum tribuit Antigenidæ tibicini. Is minitanti exilium: omnis tellus, mihi patria reſpondit. Hoc alii ad Socratem referunt. Vide nos ſuprà in Socrate. τὸ κοσμοπολίτης, vertit Cicero *cujus eſt oppidum mundus totus.*

Τοὺς ἄλλους ἐράνιζ' ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.] Verſus eſt Homericus,

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ' ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

Malè hîc Editiones Stephanica & Baſileenſis, & Codex Florentinus, ἐνάριζε. Sed & hîc legendum, ἀπὸ δ' ἕκτορος. Homeri verſum reformavit Diogenes, & ad id accommodavit de quo agebatur: quâ in converſione literarum eſt acumen. Heraldum vide Obſervat. cap. 44.

Τὰς ἑταίρας ἔφη βασιλέων εἶναι βασιλίσσας· αἰτεῖν γὰρ ὅτι ἂν δόξῃ αὐταῖς.] Stobæus Serm. LXIII. Διογένης τὰς εὐμόρφους τῶν ἑταιρῶν ἐκάλει βασιλίσσας· πολλοὺς γὰρ πράττειν, ἃ ἂν προστάττωσι. *Basilidæ*, ſive βασίλειαν, dici oportere, non βασίλισσαν, monet Phrynichus in Ecloga Dictionum Atticarum.

Διόνυσον.] *Liberum Patrem.* Voluit Alexander ſe à Græcis pro Deo haberi. Aliis, aliter ſtatuentibus; Lacedæmonii decretum ejuſmodi fecerunt: *Quoniam Alexander Deus eſſe vult, eſto Deus.* Λακωνικῶς τε ἅμα καὶ κατὰ τὸν ἐπιχώριον σφίσι τρόπον, ἐλέγξαντες τὴν ἔμπληξιν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦ Ἀλεξάνδρου, inquit Ælianus Var. Hiſt. II. 19.

Καὶ γὰρ ἥλιος, ἔφη, εἰς τοὺς ἀπεπάτους, ἀλλ' οὐ μιαίνεται.] Origenes contra Celſum libro VI. παραπλήσιόν τι ποιῶν τοῖς οἰομένοις τὰς αὐγὰς τοῦ ἡλίου μιαίνεσθαι ἐν τοῖς βορβόροις καὶ τοῖς δυσώδεσι σώμασι.

64 Ῥυπαρῶν ἄρτων.] ῥυπαρὸς ἄρτος, eſt panis ſecundarius: Gallicè *du pain bis:* eſt enim ſordidus; ut rectè H. Stephanus; præ illo qui σιλιγνίτης appellatur. Athenæus libro VI. cap. 12. Εἰωθότος δ' αὐτοῦ ῥυπαροὺς ἄρτους ἐπὶ τὰ δεῖπνα φέρεσθαι, ἐνεγκαμένου τινὸς ἔτι μελαντέρους, οὐκ ἄρτους ἔφη αὐτὸν ἐνηνοχέναι, ἀλλὰ τῶν ἄρτων σκιάς. *Sordidum panem cœnaturis ille ſolebat apponere:* (ſermo eſt de Corydo) *atriores autem quidam cùm attuliſſet, eum non quidem panes, ſed panum umbras dixit præbuiſſe.* Meminit ῥυπαρῶν ἄρτων & idem Athenæus III. 28. Πλάτων δ' ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐν Νυκτὶ Μακρᾷ τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς, Κιλικίους ὀνομάζει, διὰ τούτων,

Κεἶτ' ἄρτους ἧκε πριάμενος μὴ τῶν καθαρυλλῶν,
ἀλλὰ μεγάλους Κιλικίους.

Et Galenus in Lexico, in συγκομιστοὶ ἄρτοι.

Πρὸς τὸν συνιστάντα τὸν παῖδα, καὶ λέγοντα ὡς εὐφυέστατός ἐστι, καὶ τὰ ἤθη κράτιστος, Τί οὖν, εἶπεν, ἐμοῦ χρήζει;] Quod refert hoc loco Diogenes Laërtius de patre qui filium Diogeni Cynico commendabat, mihi in memoriam reducit, quod de eodem Diogene retulit Arrianus, Diſſertationum Epicteti II. 3. Καλῶς ὁ Διογένης πρὸς τὸν ἀξιοῦντα γράμματα παρ' αὐτοῦ λαβεῖν συστατικὰ, ὅτι εἰ μὲν ἄνθρωπος, φησὶν, εἶ, καὶ ἰδὼν γνώσεται· εἰ δ' ἀγαθὸς ἢ κακὸς, εἰ μὲν ἔμπειρός ἐστι διαγνῶναι τοὺς ἀγαθοὺς καὶ κακοὺς, γνώσεται· εἰ δ' ἄπειρος, οὐδ' ἂν μυριάκις γράψω αὐτῷ. ὅμοιον γάρ, ὥσπερ εἰ δραχμὴ συσταθῆναί τινι ἤξίου, ἵνα δοκιμασθῇ. εἰ ἀργυρογνωμονικός ἐστι, σὺ σαυτὴν συστήσεις. *Rectè Diogenes ad eum, qui commendatitias ab eo literas petebat. Te quidem, inquit, eſſe hominem cùm primùm viderit, agnoſcet. An verò bonus aut malus ſis; ſiquidem peritus eſt bonos & malos diſcernendi; cognoſcet. Sin imperitus, non cognoſcet, etiam ſi millies ſcripſero. Nam perinde eſt, ac ſi drachma ſe commendari alicui vellet, ut exploraretur. Si is argenti cognoſcendi peritus eſt, tu te ipſam commendabis.*

Εἰς θέατρον εἰσῄει ἐναντίος τοῖς ἐξιοῦσιν, &c.] Cùm in Stoa ambularet retrorſum, & quidam ideo eum riderent; *An non pudet*, inquit, *vos vitæ viam retrogradam ambulantes, qui meam in ambulando reprehendatis?* Teſtatur Johannes Stobæus in Eclogis, Serm. II. ἐπεὶ δὲ, inquit, ἐν τῇ στοᾷ ἀνάπαλιν περιπατοῦντος αὐτοῦ ἐγέλων τινές. εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε, εἶπεν, ὑμεῖς τὴν ἐν τῷ βίῳ ὁδὸν ἀνάπαλιν πορευόμενοι, ἐμοῦ τὴν ἐν τῷ περιπατεῖν κατεγνωκότες.

Ἰδών ποτε νεανίσκον θηλυνόμενον, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, 65
χείρονα τῆς φύσεως περὶ σεαυτοῦ βουλευόμενος, &c.] Quod ipſum refert Athenæus libro XIII. Διογένης δὲ ἰδών τινα οὕτως ἔχοντα τὸ γένειον, (nudatum ſcilicet) ἔφησεν, μή τι ἔχεις ἐγκαλεῖν τῇ φύσει, ὅτι ἄνδρα σε ἐποίησε, καὶ οὐ γυναῖκα; Addit Athenæus; quod Laërtius omiſit; ἕτερον δέ τινα ἐπὶ ἵππου ἰδὼν παραπλησίως ἔχοντα, καὶ μεμιτρισμένον, καὶ τούτοις ἀκολούθως ἠμφιεσμένον, πρότερον μὲν ἔφησε ζητεῖν, τί ἐστιν ὁ ἱπποπόρνος, νῦν δὲ εὑρηκέναι. *Alterum idem contuitus ſic depilem, in equo ſedentem, unguentis delibutum, ac veſte indutum quæ tali mollitiei conveniret, pridem à ſe quæſitum dixit, quidnam foret* Equiſcortum, *tum demum verò inveniſſe.* Omiſit & ſcomma illud Diogenis in mollem; quod refert Clemens Alexandrinus Pædagogi libro I. capite 3. ἕνα τινὰ τούτων τῶν ἀγεννῶν παιδαγωγικῶς ἐπιπλήττων ὁ Διογένης ὀπηνίκα ἐπιπράσκετο, ἀνδρείως σφόδρα, Ἥκε, εἶπεν, μειράκιον· ἄνδρα ὤνησαι σαυτῷ· ἀμφιβόλῳ λόγῳ τὸ πορνικὸν ἐκεῖνου σωφρονίζων. *Quemdam ex iis quos verè degeneres vocare poſſis meritò, pædagogi ritu increpans Diogenes, cùm venderetur, magno & forti animo dixit: Veni adoleſcens: eme tibi virum: ancipiti oratione meretricium ejus animum caſtigans.*

Ἰδὼν ἄφρονα ψαλτήριον ἁρμοττόμενον, &c.] Diximus ſuperiùs.

Πρὸς τὸν καταφρονοῦντα τοῦ πατρὸς, Οὐκ αἰσχύνῃ, ἔφη, καταφρονῶν τούτου δι' ὃν μέγα φρονεῖς.] Platoni tribuit Stobæus Serm. LXXVII. Πλάτων θρασυνόμενον ἰδών τινα πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, Οὐ παύσῃ, μειρά-

κιον, εἶπε, τούτου καταφρονῶν, δι' ὃν μέγα φρονεῖν ἀξιοῖς;

66 Πρὸς τὸν ἐνστείσαντα αὐτῷ δοκόν, &c.] Suprà: πρὸς τὸν ἐντινάξαντα αὐτῷ τὴν δοκὸν, εἶτα εἰπόντα, Φύλαξαι· Πάλιν γάρ με, ἔφη, παίειν μέλλεις; Non longè abit Catonis dictum: de quo Cicero libro II. de Oratore: *Cùm Cato perculſus eſſet ab eo qui arcam ferebat, cùm ille diceret, Cave; rogavit numquid aliud ferret præter arcam.*

67 Ἐρωτηθεὶς διὰ τί ἀνδράποδα ἐκλήθη, Ὅτι, φησὶ, τοὺς πόδας ἀνδρῶν εἶχον.] Aliter Euſtathius ad Odyſſ. α. paginâ 1416. 23. Edit. Rom. ἀνδράποδα. δι' ὧν δοῦλοι σημαίνονται ὑποκείμενοι δεσπόταις, καὶ ὄντες αὐτοῖς ὅπερ οἱ κατωτάτω πόδες ὅλῳ τῷ ἄνω σώματι. Idem legas ad verſum Iliad. η. 475. Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι τίθεντο δαῖτα θάλειαν. Ubi, ex Ariſtophane & Zenodoto Grammaticis, hunc verſum ſpurium eſſe obſervat, cùm vox ἀνδράποδα ſit νεωτερικὴ, atque Homero junior.

Ἄσωτον ἥτει μνᾶν, &c.] Stobæus XIII. Διογένης ἄσωτον ἥτει μνᾶν· τοῦ δὲ εἰπόντος, Διὰ τί τοὺς ἄλλους τριώβολα, ἐμὲ δὲ μνᾶν ζητεῖς; ἔφη, Παρὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐλπίζω πάλιν, παρὰ δὲ σου, οὐκέτι.

Ἰδὼν τοξότην ἀφυῆ, &c.] Antonius Monachus in Meliſſa hoc refert ad Stratonicum.

68 Ἐρωτηθεὶς εἰ κακὸς ὁ θάνατος, Πῶς, εἶπε, κακὸς, οὗ παρόντος οὐκ αἰσθανόμεθα;] Propterea Epicurus mortem nihil ad nos pronuntiavit: nam quod diſſolutum eſt, ſenſu caret: quod ſenſu caret nihil ad nos.

Τὴν παιδείαν, εἶπε, τοῖς μὲν νέοις σωφροσύνην, &c.] Cicero pro Archia Poëta; ubi de Poëtice: *Hæc ſtudia, adoleſcentiam alunt; ſenectutem oblectant; ſecundas res ornant; adverſis perfugium ac ſolatium præbent.*

Πρὸς Διδύμωνα, &c. Ὅρα, φησὶ, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς.] Ludus in voce κόρης, quæ & *puellam* & *pupillam oculi* ſignificat. Similiter Xenophon in libro de Lacedæmonum Republica: αἰδημονεστέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων. Et Timæus: ὅ τις ἂν ἐποίησεν, ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας ἔχων. Quod utrumque; ut frigidum; damnat Longinus in libello περὶ ὕψους, ſectione 3. Timæi dictum reſpexit Plutarchus initio Commentarioli περὶ δυσωπίας: ubi de ſignificatione hujus vocis δυσωπίας agens, ait: ὡς γὰρ τὴν κατήφειαν ὁρίζονται, λύπην κάτω βλέπειν ποιοῦσαν, οὕτω τὴν αἰσχυντηλίαν μέχρι τοῦ μηδὲ ἀντιβλέπειν τοῖς δεομένοις ὑπείκουσαν, δυσωπίαν ὠνόμασαν. ὅθεν ὁ μὲν Ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρας. Ceterùm & hîc Διδύμων legendum videtur, ut ſuprà.

69 Ἐρωτηθεὶς, τί κάλλιστον ἐν ἀνθρώποις, ἔφη, Παρρησία.] Non omittenda Marci Antonini verba libro XI. τῶν εἰς ἑαυτόν: Μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία Κωμῳδία παρήχθη, παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα, καὶ τῆς ἀτυφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς εὐθυῤῥημοσύνης ὑπομιμνήσκουσα· πρὸς οἷόν τι καὶ Διογένης ταυτὶ παρελάμβανε. *Poſt Tragœdiam, vetus Comœdia invecta, pædagogicam uſurpans libertatem, eaque ipſâ libertate, ad reprimendum faſtum non inutilis: quem ſere in finem etiam Diogenes illâ uſus eſt.* Diogenis Cynici aliquot libertatis exempla profert Philo Judæus; quæ apud eum, ſi tanti eſt, vide.

Εἰσελθὼν εἰς διδασκάλου, καὶ Μούσας μὲν ἰδὼν πολλὰς, μαθητὰς δὲ ὀλίγους, Σὺν θεοῖς, ἔφη, διδάσκαλε, πολλοὺς μαθητὰς ἔχεις.] Simile Stratonici Citharœdi dictum habes apud Athenæum libro VIII. capite 19. διδάσκων γὰρ Κιθαριστὰς, ἐπειδὴ ἐν τῷ διδασκαλείῳ εἶχεν ἐννέα μὲν εἰκόνας τῶν Μουσῶν, τοῦ δὲ Ἀπόλλωνος μίαν, μαθητὰς δὲ δύο, πυνθανομένου τινὸς πόσους ἔχοι μαθητὰς, ἔφη, σὺν τοῖς θεοῖς δώδεκα. Nec abſimile eſt illud Epigrammatarii ἀνωνύμου in Anthologia ἀνεκδότῳ:

Χαίρετ' Ἀριστείδου τοῦ Ῥήτορος ἑπτὰ μαθηταί·
Τέσσαρες οἱ τοῖχοι, καὶ τρία συψέλια.

Notandum autem Diogenem his verbis σὺν θεοῖς, luſiſſe in ambiguo: nam ſignificant, & *gratia Diis*, & *unà cum Diis*.

Εἰώθει δὲ πάντα ποιεῖν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ τὰ Δήμητρος καὶ τὰ Ἀφροδίτης, &c.] Quod & ejus exemplo, diſcipulus ejus Crates factitabat. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. libro III. cap. 24. Καὶ τὸ δημοσίᾳ γυναικὶ μίγνυσθαι, καί τοι παρ' ἡμῖν αἰσχρὸν εἶναι δοκοῦν, παρά τισι τῶν Ἰνδῶν οὐκ αἰσχρὸν εἶναι νομίζεται. μίγνυνται οὖν ἀδιαφόρως δημοσίᾳ· καθάπερ καὶ περὶ τοῦ Κράτητος Φιλοσόφου ἀκηκόαμεν. *Inſuper verò & publicè cum uxore congredi, quamvis apud nos turpe eſſe videatur, apud quoſdam ex Indis non videtur eſſe turpe: congrediuntur enim promiſcuè publicè: quemadmodum etiam de Cratete Philoſopho accepimus.* Idem de Peregrino, Diogenis & Cratetis æmulo, narrat Lucianus in libello quem de ejus morte conſcripſit: ἐν πολλῷ δὲ τῶν περιεστώτων δήμῳ ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον, καὶ τῶν ἀδιαφόρων δὲ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενος. εἶτα παίων καὶ παιόμενος νάρθηκι εἰς τὰς πυγὰς, καὶ ἄλλα πολλὰ νεανικώτερα θαυματοποιῶν. De Ægyptiis ſcribit Herodotus, domi eos ventrem exonerare, & foris in viis comedere; cujus rei hanc reddunt rationem, quòd quæ ſunt turpia, ſed neceſſaria, ea in occulto fieri debent, palam verò, quæ non ſunt turpia. At de Diogene Cynico, & Cynicis, addubitat Sanctus Auguſtinus libro de Civitate Dei XIV. capite 20. *Unde & Diogenem, & illos qui hoc feciſſe referuntur, potiùs arbitror concumbentium motus dediſſe oculis hominum, neſcientium quid ſub pallio gereretur, quam humano premente conſpectu, potuiſſe illam peragi voluptatem. Ibi enim Philoſophi non erubeſcebant videri, ſe velle concumbere; ubi libido ipſa erubeſceret ſurgere.*

Ἀναφέρεται δὲ καὶ ἄλλα εἰς αὐτὸν, ἃ μακρὸν ἂν εἴη καταλέγειν, πολλὰ ὄντα.] Videndus Dio Chryſoſtomus Orationibus de Diogene; & Philo Judæus, libro Quòd omnis probus liber. Ibi multa Diogenis dicta referuntur, à Laërtio prætermiſſa.

Οὐδὲν γε μὴν ἔλεγε τεταραγμένον ἐν τῷ βίῳ χωρὶς ἀσκήσεως κατορθοῦσθαι, &c.] Arrianus lib. I. cap. 24. ubi de Diogene: τὸ δὲ γυμνάσιον λέγει, ὅτι κρεῖσσόν ἐστι πάσης περιπορφύρου. *De exercitatione id dicit, eam præſtantiorem eſſe quâvis togâ prætextâ.* 71

Περὶ τὴν ἄνοιαν] Lege παρὰ: quemadmodum legitur in Regio Codice, & in Florentino.

Οὗπερ καὶ Ἡρακλῆς] Diximus ad Antiſthenem.

72 Οὐ γὰρ, φησὶν, ἄνευ πόλεως ὄφελός τι εἶναι ἀστείου.] Rectè Caſaubonus Iſaaci filius, τὸ ἄνευ conjungendum vidit cum νόμου, non cum πόλεως.

Εὐγενείας δὲ καὶ δόξας, &c.] Arrianus lib. I. Diſſertat. Epicteti cap. 24. λέγει, (Diogenes ſcilicet) ὅτι ἀδόξια ψέφος ἐστὶ μαινομένων ἀνθρώπων. Sed hîc pro εὐγενείας & δόξας, commodiùs legeretur εὐγένειαν & δόξαν.

Καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας] Quod & Plato exiſtimavit.

Γάμον μηδὲ ὀνομάζων] Aldob. *Nuptias ne nominabat quidem.* Quantò meliùs ceteræ Editiones! μηδὲν ὀνομάζων. *nuptiaſque nihili, & inane eſſe vocabulum.* Et ita Regius Codex. Juvant tamen Lectionem Aldobrandinianam hæc Pauli Apoſtoli epiſtolæ ad Epheſios cap. 5. *fornicatio autem, & omnis immunditia, & avaritia, nec nominetur in vobis: ſicut decet ſanctos.* Laïda duxiſſe Diogenem, Lucianus fingit in vera Hiſtoria.

73 Μηδ' ἀνόσιον εἶναι τὸ καὶ τῶν ἀνθρωπείων κρεῶν γεύσασθαι] Quod non Barbaris ſolùm, ſed & Stoicis placuit. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. lib. III. cap. 24. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρωπείων γεύσασθαι σαρκῶν, παρ' ἡμῖν μὲν ἄθεσμον, παρ' ὅλοις δὲ βαρβάροις ἔθνεσιν ἀδιαφόρόν ἐστι· καὶ τί δεῖ τοὺς βαρβάρους λέγειν, ὅπου καὶ ὁ Τυδεὺς τὸν ἐγκέφαλον τοῦ πολεμίου λέγεται φαγεῖν; καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς οὐκ ἄτοπον εἶναι φασι τὸ, σάρκας τινὰ ἐσθίειν, ἄλλων τε ἀνθρώπων, καὶ ἑαυτοῦ; *Nec non humanas carnes edere, apud nos quidem eſt illicitum: at ſunt quædam nationes Barbaræ, in quibus omnes ad unum pro re indifferenti hoc habent. Et quid Barbaros commemorare oportet, cùm Tydeus ipſe cerebrum hoſtis ediſſe dicatur? Et Stoici à ratione alienum non eſſe dicant, ut quis carnes edat cùm alienorum, tùm verò ſuas?* Vide infrà, in Zenone Cittieo.

Πάντα ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων εἶναι] Quæ fuit Anaxagoræ ſententia: ſed quam refellit Lucretius lib. I.

Id quod Anaxagoras ſibi ſumit, ut omnibus omnes
Res putet immiſtas rebus latitare: ſed illud
Apparere unum, cujus ſint pluria miſta, &c.

Καὶ γὰρ ἐν τῷ ἄρτῳ κρέας εἶναι, καὶ ἐν τῷ λυχάνῳ ἄρτου] Κρέας & ἄρτον legendum adnotaverat Scaliger ad oram libri. ſed nihil opus: pars ponitur in genitivo.

Εἶγε αὐτοῦ αἱ Τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου, ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ] Julianus Imperator Orat. VI. εἴτε γὰρ θρυλλούμεναι Διογένους Τραγῳδίαι, Φιλίσκου τινὸς Αἰγινήτου λέγονται. καὶ, εἰ Διογένους δὲ εἶεν, οὐθὲν ἄτοπόν ἐστι τὸν Σοφὸν παίζειν. Idem Orat. VII. τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὸν Διογένη Τραγῳδίας, οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένας Κυνικοῦ τινος συγγράμματα· ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον, εἴτε τοῦ διδασκάλου τοῦ Διογένους εἰσὶν, εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίστου, τίς ἐπελθὼν οὐ βδελύξαιτο, καὶ νομίσαιτο ὑπερβολὴν ἀρρητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑτέραις (an ἑταίραις?) ἀπολελεῖφθαι. ταῖς Οἰνομάου δὲ ἐντυχών, &c. Quæ poſtremo loco, legendum ex priori loco; nec non ex Laërtio & Suida; Φιλίσκου. Citatur autem Diogenis Tragici locus aliquantò prolixus ex Semele ab Athenæo lib. XIV. cap. 4. Citatur & Clementi Alexandrino Stromat. II. Diogenes ἔν τινι Τραγῳδίᾳ, ex qua tres verſus profert. Profert & Diogenis non paucos verſus Joannes Stobæus in Eclogis. De Philiſco Ægineta, nos iterum infrà.

Μουσικῆς τε καὶ γεωμετρικῆς, καὶ ἀστρολογίας, καὶ τῶν τοιούτων ἀμελεῖν] Codex Florentinus, μουσικῆς καὶ ἀστρολογικῆς ἱστορίας, καὶ τῶν τοιούτων.

Σκίρπαλος] Ἅρπαλος dicitur Ciceroni lib. III. de 74
Natura Deorum: *Diogenes quidem Cynicus dicere ſolebat, Harpalum, qui temporibus illis felix habebatur, contra Deos teſtimonium dicere, quòd in illa fortuna tam diu viveret.* Σκίρταλος dicitur Suidæ, in Διογένης· γηραιὸς δὲ ὢν, ὑπὸ πειρατοῦ Σκιρτάλου ἐλήφθη. Hujus dicti Diogenis meminit & Cicero dicto libro, his verbis: *Improborum igitur proſperitates, ſecundæque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem Deorum ac poteſtatem.* Cui conſona, hæc Senecæ, *Deorum crimen, Sylla tam felix.* Θεοῦ δ' ὄνειδος, τοὺς κακοὺς εὐδαιμονεῖν, inquit Comicus. Et Martialis:

Nullos eſſe Deos, inane cælum,
Affirmat Selius: probatque, quod ſe
Factum, dum negat hæc, videt beatum.

Ἐπιπράσκετο, &c. Τούτῳ με πώλει· οὗτος δεσπότου χρήζει, &c.] Suidas: πλέων δὲ, ὑπὸ καταποντιστῶν ληφθεὶς, ἐπράθη· κηρυττόμενος δὲ, καὶ ἐρωτώμενος τί εἰδείη, ἄρχειν ἀνθρώπων, ἔφη. καὶ θεασάμενος Κορίνθιον πλούσιον, ἄνθρωπον ἄσωτον, τούτῳ με, ἔφη, πώλησον· δεσπότου γὰρ δεῖται. ὁ δὲ ἀνεῖται, καὶ εἰς Κόρινθον ἄγει, καὶ τῶν παίδων ἀποδείκνυσι παιδαγωγόν. ἔλεγε δὲ δαίμονα ἀγαθὸν εἰς τὴν οἰκίαν εἰσεληλυθέναι. Muſonius apud Stob. Serm. XXXVIII. σὺ δὲ εἰπέ μοι, ὦ ἑταῖρε, ὅτε Διογένης φεύγων ἦν Ἀθήνησιν, ἢ ὅτε πραθεὶς ὑπὸ τῶν λῃστῶν ἤλθεν εἰς Κόρινθον, ἆρα τότε πλείω παῤῥησίαν ἄλλος τις ἐπεδείξατο Διογένους, ἢ Ἀθηναῖος, ἢ Κορίνθιος; τί δ' ἐλευθεριώτερος ἄλλος τις, ἢ Διογένης τῶν τότε ἀνθρώπων ἦν; ὃς καὶ Ξενιάδου τοῦ πριαμένου αὐτὸν, ὡς δεσπότης δούλου ἦρξε. Meminit Sextus Empiricus lib. VII. adverſus Mathematicos Xeniadæ cujuſdam Corinthii, qui omnia eſſe falſa pronuntiabat, quique omne viſum atque omnem opinionem eſſe fallacem exiſtimabat. Sed alius fuit à Xeniade illo Corinthio, qui Diogenem emit: nam hic vir ſtolidus: ille, philoſophus; & cujus Democritus meminerat, ut eſt apud eumdem Sextum ibidem: quod & alium fuiſſe à Diogenis Mercatore evincit: fuit enim Democritus Diogene antiquior.

Κλεομένης ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ Παιδαγωγικῷ] Jon- 75
ſius lib. IV. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ, non alium eſſe putat Cleomenem illum ab eo quem περὶ Ἡσιόδου egiſſe, docet Clemens Alexandrinus στρωματέων lib. I. Quod an verum ſit, neſcio. Sed profectò idem eſt ac Cleomenes ille qui à Laërtio, infrà, inter Metroclis Cynici diſcipulos recenſetur.

Quare alium conſtat eſſe à Cleomene, cujus Epiſtolam ad Alexandrum citat Athenæus libro IX. cap. 11.

Οἰνησίκριτόν τινα Αἰγινήτην] Hujus Vitam ſcripſit Laërtius.

Πέμψαι εἰς Ἀθήνας, δυοῖν ὄντοιν υἱοῖν, τὸν ἕτερον Ἀνδροσθένην· ὃν ἀκούσαντα τοῦ Διογένους αὐτόθι προσμεῖναι· τὸν δ' ἐπ' αὐτὸν καὶ τὸν ἕτερον ἀποστεῖλαι, τὸν πρεσβύτερον, Φιλίσκον τὸν πρεσιρημένον, &c.] Suidas, in Φιλίσκος Αἰγινήτης, Philiſcum priùs Athenas profectum dicit: ὃς κατὰ θέαν ἐλθὼν τῶν Ἀθηναίων, ἀκούσας Διογένους, ἐφιλοσόφησεν. ὁ δὲ τούτου πατὴρ, ἀπέστειλεν ἐπ' αὐτὸν τὸν ἀδελφόν· καὶ ταυτὸν ἔπαθε καὶ οὗτος· καὶ ὁ πατὴρ πάλιν ἐπ' ἀμφοτέρους ἐλθὼν, ἐφι-
76 λοσόφησε καὶ αὐτός.

Τοιαύτη τις προσῆν ἰυγξ Διογένους τοῖς λόγοις] Exſcripſit hunc locum Suidas in Voce ἰυγξ, τοιαύτη τις προσῆν ἰυγξ Διογένους τοῖς λόγοις τοῦ κυνός.

Ἤκουσε δὲ αὐτοῦ καὶ Φωκίων, ὁ ἐπίκλην χρηστὸς] Suidas hæc verba ad Philiſcum; cujus mentionem mox faciebat Laërtius; retuliſſe videtur. Ita enim ille in Φιλίσκος: ἐγένετο δὲ καὶ αὐτοῦ ὁμιλητὴς καὶ Φωκίων ὁ χρηστός. Ad Diogenem omnino referenda ſunt. Tamen, pro ἤκουσε δὲ αὐτοῦ, ſcriptum eſt in Palatino Codice ἠκολούθησε δὲ αὐτῶν. Ceterùm, Plutarchus quoque in Phocione, Phocionem cognomen *Boni* habuiſſe ſcribit: quod ſe mirari ait, cùm vir & aſper & triſtis ſupra modum fuerit. Meminit hujus cognominis & Dio Pruſæus in Oratione 73.

Καὶ Στίλπων ὁ Μεγαρεύς] Stilponis auditorem Philiſcum facit Suidas, auctore Hermippo. Φιλίσκος Αἰγινήτης, inquit, ὁ διδάξας γράμματα Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. αὐτὸς δὲ ἀκουστὴς ἦν τοῦ Κυνὸς Διογένους· κατὰ δὲ Ἕρμιππον, Στίλπωνος. ἔγραψε Διαλόγους, ὧν ἐστι Κόδρος.

Περὶ δὲ τοῦ θανάτου, διάφοροι λέγονται λόγοι] Febre periiſſe ſcripſit Hieronymus lib. II. adverſus Jovinianum; cujus rei miror non meminiſſe Laërtium. Sed ipſum Hieronymum audiamus: *Virtutem ejus & continentiam mors quoque indicat: nam cùm ad agonem Olympiæ, qui magnâ frequentiâ Græciæ celebrabatur, jam ſenex pergeret, febri in itinere dicitur apprehenſus, accubuiſſe in crepidine viæ, volentibuſque eum amicis aut in jumentum aut in vehiculum tollere, non acquievit; ſed tranſiens ad arboris umbram, locutus eſt; Abite quæſo, & ſpectatum pergite, hæc me nox aut victorem probabit aut victum. ſi febrem vicero, ad agonem veniam: ſi me vicerit, ad inferna deſcendam. Ibique per noctem, eliſo gutture, non tam mori ſe ait, quàm febrem morte excludere.*

Οἱ μὲν γὰρ βοὸς ποδὰ φαγόντα ὠμὸν, χολερικῶς ληφθῆναι] Et ſanè carnes bubulas inter carnes χολέρας γεννητικὰς recenſet Hippocrates in libro de Victu in acutis. Sed fruſtrà hæc obſervamus: nam locus Laërtii mendoſus eſt. Pæne puer πολύποδα legendum obſervabam. Athenæus lib. VIII. cap. 5. ubi de morte Diogenis: καὶ Διογένης ὁ κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν, ἐπιθεμένης αὐτῷ τῆς γαστρὸς, ἀπέθανε. Lucianus ἐν βίων πράσει ſub perſona Diogenis: καὶ τέλος, ἤν σοι δοκῇ, πολύποδα ὠμὸν, ἢ σηπίαν, φαγὼν, ἀπόθανε. Julianus ὁ παραβάτης Orat. VI. quæ eſt εἰς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας, ſtatim initio, ubi de Cynico quodam: ἀλλὰ καὶ τὴν ἐδωδὴν τοῦ πολύποδος κωμῳδεῖ· Καί φησι τὸν Διογένη τῆς ἀνοίας καὶ κενοδοξίας ἐκτετικέναι δίκας, ὥσπερ ὑπὸ κωνείου, τῆς τροφῆς διαφθαρέντα. Plutarchus in libello περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ καὶ πῦρ χρησιμώτερον: Καὶ Διογένης δὲ ὁ κύων ἥκιστα προσεχρῆτο πυρὶ, ὥστε καὶ πολύποδα καταπιὼν ὠμὸν, οὗτος ὑπὲρ ἡμῶν (γράφεται ὑμῶν) εἶπεν, ὦ ἄνδρες, παραβάλλομαι. Tatianus initio Orationis ad Græcos: Διογένης πιθάκνης καυχήματι τὴν αὐτάρκειαν σεμνυνόμενος, πολύποδος ὠμοβορίᾳ, πάθει συσχεθεὶς ἰλεῷ, διὰ τὴν ἀκρασίαν ἀποτέθνηκεν. Sotades apud Stobæum in Sermone XCVI. πουλύποδα φαγὼν ὁ Διογένης ὠμὸν, τέθνηκεν. Scripſerat Sotades verſus de morte Diogenis.

Χολερικῶς ληφθῆναι] Id eſt, *cholerâ morbo correptum.* Cenſorinus de Die natali: *Et contrà Diogenes Cynicus cibi eruditate in choleram ſolutus eſt.* Interpretes minùs propriè, *bile correptum.* Non enim *bilis* morbi nomen eſt, ſed cauſſa. χολὴ eſt bilis: χολέρα morbus: affectus videlicet ventriculi peracutus, cùm bilis vel excernitur vel evomitur. Heſychius: χολέρα, ἔκκρισις κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἔμετος. Sic autem hunc morbum primi nominarunt è Cnido Medici, teſte Galeno lib. II. μεθόδου θεραπευτικῆς· qua de re Petrus Petitus, Medicus Pariſienſis, in ſuis ad Aretæum Obſervationibus, quæ brevi prodibunt, & quas in nomine meo, quæ ejus eſt humanitas, apparere voluit. Latinis tamen *cholera* etiam pro bile uſurpatur. Ælius Lampridius in Alexandro Severo: *Addit Septimius, qui vitam ejus non mediocriter exequutus eſt, tanti ſtomachi fuiſſe Alexandrum in eos judices, qui furtorum fama laboraſſent, etiam ſi damnati non eſſent, ut ſi eos caſu aliquo videret, commotione animi, ſtomachi choleram evomeret.* Etiam Vegetius Veterin. lib. III. cap. 53. bilem à vulgo choleram dici ait. Tatianus dicto loco Diogenem propter eſum crudi polypi ἰλεῷ correptum fuiſſe ſcripſit: quem morbum ſi eumdem eſſe ac χολέραν exiſtimavit, falſus eſt. ἰλεὸς, ſeu εἰλεὸς, eſt morbus inteſtinorum, in quo flatus frigidus in inteſtina inſinuatus, nec per ſuperiora nec per inferiora egredi poteſt, ſed μίμνει ἐπιπολὺ ἐλιττόμενος ἐν ὀλίγῃσι τῶν ἄνω ἐλίξεσι, ut loquitur Aretæus; qui & inde εἰλεὸν dictum fuiſſe ſcribit. Neque χολέρα morbus à χολὰς, hoc eſt, *inteſtinum*, quod vult Alexander Trallianus lib. VII. ſed à χολὴ, hoc eſt, *bilis*, nomen ſumpſit, ut rectè exiſtimavit Celſus lib. IV. cap. 11. & Galenus lib. II. Methodi cap. 1. Ceterùm, pro χολερικῶς, legebat hîc Caſaubonus χολερικῷ: ſupple πάθει: quod non diſplicet: Diodorus Siculus Eclogâ II. ex libro XXVI. ubi de Pompeio: καὶ καταληφθεὶς κυναγχικῷ πάθει· χολερικῶς tamen habent omnes editi & manu exarati: &, ut plenus eſt idiotiſmis Laërtius, tam in phraſi quàm in verbis; quemadmodum Salmaſio obſervatum in Tractatu de Lingua Helleniſtica; non aliter forſan ſcripſerat. εἰς χολέραν περιτρέπεσθαι & χολέρᾳ ἁλίσκεσθαι, dixit Sextus Empiricus Pyrrh.

Hypotyp. lib. I. Hæc obſervaveram cùm ſimilem loquendi modum apud Sextum Empir. Hypotyp. lib. I. reperi: Χρύσερμος δὲ ὁ Ἡροφίλειος εἴποτε πέπερι προσηνέγκατο, καρδιακῶς ἐκινδύνευε. Quare χολερικῶς λεχθῆναι rectum eſt.

Κερκίδας ὁ Μεγαλοπολίτης, ἢ Κρὴς] Cercidæ Megalopolitani, præter Athenæum libro & capite 8. & libro XII. cap. ultimo, meminere, Ælianus Var. Hiſt. XIII. 20. Ptolemæus Hephæſtion apud Photium CXC. Galenus libro VI. Method. ubi de κριομύξοις; Stobæus Sermone II. Stephanus in Μεγάλη πόλις; Pollux; cui *Cercidas* ſimpliciter dicitur: & fortaſſe plures alii. Neque enim ſolùm Poëta fuit, ſed & inſignis Legiſlator. Itaque ab Hephæſtione vocatur νομοθέτης Ἀρκάδων: & à Stephano ἄριστος νομοθέτης, καὶ μιμιάμβων ποιητής; non μελιάμβων, ut habetur in Laërtio. Is librum primum & ſecundum Homeri Iliados αὐτῷ συνταφῆναι, *ſecum ſepeliri*, juſſit. Ita ſcribit Hephæſtion. Fuit nempe Veterum tam magnus admirator, ut alacriter obierit, quia poſt mortem ſe conventurum ſperabat; ex Philoſophis, Pythagoram; ex Hiſtoricis, Hecatæum; ex Muſicis, Olympum; Homerum denique, ex Poëtis: quod in Ælian o legere eſt. Cur autem à Laërtio Μεγαλοπολίτης, ἢ Κρὴς, dicatur, difficile dictu eſt. quid enim Cretenſibus cum Megalopolitanis? quare vir maximus Samuel Bochartus, apud Laërtium emendabat, Μεγαλοπολίτης, ἢ Ἀρκάς. Ceterùm, apud Ariſtotelem libro IV. de Generatione animalium, mentio fit cujuſdam Cercidæ: ſed qui diverſus à Megalopolitano. Apud eumdem Philoſophum libro III. de Partibus animalium, cap. 10. fabella eſt de Hoploſmii Jovis Sacerdote: cujus caput abſciſſum, aliquoties hæc verba ingeminavit, ἐπ' ἀνδρὸς ἄνδρα Κερκιδᾶς ἀπίκτανε. Sed & ille Cercidas homicida à Megalopolitano noſtro diverſus: fuit enim ex Caria. Meminit Suidas Cercidæ, qui Macedonum partibus faveret.

Αἰθεριβόσκας] Αἰθεριβόσκος, Florentinus. Lege αἰθεροβόσκας. Similiter ἀερίοικοι dicebantur Cynici Eubulo Comico apud Athenæum III. 24. Eubuli verba ſuprà retulimus.

77 Ἦν γὰρ ἀλαθέως] Εἷς γὰρ Editio Baſileenſis, & Codex Regius. Florentinus ἧς. Legendum εἷς, id eſt, *unus*, ut vertit Aldobrandinus.

Νυκταλὸς καὶ ὑπνηλὸς] Reſpexit hunc locum Suidas in νυκταλός. νυκταλός. ὁ νυκτὰ φιλῶν. περὶ Διογένους τοῦ κυνός φησιν· Οὐδὲ γὰρ ἦν τις νυκταλὸς καὶ ὑπνηλός.

78 Ἀφικομένων δὲ τῶν πατέρων καὶ τῶν ὑπερεχόντων] Non patres γνωρίμων intelligit, ſed Ἀστυνόμους, ſive Curatores Urbis. Ulpianus ad Orationem Demoſthenis contra Timocratem: ἀστυνόμος. ὁ ἐπὶ τοῦ εἶναι καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος, ὁ παρ' ἡμῖν πατήρ. Sed hoc ex Latinæ linguæ conſuetudine: neque enim Græci veteres ſic loquebantur. *Patres Civitatis* dicuntur ab Imperatore Leone in lib. III. Cod. De iis qui ſponte munera ſuſceperunt; & à Juſtiniano Nov. 17. 75. 104. 128. & 160.

Παρὰ τῇ πύλῃ τῇ φερούσῃ εἰς Ἰσθμον.] Pauſanias in Corinthiacis: ἀνιοῦσι δὲ ἐς Κόρινθον, καὶ ἄλλα ἐστὶ κατὰ τὴν ὁδὸν μνήματα. καὶ πρὸς τῇ πύλῃ Διογένης τέθαπται ὁ Σινωπεὺς, ὃν κύνα ἐπίκλησιν καλοῦσιν Ἕλληνες.

Καὶ ἐπ' αὐτῷ λίθου Παρίου κύνα] Suidas in Φίλισκος hæc verba exſcripſit: Τελευτήσας δὲ ἐν Κορίνθῳ κεῖται. καὶ κύων ἐστὶν ἐπὶ τῷ μνήματι. ἐτιμήθη δὲ εἰκόνι παρὰ Σινωπέων· καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

Γηράσκει καὶ χαλκὸς, &c.

Sed quæ in Διογένης, non in Φίλισκος, ponenda erant. Hujus marmorei canis qui ſuper Diogenis tumulum poſitus fuit, meminit Poëta incertus in Anthologia lib. III. Tit. εἰς φιλοσόφους. Hunc canem ſic interrogat Hoſpes quiſpiam.

Εἰπὲ, Κύον, τίνος ἀνδρὸς ἐφεστὼς σῆμα φυλάσσεις;
Τοῦ Κυνός. Ἀλλὰ τίς ἦν οὗτος ἀνὴρ ὁ κύων;
Διογένης. γένος εἰπέ. Σινωπεύς. ὃς πίθον ᾤκει.
Καὶ μάλα· νῦν δὲ θανὼν, ἀστέρας οἶκον ἔχει.

Quos verſus ita æmulatus eſt Auſonius:

Dic, Canis, hic cujus Tumulus? Canis. At Canis hic quis?
Diogenes. Obiit? Non obiit, ſed abit
Diogenes; cui pera penus; cui dolia ſedes;
Ad Manes abiit? Cerberus ire vetat.
Quonam igitur? clari flagrat quà ſtella Leonis,
Additus eſt juſtæ nunc Canis Erigonæ.

Canem autem Diogenis Tumulo, ad denotandam ejus ſectam, impoſuerunt. Ita Iſocratis Tumulo Siren inſculpta fuit, cui propter orationis ſuavitatem comparabatur. Narrat id Plutarchus de Iſocrate. Idem de Sophocle, narrat Scriptor ejus Vitæ. φασὶ δὲ, inquit, ὅτι καὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ σειρῆνα ἐπέστησαν. Addit, οἱ δὲ χελιδόνα χαλκῆν· pro quo mallem ἀηδόνα· Luſciniæ enim ſuaviſſimè, Hirundines minùs ſuaviter canunt. Immo & hirundinum cantum pro inepta garrulitate uſurpari paſſim apud Auctores videre eſt. Ariſtophanes in Ranis:

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στομύλματα,
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

Ad quem locum Scholiaſtes: Χελιδόνων μουσεῖα. ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα. καὶ γὰρ παροιμία ἐπὶ τῶν βαρβάρων καὶ πολυλόγων καὶ ἐπαχθῶν ἐστι ταττομένη. τοιοῦτον γὰρ τὸ χελιδόνων γένος, πλέον διὰ τὸ πολὺ τῆς ᾠδῆς ἀνιᾶν τοὺς ἀκούοντας, ἢ διὰ τὸ μέλος εὐφραῖνον. καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς, Οὗ περιβρέμεται Θρηικία χελιδών. Idem Enarrator ad hunc verſum ex Avibus,

Εἰ μὴ βαδίζειν, ὥσπερ αἱ χελιδόνες.

Αἰσχύλος τὸ βαρβαρίζειν, χελιδονίζειν. φησὶ καὶ Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ τοὺς βαρβάρους χελιδόνας. Heſychius: χελιδόνων μουσεῖον, ὡς βάρβαρα καὶ ἀσύνετα ποιούντων τῶν Τραγικῶν. Nihil tamen muto: Nam & nonnullis Scriptoribus ſuavis eſt hirundinum cantus. Moſchus in Carmine illo elegantiſſimo, quo mortem Bionis deflet, illum hirundines docuiſſe dicit:

Ἄρχετε Σικελικαὶ τῶ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι·
Ἀηδονίδες, πᾶσαί τε χελιδόνες, αἳς πάκ' ἔτερπεν,
Ἃς λαλέειν ἐδίδασκε.

Achilles Tatius lib. I. ὄρνιθες δὲ, οἱ μὲν χειροήθεις περὶ τὸ ἄλσος ἐνέμοντο, οὓς ἐκολάκευον αἱ τῶν ἀνθρώπων τρο-

φαί. οἱ δὲ ἐλεύθερον ἔχοντες τὸ πτερὸν, περὶ τὰς τῶν δένδρων κορυφὰς ἐπαιζον· οἱ μὲν ᾄδοντες τὰ ὀρνίθων ᾄσματα· οἱ δὲ τῇ τῶν πτερῶν ἀγλαϊζόμενοι στολῇ. οἱ δὲ τέττιγες καὶ χελιδόνες. οἱ μὲν τὴν Ἡσιόδου ᾠδὴν, οἱ δὲ τὴν Θηρέως τράπεζαν. Lucianus Veræ Hiſt. lib. I. ἐπειδὰν δὲ οὗτοι παύσωνται ᾄδοντες, δεύτερος χορὸς παρέρχεται ἐκ κύκνων, καὶ χελιδόνων, καὶ ἀηδόνων. Et in Peregrino: ποίας μὲν οὐ μελίττας ἐπιστήσεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, τίνας δὲ τέττιγας οὐκ ἐπαγαγέσθαι, τίνας χελιδόνας οὐκ ἐπιπτήσεσθαι, καθάπερ ἐπὶ Ἡσιόδου τάφον; Ita enim hoc loco legendum, non, ut vulgò legitur, τίνας δὲ κορώνας. Atque hæc obiter ad oblectandos Legentium animos, ſuperiorum obſervationum lectione minùs jucundâ feſſos. Ad Diogenem Cynicum ut redeam, etiam pera & baculus ejus tumulo inſculpi debuerant. *Diogeni* enim *pera & baculus; quod Regibus diadema; quod Imperatoribus paludamentum; quod Pontificibus galerum.* Verba ſunt Apuleii in Apologia.

Κῆδος] Corrige, Κῦδος.

79 Προκελευσματικῷ μέτρῳ] Diomedes lib. III. *Proceleuſmaticum metrum, eſt quale fecit Serenus,*

Animula miſerula properiter obiit.

Hoc conſtat proceleuſmatico, qui eſt ex quatuor brevibus. In imo recipit triſyllabum pedem incertum, quem quidem in ultima ſyllaba varium obſervandum eſſe, ſuprà dictum eſt. Similia legas apud Donatum cap. de pedibus, Marium Victorinum Artis Grammaticæ lib I. capite item de pedibus, & lib. II. de metro proceleuſmatico, & in tractatu de Carmine heroïco, Terentianum de Metris, Atilium Fortunatianum cap. de proceleuſmatico, Hephæſtionem, & alios Grammaticos. Igitur hîc pro eo quod legitur εἰς ᾅδου, legendum, metro poſtulante, ἐς ᾅδου: & ita legitur apud Suidam in Διογένης· ubi Laërtii Epigramma profert: quod διὰ βραχέων appellat. φέρεται, inquit, καὶ Ἐπίγραμμα εἰς αὐτὸν,

Διόγενες, ᾄγε, λέγε, &c.

Τὸ δὲ Ἐπίγραμμα διὰ βραχέων. Etiam Hephæſtionis Scholiaſtes προκελευσματικὰ μέτρα, μέτρα πυῤῥιχιακὰ vocat. Ita autem metra illa appellata fuiſſe videntur, quia adhortandi vim haberent: Eſt enim παρακελεύειν *adhortari*: quod ipſum ſignificaſſe τὸ προκελεύειν veroſimile eſt.

Καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον ῥῖψαι] Quod etiam teſtatur Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. I. *Durior Diogenes, & idem quidem ſentiens: ſed, ut Cynicus, aſperiùs: projici ſe juſſit inhumatum. Tum amici: volucribuſne & feris? Minimè verò, inquit: ſed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Quî poteris? inquiunt illi: non enim ſenties. Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil ſentienti?*

Ἢ εἰς γε βόθρον συνῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι· οἱ δὲ, εἰς τὸν Ἔλισσον ἐμβαλεῖν, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται] Pro Ἔλισσον; legendum videtur, Ἴλισσον, ex Æliano. Ita enim ille Var. Hiſt. lib. VIII. cap. 14. Διογένης ὁ Σινωπεὺς, ὅτε λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ, ἑαυτὸν φέρων μόλις, ἔῤῥιψε κατά τινος γεφυρίου πρὸς γυμνασίῳ ὄντος, καὶ προσέταξε τῷ παλαιστροφύλακι, ἐπειδὰν αἴσθηται ἀποπεπνευκότα αὐτὸν, ῥίψαι εἰς τὸν Ἴλισσον. οὕτως ἄρα ὀλίγου ἔμελε Διογένει καὶ θανάτου, καὶ ταφῆς. *Diogenes Sinopenſis, cùm jam letali morbo eſſet affectus, vix ſe ipſum ſuſtinens, dejecit ſe de ponte, qui prope Gymnaſium erat: mandavitque Cuſtodi palæſtræ, ut cùm ipſe expiraſſet, ſe abjiceret in Iliſſum: adeò pro nihilo duxit mortem & ſepulturam Diogenes.* Eſt verò Iliſſus, fluvius Atticæ; quod nemo neſcit. At in flumen conjectus Diogenes Canis, fratribus ſuis; hoc eſt, Canibus; utilis minimè fuiſſet: ſed piſcibus: quemadmodum de Æthiopibus ἰχθυοφάγοις narrat Sextus Empiricus; qui mortuos in paludes conjiciunt; piſcibus eſcam futuros: Αἰθιόπων δὲ οἱ ἰχθυοφάγοι, εἰς τὰς λίμνας ἐμβάλλουσιν αὐτοὺς, ὑπὸ τῶν ἰχθύων βρωθησομένους. Locus eſt in lib. III. Pyrrh. Hypot. cap. 24. Vidit hoc Aldobrandinus, qui hæc verba, οἱ δὲ εἰς τὸν ἔλισσον ἐμβαλεῖν, vertit, *ſupra ſtercus projici.* Ea παραβεβλημμένα eſſe, non invitus exiſtimarim, & ex Æliano ad oram Laërtii ab eruditulo Librario adnotata; quæ poſteà, aliorum Librariorum inſcitiâ, in textum, ut fieri ſolet, irrepſerint: nam plenus eſt Laërtius additamentorum. Scripſiſſe autem Laërtium putarim, ἢ εἰς γε βόθρον συνῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται. Sed cùm Iliſſus flumen ſit Atticæ, ut modò dicebamus, Diogenem verò Corinthi diem ſuum obiiſſe, vel ex ipſo Laërtio, conſtet, vox Ἴλισσος apud Ælianum locum habere vix poteſt. Eſt qui exiſtimet, cùm apud Laërtium, tum apud Ælianum, legendum, εἰς τὸν ἕλειον· id eſt, *in locum paludoſum.* Suidas: ἕλειος. ὁ κάθυδρος καὶ σύνδενδρος τόπος. Novum non eſt adjectiva poni ſine ſubſtantivis, quæ ſubaudiuntur. Ita ſuprà apud ipſum Laërtium, ex Caſauboni emendatione, χολερικῷ ληφθῆναι, ſupple πάθει. Favet non parùm huic conjecturæ Codex Florentinus manu exaratus; ubi diſertè legitur εἰς τὸν εἵλισσον. Iliſſus fluvius, dicitur Εἵλισσος Ptolemæo & Pauſaniæ. Ex ἕλειον igitur, factum putabat ille primùm εἵλιον, & poſteà εἵλισσον, & deinde Εἵλισσον; & poſtremò Ἴλισσον, quod idem eſt: & huic lectioni cauſſam dediſſe apud Ælianum, quòd ibi ſcriptum fuit, ἑαυτὸν φέρων μόλις, ἔῤῥιψε κατά τινος γεφυρίου πρὸς γυμνασίῳ ὄντος· cùm enim ibi ſermo eſſet de ponte, de Iliſſo flumine in ſequentibus mentionem quoque fieri, imperiti Librarii exiſtimarunt. At etiam paludoſa loca ponticulos habent. Legebat Monachius, vir acutiſſimus & doctiſſimus, εἰς τὸ ἕλσος: quem lucum, de Cupreſſorum luco, de quo ſuprà, qui in ſuburbio Corinthi, & vicinus Diogenis tumulo fuit, ut eſt apud Pauſaniam in Corinthiacis. Exiſtimabat Bochartus, ut de Homeri loco natali, ita de Diogenis obitus loco, non ſatis conſtitiſſe apud Veteres: & fuiſſe qui pro Corintho, crediderint Athenis fato functum: & in Iliſſum, ſeu Eliſſum, Atticæ amnem, abjici voluiſſe. Et has duas ſententias, licèt ἀσυντάτους, à Laërtio, parum accurato Scriptore; ſive potiùs à Sciolo quodam; fuiſſe confuſas. Certè Diogenes, hieme Athenis; Corinthi, æſtate morabatur: ut eſt apud Dionem Chryſoſtomum: Exiſtimabat præterea vir ille eximius, in Co-

dice Laërtiano verba quædam ſuo loco mota: quæ hoc ordine reponebat: ἔνιοι δέ φασι τελευτῶντα αὐτὸν καὶ ἐντείλασθαι ἄταφον ῥῖψαι, ὡς πᾶν θηρίον αὐτοῦ μετάσχοι· ἢ εἰς γε βόθρον συνῶσαι, καὶ ὀλίγην κόνιν ἐπαμῆσαι, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς χρήσιμος γένηται. οἱ δὲ, εἰς τὸν Ἔλισσον ἐμβαλεῖν. Id eſt, *Quidam ajunt, ipſum morientem, inhumatum ſe projici mandaviſſe, ut omne genus ferarum ſui particeps eſſet: vel certè in foſſam conjici, exiguumque pulverem injici, ut fratribus ſuis utilis eſſet: alii verò, in Iliſſum projici.* Quod non diſplicet. Sed magis placet, ut hæc, οἱ δὲ εἰς τὸν Ἔλισσον, ſint additamentum: nam, ut diximus, plenus eſt Laërtius additamentorum. Sed cùm Diogenem conſtet, ex Laërtio, Corinthi diem ſuum obiiſſe, accipio Iliſſum illum, fluvium, ſeu Eliſſum, de Eliſſone fluvio Sicyoniæ, vicinæ Corintho: de quo ſic Pauſanias in Corinthiacis: ubi de Sicyone: προελθοῦσι δὲ κατὰ τὴν λεωφόρον, Ἔλισσῶν τε καλούμενος ποταμὸς, καὶ μετ' αὐτὸν, Σύβας ἐστὶν, ἐκδιδόντες ἐς θάλασσαν. *Iliſſus, Eliſſus, Eliſſon*, idem. Quod autem exiguum pulverem cadaveri ſuo projici mandaverat Diogenes Canis, ut fratribus; id eſt, canibus; utilis eſſet; hæc Martialis mihi in mentem revocant, in Epitaphio Philænidis libro IX. epigr. 30.

Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena,
Ne tua non poſſint eruere oſſa canes:

quod habuit Martialis ab Ammiano: cujus eſt hoc epigramma libro II. Anthologiæ, titulo εἰς πονηρούς:

Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε,
Ὅφρα σε ῥηϊδίως ἐξερύσωσι κύνες.

Nam Martialem Ammiano illo poſteriorem fuiſſe, non dubitamus. Sed ad rem. Præter Ciceronem, Ælianum, & Laërtium, de ſepultura non curaſſe Diogenem, teſtatur & Stobæus Serm. CXX. ſed loco mutilo, & corrupto: ἔλεγεν ὁ Διογένης, ὅτι ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἔσται ἡ ταφή. ἂν δὲ γύπες * ἁπτέον. ἂν δὲ μηδεὶς προσέλθῃ, ὁ χρόνος καλλίων τῇ ταφῇ διὰ τῶν πολυτελεστάτων, ἡλίου καὶ ὄμβρου. Hyrcani, mortuos canibus vorandos exponebant; Indi, vulturibus. Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. dicto loco: Ὑρκανοὶ δὲ κυσὶν αὐτοὺς (ſermo eſt de mortuis) ἐκτίθενται βοράν. Ἰνδῶν δέ ἔνιοι, γυψί. Plutarchus in libello, An vitioſitas ad infelicitatem ſufficiat: Ὑρκανῶν δὲ κύνες, Βακτριανῶν δὴ ὄρνιθες νεκροὺς ἐσθίουσιν κατὰ νόμους. Theodoritus ad Græcos infideles, Sermone IX. οὐκ ἔτι δ' οὔτε Ὑρκανοὶ, οὔτε Κάσπιοι τοὺς κύνας τοῖς τῶν τεθνεώτων ἐκτρέφουσι σώμασιν. Porphyrius libro IV. de Abſtinentia ab animatis: Τηβαρηνοὶ δὲ ζῶντας κατακρημνίζουσι, τοὺς ἐγγυτάτω γέροντας. Ὑρκανοὶ δὲ καὶ Κάσπιοι, οἱ μὲν ἰλυώδεις καὶ κυσὶν παραβάλλουσι ζῶντας, οἱ δὲ, τεθνεῶτας. &c. Καὶ Βάκτριοι μέντοι κυσὶ παραβάλλουσι ζῶντας τοὺς γεγηρακότας. Quare poſt hæc verba, ἂν δὲ γύπες, de Indorum ſepultura Stobæum locutum, veroſimile eſt. Putarim ſcripſiſſe, ἂν δὲ γύπες, Βακτριανή. Aut potiùs, ἂν δὲ γύπες, Βακκαίων: quæ eſt Samuelis Bocharti, viri undecumque doctiſſimi, ſententia. De Baccæis, Ælianus de Animalibus cap. 22. Βακκαῖοι, γένος δὲ τοῦτ' ἐστὶν Ἑσπέριον, τῶν ἀποθανόντων νόσῳ τοὺς νεκροὺς ὑβρίζοντες, ὡς ἀνάνδρως καὶ μαλακῶς τεθνεώτων, θάπτουσι πυρί. τοὺς δὲ ἐν πολέμῳ βίον καταστρέψαντας, ὡς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ ἀρετῆς μετειληχότας, γυψὶ προσβάλλουσιν, ἱερὸν τὸ ζῶον εἶναι πεπιστευκότες. Ita hoc loco apud Ælianum legendum; non, ut editum eſt, Βαρκαῖοι, rectè vidit Ortelius. Neque enim in Hiſpania ſunt Barcæi, ſed in Africa. At Hiſpaniæ Vaccæos nemo non novit; ex Plinio, Oroſio, Stephano, Iſidoro, aliis. Cetertùm, Celtiberis quoque idem qui Baccæis ritus. Silius libro III.

Venêre & Celtæ ſociati nomen Iberis.
His pugnâ cecidiſſe, decus; corpuſque cremari
Tale nefas. Cælo credunt, Superiſque referri,
Impaſtus carpat ſi membra jacentia vultur.

Et libro XIII.

Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Iberâ:
Exanima obſcœnus conſumit corpora vultur.

Eadem quæ Diogenis, mens fuit Demonactis, Philoſophi quaſi Cynici, quique Diogenem Canem ſummopere mirabatur. Quodam enim illum interrogante, De ſepultura quid imperas? Ne hujus rei ſaragatis, inquit; etenim fœtor me ſepeliet. Reſpondente autem illo, Quid igitur, an non turpe fuerit, ſi tanti viri corpus volucribus & canibus dilaniandum objiciatur? Atqui mihi eſt abſurdum, ſi mortuus quoque nonnullis animalibus utilis ſum futurus. Græca Luciani verba ſic ſe habent: ὀλίγον δὲ πρὸ τῆς τελευτῆς ἐρομένου τινὸς, Περὶ ταφῆς τί κελεύεις; Μὴ πολυπραγμονεῖτε, ἔφη· ἡ γὰρ ὀδμή με βάψει. φαμένου δὲ ἐκείνου, Τί οὖν οὐκ αἰσχρὸν, ὀρνέοις καὶ κυσὶ βορὰν προτεθῆναι τηλικούτου ἀνδρὸς σῶμα; Καὶ μὴν οὐδὲν ἄτοπον, ἔφη, τοῦτο, εἰ μέλλω, καὶ ἀποθανὼν, ζώοις τισὶ χρήσιμος ἔσεσθαι. Qui locus mirè cum Laërtiano congruit. His ſimilia habet Seneca epiſt. 92. *Sed ut ex barba capillos detonſos negligimus, ita ille divinus animus egreſſurus hominem, quo receptaculum ſuum conferatur, ignis illud exurat, an feræ diſtrahant, an terra contegat, non magis ad ſe judicat pertinere quam ſecundas ad editum infantem. Utrum projectum aves differant, an conſumatur*, canibus data præda marinis, *quid ad illum? Qui tunc quoque, cum inter homines eſt, nullas minas timet; ullaſne timebit poſt mortem minas eorum, quibus uſque ad mortem timeri parum eſt? Non conteret, inquit, me, nec uncus, nec projecti ad contumeliam, cadaveris lacaratio, fœda viſuris. Neminem de ſupremo officio rogo: nulli reliquias meas commendo. Ne quis inſepultus eſſet, rerum Natura proſpexit. Quem ſævitia projecerit, dies condet. Diſerte Mecanas ait:*

Nec tumulum curo: ſepelit Natura relictos.

Τῆς αὐτῆς ἡμέρας Ἀλέξανδρον μὲν ἐν Βαβυλῶνι, Διογένην δ' ἐν Κορίνθῳ τελευτῆσαι] Idem teſtatur Plutarchus Sympoſ. VIII. I. ἐμνήσθησαν δὲ καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τελευτῆς, καὶ τῆς Διογένους τοῦ κυνὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ γενομένης.

Ἦν δὲ γέρων κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα] Meurſius Attic. Lect. II. 12. legendum contendit κατὰ τὴν τετάρτην καὶ δεκάτην, &c. Eum adito,

Διὸ-

80 Διάλογοι κεφαλαίων] Vertit uterque Interpres, *Dialogi capitum.* Vertiſſe debuerunt: *Dialogi: Cephalion:* & legiſſe, Διάλογοι· Κεφαλίων. Κεφαλίωνα, ipſe Laërtius hunc Dialogum mox nominabit.

Ἰχθύας, Πάρδαλις] Malè in Cod. Flor. ἰχθύες. De Ichthya, Diogenis Dialogo, diximus ſuprà ad Phædonem: ubi de Diodoro, Philoſopho. Diximus & de Pardali, ad initium Vitæ Diogenis; ubi Πορδαλὶς appellatur. πόρδαλις, ſi Etymologo fides, dicitur de pardo, πάρδαλις, de ejus pelle: ſi Suidæ, πόρδαλις, eſt τὸ ζῶον ἄρσην· πάρδαλις, τὸ θηλυκόν. Eadem legere eſt apud Heſychium Gloſſographum. πόρδαλις, inquit, ὁ ἄρσην. ἡ δὲ θήλεια, πάρδαλις. ὁ μὲν, ἀπὸ τοῦ προάλεσθαι. ἡ δὲ, ἀπὸ τοῦ παράλεσθαι.

Κολοιὸς] *Graculus*, Vetus Interpres rectè. *Corvus*, minùs rectè Aldobrandinus: quamquam graculus eſt ex genere corvorum: ſed non avis illa quæ à Gallis *Geay* appellatur. Vide Amœnitates noſtras Juris.

Πολιτεία] Citatur Athenæo IV. 15. Διογένης δ' ἐν τῇ ἑαυτοῦ Πολιτείᾳ, νόμισμα εἶναι νομοθετεῖ ἀστραγάλους. *Diogenes in ſua Rep. pro nummis ut ſint tali pecudum, lege ſanxit.*

Ἐπιστολαί] In quibus citatur à Laërtio ſuprà in hac ipſa Vita: τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον ἔσχεν οἰκίαν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς διασαφεῖ. Exſtant hodie Diogenis Epiſtolæ; ſed ſuppoſititiæ.

Τραγῳδίαι ἑπτά, Ἑλένη, &c.] Sed quas Philiſci Æginetæ, Diogenis Diſcipuli, eſſe ajebat Satyrus, ut mox ſubjicit Laërtius. Ad eumdem Philiſcum, vel ad Paſiphontem Luciani filium, eas quoque referebat Favorinus, teſte Laërtio ſuprà. Citantur verſus aliquot, ex quadam Tragœdia Diogenis, à Clemente Alexandrino. Et ejuſdem nonnullos verſus profert Stobæus. De Diogenis Tragœdia, judicium habes Melanthii apud Plutarchum in libro de Auditione. Negabat is ſe eam videre, quòd vocabula ejus conſpectum intercluderent.

Ἑλένη] Citatur Athenæo XIV. 4. Diogenes Tragicus ἐν τῇ Σεμέλῃ. An hîc legendum Σεμέλη? An apud Athenæum Ἑλένη?

Θυέστης] Noſter ſuprà, in hac ipſa Vita: ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ· εἴγε αὐτοῦ αἱ Τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, &c.

Ἡρακλῆς] Quod drama reſpexiſſe videtur Tertullianus, cùm ait in Apologetico ſect. 14. *Sed & Diogenes nescio quid in Herculem ludit: & Romanus Cynicus Varro trecentos Joves, ſive Jupiteres, ſine capitibus introducit.*

Χρύσιππος] Chryſippus ille de quo Fabulam docuit Diogenes, videtur fuiſſe Chryſippus, filius Pelopis, quem rapuit Laïus; is qui primus puerorum amore arſit, ut eſt apud Ælianum Var. Hiſt. XIII. 5. Eodem Æliano teſte lib. II. ejuſdem Hiſtoriæ cap. 21. Euripides in gratiam Agathonis Chryſippum Tragœdiam ſcripſiſſe dicitur. Chryſippum, Fabulam, docuit & Attius, vetus Poëta Latinus.

Σωκράτης δ' ἐν πρώτῳ τῆς διαδοχῆς.] Lege cum Caſaubono, Σωσικράτης.

Φιλίσκου εἶναι τοῦ Αἰγινήτου] *Philiſtus*, vitiosè in Juliani Codicibus. Suidas Philiſcum Hiſtoricum, & *Philiſcum* & *Philiſtum*, appellat.

Πρῶτος, Ἀπολλωνιάτης, Φυσικός] De quo nos in- 81
frà, ad ejus Vitam.

Ἀρχὴ δ' αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος, ἥδε, λόγου παντὸς ἀρχόμενον δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον παρέχεσθαι] Pindarus Olymp. Ode VI. ἀρχομένου δ' ἔργου, πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. Cicero II. de Oratore: *Prima commendatio Orationis eſt in principio; quod continuò debet allicere.* Notabis obiter, initia librorum, cùm libros citarent, notaſſe Veteres. Exempla paſſim obvia. Plurima collegit doctiſſimus Jonſius: quæ vide, ſi tanti eſt, Philoſophicæ Hiſtoriæ libro II. cap. 5.

Δεύτερος, Σικυώνιος] Non mihi aliunde notus.

Τέταρτος, Στωϊκὸς, γένος Σελευκεὺς, καλούμενος δὲ Βαβυλώνιος, διὰ τὴν γειτονίαν] Mentio ejus fit apud Ciceronem lib. I. de Natura Deorum: *Diogenes Babylonius, in eo libro qui inſcribitur* Minerva: *partum Jovis ortumque Virginis, ad phyſiologiam traducens, disjungit à fabula.* Et apud Quintilianum lib. & cap. I. *Siquidem Leonides, Alexandri pædagogus, ut à Babylonico Diogene traditur, quibuſdam eum vitiis imbuit, quæ robuſtum quoque, & jam maximum regem, ab illa inſtitutione puerili ſunt proſecuta.* Et apud Senecam lib. III. de Ira, cap. 38. *Contumeliam tibi fecit aliquis: numquid majorem quàm Diogeni, Philoſopho Stoico? cui cùm, de ira diſſerenti, adoleſcens protervus inſpuit, tulit hoc ille leniter ac ſapienter.* Non quidem, *inquit*, iraſcor: ſed dubito tamen an iraſci oporteat. De ejus genere dicendi vide Gellium VII. 14. ubi & *Stoicus* appellatur. Citatur in libris de Nobilitate, & in libris de Legibus. Diogenes Seleucenſis Babylonius, apud Athenæum. Sed Epicureus, non Stoicus; quod valde notandum; dicitur Diogenes ille Babylonius ex Seleucia, eidem Athenæo libro V. cap. 13. An alius fuerit à Diogene noſtro Babylonio ex Seleucia, Philoſopho Stoico? Athenæi verba, quia emendatione noſtra egent, adſcribenda putavi. Διογένης ὁ Ἐπικούρειος, ἐξὸν ἔχων ἱκανὴν ἐν οἷς μετεχειρίζετο λόγοις. τὸ μὲν γένος ἦν ἐκ Σελευκείας, τῆς ἐν Βαβυλῶνι. ἀναδοχῆς δ' ἐτύγχανε παρὰ τοῦ βασιλέως, καίτοι τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς λόγοις χαίροντι. Lego χαίροντος. hoc eſt: *Diogenes Epicureus, ſatis promptus atque diſertus, cùm de re quapiam diſputaret. Is genus ducebat è Seleucia, Babyloniæ vicina, acceptus, gratuſque Regi,* (Alexandro, Syriæ Regi) *quamvis Stoicorum placitis ipſe Rex gauderet.* De patria Diogenis Stoici, teſtatur quoque Lucianus in Longævis: Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Et Strabo lib. XVI. τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρητι πλησίον τῆς Βαβυλῶνος ἐν τριακοσίοις ποῦ σταδίοις ἐτείχισε Σελευκὸς ὁ Νικάτωρ. Et poſteà: ὥσπερ δὲ Βαβυλωνίαν τὴν χώραν καλοῦμεν, οὕτω καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐκεῖθεν Βαβυλωνίους καλοῦμεν, οὐκ ἀπὸ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἀπὸ τῆς χώρας. ἀπὸ δὲ τῆς Σελευκείας ἧττον, κἂν ἐκεῖθεν ὦσι, καθάπερ Διογένη τὸν Στωϊκὸν φιλόσοφον. Quæ Strabonis verba, hæc Laërtii διὰ τὴν γει-

τρνίαν, mirè illuſtrant. Notabis tamen ea in Florentinis membranis deſiderari. Seleucia autem trans Tigrim, primò Babylonia dicta eſt διακριτικῶς: deinde etiam Βαβυλών, ut conſtat ex Stephano. Diogenes igitur Σελευκεὺς non immeritò dictus eſt Babylonius. Vide Phaleg. pag. 37.

Πέμπτος, Ταρσεύς, γεγραφὼς περὶ ποιητικῶν ζητημάτων, ὧ λύειν ἐπιχειρεῖ] Meminit ejuſdem & Laërtius in Epicuro: Διογένης ὁ Ταρσεύς, ὁ τὰς ἐπιλέκτους σχολὰς συγγράψας· ubi & earum librum viceſimum citat: ut minimùm viginti libris ea πραγματεία conſtiterit. Ibidem. Ἐπιτομὴν τοῦ Ἐπικούρου Ἠθικῶν ſcripſiſſe ait Laërtius. De eo, etiam Strabo lib. XIV. ubi de Tarſo civitate: τῶν δ' ἄλλων φιλοσόφων,

Οὕς κεν ἐϋγνοίην, καὶ τοὔνομα μυθησαίμην,
Πλουτιάδης τε ἐγένετο, καὶ Διογένης τῶν περιπολιζόντων, καὶ σχολὰς διατιθεμένων εὐφυῶς. ὁ δὲ Διογένης καὶ ποιήματα ὥσπερ ἀπεφοίβαζε, τεθείσης ὑποθέσεως, τραγικὰ ὡς ἐπιτοπολύ. Id eſt: *De reliquis autem Philoſophis;*

Quos quidem ego norim, quos nomine dicere poſſim;
Plutiades fuit; & Diogenes; qui ad Urbes profecti, Scholas dextrè compoſuerunt. Verſus etiam Diogenes quocumque argumento propoſito, tamquam Apollinis inſtinctu concitatus, pronuntiabat; Tragicos ut plurimùm. Ceterùm, συγγραμμάτων, non ζητημάτων, habent hîc apud Laërtium Editiones nonnullæ; nec non Codex Palatinus. Sed ζητημάτων rectum eſt. Ita ζητήματα Ὁμηρικὰ ſcripſit Porphyrius.

Λύειν ἐπιχειρεῖ] Inde Λυτικοὶ & Ἐπιλυτικοὶ Grammatici, qui talia ζητήματα ſolvebant. Athenæus XI. 12. ὁ θαυμάσιος Λυτικὸς Σωσίβιος. Suidas: Σωσίβιος, Λάκων, Γραμματικὸς τῶν Ἐπιλυτικῶν καλουμένων. Euſtathius Iliad. ι. Οἱ δὲ παλαιοὶ Λυτικοὶ λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς λύσιν τῆς ῥηθείσης ἀπορίας. Zenodotum Alexandrinum Λύσεις Ὁμηρικῶν Ζητημάτων ſcripſiſſe, teſtatur Suidas. Etiam Xenocrates Λύσεις ſcripſiſſe περὶ τοὺς λόγους, ſcripſit Laërtius noſter in ejus Vita.

Ἀθηνόδωρός φησιν ἐν ὀγδόῃ Περιπάτων] Athenodorus ille, Cæſaris Auguſti præceptor fuit, & poſteà Tiberio præpoſitus ab eodem Auguſto. Ejus Περιπάτων libros infrà quoque in Democrito teſtes adducit Laërtius. De eo multa Voſſius lib. II. de Hiſt. Græcis cap. 5.

Τὸν δὴ φιλόσοφον, &c. ἀεὶ στιλπνὸν φαίνεσθαι διὰ τὸ ἀλείφεσθαι] Hæc alieno loco poſita ſunt, & ſapiunt additamentum: deinde, ad quem Diogenem referri debeant, non ſatis conſtat: fuere enim tres philoſophi hoc nomine. Simile quid de Cynico narrat Arrianus Diſſertat. Epicteti III. 22. στίλβων γὰρ περιήρχετο, καὶ καθ' αὐτὸ τὸ σῶμα ὑπέστρεφε τοὺς πολλούς. *Pellucens etenim obambulabat, & per corpus ipſum multos in ſe convertit.*

Mirum verò, uti rectè Voſſius obſervavit, omiſiſſe Laërtium, in elencho Diogenum, Diogenem Cyzicenum, qui libros de patriæ ſuæ Inſulis reliquit, & quorum meminit Stephanus Geographus in Βέσβικος, in Ἀδράστεια, & in Ζέλεια. De eo Suidas: Διογένης, ἢ Διογενειανὸς, Κυζικηνὸς, Γραμματικός. ἔγραψε πάτρια Κυζίκου. Περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων. Περὶ στοιχείων. Hi libri τὰ πάτρια Κυζίκου inſcripti, erant numero ſeptem. Stephanus in Βέσβικος· Βέσβικος. νησίδιον περὶ Κύζικον, ὡς Διογένης ὁ Κυζικηνὸς ἐν πρώτῃ τῶν ἑπτὰ περὶ τῆς πατρίδος νήσων λέγων. Neque enim hos ab illis diverſos puto. Idem Stephanus, in Ζέλεια· Διογένης ἐν τρίτῃ Κυζίκου. Et in Ἀδράστεια: Διογένης ἐν πρώτῃ Κυζίκου. Omiſit Laërtius & Diogenem Athenienſem; de quo Plinius XXXV. 5. & Diogenem, Medicum, cujus meminit Galenus lib. III. de Compoſit. medicam. κατὰ τόπους cap. 3. ubi de narium ulceribus agens, medicamentum hujuſce Diogenis Medici pro narium ulceribus deſcribit, hoc titulo, Διογένους φάρμακον ἐπιτετευγμένον. Item lib. IX. cap. 7. ubi de remediis hæmorrhoïdum, Diogenem cujuſdam medicamenti auctorem nominat. Fuit & Diogenes Bœotarcha; de quo Pauſanias in Phocicis: & Diogenes Macedonici præſidii Dux, de quo idem Pauſanias in Corinthiacis: & Diogenes Phrygius ἀθεος, de quo Ælianus Var. Hiſt. II. 31. & Tragœdus, de quo idem Ælianus III. 30. & de Animal. VI. I. & Diogenes Ameſtrianus, de quo Philoſtratus in Chreſto Sophiſta. Taceo de Diogene Juliani Imperatoris æquali, de quo Julianus epiſt. 35. cùm illius meminiſſe, ut pote illo antiquior, Laërtius noſter non potuerit. Meminit in Zenone, Diogenis Ptolemæenſis, quem hîc quoque omiſit. Omiſit & Diogenem, Pictorem, qui cum Demetrio Rege vixit, & de quo Plinius lib. XXXV. cap. 11. & Diogenem, Suſianæ Præfectum, de quo Polybius lib. V. Item, Diogenem, Mediæ Prætorem, de quo Stephanus in Ἀβίλη, ubi dicitur ὁ διασημότατος Σοφιστής. Citatur à Clemente Alexandrino in Protreptico, Diogenes quidam ἐν πρώτῳ Περσικῶν. Et Diogenes alter in libro de Incredibilibus ultra Thulen, ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις, à Porphyrio in Vita Pythagoræ. Hujus libri Excerpta habemus apud Photium.

MONIMUS.

Καθά φησι Σωκράτης] Σωσικράτης rectè emendabat Caſaubonus: quâ in voce peccatum in his libris non ſemel. Soſicrates Rhodius ſcripſit de Succeſſionibus Philoſophorum, de quo ſæpe monuimus. 82

Ἔν τινι γοῦν τῶν δραμάτων, ἐν τῷ Ἱππακόμῳ] Rectè quoque hæc verba ἐν τῷ Ἱππακόμῳ, additamentum eſſe exiſtimabat idem Caſaubonus. Ea tamen agnoſcunt omnes editi & manu ſcripti. 83

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος φιλόσοφος] Hos verſus corruptiſſimos, ita emendabat, in Notis ſuis ad Excerpta ex Tragicis, Hugo Grotius, Vir incomparabilis:

--- Μόνιμος ἄνθρωπος ἦν τις φιλόσοφος
Ἀδοξότερος, μίαν δὲ μὴ πήραν ἔχων,
Πήρας μὲν οὖν τρεῖς. ἀλλὰ κυνὸς ἐν σχήματι
Ἐφθέγξατ' οὐδὲν ἐμφερὲς, μὰ τὸν Δία,

Τῷ γνῶθι σαυτὸν, οὐδὲ τοῖς βιωμένοις
Τούτοις· ὑπὲρ ταῦτ' οὐ προσαιτῶν, οὐ ῥυπῶν·
Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν τυφλὸν εἶναι πᾶν ἔφη.

Hoc eſt, eodem Grotio interprete,

Fuit olim Monimus ſanè Philoſophus,
Sed ignobilior. Pera huic una non erat:
At enim verò tres. Is, caninum habitum ferens,
Nihil dicebat ſimile iſtis ſententiis,
Puta, Te ipſum noſce, quæque coacta ejuſmodi.
Sed nec mendicans quicquam, nec ſorde obſitus,
Non conſtat, inquit, ea de re quæ ſumitur.

τὸ ὑπολαμβάνειν, ſive ὑπολαμβανόμενον, inquiebat Vir ille magnus, eſt id quod opinamur. Id cæcum eſt; id eſt; non eſt certum; non conſtat. Hunc ergo ſenſum Philoſophicum habebat dictum Monimi. At Menander innuebat, quidquid furto aliis ſubducitur, id alios latere: nam furto vivebat Monimus, obvia in tres peras corradens. Hactenus Vir ampliſſimus: qui pro

Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη,

legebat,

Τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν τυφλὸν εἶναι πᾶν ἔφη.

Sed pace tanti viri liceat dixiſſe; in hoc poſtremo verſu nihil omnino mutandum. Nam præter quàm quòd in omnibus editis & manu ſcriptis libris ita conſtanter legitur, à quibus levi de cauſa non eſt recedendum, conſtat è Sexto Empirico, id fuiſſe Monimi Cynici effatum, τῦφον εἶναι τὰ πάντα. Ille enim libro VII. adverſus Mathematicos tractatu 2. capite εἰ ἐστί τι ἀληθὲς, poſtquam dixit Xeniadem Corinthium exiſtimare nihil eſſe verum, ſubjungit, τάχα δὲ καὶ ὁ Μόνιμος ὁ Κύων, τῦφον εἶναι τὰ πάντα. quod ita interpretatur, ὅπερ οἱηπὶς ἐστι τῶν οὐκ ὄντων, ὡς ὄντων. Idem eodem libro, tractatu I. de Philoſophia, capite quod inſcribitur, εἰ ἐστι κριτήριον ἀληθείας, inter eos qui κριτήριον ſuſtulerunt, Monimum recenſet. Et poſteà: οὐκ ὀλίγοι δὲ ἦσαν, ὡς προεῖπον. οἱ καὶ τοὺς περὶ Μητρόδωρον καὶ Ἀνάξαρχον, ἔτι καὶ Μόνιμον φήσαντες ἀνηρηκέναι τὸ κριτήριον. ἀλλὰ Μητρόδωρον μὲν, ὅτι εἶπεν, Οὐδὲν ἴσμεν. οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἴσμεν, ὅτι οὐδὲν ἴσμεν. Ἀνάξαρχον δὲ καὶ Μόνιμον, ὅτι σκιογραφίᾳ ἀπείκασεν τὰ ὄντα, τοῖς τε κατὰ ὕπνους, ἢ μανίαν προσπίπτουσι ταῦτα ὡμοιοῦσθαι ὑπέλαβον. *Non fuerunt autem pauci, ut priùs dixi, qui, & Metrodorum, & Anaxarchum, & præterea Monimum, dixerint ſuſtuliſſe id quod judicat. Et Metrodorum quidem, quoniam dixerit nos nihil ſcire; & ne hoc ipſum quidem ſcire quòd nihil ſciamus. Anaxarchum autem & Monimum, quoniam ea quæ ſunt aſſimilarunt adumbratæ picturæ, & exiſtimarunt ea eſſe ſimilia iis quæ incurrunt in ſomno & furore.* Etiam Marcus Antoninus Imperator libro II. περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν ſectione 13. ὅτι πᾶν ὑπόληψις. δῆλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς τὸν Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα. quod idem ſignificat ac illud τὸ γὰρ ὑπολαμβάνειν, τῦφον εἶναι πᾶν ἔφη: omnia ſcilicet in opinione ſita eſſe. Ex iſtis autem Marci verbis πρὸς τὸν Κυνικὸν Μόνιμον λεγόμενα, vidi qui crederent eum adverſus Monimum Cynicum ſcripſiſſe. Addubitabat Anglicus Interpres, num Marcus ibi Dialogum aliquem innueret, in quo adverſus Monimum diſſerens quis introduceretur: an verò πρὸς, hoc loci *apud* ſignificaret. Fortè ſcripſerat Marcus, πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου λεγόμενα: quòd à recepta lectione minùs longè recedit. Redeo ad Grotii emendationem. Quis dixit Ampliſſimo Viro Monimum furem fuiſſe, obviáque omnia in tres peras corradere ſolitum? Certè Laërtius virum illuſtrem adeò evaſiſſe ait, ut de eo Menander mentionem fecerit: ἐγένετο δὴ ἀνὴρ ἐλλόγιμος, ὡς καὶ Μένανδρον αὐτοῦ τὸν Κωμικὸν μεμνῆσθαι. Quare in Menandri verſibus, pro ἀδοξότερος, putarim legendum ἐνδοξότερος: niſi ἀδοξότερος ibi ſit ἀφιλόδοξος, *contemptor gloriæ*; qualis à Laërtio Monimus deſcribitur: quod non puto. Nihil igitur mutandum in hoc poſtremo verſu: ſed neque in voce βωμένοις: pro qua Grotius reponit βιωμένοις. βοώμενα, ſunt πολυθρύλλητα, *decantata*; &, ut loquitur Cicero, *cantatiſſima*. Ceteras Viri Ampliſſimi emendationes probo, laudo, amplector. Pro

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, φιλόσοφος,

habet Editio Stephanica

Μόνιμός τις ἦν ἄνθρωπος, ὦ Φίλων, σοφός·

quæ lectio confirmatur auctoritate Codicum Palatini & Florentini, & utriuſque Regii. & quam potiorem duco. Pro μικρῷ δὲ ὁ τὴν πήραν ἔχων, habet Stephanica Editio μικρὰν δὲ πήραν ἦν ἔχων. At Codex Florentinus, μίαν οὐκ, ſenſu optimo. Rectè igitur Grotius μίαν δὲ μὴ πήραν ἔχων. Legi poſſet quoque, μίαν δ' οὐ τὴν πήραν ἔχων, & puto Menandrum ita ſcripſiſſe. Pro ἀλλὰ καὶ εἰκόνος ῥήματι, ſcriptum eſt in Palat. MS. ἐν εἰκόνος μέρει, quod non diſplicet. id eſt, *in parte aliqua ſuæ imaginis.* ῥῆμά τι habet Florentinus. Reponebat Grotius ἀλλὰ κυνὸς ἐν σχήματι. Etiam legi poſſet, ἀλλ' ἐκεῖνος ῥῆμά τι. Pro ὑπὲρ δὲ ταῦτα ὁ προσαιτῶν, &c. Scaliger ad oram libri legendum adnotaverat ὑπερεῖδε ταῦτα. Grotius legit ὑπὲρ ταῦτ', οὐ προσαιτῶν, οὐ ῥυπῶν. Recepta lectio non diſplicet. Pro ὑπολειφθὲν, habet Editio princeps ὑπολαμβὲν· & ita omnino legendum, ut è Sexti Empirici loco ſuperiùs laudato apparet.

Γέγραφε δὲ παίγνια σπουδῇ λεληθυίᾳ μεμιγμένα.] Quod ſcribendi genus Cynicorum fuiſſe obſervat Auctor libelli περὶ ἑρμηνείας. Addit: τὰ γὰρ τοιαῦτα γελοῖα χρείας λαμβάνει τάξιν καὶ γνώμης. *Hujuſmodi ridicula præcepti vicem ſubeunt, admonitionis & ſententiæ.* Quò reſpexit Horatius:

---- *ridiculum acri*
Fortiùs & meliùs magnas plerumque ſecat res.

Καὶ Περὶ ὁρμῶν, δύο, καὶ Προτρεπτικόν.] Citatur & Monimus quidam ἐν τῇ τῶν θαυμασίων συναγωγῇ apud Clementem Alexandrinum in Admonitione ad Gentes, & apud Cyrillum libro IV. contra Julianum; ſed quem alium eſſe exiſtimamus ab hoc noſtro Cynico.

ONESICRITUS.

Ἀστυπαλέα.] Lege, Ἀστυπαλαιέα. Apollo in Oraculo, quod refertur à Theodorito, Sermone x. de Oraculis: Ὕστατος Ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπα- 84

λαιεύς. Ἀστυπαλαιεὺς nomen eſt ἐθνικὸν inſulæ & urbis Ἀστυπαλαίας, de quibus Stephanus. Fallitur Suidas, qui Ἀστυπαλαιεὺς proprium nomen eſſe ait. Ἀστυπαλαῖος dicitur Oneſicritus Ælianо libro XVI. de Animalibus capite 39. Sed ibi pro Ἀστυπαλαῖος legendum videtur Ἀστυπαλαιεύς: ſicut apud Suidam Ἀστυπαλαία. Aſtypalæam, Ancæi matrem & Phoenicis filiam, faciunt, Pauſanias in Achaïcis, Scholiaſtes Apollonii libro I. Et Stephanus de Urbibus: ſed quos refellit Samuel Bochartus in Phaleg, pag. 402.

Οὗτος δὲ Ἀλεξάνδρῳ, &c.] Quod etiam teſtatur Plutarchus Oratione I. de Fortuna & virtute Alexandri: Ὀνησίκριτον δὲ τὸν Διογένους τοῦ κυνὸς μαθητὴν, ὅτι ἄρχοντα τῶν κυβερνητῶν κατέστησεν, ὑπὸ πλειόνων ἱστόρηται. Et Lucianus in libello de Morte Peregrini: ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης, ἰδὼν Καλλανὸν καόμενον. Qui locus genus mortis Oneſicriti nos docet. De India ſcripſiſſe, teſtantur multi veteres. Nempe ad Indiæ Brachmanes ab Alexandro miſſus fuerat, & Calanum ſecum adduxit. In his de India libris citatur à Plinio libro II. capite 73. De Oneſicrito plura Voſſius, libro de Hiſtoricis Græcis paginâ 59.

Ὁ δὲ, Ἀλεξάνδρου.] Meminit Arrianus libro VI. de Exped. Alexandri: τοῦ μὲν δὴ ναυτικοῦ παντὸς Νέαρχος αὐτῷ ἐξηγεῖτο· τῆς δὲ αὐτοῦ νεὼς κυβερνήτης Ὀνησίκριτος, ὃς ἐν τῇ ξυγγραφῇ, ἥντινα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ξυνέγραψε, καὶ τοῦτο ἐψεύσατο, ναύαρχον ἑαυτὸν εἶναι γράψας, κυβερνήτην ὄντα.

Πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει.] Reſpexit hunc Laërtii locum Suidas in Ὀνησίκριτος: Ὀνησίκριτος. ὄνομα κύριον. ὁ δὲ Ὀνησίκριτος, ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει, τουτέστι, τοῦ Ξενοφῶντος. Oneſicritus quidam, citatur à Plinio libro II. capite 73.

Μένανδρος, Διογένους μαθητὴς, ὁ ἐπικαλούμενος δρυμός.] Mihi non aliunde notus; neque Hegeſæus ille Sinopenſis, cui cognomen *lagneus*. De Philiſco Ægineta, diximus non uno loco ad Diogenis Vitam; ubi nos vide.

CRATES.

85 Κράτης Ἀσκώνδου, Θηβαῖος, &c.] Similia habet Suidas: Κράτης Ἀσκώνδου, Θηβαῖος, φιλόσοφος Κυνικὸς, μαθητὴς Διογένους καὶ Βρύσωνος τοῦ Ἀχαιοῦ. Et in Ὑπαρχία: γυνὴ Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ, ὃς ἦν Ἀθηναῖος Βρύσωνος μαθητὴς τοῦ Ἀχαιοῦ. ubi vitioſè Ἀθηναῖος pro Θηβαῖος. De Briſone iſto Achæo, aliiſque Bryſonibus, videatur Jonſius de Scriptor. Hiſt. Philoſ. libro II. cap. 1.

Τοῦτου παίγνια φέρεται τάδε, Πήρη τις πόλις, &c.] Imitatus Homericum illud ex Odyſſea τ. 172.

Κρήτη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἰνοπι πόντῳ
Καλὴ, καὶ πίειρα.

Jam cetera tam mirifica: quæ ſi tu legiſſes; magis mihi peram quam nuptias Pudentillæ invidiſſes. Ubi pro πόντῳ, legendum τύφῳ. Meminit hujus Cratetis παιγνίου & Dionyſius Halicarnaſſeus in libello περὶ ἑρμηνείας, his verbis: καί τοί ἐστι πολλαχοῦ ἐκ παιδιᾶς παραμεμιγμένη δεινότης ἐμφαινομένη τις, οἷον ἐν ταῖς Κωμῳδίαις· καὶ πᾶς ὁ Κυνικὸς τρόπος. ὡς τὰ Κράτητος,

Πήρη τις γαῖ' ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἰνοπι τύφῳ.

Et ſanè multis locis ex joco admixto perſpicitur exiſtere gravitas quædam. Veluti in Comœdiis; & omnis Cynicus modus: ut illa Cratetis, Πήρη, &c. ubi obiter obſervandum γαῖα legi non πόλις, ut hoc loco; quod minùs placet: quamquam & ita apud Apuleium.

Περίῤῥυτος.] H. Stephanus περίῤῥυπος, hoc eſt, *ſordida*, reponebat: quod probat Caſaubonus. Idem & mihi videbatur. τὸ περίῤῥυπος cum voce καλὴ in ore Cynici optimè convenit.

Ἐπαγαλλόμενος.] Malè Editio prior, ἐπωγελλόμενος.

Θύμον.] *Animum*, ineptè Vetus Interpres. Curionis Editio, *lupinum* (id eſt, θέρμον) agnoſcit, teſte Leopardo libro VIII. Emendat. capite 2. Tu, verte, *allium*. Heſychius: θύμον. τὸ σκόροδον. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Plutum, Actu II. εἴδος βοτάνης εὐτελοῦς exponit: quem ſequitur Suidas, qui & ejus verba exſcripſit. Infrà eodem loco idem Scholiaſtes exponit, βόλβους, ἢ ἀγριοκρόμμυα. Sed omnino eſt *allium*: eſt enim à Syriaco, aut Chaldaico, *thum*, quod idem ſonat, & quod eſt ab Ebræo שׁוּם *ſchum*, qua voce utitur Moſes Numerorum XI. 5. Utuntur & Paraphraſtæ ad eum locum. Eadem vox occurrit in Thalmude, & in Medicis Arabibus; non infrequenter. Salmaſius, qui non meminerat θύμον vocem eſſe Phœniciam, miratur cur *allium*, aut *cepe*, Grammatici exponant: & quærit, an allia & cæpas Veteres ita vocarent ab animoſa acrimonia. Eum vide ad Solinum paginâ 1286. Hanc autem vocis θύμου originationem (nam ingenui fateri per quos profeceris) Samueli Bocharto acceptam refero.

Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκα, &c.] Verſus ſunt Jam- 86
bici: qui ita legendi & diſtinguendi:

Τίθει Μαγείρῳ μνᾶς δέκ', Ἰατρῷ δραχμὴν,
Κόλακι τάλαντα πέντε, Συμβούλῳ κάπνον,
Πόρνῃ τάλαντον, Φιλοσόφῳ τριώβολον.

Ita rectè Codex Regius, & Stephanicus, & Palatinus, & Florentinus. Ita & Farneſianus, teſte Mureto libro IX. Variarum Lectionum capite ultimo.

miliane, vir domi inter Thebanos proceres dives & nobilis, amore hujus habitus, quem mihi objectas, rem familiarem largam & uberem populo donavit. Multis ſervis à ſeſe remotis ſolitatem delegit: arbores plurimas & frugiferas præ uno baculo ſprevit: villas ornatiſſimas una perulâ mutavit; quam poſtea, compertâ utilitate, etiam Carmine laudavit; flexis ad hoc Homericis verſibus, quibus ille Cretam inſulam nobilitat. Principium dicam, ne me hæc ad defenſionem putes confinxiſſe.

Malè vulgò legitur Κόλακι τάλαντα δέκα, metro reclamante. Si per metrum liceret, pro καπνὸν, quæ vox hîc locum habere vix poteſt, χαλκὸν legerem lubens.

Τίθει.] κυριολόγως. eſt enim τιθέναι *referre rationes:* quo ſenſu *ponere* etiam Latini uſurpârunt. Vide Caſaubonum ad Theophr. Charact. pag. 347.

Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Θυρεπανοίκτης, &c.] Paria habet Suidas: ἐπεκλήθη Θυρεπανοίκτης, διὰ τὸ ἀδεῶς εἰσέρχεσθαι εἰς παντὸς οὗπερ ἠβούλετο οἶκον. Adde & Plutarchum Sympoſ. libro II. Quæſt. 1. Κράτητα δὲ τὸν φιλόσοφον εἰς πᾶσαν οἰκίαν εἰσιόντα μετὰ τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης τῶν δεχομένων, Θυρεπανοίκτην ἐκάλουν. Et Apuleium, quem vide Florid. IV.

Ἔστιν αὐτοῦ καὶ τόδε, Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον, &c.] Quod ἐπαρῴδισεν ex verſibus, qui Sardanapali tumulo inſcripti ſunt. Plutarchus in libro De ſui laude ad Herculanum: πάνυ δὲ χαριέντως καὶ ὁ Κράτης πρὸς τὸ,

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον,

ἀντέγραψε τὸ,

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ Μουσῶν
Σέμν' ἐδάην.

Inſcriptum autem Sardanapali tumulo tale fuit Epigramma, ut legere eſt apud Strabonem libro XIV.

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι· θανόντι τοι οὐ τις ὄνησις·
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.
Ἥδε σοφὴ βιότοιο παραίνεσις ἀνθρώποισιν.

Addit Strabo meminiſſe hujus Epigrammatis etiam Chœrilum; ſed vulgò quidem ita jactari:

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον. τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Et ita citatur à Theodorito ad Græcos infideles Serm. XII. Paulò aliter refertur à Dione Chryſoſtomo in IV. de Regno: τὸ Σαρδαναπάλου προφέρεται πολλάκις ἐλεγεῖον,

Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἐρώτων
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ὄλβια πάντα, λέλειπται.

Ubi notabis obiter, verſus heroicos ἐλεγεῖον appellari. Sed ibi τὸ ἐλεγεῖον, eſt *parvum poëma*; *minutum quoddam opuſculum*; ut rectiſſimè ad Perſium Caſaubonus. Laërtius noſter infrà, in Empedocle: τί δὲ ἐπιγράψομεν ἐλεγεῖον, ἢ τοῦτο, &c. Auſonius:

Punica turgentes redimibat zona papillas
Herminones: zonæ textum elegeion erat.

Chœrilus illud Epigramma verſibus aliis expreſſerat, quos habes apud Athenæum l. XII. c. 7. Sardanapali illius tumuli meminit Ariſtoteles, & Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. V. qui ſuprà poſitos duos verſus, ita Latinè reddidit:

Hæc habeo quæ edi, quæque exſaturata libido
Hauſit: at illa jacent multa & præclara relicta.

Ceterum & nos, Cratetis exemplo, illos ita ἐπαρῳδήσαμεν:

Πᾶν ὃ φίλοις χαρίσαιο, Φίλων, ἀναφαίρετόν ἐστι.
Ταῦτ' ἔχω ὅσσα ἔδων, τ' ἄλλα δ' ἔμαρψε Τύχη.

reſpicientes ad illud Pompeii, *Hoc habeo quodcumque dedi.*

Καὶ ὅτι ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ περιγένοιτο, Θέμωνα τε κοινιξ, καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν.] Plutarchus in libro de Animi tranquillitate: Κράτης δὲ πίθον ἔχων καὶ τρίβωνα, παίζων καὶ γελῶν ὥσπερ ἐν ἑορτῇ τὸν βίον διετέλεσε.

Ἔρωτα παύει λιμὸς, &c.] Julianus Imperator Orat. VI. οἱ Διογένους νόμοι καὶ Κράτητος ὑπὲρ τούτων οὐκ ἀτιμαστέοι, ἔρωτα λύει λιμός. ἂν δὲ τούτῳ χρῆσθαι μὴ δύνασαι, βρόχος. Id eſt: *Profectò Diogenis & Cratetis leges ſuper ea re, nequaquam aſpernandæ: Amorem ſolvit fames; Si ea uti non potes, laqueus.* Theodoritus Sermone XII. de Virtute activa, ubi de Cratete: οὗτος εἰώθει λέγειν, τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ὁρμῆς κατάπαυμα, λιμὸν εἶναι. In verſu Cratetis, pro τούτοισι, legendum τούτοις, metro poſtulante: Et ita Editiones Stephani. Apud Stobæum, Sermone qui eſt de mulieribus, hi verſus, ſic referuntur. ſub nomine incerti Scriptoris:

Ἔρωτα παύει λιμός· εἰ δὲ μή, χρόνος.
Ἐὰν δὲ μηδὲ ταῦτα τὴν φλόγα σβέσῃ,
Θεραπεία σοι τὸ λοιπὸν ἀρτήσθω.

Θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον, σπυρίδιον ἔχοντα, &c.] Tragœdia illa fuit Euripidis. Hujus meminit Ariſtophanes in Nubibus, nec non in Acharnenſibus; quo nomine, utrobique Euripidem deridendum propinat. In ea Telephus, Rex Myſiæ, pauper & mendicus, & ſportulam tenens, introducebatur. De ſportula, præter Laërtium, teſtatur Ariſtophanes in Acharnenſibus Actu II. Sc. 4. 87

Ἐς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά μοι φυλλεῖα δός.

De paupertate, idem Ariſtophanes, paſſim, in dictis Acharnenſibus & in Nubibus. Etiam ejus Enarrator ad hæc verba è Nubibus Actu III. Sc. 2.

Καί τοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες,
Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων
Εὐριπιδίου, &c.

διαβάλλει Εὐριπίδην, ὡς πτωχὸν εἰσενεγκόντα τὸν Τήλεφον· τοῦτον γὰρ ὡς πτωχὸν εἰσήγαγε περὶ οὗ καὶ κωμῳδεῖται.

Ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν, καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν, &c.] Plutarchus in tractatu de Vitando ære alieno: Κράτης δὲ ὁ Θηβαῖος ὑπ' οὐδενὸς ἀπαιτούμενος, οὐδὲ ὀφείλων, αὐτὰς δὲ τὰς οἰκονομίας καὶ φροντίδας καὶ περισπασμοὺς δυσχεραίνων, ἀφῆκεν οὐσίαν ὀκτὼ ταλάντων· καὶ τρίβωνα καὶ πήραν ἀναλαβών, εἰς φιλοσοφίαν καὶ πενίαν κατέφυγεν. *Thebanus autem Crates, cùm nemo ab ipſo exigeret, cùm nemini quidquam deberet, ipſam rei familiaris diſpenſationem, curaſque & occupationes averſatus, rem* VIII. *talentorum deſerit, ſumptiſque palliolo & perâ, ad Philoſophiam & Paupertatem confugit.* Origenes contra Celſum libro II. περὶ δὲ τοῦ Κράτητος, ἑαυτὸν ἐλευθερώσαντος, διὰ τοῦ τοῖς Θηβαίοις χαρίσασθαι τὸ ὑπὲρ πάσης τῆς κτίσεως πραθείσης δοθὲν αὐτῷ ἀργύριον. Ubi

τὸ ἐλευθερώσαντος, minùs rectè Interpres vertit, *quo liberiùs philoſopharetur*. Et in Matthæum XIX. Κράτητα γὰρ τὸν Θηβαῖον ἐλόμενον δι' ἐλευθερίαν καὶ παράδειγμα εὐτελοῦς βίου, καὶ ὡς ᾤετο, μακάριον ἑαυτὸν βουλόμενον παραστῆσαι τοῖς Ἕλλησι, μηδενὸς χρήζοντα, φασὶν ἀποδόμενον πᾶσαν τὴν οὐσίαν τῷ Θηβαίων δήμῳ δεδωρῆσθαι, μετὰ τοῦ εἰρηκέναι, Ὅτι σήμερον ὁ Κράτης Κράτητα ἐλευθεροῖ. Philoſtratus in Vita Apollonii libro I. capite 10. ὅτε δὴ τὸν μὲν Κλαζομένιον Ἀναξαγόραν ἀγέλαις τε καὶ κηπίοις τὰ ἑαυτοῦ ἀνέντα, προβάτοις, ἔφη, ſupple Apollonius, μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις φιλοσοφῆσαι· τὸν δὲ Θηβαῖον Κράτητα καταπονοῦντα τὴν οὐσίαν, οὔτε ἀνθρώποις γενέσθαι ἐπιτήδειον, οὔτε προβάτοις. Simplicius in Enchiridion Epicteti cap. 10. καὶ πενία δὲ, εἴποι ἂν ὁ Ἐπίκτητος, οὐδὲν δεινὸν, ἐπεὶ καὶ Κράτητι ἂν ἔδοξε τῷ Θηβαίῳ δεινὸν, ὃς τὰ ἑαυτοῦ τῇ πόλει παραχωρήσας, καὶ εἰπὼν Κράτης Κράτητα χρημάτων ἀποστερεῖ. τότε ἔδοξεν ἐλευθεροῦσθαι, καὶ στέφανον ὡς ἐπὶ ἐλευθερίας περιεβάλετο, ὅτε τὴν πενίαν ἀντὶ τῆς εὐπορίας ἠλλάξατο. Videſis Apuleium in Floridis & in Apologia.

Ἀθροίσαντα πρὸς τὰ ἑκατὸν διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις ἀνεῖναι ταῦτα.] Ælianus Var. Hiſt. III. 6. Κράτης ὁ Θηβαῖος, τά τε ἄλλα μεγαλόφρων ὢν πεφώραται, καὶ καταφρονητικὸς τῶν ὑπὸ τοῦ πλήθους θαυμαζομένων· ἄτερ οὖν καὶ χρημάτων, καὶ πατρίδος. ὅτι μὲν οὖν τῆς οὐσίας ἀπέστη τοῖς Θεβαίοις, τοῦτο μὲν καὶ εἰς πάντας ἐξεφοίτησε. Stephanus, περὶ πόλεων, in Ἀθῆναι, Athenas Bœotias foſſâ muniſſe Cratetem, dicit: ὀγδόη Βοιωτίας, (loquitur de pluribus Athenis) ἡ ἐκ τῆς λίμνης ἀναφανεῖσα, μετὰ τὸ πρότερον ἐπικλυσθῆναι τῆς Κωπαΐδος, ὅτε Κράτης αὐτὴν διετάφρευσεν. Quæ, ne quis ea de Cratete Thebano accipiat; quoniam Thebæ, ejus patria, ſunt in Bœotia; moneo accipienda eſſe de Cratete Foſſore, qui fuit cum Alexandro, & qui tertius à Laërtio noſtro recenſetur, ubi de variis Cratetibus egit in Vita Cratetis Academici.

Τὴν οὐσίαν μηλόβοτον ἀνεῖναι.] Plura apud Suidam: Οὗτος καταλιπὼν τὴν οὐσίαν μηλόβοτον, ἀρθεὶς ἐπὶ τοῦ βωμοῦ, εἶπεν,

Ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης.

Et apud Nonnum in Expoſitione Hiſtoriarum quarum meminit Gregorius Nazianzenus in priori Invectiva contra Julianum Imperatorem: Κράτης Θηβαῖος ἦν τῆς Βοιωτίας τὸ γένος. οὗτος φιλοσοφῆσαι θέλων τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν, λαβὼν τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἔῤῥιψε τῷ δήμῳ, κηρύξας οὕτω· Κράτης ἀπολύει τὰ Κράτητος, ἵνα μὴ τὰ Κράτητος κρατήσῃ τὸν Κράτητα· καὶ τὰ χωρία αὐτοῦ εἴασε γενέσθαι μηλόβοτα. Meminit & Sanctus Chryſoſtomus, in Exhortatione ad Viduam juniorem: ἀλλ' ἀκριβέστερον ἡμῶν οἶδας αὐτὴ τὸν Ἐπαμινώνδαν, τὸν Σωκράτην, τὸν Ἀριστείδην, τὸν Διογένην, τὸν Κράτητα, τὸν μηλόβοτον ἀνέντα τὴν χώραν τὴν αὐτοῦ. *Ipſa enim longè meliùs quàm ego, noſti Epaminondam, Socratem, Ariſtidem, Diogenem & Cratetem, qui ſuaſmet poſſeſſiones incultas reliquit ac depoſuit.*

Καὶ εἴτε ἀργύριον εἴη, εἰς θάλατταν βαλεῖν] Suidas: οὗτος κατεπόντωσε τὴν οὐσίαν, ὡς λέγει Φιλόστρατος ἐν τῷ βίῳ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως. Chryſoſtomus Homiliâ IV. ad Titum: τῶν ἔξωθεν Φιλοσόφων πολλοὶ χρημάτων μὲν κατεφρόνησαν, γυναικῶν δὲ, οὐκ ἔτι.

Καὶ Κράτητος μὲν (φησὶν) ὁ οἶκος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, Ἱππαρχίας δὲ, ὑπὸ Φιλίππου] Deeſt quid: niſi ſcripſerit Laërtius, καὶ Κράτητος μὲν κατεσκάφη ὁ οἶκος, &c. Thebas, patriam Cratetis, Alexander evertit. Quod infrà in hac Vita teſtatur ipſe Laërtius. Veriſimile eſt quoque Philippum Maroniam, patriam Hipparchiæ, vaſtaſſe; ut pote qui bellum in Thracia, ubi Maronia ſita eſt, geſſerit. Sed quando de Cratetis domo mentio injecta eſt, non pigebit hîc adſcribere, quod de ea ſcripſit Julianus Imperator in Oratione VI. Græcos videlicet ejus veſtibulo inſcripſiſſe, εἴσοδος Κράτητι ἀγαθῷ δαίμονι. 88

Μηδενὸς γὰρ ἐκείνους δεήσεσθαι φιλοσοφοῦντας] Optima ratione. Ita Modeſtinus Juriſconſultus in lib. I. D. de excuſat. tut. & curat. περὶ δὲ τῶν Φιλοσόφων ἡ αὐτὴ διάταξις τοῦ Πίου· οὕτω λέγει· Φιλοσόφων δὲ οὐκ ἐτάχθη ἀριθμὸς, διὰ τοῦ σπανίους εἶναι τοὺς φιλοσοφοῦντας· οἶμαι δὲ ὅτι οἱ πλούτῳ ὑπερβάλλοντες ἐθέλοντι παρέξουσι τὰς ἀπὸ τῶν χρημάτων ὠφελείας ταῖς πατρίσιν· εἰ δὲ ἀκριβολογοῖντο περὶ τῆς οὐσίας, αὐτόθεν ἤδη φανεροὶ γενήσονται μὴ φιλοσοφοῦντες. *De Philoſophis autem eadem Conſtitutio D. Pii ita dicit: Philoſophorum autem non conſtitutus eſt numerus, quia rari ſunt qui philoſophantur. Exiſtimo autem quòd qui divitiis ſuperabundant, voluntariè tribuent pecuniam in utilitates patriæ. Si autem de pecunia nimiùm ſint ſolliciti, inde jam manifeſti ſient non philoſophantes.* Papinianus lib. 8. ſect. 4. D. de vacat. & excuſat. mun. *Philoſophis, qui ſe frequentes atque utiles per eamdem ſtudiorum ſectam contendentibus præbent, tutelas; item munera ſordida corporalia remitti placuit: non ea, quæ ſumptibus expediuntur: etenim verè philoſophantes pecuniam contemnunt; cujus retinendæ cupidine fictam adſeverationem detegunt.* Diocletianus & Maximinianus lib. 6. C. de Muneribus patrim. *Profeſſio & deſiderium tuum inter ſe diſcrepant: nam cùm Philoſophum te eſſe proponas, vinceris avaritiâ, rapacitate; & onera quæ patrimonio tuo injunguntur, ſolus recuſare conaris.* Valentinianus & Valens lib. 8. C. de Profeſſoribus: *Reddatur unuſquiſque patriæ ſuæ, qui habitum Philoſophiæ indebitè & inſolenter uſurpare cognoſcitur; exceptis iis qui à probatiſſimis approbati, ab hac debent colluſione ſecerni. Turpe enim eſt, ut patriæ functiones ferre non poſſit, qui etiam fortunæ vim ſe ferre profitetur.* Seneca de Beneficiis cap. 17. *Res eſt intolerabilis poſcere nummos & contemnere. Indixiſti pecuniæ odium; hoc profeſſus es: hanc perſonam induiſti, agenda eſt*, &c.

Ἐπ' οἰκήματα παιδίσκης, &c.] Vetus Interpres, *ad ancillæ domum.* Aldobrandinus, *in mulierculæ domum.* Magis placet prior interpretatio. πατρῷον γάμον vocat, quod Clemens Alexandrinus τὰ Κυνογαμεῖα appellat. Ejus locum ad Hipparchiam adducimus.

Τοὺς δὲ τῶν μοιχευόντων τραγικοὺς, &c.] Et hîc ſubolet aliquid deeſſe. Sanè non integer eſt locus. 89

Τούτου γέγονε, &c.] Τούτου, id eſt, Cratetis, non Paſiclis ejus filii. Et Paſiclem fratrem habuit Crates, & Paſiclem, filium.

Ἐλεγέ τε ἀδύνατον, &c.] Crates videlicet, non Paſicles, ejus frater.

Ἀδύνατον εἶναι ἀδιάπτωτον εὑρεῖν] Ποῦ γὰρ ὁ ἀμετατύπτωτος; inquit Marcus, Imperator ὁ φιλοσοφικώτατος. Idem Sacri Scriptores paſſim. Ut 1 Regum, 8. 4. Paralipom. II. v. 36. Proverb. 20. 9. Eccleſ. 7. 20. Johannis 1. 8.

Πιττάκιον] Πινάκιον emendabat ad oram libri Florens Chriſtianus: quæ lectio ferri poteſt. Diogenes Laërtius ſuprà, in Vita Diogenis Cynici: μετὰ δὲ ἐγγράψας εἰς λεύκωμα τὰ ὀνόματα τῶν γραψάντων περιήει ἐξημμένος. Eſt autem λεύκωμα, ut rectè Heſychius interpretatur; idem ac πινάκιον. Sed πιττάκιον etiam rectum eſt. immo rectiſſimum. Celſus libro III. cap. 10. *Duo pittacia, quæ latitudinem frontis, longitudinemque æquent.* Sic autem dicta ſunt, ἀπὸ τῆς πίττης: à pice illita. Hinc Nazianzeni Scholiaſtes Nonnus; loco infrà citando ἐκόλλησεν εἰς τὸ ἑαυτοῦ μέτωπον.

Νικόδρομος ἐποίει] Reſpiciens Pictores & Sculptores. Egregiè Plinius in Præfatione divini operis: *Et ne in totum videar Græcos inſectari, ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique conditoribus, quos in libellis his invenies, abſoluta opera, & illa quoque quæ mirando non ſatiamur, pendenti titulo inſcripſiſſe: ut* Apelles faciebat, *aut* Polycletus: *tamquam inchoatâ ſemper arte, & imperfectâ, ut contra judiciorum varietates ſupereſſet artifici regreſſus ad veniam, velut emendaturo quidquid deſideretur, ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt, quòd omnia opera tamquam noviſſima inſcripſere, & tamquam ſingulis fato adempti. Tria non amplius, ut opinor, abſolutè traduntur inſcripta,* ILLE FECIT, *quæ ſuis locis reddam: quo apparuit, ſummam artis ſecuritatem auctori placuiſſe, & ob id magna invidia fuere omnia ea.* Sed hoc factum Socrati, non Crateti, tribuit Baſilius Magnus in Oratione quam ad Adoleſcentes ſcripſit, De fructu quem ex literis profanis capere poſſent: ἔτυπτέ τις τὸν Σωφρονίσκου Σωκράτην, εἰς αὐτὸ τὸ πρόσωπον ἐμπεσὼν ἀφειδῶς· ὁ δὲ οὐκ ἀντῆρεν, ἀλλὰ παρεῖχε τῷ πικροινοῦντι, τῆς ὀργῆς ἐμφορεῖσθαι, ὥστε ἐξοιδεῖν ἤδη, καὶ ὄπουλον αὐτῷ τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῶν πληγῶν εἶναι. ὡς δ' οὖν ἐπαύσατο τύπτων, ἄλλο μὲν οὐδὲν ὁ Σωκράτης ποιῆσαι, ἐπιγράψαι δὲ τῷ μετώπῳ λέγεται, ὥσπερ ἀνδριάντι τὸν δημιουργὸν, Ο' ΔΕΙΝΑ ΕΠΟΙΕΙ, καὶ τοσοῦτον ἀμύνασθαι. *Cædit quidam Sophroniſci filium Socratem; in faciem ipſam inſolenter impetum facit: is ne verbo quidem propulſat injuriam; verùm ſeſe debacchanti præbet, ut iracundiam omnem explere facilè poſſit. Jam igitur ex plagis tumet, & ſubputrida tota facies cernitur. Ubi verò is verberandi finem fecit, Socrates quidem non alia ratione ulciſcitur injuriam, niſi quòd inſcribit in fronte, ut in ſtatua fieri ſolet,* ILLE FECIT. A Diogene Laërtio tribuitur etiam Diogeni Cynico in ejus Vita: εἰσελθών ποτε ἠμιξύρητος εἰς νέων συμπόσιον, &c. μετὰ δὲ ἐγγράψας τὰ ὀνόματα εἰς λεύκωμα τῶν πληξάντων, περιῆει ἐξημμένος, &c. Refert ad Antiſthenem Gregorius Nazianzenus lib. I. contra Julianum: μέγας ὁ Ἀντισθένης, ὅτι τὸ πρόσωπον συντριβεὶς ὑπό τινος τῶν ὑβριστῶν καὶ θρασέων, ἐπιγράφει τῷ μετώπῳ μόνον, ὥσπερ ἀνδριάντι δημιουργὸν, τὸν παίσαντα, ἴσως ἵνα κατηγορήσῃ θερμότερον. Nonnus ejus Scholiaſtes: Οὗτος ὁ Ἀντισθένης, Κυνικὸς ἦν φιλόσοφος· ὃς τυφθεὶς καὶ πληγεὶς τὸ πρόσωπον, λαβὼν χαρτίαν, καὶ ἐγγράψας τὸν τύψαντα, ἐκόλλησεν εἰς τὸ ἑαυτοῦ μέτωπον, καὶ οὕτω περιῆγε.

Δημήτριον τὸν Φαληρέα πέμψαντα αὐτῷ ἄρτους καὶ 90
οἶνον, ὠνείδισεν, εἰπών, Εἰθέ γὰρ αἱ κρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον] Habet ab Athenæo; Athenæus, à Soſicrate. Hæc ſunt verba Athenæi lib. x. cap. 5. καὶ Κράτης ὁ Κυνικὸς, ὡς φησι Σωσικράτης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς, ἐπερράπισε Δημήτριον τὸν Φαληρέα, σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων καὶ λάγηνον πέμψαντα οἴνου, Εἰθε γὰρ, ἔφη, τὰς κρήνας καὶ ἄρτους ἦν φέρειν. Ubi ἐπιῤῥαπίζειν, eſt *objurgare*. Heſychius: ῥαπίζει, σκώπτει, παίζει. Malè Dalecampius de inflicto colapho interpretatur. Nam, ut rectè Caſaubonus ait ad Athenæi dictum locum, etſi impudens Crates fuit, ut Canis, numquam tamen virum tantâ auctoritate percutere eſſet auſus: & Diogenes Laërtius in eadem re uſus eſt verbo ὀνειδίζειν.

Δῆλον οὖν ὡς ὕδωρ ἔπινεν.] Nam maximè frugalis fuit, atque etiam de frugalitate Hymnum ſcripſit. Auctor Julianus Imperator in Oratione VI. ubi hos verſus ex illo profert:

Χαῖρε θεὰ δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν ἀγάπημα,
Εὐτέλεια, κλεινῆς ἔκγονε Σωροφύνης.

Ὑπὸ τῶν Ἀθήνησιν Ἀστυνόμων, &c.] Vertit Vetus Interpres *ab Athenienſibus juris civilis peritis*: prorſus imperitè. Aldobrandinus, non ita malè, *ab Ædilibus*. Nam quamvis diverſi ſint Ædiles Romanorum ab Aſtynomis Athenienſium, ut docuit præſtantiſſimus Cujacius in Obſervatione 31. libri XXII. tamen, ut uni quandoque duo aut plura munera civilia deferuntur, Aſtynomus pro Agoranomo, ſive Ædile, interdum uſurpatur. Optimæ Gloſſæ: Ἀστυνομία, *Ædilatus*. Et propterea in inſcriptione legis primæ D. de Via publica, & ſi quid in ea factum eſſe dicatur; quam ex libro Papiniani, cui titulus Ἀστυνομικοὶ, & cujus mentio fit in Indice Juſtinianeo, deſumptam eſſe non dubitamus; legitur, *ex libro ſingulari Papiniani de Officio Ædilium*. Propriè tamen diverſi ſunt Agoranomi, ſive Ædiles, ab Aſtynomis: quare hoc loci *Aſtynomi* vertendum exiſtimamus. Agoranomi, ſive Ædiles, ſunt ad quos propriè pertinebat cura rerum venalium. Heſychius: ἀγορανόμος. δικαστὴς, ὁ ἐν τῇ ἀγορᾷ νέμων τὸ δίκαιον. Ulpianus ad Orationem Demoſthenis contra Timocratem: ἔστι δὲ ὁ ἀγορανόμος, ὁ ἐπόπτης τῶν ὠνίων τῆς ἀγορᾶς. Harpocration: ἀγορανόμοι. οἱ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες Ἄρχοντες. Suidas: ἀγορανομίας. λογιστίας. εἴρηται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἐπισκοπούντων τὰ τῶν πόλεων ὤνια. Ubi ἐπισκοποῦντες τὰ ὤνια, ſunt, *qui rerum venalium curam habent; qui res venales conſiderant & ſpeculantur*. Inde *Epiſcopi*, qui præſunt

pani, & cereris venalibus rebus, quæ Civitatum populis ad cotidianum victum uſui ſunt, ut eſt apud Arcadium Chariſium in lib. XVIII. D. de Muneribus. & honoribus. Sequitur apud Suidam: καὶ ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες Ἄρχοντες. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν,

Ἀγορανόμους δὲ τῆς ἀγορᾶς καθίσταμαι,
Τρεῖς τοὺς λυχόντας τούσδ' ἱμάντας ἐκ λέπρῶν.

τουτέστι, λώρους, φραγγέλια. τὸ γὰρ παλαιὸν φραγγελίοις ἔτυπτον οἱ λογισταὶ τοὺς τῆς ἀγορᾶς. Ita legenda hæc poſtrema verba, tum apud Suidam, tum apud Scholiaſten Ariſtophanis ad Acharnenſes, à quo illa ſumpſit Suidas: quemadmodum & priora ex ejuſdem Scholiis ad Veſpas. Atque hæc de Agoranomis. Ad Aſtynomos quòd attinet, curam viarum, & purgandæ urbis habuere. Gloſſæ Antiquæ: *Vicurus*: ἀστυνόμος. Ulpianus ad Demoſthenem dicto loco: ἔστι δὲ ὁ ἀγορανόμος, ὁ ἐπόπτης τῶν ὠνίων. ἀστυνόμος δὲ, ὁ ἐπὶ τοῦ εἶναι καθαρὰν τὴν πόλιν ἀσχολούμενος· ὁ παρ' ἡμῶν πατήρ. His curæ fuerunt & Tibicinæ & Pſaltriæ. Harpocration in Ἀστυνόμος· δέκα φησὶν εἶναι τοὺς Ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, πέντε δ' ἐν ἄστει. ταύτοις δὲ φησι μέλειν, περί τε τῶν αὐλητρίδων, καὶ ψαλτριῶν, καὶ τῶν τοιούτων. Quæ verba exſcripſit Suidas in Ἀστυνόμος. Rectè autem, καὶ τῶν τοιούτων· nam ἀστυνόμος plura alia, quæ erant Urbis, curabat: & generaliter erat ὁ δικαίων κατὰ τὸ ἄστυ, ut ait Heſychius. Videtur ex hoc Laërtii loco & veſtitus curam habuiſſe: quemadmodum & Γυναικονόμοι; de quibus Pollux; qui muliebri mundo Præfecti erant, & mulieres inornatas mulctabant. Ex eodem Laërtii loco, intelligimus etiam eos qui operam tonſoribus dabant, ſindonibus; quod & hodie fit; fuiſſe involutos: eſt enim ſindon veſtis linea; de qua præclara multa vide apud Caſaubonum in Exercitatione XVI. contra Baronium. Adi & Samuelem Petitum Obſervat. lib. II. cap. 8.

Ἕλκε ποδὸς τεταγὼν, &c.] Verſus Homericus, quem nos quoque nuper ἐπαρῳδήσαμεν in imaginem Johannis Launoii, Theologi præſtantiſſimi; *addita qui Faſtis Numina falſa docet*, ut de eo Feramuſius noſter cecinit:

Τὸν Λαυνοῖον ὁρᾷς, ὃς συρφετὸν Οὐρανιώνων
Γίψ ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

91 Καὶ ἐδόκει χρησιμεύειν] Vide Caſaubonum.

Ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν αἰσχρὸς] Erat diſtortis cruribus, & gibboſus, teſte Juliano in Oratione VI. De gibbo teſtatur Laërtius noſter: ſed id ætati tribuit: ἦν γὰρ κυφὸς ὑπὸ χρόνου. Sed Apuleius, gibboſum etiam fuiſſe ait.

92 Ἐρήμους ἔλεγε τοὺς μετὰ κολάκων ὄντας, &c.] Stobæus Serm. XII. Κράτης πρὸς νέον πλούσιον πολλοὺς κόλακας ἐπισυρόμενον, Νεανίσκε, εἶπεν, ἐλεῶ σου τὴν ἐρημίαν.

Βαίνεις εἰς ᾅδαο, &c.] Lege cum Caſaubono,

Βαίνεις τ' εἰς ᾅδαο δόμους, κυφὸς διὰ γῆρας.

93 Πρὸς Ἀλέξανδρον πυθόμενον εἰ βούλεται αὐτοῦ τὴν πατρίδα ἀνορθωθῆναι, &c.] Ælianus Var. Hiſt. III. 6. paulò aliter narrat: ἀπαλλαττόμενος τῶν Θηβῶν οἰκισθεισῶν πάλιν, ἔφη, οὐ δέομαι πόλεως, ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει, ἢ ἄλλος. Ubi legendum ex Laërtio noſtro, ἣν Ἀλέξανδρος κατασκάψει ἄλλος, meliore ſenſu & venuſtiore. Meminit hujus dicti & Philoſtratus lib. VII. de Vita Apollonii cap. 1. ὁ δὲ (Κράτης) ἀνοικιεῖν Θήβας Ἀλεξάνδρου δι' αὐτὸν φήσαντος, οὐκ ἄν, ἔφη, δεηθῆναι πατρίδος, ἣν κατασκάψει τις ὅπλοις ἰσχύσας.

Καὶ Διογένους εἶναι πολίτης] Reſpiciens, puto, Diogenis libros de Republica, de quibus ſuprà.

Μένανδρος ἐν Διδύμοις] Citatur Menander ἐν Διδύμαις apud Athenæum IX. 4. An corrigendus ex Athenæo Laërtius? an ex Laërtio Athenæus?

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε μαθηταῖς αὐτοῦ, &c.] Verſus eſſe Menandri, non verba Laërtii exiſtimabat Hugo Grotius; quos ita emendabat Vir ille magnus in Excerptis Comicorum:

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κεῖνος, ὡς ἔφη
Αὐτὸς, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

Totum autem locum ſic interpretabatur:

Mecum ambulabis trito pallio obſita,
Ut Cynicus ductitavit uxorem Crates.
Idem elocavit Gnatam, lege hac additâ,
Periclum ut ejus fieret triginta dies.

At Samuel Petitus Obſervat. lib. II. cap. 8. reſcribebat.

---- Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε
Χοινίξ, ἐπὶ πήρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

Τωθασμὸς eſt, inquit, & jocus non vulgaris elegantiæ. Dicit enim Menander, non Cratetem, ſed Chœnicem elocaſſe filiam Cratetis. Minima dos Athenis Atticis erat trium ſeſquiminarum, quarum fœnus annuum erat drachmarum octodecim, quot drachmis vœnibant quadraginta octo chœnices, id eſt, unus hordei medimnus. Atqui Crates, dotem non dixit; non dedit; niſi chœnicem, id eſt, σιτηρίσιον ἔμμηνον. Heſychius: χοίνικες. αἱ ἀπὸ μέρους τροφαί. Hactenus Vir doctus. Ipſe, pace tantorum Virorum liceat dixiſſe, dicta verba, Laërtii eſſe exiſtimo, ſed illum ea ex Menandro proferre, non ſervatâ, ut fieri ſolet, verſuum menſurâ. Ea autem ſic legenda non invitus credo: Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε μαθηταῖς αὐτοῦ, κείνοις (malim ἐκείνοις) ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας. ὡς αὐτὸς ἔφη, id eſt, *ut ait Menander*, quem antè teſtem laudaverat. ἐπὶ πείρᾳ δοὺς, id eſt, filiam eis concedens in concubinatum, periculum ut ejus fieret. Gallicè diceremus, *il la leur donna à l'eſſay.*

Μαθηταῖς αὐτοῦ] Abſunt hæ voces ab Editione Baſileenſi, & Stephanica, & Codice Regio. Cratetis Vitam ſcripſerat Plutarchus, teſte Juliano Imperatore in Oratione VI. & Lampria in Indice librorum patris: cujus rei non meminiſſe Laërtium, planè demiror.

METROCLES.

Ὅσ πρότερον ἀκούων Θεοφράστου] Audivit & Xenocratem. Teles apud Stobæum Serm. XCV. Καὶ Μητροκλῆς δὲ ἐκεῖνος ἔφη, ὡς ἔοικε, ὅτε μὲν παρὰ Θεο- 94

φράστῳ

φράσαντα καὶ Ξενοκράτει σχολάζοι, πολλῶν αὐτῷ ἐξ οἴκου ἀποστελλομένων, φοβεῖσθαι μὴ τῷ λιμῷ ἀποθάνοι, καὶ ἀεὶ σπανίζειν, καὶ ἐνδεὴς εἶναι· μεταβὰς δὲ ὕστερον πρὸς Κράτητα, κἂν ἄλλον προστρέφειν μηδενὸς πεμπομένου· & quæ ſequuntur; quæ vide; eſt enim locus prolixior. Id eſt: *Et Metrocles ille, cùm Theophraſto & Xenocrati operam daret, licet multa ei ex domo ſua mitterentur, timere tamen ſe ajebat, ne fame periret; ſemperque inops ac indigus eſſet: poſteà verò cùm ad Cratetem migraſſet, alterum inſuper aluiſſe: quamvis nihil ei mitteretur.*

Διέφθαρτο] Vox mihi ſuſpecta mendi. Conſulendi veteres Codices: legi poſſet non incommodè ἐδυσωπεῖτο: & fortaſſe ita ſcripſerat Laërtius. διέφθαρτο tamen ferri poteſt: puſilli enim & abjecti eſt animi tantillam rem tam ægre ferre. Samuel Bochartus διέπταρε ſcriptum fuiſſe ſuſpicabatur. Qui magno cum impetu ſternutant, crepitum ventris emittere ſolent.

Τέρας γὰρ ἂν γεγονέναι εἰ μὴ καὶ τὰ πνεύματα κατὰ φύσιν ἀπεκρίνετο] Quod etiam viſum Stoicis, à Cynicis tunicâ tantùm diſtantibus: nam illi ajebant, ut eſt apud Ciceronem in Epiſtola illa verecundiſſima ad Pætum, crepitus æquè ac ructus liberos eſſe oportere. Unde colligere licet, ructus liberos illis temporibus apud Romanos, aut Græcos, fuiſſe, ut ſunt hodie in Hiſpania. Etiam Claudius Imperator dicitur meditatus edictum, quo veniam daret flatum, crepitumque ventris in convivio emittendi.

95 Οἷον λῆρος] Verba ſunt Laërtii.

Ἥφιστε πρόμολ' ὧδε] Vide quæ diximus ad Vitam Platonis. Mericus Caſaubonus dixiſſe putabat Metroclem, non Ἥφιστε, πρόμολ' ὧδε Θέτις νύτι σεῖο χατίζει, ut hîc ſcriptum eſt: ſed, Ἥφιστε, πρόμολ' ὧδε, Θε. τις νύτι σεῖο χατίζει· & Θε. τις interpretatur *Theophraſtus quidam*: quod minùs veriſimile mihi videtur. Si quid mutandum; nam recepta lectio ferri poteſt; Metroclem dixiſſe crediderim; Ἥφιστε πρόμολε, Θεόφραστος σεῖο χατίζει.

Τὸν πλοῦτον βλαβερὸν, &c.] Plutarchum audiamus in libello, An vitioſitas ad infelicitatem ſufficiat: Τύχη, πενίαν ἀπειλεῖς; καταγελᾷ σου Μητροκλῆς, ὃς χειμῶνος ἐν τοῖς προβάτοις καθεύδων, καὶ θέρους ἐν τοῖς προπυλαίοις τῶν ἱερῶν, τὸν ἐν Βαβυλῶνι χειμάζοντα, καὶ περὶ Μηδίαν θερίζοντα Περσῶν βασιλέα περὶ εὐδαιμονίας εἰς ἀγῶνα προυκαλεῖτο. *Fortuna, minaris paupertatem? Deridet te Metrocles, qui hieme inter oves; æſtate, in veſtibulis templorum dormiens, provocat ad certamen de felicitate Perſarum regem, Babylone hiemantem, & æſtivo tempore in Media degentem.* Quo loco, pro ἐν τοῖς προβάτοις, reponendum videtur ἐν τοῖς βαλανείοις. Teles apud Stobæum xcv. de eodem Metrocle: καὶ ἐκάθευδε τὸ μὲν θέρος, ἐν τοῖς ἱεροῖς· τὸν δὲ χειμῶνα, ἐν τοῖς βαλανείοις. Tamen hæc lectio ἐν τοῖς προβάτοις, ferri poteſt. Id eſt, *in ovilibus.* Significare poſſet & in foro pecuario, ubi oves divenduntur. Uſitatum Atticis à rebus venalibus nomen locis dare. Pollux x. 2. οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες, εἰς τοὖψον· καὶ, εἰς τὰ μύρα· καὶ, εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν· καὶ, εἰς τὰ ἀνδράποδα. Sed hæc poſtrema interpretatio huic loco minùs convenit.

Δημήτριος ὁ Ἀλεξανδρεύς] Suprà, in Demetrio, octavus recenſetur Demetrius qui Alexandriæ verſatus eſt, Sophiſtes, qui Rhetoricam artem ſcripſit. ſed quem alium eſſe ab hoc noſtro Alexandrino exiſtimamus. Ille enim, Rhetor; hic, Philoſophus Cynicus. Quid autem magis contrarium Philoſophiæ Cynicæ, quàm eloquentiæ profeſſio? De eo Rhetore diximus pluribus ad Demetrium. Diximus ibidem & de hoc Philoſopho Cynico. Adde locum Philoſtrati in Vita Apollonii lib. iv. cap. 8. Theombrotus, Cleomenes, Timarchus, Echecles, aliunde mihi noti non ſunt.

Ἐγένετο καὶ Μένιππος Σινωπεὺς ἐν αὐτοῖς ἐπιφανής.] Falſò Menippus Σινωπεὺς dicitur Laërtio; nam fuit Gadarenſis, ut mox ad ejus Vitam oſtendemus. Tentabam olim Γαδαρεὺς, pro Σινωπεύς. Verùm hæc lectio à receptâ nimiùm remota eſt.

HIPPARCHIA.

Ἱππαρχία.] De mulieribus Philoſophis, nos infrà 96
pluribus ad Epicurum ubi de Themiſte.

Μαρωνῖται δ' ἦσαν.] Clemens Alexandrinus στρωματέων iv. quo loco de feminis doctrinâ claris agit, μέμνηται, inquit, καὶ κυνικῆς τινος· Ἱππαρχίας δὲ ἐκαλεῖτο, ἡ Μαρωνῖτις, ἡ Κράτητος γυνὴ, ἐφ' ᾗ καὶ τὰ Κυνογάμεια ἐν τῇ Ποικίλῃ ἐτετέλεστο. Theodoritus Sermone xii. de Virtute activa, ubi de Cratete: ἀλλὰ τοῦ πάθους ἐπαναστάντος, Ἱππαρχίαν τὴν Μαρωνεῖτιν δημοσίᾳ ἔγημε. *Verùm is libidine inſurgente, Hipparchiam Maronitida publico in proſpectu uxorem cognovit.* Adde Suidam in Ἱππαρχία. Maronea, urbs eſt Thraciæ. Sed quando de Hipparchia, quæ ex urbe Maronea fuit, ſermo eſt, non abs re forſan fuerit hoc loco obſervare, urbem Maroneam etiam *Hipparchiam* fuiſſe appellatam, ut videre eſt in Epiſtola Diogenis ad Cives ejus urbis.

Καὶ ἦρα τοῦ Κράτητος, &c.] Arrianus ad Epictetum III. 22. ἀλλὰ Κράτης ἔγημε. περίστασίν μοι λέγεις ἐξ ἔρωτος γενομένην, γυναῖκα τιθεὶς ἄλλον Κράτητα. *At Crates uxorem duxit. Rem mihi narras amoris occaſione factam, & mulierem ſingularem quæ alter Crates eſſet.* De Cratetis amore & nuptiis, exſtat Petri Petiti, Philoſophi & Doctoris Medici, Poëma, titulo κυνογαμία: quo nomine feſtum Cynici celebrabant in memoriam earum nuptiarum, ut eſt apud Clementem Alexandrinum, dicto loco.

Ἀλλὰ πάντα ἦν Κράτης αὐτῇ.] Vide Caſaubonum. Alter Crates dicitur Arriano dicto loco.

Ἀναστὰς καὶ ἀποθέμενος τὴν ἑαυτοῦ σκευὴν ἄντικρυς αὐτῆς, &c.] Quod idem teſtatur Apuleius Floridorum II.

Καὶ ἐν τῷ φανερῷ συνεγίνετο.] Sextus Empiricus 97
Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro I. capite de Decimo modo: οἱ μὲν πολλοὶ ἄνθρωποι ἀναχωροῦντες μιγνύονται ταῖς ἑαυτῶν γυναιξί. ὁ δὲ Κράτης τῇ Ἱππαρχίᾳ, δημοσίᾳ. Et libro III. capite 24. καὶ τὸ δημο-

σίᾳ γυναικὶ μίγνυσθαι, καίτοι παρ' ἡμῖν αἰσχρὸν εἶναι δοκοῦν, παρά τισι τῶν Ἰνδῶν οὐκ αἰσχρὸν εἶναι νομίζεται· μίγνυνται οὖν ἀδιαφόρως δημοσίᾳ· καθάπερ καὶ περὶ τοῦ φιλοσόφου Κράτητος ἀκηκόαμεν. Huc ſpectat quod ait Lactantius De Falſa Sap. III. 15. *Nam quid ego de Cynicis loquar? quibus in propatulo coire cum conjugibus mos fuit. Quid mirum? ſi à canibus, quorum vitam imitantur, etiam vocabulum nomenque traxerunt.* Adde locum Theodoriti ſuprà laudatum.

Καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἀπῄει.] Id inſolens in Græcia; ubi in convivium non adhibebatur materfamilias, niſi propinquorum. Verba ſunt Cornelii Nepotis.

Σόφισμα προτείνασα τοιοῦτον· ὃ ποιῶν Θεόδωρος, &c.] Meminit & Suidas in ἦρα, ubi hunc locum exſcripſit: Ἵππαρχία ἦρα τῶν λόγων Κράτητος. οὐδενὸς ἄλλου ἐπιστρεφομένη πράγματος· ἥτις εἰς συμπόσιον ἐλθοῦσα σὺν Κράτητι, Θεόδωρον τὸν ἄθεον ἠλεγξεν, σόφισμα προτείνασα τοιοῦτο· ὃ ποιῶν Θεόδωρος, οὐκ ἂν ἀδικεῖν λέγοιτο, οὐδ' Ἵππαρχία ποιοῦσα τοιοῦτο, ἀδικεῖν λέγοιτο ἄν. Θεόδωρος τύπτων ἑαυτὸν οὐκ ἀδικεῖ· οὐδ' Ἵππαρχία Θεόδωρον τύπτουσα ἀδικεῖ· ὁ δὲ πρὸς τὸ λεχθὲν οὐκ ἀπήντησεν· ἀνεσύρατο δ' αὐτῆς τὸ ἱμάτιον.

Ἀνέσυρε δ' αὐτῆς θοιμάτιον.] Gallicè diceremus, *il lui leva la jupe.* Vide nos ſuprà ad Diogenem & ad Stilponem.

98 Ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ, Τίς τὰς παρ' ἰστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας;] Mirè hîc variant Codices. Suidas, qui hunc locum reſpexit in Θεόδωρος, ita habet: οὗτος εἶπε πρὸς Ἵππαρχίαν τὴν γυναῖκα Κράτητος· αὕτη ἐστὶν ἡ τὰς πρὸς ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, καὶ τρίβωνα φοροῦσα. Codex Regius & Palatinus: ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ τινι τὰς παρ' ἱστοῖς, &c. Florentinus: ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ, αὕτη ἐστὶν ἡ τὰς παρ' ἱστοῖς, &c. Codex Sambuci: καὶ εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ,

Τὴν τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας.

Fuit & lectio altera annotata hujus Codicis: nimirum hæc, αὐτήστιν ἡ τάς, ex qua Theodorus Canterus Var. Lect. lib. I. cap. 6. legendum exiſtimabat,

ἀλλὰ καὶ εἰπόντος αὐτοῦ, αὕτη 'στὶν
Ἡ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας.

cui emendationi aſſentitur Caſaubonus; & ipſe ei quoque lubens aſſentior. Eſt autem verſus Euripidis ex Bacchis; ubi Agave ſic Cadmum patrem alloquitur:

Πάτερ, μέγιστον κομπάσαι πάρεστί σοι,
Πάντων ἀρίστας θυγατέρας σπεῖραι μακρῷ
Θνητῶν. ἁπάσας εἶπον, ἐξόχως δ' ἐμέ,
Ἣ τὰς παρ' ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας,
Εἰς μεῖζον' ἦκω, θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν.
Pater, maximè gloriari licet tibi,
Quòd genueris filias longè præſtantiſſimas
Mortalium: omnes dico, præcipuè verò me,
Quæ juxta telas relictis radiis,
Ad majora veni, feras ut vener manibus.

Περὶ αὐτῆς] Nota αὐτῆς, pro ἑαυτῆς.

Φέρεται δὲ τοῦ Κράτητος βιβλίον Ἐπιστολαί, &c.] Exſtant hodie Cratetis Epiſtolæ quædam, ſed ſuppoſititiæ. Sed quorſum iſta hoc loco de Cratete, de quo ſermo non eſt, & in cujus Vita de ejus Epiſtolis nihil Laërtius: Putarim Laërtium ſcripſiſſe, φέρεται δὲ πρὸς τὸν Κράτητα βιβλίον Ἐπιστολαί: Ita ut hæc ad Hipparchiam referantur. Ad quam etiam referri debet quod ſequitur, γέγραφε καὶ Τραγῳδίας, &c. Et poſteà, ubi ſcriptum eſt, ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς, καὶ ἐτάφη ἐν Βοιωτίᾳ, legendum quoque exiſtimarim, ἐτελεύτησε δὲ γηραιά. Sed præter Epiſtolas, alia Hipparchiam ſcripſiſſe, diſcimus ex Suida: cujus hæc ſunt verba in Ἵππαρχία: Ἵππαρχία. ἀδελφὴ Μητροκλέους τοῦ Κυνικοῦ. Μαρωνεῖτις, φιλόσοφος Κυνικὴ· γυνὴ Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ. ὃς ἦν Θηβαῖος. (ita legendum, non Ἀθηναῖος, ut ſuprà monuimus) Βρύσωνος μαθητὴς τοῦ Ἀχαιοῦ. ἦ, ὥς τινες, Διογένους. ἔγραψε Φιλοσόφους Ὑποθέσεις, καί τινα Ἐπιχειρήματα, καὶ Προτάσεις πρὸς Θεόδωρον, τὸν ἐπικληθέντα ἄθεον. ἤκμασεν ἐπὶ τῆς ριά' Ὀλυμπιάδος.

MENIPPUS.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ, καὶ οὗτος Κυνικὸς] M. Terentius Varro: 99

Menippus ille, nobilis quondam Canis,
Hoc liquit omnes homines in terræ pila.

Videatur Lucianus in Dialogis Diogenis & Pollucis, Menippi & Cerberi, Charontis & Menippi: & in Dialogo qui *Icaromenippus* inſcribitur; & alibi paſſim. In Bis Accuſato Menippum, τῶν παλαιῶν κυνῶν μάλα ὑλακτικὸν καὶ κάρχαρον vocat. Meminit Menippi & Philo Judæus in libro περὶ φυτουργίας: ſed loco corrupto: καὶ προσέτι ὁ ἀπὸ τῆς κυνικῆς αἱρέσεως ὁρμηθεὶς φιλόσοφος Ἀρίστιππος καὶ Διογένης. Lege, Μένιππος καὶ Διογένης.

Ἀνέκαθεν ἦν Φοίνιξ] Ortu autem Gadarenſis. Stephanus in Γάδαρα: πόλις κοίλης Συρίας, ἥ τις Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκαλεῖτο. ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος. Et Strabo libro XVI. ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ σπουδογέλοιος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς Ῥήτωρ. Sed *Gadarenſis* & *Phœnix* idem ſunt. Gadara enim Coeleſſyriæ fuit urbs, quæ quandoque à Phœnicia diſtinguitur; quandoque pro illius parte habetur. Itaque Menippum veteres Phœnicem eſſe dixerunt ἀνέκαθεν: quia Gadaris erat oriundus. Ita Thales, Mileti natus, ἀνέκαθεν Phœnix erat: quia ex Thelidis ortus, qui genus ſuum ad Cadmum referebant. Idem Menippus Laërtio noſtro in Metrocle dicitur Σινωπεύς: quia natus in Paphlagoniæ urbe Sinope. Voſſius in libro de Hiſtoricis Græcis Menippum Cynicum diverſum facit à Gadarenſi qui σπουδογέλοιος dicitur Straboni & Stephano: nos, eumdem eſſe exiſtimamus. Idem & Caſaubono & Jonſio videbatur. Rationes quibus in hanc ſententiam adducti ſumus, hæ ſunt: Primò, quia σπουδογέλοιος dicitur Straboni & Stephano; qualis à Laërtio & à Luciano Menippus canis deſcribitur: deinde, quia hîc Laërtius; ubi de variis Menippis agit; Gadarenſis non meminit: quamquam in Elencho Homonymorum, non ſemel quoſdam omiſit, quorum alibi meminit.

Ἀχαϊκὸς ἐν Ἠθικοῖς.] Qui & eodem in libro citatur à Theodorito Sermone VIII. ad Græcos Infideles: ξυμμαρτυρεῖ δὲ τούτῳ καὶ Ἀχαϊκὸς ἐν τοῖς Ἠθικοῖς.

Ἀτηρότερον δὲ αἰτῶν ὑπὸ φιλαργυρίας.] ἀτηρότερον quoque ſcriptum fuit in Regiis Membranis; ſed ſuprà, manu recentiori, αὐστηρότερον. Ita ſuperiùs in Menedemo, ubi Editio Romana, ἔτι καὶ μᾶλλον ἀτειρότερον ἐνέκειτο, &c. habet Stephanica, αὐστηρότερον, ἀτειρότερον utrobique magis placet.

Φέρει μὲν οὖν σπουδαῖον οὐδέν· τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ πολλοῦ καταγέλωτος γέμει.] σπουδογέλοιος dicitur Stephano & Straboni dictis locis, & χλευαστὴς αὐτῆς τῆς ἐπικήρου καὶ ἐφημέρου τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, Marco Antonino libro VI. τῶν εἰς ἑαυτόν. Similiter Lucianus dicitur Eunapio, in proœmio, ἀνὴρ σπουδαῖος ἐς τὸ γελασθῆναι. Menippum Lucianus, in Bis Accuſato, Canem vocat, qui ridendo mordeat. Auctor libelli de Eloquutione, loco à nobis ſuprà allato, omnem ſpeciem Cynicæ Orationis blandienti ſimul alicui & mordenti, ſimilem eſſe ſcripſit.

Καί τι ἴσον τοῖς Μελεάγρου, τοῦ κατ' αὐτὸν γενομένου.] Qui & ipſe Gadarenſis fuit, & Cynicus: ὁ πρόγονος ὑμῶν Μελέαγρος ὁ Γαδαρεὺς ἐν ταῖς Χάρισιν ἐπιγραφομέναις, ἔφη, τὸν Ὅμηρον, Σύρον ὄντα τὸ γένος, κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχομένους ποιῆσαι τοὺς ἀρχαίους, δαψιλείας πολλῆς οὔσης κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον. ἢ μόνον ἀνέγνωτε σύγγραμμα αὐτοῦ τὸ περιέχον λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν; Verba ſunt Nicii Scorti ad Cynulcum illum Carneum Megarenſem, & reliquos Cynicos Dipnoſophiſtas, apud Athenæum lib. IV. capite 14. quæ ſic Latinè ſonant: *Avus veſter Meleager Gadarenſis, in Opere quod* Gratias *vocavit, ſcribit Homerum genere Syrum, patriæ ſuæ more, priſcos Heroas fingere piſcibus abſtinuiſſe, cùm eorum magna ſit in Helleſponto copia. An verò ejus opus tantum legiſtis, quod lentis & piſi comparationem continet?* Meleagri Cynici Συμπόσιον citat Athenæus XIV. 7.

Ἡμεροδανειστήν.] Pactionis de uſura in dies ſingulos, meminit Theophraſtus in Characteribus cap. περὶ ἀπονοίας, & Plautus, in Epidico.

Καὶ γὰρ ναυτικῷ τόκῳ δανείζειν.] Quod ναυτικῶς δανείζειν dixit Laërtius noſter in Zenone: Id eſt: credere ſub lege ſuſcipiendi periculi, & ſub gravioribus uſuris.

Ἐξενεχυριάζειν.] Id eſt, *pignora capere.* nos Galli dicimus, *preſter ſur gage.* Sub pignoribus credi ſolebat, tam ſortis quàm uſuræ nomine, pecunia trajecticia, ſive nautica. Vide legem 4. & 6. D. de Nautico fœnore.

100 Ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τὸν βίον μεταλλάξαι.] De ejus ſepultura, nihil hîc Laërtius. Scripſerat Varro Satyram cui titulus ταφὴ Μενίππου. citatur non ſemel Nonio Marcello.

Φοίνικα τὸ γένος, &c.] Sententia hujus Epigrammatis hæc eſt: Menippum, cùm vim pecuniarum grandem fœnore confeciſſet, eas amiſiſſe furto, perfoſſis ab expilatore parietibus loci quo incluſæ ſervabantur; mœrore verò amiſſæ pecuniæ, vitam finiiſſe: nec intelleXiſſe quæ natura canis eſſet: hoc eſt Cynici Philoſophi; qualem profitebatur. Verba ſunt Salmaſii in libro de Modo uſurarum; ubi ſequentes verſus ſic diſtinguit & emendat:

Φοίνικα τὸ γένος, ἀλλὰ Κρητικὸν Κύνα,
Ἡμεροδανειστήν, τοῦτο γὰρ ἐπεκλήζετο,
Οἶσθα Μένιππον ἴσως;
Θήβησιν οὗτος ὡς διωρύγη ποτὲ,
Καὶ πάντ' ἀπέβαλεν· οὐδ' ἐνόει φύσιν κυνὸς,
Αὐτὸν ἀνεκρέμασεν.

Κρητικὸν κύνα.] De Cretenſium canum præſtantia, 101
videndus Ælianus libro III. de Animalibus capite 2. Xenophon junior cap. 3. Julius Pollux libro & cap. V. Gratius in Cynegetico, & ad Gratium Johannes Vlitius.

Διονυσίου καὶ Ζωπύρου τῶν Κολοφωνίων.] Dionyſios & Zopyros varios recenſet Voſſius in libro de Hiſtor. Græcis: ubi tamen de Colophoniis illis mentionem nullam facit.

Γεγόνασι δὲ Μένιπποι ἕξ.] Fuit & Menippus, Megarei filius; de quo Pauſanias in Atticis. Et Menippus Comicus, qui Κέρκωπας ſcripſit, & alia; de quo Suidas. Et Menippus, belli dux ſub Pericle: de quo Plutarchus in Præceptis gerendæ Reipublicæ & in Pericle. Et Menippus, Medicus, de quo Galenus I. de Antidot.

Πρῶτος, ὁ γράψας τὰ περὶ Λυδῶν, καὶ Ξάνθον ἐπιτεμόμενος.] Xanthum, Candauli Regis filium, intelligit, qui ſcripſerat Lydiacorum libros quatuor, & de quo diximus ad Proœmium Laërtianum.

Τρίτος, Στρατονικεὺς, σοφιστὴς, Καὶ τὸ ἀνέκαθεν.] Plutarchus in Ciceronis Vita, Carem vocat: nempe, inquit Voſſius, quia Stratonicea Cariæ urbs eſt, teſte Plinio V. 29. & Strabone XIV. Sed num potiùs, quia, ut ait Laërtius, Καὶ τὸ ἀνέκαθεν erat? nam & ibidem Strabo Stratonicenſes non eſſe generis Carici affirmat. Sed & ibidem Menippi Stratonicenſis meminit, his verbis: καὐτταῦθα δ' ἀνὴρ ἀξιόλογος γεγένηται Ῥήτωρ Μένιππος, κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν, Κατόκας ἐπικαλούμενος, (aliter, Κοτόκας) ὃν μάλιστα ἐπαινεῖ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Ῥητόρων, ὧν ἠκροάσατο, Κικέρων, ὡς φησιν ἔν τινι γραφῇ αὐτοῦ, συγκρίνων Ξενοκλεῖ, καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἀκμάζουσιν. *Inde fuit Menippus Rhetor præclarus, cognomento* Catocas, *qui parentum noſtrorum ætate vixit. Hunc Cicero in quodam libro Xenocli, & qui una viguerunt comparans, omnibus, quos ipſe audiviſſet, Aſianis Oratoribus anteponit.* Locus Ciceronis eſt in Bruto. Verba autem hæc ſunt: *Pòſt à me Aſia tota peragrata eſt, cum ſummis quidem Oratoribus quibuſcum exercebar ipſis lubentibus: quorum erat princeps Menippus Stratonicenſis; meo judicio, totâ Aſiâ, illis temporibus diſertiſſimus: &, ſi nihil habere moleſtiarum, nec ineptiarum, Atticorum eſt, hic Orator numerari rectè poteſt.*

Εἰκάδας.] Epicurei εἰκάδι cujuſque menſis memoriam magiſtri ſui Epicuri recolebant: unde *Eicadiſtæ* dicti. Sed de his nos infrà pluribus ſuo loco.

Καὶ ἄλλα.] Ab Athenæo libro XIV. citatur Menippus in Dialogo cui Titulus *Arceſilaus*: item, in

Sympoſio. Citatur & in Diogenis Venditione à Laërtio in Diogenis Cynici Vita, ubi nos vide.

Fuit præterea, de quo monere oblitus eram; has enim Obſervationes raptim ſcribimus; Menippus Pergamenus, Geographus, memoratus non ſemel Stephano, & Marciano Heracleotæ. Fuit & Menippus alter, Philoſophus Cynicus, de quo Eunapius in Proœmio: Καρνεάδης ἦν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ τῶν κατὰ κυνισμὸν οὐκ ἀφανὴς, εἴ τινα καὶ κυνισμοῦ χρὴ λόγον ποιεῖσθαι. παρ' οἷς ἦν Μουσώνιος, καὶ Δημήτριος, καὶ Μένιππος, καὶ ἕτεροί γέ τινες πλείους. οὗτοι δὲ ἦσαν ἐπιφανέστεροι. Is eſt, qui Menippus Lycius dicitur Philoſtrato in Vita Apollonii libro IV. capite 8. Ceterùm Varro Menippi noſtri ſcripta eſt æmulatus: qua de cauſa *Cynicus Romanus* dicitur Tertulliano in Apologetico. Inde quoque & *Menippeus* cognominatus: nam ita cognominatum fuiſſe, teſtis eſt Athenæus lib. IV.

MENEDEMUS.

101 Κωλώτου τοῦ Λαμψακηνοῦ μαθητής.] Alius videtur eſſe Colotes ille Menedemi præceptor, à Colote Epicureo, contra quem ſcripſit Plutarchus. Habuit autem Menedemus noſter diſcipulum Cteſibium Chalcidenſem; teſte Athenæo, qui de eo rem facetam narrat: Κτησίβιος δ' ὁ Χαλκιδεὺς ὁ Μενεδήμου γνώριμος (ὡς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τοῖς Βίοις) ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος τί περιγέγονεν ἐκ φιλοσοφίας αὐτῷ, ἔφη, Ἀσυμβόλως δειπνεῖν. διὸ καὶ ὁ Τίμων που πρὸς αὐτὸν ἔφη,

Δειπνομανὲς, νεκροῦ ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἀκύλιστον.

Οὗτος, καθά φησιν Ἱππόβοτος, εἰς τοσοῦτον τερατείας ἦλασεν, ὥστε Ἐριννύος, &c.] Exſcripſit integrum hunc locum Suidas in voce φαιὸς: ſed ubi hæc Menippo, non Menedemo, tribuit. Verba ejus ſunt: Φαιός. Μένιππος ὁ Κυνικὸς, ἐπὶ τοσοῦτον τερατείας ἦλασεν, ὡς Ἐριννύος ἀναλαβεῖν σχῆμα· λέγων, ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι τῶν ἁμαρτανομένων ἐξ ᾅδου· καὶ πάλιν κατιὼν, ἀπαγγέλλειν ταῦτα τοῖς ἐκεῖ δαίμοσιν. ἦν δὲ ἡ ἐσθὴς αὕτη· φαιὸς χιτὼν ποδήρης, περὶ αὐτὸν ζώνη Περσικὴ, καὶ πῖλος Ἀρκαδικὸς, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. ἔχων ἐνυφασμένα τὰ ιβ' στοιχεῖα, ἐμβάται τραγικοὶ, πώγων ὑπερμεγέθης, ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη. Exiſtimavi aliquando reſcribendum apud Suidam Μενέδημος pro Μένιππος. Sed obſtat quod ipſe ait in Μένιππος: Μένιππος ὁ Κυνικός. ἔστιν ἐν τῷ φαιός. Nihil igitur mutandum in loco Suidæ. Sed dicendum, Suidam memoriæ lapſu ad Menippum tranſtuliſſe, quæ de Menedemo ſcripſerat Laërtius. Ita, quæ de Diogene Cynico Laërtius tradiderat, ad Philiſtum Æginetam tranſtuliſſe Suidam, ſuperiùs obſervabamus.

Ἐπίσκοπος ἀφῖχθαι.] An κατάσκοπος? Vide ſuprà, in Diogene.

Ζώνη Φοινικὴ.] Περσικὴ, eſt apud Suidam.

Πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.] Pilei Arcadici & Laconici meminit Dio Pruſæus in Oratione XXXV. Meminit Laconici & Syneſius in Oratione de Regno; quos cùm pueri in ſtatuis ſpectarent, eos ludibrio habuiſſe teſtatur: propter eorum magnitudinem videlicet. Erotianus: πῖλοι καλοῦνται παρὰ Λάκωσι τὰ σκεπάσματα, σκιᾶς χάριν πεποιημένα.

Ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα.] δώδεκα στοιχεῖα: id eſt, *duodecim ſigna Zodiaci*: non verò, ut vertit uterque Interpres, *duodecim literas*, ſive *Elementa*. Vocem στοιχεῖον, ea notione reperire eſt apud Epiphanium in Hæreſi Phariſæorum, & in Hæreſi Pythagoræorum. Item, apud Diodorum in Euſebio libro I. de Præparatione Euangel. & apud Euſebium ipſum Hiſtor. Eccleſ. libro III. capite 3. ad quem locum videndus Valeſius. Videndus & Salmaſius in Tractatu de Annis Climactericis paginâ 576. Johannes Chryſoſtomus Homiliâ LVIII. ubi de Luna, eamdem vocem eadem notione uſurpavit. Verba ejus ſunt: ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι, καὶ αἰνίσσιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους· οὐχ, ὡς ἐκείνης ἐνεργούσης, ἄπαγε· ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο κακοῦργον, εἰς τὴν τοῦ στοιχείου διαβολήν. Et Sermone VI. in Epiſtolam Pauli ad Coloſſenſes: Κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, κατὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, καὶ οὐ κατὰ χριστόν. Τέως τοῦ ἐλέγχου ἅπτεται τῆς τῶν ἡμερῶν παρατηρήσεως, στοιχεῖα κόσμου, ἥλιον καὶ σελήνην λέγων, καθάπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἔλεγε. Et in Epiſtola ad Galatas: ἐπειδὴ ἔτι νηπιωδέστερον διεκείμεθα, ἀφῆκεν ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου εἶναι, τουτέστι, νουμηνίας καὶ σάββατα. αὗται γὰρ ἦσαν αἱ ἡμέραι ἀπὸ δρόμου σελήνης καὶ ἡλίου γίνονται. Τῶν ἄστρων στοιχεῖον, dixit quoque Philoſophus libro II. de Generatione capite IV. Uſurpavit ſimiliter pro Sole & Luna latinam vocem *elementum* Hieronymus epiſtolâ 150. ad Hedibiam, quæſtione 15. ubi de prima, ſecunda, tertia, quarta, quinta, & ſexta Sabbati, ſermonem habens, ait, *quam Ethnici* Idolorum & Elementorum *nominibus appellant*. Idola, ſunt, Mars, Mercurius, Jupiter, Venus: Elementa verò, Sol & Luna. Obiter autem obſervandum, veſtibus olim imagines intextas, cùm apud Gentiles, tum apud Chriſtianos. Narrat Aſterius, Amaſiæ Epiſcopus, Homiliâ de Divite & Lazaro, nonnullos Chriſtianos ſui temporis plures hiſtorias ex Novo Teſtamento; puta, Nuptias Galileæ & hydrias; Paralyticum, humeris lectum ferentem; Cæcum, qui luto curatur; Mulierem, quæ ſanguinis profluvio laborabat, fimbriam prehendentem; Peccatricem, ad pedes Jeſu procumbentem; & Lazarum, è ſepulcro ad vitam revertentem; ſuis tunicis & palliis intexuiſſe, quem morem ipſe damnat. De Gentilibus, res eſt notiſſima.

Πώγων ὑπερμεγέθης.] *Barba boni ponderis, & philoſophicæ denſitatis*, ut loquitur Arnobius adverſus Gentes.

Ῥάβδος ἐν τῇ χειρὶ μειλίνη.] Ex oleaſtro fuit Antiſthenis baculus, ut in ejus Vita monuimus. Qualis fuerit Protei Cynici baculus, neſcio. Scio, talento væniiſſe. Id nos docuit Lucianus.

Καὶ ὅπερ τινὲς ἐπὶ Σωκράτους, &c.] Diximus ſuprà, ad Socratem. 103

Παραιτοῦνται δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα.] Quod etiam viſum Stoicis: Zenoni imprimis; qui, ut ait

Laërtius in ejus Vita, initio librorum de Rep. τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ἀποφαίνει. Sed de Stoicis alius erit dicendi locus. De Cynicis, Diogenes Cynicus apud Lucianum in Vitarum Auctione: οὐ γάρ σοι δεῆσει παιδείας, καὶ λόγων, καὶ λήρων, ἀλλ' ἐπίτομος αὕτη σοι πρὸς δόξαν ἡ ὁδός. Quæ ſint ἐγκύκλια μαθήματα, docent Octav. Ferrarius in libro de Encycliis Diſciplinis; Johannes à Wouver in Tractatu de Polymathia cap. 24. Henricus Valeſius ad Euſebium; alii.

104 Γνώμαις γὰρ ἀνδρῶν εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις, Εὖ δ' οἶκος· οὐ ψαλμοῖς τε καὶ τερετίσμασιν] Verſus Euripidis, nonnihil mutati. Dixerat Euripides,

Γνώμαις γὰρ ἀνδρὸς εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις.
Εὖ δ' οἶκος· εἰς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.

Citantur à Stobæo in Eclogis, & à Plutarcho in Vita Homeri.

Ἐπεὶ καὶ κοινωνία τις ταῖς δύο ταύταις αἱρέσεσίν ἐστιν] Unde Satyricus Sat. XIII.

Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata curat,
A Cynicis tunica diſtantia.

Erant Cynici ἀχίτωνες: Stoici, tunicati. In pallio, conveniebant.

Ὅθεν καὶ τὸν κυνισμὸν εἰρήκασι σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν.] Stoici ſcilicet. Eorum princeps Zeno, infrà, apud Laërtium noſtrum, dicet, τὸν σοφὸν αὐτὸν κυνιεῖν· εἶναι γὰρ κυνισμὸν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. Hos Laërtii locos reſpexit Suidas in Voce Κυνισμός· Κυνισμός. αἵρεσις Φιλοσόφων. ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ, σύντομος ἐπ' ἀρετὴν ὁδός. τέλος δὲ τοῦ Κυνισμοῦ, τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, ὡς Διογένης καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεύς. ἤρεσκε δ' αὐτοῖς, λιτῶς βιοῦν, αὐτάρκεσι χρωμένους σιτίοις, πλούτου καὶ δόξης καὶ εὐγενείας καταφρονεῖν. ἔνιοι δὲ βοτάνοις καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐχρῶντο, σκέπαις τε ταῖς τυχούσαις, καὶ πίθοις. καὶ ἔφασκον, θεοῦ γὰρ ἴδιον τὸ μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ θεῷ ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρήζειν· ἀρέσκει δ' αὐτοῖς τὸ, διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀναπόβλητον. Poſt hæc verba διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι, ſequitur apud Laërtium, καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν, ἀξιέραστόν τε τὸν Σοφὸν, καὶ ἀναμάρτητον, &c. Unde apparet Suidam, (id jam monuit eruditiſſimus Reineſius in Variis Lectionibus) duo effata, eaque diverſiſſima, confudiſſe. Capucinis noſtris; ſi pietatem & verecundiam excipieres; Cynicos comparabat Lipſius in Manuductione ad Philoſophiam Stoicam. I. 12.

Πλούτου καὶ δόξης, &c.] Paupertatem vocabat
105 Diogenes αὐτοδίδακτον ἀρετήν. Auctor Stobæus Serm. XCIII.

Καθάπερ Διογένης, ὃς ἔφασκε θεῶν μὲν ἴδιον εἶναι μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ θεοῖς ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρήζειν] Reſpexit hoc dictum Diogenis S. Baſilius, in Oratione ad Adoleſcentes: τῷ δὲ Θεόγνιδι πρὸς ταῦτα διδασκάλῳ χρηστέον λέγοντι,

Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν, οὐτ' εὐχομαι· ἀλλά μοι εἴη
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων, μηδὲν ἔχοντι κακόν.

Ἐγὼ δὲ καὶ Διογένους ἄγαμαι τὴν πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροψίαν, ὃς γε καὶ βασιλέως τοῦ μεγάλου ἑαυτὸν ἀπέφηνε πλουσιώτερον, τῷ ἐλαττόνων, ἢ ἐκεῖνος, κατὰ τὸν βίον προσδεῖσθαι. Cenſorinus de Die Natali cap. 1. illud refert ad Xenophontem: *Quod enim Xenophon Socraticus dicit: nihil egere, eſt Deorum: quàm minimè autem, proximum à Diis.* Atque id quoque reperitur apud Xenophontem lib. I. Memorab. ſed ſub perſona Socratis: ἐγὼ δὲ νομίζω, τὸ μὲν μηδενὸς δέεσθαι, θεῖον εἶναι· τὸ δ' ὡς ἐλαχίστων, ἐγγυτάτω τοῦ θείου. Eſt autem Divûm natura, ut verbis Lucretii utar,

Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri.

Ceterum, hunc locum Laërtii reſpexit Suidas loco ſuprà allato: ſed ubi Cynicis generatim omnibus tribuit, quod Laërtius ſolum Diogenem dixiſſe refert.

Ἀδιάφορα λέγουσι] Id eſt, *indifferentia vocant.* Cicero III. de Finibus cap. 42. *Quod Stoici ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, ut* indifferens *dicerem.*

Καὶ οὗτοι μὲν οἱ Κυνικοὶ] Quorum ſecta Apollinaris Sidonii ævo videtur defeciſſe. Ita enim ille in enumeratione Sectarum:

Excluſi prope jam Cynici, ſed limine reſtant.

Immo & Johannis Chryſoſtomi temporibus. Ita enim ille Homiliâ XXXIV. in Matthæum: καὶ τὰ Κυνικὰ καθάρματα, ὥσπερ ὄναρ καὶ σκιὰ, παρῆλθεν. Sed vigebat adhuc Luciani temporibus. Iſidorus Peluſiota libro IV. epiſt. Lucianum è Cynicis unum fuiſſe ait: Σωκρατικοὺς Πλάτων ἐκωμῳδήσας ἐν Διαλόγοις, ἀνεκωμῳδήθη παρὰ τῶν Κυνικῶν, ὧν εἷς ἦν καὶ Λουκιανός. Sectæ Cynicæ nullam habendam rationem, ait Eunapius in Procœmio: Καρνεάδης δὲ ἦν κατὰ τούτους τοὺς χρόνους, loquitur de temporibus Apollonii Tyanæi, καὶ τῶν κατὰ κυνισμὸν οὐκ ἀφανὴς, εἴ τινα καὶ κυνισμοῦ χρὴ λόγον ποιεῖσθαι. De ea, librum ſcripſerat Oenomaus Gadarenſis, Philoſophus Cynicus: quod nos docuit Suidas in Οἰνόμαος: à quo, & Oenomaum illum vixiſſe ſub Hadriano, didicimus.

AD LIBRUM VII.

ZENO.

Μνασέου ἢ Δημέου] Suidas: Μνασέου ἢ Δημέου. Codex Florentinus: Μνασέου ἢ Δημαίου. Infrà Μνασαίου ſcribitur. Et ita quoque apud Theodoritum Serm. IV. ad Græcos. Μνασέου apud Plutarchum lib I. de Placitis Philoſophorum 4. Apud Pauſaniam in Corinthiacis Ζήνωνα τὸν Μνασέα ſcriptum eſt vitioſè, pro τὸν Μνασείου. ita rectè legitur in Atticis. Cleanthem Tyrium Zenonis patrem nominat Epiphanius in Stoicorum Hæreſi: ἔσχεν δὲ Ζήνωνα ἀρχηγὸν τῆς Στοᾶς, περὶ οὗ πολὺς θρυλλεῖται λόγος. οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν Κλεάνθου τινὸς τοῦ ἀπὸ Τύρου ὁρμωμένου. ἄλλοι δὲ φάσκουσιν αὐτὸν Κιτιέα τῆς Κύπρου νησιώτην Addit & Romæ eum vixiſſe nonnullos exiſtimare: nec deeſſe qui duos Zenones, Citienſem & Eleatem, diſtinguant: & an diverſi ſint, videtur addubitare; ſupinâ ſanè ignorantiâ: ἐν Ῥώμῃ δὲ βεβιωκέναι χρόνον, ὕστερον δὲ ἐν Ἀθήναις προστησάμενον τοῦτι τὸ. 1

δόγμα ἐν τῇ Στοᾷ οὕτω καλουμένῃ· τινὲς δὲ φασι δύο Ζήνωνας εἶναι, τόντε Ἐλεάτην, καὶ τὸν προειρημένον. ὅμως οἱ ἀμφότεροι οὕτως ἐδογμάτισαν, εἰ καὶ δύο εἶεν.

Κιτιεὺς, ἀπὸ Κύπρου, πολίσματος Ἑλληνικοῦ, Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος.] Strabo lib. XIV. ubi de Cleidibus quæ ſunt in Cypro: εἶτα κολπώδης καὶ τραχὺς παράπλους ὁ πλείων εἰς Κίτιον· ἔχει δὲ λιμένα κλειστόν. ἐντεῦθέν ἐστι Ζήνων τε ὁ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἀρχηγέτης, καὶ Ἀπολλώνιος ἰατρός. Κιττιεὺς per duplex τ, habet Codex Florentinus, nec non editio Baſileenſis. Κίτιον modò, modò Κίττιον, dicitur oppidum illud unde natus Zeno: quod etiam πόλιν Κύπρου vocat Suidas: ad differentiam ſcilicet Citii Macedoniæ urbis, de qua Livius lib. XLII. unde & Cyprius dicitur Zeno nonnullis Scriptoribus. Patriam habuiſſe Cittium, Macedoniæ oppidum, magno errore Cujacius lib. III. Obſervat. cap. 38. ſcriptum reliquit. Ceterùm, in eo oppido Citio Cyprio, Zenonis Citienſis ſtatuam fuiſſe, diſcimus ex Plinio; cujus hæc ſunt verba lib. 34. cap. 8. *Non ære captus, nec arte, unam ſolummodo Zenonis ſtatuam Cypria in expeditione non vendidit Cato: ſed quia philoſophi erat, ut obiter hoc quoque noſcatur, tam inane exemplum.* aliàs, *humanum exemplum.*

Καὶ Ἀπολλώνιος δέ φησιν ὁ Τύριος] Is Stoicorum hiſtoriam & libros recenſuerat, teſte Strabone lib. XVIII. ἐκ Τύρου δὲ Ἀντίπατρος, καὶ μικρὸν πρὸ ἡμῶν Ἀπολλώνιος, ὁ τὸν πίνακα ἐκθεὶς τῶν ἀπὸ Ζήνωνος Φιλοσόφων, καὶ τῶν βιβλίων. *Tyro oriundi ſunt, Antipater, &, qui paulò ante nos vixit, Apollonius, qui Indicem fecit Philoſophorum Zenoniorum, eorumque librorum.* Mox citatur ἐν πρώτῳ περὶ Ζήνωνος, & ἐν τοῖς περὶ Ζήνωνος.

Ἰσχνὸς ἦν, ὑπομήκης, μελάγχρως. ὅθεν τις αὐτὸν εἶπεν Αἰγυπτίαν κληματίδα] *Ægyptium palmitem* vertit Vetus Interpres, Aldobrandinus *Ægyptium malleolum.* Tu verte, *Ægyptiam clematida.* Plinius lib. XXIV. cap. 15. ubi de Clematidum generibus: *Eſt & alia Clematis*, Ægyptia *cognomine*, *quæ ab aliis* Daphnoides, *ab aliis* Polygonoides *vocatur*; *folio lauri, longa tenuiſque.* Quòd autem ſit Clematis Ægyptia, ſubnigra; tale eſt enim lauri folium; tenuiſque & longa; de longis, gracilibus & fuſcis, in proverbium abiit: cujus proverbii meminerat Chryſippus ἐν πρώτῳ παροιμιῶν, ut teſtatur hoc loco Laërtius. Meminit & Auctor libelli elegantiſſimi περὶ ἑρμηνείας. ſect. 174. Περὶ δὲ σκωμμάτων μὲν οἷον εἰκασία τίς ἐστιν· ἡ γὰρ ἀντίθεσις εὐτράπελος. χρήσονταί τε ταῖς τοιαύταις εἰκασίαις· ὡς Αἰγυπτία κληματὶς, μακρὸν καὶ μέλανα. Et Suidas in Αἰγυπτία κληματίς· Αἰγυπτία κληματίς. ἐπὶ τῶν ἰσχνῶν καὶ ὑπομήκων, ὁποῖος ἦν Ζήνων ὁ Κιτιεύς. Addere debuit, καὶ μελάνων.

Χρύσιππος ἐν πρώτῳ παροιμιῶν.] Chryſippus libros Proverbiorum duos ſcripſerat, qui infrà à Laërtio, in ejus librorum indice, memorantur.

Παχύκνημός τε, καὶ εὐπαγὴς, καὶ ἀσθενής.] Ἀπαγὴς, ceteræ Editiones: quod magis placet: meliùs enim convenit cum ἀσθενής: ſed minùs bene cum παχύκνημος; pro quo ideo malim κακόκνημος. Gracilis fuit Zeno, ut è ſuperioribus conſtat. Eſt qui malit, καὶ εὐπυγής: quod non probo: eſt Cynædi epithetum, non Philoſophi.

Περσαῖος ἐν Ὑπομνήμασι συμποτικοῖς] Cujus libri meminit & Athenæus lib. IV. cap. 17. δύο δὲ συγγράμμασι τοῦ Περσαίου ἀπηντήκαμεν τῆς σοφῆς ταύτης πραγματείας, τοιοῦτον ἔχουσι τὸ ἐπίγραμμα, Συμποσιακῶν διαλόγων. Et lib. XIII. cap. 8. καίτοι Περσαίου τοῦ Κιττιέως ἐν τοῖς Συμποτικοῖς Ὑπομνήμασι βοῶντος, καὶ λέγοντος περὶ ἀφροδισίων ἅρμοστὸν εἶναι ἐν τῷ οἴνῳ μνείαν ποιεῖσθαι. Non enim, puto, diverſi erant Dialogi illi Convivales à Commentariis Convivalibus. De Perſæo, nos infrà pluribus in hac Vita diſſeremus.

Ἔχαιρε δὲ (φασὶ) σύκοις χλωροῖς καὶ ἡλιοκαΐαις.] Vertit Aldobrandinus; *ficis viridibus, ut ajunt, & aprication*ibus *gaudebat*: qui tamen vocem ἡλιοκαΐα præterquam hoc loco nuſquam ſe legiſſe ait. Videtur legiſſe Ambroſius, ἡλιοκαέσι; vertit enim *ad ſolem paſſis.* Ita apud Dioſcoridem uva ſole torrefacta, dicitur σταφυλὴ θειλοπεδιυθεῖσα. σῦκα χλωρὰ, ſunt *ficus recentes*: quemadmodum χλωρὸς τύρος *caſeus recens.* Heſychius: χλωραὶ σύκαι. χλωρὸς τύρος. Excidiſſe videtur interpretatio: neque enim puto, χλωραὶ & χλωρὸς ſimpliciter & abſolutè, pro ficubus recentibus & caſeo recenti reperire eſt. Quin & idem Heſychius eodem loco, χλωρὸν τύρον, ἁπαλὸν interpretatur: quemadmodum Pollux VI. 9. Vide tamen nos ſuprà, ubi de morte Diogenis Canis. Ceterùm, hoc loci apud Laërtium legendum putabat Tanaquillus Faber, σύκοις χλωροῖς καὶ ἐλαίαις, *ficis viridibus & olivis*: quæ lectio non diſplicet; quamquam nullius MS. Codicis auctoritate confirmetur. Platonem φιλόσυκον fuiſſe, diſcimus ex Phanocrito apud Athenæum lib. VII. p. 276. & ex Plutarcho in Sympoſ. IV. 3.

Εἶτα καὶ Στίλπωνος ἀκοῦσαί φασιν αὐτὸν καὶ Ξενοκράτους ἔτη δέκα] Scilicet unumquemque decem annos: ſequitur enim, τῶν προειρημένων ἤκουσεν ἕως ἐτῶν εἴκοσι. 2

Τιμοκράτης ἐν τῷ Δίωνι] Scriptor, & liber, mihi ignoti. An de Timocrate Lacedæmonio, qui librum περὶ τῆς σφαιριστικῆς ſcripſerat, memoratum Athenæo; accipiendus Laërtius? Non enim accipiendus de Timocrate, Metrodori Epicurei fratre.

Ἀλλὰ καὶ Πολέμωνος] Abſunt hæc verba à Codice Florentino. Minùs rectè: nam & Suidas: μαθητὴς ἦν Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ, εἶτα Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου. Etiam Cicero I. Acad. Quæſt. & lib. IV. de Finibus bonorum & malorum, Zenonem Polemonis auditorem fuiſſe, teſtatum reliquit.

Ἀποκρίνασθαι τὸν θεὸν, εἰ συγχρωτίζοιτο τοῖς νεκροῖς] Suidas in Ζήνων: ἐχρήσθη δὲ αὐτῷ πυνθανομένῳ περὶ βίου, συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς, ὅπερ ἦν τοῖς ἀρχαίοις, διὰ τῶν βιβλίων. Eadem habet in Αἰγυπτία κληματὶς, alieno prorſus loco.

Ἀνελθὼν δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας] Epiphanius Zenonem Stoicæ ſectæ auctorem, Romæ priùs vixiſſe ſcribit quàm Athenas veniret, ut modò retulimus.

3 Εὔτονος πρὸς φιλοσοφίαν] Malè ceteræ Editiones εὐτόνως.

Βουλόμενος αὐτοῦ καὶ τούτου θεραπεῦσαι] Editio Frobeniana, & Stephanica princeps: βουλόμενος αὐτοῦ καὶ τοῦτο. Legendum αὐτὸν καὶ τοῦτο: & ita Codex Florentinus: quam lectionem etiam Florens Chriſtianus ad oram libri adnotaverat: Legi quoque poſſet, αὐτῷ καὶ τοῦτο, ut habet Stephanica altera.

Τί φεύγεις, Φοινικίδιον;] Id eſt, *Phœniciole:* ineptè Aldobrandinus, *parva purpura. Phœnix* Zeno vocabatur. Suidas: Φοίνιξ δ' ἐπεκλήθη, ὅτι Φοίνικες ἔποικοι τοῦ πολιχνίου ἐγένοντο. Cicero IV. de Finibus; ubi de Zenone: *Poſtea tuus ille Pœnulus, ſcis enim Citieos clientes tuos è Phœnicia profectos*, &c. Addatur Themiſtius, loco quem proximè adducemus. Meurſius teneræ frontis homines, & qui facilè erubeſcerent, φοινικιδίους vocatos volebat.

4 Ὅτε καὶ τὴν πολιτείαν αὐτοῦ γράψαντος, τινὲς ἔλεγον παίζοντες, ἐπὶ τῆς τοῦ κυνὸς οὐρᾶς αὐτὴν γεγραφέναι] An quia hos de Rep. libros ſcripſerat extremo tempore, quo Cratete Cane magiſtro utebatur? quæ eſt Aldobrandini interpretatio. An verò, ut vult Caſaubonus, quòd parùm verecundè, ut eſt apud Ciceronem, ſcripti erant hi libri? Ceterùm, horum librorum meminit Cicero non uno in loco, Plutarchus libello de Alexandri fortuna, Athenæus lib. XIII. cap. 1. Theodoritus Sermone III. πρὸς Ἕλληνας, & quis non?

Περὶ τοῦ καθήκοντος] Quo titulo librum poſteà ſcripſere, Cleanthes, Chryſippus, Panætius. *De Officiis*, numero multitudinis, maluit Cicero interpretari: qua de re ſic ipſe ad Atticum lib. XVI. Epiſt. II. *Quod de inſcriptione quæris, non dubito quin καθῆκον* officium *ſit: niſi quid tu aliud. Sed inſcriptio plenior*, De Officiis. Græci ſemper in numero ſingulari περὶ τοῦ καθήκοντος. Tamen apud Lucianum in Hermotimo περὶ καθηκόντων. Sed ubi Lucianum ſcripſiſſe περὶ καθήκοντος nullus dubito: quamquam καθήκοντα quoque ſcriptum reperiatur apud Suidam in καθήκοντα, & infrà, in hac Vita, apud Laërtium. An autem quod Græci καθῆκον, id rectè *officium* Latinè diceretur, Atticus dubitabat. Diſcimus ex Cicerone dicto libro XVI. ad Atticum Epiſt. 14. *Mihi non eſt dubium*, inquit, *quin quod Græci καθῆκον, nos* officium. *Id autem quid dubitas, quin etiam in rempublicam præclarè caderet? nonne dicimus*, Conſulum officium; Senatus officium? *præclarè convenit: aut da melius.*

Πυθαγορικά. Καθολικά.] MS. Regius Πυθαγορικὰ καθολικά, conjunctim.

Προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε] Dio Chryſoſtomus, Oratione LIII. quæ eſt de Homero: γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος, εἴς τε τὴν Ἰλιάδα, καὶ τὴν Ὀδυσσείαν· καὶ περὶ τοῦ Μαργίτου δέ. δοκεῖ γὰρ καὶ τοῦτο τὸ ποίημα ὑπὸ Ὁμήρου γεγονέναι νεωτέρου, καὶ ἀποπειρωμένου τῆς αὐτοῦ φύσεως πρὸς ποίησιν. *Scripſit autem & Zeno philoſophus, & in Iliadem, & in Odyſſeam: atque etiam in Margiten: videtur enim & hoc poëma ab Homero eſſe factum adhuc juniore, atque ſuam explorante naturam ad poëſim.* Quos libros reſpexit Strabo, cùm ait libro I. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος καὶ γράφει οὕτως,

Αἰθιόπας θ' ἱκόμην, καὶ Σιδονίους Ἀραβάς τε.

Zenonem Stoicorum Principem, *ſuum* vocat Strabo, quia & ipſe Stoicus erat.

Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ Τέχνη] Ἐρωτικὴ videlicet; de qua infrà Laërtius in hac ipſa Zenonis Vita: περί τε ἐρωτικῶν διείλεκται κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπιγραφομένης Ἐρωτικῆς Τέχνης. Omiſit autem hic Laërtius plures Zenonis libros, quorum ipſe alibi meminit, & de quibus nos infrà agemus.

Νῦν εὐπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα, &c. Εὖγε ποιεῖ ἡ 5
Τύχη προσελαύνουσα ἡμᾶς φιλοσοφίᾳ] Seneca in libro de Tranquillitate animi: *Nuntiato naufragio Zeno noſter, cùm omnia ſua audiret ſubmerſa; Juvat, inquit, me Fortuna expeditius philoſophari.* Plutarchus in libello De capienda ex hoſtibus utilitate. Ζήνων δὲ τῆς ναυκληρίας αὐτῷ συντριβείσης, πυθόμενος, εἶπεν, Εὖγε, ὦ Τύχη, ποιεῖς, εἰς τὸν τρίβωνα συνελαύνουσα ἡμᾶς. *Zeno cùm nunciaretur navim ipſius qua negotiabatur fractam, Bene facis, inquit, Fortuna, quæ nos intra palliolum compellis.* Et in libro de Animi tranquillitate: Ζήνωνι τῷ Κιτιεῖ μία ναῦς περιῆν φορτηγὸς· πυθόμενος δὲ ταύτην αὐτόφορτον ἀπολωλέναι συγκλυσθεῖσαν, Εὖγε, εἶπεν, ὦ Τύχη ποιεῖς, εἰς τὸν τρίβωνα καὶ τὴν στοὰν συνελαύνουσα ἡμᾶς. *Zeno Cittienſis, audito navem onerariam, quam unicam reliquam habebat, unà cum mercibus eſſe vi fluctuum obrutam, atque demerſam, Bene pol feciſti*, inquit, *ô Fortuna, quæ nos in palliolum & porticum redigis.* Meminit & Nonnus ad Gregorium Naz. Suidas in νῦν εὐπλόηκα, ὅτε νεναυάγηκα· ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδα εὐτυχησάντων. Ζήνων γὰρ ὁ Κιτιεὺς, καταλιπὼν τοὺς πρὶν διδασκάλους, καὶ Κράτητος τοῦ Φιλοσόφου φοιτητὴς γενόμενος, τοῦτο εἴρηκε ναυαγίῳ περιπεσών, καὶ εἰπών· Εὖγε ποιεῖ ἡ τύχη, προσελαύνουσα ἡμᾶς· φιλοσοφίᾳ· οὕτω τραπῆναι πρὸς φιλοσοφίαν. Vides ut variè res eadem à variis refertur.

Ἐν τῇ ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτείῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου, ποικίλῃ.] Suidas: ἐπεκλήθη δὲ καὶ αὐτὸς Στωϊκὸς, διὰ τὸ ἐν τῇ στοᾷ τῇ ἐν Ἀθήναις διδάξαι αὐτὸν, ἥτις πρῶτον μὲν Πεισιανάκτειος, ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα, ποικίλη ἐκλήθη. Pauſanias in Atticis: ἰοῦσι δὲ πρὸς τὴν στοὰν· ἣν ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν. Plinius XXXV. 9. ubi de Polygnoto: *Hic Delphis ædem pinxit: hic & Athenis porticum quæ* Pœcile *vocatur, gratuitò, cùm partem ejus Mycon mercede pingeret: unde major huic auctoritas: ſiquidem Amphictyones, quod eſt publicum Græciæ Concilium, hoſpitia ei gratuita decrevere.* Plutarchus in Cimone: καὶ διὰ τοῦτο φασιν ἐν τῇ Πεισιανακτίῳ τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν Στοᾷ, γράφοντα τὰς τρωάδας, τὸ τῆς Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης. Anonymus in Argumento Miltiadis apud Ariſtidem: ἐφ' οὗ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι γραφῆναι τὴν Πεισιανακτίαν στοάν, ἥτις ὕστερον ἐκλήθη Ποικίλη. Harpocration in Πολύγνωτος: τὴν Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε πρῶτος. Inde Stoa dicitur Mercurio; apud Lucianum in Bis Accuſato: ἡ κατάγραφος, ἡ τὰ ποικίλα. De Pœcile,

etiam Etymologus : Στωϊκοί. οἱ φιλόσοφοι. ἐκ τοῦ στοά. ἐκεῖ γὰρ ἦν αὐτῶν τὸ διδασκαλεῖον. Ζήνων ὁ Κιτιεύς διέτριβεν ἐν τῇ στοᾷ τῇ καλουμένῃ ποικίλῃ· ὅθεν λαβεῖν τὴν αἵρεσιν καὶ τοὔνομα συνέβη, κατ' ἐπαύξησιν τοῦ ο εἰς τὸ ω. Erat autem ἐν ἀγορᾷ: ut diſcimus ex Luciano in Jove Tragœdo. Et adhuc temporibus Arcadii & Honorii viſebatur Athenis cum ſuis Tabulis. Sed Stoïcos venerationem ei loco majorem prope quam Superûm templis tribuentes non tulit Proconſul quidam Achaïæ. Is locum deturbavit, & Tabulas abſtulit: eoque facto, Stoicorum ſupercilium non mediocriter retudit, ut ait Syneſius. Verba ſunt magni Caſauboni ad hæc è Satyra III. Perſii,

Quæque docet ſapiens braccatis illita Medis
Porticus.

De Polygnoto, Suidas, in Πολύγνωτος, & Plinius dicto loco.

Ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα, τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους ἀνῄρηντο ἐν αὐτῷ.] Emendat Caſaubonus, ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα, πρὸς τοῖς χιλίοις τετρακόσιοι ἀνῄρηντο ἐν αὐτῷ.

Καθά φησι καὶ Ἐπίκουρος ἐν Ἐπιστολαῖς.] Abſunt hæc à Florentino Codice.

Καὶ πρότερόν γε Στωϊκοὶ ἐκαλοῦντο οἱ διατρίβοντες ἐν αὐτῇ Ποικίλῃ.] Ita dicti & Grammatici quidam. Heſychius Grammaticus: Στωϊκοί. οὐ μόνον οἱ ἀπὸ Ζήνωνος Φιλόσοφοι, ἀλλὰ καί τινες Γραμματικοί.

6 Ἐτίμων δὴ οὖν Ἀθηναῖοι σφόδρα τὸν Ζήνωνα, &c.] Etiam civitate donarunt. Themiſtius Oratione XIV. ἀλλὰ καὶ Ζήνων μὲν ὁ τῆς στοᾶς ἀρχηγέτης, καίπερ τἆλλα σεμνὸς ὢν καὶ ὑψηλολόγος, ὅμως ἐγαννύσκετο καὶ ἐλαμπρύνετο. ἐπειδὴ αὐτὸν Ἀθηναῖοι ξένον ὄντα καὶ Φοίνικα, ἐπὶ τοῖς λόγοις δημοποίητον ἐποιήσαντο. At Plutarchus in libro de Stoicorum repugnantiis, Zenonem noluiſſe civem Athenienſem fieri, ſcribit ex Antipatro, ne in ſuam patriam injurius videretur: καὶ μὴν Ἀντίπατρος ἐν τῷ περὶ τῆς Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς ἱστόρηκεν, ὅτι Ζήνων καὶ Κλεάνθης οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι γενέσθαι, μὴ δόξωσιν τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀδικεῖν.

Ὡς καὶ τῶν τειχῶν αὐτῷ τὰς κλεῖς παρακαταθέσθαι, καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμῆσαι, &c.] Meminit Baptiſta Fulgoſius, Dictorum, Factorumque memorabilium libro II. capite 5. *Quæ regna, aut quæ victoriæ tantum majeſtatis in homine aliquo potuit, quantum integritas bonitaſque Zenoni Cittieo, Cyprio Philoſopho, peperit? Apud eum enim, dum Athenis moratus eſt, cives portarum urbis claves poſuerunt, tutiore eas eſſe loco quàm quovis in templo putantes. Certius illi quamvis peregrino communem ſalutem, quàm ulli concivium ſuorum credentes: cujus virtutem, ut Populus Athenienſis, quanti à ſe facta eſſet, teſtaretur, aureâ ſtatuâ coronâ inſigni donavit.* Rarus honos in id hominum genus. Similiter Epiſcopi Gallici; id obiter obſervamus; ſimul ac Antiſtites conſtituti erant, portarum ſuæ urbis claves ſibi oblatas accipiebant, &, ſaltem bello, apud ſe conditas, ſervare conſueverant: ut in Rerum Francicarum libro XIII. Hadrianus Valeſius, Hiſtoriæ Francicæ pater, obſervavit. Auctor libelli de Vita Rigoberti, Remorum Archiepiſcopi: *Accidit tum ut Carolus* (Major domus, cognomine Martellus) *Remorum urbem præteriens, totam circumiret: donec ad eam pervenit portam, in qua Sanctus Rigobertus congruis exſtructis ædibus degebat. Hæc autem porta, à pleriſque* Collaticia; *ab aliis, hodieque*, Baſilicaris *vocatur: ibique portarum ceterarum totius urbis claves apud ſe reconditas ſervabat. Quem Carolus hujusmodi compellavit vocibus: Domine Rigoberte, jube portam civitatis aperiri, ut liceat ire precatum ad Sanctam Mariam.* &c. Etiam Frodoardus in libri 2. Hiſtoriarum Eccleſiæ Remenſis capitulo 12. ſcribit, à Rigoberto portam urbis Carolo non eſſe patefactam. Nec aliam ob cauſam Aprunculus Lingonicus Antiſtes Burgundionibus, Voluſianus & Verus Turonici Epiſcopi, ac Quintilianus Rutenenſis, Gothis ſuſpecti fuere, urbes ſuas Francis tradere voluiſſe. Et Bertchramnus Burdigalenſis, Palladius Santonicus, Theodorus Maſſilienſis, Nicaſius Ecoliſmenſis, Anthedius Aginenſis, Gundobaldum oppidis ſuis recepiſſe dicuntur à Gregorio Turonico Epiſcopo in libro VIII. capite 2. Huc ſpectant & Fortunati verba in libro de vita Germani, Pariſiorum Epiſcopi, capite 13. *Cui ante quatuor ferè annorum curricula, ipſa Epiſcopatûs ſui cauſa non eſt abſcondita.* (ſermo eſt de Sancto Germano) *Itaque poſitus in ſopore, inſpicit à quodam ſene claves ſibi portæ Pariſiacæ porrigi. Sed interrogans ad quid hoc fieret, accepit reſponſum, ut ſalvos eos faceret. Ac poſt, Civitatis Epiſcopo decedente: cùm præcellentiſſimo Regi Childeberto occurriſſet, in ejus electione mox effectum illa vox cœleſtis promeruit.* Illa videlicet clavium urbis traditio in ſomnis viſa, Germanum Pariſiorum Epiſcopum futurum indicabat. Addimus obiter Valeſianæ Obſervationi: Sanctum illum Germanum; propter hujuſmodi ſomnium; ut nobis quidem videtur; cum clave in manu pingi ſolitum. Ita certè pictus conſpicitur in ſpecularibus vitreis matris Eccleſiæ Pariſienſis.

Ἀπεδέχετο αὐτὸν καὶ Ἀντίγονος, καὶ εἴ ποτε Ἀθήναζε ἥκοι, ἤκουεν αὐτοῦ.] De Antigoni Gonatæ, poſt Alexandrum Syriæ regis, (de eo enim intelligendus Laërtius) erga Zenonem Cittieum reverentia & cultu, videndus Ælianus Variæ Hiſtoriæ IX. 26. & de utriusque congreſſu, Arrianus Diſſertationum Epicteti II. 13. & Simplicius ad Arriani Enchiridium Epicteti cap. 51.

Περσαῖον δὲ, ἕνα τῶν γνωρίμων.] Vide infra in hac ipſa Zenonis vita.

Οἷος γὰρ ἂν ὁ ἡγούμενος ᾖ, τοιούτους εἰκὸς ὡς ἐπιτοπολὺ γίνεσθαι καὶ τοὺς ὑποτεταγμένους.] *Hæc enim conditio ſuperiorum eſt, ut quidquid faciunt, præcipere videantur, & perniciosiſſimus eſt malæ rei maximus quiſque auctor*, ut ait Quintilianus Declamat. III. 7

Τῆς ἀληθινῆς.] Ulpianus in l. 1. D. de Juſtitia & jure: *Veram, niſi fallor philoſophiam, non ſimulatam aſſectantes.* Papinianus in l. 8. ſect. 4. De vacat. & excuſat. muner. *Verè philoſophantes pecuniam contemnunt.* Marcus Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν libro I. τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων. Huc pertinent, 8

nent, quæ in Tabula ſcripſit Cebes περὶ ψευδοπαιδείας.

9 Ἀριστόβουλον.] Ἀριστόδημον MSS. quidam.

10 Ἵππων Κρατιστοτέλους, Ξυπετέων.] Ita quoque Editio Baſilienſis, & Codex Regius: rectè.

Θράσων Θράσωνος.] Antigoni Legatus: ſic eum infrà appellat Laërtius.

Ἀνακλιεύς.] Lege Ἀνακιεὺς, ut habent ceteræ Editiones & Codex Regius. Stephanus de Urbibus: Ἀνακαία. δῆμος τῆς Ἱπποθωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀνακαιεύς. Mox quoque vitioſè Ἀνακλιεὺς, pro Ἀνακαιεύς: errore ſolito exſcriptorum, qui fere plerumque A pro A pingebant.

11 Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ.] Vide Caſaubonum.

Οἰκοδομῆσαι δὲ αὐτῷ καὶ τάφον ἐπὶ τοῦ Κεραμεικοῦ.] Ubi eos qui in bello occubuerant, publico ſumptu ſepeliebant: quare Ceramicum δημόσιον σῆμα dicitur Thucydidi. Non ſolum autem eos qui in bello occubuerant, ſed & alios quibus honorem habitum vellent, publicè in Ceramico ſepeliebant. De ſepulcris quæ in Ceramico, videndus Pauſanias in Atticis, & Meurſius in Περὶ δήμων.

12 Μέδων Ἀχαρνεύς.] Μέλων MS. Regius, & Palatinus. Μέλλων, ceteræ Editiones.

Συμπαλλητεύς.] MS. Regius Συμαλλητεύς. Lege Συπαλητεύς, ut rectè ex Stephano Caſaubonus emendavit. Rectiùs tamen Συπαλήττιος legeretur. Stephanus: Συπαλητός. δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Συπαλήττιος. Corrigendus Heſychius Συπαλετίττειος, δῆμος φυλῆς Κεκροπίδος. Lege Συπαλήττιος. Habes apud eumdem Heſychium: Συπαλητίους, κακούργους. Lege Συπαλητταίους. Sypalittii malè audiebant.

Προσθεῖναι.] Προστεθῆναι Editio Stephani rectiùs, nec non MS. Regius, & Palatinus.

13 Καὶ ὀλίγου ἐυωδους οἰναρίου.] ὀλίγον Editio Stephanica, & Codex Regius.

Παιδαρίοις τε ἐχρῆτο σπανίως, ἅπαξ ἢ δὶς που παιδισκαρίῳ τινὶ, ἵνα μὴ δοκοίη μισογύνης εἶναι.] Aliter Antigonus Caryſtius in ejus Vita apud Athenæum XII. 2. οὐδέποτε γυναικὶ ἐχρήσατο, παιδικοῖς δ' ἀεί.

Εὐσυμπεριφόρος.] Gallicè *accommodant*. Laërtius infrà in hac Vita, ubi de officiis: συμπεριφέρεσθαι φίλοις.

14 Κλεάνθης ἐν τῷ Περὶ χαλκοῦ.] Quem librum omiſit Laërtius in Indice librorum Cleanthis; ubi nos vide.

Δημοχάρους δὲ τοῦ Λάχητος, &c.] Vide Caſaub.

15 Ἐρωτηθεὶς δὲ διὰ τί θαυμάζει, &c.] Habes totidem verbis apud Heſychium Mileſium.

Γύργαθος.] Heſychius, γύργαθον. σκεῦος πλεκτὸν ἐν ᾧ βάλλουσιν τὸν ἄρτον οἱ ἀρτοκόποι. Gloſſarium Vetus: reticulum, γύργαθος. Apoſtolius Byzantius: γύργαθον φυσᾶς. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων. σημαίνει δὲ τὸ δίκτυον. Significat & *lectum* apud Suidam: γύργαθος. καὶ παροιμία, γύργαθον φυσᾶς, ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων. γύργαθος οὖν κλίνη, ἐν ᾗ τοὺς παρέτους καὶ δαιμονιώδεις στροβοῦσι. Unde Aldobrandinus hunc Timonis locum de lecto exponebat: quaſi Timon ſignificare vellet Zenonem inſanum eſſe, ut qui in lecto jaceret, in quo decumbere ſolent qui à dæmonibus aut ab inſania vexantur. Sed vereor ne mendoſi ſint Suidæ codices. In his ſcribendum crediderim, γράβατος δ' ἦν κλίνη, &c. Et totum locum deſumptum eſſe reor ab aliquo Scriptore, qui vocem γύργαθος & vocem γράβατος expoſuiſſet: niſi potiùs ſcripſerit Suidas, γύργαθος καὶ κλίνη, ἐν ᾗ τοὺς παρέτους καὶ δαιμονιώδεις στροβοῦσι. *Hoc eſt, γύργαθος quoque lectum ſignificat, in quo paralyticos & damoniacos verſant.* Hîc ergo, in verſibus Timonis, γύργαθος accipiendum de rete. Captioſas Stoicorum argumentationes retibus aſſimilabant alii Scriptores. Cicero in Lucullo, ubi de Sorite & Pſeudomeno: *quas plagas ipſi contra ſe Stoici texuerunt.* Immo & ipſi Stoici. Chryſippus apud Lucianum, in Vitarum auctione: τῶν λόγων πλεκτάνας, αἷς συμποδίζω τοὺς προσομιλοῦντας.

Νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο.] Exſcripſit hunc locum Suidas in σκινδαψός: σκινδαψός. ὄργανον μουσικόν. περὶ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως· ὁ δ' ἔρρει γύργαθος αὐτοῦ (lege αὐτῆς) μικρὸς ἰών. νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδαψοῖο. σκινδαψός. ἀφάνα. Etiam Heſychius σκινδαψὸν organum muſicum eſſe ait in βλιτύριον. Γ'όβας τὸν σκινδαψὸν, ὄργανον ὃν μουσικὸν, ἐπιδίδωσι. τὸ δὲ βλίτυρι, χορδῆς μίμημα. Et Stephanus Byzantius in Γαληψός: σκινδαψός. ὀργάνου ὄνομα, καὶ κύριον. Meminit hujus vocis & Artemidorus Onirocrit. IV. 3. cujus verba infrà adducimus, ubi de voce βλίτρι agimus. Vide Matthiam Martinium in *ſcindapſus*. Servum Homerus habuit, *Scindapſum* nomine. Meminit, ex Hypermenis libro περὶ Χίου, Ptolemæus Chennus in ſexto Hiſtoriæ novæ, apud Photium in Bibliotheca, Codice CXC.

Πρὸς Φίλωνα τὸν Διαλεκτικόν.] Diodori Croni diſcipulum; Zenonis condiſcipulum; Carneadis magiſtrum. Philonis Dialectici meminit Clemens Strom. IV. ubi eum citat ἐν Μενεξένῳ. Clementis locum adduximus ſuprà ad Euclidem, ubi nos vide. Meminit & Hieronymus lib. I. contra Jovinianum. 16

Ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ νεωτέρου.] Accipit Aldobrandinus de Zenone Sidonio: Jonſius de Zenone ipſo Cittieo, qui, cùm Philone Dialectico ejus condiſcipulo junior eſſet, cum eo diſceptabat & exercebatur, nec eum minùs quàm Diodorum Cronum, communem Magiſtrum admirabatur. Zenonem Diodoro operam dediſſe, teſtatur infrà Laërtius.

Ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν καὶ γυμνορρύπαροί τινες.] Reſpexit hunc locum Suidas: γυμνορρύπαροι. οἱ σοφισταί. ἦσαν περὶ αὐτὸν γυμνορρύπαροί τινες.

Πενεσταῖων σύναγυν νέφος.] Ita νέφος μαρτύρων, *nubem teſtium*, dixit Paulus Apoſtolus Epiſtolâ ad Hebræos XII. 1. Et Virgilius, *nimbum peditum* Æneïdos VII.

Αὐτὸν δὲ στυγνόν τε εἶναι καὶ πικρὸν, καὶ τὸ πρόσωπον συνεσπασμένον.] Atque ideo fronte contracta pingebatur. Apollinaris Sidonius Epiſtolâ IX. libri IX. *Neque te ſatis hoc æmulari, quòd per gymnaſia pingantur Areopagitica, vel Prytaneum; curva cervice Speuſippus; Aratus, panda; Zenon, fronte contracta; Epicurus, cute diſtenta; Diogenes, barba comante;*

Socrates, coma candente; Ariſtoteles, brachio exerto; Xenocrates, crure collecto; Heraclitus, fletu oculis clauſis; Democritus, riſu labris apertis; Chryſippus, digitis propter numerorum indicia conſtrictis; Euclides, propter menſurarum ſpatia laxatis; Cleanthes, propter utrumque, corroſis.

Μικρολογίας.] De hac voce diximus ſuprà pluribus ad Bionem.

Εἴ δέ τινα ἐπισκόπτοι.] MS. Regius ἐπικόπτοι. Scaliger ἐπισκώπτοι.

17 Ὀχέτιον.] ὀχημάτιον legerat Vetus Interpres; qui *vehiculum* interpretatus eſt. ὀχέτιον, genuina eſt lectio.

Καὶ τῶν ἰατρῶν ἀκούω τῶν ἀγαθῶν, κράτιστον εἶναι φάρμακον πρὸς τὰ φλεγμαίνοντα, ἡσυχίαν.] Alexander Aphrodiſæus Problematum libro I. ἐμάθομεν δὲ μέγιστον ἴαμα παντὸς πάσχοντος μέρους τὴν ἀκινησίαν ὑπάρχειν.

Δυοῖν δ' ὑπερανακειμένοιν ἐν πότῳ, καὶ τοῦ ὑφ' αὐτὸν τὸν ὑφ' ἑαυτὸν σκιμαλίζοντος τῷ ποδί] Etiam hunc locum exſcripſit Suidas in σκιμαλίσω: σκιμαλίσω. ἐξουδενώσω, χλευάσω, τῷ μέσῳ δακτύλῳ τῶν γυναικείων πυγῶν ἅψομαι. λέγεται δὲ καὶ σκιμαλίζειν κυρίως, τὸ τῷ μέσῳ δακτύλῳ ἀποπειρᾶσθαι εἰ ὠοτοκοῦσιν αἱ ἀλεκτορίδες. δυοῖν ὑπερανακειμένοιν ἐν πότῳ τοῦ Ζήνωνος, καὶ τοῦ ὑφ' αὐτὸν, τὸν ὑφ' ἑαυτὸν σκιμαλίζοντος τῷ ποδί, αὐτὸς ἐκεῖνον τῷ γόνατι. ἐπιστραφέντος δὲ, Τί οὖν οἴει τὸν ὑποκάτω σοῦ πάσχειν ὑπὸ σοῦ. Ita legendus hic locus, ex Laërtio, apud quem legebat Caſaubonus δυοῖν δ' ὑπερανακειμένου, Ζήνωνος videlicet. Certè quid ſimile ſcripſerat Laërtius. Sed num potiùs δυοῖν δ' ὑπανακειμένοιν? ἀνακεῖσθαι, eſt *accumbere*. Ariſtoteles in Ritibus Tyrrhenorum, apud Athenæum I. 19. οἱ δὲ Τυρρηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ. δυοῖν δ' ὑπανακειμένοιν, ergo erit, *duobus infrà ſe accumbentibus:* quod cum ſequentibus optimè convenire videtur: non item recepta lectio.

18 Ὁμοίους εἶναι τῷ ἀργυρίῳ Ἀλεξανδρίνῳ.] Alexandrinæ monetæ meminit Pollux IX. 6. & Athenæus VIII. I. & Laërtius infrà in Philolao.

Ἀδύνατον εἰπεῖν εἰ μή σε ὁ πατὴρ μεθύων ἐγέννησε.] Tribuitur Diogeni à Plutarcho in libello de Puerorum inſtitutione. Sed paulò aliter Plutarchus. Διογένης, inquit, μειράκιον ἐκστατικὸν ἰδὼν, καὶ παραφρονοῦν, νεανίσκε, ἔφησεν, ὁ πατήρ σε μεθύων ἔσπειρε.

Ὅθεν αὐτὸν καὶ λάλον ἀπεκάλει, βραχυλόγος ὤν.] Gellius I. 15. ubi de hominibus ſtulta & immodica blaterantibus: *quorum lingua tam prodiga infreniſque ſit, ut fluat ſemper, aſtuetque colluvione verborum teterrima: quod genus homines à Græcis ſignificantiſſimo vocabulo λάλους appellatos. Valerium Probum, Grammaticum illuſtrem, ex familiari ejus docto viro comperi Salluſtianum illud*, Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum, *brevi antequam vitâ decederet, ſic legere cœpiſſe, & ſic à Salluſtio relictum affirmaſſe*, ſatis loquentiæ, ſapientiæ parum: *quòd* loquentia *novatori verborum Salluſtio maximè congrueret*, eloquentia *cum inſipientia minimè conveniret*. Idem Zeno, Stobæo teſte Sermone XXXIV. è Diſcipulis ſuis aliquos eſſe ajebat φιλολόγους, alios verò λογοφίλους. Ad hanc Zenonis βραχυλογίαν reſpexit Luciamus in Bis Accuſato, cùm Stoam introduxit, ſe ipſam vocantem οὐ πάνυ τοῖς μακροῖς τῶν λόγων χαίρουσαν.

Πρὸς δὲ τὸν ὀψοφάγον, &c.] Habet Laërtius ab 19
Antigono Caryſtio, qui Zenonis Vitam ſcripſerat, & cujus hæc ſunt verba apud Athenæum libro VIII. Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς στοᾶς κτίστης, πρὸς τὸν ὀψοφάγον, ᾧ συνέζη ἐπὶ πλείονα χρόνον, καθά φησιν Ἀντίγονος Καρύστιος ἐν τῷ Ζήνωνος βίῳ, μεγάλου τινὸς κατὰ τύχην ἰχθύος παρατεθέντος, ἄλλου δ' οὐδενὸς παρεσκευασμένου, λαβὼν ὅλον ὁ Ζήνων, ἀπὸ τοῦ πίνακος οἷος ἦν κατεσθίειν. τοῦ δὲ ἐμβλέψαντος αὐτῷ, Τί οὖν, ἔφη, τοὺς συζῶντάς σοι οἴει πάσχειν (addendum putat Leopardus καθ' ἡμέραν) εἰ σὺ μίαν ἡμέραν μὴ δεδύνησαι ἐνεγκεῖν ὀψοφαγίαν; Id eſt: *Quod ſcribit Antigonus Caryſtius in Zenonis Vita, Stoicorum familiæ conditoris; is helluonem; quo cum diu vixerat; ingeniosè caſtigavit. Ingens enim piſcis cùm eſſet appoſitus, paratique nihil aliud, totum acceptum è patina, quantus fuit, Zeno mandere incipiebat: eo verò Zenonem crebro inſpectante, Quo animo eſſe putas, inquit philoſophus, ſodales tuos quotidie, qui meam edacitatem uno tantum die tolerare nequiveris.* Unde apparet legendum apud Laërtium οἵοσ' ἦν, ut Leopardo & Caſaubono viſum, & ut legitur in Editione Romana: & poſteà, εἰ μὴ δύνασαι σὺ μίαν ἡμέραν ἐνεγκεῖν, &c. ut Leopardus reponebat; qui XIV. 2. totum hunc locum ita vertit: *Zeno, helluone obſoniorum nihil convictoribus relinquente, appoſito quandoque prægrandi piſce, ſublatum quantum potuit devorabat. Intuenti autem ſe, Quid igitur, inquit, putas quotidie convictores tuos pati, ſine die quidem uno potes edacitatem meam ferre?* Verùm ibi ὀψοφάγος, non eſt opſoniorum, ſed piſcium helluo. Vide Athenæum VII. 2. & Plutarchum Symposiacon IV. 4. Huic phraſi οἵός τε ἦν κατεσθίειν, ſimile eſt illa Plutarchi in Alcibiade. οἷός τε ἦν διαφαγεῖν τὰς χεῖρας, ut idem vir doctus obſervabat.

Χρείαν Σοφοκλέους προενεγκάμενος.] Commodiùs legeretur χρείαν Ἀντισθένους: non enim, puto, χρείαν Σοφοκλέους ſcripſerat Antiſthenes: at verò de libris Antiſthenis hîc ſermo eſſe videtur.

Οὐδὲν, ἔφη, ὑμῶν ἀθλιώτερον ἔσεσθαι τῶν καλῶν.] 21
Addendum omnino ex Heſychio Mileſio, εἰ μὴ ἡμεῖς ἐρασθησόμεθα: quod Junius & Meurſius obſervarunt. Heſychii Mileſii verba hæc ſunt: οὗτος πρὸς τὸν καλὸν εἰπόντα, ὅτι οὐ δοκεῖ ἐρασθήσεσθαι ὁ σοφὸς, Οὐδὲν ἀθλιώτερον, ἔφη, ὑμῶν ἔσται τῶν καλῶν, εἰ μὴ ἡμεῖς ἐρασθησόμεθα. Dictum hoc Carneadi tribuit Themiſtius Oratione 26. Verba ejus ſunt: καίτοι γε χαριέντως γε ἀκούομεν ἀποκρινασθαι Καρνεάδην πρὸς τὸ μειράκιον, τὸ ἐρόμενον, εἰ καὶ σοφὸς παιδικῶν ἐρασθήσεται, Ὅτι δεινὰ μέν τ' ἂν πάθοιτε ὑμεῖς οἱ καλοὶ, εἰ μόνοι περὶ ὑμῶν σπουδάζουσιν οἱ ἀνόητοι. Id eſt: *Atqui ſcitè admodum adoleſcentulo cuidam reſpondiſſe Carneadem accepimus. Sciſcitanti ecquid ſapiens puerorum amore caperetur: Malè, inquit, cum formoſis vobis agatur, ſi à ſolis inſipientibus amemini.*

Τὰ μὲν πολλὰ ἀσόφους εἶναι, τὰ δὲ μικρὰ καὶ τυχηρὰ ἀμαθεῖς] Videtur legendum, τὰ μὲν μεγάλα σοφοὺς εἶναι.

Τοῦ Καφησίου] Aulœdi; de quo id ipſum narrat Athenæus libro XIV. capite 6. Οὐ κακῶς δὲ καὶ Καφησίας ὁ αὐλητὴς, ἐπιβαλλομένου τινὸς τῶν μαθητῶν αὐλεῖν μέγα, καὶ τοῦτο μελετῶντος, πατάξας, εἶπεν, Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ, τὸ εὖ κείμενον εἶναι, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ, τὸ μέγα. De Caphiſia legendus Leopard. IX. 21.

22 Ἐπὶ τὰ κεκονιμένα τῶν βάθρων] Ita quoque rectè Editio prior. Malè Stephanica, & Regius Codex, & Florentinus, κεκομμένα.

Δεῖν τε ἔλεγε τοὺς νέους πάσῃ κοσμιότητι κεχρῆσθαι, καὶ πορείᾳ, καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ] Caſaubonus ad Athenæum I. 18. malebat ἐν πάσῃ, &c. Placet lectio Stephanicæ Editionis & Codicis Regii: τοὺς νέους πάσῃ κοσμιότητι χρῆσθαι ἐν πορείᾳ, καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ.

Τοὺς ἐπὶ τοῦ Καπανέως Εὐριπίδου στίχους, ὅτι Βίος, &c.] Meurſius in Elencho Tragœdiarum Euripidis, Voce Καπανεύς, ita hos verſus reſtituebat,

---- ὅτι βίος πολὺς
Αὐτῷ μὲν ἦν, ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν,
Φρόνημα δ' οὐτι μεῖζον εἶχεν ἢ πένης
Ἀνήρ.

Quantò meliùs Caſaubonus!

---- βίος μὲν ἦν αὐτῷ πολὺς,
Ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν, φρόνημα δὲ
Οὐδὲν τι μεῖζον εἶχεν ἢ πένης ἀνήρ.

Ita enim leguntur apud Euripidem in Supplicibus; niſi quod vox αὐτῷ Poëtæ non eſt.

23 Ἔλεγε δὲ μηδὲν εἶναι τῆς ποιήσεως ἀλλοτριώτερον πρὸς κατάληψιν τῶν ἐπιστημῶν] Mericus Caſaubonus in eruditis Notis ad Marcum Antoninum, τῆς οἰήσεως legendum exiſtimabat: quæ lectio cum præcedentibus verbis de elatione congruere videtur. Nos tamen nihil mutandum exiſtimamus, propter ſequentia, μηδενός τε ἡμᾶς οὕτως εἶναι ἐνδεεῖς ὡς χρόνου. Zeno ingenuas artes; quas inter Poëtice; inutiles affirmabat: qua de re mox.

Μηδενός τε ἡμᾶς οὕτως εἶναι ἐνδεεῖς ὡς χρόνου] Meminit Stobæus Serm. XCVI. Ζήνων ἔλεγεν, οὐδενὸς ἡμῖν οὕτω πένεσθαι, ὡς χρόνου. βραχὺς γὰρ ὄντως ὁ βίος. ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, καὶ μᾶλλον ἡ τὰς τῆς ψυχῆς νόσους ἰάσασθαι δυναμένη. Apparet ex Stoicorum libris; ut verè ad Perſii Satiram V. Caſaubonus obſervabat; familiare in ore Stoicorum fuiſſe præceptum, *Parce tempori.*

Δοῦλον ἐπὶ κλοπῇ (φασὶν) ἐμαστίγου] An de alieno ſervo intelligendus Laërtius? Nam Seneca Zenonem nullum habuiſſe ſervum dicit in Conſolat. ad Helvid. cap. 12. *Unum fuiſſe Homero ſervum; nullum Zenoni, à quo cœpit Stoicorum rigida & virilis ſapientia, ſatis conſtat.*

Ὁρῶ σου, ἔφη, τοῦ θυμοῦ τὰ ἴχνη] Eraſmus ita eſt interpretatus, *Video, inquit, animi tui veſtigia.* Addit, notans illius *impudicitiam: In Græcis, pluſculum eſt gratiæ; quòd* θυμὸς *& animum ſignificat, & animi vehementem ſignificationem.* Sed omnino fallitur Eraſmus. Nihil in illo apophthegmate Zenonis ejus familiari ab eo objectum, præter iracundiam, ut rectè Leopardus monuit XVIII. 24.

Πρὸς τὸ φλυαροῦν μειράκιον, Διὰ τοῦτο, εἶπε, δύο ὦτα ἔχομεν, στόμα δὲ ἕν, ἵνα πλείω μὲν ἀκούωμεν, ἧττονα δὲ λέγωμεν.] Quod ipſum teſtatur Stobæus Serm. XXXIV. Ζήνων πρὸς τὸν πλείω λαλεῖν θέλοντα ἢ ἀκούειν, νεανίσκε, εἶπεν, ἡ φύσις ἡμῖν γλῶτταν μὲν μίαν, δύο δὲ ὦτα πάρεσχε, ἵνα διπλάσιον ὧν λέγομεν, ἀκούωμεν. Nilus libro 8. epiſtolâ 277. διὰ τοῦτο δύο εἰλήφαμεν ὦτα, μίαν δὲ γλῶσσαν, ἵνα πλείονα ἀκούωμεν πρὸς σωτηρίαν, ἢπερ λαλοῦμεν. *Ideo duas aures accepimus; linguam verò unicam; ut plura ad ſalutem audiamus quàm loquamur.* Etiam petulantiæ verborum coërcendæ vallum eſſe oppoſitum dentium, luculentè dixit Homerus, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων: ut loquendi temeritas non cordis tantùm cuſtodiâ, ſed & quibuſdam quaſi excubiis in ore poſitis ſepiatur. Verba ſunt Gellii Noctium Atticarum lib. I. cap. 15.

Ἐν συμποσίῳ κατακείμενος σιγῇ, τὴν αἰτίαν ἠρωτήθη, &c.] Narrat eamdem hiſtoriam Stobæus Serm. XXXI. his verbis: Ζήνων, Ἀντιγόνου πρέσβεις Ἀθήναζε πέμψαντος, κληθεὶς ὑπ' αὐτῶν σὺν ἄλλοις Φιλοσόφοις ἐπὶ δεῖπνον, καὶκείνων παρὰ πότον σπευδόντων ἐπιδείκνυσθαι τὴν αὐτῶν ἕξιν, αὐτὸς ἐσίγα· τῶν δὲ πρέσβεων ζητούντων τί ἀπαγγείλωσι περὶ αὐτοῦ πρὸς Ἀντίγονον, Τοῦτ' αὐτὸ, ἔφη, ὃ βλέπετε· δυσκρατίστατον γὰρ πάντων ὁ λόγος. 24

Ἡ δὲ ψυχὴ παρὰ Στίλπωνι] Noſter ſuprà, in Stilpone: καὶ τὸν Ῥητορικὸν Ἄλκιμον ἁπάντων πρωτεύοντα τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι Ῥητόρων, Κράτητά τε, καὶ ἄλλους πλείστους καὶ ὅσους ἐθήρασε· καὶ δὴ καὶ Ζήνωνα τὸν Φοίνικα μετὰ τούτων ἀφείλετο.

Οὐ λανθάνεις, ὦ Ζήνων, ταῖς κηπαίαις παρεισρέων θύραις] Id eſt, *Megaricorum inſtitutis imbutus.* Megarici enim in Horto docebant, unde ab Ariſtotele, οἱ ἀπὸ κήπου dicuntur. Fuit autem Diodorus Cronus è Megaricorum familia, ut diſcere eſt ex Laërtio. 25

Διαλεκτικόν] Diodorum Cronum. Vide nos ſuprà ad librum 2. in Euclide.

Ἐν τῷ θερίζοντι λόγῳ] Meminit hujuſce argumentationis Lucianus, in Vitarum Auctione; ubi de Stoicis Philoſophis: πολλοί γε, καὶ τοὺς ὤμους καρτεροί, καὶ τοῦ θερίζοντος λόγου ἄξιοι. Videtur autem ſic dicta, inquit Aldobrandinus, quòd adverſarium dejiceret, & quaſi demeteret: eſt enim θερίζειν *dejicere*; metaphorâ ſumptâ à meſſoribus, qui ſegetum manipulos demetunt. Fallitur Aldobrandinus. Nomen accepit à metendi ratione, quæ in hoc Syllogiſmo uſurpatur. Id nos docuit Ammonius in librum Ariſtotelis Περὶ ἑρμηνείας ſectione 2. capite 10. Ammonii verba ſunt: εἰ θεριεῖς φησιν, οὐχὶ, τάχα μὲν θεριεῖς, τάχα δὲ οὐ θεριεῖς· ἀλλὰ πάντως θεριεῖς· Καὶ, εἰ μὴ θεριεῖς, ὡσαύτως οὐχὶ τάχα μὲν θεριεῖς, τάχα δὲ οὐ θεριεῖς· ἀλλὰ πάντως οὐ θεριεῖς. ἀλλὰ μὴν ἐξ ἀνάγκης ἤτοι θεριεῖς, ἢ οὐ θεριεῖς· ἀνήρηται ἄρα τὸ ΤΑΧΑ, εἴπερ μήτε κατὰ τὴν ἀντίθεσιν τοῦ θεριεῖν πρὸς τὸ μὴ θεριεῖν ἔχει χώραν. *Si meſſurus es, non, fortaſſe metes, fortaſſe non metes; ſed metes omnino. Ac pari modo, Si non es meſſurus, non, fortaſſe metes, fortaſſe non metes; ſed prorſus non metes. Atqui ut vel metas, vel non metas, ex neceſſitate eventurum eſt. Quare ipſum* fortaſſe *perit, tollitur:* cùm neque in metendi,

neque in non metendi oppositione locum obtineat. Vide nos ſupra ad Euclidem.

Φασὶ δὲ καὶ πρῶτον καθῆκον ὠνομακέναι.] Quod & infrà in hac Vita repetit idem Laërtius: κατωνομάσθαι δὲ οὕτως ὑπὸ πρώτου Ζήνωνος τὸ καθῆκον, &c. Huc reſpexit Suidas in Καθῆκον: φασὶ πρῶτον ὠνομακέναι τὸν Ζήνωνα τὸν Κιττιέα, καὶ λόγον περὶ αὐτῷ (γρ. αὐτοῦ) πεποιηκέναι.

Καὶ λόγον περὶ αὐτοῦ πεποιηκέναι.] De quo ſuprà, in Elencho librorum.

Τούς τε Ἡσιόδου στίχους μεταγράφειν οὕτω, &c.] Dixerat Heſiodus,

Κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.

Ad quem locum Proclus, Zenonem ſic eos verſus immutaſſe etiam obſervat: Ζήνων μὲν ὁ Στωϊκὸς ἐνήλλαττε τοὺς στίχους, λέγων,

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.

τῇ εὐπειθείᾳ τὰ πρωτεῖα διδοὺς, τῇ φρονήσει δὲ τὰ δευτερεῖα. Ἀρίστιππος δὲ ἀπ' ἐναντίας ὁ Σωκρατικὸς ἔλεγε, συμβούλου δεῖσθαι χεῖρον εἶναι τοῦ προσαιτεῖν. Notabis autem hoc loco legi, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει, pro eo quod apud Heſiodum ſcribitur ὃς αὐτῷ.

26 Καὶ οἱ θέρμοι πικροὶ ὄντες, βρεχόμενοι γλυκαίνονται.] Galenus libro Quòd animi mores ſequantur temperamentum corporis: καὶ Ζήνων, ὥς φασιν, ἔλεγεν, ὅτι καθάπερ οἱ πικροὶ θέρμοι βρεχόμενοι τῷ ὕδατι γίνονται γλυκεῖς, οὕτω καὶ αὐτὸν ὑπ' οἴνου διατίθεσθαι. Meminit & Athenæus libro II. διὰ καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεὺς σκληρὸς ὢν καὶ πάνυ θυμωτικὸς πρὸς τοὺς γνωρίμους ἐπὶ πλεῖον τοῦ οἴνου σπάσας, ἡδὺς ἐγίνετο καὶ μείλιχος. πρὸς τοὺς συνθαμένους οὖν τοῦ τρόπου τὴν διαφοράν, ἔλεγε τὸ αὐτὸ τοῖς θέρμοις πάσχειν. καὶ γὰρ ἐκείνους πρὶν διαβραχῆναι, πικροτάτους εἶναι, ποτισθέντας δὲ γλυκεῖς καὶ προσηνεστάτους. Et Euſtathius ad Odyſſeam φ paginâ 1910. 42. Ζήνων οὖν, φασὶν, ὁ Κιττιεὺς, σκληρὸς ἄλλως ὢν πρὸς τοὺς συνήθεις, ὅμως εἰ πλεῖον οἴνου πάσει, (corrige σπάσῃ) ἡδὺς ἐγίνετο καὶ μείλιχος· λέγων ταυτόν τι τοῖς θέρμοις πάσχειν, οἱ πικρότεροι ὄντες πρὶν διαβραχῆναι, ποτισθέντες γλυκεῖς γίνονται καὶ προσηνέστεροι.

Κρεῖττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλισθεῖν ἢ τῇ γλώττῃ] Quod Joannes Baptiſta Manſus, Scriptor Vitæ Torquati Taſſi, ad Torquatum Taſſum retulit, ut & pleraque alia dicta Veterum. ὀλισθογνωμεῖν, pro eo quod eſt *mente labi*, dixit Lexiphanes apud Lucianum.

Τὸ εὖ, γίνεσθαι μὲν παρὰ μικρὸν, οὐ μὴν μικρὰν εἶναι] Legendum videtur, τὸ εὖ ἄρχεσθαι. Vide ſuprà in Socrate.

27 Οἵ γε μὴν Κωμικοὶ, &c.] Quod ipſum teſtatur Clemens Alexandrinus στρωματέων lib. II. Ζήνωνι τῷ Στωϊκῷ τὴν διδασκαλίαν μαρτυροῦσι καίτοι διαῤῥοντες οἱ Κωμικοὶ ὧδέ πως.

Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ.
Πεινῆν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει.
Εἰς ἄρτος, ὄψον ἰσχάς, ἐπιπιεῖν ὕδωρ.

In quibus verſibus obſervare eſt & alium ordinem, & diverſam lectionem.

Φιλήμων φησὶν οὕτως ἐν δράματι φιλοσόφοις] Citatur ab Athenæo XII. 3. Philemon Comicus ἐν δράματι Δελφοῖς. An ibi legendum Φιλοσόφοις? ita videtur. Nihil tamen muto.

Ἤδη δὲ καὶ εἰς παροιμίαν σχεδὸν ἐχώρησεν, &c.] Etiam Suidas: καὶ παροιμία, Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. οὗτος γὰρ ἄκραν εἶχε δίαιταν, καὶ λιτὴν, ὥστε καὶ εἰς παροιμίαν χωρῆσαι· φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος ἐφιλοσόφει· ubi ex Diogene Laërtio, & ex Clemente Alexandrino, legendum φιλοσοφεῖ.

Ποσειδίππος Μεταφερομένοις] Cujus Dramatis meminit Athenæus lib. III. cap. 22. ſed in numero ſingulari. Κυβίων δὲ, inquit, μνημονεύει Ποσειδίππος ἐν Μεταφερομένῳ.

Τῷ γὰρ ὄντι πάντας ὑπερεβάλλετο, &c.] Quæ verba 28
ad verbum exſcripſit Suidas.

Οὐκτὼ γὰρ πρὸς τοῖς ἐννενήκοντα βιοὺς ἔτη] Quod etiam Lucianus confirmat in Macrobiis, loco quem ſtatim adducemus.

Ἄνοσος καὶ ὑγιὴς διετέλεσας] Plinius VII. 40. *Pro miraculo, & id ſolitarium reperitur exemplum, Xenophilum Muſicum centum & quinque annis vixiſſe ſine ullo corporis incommodo.*

Ἐτελεύτα δὲ οὕτως· ἐκ τῆς χολῆς, &c.] Lucianus, dicto loco: Ζήνων δὲ, ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς, ὀκτὼ καὶ ἐννενήκοντα· ἐν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, Τί με βοᾷς, καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς τελευτῆσαι τὸν βίον. Lactantius de falſa ſapientia lib. III. cap. 18.

Ἀντίπατρος ὁ Σιδώνιος] Cujus exſtant hodie plurima Epigrammata in Anthologia. Claruit eo tempore quo Romani cum Mithridate bellum gerebant. Videndus Scaliger in Animadverſionibus ad Euſebium. Ceterùm, Antipatrum illum Sidonium eumdem facit ac Tarſenſem Jonſius Hiſt. Phil. II. 1. & *Sidonium* dictum arbitratur, quòd Sidon, Phœniciæ Metropolis, coloniam Tarſum miſerit. 29

Κιττίῳ] Lege, metri causâ, Κιτίῳ. & ita Codex Regius.

Ἄτραπον μοῦνος εὗρε] Caſaubonus Ἄτραπον ὃς μοῦνος εὗρε. Lege, Ἀτραπιτὸν μοῦνος. Totum autem locum ſic conſtituebat Meibomius:

Οὐδ' ἔκαμ' Ἡρακλῆος ἀέθλια· τὴν δὲ πότ' ἄστρα
Ἀτραπιτὸν μοῦνας εὗρε σαοφροσύνας.

Hoc ſenſu: Non ingenti Gigantum auſu, viam ad cælum adfectavit: nec Herculis laboribus: ſed temperantiæ unius certam ſemitam reperit, quâ tutò aſcenderet; accipiendo μοῦνας in ſecundo caſu.

Ζηνόδοτος ὁ Στωϊκὸς, Διογένους μαθητὴς] Alius, & à Zenodoto Epheſio, qui præfuit Bibliothecæ Alexandrinæ; & ab Alexandrino: de quibus Suidas. Exſtat Zenodoti elegans Epigramma in Anthologia lib. I. Tit. εἰς Ἔρωτα: ſed cujus Zenodoti, (nam & Epheſius Poëta fuit) dixerit Vates, non ego. Diogenes autem ille Zenodoti præceptor, accipiendus videtur de Diogene Stoico.

Κτήτας] Ceteræ Editiones, nec non Codex Regius, 30
Ἔκτισας: quod malo.

Ἀνεθλήσω] Stephanici Codices; Florentinus & Regius; ἐνηθλήσω, rectiùs.

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος, &c.] Exſcripſit hoc diſtichum Suidas in Κάδμος. Sed Suidæ locus corruptè editus eſt: Κάδμος ὁ Μιλήσιος, εὑρετὴς τῶν γραμμάτων. Ἐπιγράμματι Ζήνωνος. (Voluit dicere ἐν Ἐπιγράμματι περὶ Ζήνωνος: niſi potiùs ſcripſerat, Ἐπίγραμμα περὶ Ζήνωνος)

Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα τίς ὁ φθόνος; ὃν καὶ Κάδμος
Κεῖνος ἀφ' οὗ γραπτὰν Ἕλλας ἔχει σελίδα.

Emendandum ex Laërtio, Εἰ δὲ πάτρα Φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος. Supple Φοινιξ. Vel legendum utrobique, ἔνθεν ὁ Κάδμος. Ceterùm, & hæc Suidæ, Κάδμος ὁ Μιλήσιος, falſa eſſe rectè vidit Tanaquillus Faber: non enim Cadmus ille literarum inventor, Mileſius fuit, ſed Phœnix: quod adeo notum eſt, ut Exſcriptoris errorem eſſe dubitare debeat nemo. Exſcriptorem fefellit, quod proximè ſequitur apud Suidam: Κάδμος Πανδίονος, Μιλήσιος Ἱστορικός. Et deinde: Κάδμος, Ἀρχελάου, Μιλήσιος, Ἱστορικὸς νεώτερος. Tentabat Faber, Κάδμος ὁ φοινιξ. Eum videſis ad Anacreontis Oden primam.

Ἀθήναιος ὁ Ἐπιγραμματοποιός] Vide nos ſuprà ad Antiſthenem.

31 Κιττιᾶ] Corrige cum Caſaubono, Κιτιᾶ.

Οἱ δὲ, μέναν αὖτις] Lucianus loco laudato: καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς τελευτῆσαι.

Αὐτόματος δή· τί καλεῖς με;] Membranæ Regiæ, τί δὴ καλεῖς με; metro repugnante. Grotius, τιτθὶ καλεῖς με; quod non diſplicet.

32 Ὤμνυε δὲ (φησὶ) καὶ κάπταριν, καθάπερ Σωκράτης τὸν κύνα] Exſcripſit hæc verba Suidas in κάπταρις. ὁ δὲ Ζήνων ὁ Κιττιεὺς ὤμνυε κάπταριν, καθάπερ Σωκράτης τὸν κύνα. Athenæus IX. 3. Καὶ οὐ παράδοξον εἰ κατὰ τῆς κράμβης τινὲς ὤμνυον, ὁπότε καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς στοᾶς κτίστωρ, μιμούμενος τὸν κατὰ τῆς κυνὸς ὅρκον Σωκράτους, καὶ αὐτὸς ὤμνυε τὴν κάπταριν, ὡς Ἔμπεδός φησιν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν. Etiamnum Itali, Florentini præcipue; *caperi* dicunt, ſed pro eo quod Latini, *papæ*, *babæ*, *hui*. Non omittendum, quod Suidas in μὰ τὰ λάχανα obſervat, per olera multos jurare. Μὰ τὰ λάχανα. σημεῖον τοῦτο, inquit, περὶ ὅρκου· ὃ καὶ νῦν ἐπιχωριάζει· πολλοὶ γὰρ πρὸς λάχανα ὀμνύουσι, εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι. ἐπιχωριάζει δ' εἰσέτι καὶ τοῖς ἑλλογίμοις Ἀρμενιακοῖς, τὸ, μὰ τὰ κυλά.

Οἱ περὶ Κάσιον τὸν Σκεπτικόν] Vertit Aldobrandinus *Caſſius Scepſius*, ac proinde Σκέψιος videtur legiſſe. Σκέψιος, eſt *Scepſi natus*. Κάσιον τὸν Κλεπτικὸν, habuit Editio prior. Sed omnino legendum eſt, Κάσιον τὸν Σκεπτικὸν, ut hîc legitur, nec non in Palatino Codice: ſive potiùs Κάσσιον, ut mox appellatur. Caſſii plures occurrunt in libris Veterum. Caſſii illius Pyrrhonii meminit Galenus in libro quo figuram Empirici adumbravit; ubi & ejus librum citat.

Τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν ἄχρηστον ἀπεφαίνει] Cynicorum exemplo. Laërtium vide ad finem libri VI. & nos ad eum locum. Non tamen omnes Stoici in ea fuere ſententia. Habes infrà, in hac ipſa Zenonis Vita: εὐχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματά φησιν ὁ Χρύσιππος.

Πάντας τοὺς μὴ σπουδαίους] Sic quoque Palatinus. Malè ceteræ Editiones τοὺς σπουδαίους.

Κοινάς τε τὰς γυναῖκας δογματίζειν] Exemplo Pla- 33
tonis. Quo de Philoſopho, ita Chryſoſtomus in Homilia V. in Epiſtolam Pauli ad Titum: ἕτερος δέ τις φιλόσοφος ὁ κορυφαῖος αὐτῶν, καὶ εἰς πολέμους αὐτὰς (γυναῖκας) ἐξάγει, καὶ κοινὰς εἶναι κελεύει, ὡς μαστροπός τις ὤν, καὶ προαγωγός. Sed & Chryſippus, in libris de Rep. dogma hoc poſuerat: Patrem ex filia, & matrem ex filio, & fratrem ex ſorore, liberos procreare licere: teſte Sexto Empirico Pyrrh. Hypotyp. lib. III. cap. 24. &. 25.

Ὁμοίως ἐν τῇ Πολιτείᾳ, καὶ κατὰ τοὺς διακοσίους] Ita conſtanter omnes editi libri & manu ſcripti. Sed qui ſunt ducenti illi? An legendum καὶ κατὰ τοὺς ἀνοσίους, id eſt, *juxta Impios*? aut, quæ eſt Henrici Valeſii conjectura, κατὰ τοὺς Διαγορείους? id eſt. *juxta Diagoræ Melii*, τοῦ ἀθέου, *ſectatores*. Minimè. Nihil mutandum. Sed reponenda vox στίχους, quæ excidit, cùm compendiosè, ut fieri ſolet, ſcripta eſſet. Id confidenter ex eodem Laërtio audemus affirmare: cujus hæc ſunt verba, in Chryſippo, in re non diſſimili: ἐν μὲν γὰρ τῷ Περὶ ἀρχαίων Φυσιολόγων συγγράμματι αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει, λέγων, κατὰ τοὺς ἑξακοσίους στίχους, ἃ μηδεὶς ἠτυχηκὼς μολύνειν τὸ στόμα εἴποι ἄν. Et poſtea: ἐν δὲ τῷ γ' Περὶ δικαίου, κατὰ τοὺς χιλίους στίχους, καὶ τοὺς ἀποθανόντας κατεσθίειν κελεύων. Κατὰ τοὺς διακοσίους στίχους. hoc eſt, *ducentis verſibus*, ſive *lineis*. Solebant Veteres Librorum lineas numerare. Noſter infrà, de Chryſippo: ἡ δὲ παρδρεύουσα πρεσβύτις αὐτῷ ἔλεγεν ὡς πεντακοσίους γράφει στίχους ἡμερησίους. Et ſuprà, in Speuſippo: στίχοι μ', γ', δ', ο', ε'. Has librorum lineas numeratas, invenire eſt & apud Aſconium Pedianum in Ciceronis Orationes.

Μήτε ἱερὰ, &c.] Idem teſtatur & Origenes contra Celſum lib. I. προσθήσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς, ὅτι καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεὺς ἐν τῇ Πολιτείᾳ φησὶν, ἱερά τε οἰκοδομεῖν οὐδὲν δεήσει. ἱερὸν γὰρ οὐδὲν χρὴ νομίζειν, οὐδὲ πολλοῦ ἄξιον καὶ ἅγιον, οἰκοδόμων τε ἔργον καὶ βαναύσων. Et Clemens Alexandrinus στρωματέων V. λέγει δὲ καὶ Ζήνων, ὁ τῆς Στωϊκῆς κτίστης αἱρέσεως, ἐν τῷ τῆς Πολιτείας βιβλίῳ, μήτε ναοὺς δεῖν ποιεῖν, μήτε ἀγάλματα· μηδὲν γὰρ εἶναι τῶν θεῶν ἄξιον κατασκεύασμα. καὶ γράφειν οὐ δεδιέναι αὐτοῖς λέξεσι τάδε· ἱερά τε οἰκοδομεῖν οὐδὲν δεήσει· ἱερὸν γὰρ μὴ πολλοῦ ἄξιον καὶ ἅγιον, οὐδὲν χρὴ νομίζειν. οὐδὲν δὲ πολλοῦ ἄξιον καὶ ἅγιον, οἰκοδόμων ἔργον καὶ βαναύσων. Et Theodoritus Serm. III. καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεὺς ἐν τῷ τῆς Πολιτείας ἀπαγορεύει βιβλίῳ, καὶ ναοὺς οἰκοδομεῖν, καὶ ἀγάλματα τεκταίνειν· οὐδὲν γὰρ εἶναι τούτων, φησὶ, θεῶν ἄξιον κατασκεύασμα. Eadem habet Plutarchus in lib. de Stoicorum repugnantiis.

Καὶ μηθὲν μόριον ἀποκεκρύφθαι] His etiam abſurdiora & turpiora protulit Zeno: nempe, à ratione alienum & abhorrens minimè eſſe, matris ſuæ naturam fricare: pædicare licere: immo & fellare. Sextus Pyrrh. Hypotyp. III. 24. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κιττιεὺς Ζήνων φησὶ, μὴ ἄτοπον εἶναι τὸ μόριον τῆς μητρὸς τοῖς

ἑαυτοῦ μορίοις τρίψαι (ita legendum) καθάπερ οὐδὲ ἄλλο τι μέρος τοῦ σώματος αὐτῆς τῇ χειρὶ τρίψαι φαῦλον ἂν εἴποι τις εἶναι, &c. τό, τε αἰσχρουργεῖν, ἐπάρατον ὂν παρ' ἡμῖν, ὁ Ζήνων οὐκ ἀποδοκιμάζει. Et cap. 25. ejusdem libri, ubi de Stoicis: οἷον γοῦν ὁ αἱρεσιάρχης αὐτῶν Ζήνων ἐν ταῖς Διατριβαῖς φησι περὶ παιδῶν ἀγωγῆς, ἄλλα τε ὁμοια καὶ τάδε, διαμερίζειν (lege διαμεμηρίζειν) μηδὲν μᾶλλον μηδὲ ἧσσον παιδικὰ ἢ μὴ παιδικὰ, μηδὲ θήλεα ἢ ἄρρενα. οὐ γάρ ἐστι παιδικοῖς ἄλλα ἢ μὴ παιδικοῖς, οὐδὲ θηλείαις ἢ ἄρρεσιν· ἀλλὰ ταῦτα πρέπει τε καὶ πρέποντά ἐστι· περὶ δὲ τῆς εἰς τοὺς γονεῖς ὁσιότητος, ὁ αὐτὸς ἀνὴρ φησιν εἰς τὰ περὶ τὴν Γοκάστην καὶ τὸν Οἰδίποδα, ὅτι οὐκ ἦν δεινὸν τρίβειν τὴν μητέρα· καὶ εἰ μὲν ἀσθενοῦσαν ἕτερον τι μέρος τοῦ σώματος τρίψας ταῖς χερσὶν ὠφελεῖ, οὐδὲν αἰσχρόν· εἰ ἑτέρα μέρη τρίψας, εὐφράνειν ὀδυνωμένην παύσας, καὶ παῖδας ἐκ τῆς μητρὸς γενναίους ἐποίησεν, αἰσχρόν; Theophilus Antiochenus libro III. ad Autolycum: Ἐπίκουρος, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, δογματίζουσιν ἀδελφοκοιτίας καὶ ἀρρενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι. Cùm autem tam turpia facta minime damnarent Stoici, mirum non est si obscœnas voces non improbabant; negantes obscœnitatem inesse verbis: hac potissimum ratione: si duo vocabula idem significant, aut ambo pariter obscœna esse, aut neutrum. Hos refellentem vide Ciceronem lib. I. de Officiis, & lib. IX. Epistolarum epistolâ quadam ad Pætum: Vide & Fabium Instit. Orat. lib. IX. cap. 3.

34 Ὅτι δ' αὐτοῦ ἐστιν ἡ Πολιτεία, καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ Πολιτείας φησί] Quod confirmat Plutarchus.

Διήλεκται] Corrige διείλεκται: & ita scriptum in Codice Regio. διείλεκται Atticè, pro διαλέλεκται.

Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Διατριβαῖς] Meminit Sextus Empiricus adversus Mathematicos pag. 469. his verbis: καὶ μὴν περὶ μὲν παίδων ἀγωγῆς ἐν ταῖς Διατριβαῖς ὁ αἱρεσιάρχης Ζήνων. Item, loco suprà laudato. Præter hos Zenonis libros memoratos Laërtio, scripsit Zeno ad Iliadem, ad Odysseam, & ad Margiten Homeri. Testatur id Dio Chrysostomus Oratione LIII. de Homero.

Γναθώνι τῷ Περγαμηνῷ Γήτορι] De quo nihil aliud comperi. An legendum, Ἀπολλοδώρῳ? Apollodorus Pergamenus Rhetor, notus est, ex Strabone, Suetonio, Quintiliano.

Ἀθηνοδώρου, τοῦ Στωϊκοῦ] Fallitur Aldobrandinus, qui Athenodorum illum Stoïcum accipit de Tarsensi, Sanconis filio, Augusti præceptore; de quo est apud Lucianum in Longævis, & apud Suidam in Ἀθηνόδωρος: & quem cum Athenodoro Rhodio; cujus ut Rhetoris meminit Quintilianus II. 18. malè confundit Turnebus ad Quintiliani dictum locum. Accipiendus est de Athenodoro Solensi, cujus mentio suprà facta est inter Discipulos Zenonis. Ante Augusti tempora, Bibliotheca Pergamena Romam translata fuerat.

35 Τρίτος, Γόδιος, τὴν ἐντόπιον γεγραφὼς ἱστορίαν ἐνιέα] Meminit Diodorus lib. V. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχαιολογουμένων παρὰ Γοδίοις οὕτω τινὲς μυθολογοῦσιν· ἐν οἷς ἐστι καὶ Ζήνων, ὁ τὰ περὶ ταύτης συνταξάμενος. Item, Polybius in Excerptis Peirescianis, pag. 69. & 70. Vide locum: est enim lectu dignissimus, & prolixior quàm ut in hisce Observatiunculis exscribi debeat. Ibi, ut patriæ nimiùm studiosus, notatur. De erratis quibusdam, monuit illum per literas Polybius, ipso Polybio teste, in iisdem Excerptis, pag. 81. Nec alium esse putabat Vossius Zenonem illum, quem Cephalæon apud Eusebium in Chronicorum I. unà cum Hellanico Lesbio & Herodoto, testem laudat de Babylone à Semiramide muris circumdatâ.

Γ ἱστορίαν ἐνιέα.] Codex Florent. ἐνηέα· ἐνιαίαν Editiones Stephanicæ, & Basilienses. optimè. ἐνιάαν, id est, μοναδικὴν, *singulari volumine contentam*, uti hanc vocem è Suida interpretatur Casaubonus. Legi quoque posset ἐν ιά. id est, *in XI. libris.*

Τέταρτος, ἱστορικὸς, τὴν Πύρρου γεγραφὼς ἱστορίαν εἰς Γαυλίαν καὶ Σικελίαν.] Lego, ex optima lectione MSS. Regii, & Palat. τὴν Πύρρου γεγραφὼς στρατείαν εἰς Γαλλίαν καὶ Σικελίαν. De qua lectione, etiam Stephanus monuit.

Πέμπτος, Χρυσίππου μαθητὴς] De eo Suidas: Ζήνων, Διοσκουρίδου, Ταρσεύς· ὡς δέ τινες, Σιδώνιος, φιλόσοφος, μαθητὴς Χρυσίππου τοῦ Ταρσέως, φιλοσόφου Στωϊκοῦ, καὶ διάδοχος. Et Eusebius Præpar. Evang. lib. XV. τὸν μὲν γὰρ τούτου μαθητὴν, (loquitur de Chrysippo) καὶ διάδοχον τῆς σχολῆς Ζήνωνά φασιν ἐπισχεῖν περὶ τῆς ἐκπυρώσεως τῶν ὅλων. Citatur & Laërtio infrà, hac ipsa in Vita: ἄλλοι δὲ οὐ τοῦ λόγου ταῦτα μέρη φασὶν, ἀλλ' αὐτῆς φιλοσοφίας, ὡς ὁ Ζήνων ὁ Ταρσεύς.

Ἕκτος, ἰατρὸς Ἡροφίλειος] Hoc est, è secta Herophili. Citatur Galeno in Expositione Vocum Hippocratis, in Voce κάμμορον, & Erotiano in eadem voce. Meminit & Celsus lib. V. in Procœmio, & Plinius XXII. 22. Librum scripserat περὶ σημείων Hippocratis, teste Galeno in Commentario II. in Hippocratis lib. III. Ἐπιδημιῶν, sive de Morbis vulgaribus. Videtur alius esse à Zenone Laodicensi, cujus theriacam ad rabiosorum morsus profert Galenus in libro I. de Antidotis. Sed & Zeno ille Laodicensis, cujus meminit Galenus, alius videtur esse à Zenone Laodicensi, de quo Strabo lib. XIV. hic enim Orator à Strabone nominatur: quamquam Galenus in his libris etiam aliorum quàm Medicorum medicamenta profert. Eunapius in Magno Medico, Magnum illum, Zenonis discipulum vocat: qui quidem Zeno, non alius videtur ab hoc Zenone è secta Herophili Medici.

Ἕβδομος, Γραμματικὸς, οὗ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ Ἐπιγράμματα φέρεται] Accipit Casaubonus de Zenone Myndio; cujus præter Clementem in Admonitione ad Gentes, & Stephanum in Voce Μύνδος, & Etymologum in μορίαν, & Zenobium Centur. II. Proverb. 30. meminit Eusebius lib. II. de Præparat. Evang. cap. 6. & Theodoritus Serm. VIII. ad Græcos: & Cyrillus contra Julianum libro X. Meminit & Arnobius lib. VI. adversus Gentes; sed loco corrupto, qui facili negotio à nobis emendabitur. *Leucophrynæ monumentum in Lano apud Magnesiam Dianæ esse Myndius profitetur, ac memorat Zeno.* Legen-

dum omnino *Zeno Myndius profitetur ac memorat*: non enim diverſi ſunt Zeno, & Myndius: quod vir doctiſſimus juxtà ac nobiliſſimus in Commentario in Ibin Ovidi exiſtimabat. idque vel Theodoriti locus, quem citat, manifeſtum facit. Verba ſunt hæc ipſa Theodoriti: *τὴν δὲ Λευκοφρύνην ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ ταφῆναι Ζήνων ὁ Μύνδιος ἔφη.* Sed in his rectè idem vir doctiſſimus & nobiliſſimus, *Λευκοφρύνην* ex Arnobio reponebat. *τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ' ἀνένευσεν.* Habuit autem Theodoritus à Clemente: cujus hæc ſunt verba in Admonitione ad Gentes: *ἐνταῦθα τῆς Λευκοφρύνης τὸ μνημεῖον, οὐκ ἄξιον παρελθεῖν. ἑπομένους Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ· ἢ ἐν ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ κεκήδαται.*

Ὄγδοος, Σιδώνιος τὸ γένος, φιλόσοφος Ἐπικούρειος] De quo Cicero lib. I. de Natura Deorum: *Zeno quidem, non eos ſolum qui tum erant, Apollodorum Syllum, ceteroſque figebat maledictis; ſed Socratem ipſum, parentem Philoſophiæ, Latino verbo utens, ſcurram Atticum fuiſſe dicebat: Chryſippum numquam niſi* Cheſippum *vocabat.* De Epicureo enim Zenone hunc locum accipiendum eſſe, hæc verba à Cicerone præmiſſa oſtendunt, *Sed cùm tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ.* Dicitur *Coryphæus Epicureorum* eidem Ciceroni ibidem. Meminit ejus & Lactantius de Falſa Sapientia III. 19. Et Laërtius noſter infrà in Epicuro; ubi ait audiviſſe Apollodorum, diſcipulum Epicuri. Eum integro volumine refutavit Poſidonius Apameenſis; aliàs Rhodius; teſte Proclo libro III. ad I. Euclidis. *Ζήνων*, inquit, *ὁ Σιδώνιος, τῆς Ἐπικούρου μετέχων αἱρέσεως, πρὸς ὃν καὶ ὁ Ποσειδώνιος ὅλον γέγραφε βιβλίον, δεικνὺς σαθρὰν αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ἐπίνοιαν.* Fuit & alius Zeno Sidonius; de quo Suidas: *Ζήνων Μουσαίου, Σιδώνιος, φιλόσοφος Στωϊκὸς, μαθητὴς Διοδώρου, τοῦ κληθέντος Κρόνου· διδάσκαλος δὲ καὶ αὐτὸς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. ἔγραψεν ἀπολογίαν ὑπὲρ Σωκράτους, καὶ Σιδωνιακά.* Sed verba Suidæ mendi ſuſpecta ſunt: immo mendoſa prorſus. Zenon ille Sidonius qui illic Philoſophus Stoicus appellatur, dicitur ibidem Zenonis Cittiei magiſter: qui quidem Zeno Cittieus Stoicam ſectam condidit. Putarim legendum pro *φιλόσοφος Στωϊκὸς, φιλόσοφος Ἐριστικός.* Diodorus Cronus, cujus diſcipulus fuit Zeno ille Sidonius, Philoſophus fuit Eriſticus, ſive Dialecticus, aut Megaricus; ut diſcere eſt ex Laërtio noſtro ſuprà in Vita Euclidis Megarici. Megaricæ autem ſectæ primùm addictus fuit Zeno Cittieus. Laërtius narrat ex Hippoboto, operam eum dediſſe Diodoro Crono, apud quem ſeſe in Dialecticis exercuit: eumque in Philoſophia multùm jam profeciſſet, adhuc tamen Polemonem, quòd minimè elatus erat, audiiſſe: quocirca illi dixiſſe, *Οὐ λανθάνεις, ὦ Ζήνων, ταῖς κηπαίαις παρεισρέων θύραις, καὶ τὰ δόγματα κλέπτων φοινικικῶς μεταμφιεννύς·* his verbis Megaricum eſſe innuens, ut ad hunc locum docuimus. Cùm ergo Megaricæ ſectæ addictum conſtet Zenonem primùm fuiſſe, & Diodorum Cronum audiiſſe, potuit audiiſſe & Zenonem illum Sidonium, Philoſophum Megaricum, ſive Dialecticum aut Eriſticum. Videbatur autem Aldobrandino idem eſſe Sidonius ille Zeno de quo Suidas, ac Zeno ille qui ſuprà à Laërtio *junior* appellatur: *ἐπιμελῶς δὲ πρὸς Φίλωνα τὸν διαλεκτικὸν διεκρίνετο, καὶ συνεσχόλαζεν αὐτῷ· ὅθεν καὶ θαυμασθῆναι ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ νεωτέρου, οὐχ ἧττον Διοδώρου τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ.* Idem & mihi videbatur. Ecce tibi & Diodori Croni diſcipulus dicitur apud Laërtium ille Zeno, quemadmodum apud Suidam. Sed quare *νεώτερος*? An ad differentiam Zenonis Eleatæ Philoſophi quoque *διαλεκτικωτάτου*; immo & Dialecticæ inventoris, & à quo Megarici, qui & ipſi Dialectici dicebantur, maximè diſſentiebant, ut patet ex eo quod de Alexino Eleo, Philoſopho Megarico, narrat Laërtius in Euclide? Amplius cogitandum. Quod autem Laërtius in Elencho Zenonum, Zenonis illius Sidonii Philoſophi Eriſtici non meminerit, cujus tamen alibi meminit, nihil moror; ut qui ſimilia *σφάλματα* plurima apud Laërtium deprehenderim. Ceterùm, præter octo hos Zenones Laërtio memoratos, fuere & alii quamplurimi. Zeno Cotyla, Philadelphenſium Tyrannus, de quo eſt apud Joſephum Antiquitatum Judaicarum lib. XIII. cap. 15. & lib. VII. de Bello Judaïco cap. 2. Zeno Cretenſis, Saltator, Artaxerxi carus, cujus meminit Athenæus I. 19. Uterque Zeno Laodicenſis, de quibus ſuprà. Fuit & Zeno Alexandrinus, & Zeno Procli ſocius, de quibus Suidas. Et Zeno Cyprius, de quo Eunapius.

Περσαῖος. Δημητρίου, Κιτιεὺς, &c.] Suidas: Περ- 36
σαῖος Κιτιεύς. *φιλόσοφος Στωϊκός. ἐπεκλήθη δὲ καὶ Δωρόθεος. ἦν δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ, υἱοῦ Δημητρίου· μαθητὴς καὶ θρεπτὸς Ζήνωνος τοῦ φιλοσόφου. ἱστορία.* Corrige, *υἱὸς Δημητρίου.* Sed & pro *τοῦ φιλοσόφου. ἱστορία.* legendum fortaſſis *ἐκ φιλοσόφου ἱστορίας.* ita Laërtii & Porphyrii de Vitis Philoſophorum libri vocabantur, ut docuimus ad Laërtii Proœmium. Nihil tamen muto. Nam recepta lectio ferri poteſt. Verba autem Suidæ ex hoc Laërtii loco deſumpta videntur.

Οὗ οἱ μὲν γνώριμον αὐτοῦ· οἱ δὲ, οἰκέτην, &c.] Unde ſcomma Bionis Boryſthenitæ apud Athenæum IV. 17. *χαριέντως γὰρ ἔφη Βίων ὁ Βορυσθενίτης, θεασάμενος αὐτοῦ χαλκῆν εἰκόνα, ἐφ' ἧς ἐπεγέγραπτο, ΠΕΡΣΑΪΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΚΙΤΙΕΑ. πεπλανῆσθαι εἶπε τὸν ἐπιγράψαντα· δεῖν γὰρ οὕτως ἔχειν, ΠΕΡΣΑΪΟΝ ΖΗΝΩΝΟΣ ΟΙΚΕΤΙΕΑ. ἦν γὰρ οὗτος οἰκέτης γεγονὼς τοῦ Ζήνωνος, ὡς Νικίας ὁ Νικαεὺς ἱστορεῖ ἐν τῇ περὶ τῶν φιλοσόφων Ἱστορίᾳ, καὶ Σωτίων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ταῖς Διαδοχαῖς.* Etiam Zenonis ſervum fuiſſe teſtatur Origenes contra Celſum lib. III. *τί δὲ τοὺς οἰκότριβας οὐ βούλονται φιλοσοφεῖν; ἢ καὶ ἡμεῖς μέλλομεν ἐγκαλεῖν Φιλοσόφοις οἰκότριβας ἐπ' ἀρετὴν προτρεψαμένοις, Πυθαγόρᾳ μὲν τὸν Ζάμολξιν, Ζήνωνι δὲ τὸν Περσαῖον, καὶ χθὲς καὶ πρώην τοῖς προτρεψαμένοις Ἐπίκτητον.* Et Gell. II. 18. Zenonis filius dicitur Dioni Chryſoſtomo in Oratione de Homero, ſi fides Conrado Geſnero ejus interpreti, qui hæc Dionis *ἔτι δὲ καὶ Περσαῖος ὁ τοῦ Ζήνωνος κατ' αὐτὴν ὑπόϑεσιν γέγραφε* (ſermo eſt de Zenone, & Antiſthene qui Poëſin Homeri illuſtraverant) ita vertit: *Item Perſæus*,

Zenonis filius, hoc idem argumentum proſecutus eſt. Sed ibi, ὁ τοῦ Ζήνωνος, eſt *Zenonis diſcipulus*, & ſubintelligi debet, μαθητὴς, non υἱός. Similia loca apud Auctores memini me legere, ſed quæ nunc non ſuccurrunt. Quaſi ſimilia proferam: Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω, apud Herodotum lib. VIII. eſt, *Clinias Alcibiadis pater*, non verò filius, ut vertit Interpres. Item apud Ælianum Var. Hiſtor. XIII. 30. Ὀλυμπιὰς, ἡ Ἀλεξάνδρου, eſt, *Olympias, Alexandri mater.* Ad Perſæum ut redeam, ſub Antigono militavit, qui eum Corinthi præſidii ducem præfecit, ubi, Antigoni præſidio per Aratum ex Corinthi arce ejecto, occiſus eſt. Refert id Pauſanias in Corinthiacis: Κόρινθον δὲ ἔχοντος Ἀντιγόνου, καὶ φρουρᾶς Μακεδόνων ἐνούσης, τοὺς Μακεδόνας τῷ αἰφνιδίῳ τῆς ἐπιθέσεως κατέπληξε, καὶ ἄλλους τε κρατήσας μάχῃ διέφθειρε, καὶ Περσαῖον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ τεταγμένον, ὃς παρὰ Ζήνωνα τὸν Μνασέα (legendum τὸν Μνασέου, ut ſuprà monuimus) κατὰ μάθησιν σοφίας ἐφοίτησεν. Meminit & in Achaïcis. Antigonum erudiiſſe ſcribit Ælianus Var. Hiſt. III. 17. Memoratur Perſæus ille & Minucio Felici in Octavio. Cùm Menedemo Cynico æternum illi bellum ſuſceptum eſſe, ſuprà ſcripſit Laërtius.

Διάπειραν δή ποτε βουληθεὶς λαβεῖν αὐτοῦ ὁ Ἀντίγονος] Hunc Laërtii locum exſcripſit ad verbum Heſychius Mileſius in Zenone Cittieo; de quo; quod valde notandum; non de Perſæo, uti Laërtius, rem narrat. Heſychii verba, quia ex iis ſupplendus Laërtius, non gravabor adſcribere. τούτου λέγοντος, ὡς οὐ λυπηθήσεται ὁ Σοφὸς, διάπειραν βουληθεὶς λαβεῖν ὁ βασιλεὺς Ἀντίγονος, ἐποίησεν αὐτῷ πλαστῶς ἀγγελθῆναι, ὡς εἴη τὰ χωρία αὐτοῦ πρὸς τῶν πολεμίων ἁρπαζόμενα, καὶ ἡ γυνὴ, καὶ οἱ παῖδες· τοῦ δὲ σκυθρωπάσαντος, ὁρᾷς, ἔφη, ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ πλοῦτος ἀδιάφορον. Supplendum inde videtur apud Laërtium, τούτου λέγοντος, ὡς οὐ λυπηθήσεται ὁ Σοφός.

Πολιτεία Λακωνική] Meminit Athenæus lib. IV. 8. ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ ἐν τῇ Λακωνικῇ Πολιτείᾳ. Ita legendum, non, ut vulgò editum eſt, ὥσπερ Σαῖος· & ita legitur in Codice Bibliothecæ Palatinæ, teſte Caſaubono. Sequitur in ipſo Athenæo: περὶ δὲ τῶν ἐπαίκλων Περσεὺς ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ οὑτωσὶ γράφει. ubi etiam pro Περσεὺς, legendum Περσαῖος. Minùs rectè igitur doctiſſimus Voſſius: *Perſeus Lacedæmoniam politeiam conſignavit: auctore Athenæo libro 4.*

37 Ἀρίστων Μιλτιάδους Χῖος] Malè Editio Stephani, & Codex Regius, Μιλτιάδης.

Ὁ τὴν ἀδιαφορίαν εἰσηγησάμενος] Quæ hîc commemorat Laërtius de Ariſtonis, Herilli, & Dionyſii decretis, eadem infrà repetuntur loco commodiore, ubi nos vide.

Κλεάνθης Φανίου Ἄσσιος] Legendum, Ἄσσιος, nemo non vidit.

Ὃν καὶ ἀφωμοίου ταῖς σκληροκήροις πέλτοις] Hoc de ſe Cleanthem & Xenocratem uſurpaſſe auctor eſt Plutarchus in libro de Audiendis Poëmatiis: ὥσπερ ὁ Κλεάνθης καὶ ὁ Ξενοκράτης βραδυτέροι δοκοῦντες εἶναι τῶν συσχολαστῶν, οὐκ ἀπεδιδράσκον ἐκ τοῦ μανθάνειν, οὐδ' ἀπέκαμνον, ἀλλὰ φθάνοντες εἰς ἑαυτοὺς ἔπαιζον, ἀγγείοις τε βραχυστόμοις, καὶ πινακίσι χαλκαῖς ἀπεικάζοντες, ὡς μόλις μὲν παραδεχόμενοι τοὺς λόγους, ἀσφαλῶς δὲ καὶ βεβαίως τηροῦντες. Idem Plutarchus de Catone: ὡς οὖν εἰς τὸ μανθάνειν ἦκε, νωθρὸς ἦν ἀναλαβεῖν, καὶ βραδύς· ἀναλαβὼν δὲ, κάτοχος καὶ μνημονικός. Cujus rei rationem reddit Philoſophus, in libro de memoria & Reminiſcentia cap. I. διὸ, inquit, καὶ τοῖς μὲν ἐν κινήσει πολλῇ διὰ τὸ πάθος, ἢ δι' ἡλικίαν οὔσιν οὐ γίνεται μνήμη, καθάπερ ἂν εἰς ὕδωρ ῥέον ἐμπιπτούσης τῆς κινήσεως, καὶ τῆς σφραγίδος· τοῖς δὲ διὰ τὸ ψύχεσθαι, καθάπερ τὰ παλαιὰ τῶν οἰκοδομημάτων. καὶ διὰ σκληρότητα τοῦ δεχομένου τὸ πάθος οὐκ ἐγγίνεται ὁ τύπος.

Ἀθηνόδωρος Σολεύς] Ex Laërtio duntaxat mihi 38
notus.

Κάλλιπος Κορίνθιος] Eſt qui legat, Καλλιφῶν ὁ Κορίνθιος, & eumdem eſſe putet ac eum de quo Cicero Academ. Quæſt. lib. II. c. 122. *Calliphon voluptatem & honeſtatem fines eſſe cenſuit.* Et cap. 129. *Calliphontis ſententiam Carneades ita ſtudiosè defenſitabat, ut eam probare etiam videretur.* Et Clemens Alexandrinus στρωματέων II. Δεινόμαχος δὲ καὶ Καλλιφῶν, τέλος εἶναι ἔφασαν, πᾶν τὸ καθ' αὑτὸν ποιεῖν ἕνεκα τοῦ ἐπιτυγχάνειν ἡδονῆς, καὶ τυγχάνειν. Sed obſtat quòd dogma illud Calliphontis de voluptate cum ſchola Stoica minùs convenit. Zeno cenſuit voluptatem eſſe indifferens; id eſt, neutrum; neque bonum, neque malum: quod ipſe Græco vocabulo ἀδιάφορον appellavit. Verba ſunt Gellii IX. 5. Vide nos tamen infrà, ubi de Ariſtone.

Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεύς] De quo Suidas: Ποσειδώνιος Ἀλεξανδρεύς. φιλόσοφος Στωϊκός· μαθητὴς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. ἔγραψεν ἱστορίαν τὴν μετὰ Πολύβιον ἐν βιβλίοις νβ', ἕως τοῦ πολέμου τοῦ Κυρηναϊκοῦ, καὶ Πτολεμαίου· καὶ Μελέτας Ῥητορικάς· εἰς Δημοσθένην Ὑποθέσεις· καὶ οἶμαι ταῦτα μᾶλλον Ποσειδωνίου Σοφιστοῦ εἶναι τοῦ Ὀλβιοπολίτου. Quod ait Suidas, Poſidonium Alexandrinum Hiſtoriam ſuam incepiſſe ubi deſierat Polybius, falſum eſt. Deceſſerat Poſidonius ille Alexandrinus (nam fuiſſe Zenonis Citiei diſcipulum conſtat ex hoc loco, & ex Suida) multò ante natum Polybium: qua de re videndus eruditiſſimus Voſſius de Hiſt. Græcis lib. I. cap. 24. Poſidonium Alexandrinum Stoicum Suidas confundit cum Poſidonio Apameenſi; itidem Stoico; Ciceronis & Pompeii Magni magiſtro, qui illas Hiſtorias ſcripſerat. Alius eſt Poſidonius ille noſter, Philoſophus Stoicus, à Sidonio Apameenſi, ſive Rhodio, Philoſopho Stoico, Ciceronis in Rhodo præceptore. De Alexandrino accipio, quod ait Galenus in libro Quòd animi mores ſequuntur temperamentum corporis, Poſidonium ſectam deſerere maluiſſe, quàm veritatem.

Ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ γεγραμμένα βιβλία πολλά] Citatur Zeno Citieus à Laërtio, ἐν τῷ Περὶ ἐρωτικῆς τέχνης· ἐν ταῖς Διατριβαῖς· ἐν τῷ Περὶ λόγου· ἐν τῷ Περὶ ὅλου· ἐν Πολιτείαις· ἐν τῷ Περὶ ἀνθρώπου φύσεως· ἐν τῷ Περὶ παθῶν· ἐν τῷ Περὶ οὐσίας. Citatur & à Dione Chryſoſtomo Oratione LIII. de Homero, in libris ad Iliadem, ad Odyſſeam, & de Margite. De Zenone enim

enim Cittieo accipienda videntur verba Dionis: γέγραφε δὲ καὶ Ζήνων ὁ φιλόσοφος, εἴς τε τὴν Ἰλιάδα, καὶ τὴν Ὀδύσσειαν, καὶ περὶ τοῦ Μαργίτου δέ.

39 Τριμερῆ φυσιν εἶναι τὸν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον.] Vide Aldobrandinum.

Ζήνων ὁ Κιττιεὺς ἐν τῷ Περὶ λόγου] Quem librum omiſit Laërtius in Elencho librorum Zenonis. Meminit & infrà, hac ipſa in Vita.

Ἀπολλόδωρος ὁ Ἔφιλλος] Ὁ Ἔφηλος MSS. quidam, teſte Sambuco. ὁ Σύλλος, legit Aldobrandinus, ex hoc Ciceronis loco de Natura Deorum, jam ſuprà à nobis allato: *Zeno quidem*, (Epicureus videlicet) *non eos ſolùm qui tum erant, Apollodorum Syllum, ceteroſque figebat maledictis:* ubi tamen Jonſius Phil. Hiſt. II. 15. malebat legere; interjecto diſtinctionis ſigno; *Apollodorum, Syllum.* Idem & Reineſio videbatur Var. Lect. lib. III. cap. 2. ubi & nomen Σύλλος non fuiſſe inſolens; eoque quemdam è Pythagoreis Crotoniatis appellatum fuiſſe, docet ex Jamblicho de Vita Pythagoræ cap. 28. Ceterùm, Apollodori hujus noſtri, Phyſica & Ethica citantur in hac Vita: quare Jonſius eum eſſe putabat, cujus φυσιολογικὴν εἰσαγωγὴν, teſte Suida in Θέων, commentario illuſtravit Theo Alexandrinus, Philoſophus Stoicus ſub Auguſto. Nec diverſum eſſe exiſtimabat Athenienſem illum Apollodorum, cujus Συναγωγὴν τῶν δογμάτων citat Laërtius in Chryſippo: quo Opere de Chryſippi plagio minùs honeſtè loquebatur.

Εὔδρομος ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει] Eudromi illius, Philoſophi Stoici, mentio fit frequens in hac Vita, non mihi aliunde noti.

Διογένης ὁ Βαβυλώνιος] De eo diximus ad Diogenem Cynicum.

Καὶ Ποσειδώνιος] Accipit Aldobrandinus de Poſidonio Alexandrino, Zenonis diſcipulo; de quo ſuprà. An potiùs accipiendum de Poſidonio patriâ Apameenſi; ſed qui Rhodius dictus eſt, quoniam Rhodi docuit & remp. geſſit? Ita videtur: & Poſidonium ἁπλῶς nominatum à Laërtio, propter tanti viri famam: nam & ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος Straboni dicitur lib. XVI. & magnus Aſtrologus, idemque Philoſophus, S. Auguſtino lib. V. de Civitate Dei cap. 2. & 5. Floruit ſub Julii Cæſaris principatu, ut vel ex ſuperiori Strabonis loco conſtat. Etiam apud Strabonem libro XI. legimus Pompeium Magnum, cùm ad bellum Mithridaticum proficiſcens, Rhodum veniſſet, ibi Poſidonium diſſerentem audiviſſe, cùmque rogaret diſcedens, ecquid mandaret, Poſidonium hoc verſu Homeri reſpondiſſe,

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Meminit illius Cicero non ſemel, ut æqualis & familiaris. Immo & illum Rhodi docentem audivit, ut eſt apud Plutarchum in Cicerone. Inde falli conſtat Athenæum, qui lib. & cap. XII. & lib. XIX. cap. 21. Poſidonium Scipionem Africanum Alexandriam comitatum fuiſſe ſcribit. De quo errore jam diu eſt quòd monuerunt Marſilius Cagnatus Var. Obſervat. lib. III. cap. 20. Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 24. & Jonſius lib. II. cap. 16. de Scriptoribus Hiſt. Philoſoph. Scipionem Africanum A. V. DCXXXIII. ſive Olymp. CLXII. 3. in Ægyptum comitatus eſt Panætius; Philoſophus itidem Stoicus; ut eſt apud Ciceronem in Lucullo, & lib. IX. ad Atticum epiſt. 14. nec non apud Plutarchum in Præceptis Politicis: quare utrobique apud Athenæum legendum olim exiſtimabam, Παναίτιος ὁ Στωϊκὸς, ſive ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς. Sed cùm libros Hiſtoriarum non ſcripſerit Panætius; in quibus tamen laudatur Poſidonius ille ab Athenæo dicto libro & cap. XII. Hiſtorias autem ſcripſiſſe conſtet Poſidonium Rhodium; vel ex Athenæo, qui illas innumeris locis teſtes adducit: cùmque Athenæus dicto capite 21. libri XIV. ſe ſæpius Poſidonii illius mentionem feciſſe dicat; Panætii autem non niſi ſemel aut bis meminerit; mutavi ſententiam: & nunc in utroque Athenæi loco nihil mutandum exiſtimo.

Ταῦτα δὲ τὰ μέρη ὁ μὲν Ἀπολλόδωρος τόπους καλεῖ] Quem loquendi modum etiam Strabo, germanus Stoicus, initio libri octavi uſurpavit: ἄλλοι δ' εἰς τὸν φυσικὸν τόπον καὶ τὸν μαθηματικὸν προσελάβοντό τινα τῶν τοιούτων, καθάπερ Ποσειδώνιος καὶ Ἵππαρχος. Suidas: τόπος. τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστί. λέγεται γὰρ τόπος ὁ φυσικός· καὶ τὸ μόριον· καὶ ἡ ἑκάστου λόγου περίοδος. οἱ δὲ παρ' Ἀριστοτέλει τόποι, διὰ τὸ ἔχειν τινὰ ὁμοιότητα τῷ φυσικῷ τόπῳ λέγονται· τόποι δὲ εἰσιν, ἀρχὴ καὶ ἀφορμὴ διαφόρων ἐπιχειρημάτων. Τοπικὰ δὲ ἐπιγράφεται ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους πραγματεία, ἀπὸ τοῦ τόπους τινὰς ἐν αὐτοῖς παραδίδοσθαι· & quæ ſequuntur, quæ vide. Vide & Caſaubonum ad Laërtium in Vita Chryſippi.

Εἰκάζουσι δὲ ζῴῳ τὴν φιλοσοφίαν] Paulò aliter Sex- 40
tus Empiricus lib. VII. adverſus Mathematicos: ὁ δὲ Ποσειδώνιος, ἐπεὶ τὰ μὲν μέρη τῆς φιλοσοφίας ἀχώριστά ἐστιν ἀλλήλων, τὰ δὲ φυτὰ τῶν καρπῶν ἕτερα θεωρεῖται, καὶ τὰ τείχη τῶν φυτῶν κεχώρισται, ζῴῳ μᾶλλον εἰκάζειν ἠξίου τὴν φιλοσοφίαν· αἵματι μὲν καὶ σαρξὶ, τὸ φυσικόν· ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις, τὸ λογικόν· ψυχῇ δὲ, τὸ ἠθικόν. *Poſidonius autem, quoniam Philoſophiæ partes ſunt inter ſe inſeparabiles, plantæ autem cernuntur aliæ à fructibus, & parietes ſeparati ſunt à plantis, maluit Philoſophiam aſſimilare animali: ſanguini quidem & carnibus, partem naturalem: oſſibus autem & nervis, Logicam: animæ autem, eam partem quæ pertinet ad mores.*

Ἢ πάλιν ᾠῷ] Sextus, ibidem: οἱ δὲ ᾠῷ φασιν αὐτὴν εἶναι παραπλήσιον. ἐοίκει γὰρ τῇ μὲν λεκίθῳ (ἥν τινες νεοττὸν ὑπάρχειν λέγουσι) τὰ ἠθικά. τῷ δὲ λευκῷ (ὃ δὴ τροφή ἐστι τῆς λεκίθου) τὰ φυσικά. τῷ δὲ ἔξωθεν ὀστρακώδει, τὰ λογικά. *Alii autem dicunt eam eſſe ovo ſimilem. Nam vitello quidem, quem nonnulli dicunt eſſe pullum, ſimilem eſſe eam quæ pertinet ad mores: album autem, quod eſt alimentum vitelli, partem naturalem: externæ autem teſtæ, Logicam.* Nota & hîc diſcrimen Laërtium inter & Sextum Empiricum.

Ἢ ἀγρῷ παμφόρῳ] Sextus, ibidem; ubi de Stoicis: ἔνθεν δὲ εὐπιθάνως ὁμοιοῦσι τὴν φιλοσοφίαν παγκάρπῳ ἀλωῇ, ἵνα τῇ μὲν ὑψηλότητι τῶν φυτῶν εἰκάζηται τὸ φυσικόν· τῷ δὲ νοστίμῳ τῶν καρπῶν, τὸ ἠ-

θικόν· τῇ δὲ ὀχυρότητι τῶν τειχῶν, τὸ λογικόν. *Hinc autem admodum probabiliter, horto fructiferis arboribus conſito aſſimilant Philoſophiam: ut arborum quidem proceritati comparetur pars naturalis: fructuum autem maturitati & ſuavitati, pars ea quæ pertinet ad mores: parietum autem firmitati, Logica.* Philo Judæus, de Agricultura: τὸν γοῦν κατὰ φιλοσοφίαν λόγον, τρίδυμον ὄντα, τοὺς παλαιοὺς ἀγρῷ φασὶν ἀπεικάσαι. τὸ μὲν φυσικὸν αὐτοῦ, δένδροις καὶ φυτοῖς παραβαλόντας. τὸ δὲ ἠθικὸν, καρποῖς, ὧν ἕνεκα καὶ τὰ φυτά. τὸ δ' αὖ λογικὸν, φραγμῷ καὶ περιβόλῳ.

Τὸν μὲν περιβεβλημένον φραγμὸν, τὸ λογικόν] Cicero lib. I. de Legibus extremo: *atque hæc omnia, quaſi ſepimento aliquo, vallabit diſſerendi ratione, veri & falſi judicio & ſcientiâ.* Ut autem Logicam *Philoſophiæ ſepem* Stoici vocabant, ita, quam nos *Theologium Scholaſticam* vulgò dicimus, *Theologiæ ſepem* appellabat, quem honoris cauſſâ nomino, Dionyſius Petavius, Vir undecumque doctiſſimus, cùm me ad illius ſtudium, à quo non mediocriter abhorrebam, excitare vellet.

Ἄλλοι δὲ πρῶτον μὲν τὸ λογικὸν τάττουσι, &c.] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 141. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, καὶ αὐτοὶ ἄρχειν μέν φασι τὰ λογικά· δευτερεύειν τὰ ἠθικά· τελευταῖα δὲ τετάχθαι τὰ φυσικά. Plutarchus de contradictione Stoicorum: ὁ Χρύσιππος οἴεται δεῖν τῶν Λογικῶν πρῶτον ἀκροᾶσθαι τοὺς νέους, δεύτερον δὲ τῶν Ἠθικῶν, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν Φυσικῶν.

Ἀρχέδημος] Cujus præter Ciceronem Academ. IV. & Senecam Epiſt. 121. & Stobæum in Eclogis Phyſicis, meminit non ſemel Arrianus in Epictetum lib. III. cap. 2. ubi eum vide. Meminit & Clemens Alexandrinus στρωματέων II. & VIII. Scripſerat librum de Voce, qui à Laërtio citatur aliquoties in hac Vita. Ad Parthos abiit, ac Babylone, quod notabile eſt, Stoicæ Scholæ ſucceſſionem reliquit. Auctor Plutarchus in libro de Exſilio: ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἀρχέδημος εἰς τὴν Παρθῶν μεταστὰς, ἐν Βαβυλῶνι τὴν Στοϊκὴν διαδοχὴν κατέλιπε. An legendum apud Plutarchum ὁ δὲ Θαρσηνὸς? nam Tarſenſem è Cilicia eum facit Strabo lib. XIV. ἄνδρες δὲ ἐξ αὐτῆς γεγόνασι τῶν μὲν Στωϊκῶν Ἀντίπατρός τε, καὶ Ἀρχέδημος, καὶ Νέστωρ. Θαρσὸς, pro Ταρσὸς, etiam ſcribi diſcimus ex Stephano, qui & Ταρσηνὸς pro Ταρσεὺς dici apud Eratoſthenem obſervavit. Legi quoque poſſet apud Plutarchum, ὁ δὲ Ζηνώνειος Ἀρχέδημος. Exiſtimabat Lipſius in Manuductione I. 12. duos fuiſſe Archedemos Stoïcos, Athenienſem & Tarſenſem: quod non puto.

Εὔδρομος] Ita MS. Regius & Stephanici. Εὔδημος ceteræ Editiones, minùs rectè.

41 Ὁ γὰρ Πτολεμαεὺς Διογένης] Omiſſus à Laërtio in indice variorum Diogenum.

Παναίτιος δὲ] Patriâ Rhodius, teſte Strabone lib. XIV. Mallotis Grammatici diſcipulus, teſte eodem ibidem. *Stoicorum prope princeps* dicitur Ciceroni in Lucullo. De eo plura Jonſius: quem vide de Scriptor. Hiſt. Philoſ. lib. II. cap. 13.

Φανίας ὁ Ποσειδωνίου γνώριμος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ποσειδωνείων σχολῶν] Alius à Phania Ereſio, Peripatetico Philoſopho, de quo diximus ad Theophraſtum: cui minùs rectè has Poſidoneas Scholas tribuit Voſſius lib. I. de Hiſt. Græcis cap. 9. ut rectè Jonſius obſervavit. Poſidonius, cujus auditor fuit Phanias ille noſter, Philoſophus Stoicus, Ciceronis & Pompeii Magni magiſter fuit. At Phanias Ereſius, Ariſtotelis auditor & Theophraſti condiſcipulus. Ceterùm, hîc γνώριμος eſt *diſcipulus*; non *ſodalis*, ut vertit Aldobrandinus. Heſychius: γνώριμοι, μαθηταί. Suidas: γνώριμοι, φοιτηταί.

Εἰς τὸ ὁρικὸν εἶδος.] ὁριστικὸν MSS. Stephanici, & Palatinus: & ita paulò pòſt. Vox εἶδος abeſt in aliis Editionibus. Agnoſcit eam Codex Palatinus.

Ἔνιοι δὲ τὸ ὁρικὸν περιδιαιροῦσι.] περιαιροῦσι, habet Editio prior: & ita legiſſe videtur Aldobrandinus, Non diſplicet Aldobrandini lectio; modò hæc verba parentheſi includantur.

Πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας.] Sic quoque Palatinus. 42
διάκρισιν Stephani Codices.

Τήν τε ῥητορικὴν ἐπιστήμην οὖσαν τοῦ εὖ λέγειν περὶ τὸν ἐν διεξόδῳ λόγον.] Sextus Empiricus libro II. adverſus Mathematicos: Ξενοκράτης δὲ ὁ Πλάτωνος ἀκουστὴς, καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς Φιλόσοφοι, ἔλεγον Ῥητορικὴν ὑπάρχειν ἐπιστήμην τοῦ εὖ λέγειν· ἄλλως μὲν Ξενοκράτους τὴν ἐπιστήμην λαμβάνοντος, καὶ ἀρχαϊκῷ νόμῳ, ἀντὶ τῆς τέχνης· ἄλλως δὲ τῶν Στωϊκῶν, ἀντὶ τοῦ βεβαίως ἔχειν καταλήψεις, ἐν Σοφῷ μόνῳ φυομένην. *Xenocrates autem auditor Platonis, & Stoici Philoſophi dicebant, Rhetoricam eſſe bene dicendi ſcientiam: aliter quidem Xenocrate accipiente ſcientiam, ex antiqua conſuetudine, pro arte: aliter autem Stoicis, pro eo quod eſt habere firmas ac ſtabiles comprehenſiones; quæ quidem in ſolo exiſtit Sapiente.* Et deinde: τὸ δὲ λέγειν, ἐν μήκει, καὶ διεξόδῳ θεωρούμενον, Ῥητορικῆς ἐτύγχανεν ἰδιον. *Dicere autem, conſideratum in prolixa, & amplè copioſèque perſequente ac pertractante oratione, eſt proprium Rhetoricæ.* Unde Zeno, à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat, quid inter Dialecticam & Rhetoricam intereſſet: Nam cùm compreſſerat digitos, pugnumque fecerat, Dialecticam ajebat ejuſmodi eſſe: cùm autem diduxerat, & manum dilataverat, palmæ illius ſimilem Eloquentiam eſſe dicebat. Verba ſunt Ciceronis in libro de Oratore: quibus paria habet Sextus Empiricus loco proximè laudato. Subjungit Cicero: *Atque etiam ante hunc* (Zenonem) *Ariſtoteles principio Artis Rhetoricæ dicit illam artem quaſi ex altera parte reſpondere Dialecticæ: ut hoc videlicet differant inter ſe, quòd hæc ratio dicendi lutior ſit, illa loquendi contractior.* Ceterùm Plato in Gorgia Rhetoricam ita definiebat: Ῥητορική ἐστι, πειθοῦς δημιουργὸς διὰ λόγων, ἐν αὐτοῖς τοῖς λόγοις τὸ κῦρος ἔχουσα· πειστικὴ, οὐ διδασκαλική. Ariſtoteles autem ſic libro I. de Rhetorica: Ῥητορική ἐστι τέχνη λόγων. de quibus definitionibus videndus Sextus Empiricus dicto loco. Verùm & hoc modo Rhetorice ab Ariſtotele definitur: δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν. *Facultas videndi in unoquoque, quod contingit ad perſuadendum conducere.*

Καὶ τὴν Διαλεκτικὴν, τοῦ ὀρθῶς διαλέγεσθαι περὶ τῶν ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει λόγων. ὅθεν καὶ οὕτως αὐτὴν ὁρίζονται· ἐπιστήμην ἀληθῶν, καὶ ψευδῶν, καὶ οὐδετέρων] Suidas in Διαλεκτική: Διαλεκτικὴ ἐστιν ἐπιστήμη ἀληθῶν, καὶ ψευδῶν, καὶ οὐδετέρων· τυγχάνει δὲ αὐτὰ ἐπισημαίνοντα καὶ σημαινόμενα. ἡ οὕτω· μέθοδος δι' ἐνδόξων περὶ παντὸς τοῦ προκειμένου συλλογιστική. καλεῖται δὲ Διαλεκτικὴ, ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι. τὸ δὲ διαλέγεσθαι, ἐν ἐρωτήσει τε, καὶ ἀποκρίσει. Et in διεξοδικούς: Περὶ Διαλεκτικῆς φησιν ὁ Ἀφροδισιεὺς Ἀλέξανδρος, ὅτι διαφέρει ἡ Διαλεκτικὴ τῆς Ῥητορικῆς, τῷ τὴν Διαλεκτικὴν περὶ πᾶσαν ὕλην τῇ δυνάμει χρῆσθαι, καὶ μὴ διεξοδικοὺς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, ἀλλ' ἐν ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει· ἀπὸ γὰρ τούτου καὶ ὅλον τὸ ὄνομα αὐτῇ. καὶ καθολικωτέρας καὶ κοινοτέρας τὰς ἀποφάσεις ποιεῖσθαι. τὴν τε Ῥητορικὴν, μήτε περὶ πᾶσαν ὕλην ὁμοίαν εἶναι τῇ Διαλεκτικῇ. περὶ γὰρ τὴν Πολιτικὴν μᾶλλον ὁ Ῥήτωρ, καὶ διεξοδικῶς γε ὡς ἐπιτοπλεῖστον χρῆσθαι λόγῳ· καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα μᾶλλον λέγειν πρὸς περιστάσεις, καὶ τύχας, καὶ καιροὺς, καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰ τοιαῦτα τοὺς λόγους σχηματίζει, ἅπερ ἐν τοῖς καθ' ἕκαστά ἐστι· περὶ τούτων γὰρ αἵ τε συμβουλαὶ, καὶ τὰ ἐγκώμια, καὶ αἱ δίκαι. Etiam Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 469. ubi de Stoicis: καὶ αὐτοὶ δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἔφασαν, ἐπιστήμην ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων.

Καὶ τὴν μὲν Ῥητορικὴν αὐτὴν εἶναι λέγουσι τριμερῆ, &c.] Similiter Ariſtoteles tres facit partes orationis; Judicialem, Deliberativam, Demonſtrativam.

Τὸν δὲ ῥητορικὸν λόγον, εἴς τε τὸ προοίμιον] Etiam 43
Ariſtoteli Rhetor. III. 20. Orationis partes ſunt quatuor: ſed iſtæ. Exordium, Propoſitio, Fides ſeu Contentio, & Peroratio.

Καὶ τῶν ἐκ τούτων ὑφισταμένων λεκτῶν ἀξιωμάτων, &c.] Quid ſit ἀξίωμα, dicemus infrà pluribus.

Ψευδομένους λόγους, &c.] Vide nos ſuprà ad Eu- 44
clidem, & magnum Cujacium Tractatu v. ad Africanum.

Καὶ ἐπιφορᾶς] Id eſt, *illatione*, ſeu *concluſione*. 45

Τὸν δὲ συλλογισμὸν, &c.] Ariſtoteles quid ſyllogiſmus eſſet, his verbis definivit: λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν, ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων. Ejus definitionis non videbatur haberi incommodè interpretatio facta hoc modo: *Syllogiſmus eſt oratio, in qua conſenſis quibuſdam & conceſſis, aliud quid, quàm quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt, neceſſario conficitur.* Verba ſunt Gellii Noct. Atticarum lib. xv. cap. 26.

Τὴν δὲ ἀπόδειξιν, λόγον, &c.] Similis ἀποδείξεως definitio apud Ciceronem Academ. II. *Itaque argumenti concluſio, quæ eſt Græcè ἀπόδειξις, ita definitur: Ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.* Aliter apud Suidam, quem vide in ἀπόδειξις. Propriè, ἀπόδειξις, accipitur ab Ariſtotele pro Syllogiſmo ex neceſſariis propoſitionibus aliquid neceſſario concludente: qui & ἐπιστημονικὸς, videlicet quòd ſcientiam pariat, dicitur eidem Ariſtoteli I. Poſter. Analytic. cap. 2. Ita Alcinous, τὸ ἀποδεικτικὸν ait verſari περὶ τὸν ἀναγκαῖον συλλογισμόν· quibus verbis Demonſtrationem indicat. Non ſum tamen neſcius, interdum ſumptam hanc vocem ab Ariſtotele pro ſimplici probatione, ut in primo Analyticorum capite 8. ὅταν τὸ μὲν καθόλου, κατηγορικὸν, τὸ δ' ἐν μέρει στερητικὸν, οὐχ ὁμοίως ἔσται ἡ ἀπόδειξις· ubi ἀπόδειξις pro qualibet probatione.

Τὴν δὲ φαντασίαν, εἶναι τύπωσιν ἐν ψυχῇ, τοῦ ὀνόματος οἰκείως μετεννηνεγμένου ἀπὸ τῶν τύπων ἐν τῷ κηρῷ ὑπὸ τοῦ δακτυλίου γινομένων] Audiendus omnino Sextus Empiricus, qui omnium optimè de ea Stoicorum circa phantaſiam opinione diſſerit, lib. VII. adverſus Mathematicos: φαντασία οὖν ἐστι κατ' αὐτοὺς, τύπωσις ἐν ψυχῇ· περὶ ἧς εὐθὺς καὶ διέστησαν. Κλεάνθης μὲν γὰρ ἤκουσε τὴν τύπωσιν, κατὰ εἰσοχήν τε καὶ ἔξοχήν, ὥσπερ καὶ διὰ τῶν δακτυλίων γινομένην τοῦ κηροῦ τύπωσιν. Χρύσιππος δὲ ἄτοπον ἡγεῖτο τὸ τοιοῦτον. πρῶτον μὲν γάρ φησι, τῆς διανοίας ὑφ' ἕν ποτε τρίγωνόν τι καὶ τετράγωνον φαντασιουμένης, δέησει τὸ αὐτὸ σῶμα, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, διαφέροντα ἔχειν περὶ αὐτὸ σχήματα, ἅμα τε τρίγωνον καὶ τετράγωνον γίνεσθαι, ἢ καὶ περιφερῆς, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. εἶτα πολλῶν ἅμα φαντασιῶν ὑφισταμένων ἐν ἡμῖν, παμπληθεῖς καὶ τοὺς σχηματισμοὺς ἔχειν τὴν ψυχήν. ὅπερ προτέρου χεῖρόν ἐστιν· αὐτὸς οὖν τὴν τύπωσιν εἰρῆσθαι ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ὑπενόει, ἀντὶ τῆς ἑτεροιώσεως. *Phantaſia, ergo, ut ipſi volunt, eſt impreſſio in anima: de qua ſtatim diſſident. Nam Cleanthes quidem impreſſionem per depreſſionem, & eminentiam, quomodo etiam, quæ per annulos ceræ fit impreſſionem. Chryſippus autem exiſtimabat hoc eſſe abſurdum. Nam primum, inquit, cùm cogitatio aliquando ſimul apprehendat triangulum & quadratum, oportebit idem corpus eodem tempore diverſas in ſe habere figuras, quod quidem eſt abſurdum. Deinde cùm ſimul in nobis multæ conſiſtant phantaſiæ, animam quoque habere complures effigies; quod quidem eſt priori deterius. Ipſe ergo exiſtimabat à Zenone dictam eſſe impreſſionem pro alteratione.* Reliqua vide apud Sextum à pagina 180. uſque ad 184. ſunt enim lectu digniſſima, & quæ ad Laërtium noſtrum apprimè faciunt. Ad Stoicorum de imaginatione opinionem ſpectant hæc verba Alexandri Aphrodiſ. in libro de Anima: Χρὴ δὲ τοῦ τύπου κοινότερον ἐπὶ τῆς φαντασίας ἀκούειν. κυρίως μὲν γὰρ τύπος, τὸ κατ' εἰσοχήν τε καὶ ἔξοχήν. ἢ τὸ τοῦ τυποῦντος ἐν τῷ τυπωμένῳ σχῆμα γινόμενον ὡς ὁρῶμεν τὰ ἐπὶ τῶν σφραγίδων ἔχοντα. οὐχ οὕτω δὲ τὰ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐγκαταλείμματα γίνεται ἐν ἡμῖν. οὐδὲ γὰρ τὴν ἀρχὴν κατὰ σχῆμά τι ἡ τῶν αἰσθητῶν ἀντίληψις· ποῖον γὰρ σχῆμα τὸ λευκὸν, ἢ ὅλως τὸ χρῶμα. ἢ ποῖα σχῆμα ἡ ὀσμή. ἀλλὰ δι' ἀπορίαν κυρίου τινὸς ὀνόματος, τὸ ἴχνος καὶ ἐγκατάλειμμα τὸ ὑπομένον ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐν ἡμῖν τύπον καλοῦμεν μεταφέροντες. Quibus verbis, ſententiam Cleanthis de imaginatione confutat. Ceterùm, cùm Zeno definiebat φαντασίαν eſſe *impreſſionem in anima*, τύπωσιν ἐν ψυχῇ, ψυχῆς nomine intellexit ejus principalem partem, quam ἡγεμονικὸν Stoici appellant. Ut perperam Galenus Chryſippum perſtrinxerit, quòd ψυχὴν dixiſſet pro ἡγεμονικῷ. Qua de re videndus Salmaſius in Epictetum & Simplicium.

46 Τῆς δὲ φαντασίας, τὴν μὲν, καταληπτικὴν· τὴν δὲ, ἀκατάληπτον] Apud Sextum, ex mente Stoicorum, phantaſiarum aliæ quidem ſunt probabiles, aliæ verò non probabiles: aliæ autem neque probabiles, neque improbabiles. Probabilium aut improbabilium phantaſiarum, aliæ quidem ſunt veræ, aliæ verò falſæ; aliæ autem neque veræ, neque falſæ. Ex veris autem aliæ quidem ſunt comprehendentes, aliæ verò non. Eum vide omnino. Vide & Aldobrand.

Καταληπτικὴν μὲν, ἣν κριτήριον εἶναι τῶν πραγμάτων φασί] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 180. ubi de Stoicis: κριτήριον τοίνυν φασὶν ἀληθείας εἶναι οἱ ἄνδρες οὗτοι τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν. Et pleniùs paginâ 184. ἀλλὰ γὰρ οἱ μὲν ἀρχαιότεροι τῶν Στωϊκῶν κριτήριον φασιν εἶναι τῆς ἀληθείας, τὴν καταληπτικὴν ταύτην φαντασίαν. οἱ δὲ νεώτεροι προσετίθεσαν, καὶ τὸ μηδὲν ἔχουσαν ἔνστημα.

Αὐτὴν δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἀναγκαίαν εἶναι, καὶ ἀρετὴν ἐν εἴδει περιέχουσαν ἀρετάς.] Dialectica, Stoicis virtus, quemadmodum & Phyſica, ceteræque Diſciplinæ. Cicero III. de Finibus: *Dialecticam etiam adjungunt, & Phyſicam, eaſque ambas virtutum nomine appellant.* Virtutis nomine appellant & Urbanitatem. Cicero Epiſtolâ ad Appium Pulchrum: *addo urbanitatem, quæ eſt virtus, ut Stoici rectiſſimè putant.* Plutarchus quoque, poſtquam dixit Virtutum quoddam examen Stoicos peperiſſe, addit, οὕτω παρὰ τὸν χαρίεντα, χαριεντότητα· καὶ παρὰ τὸν ἐσθλὸν, ἐσθλότητα· καὶ παρὰ τὸν μέγαν, μεγαλότητα· καὶ παρὰ τὸν καλὸν, καλότητα· ἑτέρας τε τοιαύτας ἐπιδεξιότητας, εὐκαιρίας, εὐτραπελίας ἀρετὰς τιθέμενος.

Τήν τε ἀπροπτωσίαν, ἐπιστήμην τοῦ πότε δεῖ συγκατατίθεσθαι, καὶ μή] Nota verbum Stoicorum συγκατατίθεσθαι. Si mens aſſentiatur τῇ φαντασίᾳ, tum fit συγκατάθεσις, hoc eſt, *approbatio*; & ipſe animus προσεπιδοξάζει, hoc eſt, ſibi perſuadet id verum eſſe quod ipſi ſuggeſtum eſt ab illis viſis primo veluti impulſu, ut rectè Gellius libro XIX. cap. 1. ex Arriano. Verba ejus ſunt: *Atque ibi coram* (loquitur de quodam Philoſopho, interrogato quam ob cauſam maris tempeſtate pallucrat) *ex ſarcinula ſua librum protulit Epicteti Philoſophi quintum Διαλέξεων, quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Ζήνωνος & Chryſippi non dubium eſt. In eo libro, Græcâ ſcilicet oratione, ſcriptum ad hanc ſententiam legimus: Viſa animi, quas φαντασίας Philoſophi appellant, quibus mens hominis primâ ſtatim ſpecie accidentis rei pellitur, non voluntatis ſunt, neque arbitraria, ſed vi quadam ſua inferunt ſeſe hominibus noſcitanda. Probationes autem, quas συγκαταθέσεις vocant, quibus eadem viſa noſcuntur ac diſjudicantur, voluntariæ ſunt, fiuntque hominum arbitratu. Propterea cùm ſonus aliquis formidabilis aut cælo, aut ex ruina, aut repentinus ne ſeius periculi nuncius, vel quid aliud ejuſmodi factum, Sapientis quoque animum pauliſper moveri, & contrahi, & pallefcere neceſſum eſt: ſed quibuſdam motibus rapidis & inconſultis officium mentis atque rationis præverrentibus: mox tamen ille ſapiens ibidem τὰς τοιαύτας φαντασίας, viſa iſtæc animi ſui terrifica non approbat: hoc eſt, οὐ συγκατατίθεται, οὐδὲ προσεπιδοξάζει: ſed abjicit, reſpuitque: nec ei metuendum eſſe in his quicquam videtur. Atque hoc inter Inſipientis Sapientiſque animum differre dicunt, quòd Inſipiens, qualia ſibi eſſe primo animi ſui pulſu viſa ſunt ſæva & aſpera, talia eſſe verò putat: & eadem incepta, tamquam jure metuenda ſint, ſua quoque aſſenſione approbat, καὶ προσεπιδοξάζει: hoc enim verbo Stoici, cùm ſuper iſta re diſſerunt, utuntur. Sapiens autem cùm breviter & ſtrictim colore atque vultu motus eſt, οὐ συγκατατίθεται: ſed ſtatum vigoremque ſententiæ ſuæ retinet, quam de hujuſcemodi viſis ſemper habuit, ut de minimè metuendis, ſed fronte falſa & formidine inani territantibus.*

Αὐτήν τε τὴν ἐπιστήμην φασὶν ἢ κατάληψιν ἀσφαλῆ, &c.] Quid de Scientia judicarint Stoici, omnium optimè expoſuit Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos paginâ 166. τρία γάρ εἶναί φασιν ἐκεῖνοι (loquitur de Stoicis) τὰ συζυγοῦντα ἀλλήλοις, ἐπιστήμην, καὶ δόξαν, καὶ τὴν ἐν μεθορίῳ τούτων τεταγμένην κατάληψιν. ὧν ἐπιστήμην μὲν εἶναι τὴν ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν καὶ ἀμετάθετον ὑπὸ λόγου κατάληψιν. δόξαν δὲ τὴν ἀσθενῆ καὶ ψευδῆ συγκατάθεσιν. κατάληψιν δὲ, τὴν μεταξὺ τούτων, ἥτις ἐστὶ καταληπτικῆς φαντασίας συγκατάθεσις, &c. 47

Οὐκ εἶναι ὁδῷ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνασθαι] ὁδῷ ἐρωτᾶν, eſt *rectè atque ordine interrogare*: ὁδῷ ἀποκρίνασθαι, *rectè atque ordine reſpondere*. Plato in Phædro: οὐκοῦν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι, πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῷ διηρῆσθαι. καθ' ὁδὸν pro eodem dixit idem Plato libro IV. de Legibus: ἀλλ', ἔφη, καθ' ὁδόν τε λέγεις, καὶ τοιεῖν χρὴ οὕτως. *Viam* eadem notione Cicero uſurpavit libro de Claris Oratoribus: *via & arte dicere.* Et de Oratore: *quæ res duplicem habuit docendi viam.* Dixit & *viâ progredi*, in libris de Natura Deorum, ut Græci ὁδῷ βαδίζειν, pro *rectâ progredi, ratione rectâ procedere, & non aberrare diſputando.* Etiam Terentius: *Ego adeò primus hanc inveni viam.* Id eſt, *methodum.*

Ἀνδρὸς εἶναι. ἐν οὖν τοῖς λογικοῖς, ταῦτα, &c.] Sic interpungendum, ἀνδρὸς εἶναι. Ἐν οὖν τοῖς λογικοῖς ταῦτα, &c. 48

Διοκλῆς ὁ Μάγνης ἐν τῇ Ἐπιδρομῇ τῶν Φιλοσόφων.] Cujus tertium citat Laërtius in Epicuro. Scripſerat idem Diocles Περὶ βίων Φιλοσόφων: cujus libri frequens mentio in Laërtianis.

Διαφέρει δὲ φαντασία καὶ φάντασμα· φάντασμα μὲν γάρ ἐστι δόκησις διανοίας, &c.] Suidas αὐτολεξεὶ ex hoc loco Laërtii, in Voce φαντασία: φαντασία καὶ φάντασμα διαφέρει. φάντασμα μὲν γάρ ἐστι, δόκησις διανοίας, οἷα γίνεται κατὰ τοὺς ὕπνους· φαντασία δὲ, τύπωσις ἐν ψυχῇ, τουτέστιν, ἀλλοίωσις. οὐ γὰρ δεκτέον τὴν τύπωσιν, οἱονεὶ τύπον σφραγιστῆρος, ἐπεὶ ἀνένδεκτόν ἐστι πολλοὺς τύπους κατὰ τὸ αὐτὸ περιγίνεσθαι. νοεῖται δὲ φαντασία, ἢ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ ὑπάρχον ἐναπομειμαγμένη καὶ ἐναποτετυπωμένη, καὶ ἐναποσφραγισμένη, οἷα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος. τῶν δὲ φαντασιῶν, αἱ μέν εἰσιν αἰσθητικαὶ· αἱ δὲ, οὔ. αἰσθητικαὶ μέν, αἱ δι' αἰσθητηρίου ἢ αἰσθητηρίων λαμβανόμεναι· οὐκ αἰσθητικαὶ 50

δὲ, αἱ διὰ τῆς διανοίας, καθάπερ καὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ τῶν ἄλλων λόγῳ λαμβανομένων. Doctrinam Stoicorum paulò aliter exponit Nemeſius in libello Περὶ φύσεως ἀνθρώπου capite VI. quod eſt περὶ τοῦ φανταστικοῦ. οἱ δὲ Στωϊκοὶ τέσσαρα ταῦτά φασι· φαντασίαν, φάνταστον, φανταστικὸν, φάντασμα· φαντασίαν μὲν λέγοντες, τὸ πάθος τῆς ψυχῆς τὸ ἐνδεικνύμενον αὐτό τε καὶ τὸ πεποιηκὸς φάνταστον. ὅταν γὰρ λευκὸν ἰδωμεν, ἐγγίνεταί τι πάθος τῇ ψυχῇ ἐκ τῆς λήψεως αὐτοῦ· ὡς γὰρ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις ἐγγίνεται πάθος, ὅταν αἰσθάνηται· οὕτω καὶ ἐν τῇ ψυχῇ, ὅταν ἐννοήσῃ· εἰκόνα γὰρ ἐν ἑαυτῇ δέχεται τοῦ νοητοῦ. φάνταστον δὲ, τὸ πεποιηκὸς τὴν φαντασίαν αἰσθητὸν, οἷόν τι λευκὸν καὶ πᾶν ὅτι δύναται κινεῖν τὴν ψυχήν· φανταστικὸν δὲ, τὸν διάκενον διελκυσμὸν ἄνευ φαντάστου· φάντασμα δὲ, ὃ ἐφελκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμὸν, ὡς ἐπὶ τῶν μεμηνότων καὶ μελαγχολώντων. Quod accepit & αὐτολεξεὶ Nemeſius à Plutarcho libro IV. de Placitis Philoſophorum cap. 12. Plutarchus à Chryſippo: Verba quidem Plutarchi hæc ſunt: Χρύσιππος διαφέρειν ἀλλήλων φησὶ τέτταρα ταῦτα· φαντασίαν μὲν οὖν ἐστι πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενον, ἐνδεικνύμενον ἑαυτῷ καὶ τὸ πεποιηκός. οἷον, ἐπειδὰν δι' ὄψεως θεωρῶμεν τὸ λευκὸν, ἔστι πάθος τὸ ἐγγενηνεμένον διὰ τῆς ὁράσεως ἐν τῇ ψυχῇ· καὶ τοῦτο τὸ πάθος εἰπεῖν ἔχομεν, ὅτι ὑπόκειται λευκὸν, κινοῦν ἡμᾶς ὁμοίως καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ὀσφρήσεως. εἴρηται δὲ φαντασία ἀπὸ τοῦ φωτός· καθάπερ γὰρ τὸ φῶς αὐτὸ δείκνυσι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐν αὐτῷ περιεχόμενα, καὶ ἡ φαντασία δείκνυσι ἑαυτὴν καὶ τὸ πεποιηκὸς αὐτήν. φάνταστον δὲ, τὸ ποιοῦν τὴν φαντασίαν. οἷον, τὸ λευκὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν δύνηται κινεῖν τὴν ψυχὴν, τοῦτ' ἔστι φάνταστον· φανταστικὸν δέ ἐστι διάκενος ἑλκυσμὸς, πάθος ἐν τῇ ψυχῇ ἀπ' οὐδενὸς φαντάστου γινόμενον· καθάπερ ἐπὶ τοῦ σκιαμαχοῦντος καὶ κενὸς ἐπιφέροντος τὰς χεῖρας. τῇ γὰρ φαντασίᾳ ὑπόκειταί τι φάνταστον, τῷ δὲ φανταστικῷ οὐδέν. φάντασμα δέ ἐστιν, ἐφ' ὃ ἑλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμόν. ταῦτα δὲ γίνεται ἐπὶ τῶν μελαγχολώντων καὶ μεμηνότων, &c. Etiam Sextus Empiricus διάκενον ἑλκυσμὸν verbum eſſe Stoicorum notavit, in libro adverſus Mahematicos pag. 182.

51 Εἰσὶ δὲ τῶν φαντασιῶν καὶ ἐμφάσεις, ἕως ἂν ἀπὸ ὑπαρχόντων γινόμεναι. ἔτι τῶν φαντασιῶν αἱ μὲν λογικαὶ, &c.] Editio Stephanica princeps, ἕως ἂν ἀπό. altera, nec non Codex Palatinus, ἑως ἂν ὑπαρχόντων. Regiæ Membranæ αἱ ὡς ἂν ἀπὸ, &c. Legebat Huëtius noſter, αἱ ὡσεὶ ἀπὸ ὑπαρχόντων. Notabis autem hæc verba καὶ ἐμφάσεις, & quæ ſequuntur, in Editione Baſileenſi deſiderari, & in ea legi dumtaxat, εἰσὶ δὲ τῶν φαντασιῶν αἱ μὲν λογικαὶ, αἱ δὲ ἄλογοι. Notabis quoque τὸ ἔμφασιν vocem eſſe Academicorum, non Stoicorum. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 169. ubi de phantaſiis: ὧν ἡ μὲν φαινομένη ἀληθὴς, ἔμφασις καλεῖται παρὰ τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς, καὶ πιθανότης, καὶ πιθανὴ φαντασία· ἡ δ' οὐ φαινομένη ἀληθὴς, ἀπέμφασίς τε προσαγορεύεται, καὶ ἀπειθὴς, καὶ ἀπιθανὸς φαντασία.

Ἄλλως γοῦν θεωρεῖται ὑπὸ τεχνίτου εἰκὼν, καὶ ἄλλως ὑπὸ ἀτέχνου] *Quàm multa vident Pictores in umbris & in eminentia, quæ nos non videmus?* inquit Tullius Academ. Quæſt. IV. Huc facit quod narrat Ælianus Var. Hiſt. XIV. 47. Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης ἔγραψε τὴν Ἑλένην. Νικόστρατος οὖν ὁ ζωγράφος ἐξεπλήττετο τὴν εἰκόνα. καὶ τεθηπὼς τὸ γράμμα δῆλος ἦν. ἤρετο οὖν τις αὐτὸν προσελθὼν, τί δὴ παθὼν οὕτω θαυμάζει τὴν τέχνην. ὁ δὲ, οὐκ ἄν με ἠρώτησας, εἶπεν, εἰ τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκέκτησο. ἐγὼ δ' ἂν φαίην τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλ' εἴ τις ἔχει πεπαιδευμένα ὦτα, ἀστεροῦν οἱ χειρουργοὶ τεχνικὰ ὄμματα. *Zeuxis Heracleota cùm Helenam pinxiſſet, Nicoſtratus pictor ſtupefactus, imaginem intuebatur, ſic ut manifeſtum eſſet eum picturam admirari. Accedens itaque quidam rogabat, Quid ſibi contigiſſet ut adeo artem admiraretur? At ille: Non, inquit, id me rogares, ſi meos oculos haberes. Ego verò idem de oratione dixerim, niſi quis eruditas habeat aures, ſicut opifices, oculos artis peritos, minùs utcumque artificioſam mirabitur.* Τεχνικὰ ὄμματα dixit, quod Cicero in Paradoxis *oculos eruditos*: Et πεπαιδευμένα ὦτα, quod idem Cicero in Epiſtola quadam ad Papirium Pætum, *aures elegantes*. Narrat eamdem hiſtoriam Johannes Stobæus, Sermone qui eſt de Venere & Amore: ſed ubi *Nicomachum* pictorem illum appellat, qui *Nicoſtratus* dicitur Æliano. Nicomachi pictoris non incelebris, meminit Plinius lib. XXXV. & Vitruvius in Præfatione libri tertii. Nicoſtrati pictoris meminit nemo. quare ex Stobæo corrigendus Ælianus.

Αἴσθησις δὲ λέγεται κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς, τό, τε ἀφ' ἡγεμονικοῦ πνεῦμα, καὶ ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις διῆκον, &c.] Quam Stoicorum de ſenſu opinionem reſpexit Nemeſius in lib. de Natura Hominis cap. 6. ἔστι δὲ αἴσθησις εὐκ ἀλλοίωσις, ἀλλὰ διάγνωσις ἀλλοιώσεως. ἀλλοιοῦται μὲν γὰρ τὰ αἰσθητήρια, διακρίνει δὲ τὴν ἀλλοίωσιν ἡ αἴσθησις· καλεῖται δὲ πολλάκις αἴσθησις καὶ τὰ αἰσθητήρια. ἔστι δὲ αἴσθησις, ἀντίληψις τῶν αἰσθητῶν· δοκεῖ δὲ οὗτος ὁ ὅρος οὐκ αὐτῆς εἶναι τῆς αἰσθήσεως, ἀλλὰ τῶν ἔργων αὐτῆς διὸ καὶ οὕτως ὁρίζονται τὴν αἴσθησιν, πνεῦμα νοερὸν ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ ἐπὶ τὰ ὄργανα τεταμένον· ἔτι δὲ καὶ οὕτως, δύναμις ψυχῆς ἀντιληπτικὴ τῶν αἰσθητῶν· αἰσθητήριον δὲ, ὄργανον τῆς ἀντιλήψεως τῶν αἰσθητῶν, &c. Similiter Medici ſenſus negant inſtrumentis ſentiendi infixos eſſe, ſed à cerebro ad ipſa derivari. Galenus lib. VII. de Decretis Hippocratis & Platonis: κοινὸν μὲν οὖν ἁπασῶν τῶν αἰσθητικῶν δυνάμεων ἀπ' ἐγκεφάλου τὴν ἀρχὴν ἐχουσῶν φέρεσθαι διὰ τῶν νεύρων ἄχρι τῶν οἰκείων ὀργάνων. Non omnino tamen Stoicis aſſentiuntur Medici: Stoici enim ipſum ſpiritum ſenſum eſſe dicunt: Medici à ſpiritu ſenſum diſtinguunt, hunc que ab illo, ceu vectore, deferri ad ſenſuum organa exiſtimant.

Πηροὶ γίνονται] Ita quoque rectè Palatinus. πονηροὶ, minùs rectè, ceteræ Editiones.

Τῶν γὰρ νοουμένων τὰ μὲν κατὰ περίπτωσιν ἐνοήθη, &c.] Quam ἐμπέλασιν τῶν ἐναργῶν vocat Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 372. Ejus verba, quia mirè totum hunc Diogenis locum illuſtrant, infra ponere non pigebit: καθόλου τε τὸ ἐπινοούμενον πᾶν, ἤτοι κατ' ἐμπέλασιν τῶν ἐναργῶν νοεῖται, ἢ κα-

τὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἐναργῶν μετάβασιν· καὶ τοῦτο ποικίλως. ὅτε μὲν κατὰ ὁμοιότητα, ὅτε δὲ κατὰ ἐπισύνθεσιν, ὅτε δὲ κατὰ ἀναλογίαν· καὶ ταύτην δὲ ἤτοι αὐξητικὴν, ἢ μειωτικήν. κατ' ἐμπέλασιν μὲν οὖν τῶν ἐναργῶν νοεῖται, ὡς λευκὸν καὶ μέλαν, καὶ γλυκὺ καὶ πικρόν. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ αἰσθητά ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον νοεῖται. κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ τῶν ἐναργῶν μετάβασιν, ὁμοιωτικῶς μὲν νοεῖται, οἷον, ἀπὸ μὲν τῆς Σωκράτους εἰκόνος, ὁ μὴ παρὼν Σωκράτης. συνθετικῶς δὲ, οἷον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἵππου, ὁ μήτε ἄνθρωπος ὢν, μήτε ἵππος. σύνθετος δὲ, ἐξ ἀμφοτέρων Ἱππόκενταυρος. κατὰ δὲ ἀναλογίαν αὐξητικὴν ἢ μειωτικὴν· οἷον ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν τὸν κοινὸν κατὰ μέγεθος ἄνθρωπον καὶ ὑποπίπτοντα, αὐξήσαντες μὲν ταῖς φαντασίαις, ἐνοήσαμεν τὸν Κύκλωπα, ὃς οὐκ ἐώκει

Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι.

μειώσαντες δὲ, ἐσπάσαμεν ἔννοιαν τοῦ πυγμαίου ἀνθρώπου, &c. *In ſumma autem quidquid mente concipitur, aut intelligitur per applicationem evidentium, aut per tranſitum ab evidentibus: idque variè. Aliquando quidem per ſimilitudinem: aliquando verò per compoſitionem: aliquando verò per analogiam ſeu proportionem; eamque; aut augentem, aut minuentem. Atque intelligitur quidem per applicationem evidentium, ut album & nigrum, & dulce & amarum. Ea enim etſi ſunt ſenſilia, nihilominus percipiuntur intelligentiâ. Per tranſitum autem ab evidentibus, aſſimilativè quidem intelliguntur: ut ex imagine Socratis Socrates non præſens. Per compoſitionem verò: ut ex homine & equo, is qui neque eſt homo nec equus: ex ambobus autem compoſitus eſt Hippocentaurus. Per analogiam autem, ſeu proportionem augentem aut minuentem: ut ex eo quod videamus hominem magnitudine communem & depreſſum, viſione quidem augentes, mente concepimus Cyclopem, qui Viro pane veſcenti non eſt ſimilis, ſed nemoroſo promontorio. Minuentes autem, attraximus Pygmæi in mente notionem.* Sed quam hoc loco ἐμπέλασιν τῶν ἐναργῶν Sextus vocavit; alibi περίπτωσιν τῶν ἐγνωσμένων vocat, quemadmodum Laërtius. Quem locum & hîc adſcribere operæ precium eſt: nec enim minùs quàm ſuperior Laërtio noſtro lucem adfert. πᾶσα γὰρ νόησις, inquit, ἀπὸ αἰσθήσεως γίνεται, ἢ οὐ χωρὶς αἰσθήσεως, καὶ ἢ ἀπὸ περιπτώσεως, ἢ οὐκ ἄνευ περιπτώσεως· ὅθεν οὐδὲ τὰς λεγομένας ψευδεῖς φαντασίας, οἷον τὰς καθ' ὕπνους, ἢ τὰς κατὰ μανίαν, εὑρήσομεν ἀπηρτημένας τῶν διὰ τῆς αἰσθήσεως κατὰ περίπτωσιν ἡμῖν ἐγνωσμένων. καὶ γὰρ ὁ κατὰ μανίαν Ἐρινύας αὐτῷ ἀναπλάσσων,

Τὰς αἱματῴδεις καὶ δρακοντώδεις κόρας,

(verſus eſt ex Oreſte Euripidis: ubi legitur τὰς αἱματωπούς; quemadmodum & apud Longinum, qui hunc verſum recitat ſectione 13.) ἐκ τῶν πεφηνότων αὐτῷ σύνθετον μορφὴν νοεῖ. ὡσαύτως δὲ ὁ πτηνὸν ἄνθρωπον καθ' ὕπνους ὀνειροπολούμενος, οὐ δίχα τοῦ πτηνόν τι ἑωρακέναι, καὶ ἄνθρωπον ὀνειροπολεῖται. καὶ καθόλου, οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν κατ' ἐπίνοιαν, ὃ μὴ ἔχει τι αὐτῷ κατὰ περίπτωσιν ἐγνωσμένον. τοῦτο γὰρ ἢ κατὰ ὁμοιότητα τῶν ἐν περιπτώσει πεφηνότων ληφθήσεται, ἢ κατὰ παραύξησιν, ἢ κατὰ μείωσιν, ἢ κατ' ἐπισύνθεσιν. καθ' ὁμοιότητα μὲν οὖν, οἷον ὅταν ἀπὸ τῆς θεωρηθείσης Σωκράτους εἰκόνος, τὸν μὴ ἑωραμένον Σωκράτην ἐπινοῶμεν. κατὰ παραύξησιν δὲ, ὅταν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου κινούμενοι νοῶμεν, οἷον, ὃς οὐκ ἐώκει

Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι

Ὑψηλῷ νεφρῶν.

(legendum Ὑψηλῷ, ſcilicet: aut potiùs ὑψηλῶν ὀρέων: quod ultimum eſt in Homero.) κατὰ μείωσιν δὲ, ἐπειδὴν συνελόντες πάλιν τὸ μέγεθος τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου, νοήσει λαμβάνωμεν πυγμαῖον. κατ' ἐπισύνθεσιν δὲ, ὅταν ἀπὸ ἀνθρώπου καὶ ἵππου, τὸν μηδέποτε ὑποπεπτωκότα ἡμῖν Ἱππόκενταυρον νοῶμεν, &c. *Omnis enim intelligentia oritur à ſenſu, aut non ſine ſenſu: aut ex incurſione, aut non ſine incurſione. Unde etiam falſa quæ dicuntur viſa, ut quæ ſunt in ſomnis & in furore, inveniemus pendere ex iis quæ per ſenſum nobis cognita ſunt ex incurſione. Etenim qui in furore ſanguinolentas ſibi effingit Furias & Puellas ſerpentinas, ex iis quæ ipſi apparuerunt, compoſitam formam mente agitat: ita etiam qui in ſomnis hominem ſomniat volucrem, non abſque eo quòd aliquid viderit volucre, hominem quoque ſomniat volucrem. Et ut in ſumma dicam, nihil poterit cogitando inveniri, quod non habet aliquid ſibi cognitum ex incurſione. Id enim aut ſumitur ex ſimilitudine eorum quæ apparuerunt in incurſione, aut ex incremento, aut ex decremento, aut ex compoſitione. Atque ex ſimilitudine quidem, ut quando viſo ſimulacro Socratis, cogitamus non viſum Socratem: ex incremento verò, ut quando ex communi homine non communem cogitamus, ut hominem mente agitantes, qui ſimilis erat non homini quidem, ſed ſaltuoſis montium jugis. Ex decremento autem, quando rurſus communis hominis contracta magnitudine, Pygmæum apprehenderimus, mentis agitatione. Ex compoſitione autem, quando ex homine & equo cogitamus Hippocentaurum, qui nondum nobis incurrit.* Idem ibidem pag. 479. παντὸς γοῦν πράγματος αἰσθητοῦ ἢ νοητοῦ γίνεται κατάληψις, ἤτοι κατ' ἐνάργειαν περιπατητικῶς, ἢ κατὰ τὴν ἀπὸ τῶν περιπτωτικῶς πεφηνότων ἀναλογιστικὴν μετάβασιν· καὶ ταύτην, ἤτοι ὁμοιωτικὴν, ὡς ὅταν ἀπὸ τῆς Σωκράτους εἰκόνος γνωρίζηται ὁ μὴ παρὼν Σωκράτης· ἢ συνθετικήν· ὡς ὅταν ἀπ' ἀνθρώπου καὶ ἵππου κατ' ἐπισύνθεσιν νοῶμεν τὸν ἀνύπαρκτον Ἱππόκενταυρον· ἢ κατὰ ἀναλογίαν, ὡς ὅταν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ἀνθρώπου παραυξητικῶς μὲν λαμβάνηται ὁ Κύκλωψ, ὃς οὐκ ἐώκει

Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι.

μειωτικῶς δὲ ὁ πυγμαῖος ἄνθρωπος, &c. *Cujuſlibet enim rei ſenſilis, aut quæ cadit ſub intelligentiam comprehenſio, fit, aut incurrendo per evidentiam, aut per reputantem & ratiocinantem tranſitum ab incurrentibus quæ apparuerunt: eumque, aut aſſimilantem, ut quando ab imagine Socratis cognoſcitur Socrates qui non adeſt: aut componentem, ut quando ab homine & equo per compoſitionem intelligimus Hippocentaurum qui non eſt: aut ex proportione, ut quando ex communi homine amplificando ſumitur Cyclops, qui non erat ſimilis homini veſcenti pane, ſed nemoroſo promontorio. Diminuendo autem, Pygmæus.* Non abſimilia habes apud Ciceronem: de quibus hîc Aldo-

brandinus. Et ſimilia apud Claudium Ptolemæum in libro Περὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ. ἔπειτα τῶν μηδ' ὅλως δι' αἰσθήσεως διανενοημένων εἰδωλα καὶ φαντάσματα διατείνονται μεθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτωρ. αἱ μὲν ἀπό τινες ὁμοιότητος καὶ ἀναλογίας, ὡς αἱ τῶν δαιμονίων μορφῶν· αἱ δὲ, ἀπὸ συνθέσεως, ὡς αἱ τῶν γιγάντων, ἢ τῶν καλουμένων νάνων, καὶ εἴ τι παραπλήσιον. *Poſtea verò, noctu & interdiu, rerum, quæ per ſenſum numquam in mentem venerunt, idola ac phantaſmata porriguntur: quorum alia, ut formarum divinarum, à ſimilitudine quadam ortum habent: alia verò, qualia ſunt Gigantum, eorumque qui nani appellantur; quæque his ſimilia fuerunt, à compoſitione originem ducunt.*

94 Κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τυγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν] Sextus Empiricus Hypotypoſeon lib. I. cap. 34. οἱ δὲ περὶ Φίλωνά φασιν, ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ Στωϊκῷ κριτηρίῳ, τουτέστι τῇ καταληπτικῇ φαντασίᾳ, ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πράγματα.

Ἀντίπατρος] Accipio de Antipatro Tarſenſi, Philoſopho Stoico, qui floruit circa Olymp. CLVI. de quo Plutarchus in libro de Garrulitate, & in libro de Exſilio: & Cicero non uno in loco: qui præceptorem habuiſſe Diogenem Babylonium Stoicum ait lib. III. de Officiis, & Panætium diſcipulum lib. I. de Divinat. Frequens in his libris teſtis adducitur à Laërtio. Ejus nomen ſorraſſe νοθεύει apud Nemeſium de Natura Hominis cap. 35. εἰσὶ δὲ τῶν Στωϊκῶν Χρύσιππός τε καὶ Φιλοπάτωρ, καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ λαμπροί. Et poſtea ὁ Φιλοπάτωρ ἐν τοῖς Περὶ εἱμαρμένης. Philopatri illius Stoici celebris, ut eum Nemeſius appellat, præter Nemeſium; ſi bene memini; meminit nemo. An igitur ſcripſerit ille, Ἀντίπατρος?

Ἔστι δὲ ἡ πρόληψις, ἔννοια φυσικὴ τῶν καθ' ὅλου] Suidas in πρόληψις· ὁ δὲ Χρύσιππος ἐν τῷ ιβ' τῶν Φυσικῶν λόγων, τρία φησὶν εἶναι κριτήρια, αἴσθησιν, γνῶσιν, καὶ πρόληψιν· ἔστι δὲ πρόληψις, ἔννοια φυσικὴ τῶν καθ' ὅλου· Ἐπίκουρος δὲ ὁ φιλόσοφος λέγει πρόληψιν, οἱονεὶ κατάληψιν, ἢ δόξαν ὀρθὴν, ἢ ἔννοιαν, ἢ καθολικὴν νόησιν ἐναποκειμένην· τουτέστι μνήμην τοῦ πολλάκις ἔξωθεν φανέντος.

95 Ἔστι δὲ φωνὴ, ἀὴρ πεπληγμένος] Gellius V. 15. *Sed vocem Stoici corpus eſſe contendunt, eamque eſſe dicunt ictum aëra. Plato autem non eſſe vocem corpus putat: non enim percuſſus, inquit, aër, ſed plaga ipſa atque percuſſio vox eſt*, &c. Theon Alexandrinus in Arati Phænomena: Στωϊκοὶ ὑποτίθενται, μᾶλλον δὲ πάντες οἱ ὅρον φωνῆς γράψαντες, πεπληγμένον τοῦτον ἀέρα καλοῦσι. Origenes contra Celſum lib. II. καὶ γὰρ τοιαύτη ἐστὶν ἡ θεία φωνὴ, ἀκουομένη, μόνοις ἐκείνοις, οὓς βούλεται ἀκούειν ὁ λέγων. οὐδέπω δὲ λέγω, ὅτι οὐ πάντως ἐστὶν ἀὴρ πεπληγμένος, ἢ πληγὴ ἀέρος, ἢ ὅ, τι ποτὲ λέγεται ἐν τοῖς Περὶ φωνῆς. Et lib. VI. ἀληθῶς γὰρ οὐκ ἔστιν τῷ θεῷ φωνὴ εἴτε ἐστὶν ἡ φωνὴ, ἀὴρ πεπληγμένος, ἢ πληγὴ ἀέρος, ἢ εἶδος ἀέρος, ἢ ὅ, τι δή ποτε ὁρίζονται εἶναι τὴν φωνὴν, οἱ περὶ ταῦτα δεινοί. Nemeſius de Natura Hominis cap. VI. ἀὴρ γάρ ἐστιν ἡ τῆς φωνῆς οὐσία, ἢ ἀέρος πληγή. Etiam Ariſtoteles lib. II. de Anima cap. 8. vocem plagam aëris eſſe dixit: ὥστε ἡ πληγὴ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχῆς πρὸς τὴν καλουμένην ἀρτηρίαν, φωνή ἐστι. Et Pollux II. 4. 26. φωνὴ, ἀὴρ πεπληγμένος· πλήττει γὰρ τὴν ἐπιγλωττίδα. ἢ πλῆξις ἀέρος· πλήττεται γὰρ τοῖς φωνητηρίοις, καὶ ὡς δι' ἰσχῆς ἐξηχεῖ. Ariſtides Quintilianus de Muſica lib. I. ὕλη δὲ Μουσικῆς φωνὴ καὶ κίνησις σώματος. τὴν δὲ φωνὴν, οἱ μὲν, ἀέρα πεπληγμένον· οἱ δὲ, ἀέρος πληγὴν ἔφασαν. οἱ μὲν, αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ πεπονθὸς ἦχεν. οἱ δ', ὅπερ ἄμεινον, τὸ τούτου πάθος ὡρισάμενοι. Atque inde eſt quod Grammatici *verba* ab aëre verberato dici exiſtimaverunt: cujus ineptæ etymologiæ meminit Quintilianus libro I. cap. 6. De vocis definitione, videndus omnino Plutarchus lib. IV. de Placitis Philoſophorum cap. 19. & Porphyrius in lib. I. Harmon. Ptolemæi.

Διογένης ὁ Βαβυλώνιος ἐν τῇ Περὶ φωνῆς τέχνῃ, &c. Ἀρχέδημός τε ἐν τῇ Περὶ φωνῆς] Quos libros reſpexiſſe videtur Origenes locis ſuprà memoratis.

Ζώου μέν ἐστι φωνὴ] Vocem tamen propriè de brutis dici poſſe, negat Plato apud Plutarchum dicto loco.

Καὶ σῶμα δὲ ἐστιν ἡ φωνὴ κατὰ τοὺς Στωϊκούς] Idem legas apud Plutarchum dicti lib. IV. cap. 20. οἱ δὲ Στωϊκοὶ, σῶμα τὴν φωνήν. πᾶν γὰρ τὸ δρώμενον, ἢ καὶ ποιοῦν, σῶμα· ἡ δὲ φωνὴ ποιεῖ, καὶ δρᾷ· ἀκούομεν γὰρ αὐτῆς, καὶ αἰσθανόμεθα προσπιττούσης τῇ ἀκοῇ, καὶ ἐκτυπούσης, καθάπερ δακτύλιον εἰς κηρόν. Gellium adde loco memorato, & Galenum in Tractatu de Præcognitione ad Epigenem c. V. Stoicis omnia erant corporea. Lucianus in Hermotimo: καὶ ὅταν ὑμεῖς λέγητε, Sermo eſt ad Stoicos, σώματα εἶναι ἅπαντα. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 267. ὁρῶμεν δὲ ὡς εἰσί τινες οἱ ἀνηρηκότες τὴν ὑπαρξιν τῶν λεκτῶν, καὶ οὐχ οἱ ἑτεροδοξοῦντες μόνον, οἷον οἱ Ἐπικούρειοι μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ Στωϊκοὶ, ὡς οἱ περὶ τὸν Βασιλείδην, οἷς ἔδοξε μηδὲν εἶναι ἀσώματον. *Videmus autem, quod ſunt quidam qui peremerunt eſſentiam eorum quæ dicuntur: nec ſolum ii, qui ſunt diverſæ ſententiæ, ut Epicurei, ſed etiam Stoici, ut Baſilides, qui in hac fuit opinione, ut exiſtimaret nihil eſſe incorporeum.* Auctor Φιλοσοφουμένων, quæ vulgò Origeni tribuuntur, ubi de Stoicis: σώματα δὲ πάντα ὑπέθεντο, καὶ σῶμα διὰ σώματος μὴ χωρεῖν, ἀλλὰ ἀνάστασιν εἶναι, καὶ πεπλῆρῶσθαι πάντα, καὶ μηδὲν εἶναι κενόν.

Λέξις δέ ἐστι, &c.] Rectè Caſaubonus, λέξις δὲ 56
ἐστι, ὡς φησι Διογένης, φωνὴ ἐγγράμματος· οἷον Η ΜΕΡΑ. λόγος δέ ἐστι φωνὴ σημαντικὴ, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη, οἷον Η ΜΕΡΑ ΕΣΤΙ. Reſpexit hunc locum Suidas in Voce λόγος: λόγος, inquit, ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη.

Διάλεκτος δὲ, ἔστι λέξις κεχαραγμένη ἐθνικῶς τε καὶ ἑλληνικῶς· ἢ λέξις ποταπὴ, τουτέστι ποιὰ κατὰ διάλεκτον] Grammaticis Græcis Dialectus definitur, λέξις, ἰδίων χαρακτῆρα τύπου ἐμφαίνουσα. Addidit Philoponus, ἢ κοινὸν, ut inter Dialectos Communem Linguam admitteret: quod ineptum eſſe oſtendit Salmaſius in Diſſertatione de Helleniſtica cap. 2.

Τῆς δὲ λέξεως στοιχεῖά ἐστι τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα, &c.] Sed veteres ſexdecim tantùm literis utebantur, ut eſt apud Plutarchum in Quæſtionibus Platonicis, quæſtione nonâ & ultimâ. Chronicum Alexandrinum Olympiade 96. Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κδ' χρᾶσθαι, πρότερον ις'. Vide Scaligerum ad Euſebii Chronica. στοιχεῖα dicuntur, quia vox omnis generatur ex iis primò, inque ea poſtremò reſolvitur: γράμματα autem, quia lineis ac figuris quibuſdam exprimuntur. Dionyſius Halicarnaſſeus in libro de Conſtructione nominum: γράμματα μὲν λέγεται, ὅτι γραμμαῖς τισι σημαίνεται. στοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτον, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν.

Τριχῶς δὲ λέγεται, τὸ γράμμα· ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα, οἷον α.] Emendabat Geleſius; cui aſſentitur Caſaubonus; ὅ, τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, τό, τε στοιχεῖον, καὶ τὸ ὄνομα. Quantò melius Henricus Valeſius! ὅ, τε χαρακτὴρ τοῦ στοιχείου, καὶ τὸ ὄνομα. οἷον ἄλφα. Ammonius Grammaticus in voce γράμμα: γράμμα, στοιχείου διαφέρει. στοιχεῖον, μὲν γάρ ἐστιν αὐτὴ ἡ ἐκφώνησις, καὶ ὁ φθόγγος· οὗ τὸ γράμμα σημεῖον, ἢ τύπος, σχῆμα. ὡς ἐν τῷ, Τρίγωνον μὲν γάρ ἐστι τὸ Δ, στρόγγυλον δὲ, τὸ Ο, τύπος. τὸ δὲ στοιχεῖον τὸ ὁλόκληρον, οἷον, Α, Β, καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα καταχρηστικῶς γράμματα. καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, γράμματα. Καλλίμαχός που φησὶ, Γράμματα δ' οὐκ εἴλησσαν ἀπόκρυφα. τοῦτ' ἔστι, γράμματα· καὶ πάλιν, Πλάτωνος. Ἐν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀνελεξάμεθος. καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ πολλὰ φαμὲν εἰδέναι γράμματα τόνδε. οὐ γὰρ τὰ εἴκοσι τέσσαρα, ἀλλὰ τὰ τῶν πολλῶν ἔμπειρον γραμμάτων. Ait Ammonius, differre γράμμα & στοιχεῖον. γράμμα enim eſſe typum ac formam: στοιχεῖον autem eſſe ἐκφώνησιν καὶ φθόγγον: id eſt, ſonum, quo illi typi ac formæ efferuntur, ac pronuntiantur. Ut in trigono γράμμα Δ: at στοιχεῖον eſt δέλτα. Addit Ammonius: τὸ δὲ στοιχεῖον τὸ ὁλόκληρον, οἷον, α, β, καὶ τὰ λοιπὰ στοιχεῖα καταχρηστικῶς γράμματα. id eſt, *Integrum etiam alphabetum 24. literarum: ut*, α, β, *& ceterarum abuſivè vocari* γράμματα: *id eſt*, literas. Scribe igitur in Græco, ἄλφα, βῆτα. Nam ſi α & β ſcribas, non procedit quod ait Ammonius: cùm α & β, & D & C ſint verè γράμματα: at verò ἄλφα, βῆτα, γάμμα, &c. propriè στοιχεῖα; non γράμματα, niſi impropriè: verba ſunt Henrici Valeſii ad Harpocrationem. Nihil verius.

57 Ἄφωνα δὲ, &c.] Ita quoque conſonantes dicuntur Platoni in Cratylo & in Theæteto; quaſi *ſoni experſes*. Grammaticis vulgò *Conſonæ* appellantur, quòd junctæ vocalibus ſonum edant. Omiſit Diogenes aſpiratas φ, χ, θ.

Λέξις μὲν γὰρ ἄσημος γίνεται, ὡς ἡ βλίτρι] Conſule Caſaubonum, ex quo diſces & βλήτυρι ſcribi & βλίτυρι. Adde & βρίτυρι, niſi mendoſi ſunt Codices Artemidori, cujus hæc ſunt verba, libro 4. capite 3. οὕτως δὲ καὶ ὁ νόμος καὶ τὸ ἔθος, οὐκ αὐτὰ καθ' ἑαυτά ἐστιν ὀνόματα, ὡς τὲ ΒΡΙΤΥΡΙ καὶ ΣΚΙΝΔΑΨΟΣ ἀλλά τινος νόμος καί τινος ἔθος. Ceterùm & hunc Laërtii locum adduxit Suidas in Voce λόγος· λόγος, inquit, ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. λόγος δὲ σημαίνει ς'. διαφέρει δὲ λέξις καὶ λόγος. λέξις μὲν γὰρ ἄσημος γίνεται, ὡς τὸ βλίτυρι· λόγος δὲ οὐδαμῶς. διαφέρει δὲ καὶ τὸ λέγειν τοῦ προφέρεσθαι. προφέρονται μὲν γὰρ, αἱ φωναί· λέγεται δὲ, τὰ πράγματα, ἃ δὴ καὶ λεκτὰ τυγχάνει· In quibus verbis, ex ſequentibus Laërtii, videtur legendum, λόγου δ' ἐστί μέρη ς'. pro eo quod legitur, λόγος δὲ σημαίνει ς'. Sex autem orationis partes ait eſſe Suidas, non verò quinque, quemadmodum Laërtius, propter id quod addit idem Laërtius, his quinque τὴν μεσότητα Antipatrum addidiſſe.

Τοῦ δὲ λόγου ἐστὶ μέρη πέντε, &c.] Cautè addidit ὥς φησι Διογένης, καὶ Χρύσιππος: antiquiores enim Stoici, puta Zeno & Cleanthes Stoicæ ſectæ ἀρχηγοὶ, orationis quatuor tantum partes faciebant. Id me docuit Dionyſius Halicarnaſſeus libro I. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων: cujus ſunt verba: ταῦτα δὲ, (loquitur de orationis membris, ſive elementis) Θεοδέκτης καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους, ἄχρι τριῶν προσήγαγον, ὀνόματα, καὶ ῥήματα, καὶ συνδέσμους, πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα. εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνομαστικῶν, πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. οἱ δὲ καὶ ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς προθέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων, καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ προσηγορικῶν· οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν. *Hæc verò Theodectes & Ariſtoteles, & qui eorum temporibus philoſophabantur, ad ternarium reduxere: nomina, verba, & conjunctiones, quæ primas orationis partes ſtatuere. Qui verò poſtea ſequuti, ac præcipuè Stoicæ ſectæ principes, articulos à conjunctionibus ſeparando, ad quaternarium uſque proceſſerunt. Recentiores autem, ſejungendo appellativa à nominibus ipſis, quinque primas eſſe partes oſtendebant. Aliqui verò, & pronomina disjungendo à nominibus, ſextum fecere elementum. Alii item & adverbia diviſere à verbis, & præpoſitiones à conjunctionibus, & participia à nominibus appellativis. Aliqui, & alias inducendo ſectiones, multas fecere vocum partes.* Etiam Priſcianus Stoicos dicit partes orationis quinque ſtatuiſſe: *Partes orationis ſunt ſecundum Dialecticos duæ, Nomen & Verbum: quia hæ ſolæ etiam per ſe conjunctæ plenum faciunt orationem: alias autem partes Syncategoremata, hoc eſt*, Conſignificantia, *appellabant. Secundum Stoicos verò, quinque ſunt ejus partes; Nomen, Appellatio, Verbum, Pronomen ſive Articulus, Conjunctio. Nam Participium connumerantes Verbis*, Participiale Verbum *vocabant, vel* Caſuale: *nec non etiam Adverbia Nominibus vel Verbis connumerabant: & quaſi Adjectiva Verborum ea nominabant: Articulis autem Pronomina connumerantes* finitos Articulos *appellabant:*

bant: ipſos autem Articulos, quibus nos caremus, Infinitos Articulos *dicebant: vel, ut alii dicunt, Articulos connumerabant pro Nominibus,* & Articularia *eos* Pronomina *vocabant; in quo illos adhuc ſequimur Latini, quamvis integros in noſtra non invenimus Lingua. Præpoſitionem quoque Stoici Conjunctioni copulantes,* Præpoſitivam Conjunctionem *vocabant. Quidam autem novem dicebant eſſe partes orationis, Appellationem addentes, ſeparatam à Nominibus. Alii decem etiam, Infinita Verba ſeorſum partem ponentes. Alii undecim, quia pronomina, quæ non poſſunt adjungi Articulis, per ſe numerabant. His alii addebant etiam Vocabulum,* & *Interjectionem apud Græcos, quam nos adhuc ſervamus. Apud Latinos verò Articulum addebant, quem purum per ſe apud eos non inveniri docuimus.* Locus eſt in libro II. Notandum autem hoc loco Priſcianum Dialecticos à Stoicis alios facere. Confer quæ diximus ſuprà ad Euclidem. Sed pro *Dialecticos* legendum fortè *Platonicos:* fuit enim Platonis opinio, duas tantùm orationis eſſe partes, nomen & verbum: qua de re videndus omnino Plutarchus in Quæſtionibus Platon. quæſtione IX. & Apuleius in libro περὶ ἑρμηνείας. Niſi potiùs Peripateticos intellexit: nam & Ariſtoteles principes partes orationis duas tantùm eſſe pronuntiavit. Varro lib. VII. de L.L. *Ariſtoteles duas partes orationis eſſe dicit; Vocabula* & *Verba: ut* homo & equus: & legit & currit. Quare de his ſolis egit in libro de Interpretatione; quamvis in libro de Poëtica quatuor orationis partes fecerit; Nomen, Verbum, Conjunctionem & Articulum. Mirum autem hoc loco à Diogene mentionem nullam fieri adverbii, quod παυδέκτην Stoici vocabant. Auctor Chariſius Soſipater libro II. Inſtit. Grammat. *Qui eam orationis partem Adverbii totam eſſe voluerunt: quorum ſi quis defenſionem ineat: tamen quòd idcirco* παυδέκτης *à Stoicis, ea pars orationis habeatur, eodem illo ſummoveri reſpiciet, unde confidit: nam cùm* παυδέκτης *jure dicatur, cur non alligat conſortium ſui?* Et deinde: *Abſurdum utique, nec ſocium iſti* παυδέκτῃ, *dignumque quòd Interjectionis propria vis* & *poteſtas agnoſcat,* &c. *Cùm Adverbium Stoici, ut aliàs diximus,* pandecten *vocent: nam omnia in ſe capit, quaſi collata per ſaturam, conceſſâ ſibi rerum variâ poteſtate.* Præter Dionyſium Halicarnaſſeum meminit Adverbii etiam Quintilianus inter partes orationis quas Stoici ſtatuêre. Locus eſt libro I. capite 4. quem, quia inſignis eſt, & maximè ad Laërtii locum, quem illuſtrandum ſuſcepimus, facit, non gravabor adponere: *Veteres,* inquit, *quorum fuerunt Ariſtoteles quoque, atque Theodectes, Verba modo,* & *Nomina,* & *Conjunctiones tradiderunt: videlicet, quòd in Verbis vim ſermonis, in Nominibus materiam (quia alterum eſt, quod loquimur, alterum, de quo loquimur) in Conjunctionibus autem complexum eorum eſſe judicaverunt: quas* Conjunctiones *à pleriſque dici ſcio; ſed hæc videtur ex* συνδέσμῳ *magis propria tranſlatio. Paullatim à Philoſophis, ac maximè Stoicis, auctus eſt numerus: ac primùm Conjunctionibus Articuli adjecti; poſt Præpoſitiones: Nominibus Appellatio; deinde Pronomen; deinde miſtum Verbo Participium: ipſis Verbis Adverbia. Noſter ſermo articulos non deſiderat; ideoque in alias partes orationis ſpargunturs. Sed accedit ſuperioribus Interjectio. Alii tamen ex idoneis dumtaxat Auctoribus octo partes ſequuti ſunt: ut Ariſtarchus,* & *ætate noſtra Palæmon, qui vocabulum, ſive Appellationem, Nomini ſubjecerunt, tamquam ſpecies ejus. At ii, qui aliud Nomen, aliud Vocabulum faciunt, novem. Nihilominus fuerunt, qui ipſum adhuc Vocabulum ab Appellatione diducerent, ut eſſet Vocabulum, corpus viſu tactuque manifeſtum;* domus, lectus: *Appellatio, cui vel alterum deeſt; vel utrumque;* ventus, cœlum, Deus, virtus. *Adjiciebant* & *Aſſervationem, ut* heu: & *Adtractionem, ut* faſceatim: *quæ nihil non approbantur.*

Ὄνομα, προσηγορία] Id eſt, *Nomen, appellatio. Nomina propria* & *appellativa* Latini ſimiliter appellant. Quintilianus I. 4. etiam *appellationis* voce uſus eſt: Vocabulum, *an* appellatio *dicenda ſit* προσηγορία, & *ſubjicienda nomini, necne, quia parvi refert, liberum opinaturis relinquo.*

Ἑλληνισμός] Etiam Rhetores Græci inter partes 59
Oratoriæ facultatis ἑλληνισμὸν primum ponunt: ſed recentiores, ſi credimus Tzetzæ. Ita enim ille Hiſt. Chiliad. XI. 369.

Αἱ ἀρεταὶ δὲ τέσσαρές εἰσι διηγημάτων,
Σαφὲς, μεγαλοπρέπεια, σύντομον, πιθανόν τε.
Ἑλληνισμὸν οἱ νέοι δὲ φάσκουσι τῶν Ῥητόρων,
Οὐχὶ μεγαλοπρέπειαν, κατὰ τοὺς πρὶν Ῥητόρων.

Συντομία δέ ἐστι, λέξις αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα, &c.] *Integram brevitatem,* eleganter Fabius appellavit.

Ἐκπεφευγυῖα τὸν ἰδιωτισμόν] Petronius Arbiter: *Effugiendum eſt ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate,* & *ſumenda voces à plebe ſummota: ut ſiat,*

Odi profanum vulgus, & *arceo.*

Ὁ δὲ βαρβαρισμὸς, ἐκ τῶν κακιῶν λέξις ἐστὶ παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδαιμονούντων Ἑλλήνων] Voſſius libro & capite I. de Vitiis ſermonis, legit εὐδοκιμούντων: hoc eſt *probatorum.* Quam lectionem confirmat Suidas: in βαρβαρίζει. ἔστι δὲ, inquit, βαρβαρισμὸς, ἐκ τῶν κακιῶν λέξις παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμούντων: quæ ſunt ipſiſſima verba Laërtii. Sed idem Suidas in σολοικισμὸς, ubi eadem Laërtii verba refert, τὸ εὐδαιμονούντων agnoſcit. Ad quem locum; ut hoc obiter dicam; malè λέξεως pro λέξις Notator reponebat. Εὐδαιμονοῦντες ſunt οἱ χαρίεντες: quare εὐδαιμονούντων rectum eſt. Sic autem definitur barbariſmus apud Sextum contra Mathematicos: βαρβαρισμός ἐστι παράπτωσις ἐν ἁπλῇ λέξει, παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν. Ceterùm; ut etiam hoc obiter dicam; id vocabulum, quod dicitur vulgò *barbariſmus,* qui ante Auguſti Imp. ætatem purè atque integrè loquuti ſunt, non uſurpavere. Id vitium ſermonis, non barbarum eſſe, ſed ruſticum, & cum eo vitio loquentes, ruſticè loqui dictitabant. auctor Gellius XIII. 6. qui & v. 20. apud Græcorum idoneos, βαρβαρισμὸν non inveniri ait, ſed βάρβαρον.

Σολοικισμὸς δέ ἐστι, λόγος ἀκαταλλήλως συντε-

ταγμένος] Pleniùs apud Suidam dicto loco: σολοικισμὸς δέ ἐστι, λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος· ὡς τὸ, Ἐγὼ περιπατῶν ὁ τοῖχος ἔπεσεν. Apollonius Dyſcolus lib. I. περὶ συντάξεως cap. 2. ἐπειδὰν τὰ μὴ δέοντα τῶν λέξεων συναφθῇ, τὸ τοιοῦτον καλοῦμεν σολοικισμὸν, ὡς τῶν στοιχείων τοῦ λόγου ἀκαταλλήλως συνελθόντων κακία, ἐστὶν ὁ βαρβαρισμός· ἐπιπλοκῆς δὲ λέξεων ἀκαταλλήλων, ὁ σολοικισμός. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos: σολοικισμός ἐστι παράπτωσις ἀσυνήθης κατὰ τὴν ὅλην σύνταξιν, καὶ ἀνακόλουθος. Quintilianus libro I. capite 5. *Eſt enim ſolœciſmus, in oratione comprehenſionis unius ſequentium ac priorum inter ſe inconveniens poſitio.* Solœciſmum Sinnius Capito apud Gellium ita definiebat: *Solœciſmus eſt impar & inconveniens compoſitura partium orationis.* Inde *imparilitas* appellatur à vetuſtioribus Latinis; teſte eodem Gellio ibidem; qui σόλοικον dixiſſe Græcorum idoneos ait, non σολοικισμὸν; quique *ſolœciſmum* in Græca aut Latina Lingua probè dici negat. Tamen hac voce utuntur Plutarchus, Lucianus, Martialis, Juvenalis. Quin & Chryſippus librum ſcripſerat περὶ σολοικισμῶν, ut infrà, in Chryſippo, obſervamus.

60 Ποίημα δέ ἐστιν, &c. λέξις ἔμμετρος ἢ εὐρυθμος μετασκευῆς τὸ λογοειδὲς ἐκβεβηκυῖα] Codex Regius ἔρρυθμος μετὰ σκευῆς. Legendum omnino ἔνρυθμος μετὰ σκευῆς, τὸ λογοειδὲς ἐκβεβηκυῖα. Varro Parmenone, apud Nonium Marcellum, in Tractatu de Differentia verborum: *Poëma, eſt lẽxis ἔνρυθμος. Id eſt, verba plura, modicè in quamdam conjectu formam. Itaque etium Diſtichon Epigrammation vocant* poëma. Ubi *modicè*, eſt ἐνρυθ.

Ποίησις δέ ἐστι σημαντικὸν ποίημα μίμησιν περιέχον θείων καὶ ἀνθρωπείων] Aliis, ποίησις dicitur, λόγος ἔμμετρος, μύθους περιέχων. Nonius dicto loco: Poëſis & Poëma, *hanc habent differentiam.* Poëſis, *eſt textus ſcriptorum.* Poëma, *inventio partium, quæ paucis verbis expeditur*, &c.

Ὅρος δέ ἐστιν (ὡς φησιν Ἀντίπατρος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὅρων) λόγος κατὰ ἀνάλυσιν ἀπαρτιζόντως ἐκφερόμενος· ἢ (ὡς Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ ὅρων) ἡ ἀπόδοσις. ὑπογραφὴ δὲ, &c.] Reſpexit hunc locum Suidas in Voce ὅρος: ὅρος ἔστι λόγος κατὰ ἀνάλυσιν ἀπαρτιζόντως ἐκφερόμενος· ἢ ἡ ἀπόδοσις. ὑπογραφὴ δέ ἐστι λόγος τυπωδῶς εἰσάγων εἰς τὰ πράγματα. ἢ ὅρος ἁπλούστερον τὴν τοῦ ὅρου δύναμιν προσενηνεγμένος. διαφέρει δὲ ὅρος ἀποδείξεως. Sed ubi legendum videtur ἢ ὅρος ἁπλούστερον, τὸ τοῦ ὅρου δύναμιν προενηνεγμένον. Non abs re forſan fuerit hîc obſervare, Definitionum amantiſſimos fuiſſe Stoicos. Auctor τῶν φιλοσοφουμένων ἀνεκδότων, quæ Origeni tribuuntur: Στωϊκοὶ καὶ αὐτοὶ μὲν ἀπὸ συλλογιστικώτερον τὴν Φιλοσοφίαν ἤρξαντο, καὶ σχεδὸν ὅροις περιέλαβον. Laërtius noſter infrà in Pythagora: τοῦτον ὁ Φαβωρῖνός φησιν ὅροις χρήσασθαι διὰ τῆς μαθηματικῆς ὕλης, ἐπὶ πλέον δὲ Σωκράτην καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας· καὶ ταῦτα Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς Στωϊκούς. Id autem vel ex illa congerie Definitionum, quas in hac Zenonis Vita profert Laërtius, manifeſtò apparet. In definiendis rebus multam quoque Plato operam poſuit: immo nimiam: nam, quòd omnia definire voluiſſet, à Theopompo Rhetore accuſabatur, ut eſt apud Arrianum in Diſſertationibus Epicteti libro II. cap. 17. Primum autem ad Definitiones mentem applicaſſe Socratem, auctor eſt Ariſtoteles libro I. Metaphyſ. capite 6. & libro XIII. capite 4. Ceterùm, pro eo quod hîc legitur Ἀντίπατρος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ὅρων, ſcriptum eſt in Palat. Codice Περὶ λόγων; ſanè, quàm vitiosè.

Γένος δέ ἐστι πλειόνων καὶ ἀναφερέτων ἐννοημάτων σύλληψις, &c.] ἀναφερέτων, conſtanter legitur in omnibus editis & manu ſcriptis Codicibus: quam vocem alibi non memini me legere; neque Græcam eſſe arbitror. Malim igitur ἀναφερομένων. Legi poſſet & διαφερόντων. Ita apud Porphyrium in Iſagoge: γένος εἶναι λέγοντες τὸ κατὰ πλειόνων καὶ διαφερόντων τῷ εἴδει, &c. De genere & γενικωτάτῳ, deque ſpecie & εἰδικωτάτῳ, idem Porphyrius, ibidem. Hæc ſcripſeram, cùm in Laërtianam Editionem incidi, in qua legitur ἀναφαιρέτων: quæ lectio Bocharto non diſplicebat. Fuerint igitur ἀναφαίρετα ἐννοήματα, cogitationes ſub eodem vocabulo ita connexæ & complexæ, ut ab ſe invicem divelli non poſſint.

Ὡς ὁ Κρίνις] Cave quid mutes. Κρίνις, nomen eſt 62
proprium. Ceterùm, de illo Crinide Philoſopho Stoïco meminit Arrianus Diſſert. Epicteti libro III. capite 2. ἄπηλθε νῦν, καὶ ἀναγίνωσκε Ἀρχέδημον. εἶτα μοῦ ἂν καταπίσῃ καὶ ψοφήσῃ, ἀπέθανες· τοιοῦτος γάρ σε μένει θάνατος, οἷος καὶ τόν τινα ποτ' ἐκεῖνον τὸν Κρίνιν. καὶ ἐκεῖνος μέγα ἐφρόνει, ὅτι ἐνόει Ἀρχέδημον. τάλας, οὐ θέλεις ἀφιέναι ταῦτα τὰ μηδὲν πρός σε; Abi nunc; & lege *Archedemum. Deinde ſi mus decideris, excitato ſtrepitu, mortuus es. Talis enim te mors manet, qualis, quem tamdem? Crinidem illum ſcilicet. Atque multum is ſibi tribuebat, quòd Archedemum intelligeret. Miſer, non vis iſta quæ ad te nihil attinent, miſſa facere?* Meminit & Suidas Crinidis cujuſdam, ſacerdotis Apollinis. Is eſt de quo Pſeudo-Didymus ad Iliados I. 39. ἐν Χρύσῃ, πόλει τῆς Μυσίας, Κρίνις τις ἱερεὺς ἦν τοῦ κεῖθι Ἀπόλλωνος.

Ἀμφιβολία δέ ἐστι λέξις δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα, &c.] Ad verbum Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro II. capite 23. εἰ γὰρ ἡ ἀμφιβολία λέξις ἐστι, δύο καὶ πλείω σημαίνουσα, &c.

Οἷον, Αὐλητρὶς πέπτωκε, &c.] Quod exemplum profert & Fabius VII. 9. ubi de Amphibolia agit: *Inde aulẽtris illa vulgata, cùm quæritur, utrum aulæ quæ ter ceciderit, an Tibicina, ſi ceciderit, debeat publicari.* Profert & Theon Sophiſta in Progymnaſmatis: ἀσαφῆ δὲ τὴν ἑρμηνείαν ποιεῖ καὶ ἡ λεγομένη ἀμφιβολία πρὸς τῶν Διαλεκτικῶν, παρὰ τὴν κοινὴν τοῦ ἀδιαιρέτου τε καὶ διηρημένου. ὡς ἐν τῷ, Αὐλητρὶς πεσοῦσα, δημοσία ἔστω. ἐν μὲν γάρ τί ἐστι τὸ ὑφ' ἓν καὶ ἀδιαίρετον, αὐλητρὶς ἔστω πεσοῦσα, δημοσία. ἕτερον δὲ τὸ διηρημένον, αὐλητρὶς παῖς οὖσα, ἔστω δημοσία. Meminerint autem Legentes, aliam amphiboliæ rationem à Theone adduci, ab ea quam Fabius & Diogenes adducunt: hi enim amphiboliam eſſe ajunt in

Αὐλητρὶς, quod *Tibicinam*; & in αὐλὴ τρὶς, quod *aulam* & *ter* ſignificat: ille verò amphiboliam eſſe ait in voce πεσοῦσα, quæ *cadentem* ſignificat, & in παῖς οὖσα, id eſt, *quæ puella eſt*. Unde & obiter obſervare licet, etiam temporibus Theonis αι & ε eumdem ſonum habuiſſe. Sed & temporibus Laërtii. Ceterùm Laërtii locum exſcripſit Suidas in αὐλητρὶς πέπτωκεν: αὐλητρὶς πέπτωκεν. ἀμφιβολία λέξεως, δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς καὶ κυρίως. δηλοῦται γὰρ δι' αὐτῆς ὅτι καὶ οἰκία τρὶς πέπτωκε. καὶ ὅτι ἡ κιθαρῳδὸς ἡ αὐλοῦσα. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀμφιβολία. Et in ἀμφιβολία: ἀμφιβολία. λέξις δύο ἢ καὶ πλείονα πράγματα σημαίνουσα λεκτικῶς καὶ κυρίως· ὥσθ' ἅμα πλείονα ἐκδέξασθαι κατὰ τὴν αὐτὴν λέξιν. οἷον, αὐλητρὶς πέπτωκε. δηλοῦται γὰρ δι' αὐτῆς, καὶ ὅτι ἡ οἰκία τρὶς πέπτωκε, καὶ ὅτι ἡ κιθαρῳδὸς ἡ αὐλοῦσα. Ex quibus poſtremis verbis, ἐκδέξασθαι pro ἐκλέξασθαι; quòd hic apud Laërtium legitur; veriſſimè Laërtium Caſaubonus emendabat.

Διαλεκτικὴ δέ ἐστιν, ὥς φησι Ποσειδώνιος, ἐπιστήμη ἀληθῶν καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων] Sextus Empiricus πρὸς Μαθηματικοὺς pag. 469. ubi de Stoicis: καὶ αὐτοὶ δὲ τὴν Διαλεκτικὴν ἔφασαν, ἐπιστήμην ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν καὶ οὐδετέρων.

63 Φασὶ δὲ τὸ λεκτὸν εἶναι τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον, &c.] Ad verbum Sextus Empiricus adverſus Mathematicos lib. II. pag. 232. ἠξίουν οἱ Στωϊκοὶ κοινῶς ἐν λεκτῷ τὸ ἀληθὲς εἶναι καὶ τὸ ψεῦδος· λεκτὸν δὲ ὑπάρχειν φασὶ τὸ κατὰ λογικὴν φαντασίαν ὑφιστάμενον. λογικὴν δὲ εἶναι φαντασίαν, καθ' ἣν τὸ φανταστὸν ἐστι λόγῳ παρασθῆσαι. τῶν δὲ λεκτῶν, τὰ μὲν ἐλλιπῆ καλοῦσι· τὰ δὲ, αὐτοτελῆ, &c. Laërtii locum protulit Suidas in Voce κατηγόρημα. Suidæ verba in proximè ſequenti Obſervatione proferemus.

64 Ἔστι δὲ κατηγόρημα, τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον, &c.] Suidas dicto loco: κατηγόρημά ἐστι τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον, ἢ πρᾶγμα συντακτικὸν περί τινος, ἢ τινων. ἓν γὰρ τῷ περὶ πραγμάτων καὶ σημαινομένων τόπῳ, τέτακται ὁ περὶ λεκτῶν αὐτοτελῶν ἀξιωμάτων καὶ συλλογισμῶν. καὶ ὁ περὶ ἐλλιπῶν κατηγορημάτων καὶ ὀρθῶν. λεκτὸν δὲ φασι τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον. τῶν δὲ λεκτῶν τὰ μὲν, εἰσὶν ἐλλιπῆ, οἷον ΓΡΑΦΕΙ. ζητοῦμεν γὰρ ΤΙΣ. τὰ δὲ αὐτοτελῆ καὶ ἀπηρτισμένην ἔχοντα τὴν διάνοιαν, οἷον ΓΡΑΦΕΙ Ο ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ἐν μὲν τοῖς ἐλλιπέσι τέτακται τὰ κατηγορήματα· ἐν δὲ τοῖς αὐτοτελέσι τὰ ἀξιώματα, καὶ οἱ συλλογισμοὶ, καὶ τὰ ἐρωτήματα, καὶ τὰ πύσματα.

Τῶν δὲ κατηγορημάτων, τὰ μέν ἐστι συμβάματα, &c.] Locus mutilus. Supplere conatur Aldobrandinus, quem vide. Adde Suidam in σύμβαμα: σύμβαμα, κατὰ Γραμματικοὺς, πρότασις ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος, αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζουσα· οἷον, Γωάννης περιπατεῖ. παρασύμβαμα δὲ, πρότασις ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος, οὐκ αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζουσα. οἷον, Γωάννη μέλει· φήσας γάρ, Γωάννης περιπατεῖ, οὐδενὸς ἄλλου ἔχρηζε. εἰπὼν δὲ Γωάννη μέλει, περί τινος παρέλειψεν εἰπεῖν. Et Priſcianum libro XVIII. *Sciendum, quòd has quidem conſtructiones, quæ per nominativum abſolvuntur, Stoici ἀξιώματα vel συμβάματα, id eſt*, dignitates, *vel* congruitates *vocabant: ut* Ego Priſcianus ſcribo, Apollonius ambulat, Cato philoſophatur. *Illas verò quibus tranſitiones ab alia ad aliam fiunt perſonam, in quibus neceſſè eſt cum nominativo etiam obliquum aliquem caſum proferri, παρασυμβάματα dicebant, hoc eſt*, minùs quàm congruitates: *ut* Cicero patriam ſervat. *Quando verò ex duobus obliquis conſtructio fit, ἀσυμβάματα, id eſt*, incongruitates, *dicebant: ut*, Placet mihi venire ad te; *ſive nominibus ipſis tantùm, ſive verbis hoc exigentibus.* Etiam Apollonius libro I. περὶ συντάξεως capite 8. ἅπαξ γὰρ ἐκεῖνό ἐστι διαλαβεῖν, ὡς πᾶν ἀπαρέμφατον ὄνομά ἐστι ῥηματικόν· εἴγε καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς αὐτὸ μὲν καλοῦσι ῥῆμα· τὸ δὲ, περιπατεῖ ἢ γράφει, κατηγόρημα ἢ σύμβαμα, &c. Et libro III. capite 32. μεταμέλει γὰρ Σωκράτει, καὶ ἔτι μέλει τῆς ὀρθῆς σὺ συνούσης· διὸ καὶ παρασυμβάματα αὐτὰ ἐκάλεσαν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, τῶν ἄλλων ῥημάτων κατὰ τὰς συμβαινούσας διαθέσεις παρ' αὐτοῖς συμβαμάτων προσαγορευομένων, ἢ καὶ ἔτι κατηγορημάτων· καὶ τὸ μὲν ἀπαρτίζον τὴν διάνοιαν, παρασύμβαμα. λέγω τὸ, μέλει Σωκράτει· τὸ δὲ ἐλλεῖπον, ἦτον παρασύμβαμα· λέγω δὴ τὸ, μέλει καὶ μεταμέλει.

Αὐτοπεπονθότα δέ ἐστιν ἐν τοῖς ὑπτίοις, ἀνύπτια ὄντα· ἐνεργήματα δέ ἐστιν, οἷον Κείρεται· ἐμπεριέχει γὰρ ἑαυτὸν ὁ κειρόμενος] ἀντιπεπονθότα, habent ceteri Editi, omneſque manu exarati Codices. Aldobrandinus tamen; quem vide; αὐτοπεπονθότα de ſuo auſus eſt reponere. Revocanda omnino vetus lectio. Similiter apud Philonem Judæum in libro de Caïno: ὥσπερ γὰρ τὸ κείρεσθαι διττόν· τὸ μὲν, ὡς ἀντιπεπονθὸς, κατὰ ἀντέρεισιν· τὸ δὲ, ὡς ὑπεῖκον καθ' ὑπόπτωσιν. πρόβατον μὲν γὰρ, ἢ δέρμα, ἢ τὸ λεγόμενον κῶδιον, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου, κείρεται. ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν, καὶ σχηματίζων, καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν. Et apud Origenem libro VI. contra Celſum, ubi de voce πείθεσθαι: τὸ πείθεσθαι, ὥσπερεὶ τῶν καλουμένων ἀντιπεπονθότων, ἐστὶν ἀνάλογον τῷ κείρεσθαι ἄνθρωπον, ἐνεργοῦντα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι. Ita interpungendus hic locus, quem non cepit Interpres. Mirè autem ad Laërtium noſtrum facit, apud quem ex Origene legendum ἐμπαρέχει γὰρ ἑαυτὸν ὁ κειρόμενος.

Ἀξίωμα δέ ἐστιν, ὅ ἐστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, ἢ πρᾶγμα 65
αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, &c.] Antequam axiomatis definitionem illam utramque explicemus, pauca de voce ipſa præmittenda ſunt. Diverſis Scriptoribus diverſa ſignificat. Ariſtoteli quidem libro I. de Demonſtratione capite 2. & 8. ἀξίωμα eſt principium certum & notum, quod à quovis homine ſine ullo admonitore intelligitur: qualia ſunt communia illa principia diſciplinarum, quæ à Græcis vocantur κοιναὶ ἔννοιαι, id eſt, *communes notiones*. Verbi gratia: *De omni re eſt vera affirmatio aut negatio: Totum eſt ſua parte majus: Si ab æqualibus æqualia auferuntur, quæ relinquuntur, ſunt æqualia*, & alia ejuſdem generis. Quod rectè monuit Johannes Baptiſta Monlorius, vir ſanè doctiſſi-

mus in Paraphraſi & Scholiis ad Priora Analytica Ariſtotelis : & quod ante eum monuerat Proclus in Commentario II. & III. ad Euclidem. Verba Ariſtotelis dicto capite 2. hæc ſunt : ἣν δ' ἀνάγκη ἔχει (ſupple πρότασιν) τὸν ὁτιοῦν μανθησόμενον, ἀξίωμα. ἔστι γὰρ ἕνια τοιαῦτα, ἃ οἰκοθεν ὁ μανθάνων προβάλλεται καθ' ἑκάστην ἐπιστήμην. τοῦτο γὰρ μάλιστ' ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἰώθαμεν λέγειν ὄνομα. Theophraſtus quoque axioma ſic definiebat : ſententia quædam eſt, quæ vel ad homogenea ; ut, Si ab æqualibus æqualia auferas : vel ad omnia ſimpliciter ; ut, Omnis affirmatio vel negatio, vera eſt, vel falſa ; extenditur. Ὁ γὰρ Θεόφραστος οὕτως ὁρίζεται τὸ ἀξίωμα. ἀξίωμά ἐστι δόξα τις ἢ μὲν ἐν τοῖς ὁμογενέσιν, ἐὰν ἴσα ἀπὸ ἴσων· ἡ δὲ ἁπλῶς ἐν ἅπασιν, οἷον, τὴν κατάφασιν καὶ ἀπόφασιν, inquit Themiſtius libro primo Paraphraſ. poſteriorum Analyticorum. Appellantur autem hujuſcemodi principia ἀξιώματα, hoc eſt, *dignitates*, quia maximè digna ſunt, ut ait Themiſtius dicto loco, quibus potiſſimùm credatur, & quæ principem obtineant locum. Vel, ut ait Proclus III. Commentario in Euclidem, quòd omnes ita ſe habere exiſtiment, & dignentur, ut de ipſis dubitet nemo. Quod monitum quoque Monlorio dicto loco. At Muretus in Variis Lectionibus, eo nomine caſtigat Hermolaum Barbarum, quòd ἀξίωμα apud Ariſtotelem verterit *dignitatem*. Stoicis autem Philoſophis ἀξίωμα ſignificat omnem enuntiationem, tam probabilem, quàm neceſſariam ; ut idem ſit ἀξίωμα quod πρότασις & ἀπόφασις. Proclus in II. ad Euclidem, ubi de differentia inter ὑποθέσεις, αἰτήματα & ἀξιώματα ex mente Ariſtotelis : πολλάκις δὲ καὶ ταῦτα πάντα καλοῦσιν ὑποθέσεις. ὥσπερ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἀξίωμα πᾶσαν ἀπόφασιν ἁπλῆν· ὥστε κατὰ μὲν τούτους καὶ αἱ ὑποθέσεις, ἀξιώματα. Ammonius in proœmio ad librum Ariſtotelis περὶ ἑρμηνείας : τὸν δὲ ἀποφαντικὸν λόγον ἀξίωμα καλοῦσιν οἱ Στωϊκοί. Atque hoc ſanè modo ἀξίωμα ſemper accipit Cicero, Stoicos ſequutus. Eadem notione utitur & Plutarchus in Quæſtionibus Platonicis, quæſtione VII. & ultimâ. Varro aliàs *profatum*, aliàs *proloquium* dixit, teſte Gellio XVI. 8. Cicero Tuſcul. I. *pronuntiatum* appellavit : quo ille tamen vocabulo tantiſper uti ſe atteſtatus eſt, quoad melius inveniat. *An tu*, inquit, *Dialecticis ne imbutus quidem es ? In primis enim hoc traditur, Omne pronuntiatum* (*ſic enim mihi in præſentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα, utar pòſt alio, ſi invenero melius*, &c.) In Lucullo *effatum* vocat ; in libro de Fato *enuntiationem*. Dicitur autem hoc ſenſu ἀξίωμα ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦσθαι, ἢ ἀθετεῖσθαι, ut hoc loco ait Laërtius ; quòd probetur, vel improbetur. Proclus dicto loco innuere videtur Stoicos primùm uſurpaſſe hoc verbum pro omni oratione enuntiante, cùm Ariſtoteles illud propriè acceperit pro principio notiſſimo & indemonſtrabili. Verùm, ut rectè Monlorius obſervabat, etiam ante Stoicos Ariſtoteles ea voce uſus fuerat pro quavis enuntiatione : ut VIII. Topic. cùm ait, χρήσιμον δὲ καὶ τὸ μὴ συνεχῆ τὰ ἀξιώματα λαμβάνειν, ἐξ ὧν οἱ συλλογισμοί. Id eſt, *confert autem non accipere continua ipſa pronuntiata, ex quibus conſtant Syllogiſmi.* Ubi nomine ἀξιώματος, quæcumque pronuntiata intelliguntur, quibus utitur Dialecticus : ut rectè Alexander Aphrodiſæus obſervavit. Idem Ariſtoteles eodem libro cap. 2. multò apertiùs : ὅταν δὲ ᾖ πρὸς τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν πρότασιν, μεῖζον ἔργον διελεγῆναι, ἢ τὴν θέσιν, διαπορήσειεν ἄν τις πότερον θετέον τὰ τοιαῦτα ἢ οὔ. *Cùm autem difficilius fuerit in axioma & propoſitionem diſputare, quàm in Quæſtionem propoſitam, dubitaverit aliquis, num hujuſmodi ponenda ſit necne.* Ad quem præfatus Alexander itidem obſervabat, dixiſſe Ariſtotelem ἀξίωμα καὶ πρότασιν, quia unum & idem ſunt. Etiam Ariſtoteles alibi vocem ἀξιοῦν, ἀντὶ τοῦ προτείνειν, hoc eſt, *pronuntiare*, uſurpavit, ut videre eſt apud toties nominatum Monlorium. Ut autem Ariſtoteles ἀξίωμα pro *effato* ; quemadmodum Stoici ; uſurpavit ; etiam Stoici ea voce ; quemadmodum Ariſtoteles ; pro *principio evidenti*, & *ſecundùm communes notiones vero*, uſi ſunt, teſte Simplicio ad Epict. Enchiridion cap. 58. ἦτοι ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστιν, ὡς ἀξίωμα· τουτέστιν, ὡς ἐναργῶς καὶ κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἀληθὲς παραλαμβάνεται· ταῦτα γὰρ, ἀξιώματα ἐκάλουν οἱ Στωϊκοί. Fides ſit penes auctorem. Venio ad definitiones axiomatis. ἀξίωμα δέ ἐστιν, ὃ ἔστιν ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, inquit noſter ex mente Stoicorum. Similiter apud Ciceronem Tuſculanarum Quæſt. dicto loco : *Id ergo eſt pronuntiatum, quod aut verum, aut falſum eſſe dicitur* : Addit Laërtius alteram axiomatis definitionem : πρᾶγμα αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Eamdem profert Gellius dicto capite 8. libri XVI. *Commentarium de Proloquiis L. Ælii, docti hominis, qui magiſter Varronis fuit, ſtudioſè quæſivimus : eumque in Pacis Bibliotheca repertum legimus. Sed in eo nihil edocenter, neque ad inſtituendum explanatè ſcriptum eſt : feciſſéque videtur eum librum Ælius, ſui magis admonendi, quàm aliorum docendi gratiâ. Redivimus igitur neceſſariò ad Græcos libros, ex quibus accepimus ἀξίωμα eſſe his verbis :* λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. *Hoc ego ſuperſedi vertere, quia novis & inconditis vocibus utendum ſit ; quas pati aures per inſolentiam vix poſſent.* Etiam Sextus Empiricus Hypotypoſeon lib. II. cap. 11. καὶ τὸ μὲν ἀξίωμά φασιν εἶναι (loquitur de Stoicis) λεκτὸν αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ. Ceterùm hunc Laërtii locum exſcripſit more ſuo Suidas in Voce ἀξίωμα : Τοῦτο, inquit, ἐκ κατηγορήματος ὀρθοῦ ἢ πλαγίου ἔχει τὴν γένεσιν· ἀξίωμα δέ ἐστιν ἤτοι ἀληθὲς, ἢ ψευδὲς. (Corrige ex Laërtio, ἀξίωμα δέ ἐστιν, ὃ ἔστιν ἀληθὲς, ἢ ψεῦδες) ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ κατάφαντον. οἷον, Ἡμέρα ἐστί. Δίων περιπατεῖ. ὠνόμασται δὲ ἀξίωμα παρὰ Φιλοσόφοις ἀπὸ τοῦ ἀξιοῦσθαι ἢ ἀθετεῖσθαι· ὁ γὰρ λέγων, Ἡμέρα ἐστὶν, ἀξιοῦν δοκεῖ τὸ Ἡμέραν εἶναι. οὐσης μὲν οὖν ἡμέρας, ἀληθὲς γίνεται τὸ προκείμενον ἀξίωμα, μὴ οὔσης δὲ, ψεῦδος. Ex quibus verbis hoc loco apud Laërtium Caſaubonus legendum exiſtimabat, ἢ πρᾶγμα αὐτοτελὲς, ἀπόφαντον ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, ἢ κατάφαντον, ὡς ὁ Χρύσιππός φησιν ἐν τοῖς Διαλεκτικοῖς ὅροις.

Διαφέρει δὲ ἀξίωμα, καὶ ἐρώτημα, καὶ πύσμα, 66

προστακτικὸν, καὶ προσαγορευτικὸν] Habent ceteræ Editiones, itemque MS. Regius & Farneſianus, προστακτικὸν, καὶ ὁρκικὸν, καὶ ἀρατικὸν, καὶ ὑποθετικὸν, καὶ προσαγορευτικόν. niſi quod in Editione Baſileenſi eſt ὁρμικὸν, & in Codice Farneſiano, teſte Aldobrandino, ὁρικόν. Etiam Florentinus & Palatinus προστακτικὸν, καὶ ὁρικὸν, καὶ ἀρατικὸν, καὶ προσαγορευτικόν. At Suidas in ἀξίωμα: διαφέρει δὲ ἀξίωμα, καὶ ἐρώτημα, καὶ πύσμα. ἔστι γὰρ προστακτικὸν, ὁρικὸν, ἀρατικὸν, ὑποθετικὸν, προσαγορευτικόν. Laërtius in ſequentibus neque ὁρικοῦ, (ita enim legendum, non ὁρμικοῦ, aut ὁρικοῦ) neque ἀρατικοῦ, neque ὑποθετικοῦ definitiones affert, ſed ſolùm ἀξιώματος, ἐρωτήματος, πύσματος, προστακτικοῦ, & προσαγορευτικοῦ. Quare veriſimili conjectura exiſtimabat Aldobrandinus, has voces ὁρκικὸν, ἀρατικὸν, ὑποθετικὸν ex Ammonio, qui earum meminit in Commentario ad librum Ariſtotelis περὶ ἑρμηνείας, huc translatas fuiſſe. Verba Ammonii non prætereunda exiſtimamus: καλοῦσι δὲ, inquit, οἱ Στωϊκοὶ τὸν μὲν ἀποφαντικὸν λόγον, ἀξίωμα· τὸν δὲ εὐκτικὸν, ἀρατικόν· τὸν δὲ κλητικὸν, προσαγορευτικόν· προστιθέντες τούτοις ἕτερα πέντε λόγων εἴδη, σαφῶς πρός τινα τῶν ἀπηριθμημένων ἀναφερόμενα. λέγουσι γὰρ τὸ μὲν εἶναι ὁμοτικόν· οἷον, Ἔστω νῦν τόδε γαῖα. τὸ δὲ ἐκθετικόν· οἷον, Ἔστω εὐθεῖα γραμμὴ ἥδε. τὸ δὲ ὑποθετικόν· οἷον, Ὑποκείσθω τὴν γῆν κέντρον εἶναι τῆς τοῦ ἡλίου σφαίρας. τὸ δὲ ὅμοιον ἀξιώματι. οἷον, Ὡς ὠφελίζεται ἡ τύχη ἐν τοῖς βίοις, &c. πέμπτον δέ τι πρὸς τούτοις εἶναί φασι τὸ ἐπαπορητικόν· οἷον, Ἀκὸς πάρεστι· τί δὲ ποτ' ἀγγελῶν ἄρα, Similia habes apud Philonem Judæum in libro περὶ γεωργίας: καὶ πάλιν τῶν ἀσωμάτων τὰ μὲν τέλεια· τὰ δὲ, ἀτελῆ. καὶ τῶν τελείων, τὰ μὲν ἐρωτήματα καὶ πύσματα, ἐρωτικά τε αὖ καὶ ὁρκικά, καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν κατ' εἶδος ἐν ταῖς περὶ τούτων στοιχειώσεσιν ἀναγράφονται διαφοραί. Ubi legendum monemus, καὶ πάλιν τῶν ἀξιωμάτων, &c. ἀρατικά τε αὖ καὶ ὁρκικά. Sed de toto hoc loco audiendus omnino Sextus Empiricus: ἠξίουν οἱ Στωϊκοὶ καινῶς ἐν λεκτῷ τὸ ἀληθὲς εἶναι καὶ τὸ ψεῦδος· λεκτὸν δὲ ὑπάρχειν φασὶ τὸ κατὰ λογικὴν φαντασίαν ὑφιστάμενον. λογικὴν δὲ εἶναι φαντασίαν, καθ' ἣν τὸ φανταστὸν ἐστι λόγῳ παραστῆσαι. τῶν δὲ λεκτῶν, τὰ μὲν ἐλλιπῆ καλοῦσι, τὰ δὲ, αὐτοτελῆ· ὧν τὰ μὲν ἐλλιπῆ παρεῖσθω νῦν· τῶν δὲ αὐτοτελῶν πλείους εἶναί φασι. καὶ γὰρ προστακτικὰ καλοῦσί τινα, ἅπερ προστάσσοντες λέγομεν· οἷον

Δεῦρ' ἴθι, Νύμφα φίλη.

καὶ ἀποφατικὰ, ἅπερ ἀποφαινόμενοί φαμεν, οἷον, ὁ Δίων περιπατεῖ· καὶ πύσματα, ἅπερ λέγοντες πυνθανόμεθα· οἷον, Ποῦ οἰκεῖ Δίων; Ὀνομάζεται δὲ τινα παρ' αὐτοῖς καὶ ἀρατικὰ, ἅπερ λέγοντες ἀρώμεθα,

Ὡδὲ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι, ὡς ὅδε οἶνος,

καὶ εὐκτικὰ, ἅπερ λέγοντες εὐχόμεθα, ὁποῖόν ἐστι,

Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε,

Δὸς νίκην Αἴαντι, καὶ ἀγλαὸν εὖχος ἀρέσθαι.

προσαγορεύουσι δὲ τινα τῶν αὐτοτελῶν καὶ ἀξιώματα, ἅπερ λέγοντες, ἤτοι ἀληθεύομεν, ἢ ψευδόμεθα. ἔστι δὲ τινα καὶ πλείονα ἢ ἀξιώματα· οἷον τὸ μὲν τοιοῦτο,

Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος,

(Lege, τοῖς Πριαμίδῃσιν, ut ſtet verſus: aut potiùs, Ὡς Πριαμίδῃσιν, quemadmodum hic verſus infrà citatur à Laërtio.) ἀξίωμά ἐστιν· ἢ γὰρ ἀληθεύομεν λέγοντες αὐτὸ, ἢ ψευδόμεθα, &c. Notabis autem Sextum, τὸ εὐκτικὸν & τὸ ἀρατικὸν, diverſa facere, quæ una eademque facit Ammonius.

Ἀξίωμα μὲν γάρ ἐστιν, ὃ λέγοντες, ἀποφαινόμεθα, &c.] Quæ ipſiſſima verba retulit Suidas in ἀξίωμα: ἀξίωμα μὲν γάρ ἐστιν, inquit, ὃ λέγοντες ἀποφαινόμεθα, ἢ ἀληθὲς, ἢ ψευδές. ἐρώτημα δὲ ἐστι, πρᾶγμα αὐτοτελὲς μὲν ὡς καὶ τὸ ἀξίωμα, αἰτιατικὸν δὲ ἀποκρίσεως· (Laërtius αἰτητικὸν) οἷον, Ἀρά γε ἡμέρα ἐστί. τοῦτο δὲ, οὔτε ἀληθὲς ἐστιν, οὔτε ψεῦδος· ὥστε τὸ μὲν Ἡμέρα ἐστὶν, ἀξίωμα· τὸ δὲ Ἀρά γε ἡμέρα, ἐρώτημα· πύσμα δὲ ἐστι, πρᾶγμα πρὸς ὃ συμβολικῶς οὐκ ἔστιν ἀποκρίνασθαι, ὡς ἐπὶ τοῦ ἐρωτήματος, Ναί· ἀλλὰ εἰπεῖν, Οἰκεῖν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. Conſulendus autem Aldobrandinus ad hunc Laërtii locum, & proximè ſequentes.

Σὺ μὲν βάδιζε τὰς ἐπ' Ἰνάχου ῥοάς] Aldobrandinus verſum ait eſſe ex Oedipo Tyranno: ſed ego eum ibi non reperi, neque in Oedipo Coloneo. 67

Ὁ τὴν εἰσφοράν] Corrige ἐκφοράν.

Ἓξω πίπτει τοῦ γένους τῶν ἀξιωμάτων] Sextus loco laudato vocat πλείονα ἢ ἀξιώματα, id eſt, *plus quàm axiomata*.

Ὡς Πριαμίδῃσιν ἐμφερὴς ὁ βουκόλος.] Id eſt, *Quàm ſimilis eſt Priami filiis iſte bubulcus*! Atque hæc, niſi me mea conjectura fallit, ab Oenone, Paridis forma capta, in aliquo Poëmate dicebantur. Sic eadem Oenone in Epiſtola ad Paridem apud Ovidium:

Qui nunc Priamides (abſit reverentia vero)
Servus eras: Servo nubere Nympha tuli. &c.
At cùm pauper eras, armentáque Paſtor agebas,
Nulla, niſi Oenone, pauperis uxor erat.

Ἔστι δὲ καὶ ἐπαπορητικόν τι πρᾶγμα] Ammonius dicto loco: πέμπτον δὲ τι πρὸς τούτοις εἶναί φασι τὸ ἐπαπορητικόν· οἷον, 68

Ἀκὸς πάρεστι, τί ποτ' ἀγγελῶν ἄρα;

ὅπερ ἐναργῶς ταυτὸν ὂν τυγχάνει τῷ ἐρωτηματικῷ, πλὴν ὅτι προστίθησι τὴν πρότασιν τῆς ἐρωτήσεως.

Ἀρ' ἔστι συγγενές τι λύπη καὶ βίος] Verſus ex Menandri Cithariſtria. Vide Caſ. Vertit Grotius in Stobæi Excerptis,

Res ſunt cognatæ, Vita & Anxietudines.

Vertere debuit:

Num ſunt cognatæ, Vita & Anxietudines?

Τῶν ἀξιωμάτων τὰ μέν ἐστιν ἁπλᾶ· τὰ δ' οὐχ ἁπλᾶ, &c.] Philo Judæus in libro περὶ γεωργίας: τὰ δὲ πάλιν, ἃ Διαλεκτικοῖς ἔθος ἐστὶν ὀνομάζειν ἀξιώματα. καὶ τούτων, τὰ μὲν ἁπλᾶ· τὰ δὲ, οὐχ ἁπλᾶ· καὶ τῶν οὐχ ἁπλῶν, τὰ μὲν συννημμένα· τὰ δὲ, παρασυννημμένα τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον· καὶ προσέτι διεζευγμένα, καὶ ἄλλα τοιουτότροπα, & quæ ſequuntur.

Ὡς φασιν οἱ περὶ Χρύσιππον, ἢ Ἀρχέδημον, καὶ Ἀθηνόδωρον, καὶ Ἀντίπατρον, καὶ Κρίνιν] Ita ſcriptum præferunt omnes Editiones atque Membranæ. Malim tamen καὶ Ἀρχέδημον.

Ἁπλᾶ μὲν οὖν ἐστι τὰ συνεστῶτα ἐξ ἀξιώματος μὴ διαφορευμένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων, &c.] De toto hoc

loco eruditè, ut ſolet, Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos paginâ 236. εἴπερ τὸ ἀληθὲς ἀξίωμά ἐστι πάντως, ἢ ἁπλοῦν ἐστιν ἀξίωμα, ἢ οὐχ ἁπλοῦν· ἢ καὶ ἁπλοῦν καὶ οὐχ ἁπλοῦν. τῶν γὰρ ἀξιωμάτων πρώτην σχεδὸν καὶ κυριωτάτην ἐκφέρουσι διαφορὰν οἱ Διαλεκτικοί, καθ' ἣν τὰ μέν ἐστιν αὐτῶν ἁπλᾶ, τὰ δ' οὐχ ἁπλᾶ. καὶ ἁπλᾶ μὲν, ὅσα μήτ' ἐξ ἑνὸς ἀξιώματος δὶς λαμβανομένου συνέστηκε, μήτ' ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων, διά τινος ἢ τινων συνδέσμων· οἷον, Ἡμέρα ἐστὶν, ἢ νύξ ἐστι· Σωκράτης διαλέγεται. πᾶν δὲ τῆς ὁμοίας ἐστὶν ἰδέας. ὥσπερ γὰρ τὸν στήμονα ἁπλοῦν λέγομεν, καίπερ ἐκ τριχῶν συνεστῶτα, ἐπεὶ οὐκ ἐκ στημόνων, οἵ τινες εἰσὶν ὁμογενεῖς, πέπλεκται· οὕτως ἁπλᾶ λέγεται ἀξιώματα, ἐπεὶ οὐκ ἐξ ἀξιωμάτων συνέστηκεν, ἀλλ' ἐξ ἄλλων τινῶν· οἷον τὸ, Ἡμέρα ἐστὶν, ἁπλοῦν ἐστι, παρ' ὅσον οὔτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐστι λήμματος, δὶς λαμβανομένου, οὐδὲ ἐκ διαφερόντων συνέστηκεν. ἐξ ἄλλων δέ τινων συγκέκριται· οἷον τοῦ, Ἡμέρα, καὶ τοῦ, Ἐστί· καὶ μὴν οὐδὲ σύνδεσμός ἐστιν ἐν αὐτῷ. οὐχ ἁπλᾶ δὲ ἐτύγχανε τὰ, οἷον διπλᾶ· καὶ ὅσα δὲ ἀξιώματος δὶς λαμβανομένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων συνέστηκε, διὰ συνδέσμου τε, ἢ συνδέσμων· οἷον, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστιν· Εἰ νὺξ ἐστι, σκότος ἐστι. καὶ, Εἰ ἡμέρα ἐστι, φῶς ἐστιν, ἤτοι ἡμέρα ἐστιν, ἢ νὺξ ἐστι. τῶν δὲ ἁπλῶν τινα μὲν, ὡρισμένα ἐστίν· τινὰ δὲ, ἀόριστα· τινὰ δὲ, μέσα. ὡρισμένα μὲν, τὰ κατὰ δεῖξιν ἐφερόμενα· οἷον, Οὗτος περιπατεῖ, Οὗτος κάθηται. δείκνυμι γάρ τινα τῶν ἐπὶ μέρους ἀνθρώπων. ἀόριστα δὲ ἐστι κατ' αὐτοὺς ἐν οἷς ἀόριστόν τι κυριεύει μόριον· οἷον, Τὶς κάθηται· μέσα δὲ, τὰ οὕτως ἔχοντα, Ἄνθρωπος κάθηται, ἢ Σωκράτης περιπατεῖ· τὸ μὲν οὖν, Τὶς περιπατεῖ, ἀόριστόν ἐστιν. ἐπεὶ οὐκ ἀφωρικέ τινας τῶν ἐπὶ μέρους περιπατούντων, κοινῶς γὰρ ἐφ' ἑκάστου αὐτῶν ἐκφέρεσθαι δύναται. τὸ δὲ, Οὗτος κάθηται, ὡρισμένον ἐστίν· ἐπείπερ ἀφώρικε τὸ δεικνύμενον πρόσωπον. τὸ δὲ, Σωκράτης κάθηται, μέσον ὑπῆρχεν· ἐπείπερ οὔτε ἀόριστόν ἐστιν· ἀφώρικε γὰρ τὸ εἶδος οὔτε ὡρισμένον· οὐ γὰρ μετὰ δείξεως ἐκφέρεται. ἀλλ' ἔοικε μέσον ἀμφοτέρων ὑπάρχειν τοῦ τε ἀορίστου, καὶ τοῦ ὡρισμένου. γίνεσθαι δὲ φασι τὸ ἀόριστον ἀληθὲς, τὸ, Τὶς περιπατεῖ, ἢ, Τὶς κάθηται, ὅταν τὸ ὡρισμένον ἀληθὲς εὑρίσκηται, τὸ, Οὗτος κάθηται, ἢ Οὗτος περιπατεῖ· μηδενὸς γὰρ ἐπὶ μέρους καθημένου, οὐ δύναται ἀληθὲς εἶναι τὸ, Τὶς κάθηται, ἀόριστον. *Si verum eſt omnino pronuntiatum, id eſt aut ſimplex pronuntiatum, aut non ſimplex: pronuntiatorum enim primam & maximè propriam differentiam efferunt Dialectici, per quam alia quidem ex iis ſunt ſimplicia, alia autem non ſimplicia. Et ſimplicia quidem, quæ neque conſtant ex uno pronuntiato bis ſumpto, neque ex differentibus pronuntiatis per aliquam aut aliquas conjunctiones: ut*, Dies eſt, *aut* Nox eſt: Socrates diſputat, *& quidquid eſt huic ſimile. Quoniam enim ſtamen ſimplex dicimus, etiam ſi conſtet ex pilis, quoniam non eſt contextum ex ſtaminibus, qui quidem ſunt ejuſdem generis: ita ſimplicia dicuntur pronuntiata, quoniam non conſtant ex pronuntiatis, ſed ex aliquibus aliis: ut*, Dies eſt, *eſt ſimplex, quoniam nec eſt ex eadem bis ſumpta propoſitione, neque conſtat ex diverſis: conſtata eſt autem ex aliquibus aliis, utpote* Dies, *&* Eſt. *Sed neque in eo eſt conjunctio. Non ſunt autem ſimplicia quæ ſunt veluti duplicia, & quæ conſtant ex pronuntiato bis ſumpto, aut ex differentibus pronuntiatis, per conjunctionem aut conjunctiones: ut*, Si dies eſt, lux eſt: Si nox eſt, ſunt tenebræ. *Et*, Si dies eſt, & lux eſt, aut eſt dies, aut nox eſt. *Ex ſimplicibus autem aliqua quidem ſunt definita, aliqua verò indefinita, aliqua verò media. Definita quidem, quæ indicando efferuntur: ut*, Iſte ambulat, Iſte ſedet: *oſtendo enim aliquem ex ſingularibus hominibus. Indefinita ſunt ex eorum ſententia in quibus dominatur aliquid indefinitum & non terminatum: ut*, Sedet quiſpiam. *Media autem ſunt, quæ ſic habent*, Homo ſedet: *aut* Homo ambulat. *Atque illud quidem*, Ambulat quiſpiam, *eſt indefinitum: non enim definit ac terminat aliquem ex ſingularibus hominibus qui ambulant: Communiter enim poteſt in ſe efferri.* Iſte *autem* ſedet, *eſt definitum ac terminatum; quoniam definit certam perſonam quæ indicatur. Hoc autem* Socrates ſedet *eſt medium; quoniam nec eſt indefinitum: definit enim ac terminat ſpeciem. Nec finitum ac terminatum, non effertur enim cum oſtenſione, ſed videtur eſſe medium inter utrumque, nempe inter indefinitum & finitum. Dicunt autem indefinitum eſſe verum: nempe illud*, Ambulat aliquis; *aut* Aliquis ſedet: *quando definitum ac terminatum invenitur verum: nempe* Iſte ſedet: *aut* Iſte ambulat. *Nam ſi nullus ſedeat ex ſingularibus, non poteſt indefinitum illud eſſe verum*, Sedet aliquis. Igitur hoc loco διαφορούμενον ἀξίωμα eſt, quod bis ſumitur. Et ita quoque uſurpatur apud Sextum dicto loco paginâ 239. ubi τὸ συνημμένον, definit, τὸ συνεστὸς ἐξ ἀξιώματος διαφορουμένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων, διὰ τοῦ Εἰ, ἤ, Εἴπερ, συνδέσμου. Alexander Aphrodiſæus in priora Analytica διφορούμενον vocat. Quare Henricus Valeſius in Annotationibus ad librum v. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii Pamphili, tam apud Sextum, quàm apud Laërtium malebat ſcribere διφορούμενον: quod idem eſt ac δὶς λαμβανόμενον. Idem Vir doctus, ex dicto loco Sexti Empirici, ubi exemplum connexi, quod fit ex pronuntiato διαφορουμένου hoc affert Sextus, Εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἡμέρα ἐστὶν; ſimiliter apud Laërtium noſtrum legendum verè exiſtimabat; pro eo quod legitur dumtaxat, Εἰ ἡμέρα ἐστίν. Repetitio harum vocum ἡμέρα ἐστὶν Librarium in errorem induxit. Idem exemplum ejuſdem connexi affertur quoque ab eodem Sexto Hypotypoſeon lib. II. cap. XI.

Ἐν δὲ τοῖς ἁπλοῖς ἀξιώμασίν ἐστι τὸ ἀποφατικόν, &c.] MS. Regius ἀποφαντικὸν, rectiùs. ἀποφατικὸν tamen & ὑπεραποφατικὸν infrà quoque hîc legere eſt: ſed ubi ceteræ Editiones & Codex Regius ἀποφαντικὸν & ὑπεραποφαντικόν. ἀποφαντὸν & καταφαντὸν à verbis ἀποφαίνομαι & καταφαίνομαι ducta ſunt, & pro τοῖς ἀποφατὸν & καταφατὸν à Stoicis uſurpata. Sextus loco laudato ſimplicia Pronuntiata dividi ait à Dialecticis trifariam, in ὡρισμένα, ἀόριστα, μέσα. 69

Ἐν δὲ τοῖς οὐχ ἁπλοῖς τὸ συνημμένον, καὶ τὸ παρασυνημμένον] Philo Judæus dicto loco: καὶ τῶν οὐχ ἁπλῶν τὰ μὲν, συνημμένα· τὰ δὲ, παρασυνημμένα μᾶλλον ἢ ἧττον.

Καὶ τὸ συμπεπλεγμένον καὶ τὸ διεζευγμένον] Huc ſpectat, quod ex incerto quodam Scriptore Chriſtiano profert Euſebius Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. v. cap. 28. ἐξετάζουσι πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ.

71 Τῶν δὲ οὐχ ἁπλῶν ἀξιωμάτων συνημμένον μέν ἐστι, &c.] Videatur Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 239. eſt enim locus prolixior quàm ut hîc exſcribi poſſit.

73 Ἔτι τῶν ἀξιωμάτων κατά τε ἀλήθειαν καὶ ψεῦδος ἀντικείμενα ἀλλήλοις ἐστίν, &c.] Et de eo videndus idem Sextus Hypotyp. lib. II. cap. XI. & adverſus Mathematicos pag. 240. & ſequentibus.

Λῆμμα μὲν γάρ, τὸ Εἰ ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστί.] Suidas in λῆμα: τὸ δὲ διὰ τῶν δύο μμ γραφόμενον λῆμμα, καὶ λήμματα, αἱ προτάσεις παρὰ Ἀριστοτέλει, τουτέστιν ἡ ἐρώτησις· αἰτία γὰρ ἀποκρίσεως· ἥτις ἐστὶν ἐξ ἧς ὁ συλλογισμός· ἣν καὶ λῆμμα λέγουσι. Καὶ μονολήμματος πρότασις. οἷον, Ἀναπνεῖς, ζῇς ἄρα· πρόδηλον γὰρ τὸ παραλελειμμένον, τὸ Πᾶν τὸ ἀναπνέον ζῇν. τοιαῦτά ἐστι τὰ ἐνθυμήματα. Οὗτοι κολάσεως ἄξιοι. ἱεροσύλοι γάρ. παρεῖται γὰρ τὸ, Τοὺς ἱεροσύλους ἀξίους εἶναι κολάσεως. Sequitur apud Laërtium: λογότροπος δέ ἐστι, τὸ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετον. οἷον, εἰ ζῇ Πλάτων, ἀναπνεῖ Πλάτων. Vide Sextum Empiricum πρὸς τοὺς Μαθηματικούς, pag. 260.

76 Τρόπος δέ ἐστιν, οἱονεὶ σχῆμα λόγου· οἷον ὁ τοιοῦτος, Εἰ τὸ α, τὸ β &c.] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 261. τρόποι δὲ λόγων, καὶ ὡσπερεὶ σχήματα ἐν οἷς ἠρώτηνται οἱ οὕτως ἔχοντες τοῦ μὲν πρώτου ἀναποδείκτου, Εἰ τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον· τὸ δὲ πρῶτον, τὸ ἄρα δεύτερον. τοῦ δὲ δευτέρου, εἰ τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον· οὐχὶ δὲ γε τὸ δεύτερον, οὐκ ἄρα τὸ πρῶτον. τοῦ δὲ τρίτου, Οὐχὶ καὶ τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον· τὸ δὲ γε πρῶτον, οὐκ ἄρα τὸ δεύτερον. Vide Suidam in λογότροπος. Convenientiùs autem Stoicæ Philoſophiæ ſcriptum eſt apud Sextum Εἰ τὸ πρῶτον, &c. quàm apud Laërtium Εἰ τὸ α, &c. Stoici enim in Argumentationibus numeros uſurpabant: ut, *Si primum, ſecundum. Atqui primum; ſecundum igitur:* quod nos docuit Apuleius in libro de Doctrina Platonis.

77 Τῶν δὲ λόγων, οἱ μὲν ἀπέραντοι· οἱ δὲ περαντικοὶ, &c.] De quibus Sextus adverſus Mathematicos pag. 299. & ſequentibus.

78 Κατά τι τῶν θεμάτων] Id eſt, τῶν λημμάτων. Sextus Empiricus in libris adverſus Mathematicos paginâ 275. capite περὶ ἀποδείξεως: λήμματα δὲ καλοῦμεν, οὐ θέματά τινα, ἃ συναρπάζομεν· ἀλλ' ἅπερ ὁ προσδιαλεγόμενος, τῷ ἐμφανῆ εἶναι δίδωσι καὶ παραχωρεῖ.

Εἰ περιπατεῖ Δίων, κινεῖται ἄρα Δίων.] Apud Sextum contra Mathematicos, paginâ 276. Εἰ περιπατεῖ Δίων, κινεῖται Δίων· περιπατεῖ δὲ Δίων, κινεῖται ἄρα Δίων. Notabis autem συνακτικοὺς à Sexto dici, qui hîc à Laërtio περαντικοὶ appellantur. Eum videſis paginâ 296.

79 Ἀληθεῖς μὲν οὖν εἰσι λόγοι, οἱ δι' ἀληθῶν συνάγοντες, &c.] Sextus Hypotypoſeon II. XII. τῶν δὲ συνακτικῶν, οἱ μέν εἰσιν ἀληθεῖς· οἱ δὲ, οὐκ ἀληθεῖς. ἀληθεῖς μὲν, ὅταν μὴ μόνον τὸ συνημμένον ἐκ τῆς τῶν λημμάτων συμπλοκῆς καὶ τῆς ἐπιφορᾶς, ὡς προειρήκαμεν, ὑγιὲς ᾖ, ἀλλὰ καὶ τὸ συμπέρασμα καὶ τὸ διὰ τῶν λημμάτων αὐτοῦ, συμπεπλεγμένον ἀληθὲς ὑπάρχῃ, ὅ ἐστιν ἡγούμενον ἐν τῷ συννημμένῳ. ἀληθὲς δὲ συμπεπλεγμένον ἐστὶ τὸ πάντα ἔχον ἀληθῆ. ὡς τὸ, Ἡμέρα ἐστὶ, καὶ, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι. οὐκ ἀληθεῖς δὲ, οἱ μὴ οὕτως ἔχοντες, & quæ ſequuntur.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἀναπόδεικτοί τινες, &c.] Apud Sextum ibidem: πάλιν δὲ τῶν ἀληθῶν λόγων, οἱ μέν εἰσιν ἀποδεικτικοί· οἱ δὲ οὐκ ἀποδεικτικοί. καὶ ἀποδεικτικοὶ μὲν, οἱ διὰ προδήλων ἄδηλόν τι συνάγοντες· οὐκ ἀποδεικτικοὶ δὲ, οἱ μὴ τοιοῦτοι· οἷον, ὁ μὲν τοιοῦτος λόγος, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστι· ἀλλὰ μὴν ἡμέρα ἐστι, φῶς ἄρα ἐστίν, οὐκ ἔστιν ἀποδεικτικός. τὸ γὰρ φῶς εἶναι, ὅπερ ἐστὶν αὐτοῦ συμπέρασμα, πρόδηλόν ἐστιν, &c.

Τῷ μὴ χρῆσθαι ἀποδείξεως] Idem adverſus Mathematicos pag. 260. ἀναποδεικτοι λέγονται δικῶς, οἵτε μὴ ἀποδεδειγμένοι, καὶ οἱ μὴ χρείαν ἔχοντες ἀποδείξεως, τῷ αὐτόθεν εἶναι περιφανὲς ἐπ' αὐτῶν τὸ ὅτι συνάγουσιν, &c.

Παρὰ δὲ τῷ Χρυσίππῳ πέντε] Tres videlicet, ἁπλοῦς: duos verò, οὐχ ἁπλοῦς: ut diſcimus è Sexto, quem vide omnino.

Ἀλλὰ μὴν νύξ ἐστι] Sextus habet, οὐχὶ δὲ γε φῶς 80
ἐστί, quod idem eſt.

Ἐπ' ἀληθεῖ δὲ ἀληθὲς ἕπεται κατὰ τοὺς Στωϊκούς, 81
&c.] Toties memoratus Sextus Hypotypoſeon libro II. cap. XI. τὸ γὰρ συνημμένον ἤτοι ἄρχεται ἀπὸ ἀληθοῦς καὶ λήγει ἐπὶ ἀληθές· οἷον, Εἰ ἡμέρα ἐστὶ, φῶς ἐστιν. ἢ ἄρχεται ἀπὸ ψεύδους, καὶ λήγει ἐπὶ ψεῦδος· οἷον, Εἰ πέταται ἡ γῆ, πτερωτή ἐστιν ἡ γῆ. ἢ ἄρχεται ἀπὸ ἀληθοῦς, καὶ λήγει ἐπὶ ψεῦδος· οἷον, Εἰ ἐστὶν ἡ γῆ, πέταται ἡ γῆ· ἢ ἄρχεται ἀπὸ ψεύδους καὶ λήγει ἐπὶ ἀληθές· οἷον, Εἰ πέταται ἡ γῆ, ἔστιν ἡ γῆ. Et libro VII. adverſus Mathematicos paginâ 290. εἰ μὲν γὰρ μόνον κατ' αὐτοὺς τῷ ἀληθεῖ εἵπετο ἀληθές, &c.

Καὶ ἄποροι δέ τινές εἰσι λόγοι] περὶ τῶν ἀπόρων, di- 82
ximus ſuprà pluribus ad Euclidem. Adde Cujacium Tractatu v. ad Africanum.

Ἔστι δὲ ἐγκεκαλυμμένος, οἷον ὁ τοιοῦτος, Οὐχὶ τὰ μὲν δύο ὀλίγα ἐστί, οὐχὶ δὲ καὶ τὰ τρία, &c.] Immo id Soritæ exemplum eſt, non ἐγκεκαλυμμένου. Eſt enim Sorites, cavillatio, quæ ab evidenter veris, per breviſſimas mutationes, diſputationem ad ea quæ evidenter falſa ſunt, conducit. Verba ſunt Ulpiani in lege 177. D. de Verborum ſignif. & Juliani in l. 65. D. de Regulis Juris. Exemplum ἐγκεκαλυμμένου hoc eſt: *An noſti patrem tuum? Novi. An hunc noſti, qui linteo coopertus eſt? Non novi. Atqui hic pater tuus eſt. Patrem igitur tuum non noſti.* Quâ de re Lucianus ἐν βίων πράσει, ubi de Chryſippo. Atque inde nomen ἐγκεκαλυμμένου: cujus captioſæ argumentationis meminit & Themiſtius in Paraphraſi Poſteriorum Analyticorum. Eadem videtur eſſe ratio διαλεληθότος, ut rectè Cujacius conjiciebat. Et fortè disjunctim legendum hoc loco ἐγκεκαλυμμένοι ἢ διαλεληθότες, pro eo quod legitur conjunctim καὶ διαλεληθότες. Igitur mutilum eſſe locum Laërtii rectè quoque idem vir magnus animadvertebat. Suppleri poſſet hoc modo; ἔστι δὲ ἐγκεκ-

λυμμένος, οἷον, Τὸν πατέρα οἶσθα τὸν σεαυτοῦ; ναί. τὸν ἐγκεκαλυμμένον τοῦτον οἶσθα, μηδαμῶς. ἀλλὰ μὴν αὐτός οὗτός ἐστιν ὁ πατὴρ ὁ σός. πατέρα σου ἄρα οὐκ οἶσθα. Σωρείτης δ' ἐστὶν ὁ τοιοῦτος· Οὐχὶ τὰ μὲν δύο ὀλίγα ἐστίν; οὐχὶ δὲ καὶ τὰ τρία; οὐχὶ δὲ ταῦτα μέν; οὐχὶ δὲ καὶ τὰ τέσσαρα; καὶ οὕτω μέχρι τῶν δέκα· τὰ δὲ δύο ὀλίγα ἐστί. καὶ τὰ δέκα ἄρα. Desideratur & exemplum κερατίδων. Vide nos suprà, ad Euclidem.

Οὖτις δὲ ἐστι λόγος συνταττικὸς, καὶ ἐξ ἀορίστου, καὶ ὡρισμένου συνιστὼς, πρόληψιν δὲ καὶ ἐπιφορὰν ἔχων. οἷον, Εἴ τίς ἐστιν ἐνταῦθα, οὐκ ἔστιν ἐκεῖνος ἐν Ῥόδῳ.] Et hanc definitionem κερατίδος esse potiùs quàm οὐτίδος putabat toties laudatus Cujacius: qui & in Indice librorum Chrysippi alios esse περὶ Οὐτίδος observat, alios περὶ τοῦ ἐξ ἀορίστου καὶ ὡρισμένου. Legendum autem συνθετικὸς hoc loco, non συνταττικός. Eustathius ad Odyss. IX. pag. 1634. Edit. Rom. ἔστι δὲ τὸ σόφισμα Οὖτις, οὐ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν κατά τινας, ἀλλὰ παρὰ σύνθεσιν μᾶλλον, καὶ διαίρεσιν, τοῦ μὲν Κύκλωπος κύριον νοήσαντος καὶ σύνθετον καὶ ἁπλοῦν, τὸ Οὖτις, ὡς κλινόμενον Οὔτιδος. Οὖτις, cavillatio est ex Homero sumpta, & conflata ex conjunctione & disjunctione. Nam interrogatus Polyphemus, cui Ulysses, antequam ei effoderet oculum, persuaserat se οὔτιν nominari, μήτις αὐτὸν κτείνει δόλῳ, οὐδὲ βιῇφι, respondet, Οὖτίς μὲ κτείνει δόλῳ, οὐδὲ βιῇφι. ex quo colligunt qui οὖτις accipiunt distinctè, Nemo igitur excæcavit te vi vel dolo: quod tamen Polyphemus accipiebat conjunctim pro nomine proprio, & Οὖτιν se quidem excæcasse ajebat, non vi, sed dolo. Verba sunt Cujacii. Eustathius dicto loco: ἐκ δὲ τοιούτου ὀνηρικοῦ σοφίσματος, οἱ Φιλόσοφοι τοὺς παρ' αὐτοῖς Οὐτίδας πλέκουσι παραλογισμούς. Subjungit: ἔστι δὲ τὸ σόφισμα, οὐ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν κατά τινας, ἀλλὰ παρὰ σύνθεσιν μᾶλλον καὶ διαίρεσιν, τοῦ Κύκλωπος κύριον νοήσαντος, καὶ σύνθετον ἁπλοῦν, τὸ οὖτις, ὡς κλινόμενον οὔτιδος. Cetertùm & post hæc Laërtiana, Εἴ τίς ἐστιν ἐνταῦθα, οὐκ ἔστιν ἐκεῖνος ἐν Ῥόδῳ, addendum videtur, ἄνθρωπος ἐνταῦθά ἐστιν· οὐκ ἄρα ἐστὶν ἄνθρωπος ἐν Ῥόδῳ. Meminit & aliorum Sophismatum Gellius XVIII. 13. *Quod nix est, hoc grando non est: nix autem alba est: grando igitur alba non est. Quod homo est, hoc non est equus: homo autem animal est: equus igitur animal non est. Quod ego sum, id tu non es: homo autem ego sum: homo igitur tu non es.* Quod postremum sophisma, ut hoc obiter dicam, Diogeni Cynico à quodam Dialectico per contumeliam propositum, ita ille remuneratus est: *Hoc quidem falsum est: & si verum id fieri vis, à me incipe.* Vide nos suprà, ad Euclidem.

83 Καὶ τοιοῦτοι μὲν ἐν τοῖς λογικοῖς οἱ Στωϊκοὶ, ἵνα μάλιστα κρατύνωσι Διαλεκτικὸν μόνον εἶναι τὸν Σοφόν.] Sed & solum Poëtam, Oratorem, Jurisconsultum, ajebant Stoici esse Sapientem suum. Strabo lib. I. οἱ δὲ ἡμέτεροι (Stoicos innuit; fuit enim Stoicus Strabo, quod antea monuimus) καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν Σοφόν. Laërtius infrà: ὁμοίως δὲ ἀρχικοὺς, δικαστικούς τε, καὶ ῥητορικοὺς μόνους εἶναι τῶν δὲ φαύλων οὐδένα. Immo & solum divitem; solum Regem; omnium denique rerum solum esse dominum: unde jocus Sophili Comici: Στωϊκὸν δόγμα ἐστὶν, ὅτι πάντα εὖ ποιήσει ὁ Σοφός· καὶ φακῆν φρονίμως ἀρτύσει. Consulendus Lipsius in Manuduct. ad Stoicam Philos. lib. II. Dissertatione XI. XII. XIII. & XIV. Stoicis etiam Dialectica inter virtutes, ut est apud Ciceronem III. de Finibus, Plutarchum lib. I. de Placitis Philos. & Stobæum in Collectaneis Stoicorum dogmatum. Immo & Dialectici κατ' ἐξοχὴν fuerunt appellati: quod nomen, ceu gentile patrimonium, ab Euclideis adierunt, qui *Dialectici* appellabantur, ut pluribus suprà ad Euclidem docuimus: quare eos ad differentiam Stoicorum, veteres Dialecticos videtur Seneca Epist. 117. appellare. Sanè Chrysippus; si Laërtio fides, trecentos septuaginta & unum τόπους Dialecticos conscripserat. Nonnulli tamen inter Stoicos Dialecticam contempsere, ut Seneca, Epictetus, Marcus Imperator. Etiam Aristo Chius tres libros contra Dialecticos scripsit, teste Laërtio: Illiusque convicia quædam adversùs Logicam exstant apud Stobæum Serm. 81. solam quippe Moralem philosophiam exercendam censuit, ut est apud eumdem Diogenem Laërtium & Sextum Empiricum. Eadem mens fuit & vetustissimorum Theologorum, quibus inimicissima ars Sophistica: qua de re videndus Gregorius Nyssenus in Dialogo de Anima. Facere non possum, quin hîc referam, quæ de Beato Augustino, viro Διαλεκτικωτάτῳ, quique de Logica plures libros reliquit, tradit Beatus Ambrosius Serm. 92. illius scilicet pertinaciam & disputationis acrimoniam Supplicationibus publicis compescendam, & quasi averruncandam existimasse.

Καὶ Διογένην] Τὸν Βαβυλώνιον. 84

Τὴν δὲ πρώτην ὁρμὴν φασι τὸ ζῶον ἴσχειν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτό, &c.] Adi Aldobrandinum. Ceterùm hunc Laërtii locum exscripsit Suidas in ὁρμή. Suidæ verba, quia in iis corrigendis frustrà laboravit ejus Interpres, ut ea restituam, simul & ut ex iis Laërtiana confirmem & emendem; infrà ponere non gravabor: ὁρμὴ ἡ πρώτη τοῖς ζώοις σύνιστιν ἐπὶ τὸ τηρεῖν ἑαυτά, οἰκειούσης αὐτεῖς τῆς φύσεως ἀπαρχῆς· πρῶτον γὰρ οἰκεῖον παντὶ ζῴῳ ἡ σύστασις, καὶ ἡ ταύτης σύνδεσις (συνείδησις scriptum est apud Laërtium) καὶ οἰκείως ἔχειν πρὸς ἑαυτά. διὸ τὰ βλάπτοντα διωθεῖται, τὰ δὲ οἰκεῖα προσίσται. καὶ οὐ πρὸς ἡδονὴν γίνεται ἡ πρώτη ὁρμὴ τοῖς ζώοις. ἐπιγέννημα γὰρ ἂν ἦν, εἰ ἄρα ἐστὶν ἡδονὴν εἶναι, ὅταν αὐτὴν καθ' αὐτὴν ἡ φύσις ἐπιζητήσασα τὰ ἐναρμόζοντα αὐτῇ ἐν συστάσει ἀπολαύει. (Corrige ex Laërtio ἀπολάβῃ) ὃν ἂν τρόπον ἀντιλαμβάνηται τὰ ζῶα, (corrige ex eodem Laërtio ἀφιλαρύνεται τὰ ζῶα) καὶ θάλλει τὰ φυτά. καὶ οὐ διήλλαξεν ἡ φύσις ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ ζώων, καὶ φυτῶν, ὅτε χωρὶς ὁρμῆς (nota varietatem lectionis) καὶ αἰσθήσεως κἀκεῖ οἰκονομεῖ. καὶ ἐφ' ἡμῶν τινα φυτοειδῶς γίνονται. (corrige κἀκεῖνα & γίνεται.) ἐκ περιττοῦ δὲ τῆς ὁρμῆς τοῖς ζῴοις ἐπιγενομένης, συγχρώμενα (lege ἢ συγχρώμενα) πορεύεται. τούτοις μὲν τὸ κατὰ φύσιν τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖσθαι. τοῦ δὲ λόγου τοῖς λογικοῖς κατὰ τελειοτέραν προστασίαν δεδομένου, τὸ κατὰ λόγον ζῆν, ὀρθῶς γίνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν. τέχνη γὰρ οὕτως ἐπιγίνεται 85

γίνεται

γίνεται τῆς ὁρμῆς. (Apud Laërtium τεχνίτης γὰρ οὗτος) διὸ καὶ Ζήνων εἶπε τέλος εἶναι τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν· ὅπερ ἐστὶ κατ' ἀρετὴν ζῆν. ἄγει γὰρ πρὸς ταύτην καὶ ἡμᾶς ἡ φύσις.

Πρῶτον οἰκεῖον λέγων εἶναι παντὶ ζώῳ τὴν αὐτοῦ σύστασιν, καὶ τὴν ταύτης συνείδησιν.] Legendum omnino σύνδεσιν ex ſuperioribus Suidæ verbis.

86 Ἐπιγέννημα] Verbum Stoicorum: quod & ἐπιγεννηματικὸν, & ἐπιγινόμενον dicitur. *Poſterum* & *conſequens* Cicero appellat lib. III. de Finibus. Sic autem vocarunt ea quæ ſubſequuntur; ut lætitiam & gaudium, triſtitiam & angorem: quæ non propter ſui naturam aut aſſumenda aut vitanda exiſtimabant; ſed tamquam acceſſionis vice. Ita Zeno noſter infrà, perturbationes judicia eſſe negabat: ſed quod ex judiciis conſequeretur, τὸ ἐπιγινόμενον κρίσεσι, ut eſt apud Galenum. *Acceſſionem* vertit Seneca lib. de Vita beata cap. 9. & ἐπιγεννᾶσθαι *ſupervenire*. *Sicut in arvo*, inquit, *quod ſegeti proſciſſum eſt, aliqui flores internaſcuntur; non tamen huic herbulæ, quamvis delectet oculos, tantum operis inſumptum eſt: aliud fuit ſerenti propoſitum, hoc ſupervenit. Sic voluptas non eſt merces, nec cauſſa virtutis, ſed acceſſio: nec quia delectat, placet: ſed quia placet, delectat.* Habent autem hoc verbum Stoici, ut alia pleraque, ab Ariſtotele: quod eruditè Caſaubonus ad Perſium obſervabat. Ad res naturales illud tranſtulit Marcus Imperator lib. III. περὶ τῶν εἰς ἑαυτόν. χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάσσειν, ὅτι καὶ τῷ ἐπιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις, ἔχει τι εὐχαρι καὶ ἐπαγωγόν· οἷον ἄρτου ὀπτωμένου πυραῤῥήγνυταί τινα μέρη. Apud Medicos τὰ ἐπιγεννήματα, ſive ἐπιγινόμενα, ſunt ſymptomata, quæ ipſius morbi augeſcentis ratione ſupervenire ſolent.

Ὅταν αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἡ φύσις ἐπιζητήσασα] Αὐτὴ καθ' αὑτὴν, emendabat Salmaſius ad Simplicium pag. 54. Non enim referendum, inquit, ad ἡδονὴν, cùm Stoici negent animal primo illo ac naturali appetitu, qui eſt inſitus, ad voluptatem tendere. Ita quoque legiſſe videtur Aldobrandinus, qui vertit, *poſteaquam ipſa ſe ipſum exquirens Natura*. Verùm recepta lectio confirmatur Suidæ codicis auctoritate.

Οὐδέν τε (φασι) διήλλαξεν ἡ φύσις ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ ἐπὶ τῶν ζώων, ὅτι χωρὶς ὁρμῆς καὶ αἰσθήσεως κἀκεῖνα οἰκονομεῖ, καὶ ἐφ' ἡμῶν τινα φυτοειδῶς γίνεται] Idem Vir doctus ibidem pag. 123. hîc etiam emendabat, ἢ ὅτι χωρίς. hoc eſt, *non diſcreviſſe in plantis & animalibus naturam, niſi quatenus plantæ hoc ſine motu & ſenſu faciunt.* Scriptum eſt apud Suidam: καὶ οὐ διήλλαξεν ἡ φύσις ἐπὶ τῶν φυτῶν καὶ ζώων, καὶ φυτῶν, ὅτε χωρὶς ὁρμῆς καὶ αἰσθήσεως κἀκεῖ οἰκονομεῖ, καὶ ἐφ' ἡμῶν τινα φυτοειδῶς γίνονται. Ex Suida emendandus Laërtius, & ex Laërtio Suidas. Legendum apud Laërtium, ὅτε χωρὶς: & apud Suidam κἀκεῖνα: & delendum, καὶ φυτῶν.

Διοικεῖσθαι] Corrige διοικεῖσθαι.

Τὸ κατὰ λόγον ζῆν ὀρθῶς γίνεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν] Legendum τὸ κατὰ φύσιν. Ut in animalibus rationis expertibus dixit τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν ζῆν idem eſſe quod κατὰ φύσιν, ita in homine rationis capace τὸ κατὰ λόγον ζῆν idem planè eſt quod κατὰ φύσιν. Inde ipſi ſtatim τὸ τέλος hominis definitur τὸ ὁμολογουμένως ζῆν. Verba ſunt magni illius Salmaſii ad Simplicium pag. 54.

Ὁ Ζήνων ἐν τῷ Περὶ ἀνθρώπου φύσεως] Quo titulo 87
exſtat Nemeſii liber.

Τέλος εἶπε, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, &c.] Finis, ſive ultimum bonum, Stoicis, eſt ſecundùm Naturam vivere: quod modò ὁμολογίαν τῇ φύσει, modò ὁμολογουμένως ζῆν, ſive συμφώνως, aut ἀκολούθως, appellant. Laërtianis non abſimilia leges apud Stobæum in Stoicis: τὸ τέλος μὲν Ζήνων οὕτως ἀπέδωκε, Τὸ ὁμολογουμένως ζῆν· τοῦτο δ' ἐστὶ καθ' ἕνα λόγον καὶ σύμφωνον ζῆν, ὡς τῶν ἀλόγων ζώων κακοδαιμονούντων. οἱ δὲ μετὰ τοῦτον προσδιαρθροῦντες οὕτως ἐξέφερον, Ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν· ὑπολαβόντες ἕλαττον εἶναι κατηγόρημα τὸ ὑπὸ Ζήνωνος ῥηθέν. Κλεάνθης γὰρ πρῶτος διαδεξάμενος αὐτοῦ τὴν αἵρεσιν, προσέθηκε, τῇ φύσει· ὅπερ ὁ Χρύσιππος σαφέστερον βουλόμενος ποιῆσαι, ἐξήνεγκεν τὸν τρόπον τοῦτον, Ζῆν κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων. Διογένης δὲ, εὐλογιστίαν ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ, καὶ ἀπεκλογῇ. Ἀρχέδημος δὲ, πάντα καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν. Eadem; ſed paulò aliter; habes apud Clementem Alexandrinum στρωματέων II. Ζήνων Στωϊκὸς τέλος ἡγεῖται, Τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν· Κλεάνθης δὲ, Τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν, ἐν τῷ εὐλογιστεῖν· (an legendum ἢ τὸ εὐλογιστεῖν;) ὁ ἐν τῇ κατὰ φύσιν ἐκλογῇ κεῖσθαι διελάμβανεν. Ὅ, τε Ἀντίπατρος, ὁ τούτου γνώριμος, τὸ τέλος κεῖσθαι ἐν τῷ διηνεκῶς καὶ ἀπαραβάτως ἐκλέγεσθαι μὲν τὰ κατὰ φύσιν, ἀπεκλέγεσθαι δὲ τὰ παρὰ φύσιν. Ἀρχέδημος, ἐκλεγόμενον τὰ κατὰ φύσιν μέγιστα καὶ κυριώτατα, οὐχ οἷόν τε ὄντα ὑπερβαίνειν. Παναίτιος, τὸ ζῆν κατὰ τὰς διδομένας ἡμῖν ἐκ φύσεως ἀφορμάς. Ποσειδώνιος, τὸ ζῆν θεωροῦντα τὴν τῶν ὅλων ἀλήθειαν καὶ τάξιν. In verbis Clementis diſſenſum aliquem à Stobæanis & Laërtianis obſervare eſt: præcipuè verò, quòd hanc ὁμολογίας interpretationem, εὐλογιστίαν ἐν τῇ τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογῇ καὶ ἀπεκλογῇ, Cleanthi adſcribit; quam tamen Diogenis Babylonii faciunt Laërtius & Stobæus. Putabat Juſtus Lipſius non ſcripſiſſe hæc Clementem; doctum hominem & accuratum; ſed Exſcriptorem ea depravaſſe: ſequitur quippe apud Clementem, Ὅ, τε Ἀντίπατρος, ὁ τούτου γνώριμος: conſtat autem Antipatrum, non Cleanthem, ſed Diogenem Babylonium audiviſſe. Addo, Clementem à magiſtro ſuo Pantæno, germaniſſimo Stoïco, Stoïcâ diſciplina apprimè imbutum fuiſſe. Sed diſſentit quoque à Laërtio Stobæus; ut Caſaubono bellè obſervatum: quòd ille Zenonem ait primum τέλος definiiſſe, τὸ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν: hic verò, tantum τὸ ὁμολογουμένως ζῆν: cui definitioni vocem φύσει addiderit Cleanthes. Ceterùm, proximè memoratos locos Stobæi & Clementis, atque hunc Laërtii, perſpicuè juxtà & eruditè declaratos, vide apud eumdem Lipſium l. II. Manuductionis ad Stoïcam Philoſophiam, Diſſertatione 14, 15, 16, 17, & 18.

Ἑκάτων] Is eſt, Hecaton Rhodius, Philoſophus Stoicus, Panætii diſcipulus. De eo Cicero de Officiis lib. III. *Hecatonem quidem Rhodium, diſcipulum Pa-*

natii, video in his libris, quos de Officiis scripsit Q. Tuberoni, dicere sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris.

Κατ' ἐμπειρίαν τῶν φύσει συμβαινόντων ζῆν] Vertit Cicero lib. III. de Finibus, *vivere, scientiam adhibentem earum rerum quæ naturâ eveniant.* Consule Aldobrandinum.

Μέρη γάρ εἰσιν αἱ ἡμέτεραι φύσεις τοῦ ὅλου, &c.] Quod Stoicorum effatum respexit Marcus Antoninus lib. II. τῶν εἰς ἑαυτόν. Stoïcus & ipse: ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχή· μάλιστα μὲν, ὅταν ἀπόστημα, καὶ οἷον φῦμα κόσμου, ἐφ' ἑαυτῷ γίνηται. τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γινομένων, ἀπόστασίς ἐστι τῆς φύσεως, ἧς ἐν μέρει ἑκάστου τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. Et clariùs suprà, eodem libro II. τούτων ἀεὶ δεῖ μεμνῆσθαι, τίς ἡ τῶν ὅλων, καὶ τίς ἡ ἐμὴ, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ ὁποῖόν τι μέρος ὁποίου τοῦ ὅλου οὖσα· καὶ ὅτι οὐδεὶς ὁ κωλύων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει, ἧς μέρος εἶ, πράσσειν τε ἀεὶ καὶ λέγειν. Et lib. X. ἤτοι ἄτομοι, ἢ φύσις. πρῶτον κεῖσθω, ὅτι μέρος εἰμὶ τοῦ ὅλου ὑπὸ φύσεως διοικουμένου. ἔπειτα, ὅτι ἔχω πῶς οἰκείως πρὸς τὰ ὁμογενῆ μέρη, &c. Etiam Cicero de Finib. III. *Nec verò potest quisquam de bonis & malis verè judicare, nisi omni cognita ratione Naturæ, & vitæ etiam Deorum, & utrum conveniat necne natura hominis cum universa.*

88 Καὶ εὔροιαν βίου] Verbum Stoicorum. Sextus Empiricus lib. X. contra Mathematicos: εὐδαιμονία ἐστὶν, ὡς οἵ τε περὶ τὸν Ζήνωνα καὶ Κλεάνθην καὶ Χρύσιππον ἀπέδοσαν, εὔροια βίου. Epictetus in Enchiridio cap. 13. μὴ ζήτει τὰ γινόμενα γίνεσθαι ὡς θέλεις, ἀλλὰ θέλε τὰ γινόμενα ὡς γίνεται, καὶ εὐροήσεις. Marcus Imperator lib. II. τῶν εἰς ἑαυτὸν sect. 4. ὁρᾷς, πῶς ὀλίγα ἐστὶν ὧν κρατήσας τις, δύναται εὔρουν, καὶ θεοειδῆ βιῶναι βίον; Et X. 6. τούτων δὲ οὕτω περαινομένων ἀνάγκη τὸν βίον εὐροεῖν. Utitur & lib. V. sect. 11. Et ad id respexit Seneca Epist. 120. *Hinc intellecta est illa beata vita, secundo defluens cursu. Próbè fluere* ad verbum dixit Auctor Dialogi de Claris Oratoribus; quem Fabii esse non dubitamus. *cujus vis & utilitas*, (loquitur de Eloquentia) *rebus probè fluentibus, aliorum præsidio & tutelâ intelligitur. Rebus prosperis*, & *ad voluntatem nostram fluentibus*, dixit Tullius I. de Officiis.

Κατὰ τὴν συμφωνίαν τοῦ παρ' ἑκάστῳ δαίμονος] Et hoc ad mentem Stoicorum. Marcus Antoninus lib. II. 15. μὴ αἰσθομένου δὲ ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ τῷ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι. Et III. 4. ubi de viro bono & sapiente: ἱερεύς τις καὶ ὑπουργὸς θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἱδρυμένῳ αὐτοῦ. Et sectione sequenti: ἔτι δὲ ὁ ἐν σοὶ θεὸς, ἕστω προστάτης ζώου ἄρρενος, καὶ πρεσβύτου, καὶ πολιτικοῦ, καὶ Ῥωμαίου, καὶ ἄρχοντος. Et posteà: εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος. Et lib. III. extremo. τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἱδρυμένον δαίμονα. Idem V. 19. συζῆν θεοῖς. συζῇ δὲ θεοῖς ὁ συνεχῶς δεικνὺς αὐτοῖς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἀρεσκουμένην μὲν τοῖς ἀπονεμομένοις, ποιοῦσαν δὲ ὅσα βούλεται ὁ δαίμων, ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ ζεὺς ἔδωκεν ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ. οὗτος δέ ἐστιν, ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος. Eadem mens fuit & Platonicorum. Plotinum vide Enneadis III. libro IV. περὶ τοῦ εἰληχότος ἡμᾶς δαίμονος.

Ὁ μὲν οὖν Διογένης] Diogenes Babylonius.

Φύσιν δὲ Χρύσιππος μὲν ἐξακούει, ᾗ ἀκολούθως δεῖ 89
ζῆν, τήν τε κοινὴν, καὶ ἰδίως τὴν ἀνθρωπίνην. ὁ δὲ Κλεάνθης, τὴν κοινὴν μόνην ἐκδέχεται φύσιν, &c.] Stat à Chrysippo Marcus Antoninus Imperator libro III. sectione 3. ἀλλ' εὐθεῖαν πέραινε, ἀκολουθῶν τῇ φύσει τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ. μία δὲ ἀμφοτέρων τούτων ἡ ὁδός. *Sed rectà perge: naturæ tum propriæ, tum & communi obsecutus: eadem enim est harum utriusque via.*

Τήν τε ἀρετὴν, διάθεσιν εἶναι ὁμολογουμένην] Stobæus: σύμφωνον αὐτῇ περὶ ὅλον τὸν βίον.

Τῇ γε σωφροσύνῃ] Τῇ ἀφροσύνῃ ceteræ Editiones, 90
& Codex Regius, perperam.

Καθάπερ τῇ ψαλίδος οἰκονομίᾳ τὴν ἰσχὺν ἐπιγίνεσθαι] Palatinus & Florentinus, οἰκοδομίᾳ. Rectè.

Ἀπολλοφάνης] Qui infrà eidem Laërtio memora- 92
tur. Meminit Stephanus in Ἀντιόχεια, ubi de diversis Antiochiis: τρίτη Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη, ἥτις παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Ἀσίβη καλεῖται· ὅθεν Ἀπολλοφάνης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, Ἀσιβηνός. Et Tertullianus in libro de Anima: *Dividitur autem in partes; nunc in duas à Platone; nunc in tres à Zenone; nunc in quinque & in sex à Panætio; in septem à Sorano: etiam in octo penes Chrysippum: etiam in novem penes Apollophanem; sed in duodecim penes quosdam Stoicorum; & in duas ampliùs apud Posidonium.* Hæc scripseram, cùm in Varias Lectiones Reinesii lib. III. cap. 2. incidi, à quo didici hujus Apollophanis mentionem quoque fecisse Athenæum lib. VII. 6. sed loco corrupto: Ἐρατοσθένης γοῦν ὁ Κυρηναῖος, μαθητὴς γενόμενος Ἀρίστωνος τοῦ Χίου, ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρίστωνι παρεμφαίνει τὸν διδάσκαλον, &c. Καὶ Ἀφάνης δὲ (γνώριμος δὲ ἦν καὶ οὗτος τοῦ Ἀρίστωνος) ἐν τῷ Ἀρίστωνι καὶ αὐτὸς οὕτως ἐπιγράψας τὸ σύγγραμμα, ἐμφανίζει τὴν τοῦ διδασκάλου φιληδονίαν. Scriptum fuisse ab Athenæo Ἀπολλοφάνης rectè vidit præfatus Reinesius: qui & Apollophanem illum Philosophum Stoicum eumdem esse ac Apollophanem Medicum Antiochi, quem laudat Plinius XXII. 2. & Celsus V. 18. & de quo Polybius lib. V. verisimili quoque conjecturâ existimabat: quamquam diversos faciat Jonsius de Scriptoribus Historiæ Philosoph. II. 6. ubi & Ἀπολλοφάνης in loco Athenæi legendum monuit.

Καὶ ἀδικίαν, καὶ ἀκολασίαν, πρώτας] Meliùs ἐν 93
ταῖς πρώταις, ut scriptum exhibet Stephanica editio: sequitur enim, ἐν ταῖς ὑπὸ ταύταις. Codex Regiæ Bibliothecæ, neque τὸ ἐν πρώταις, neque τὸ πρώτας agnoscit: sed ἀκολασίαν, habet καὶ ἀκρασίαν καὶ βραδύνοιαν.

Εἶναι δὲ ἀνοίας, &c.] Legendum omnino ἀγνοίας: quod vel ipsa vox ἐπιστήμαι, quæ proximè sequitur, manifestum facit. Et ita Codex Regius, & Florentinus, & Palatinus. Sic etiam videtur legisse Aldobrandinus.

Ἀγαθὸν δὲ κοινῶς μὲν, τό τι ὄφελος. ἰδίως δὲ, ἤτοι 94
ταὐτὸν ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας] Confirmat atque ex-

plicat Sextus Empiricus libro x. adverſus Mathematicos paginâ 442. οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ τῶν κοινῶν, ὡς εἰπεῖν, ἐννοιῶν ἐχόμενοι, ὁρίζονται τἀγαθὸν τρόπῳ τῷδε· ἀγαθόν ἐστιν ὠφέλεια, ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας. ὠφέλειαν μὲν λέγοντες, τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σπουδαίαν πρᾶξιν· οὐχ ἕτερον δὲ ὠφελείας τὸν σπουδαῖον ἄνθρωπον καὶ τὸν φίλον. ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ πῶς ἔχοι ἡγεμονικὸν καθεστηκυῖα, καὶ ἡ σπουδαία πρᾶξις ἐνέργεία τις οὖσα κατ' ἀρετήν, ἀντικρύς ἐστιν ὠφέλεια. ὁ δὲ σπουδαῖος ἄνθρωπος καὶ ὁ φίλος, πάλιν τῶν ἀγαθῶν ὄντες καὶ αὐτοὶ, οὔτε ὠφέλεια λεχθεῖεν ἂν ὑπάρχειν, οὐθ' ἕτεροι ὠφελείας, δι' αἰτίαν τὴν αὐτήν. τὰ γὰρ μέρη, φασὶ παῖδες Στωϊκῶν, οὔτε τὰ αὐτὰ τοῖς ὅλοις ἐστὶν, οὔτε ἑτεροῖα τῶν ὅλων· οἷον ἡ χεὶρ· οὔτε ἡ αὐτὴ ἐστὶν ὅλῳ ἀνθρώπῳ· οὐ γὰρ ὅλος ἄνθρωπός ἐστιν ἡ χεὶρ· οὔτε ἑτέρα τοῦ ὅλου. σὺν γὰρ τῇ ὅλῃ χειρὶ, ὅλος ὁ ἄνθρωπος νοεῖται ἄνθρωπος. ἐπὶ οὖν καὶ τοῦ σπουδαίου ἀνθρώπου καὶ τοῦ φίλου μέρος ἐστὶν ἀρετή· τὰ δὲ μέρη οὔτε ταὐτὰ τοῖς ὅλοις ἔσται, οὔτε ἕτερα τῶν ὅλων, εἴρηται ὁ σπουδαῖος ἄνθρωπος καὶ ὁ φίλος οὐχ ἕτερος ὠφελείας. *Atque Stoici quidem communibus, ut ita dicam, hærentes notionibus, Bonum hoc modo definiunt: Bonum eſt utilitas, aut non diverſum ab utilitate. Utilitatem quidem dicentes virtutem, & quæ eſt ex virtute actionem: ab utilitate autem non diverſum hominem bonum & amicum. Nam virtus quidem, cùm ſit quodammodo affectu pars animæ, tenens principatum, & bona quædam ex virtute operatio, apertè eſt utilitas. Bonus quoque homo & amicus, cum rurſus ſint ipſi quoque ex bonis, neque dici debent utilitas, neque diverſi ab utilitate propter hanc cauſam. Partes enim, ajunt Stoici, neque eædem ſunt quæ tota, neque diverſæ à totis: ut, manus neque eadem eſt quæ totus homo (non eſt enim manus totus homo) neque diverſa à toto. Nam cum tota manu totus intelligitur homo. Quoniam ergo viri boni & amici pars eſt virtus, partes autem neque eædem ſunt quæ tota, neque diverſæ à totis, dictus fuit vir bonus & amicus non diverſus ab utilitate.* Et libro III. capite 20. Hypotypoſeon: φασὶν οὖν οἱ Στωϊκοὶ ἀγαθὸν εἶναι, ὠφέλειαν, ἢ οὐχ ἕτερον ὠφελείας· ὠφέλειαν μὲν λέγοντες τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν σπουδαίαν πρᾶξιν· οὐχ ἕτερον δὲ ὠφελείας, τὸν σπουδαῖον ἄνθρωπον καὶ τὸν φίλον, & quæ ſequuntur. Clemens Alexandrinus Pædagogi lib. I. cap. 8. τὸ δὲ ἀγαθὸν, ἢ ἀγαθόν ἐστιν, οὐδὲ ἄλλο ποιεῖ, ἢ ὅτι ὠφελεῖ.

Καὶ τὸ μετέχον αὐτῆς ἀγαθὸν τριχῶς οὕτω λέγεσθαι, &c.] Rectè vidit Lipſius hæc eſſe mutila: namque tripartitò bonum dici à Stoicis ait hoc loco Laërtius: at ipſius duplex eſt diviſio. Deinde exempla quæ affert, peccant. Suppleri poteſt Laërtius è Sexto Empirico, cujus hæc ſunt verba libro x. adverſus Mathematicos pagina 443. ubi de Stoicis: ἔνθεν καὶ κατὰ ἀκολουθίαν τριχῶς εἰπόντες ἀγαθὸν προσαγορεύεσθαι, ἕκαστον σημαινομένων κατ' ἰδίαν πάλιν ἐπιβολὴν ὑπογράφουσι· λέγεται γὰρ ἀγαθὸν (φασὶ) καθ' ἕνα μὲν τρόπον, τὸ ὑφ' οὗ, ἢ ἀφ' οὗ ἐστιν ὠφελεῖσθαι· ὃ δὴ ἀρχικώτατον ὑπῆρχε (an ὑπάρχει?) καὶ ἀρετή. ἀπὸ γὰρ ταύτης, ὥσπερ τινὸς πηγῆς, πᾶσα πέφυκεν ἀνίσχειν ὠφέλεια· καθ' ἕτερον δὲ, τὸ καθὸ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι. οὕτως οὐ μόνον αἱ ἀρεταὶ λεχθήσονται ἀγαθαὶ, ἀλλὰ καὶ αἱ κατ' αὐτὰς πράξεις. εἴπερ καὶ κατὰ ταύτας συμβαίνει ὠφελεῖσθαι. κατὰ δὲ τὸν τρίτον καὶ τελευταῖον τρόπον λέγεται ἀγαθὸν, Τὸ οἷόν τε ὠφελεῖν, ἐκ περιλαμβανούσης τῆς ἀποδόσεως ταύτης, τάς τε ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐναρέτους πράξεις, καὶ τοὺς φίλους, καὶ τοὺς σπουδαίους ἀνθρώπους, θεούς τε καὶ σπουδαίους δαίμονας, &c. *Hinc etiam ex conſequentia cùm trifariam bonum dixerint appellari, unum quodque ſignificatum rurſus deſcribunt propriâ mentis conceptione. Dicitur autem Bonum (inquiunt) uno quidem modo, id eſt, ex quo & à quo licet juvari, quod quidem imprimis & præcipuè eſt virtus. Ab ea enim, tamquam ab aliquo fonte, naturaliter univerſa oritur utilitas. Alio autem dicitur, id per quod accidit ut juvemur. Ita non ſolùm virtutes dicentur bona, ſed etiam quæ fiunt ex iis actiones; ſi quidem per eas quoque accidit ut juvemur. Tertio autem & ultimo modo dicitur Bonum quod poteſt juvare, comprehendente hac definitione & virtutes, & ex virtute actiones, & amicos, & bonos viros, Deoſque, & bonos dæmones.* Item ex Stobæo, apud quem ex mente Stoicorum Bonum etiam trifariam dividitur: à quo utilitas, ἀφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι, per quod utilitas, ὑφ' οὗ συμβαίνει ὠφελεῖσθαι: & utibile, ſive quod poteſt utile eſſe, τὸ οἷον ὠφελεῖσθαι. Sed de eâ boni, ſecundum Stoicos, diviſione, aliiſque diviſionibus videndus omnino Lipſius lib. II. Manuductionis ad Stoicam Philoſophiam Diſſert. 22.

Ἄλλως δὲ οὕτως ἰδίως ὁρίζονται τὸ ἀγαθὸν, τὸ τέλειον κατὰ φύσιν λογικοῦ, ἢ ὡς λογικοῦ] Eſt hæc Diogenis Babylonii definitio. Cato apud Ciceronem libro III. de Finibus: *Boni definitiones paullùm oppidò inter ſe differunt, & tamen eodem ſpectant. Ego aſſentior Diogeni, qui bonum definierit, quod eſſet naturâ abſolutum.* Additum Diogenianæ huic definitioni τὸ λογικοῦ, rei explicandæ aut terminandæ cauſſâ. Nam, ut rectè Lipſius, ſimpliciter κατὰ φύσιν ſi dicas, videtur cavillo locus, & in Infantibus etiam Bonum eſſe, quod negat Seneca. Senecæ verba ſunt epiſtolâ ultimâ. *Quid eſt ſecundum Naturam? quod contingit & protinus nato, non dico Bonum, ſed initium Boni. Atqui non magis Infans adhuc Boni capax eſt, quàm arbor, aut mutum aliquod animal. Quare autem Bonum in iſtis non eſt? quia nec ratio. Ob hoc in Infante quoque non eſt; nam & huic deeſt. Eſt aliquod Irrationale animal, eſt aliquod nondum Rationale, eſt Rationale, ſed imperfectum. In nonnullo horum, Bonum. Ratio iſtud ſecum adfert. Quid ergo inter iſta, quæ retuli, diſtat? Numquam erit Bonum in eo, quod Irrationale eſt, in eo quod nondum Rationale eſt, tunc eſſe Bonum, in imperfecto, jam poteſt eſſe Bonum, ſed non eſt.*

Ἐπιγεννήματα δὲ, τήν τε χαρὰν καὶ τὴν εὐφροσύνην, &c.] Ariſtoteles I. Ethicor. capite 9. aliâ voce, ſed eodem ſenſu, Voluptatem περίαπτον, *appendicem*, appellat: οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν (loquitur de ſtudioſis) ὥσπερ περιάπτου τινὸς, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ. De voce ἐπιγέννημα diximus ſuprà pluribus.

Καὶ τὰ παραπλήσια, ὡσαύτως] Quæ verba & ſequentia, uſque ad καὶ τὰ ὅμοια abſunt ab Editione Baſileenſi.

95 Τῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν εἶναι κατὰ ψυχήν· τὰ δὲ, ἐκτός, &c.] Emenda περὶ ψυχήν. Et ita MSS. quidam. Ceterùm de toto hoc loco videndus Stobæus in Eclogis Ethic. Ita etiam bona dividit Ariſtoteles libro I. Ethicor. cap. 9. φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη εὐδαιμονία.

Τὸ αὐτὸν ἑαυτὸν εἶναι σπουδαῖον καὶ εὐδαίμονα] Corrige ἑαυτῷ, quemadmodum legitur in Editionibus Stephani, & in Codice Regio. In Editione Baſileenſi ſex lineæ hoc loco deſiderantur.

96 Ἔτι τῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν, εἶναι τελικά· τὰ δὲ, ποιητικά, &c.] Cato apud Ciceronem III. de Finibus: *Sequitur illa diviſio, ut Bonorum alia ſint ad illud ultimum pertinentia: (ſic enim appello, quæ τελικὰ dicuntur) alia autem Efficientia, quæ Graci ποιητικὰ, alia, Utrumque. De Pertinentibus; nihil eſt Bonum, præter actiones honeſtas. De Efficientibus, nihil præter Amicum. Sed & Pertinentem & Efficientem Sapientiam volunt eſſe. Nam quia Sapientia eſt conveniens Actio, ex illo Pertinenti genere eſt. Quòd autem honeſtas actiones affert & efficit, ideo Efficiens dici poteſt.*

Ἀλυπίαν, καὶ πᾶσαν, καὶ τὴν κατ' ἀρετὴν, &c.] Corrige, καὶ πᾶσαν τὴν κατ' ἀρετήν. Et ita Membranæ Regiæ.

97 Ποιητικὰ δὲ καὶ τελικὰ εἶναι ἀγαθά] Poſt vocem ἀγαθὰ, addendum exiſtimabat Lipſius ex Stobæo τὰς ἀρετάς. Ecce tibi verba Stobæi: αἱ δὲ ἀρεταὶ πᾶσαι καὶ ποιητικά ἐστιν ἀγαθὰ, καὶ τελικά· καὶ γὰρ ἀπογεννῶσι τὴν εὐδαιμονίαν, καὶ συμπληροῦσι, μέρη αὐτῆς γινόμενα. Vide Lipſium Manuduct. ad Philoſoph. Stoicam II. XXII. Cicero de Finibus 3. *Sequitur illa diviſio; ut bonorum alia ſint ad illud ultimum pertinentia: ſic enim appello quæ τελικὰ dicuntur.* Similiter Origenes in Pſalmum IV. quod in Origenianis notavit Huetus noſter: Κἂν ὡς ἐν ἰατρικοῖς δὲ βοηθήμασι ταῦτα λέγοιτο ἀγαθά, χρὴ ἐκλαμβάνειν ὅτι οὐκ ἐπὶ τελικὰ ἰατρικῆς ἀγαθά, ἀλλὰ ποιητικά. Τελικὸν δὲ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἀγαθὸν, ἡ τοῦ σώματος ὑγίεια.

Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν κακῶν τὰ μὲν εἶναι, &c.] Et hæc omnia uſque ad Ἔτι τῶν περὶ ψυχὴν, hoc eſt, novem ad minus lineæ, in Editione Frobeniana non comparent. Ex quo conjicere licet in his libris παραβεβλημένα multa eſſe: quamquam hæc non rectè abſunt. Ceterùm ex hoc loco conſtat, etiam in malis *finis* appellationem uſurpaſſe Stoicos. Eorum exemplo M. Tullius libros quinque ſcripſit hoc titulo, *De finibus bonorum & malorum*: quod tamen improbat Julius Scaliger; Ciceronemque eo nomine caſtigat Exercitatione CCL. contra Cardanum. *Omnis*, inquit, *finis eſt in genere bonorum. Quocirca non decuit M. Tullium vocem hanc tam ad mala quam ad bona retuliſſe, in ſuorum librorum inſcriptione.*

Ἀμφοτέρως δὲ ἔχοντα] Deeſt exemplum.

98 Ἔτι τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἰσιν ἕξεις· τὰ δὲ, διαθέσεις· τὰ δὲ, &c.] Aliter apud Stobæum, quem vide. Vide & Lipſium.

Παρὰ τὸ πάντας ἀπεχθεῖν τοὺς ἐπιζητουμένους ἀριθμοὺς ὑπὸ τῆς φύσεως] Numeros virtuti tribuebant Stoici. Cicero III. de Officiis. *Illud autem quod rectum Stoici appellant, perfectum atque abſolutum eſt, & ut iidem dicunt, omnes numeros habet.* Et III. de Finibus: *Quæ autem nos aut rectè facta dicamus, ſi placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.* Huc ſpectat quod ait Seneca Epiſt. 71. *Idem eſſe dicebat Socrates veritatem & virtutem. Quomodo illa non creſcit, ſic ne virtus quidem. habet numeros ſuos: plena eſt.* Et Epiſt. 95. *Non poteſt quiſquam niſi ab initio formatus, & tota ratione compoſitus, omnes exequi numeros, ut ſciat quando oporteat, & in quantum, & cum quo, & Quemadmodum.* Marcus τῶν εἰς ἑαυτὸν libro III. τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς dixit. Et libro VI. πᾶν καθῆκον ἐξ ἀριθμῶν τινων συμπληροῦται. *Omne officium quibuſdam numeris conſtat.* 100

Λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν, ἀγαθὸν εἶναι] *Stoici, qui noſtro dogmati in pleriſque concordant, nihil appellant Bonum, niſi ſolam honeſtatem*, inquit Hieronymus in Eſaiæ caput XI. Tacitus quoque Hiſt. IV. ubi de Helvidio Priſco, Stoico: *Doctores Sapientiæ ſequutus, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantùm quæ turpia; potentiam, nobilitatem, ceteraque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant.* Στωϊκῶς ergo Marcus Imp. libro I. extremo: ἐγὼ δὲ τελεωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλὸν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσχρόν. Uno verbo καλοκἀγαθὸν appellabant: quam vocem, quòd ſemper in ore haberent, urbanè ab aliis διακαλοκἀγαθίζεσθαι dicebantur, ut vir elegantiſſimus, Daniel Heinſius obſervabat. Eos autem hæc à Platone, ut & multa alia, accepiſſe, obſervat Patrum Græcorum doctiſſimus Clemens Alexandrinus στρωματέων libro V. ubi eum videas velim. 101

Δοκεῖ δὲ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα εἶναι, &c.] Paradoxum Stoicum, de quo Cicero (quod etiam Aldobrandinus obſervavit) III. de Finibus: *Hoc autem ipſum Bonum non acceſſione, neque creſcendo, aut cum ceteris comparando, ſed propriâ vi ſuâ & ſentimus & appellamus*, &c. *Alia eſt igitur propria æſtimatio virtutis, quæ genere, non creſcendo valet*, &c. *Itaque conſentaneum eſt his quæ dicta ſunt, ratione illorum, qui illum bonorum finem, quod appellamus extremum, creſcere putant poſſe, iiſdem placere eſſe alium alio ſapientiorem, itemque alium magis alio vel peccare, vel rectè facere. Quod nobis non licet dicere, qui creſcere bonorum finem non putamus.* Et poſteà: *Sed quamquam negent nec virtutes nec vitia creſcere, attamen utrumque eorum fundi quodam modo, & quaſi dilatari putant.* Huic Paradoxo Stoico affine eſt & illud, itidem Stoicum, *omnia peccata eſſe paria*, de quo infrà. Ceterùm, pro δέχεσθαι, quod hoc loco legitur, legendum cum Palat. MS. ἐπιδέχεσθαι.

Τῶν δὲ ὄντων φασὶ, τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶναι· τὰ δὲ, κακά· τὰ δὲ, οὐδέτερα.] Adi Lipſium in Manuduct.

II. XXII. & Aldobrandinum hoc loco. Adi & Gellium II. 7.

102 Εὐδοξίκ] Editio Stephanica & Codex Regius δόξα. εὐδοξία magis placet; quamquam & δόξα rectum eſt.

104 Ὠφελεῖν δὲ ἐστι κινεῖν ἢ ἴσχειν, κατ' ἀρετὴν· βλάπτειν δὲ, κινεῖν ἢ ἴσχειν κατὰ κακίαν] Et hoc loco conſulendus Aldobrand.

Διχῶς δὲ λέγεσθαι ἀδιάφορα, &c.] Cum Laërtio conſentit Seneca Epiſtolâ 82. Et Stobæus in Excerptis è Stoicorum libris, quæ à Chryſippo magna ex parte habuiſſe viriſimili conjectura exiſtimabat Lipſius. At Sextus Empiricus Indifferentia trifariam à Stoicis dividi ait; & præter duos modos memoratos Diogeni noſtro, addit ἀδιάφορον: ad quod quidem fertur appetitio: ſed non magis ad hoc quàm ad illud, ut drachmis duabus poſitis, charactere & nitore paribus, cùm alteram oporteat eligere & velim, non magis ad hanc quàm ad illam feror. Indifferentia curioſè & ſubtiliter examinarunt Stoici: qua de re Lipſius in Manuductione II. XXIII.

Τὰ μήτε ἀφορμῆς κινητά] Ita quoque Editio prior. Quantò meliùs Stephanica, & Regiæ Membranæ, & Codex Palatinus! τὰ μήτε ὁρμῆς, μήτε ἀφορμῆς κινητικά. Et ita ſtatim Laërtius: ὁρμῆς γάρ ἐστιν ἐκεῖνα καὶ ἀφορμῆς κινητικά.

Ὡς ἔχει τὸ ἀρτίως ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τρίχας ἢ περιττάς] Quo exemplo uſus quoque eſt Seneca, dictâ Epiſtolâ 82. *Eſt & horum*, inquit, *quæ appellamus* media, *grande diſcrimen. Non enim ſic mors indifferens eſt, quomodo utrum capillos pares habeas. Mors inter illa eſt, quæ mala quidem non ſunt, tamen habent mali ſpeciem.*

Ἢ ἐκτεῖναι τὸν δάκτυλον, ἢ συστεῖλαι] Et hoc exemplum affert Sextus Empiricus Hypotypoſeon III. 24. ubi ex mente Stoicorum περὶ ἀδιαφόρων loquitur, quæ neque προηγμένα ſunt, neque ἀποπροηγμένα. Verba ejus in ſequenti Obſervatione proferemus.

105 Τῶν ἀδιαφόρων, τὰ μὲν λέγουσι προηγμένα· τὰ δὲ, ἀποπροηγμένα, &c.] Sextus dicto loco: οἷον γοῦν οἱ μὲν Στωϊκοὶ, τῶν ἀδιαφόρων φασὶ τὰ μὲν προηγμένα εἶναι· τὰ δὲ, ἀποπροηγμένα· τὰ δὲ, οὔτε προηγμένα, οὔτε ἀποπροηγμένα. προηγμένα μὲν, τὰ ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα, ὡς ὑγίειαν, πλοῦτον· ἀποπροηγμένα δὲ, τὰ μὴ ἱκανὴν ἔχοντα ἀξίαν, ὡς πενίαν, νόσον. μήτε δὲ προηγμένα, μήτε ἀποπροηγμένα, ὡς τὸ ἐκτεῖναι ἢ συγκάμψαι τὸν δάκτυλον. τινὲς δὲ, οὐδὲν τῶν ἀδιαφόρων φύσει προηγμένον ἢ ἀποπροηγμένον εἶναι λέγουσιν· ἕκαστον γὰρ τῶν ἀδιαφόρων παρὰ τὰς διαφόρους περιστάσεις, ὅτε μὲν προηγμένον φαίνεσθαι, ὅτε δὲ ἀποπροηγμένον. εἰ γοῦν, φασιν, οἱ μὲν πλούσιοι ἐπιβουλεύοιντο ὑπὸ τυράννου, οἱ δὲ πένητες εἰρηνεύοιντο, πῶς ἂν ἕλοιτο εἶναι πένης μᾶλλον ἢ πλούσιος· ὡς ἀποπροηγμένον γίνεσθαι τὸν πλοῦτον. *Frodutta* & *Rejecta* Cicero appellat. De his, vide omnino Lipſium in Manuductione ad Stoicam Philoſophiam Diſſert. 23. & 24. Eas voces, ut differentiam inter ἀδιάφορα aperiret, Zenonem primum procudiſſe, obſervat Stobæus in Eclogis Ethicis.

106 Ἀποπροηγμένα δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ψυχικῶν, ἀφυΐαν, [ἀτεχνίαν, καὶ τὰ ὅμοια] Deſiderantur hæc verba in ceteris editionibus. Sed ea rectè agnoſcunt, & Suidas, & Codex Regius, & Palatinus. Et ea etiam habuit Veteris Interpretis Codex, ut patet ex ejus interpretatione. Scaliger ad oram libri aliquid deeſſe notaverat quoque. Etiam in Editione Baſileenſi eſt aſteriſcus, locum mutilum eſſe ſignificans. Vide Leopardum XVII. 5. & hîc Caſaubonum. Ceterùm, pro ἀπὸ legendum ἐπὶ, quemadmodum & apud Suidam & in Regiis Membranis legitur.

Ἔτι δὲ καθῆκόν φασιν εἶναι, ὃ προαχθὲν] Similiter 107
apud Suidam. Legendum utrobique πραχθὲν è Sexto Empirico, cujus hæc ſunt verba libro VII. adverſus Mathematicos, paginâ 167. τὸ δὲ κατόρθωμα εἶναι, ὅπερ πραχθὲν, εὔλογον ἔχει τὴν ἀπολογίαν. Malè quoque apud Stobæum παραχθέν· ὁρίζεται δὲ τὸ καθῆκον, τὸ ἀκόλουθον ἐν ζωῇ, ὃ παραχθὲν, εὔλογον ἀπολογίαν ἔχει.

Κατωνομάσθαι δὲ οὕτως ὑπὸ πρώτου Ζήνωνος τὸ καθῆ- 108
κον] Quod ſuprà monuerat.

Τὰ δὲ, παρὰ τὸ καθῆκον] Addendum videtur ex ſequentibus: τὰ δὲ, οὔτε καθήκοντα, οὔτε παρὰ τὸ καθῆκον. Quæ verba ad oram libri Aldobrandinus annotaverat: ut mihi, qui eum librum vidit, teſtatus eſt amicus noſter Mericus Bigotius. Ea agnoſcit & Suidas, qui totum hunc locum exſcripſit in vocibus καθῆκον & καθήκοντα.

Καὶ ἀεὶ μὲν καθήκει τὸ ἐρωτᾶν, τὸ ἀποκρίνεσθαι, καὶ 109
περιπατεῖν] Ita quoque Editio prior, & Codex Palatinus & Florentinus: niſi quòd in his MSS. pro τὸ ἀποκρίνεσθαι, eſt καὶ ἀποκρίνεσθαι. Sed legendum omnino; quemadmodum legitur in Editione Stephanica; καὶ ἀεὶ μὲν καθήκει, τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν· οὐκ ἀεὶ δὲ, τὸ ἐρωτᾶν, &c.

Ἔστι δὲ καὶ ἐν τοῖς μέσοις, &c.] *Officium medium* 110
Cicero appellat. Vide Aldobr.

Φασὶ δὲ τὴν ψυχὴν εἶναι ὀκταμερῆ, &c.] Chryſippus ſcilicet, & qui eum ſequuti ſunt. Tertullianus de Anima capite 14. *Dividitur autem in partes; nunc in duas à Platone; nunc in tres à Zenone; nunc in quinque, & in ſex à Panætio; in ſeptem à Sorano; etiam in octo penes Chryſippum; etiam in novem penes Apollophanem; ſed & in decem apud quoſdam Stoicorum, & in duas ampliùs apud Poſidonium; qui à duobus exorſus titulis, principali quod ajunt ἡγεμονικὸν, & à rationali, quod ajunt λογικὸν, in duodecim proinde proſecuit.* Fallitur ergo Nemeſius, qui hanc animæ ὀκταμερῆ diviſionem ad Zenonem retulit. Ζήνων, inquit, ὁ Στωϊκὸς ὀκταμερῆ φησιν εἶναι τὴν ψυχήν· διαιρῶν αὐτὴν εἰς τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ εἰς τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ εἰς τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ σπερματικόν. Quod de Stoicis legerat, id Zenonis (à quo Stoici) eſſe exiſtimavit. Id autem legerat apud Plutarchum, cujus ſcripta compilare ſolet. Verba ſunt Plutarchi in IV. de Placitis Philoſophorum: οἱ Στωϊκοὶ ἐξ ὀκτὼ μερῶν τὴν ψυχὴν φασι συνεστάναι· πέντε μὲν τῶν αἰσθητῶν, ὁρατικοῦ, ἀκουστικοῦ, ὀσφρητικοῦ, γευστικοῦ, ἁπτικοῦ· ἕκτου δὲ φωνητικοῦ· ἑβδόμου, σπερματικοῦ· ὀγδόου, αὐτοῦ τοῦ ἡγεμονικοῦ. De animæ partibus, erudita multa congeſſit ad Simplicium Salmaſius. Ceterùm, totum

hunc Laërtii locum reſpexit; immo ad verbum exſcripſit Suidas in πάθος: cujus verba, ut emendentur; ſunt enim corruptiſſima; hîc apponere operæ precium eſt: τῆς ψυχῆς μέρη τὰ πέντε αἰσθητήρια, καὶ τὸ φωνητικὸν μόριον, καὶ τὸ διανοητικὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ διάνοια. (Excidit καὶ τὸ γεννητικὸν, quod ſupplendum ex Laërtio) ἐκ δὲ τῶν ψευδῶν ἐπὶ γίνεσθαι (cortige ἐπιγίνεσθαι) τὴν διαστροφὴν ἐπὶ τὴν διάνοιαν· ἀφ' ἧς πολλὰ πάθη βλαστάνειν, καὶ ἀκαταστασίας αἴτια. ἔστι δὲ αὐτὸ τὸ πάθος, ἡ ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, ἢ ὁρμὴ πλεονάζουσα. τῶν παθῶν τὰ ἀνωτάτω γένη τέσσαρα, λύπη, φόβος, ἐπιθυμία, ἡδονή. δοκεῖ δὲ τὰ πάθη κρίσις εἶναι. (Lege κρίσεις εἶναι.) ἥτε γὰρ φιλαργυρία, ὑπόληψίς ἐστι τοῦ τὸ ἀργύριον καλὸν εἶναι· καὶ ἡ μέθη δὲ καὶ ἡ ἀκολασία ὁμοίως· καὶ τὰ ἄλλα· καὶ τὴν μὲν (Lege καὶ τὴν λύπην) εἶναι συστολὴν ἄλογον. εἴδη δὲ αὐτῆς, ἔλεος, φθόνος, ζῆλος, ζηλοτυπία, ἄχθος, ἐνόχλησις, ἄνοια (Lege ἀνία) ὀδύνη, σύγχυσις. ἔλεον μὲν (excidit εἶναι λύπην) ὡς ἐπὶ ἀναξίως κακοπαθοῦντι. φθόνον δὲ, λύπην ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς. ζῆλον δὲ, λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν καὶ αὐτὸς ἔχει (Supplendum ex Laërtio, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. ζηλοτυπίαν δὲ, λύπην ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλῳ παρεῖναι ἃ καὶ αὐτὸς ἔχει.) ἄχθος, λύπην βαρύνουσαν. ἐνόχλησιν, λύπην στενοχωροῦσαν, καὶ δυσχωρίαν παρασκευάζουσαν. ἄνοιαν, (lege ἀνίαν) λύπην ἐκ διαλογισμῶν μένουσαν, ἢ ἐπιτεινομένην λύπην ἐπίπονον σύγχυσιν (lege ἢ ἐπιτεινομένην ὀδύνην, λύπην ἐπίπονον.) σύγχυσιν, λύπην ἄλογον, ἀποκλείουσαν καὶ κωλύουσαν τὰ παρόντα συνοράν. Apud Laërtium, pro ἀποκλείουσαν, ſcriptum eſt ἀποκναίουσαν.

Καὶ τὸ φωνητικὸν μόριον] Sic etiam Suidas, & Codex Palatinus. φωνητικὸν ὄργανον, ceteræ Editiones.

Καθά φησιν Ἑκάτων ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ παθῶν] Poſt hæc verba, legitur in Editione Stephanica, necnon in MS. Regio & Palatino, καὶ Ζήνων ἐν τῷ Περὶ παθῶν, εἶναι γένη, &c.

111 Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὰ πάθη κρίσεις εἶναι, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ παθῶν] Rectè addidit, καθά φησι Χρύσιππος. Nam Chryſippus quidem perturbationes cenſuit eſſe judicia: hoc eſt, in judiciis eſſe eas poſitas: at verò Zeno, perturbationes non ipſa judicia eſſe ſanxit; ſed quæ ex judiciis conſequerentur, τὰ ἐπιγινόμενα κρίσεσι: nempe contractiones, demiſſiones, morſus, elationes ac diffuſiones. Id diſcimus ex Galeno: cujus hæc ſunt verba lib. IV. de Dogmatis Hippocratis & Platonis: καὶ γὰρ Ζήνωνι κατά γε τοῦτο, καὶ ἐκυτῷ καὶ πολλοῖς ἄλλοις μάχεται τῶν Στωϊκῶν, loquitur de Chryſippo, οἳ οὐ τὰς κρίσεις αὐτὰς σῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλόγους συστολὰς, καὶ ταπεινώσεις, καὶ δήξεις, ἐπάρσεις τε καὶ διαχύσεις ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὰ τῆς ψυχῆς πάθη. Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. IV. ubi de perturbationibus, ex mente Stoicorum, agit, utramque opinionem videtur confudiſſe. *Sed quæ judicia*, inquit, *quæſque opiniones perturbationum eſſe dixi, non in eis perturbationes ſolùm poſitas eſſe dicunt, verùm illa etiam quæ efficiuntur perturbationibus: ut agritudo quaſi morſum aliquem doloris efficiat; metus, receſſum quendam animi & fugam; lætitia, profuſam hilaritatem.* Videndus Salmaſius ad Simplicium pag. 59. & 60.

Καὶ τὴν μὲν λύπην εἶναι συστολὴν ἄλογον, &c.] Quem locum reſpexit Suidas in λύπη: συστολὴ εὔλογος (lege ἄλογος) ψυχῆς· διὸ οὐ λυπηθήσεσθαι τὸν σπουδαῖον δεῖ· (Hæc poſtrema verba in Laërtio infrà comparent.) εἴδη δὲ αὐτῆς, φθόνος, ζῆλος, ζηλοτυπία, ἔχθος, ἐνόχλησις, ἄνοια, ὀδύνη, σύγχυσις. Lege ἀνία.

Ἔλεον μὲν οὖν, &c.] Vide Aldobrandinum, hanc definitionem, & ſequentes, Ciceronianis locis egregiè illuſtrantem.

Ζῆλον δὲ, λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ· ζηλοτυπίαν δὲ, λύπην ἐπὶ τῷ καὶ ἄλλῳ παρεῖναι] In Editione Baſileenſi totus hic locus mancus eſt. Sed neque integer eſt in aliis. Leopardus Emendat. VII. 5. poſt hæc verba ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ, addendum conjiciebat ex Stephani Lexico Ciceroniano, καὶ οὐκ ἔχει. Poſt hæc verò λύπην ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι, illa, ὧν αὐτὸς ἐπεθύμησε, καὶ ἔχει. Ciceronis verba ſunt in IV. Tuſcul. Quæſt. *Æmulatio eſt ægritudo, ſi eo quod concupierit alius, potiatur, ipſe careat. Obtrectatio autem eſt ea quam intelligi Zelotypiam volo, ægritudo ex eo quo alter quoque potiatur, quod ille ipſe concupierit.*

Ὁ δὲ φόβος, ἐστὶ προσδοκία κακοῦ] Vertit Cicero 112
Tuſcul. IV. *Metus eſt opinio impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur.* προσδοκίαν ergo minùs rectè hoc loco *exſpectationem* reddunt Interpretes: nam ſi ita redderemus, vulgaris eſſet & plebeia definitio illa metus, non digna Philoſopho, inquit Salmaſius. προσδοκίαν hoc ſenſu uſurpavit Theophraſtus in Characteribus, cap. περὶ ἀλαζονείας: ἀλαζονεία δὲ δόξειεν εἶναι προσδοκία τινῶν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. Ubi vides προσδοκίαν ἀγαθῶν οὐκ ὄντων eſſe opinationem, quâ ἀλαζὼν ſibi adrogat ſuo ipſius judicio & exiſtimatione bona quæ non habet. Etiam Gloſſæ Veteres: προσδόκιμος. *opinatus, exſpectatus.* Hæc, & plura, Salmaſius ad Simplicium. Non prætereunda ſunt Ulpiani verba in l. 5. D. Quod metus cauſſâ, &c. *Metum accipiendum eſſe Labeo dicit, non quemlibet timorem, ſed majoris malitatis.*

Εἰς δὲ τὸν φόβον ἀνάγεται καὶ ταῦτα, δεῖμα, ὄκνος, αἰσχύνη, ἔκπληξις, θόρυβος, ἀγωνία] Pleniùs apud Ciceronem, dicto loco: *Sub metum autem ſubjecta ſunt, pigritia, pudor, terror, timor, pavor, exanimatio, conturbatio, formido.* Nemeſius, quemadmodum Laërtius, ſex etiam perturbationes tantùm enumerat, quæ metui ſubjectæ ſint: ſed non omnino eaſdem. Ita enim ille cap. 20. de Natura Hominis: διαιρεῖται δὲ καὶ ὁ φόβος εἰς ἕξ· εἰς ὄκνον, εἰς αἰδῶ, εἰς αἰσχύνην, εἰς κατάπληξιν, εἰς ἀγωνίαν, εἰς ἔκπληξιν. Eadem, atque iiſdem verbis, legas apud Johannem Diaconum ad Heſiodi Scutum, pag. 203. At Stobæus: ὑπὸ δὲ τὸν φόβον, ὄκνοι, καὶ ἀγωνίαι, καὶ αἰσχύναι, καὶ θόρυβοι, καὶ ἔκπληξις, καὶ δεισιδαιμονίαι, καὶ δέος, καὶ δείματα.

Δεῖμα μὲν οὖν ἐστι φόβος δέος ἐμποιῶν] At Cicero ibidem definit pavorem, *metum mentem loco moventem:* Andronicus Rhodius, φόβον ὑφορώμενον: Stobæus verò, φόβον ἐκ λόγου.

Αἰσχύνη δὲ, φόβος ἀδοξίας] Andronicus Rhodius & Stobæus, ſimiliter: αἰσχύνη δὲ, φόβος ἀδοξίας. Nemeſius dicto loco: αἰδὼς δὲ, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ ψόγου· κάλλιστον δὲ τοῦτο τὸ πάθος. αἰσχύνη δὲ, φόβος ἐπ' αἰσχρῷ πεπραγμένῳ. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀνέλπιστον εἰς οὐρανίαν. ταύτῃ δὲ διαφέρει αἰδὼς αἰσχύνης, ὅτι ὁ μὲν αἰσχυνόμενος ἐφ' οἷς ἔπραξε, καταδύεται· ὁ δὲ αἰδούμενος, φοβεῖται περιπεσεῖν ἀδοξίᾳ τινί. καλοῦσι δὲ οἱ παλαιοὶ πολλάκις καὶ τὴν αἰδὼ αἰσχύνην, καὶ τὴν αἰσχύνην αἰδὼ, καταχρώμενοι τοῖς ὀνόμασι. Paulò aliter apud Gellium XIX. 6. *Adhuc enim quæri poteſt, quam ob cauſam pudor ſanguinem diffundat, timor contrahat; cùm ſit pudor ſpecies timoris, atque ita definiatur: timor juſtæ reprehenſionis. Ita enim Philoſophi definiunt*, αἰσχύνη, ἐστὶ φόβος δικαίου ψόγου. De differentia τοῦ αἰδὼς & τοῦ αἰσχύνη, videndus Auctor libelli Περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.

Ὄκνος δὲ, φόβος μελλούσης ἐνεργείας] Ad verbum Nemeſius & Stobæus: ἔστι δὲ ὄκνος μὲν φόβος μελλούσης ἐνεργείας. Cicero Tuſcul. IV. *Pigritia, metus conſequentis laboris.*

Ἔκπληξις δὲ, φόβος ἐκ φαντασίας ἀσυνήθους πράγματος] Nemeſius ſimiliter, & Stobæus: ἔκπληξις δὲ φόβος ἐξ ἀσυνήθους φαντασίας. At Cicero Terrorem dixit, *metum concutientem, ex quo ſit ut pudorem rubor, terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur.*

113 Θόρυβος δὲ, φόβος μετὰ κατεπείξεως φωνῆς] Ira apud Andronicum, & Stobæum: θόρυβος δὲ, φόβος μετὰ φωνῆς κατεπείγων.

Ἀγωνία δὲ, φόβος ἀδήλου πράγματος] At Nemeſius: ἀγωνία δὲ, φόβος διαπτώσεως, τουτέστιν ἀποτυχίας· φοβούμενοι γὰρ ἀποτυχεῖν τῆς πράξεως, ἀγωνιῶμεν. Etiam Stobæus: ἀγωνία δὲ, φόβος διαπτώσεως. καὶ ἑτέρως φόβος ἥττης. Accepit uterque ab Andronico, cujus hæc ſunt verba: ἀγωνία δὲ, φόβος διαπτώσεως· ἢ φόβος ἥττης· ἢ φόβος ἐμποιητικὸς ἐναντίων ἐλπίδων, περὶ ὧν ὄρεξιν σφοδρὰν ἔχομεν. Expreſſiùs Ariſtoteles ſect. II. Problemat. 13. ἡ ἀγωνία, φόβος τίς ἐστι πρὸς ἀρχὴν ἔργου, *metus quidam ſuperre inchoanda.*

Ἐπιθυμία δὲ ἐστιν ἄλογος ὄρεξις] Aliàs, ſed quod idem eſt, ἐπιθυμία definitur à Stoicis, ὄρεξις ἀπειθὴς λόγῳ. Stobæus in Eclogis: τὴν μὲν οὖν ἐπιθυμίαν λέγουσιν ὄρεξιν εἶναι ἀπειθῆ λόγῳ. ἄλογος, hoc eſt, ἀπειθὴς λόγῳ, *rationi non conveniens:* non verò, *rationis exſpers.* Cicero lib. III. Tuſculanarum: *Altera cupiditas, quæ rectè vel libido dici poteſt; quæ eſt immoderata appetitio opinati magni boni, rationi non obtemperans.* Et lib. IV. *Libido, vel cupiditas effrænata, quæ adversâ ratione incitata eſt vehementiùs.* ἄλογον, quod verè Salmaſius ad Simplicium obſervabat, Στωϊκῶν παίδες aliter paulò ſolebant uſurpare quàm vulgus Græciæ. Stobæus: τὸ δὲ ἄλογον, καὶ τὸ παρὰ φύσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἄλογον, ὅσον τὸ ἀπειθὲς τῷ λόγῳ.

Ὑφ' ἣν τάττεται καὶ ταῦτα, σπάνις, μῖσος, &c.] Cicero Tuſcul. IV. *Libidini ſubjecta ſunt, ira, exsandeſcentia, odium, inimicitia, diſcordia, indigentia, deſiderium, & cetera ejuſmodi.* Joannes Stobæus in Eclogis Ethicis cap. de affectibus: ὑπὸ μὲν οὖν τὴν ἐπιθυμίαν ὑπάγεται τὰ τοιαῦτα, ὀργὴ, καὶ τὰ εἴδη αὐτῆς, θυμὸς, καὶ χόλος, καὶ μῆνις, καὶ κότος, καὶ πικρίαι, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἔρωτες σφοδροὶ, καὶ πόθοι, καὶ ἵμεροι, καὶ φιληδονίαι, καὶ φιλοπλουτίαι, καὶ φιλοδοξίαι, καὶ τὰ ὅμοια. Iram igitur ſub ἐπιθυμίᾳ, ceu ſpeciem, conſtituebant Stoici. At Ariſtoteles longè aliter, ἡ μὲν λύπη ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, ἡ δὲ ὀργὴ ἐν τῷ θυμοειδεῖ, inquit ille in quarto Topicorum.

Ἔστι δὲ ἡ μὲν σπάνις ἐπιθυμία τις ἐν ἀποτεύξει, &c.] At Cicero: *Indigentia, libido inexplebilis.*

Μῖσος δὲ ἐστιν ἐπιθυμία τις τοῦ κακῶς εἶναί τινι] At Ciceroni odium definitur, *ira inveterata.*

Φιλονεικία δὲ, ἐπιθυμία τις περὶ αἱρέσεως] Aliter Cicero: *Diſcordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta.*

Ὀργὴ δὲ, ἐπιθυμία τιμωρίας, τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως] Ad verbum Andronicus: ὀργὴ μὲν οὖν ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ ἠδικηκέναι δοκοῦντος. ἢ λύπη μεθ' ὑπολήψεως τοῦ ὀλιγωρεῖσθαι. Etiam Ariſtoteles Rhetor. II. ὀργὴν definivit, ὄρεξιν τιμωρίας. Propterea Euſtathius exiſtimabat, ὀργὴν dici ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν, hoc eſt, *concupiſcere:* quaſi nihil aliud ſit Ira quàm appetitus vindictæ. Illum videſis ad Iliad. I. pag. 8. Rom. Edit. Etiam Cicero Tuſcul. IV. *Quæ autem libidini ſubjecta ſunt, ea ſic definiunt, ut Ira ſit libido puniendi ejus, qui videatur læſiſſe injuriâ.* Adde Nemeſium dicto loco: ἔστι δ' ὅτε καὶ ὁ θυμὸς, (ita iram appellat) ἐστὶν ὄρεξις ἀντιτιμωρήσεως· ἀδικούμενοι γὰρ, ἢ νομίζοντες ἀδικεῖσθαι, θυμούμεθα· καὶ γίνεται τότε μικτὸν τὸ πάθος ἐξ ἐπιθυμίας καὶ θυμοῦ. Et Stobæum in Eclogis Ethicis: ὀργὴ μὲν οὖν ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρήσασθαι τὸν δοκοῦντα ἠδικηκέναι.

Ἔρως δὲ, &c. ἔστι γὰρ ἐπιβολὴ φιλοποιΐας] Legendum omnino φιλοποιΐας: ut rectè hic legitur in quibuſdam editionibus. Vitiosè quoque in ſequentibus: εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν φιλευποιΐας, διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. Lege φιλοποιΐας: quamquam φιλευποιΐας quoque apud Suidam, in voce ἔρως, ubi Laërtianum locum exſcripſit. διαιροῦμεν γὰρ, inquit, τὸν ἔρωτα εἴς τε σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων, ὡς Ἐπίκουρος λέγει, ὃν οὐχ οἷόν τε ἀστεῖον εἶναι, καὶ εἰς ἐπιβολὴν φιλευποιΐας, διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον, ὡς οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς. Lectionem noſtram firmant Sexti Empirici verba adverſus Mathematicos. ὡς γὰρ ὁ λέγων τὸν ἔρωτα ἐπιβολὴν εἶναι φιλοποιΐας, συνεμφαίνει τὸ, νέων ὡραίων, καὶ εἰ μὴ κατὰ τὸ ῥητὸν τοῦτο ἐκφέρη· (οὐθεὶς γὰρ γερόντων, καὶ ἀκμῆς ὥραν μὴ ἐχόντων, ἐρᾷ.) Etiam apud Stobæum in Eclogis lib. II. ἔρως δὲ ἐπιβουλὴ φιλοποιΐας διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον. Sed ubi legendum è Sexto & ex Laërtio, ἐπιβολή. Non prætereunda ſunt Ciceronis verba Tuſculanarum Quæſtionum lib. IV. extremo, cùm maximè ad hunc Laërtii locum faciant: *Stoici verò & ſapientem amaturum eſſe dicunt, & amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt.* Vide infrà.

Μῆνις δὲ, ἐστιν ὀργή τις πεπαλαιωμένη καὶ ἐπίκοτος, &c.] Apud Andronicum: ὀργή τις παλαίωσιν ἀ- 114

ποτιθεμένη. Apud Stobæum: μῆνις δὲ, ὀργὴ εἰς παλαίωσιν ἀποτιθεμένη, ἢ ἐναποκειμένη. Scholiaſtes anonymus ad primum verſum Iliados: μῆνιν. ὀργήν, χόλον ἐπίμονον. Euſtathius ad Iliad. α. pag. 8. Edit. Rom. μῆνις κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ ἐπιμένουσα ὀργή. ἐκ τοῦ ΜΕ'ΝΕΙΝ, οὐ μὴν ἐκ τοῦ ΜΑΙ'ΝΕΣΘΑΙ. ἀπὸ τούτου γὰρ ἡ μανία γίγνεται· οὐκ ἔτι μῆνις αὐτὴ οὖσα· οὐδὲ ἄλλο τι εἶδος ὀργῆς· ἀλλὰ φρενῶν ἔκστασις. τινὲς δὲ ΜΗ ΝΙΝ' φασι παρὰ τὸ ΜΗ Ε'Ν· στερεῖ γὰρ, τῆς ἐνότητος διϊστῶσα τοὺς ἐρίζοντας. Et ad Iliad. ξ. pag. 992. ὁ χόλος ἀντὶ τοῦ μῆνις κεῖται ἐν τῷ, Οὕνεκα Ἀχιλλεὺς μένει κεχολωμένος ἦτορ, ὃ καὶ τὴν μῆνιν ὑπεμφαίνει ἐκ τοῦ, μένει κεχολωμένος. ἀπὸ τοῦ μένειν γὰρ ἡ μῆνις. αὐτὴ δὲ οὐδὲν ἄλλο (ita legendum) ἢ μένων χόλος ἐστί. Nemeſius cap. 21. μῆνις δὲ, χολὴ εἰς παλαίωσιν ἀγομένη. εἴρηται γὰρ παρὰ τὸ μένειν καὶ τῇ μνήμῃ παραδεδόσθαι. *Odium* Cicero tranſtulit. *Odium*, inquit Tuſcul. IV. *ira inveterata.*

Ὁ δὲ θυμός, ἐστιν ὀργὴ ἀρχομένη] Andronicus & Stobæus ſimiliter: θυμὸς δὲ, ὀργὴ ἐναρχομένη. Cicero, dicto loco: *Excandeſcentia autem ira naſcens & modò exiſtens: quæ θύμωσις Græcè dicitur.* Gregorius Nazianzenus in libello qui Ὅροι παχυμερεῖς inſcribitur.

Θυμὸς μέν, ἐστιν αἵματος ζέσις φρενός.
Ὀργὴ δὲ, θυμὸς ἐμμένων. ὁ δὲ εἰς κακὸν
Μνήμεων, λοχών τε, Μνησικακία τυγχάνει.

Ammonius, aut quicunque auctor eſt libelli Περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων: Θυμὸς μέν ἐστι πρόσκαιρος· ὀργὴ δὲ, πολυχρόνιος μνησικακία. Quare Euſtathius ad ſuprà memoratum locum Iliad. α. θυμὸν dici putabat ἀπὸ τοῦ θύειν, quod eſt ὁρμᾷν, hoc eſt, *ſubitò commoveri*, ſeu *furere*. Sed Plato in Cratylo deducit ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς, hoc eſt, à fervore, ab æſtu. Etiam Iſidorus Peluſiota: cujus hæc ſunt verba libro IV. epiſtolâ 223. θυμὸς καὶ ὀργὴ, δοκεῖ μὲν ἔν τι εἶναι τὸ αὐτὸ τάχα. ἀλλ' ὁ μὲν, μηνύει τὴν ὀξεῖαν τοῦ πάθους κίνησιν, τὴν καὶ τὰς ἐννοίας κλέπτουσαν. ἡ δὲ, τὴν χρονίαν ἐν τῷ πάθει διατριβήν. διὸ ὁ μὲν παρὰ τὴν ἀναθυμίασιν εἴρηται. τὸ δὲ, παρὰ τὸ ὀργᾶν, καὶ ἀμύνης ἐρᾶν.

Ἡδονὴ δέ ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις, &c.] Exſcripſit totum hunc locum Suidas in ἡδονή: ἡδονὴ δέ ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις ἐφ' ἑτέρῳ (Corrige, ἐφ' αἱρετῷ) δοκοῦντι ὑπάρχειν ὑφ' ἣν τάττεται κήλησις, ἐπιχαιρεκακία, τέρψις, διάχυσις· κήλησις μὲν οὖν ἐστιν, ἡδονὴ δι' ὤτων κατακηλοῦσα· ἐπιχαιρεκακία δὲ, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς· τέρψις δὲ, οἷον τρέψις, καὶ προτροπή τις ψυχῆς (Corrige τῆς ψυχῆς) ἐπὶ τὸ ἀνειμένον· διάχυσις δὲ, ἀνάλυσις ἀρετῆς. Reſpexit & in ἀπάθεια: cujus verba mox adducimus. Similiter apud Ciceronem II. de Finibus: *Sed hoc intereſt quòd voluptas etiam dicitur in animo vitioſa res, ut Stoici putant, qui eam ſic definiunt, ſublationem animi ſine ratione, opinantis ſe magno bono frui.* Et Tuſcul. III. *Bifariam quatuor perturbationes diſtributæ ſunt; nam duæ ſunt ex opinione boni, quarum altera voluptas geſtiens, id eſt, præter modum elata lætitia, opinione præſentis alicujus boni.* Et Philo Judæus II. Alleg. ὁ ὄφις ἡ ἡδονὴ, ἔπαρσις ἄλογος ψυχῆς. & Origenes in Matthæum: ἡδονὴ ἄλογος οὖσα ἔπαρσις τῆς ψυχῆς.

Ὑφ' ἣν τάττεται κήλησις, ἐπιχαιρεκακία, τέρψις, διάχυσις] Stobæus: ὑπὸ δὲ τὴν ἡδονὴν, ἐπιχαιρεκακία, καὶ ἀσμενισμοὶ, καὶ γοητεῖαι.

Κήλησις μέν οὖν ἐστιν ἡδονὴ δι' ὤτων κατακηλῶσα] Cicero: *Delectatio: voluptas ſuavitate auditûs animum deliniens: & qualis eſt hæc aurium, tales ſunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & ſaporum, quæ ſunt omnes unius generis, ad perfundendum animum tamquam illiqueſactæ voluptates.* Legendum autem hoc loco κατακηλοῦσα. Et ita legit Ambroſius. Sic etiam H. Stephanus in Lexico Ciceroniano, & Suidas dicto loco. Adde Andronicum Rhodium in libello περὶ παθῶν: κήλησις δὲ, inquit: ἡδονὴ δι' ἀκοῆς κατακηλοῦσα· ἢ, ἡδονὴ ἐκ λόγου τε καὶ μουσικῆς, ἢ δι' ἀκοῆς γινομένη, ἢ ἀπάτης. Pro hujus vocis acceptione eſt etiam auctoritas Pindari in Ode 1. Pythionic.

--- κῆλα δὲ καὶ
δαιμόνων θέλγει φρένας,

ubi Scholiaſtes notat, κῆλα ibi per contractionem uſurpari pro κηλήματα, quod interpretatur τὰ ὑπὸ τῆς μουσικῆς θέλγματα.

Ἐπιχαιρεκακία δὲ, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς] Eadem, & totidem verbis, legas apud Stobæum. Apud Andronicum verò, ἐπιχαιρεκακία, ἡδονὴ ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας ἀτυχήμασι. Et apud Suidam: ἐπιχαιρεκακία. ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. οὕτως οἱ φιλόσοφοι. *Malevolentiam* Cicero appellavit: quam definivit: *voluptatem ex malo alterius.* Virgilius ad verbum (quamquam alii aliter) *mala mentis gaudia*, Æneid. VI.

Tum conſanguineus Leti Sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque adverſo in limine Bellum.

Hunc affectum eumdem eſſe atque invidiam, cenſuit Ariſtoteles in II. Rhetor. ὁ αὐτὸς, inquit, ἐπιχαιρέκακος καὶ φθονερός. Qui & φθόνον ſimiliter definit ἡδονὴν ἐπὶ ἀλλοτρίοις κακοῖς. De eo affectu inſignis locus eſt apud Johannem Chryſoſtomum Homiliâ 22. ad hæc Pauli ad Romanos, *Gaudere cum gaudentibus & flere cum flentibus:* τὸ μὲν συναλγεῖν τοῖς θρηνοῦσιν, εἰκότως ἐπέταξεν. τὸ δὲ ἕτερον, τί ὅπποτε ἐκέλευσεν, οὐδὲν μέγα ὄν; καὶ τοιγε ἐκεῖνο φιλοσοφωτέρας δεῖται ψυχῆς, τὸ χαίρειν μετὰ χαιρόντων, μᾶλλον ἢ τὸ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. τοῦτο μὲν γὰρ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ κατορθοῖ, καὶ οὐδεὶς οὕτω λίθινος, ὃς οὐ κλαίει τὸν ἐν συμφοραῖς ὄντα. ἐκεῖνο δὲ γενναίας σφόδρα δεῖται ψυχῆς, ὥστε τῷ εὐδοκιμοῦντι μὴ μόνον μὴ φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ συνήδεσθαι. *Quòd dolentibus condoleamus, meritò præcepit. aliud verò, cùm ſit nihil magni, quare præcepit? Certè illud ipſum majore philoſophia opus habet: nimirum gaudere cum gaudentibus, quàm quod flendum dicit cum flentibus. Id ipſum enim & ipſa natura ultro operatur. Nemo ſiquidem adeo lapideus eſt, ut eum qui in calamitatibus eſt, non deſleat. Illud verò valde generoſam mentem requirit, ut non ſolùm non invideat ei qui clarus eſt & celebris, ſed & congaudeat.*

Ὡς δὲ λέγεταί τινα ἐπὶ τοῦ σώματος ἀῤῥωστήματα· 115
οἷον, ποδάγρα, &c.] Etiam Cicero Tuſcul. Quæſt. IV. *Quemadmodum enim cùm ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis in corpore, morbi, ægrotationeſque*

tationeſque naſcuntur : ſic pravarum opinionum conturbatio, & ipſarum inter ſe repugnantia, ſanitate animam ſpoliat, morbiſque perturbat. Ex perturbationibus autem primùm morbi conficiuntur, quæ vocant illi νοσήματα, eique quæ ſunt eis morbis contraria, quæ habent ad res certas vitioſam offenſionem, atque faſtidium : deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα : hiſque item oppoſitæ contrariæ offenſiones. Hoc loco nimium operæ conſumitur à Stoicis, maximè à Chryſippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi ſimilitudo, &c.

Τὸ γὰρ ἀῤῥώστημά, ἐστι νόσημα μετὰ ἀσθενείας· τὸ δὲ νόσημα, οἴησις σφόδρα δοκοῦντος αἱρετοῦ] Vertit Cicero dicto loco: *Ægrotatio, morbus cum imbecillitate. Animi ægrotatio, opinatio vehemens de re non expetenda, tamquam valde expetenda ſit, inhærens & penitus inſita.* Apud Stobæum : νόσημα δ' εἶναι δόξαν ἐπιθυμίας ἐῤῥυηκυῖαν εἰς ἕξιν καὶ ἐνσκιῤῥωμένην, καθ' ἣν ὑπολαμβάνουσι τὰ μὴ αἱρετὰ, σφόδρα αἱρετὰ εἶναι. οἷον, φιλογονίαν, φιλοινίαν, φιλαργυρίαν.

Καὶ ὡς ἐπὶ τοῦ σώματος εὐεμπτωσίαι τινὲς λέγονται, οἷον κατάῤῥους καὶ διάῤῥοια· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς εἰσὶν εὐκαταφορίαι, οἷον φθονερία, ἀνελεημοσύνη, &c.] εὐκαταφθορίαι vitiosè apud Stobæum in Excerptis Ethicis: ἕξεις δὲ μόνον τὰς δ' εὐκαταφθορίας, οἷον τὴν φθορίαν, τὴν ἐπιλυπίαν, καὶ τὰ ὅμοια. Legendum, ut apud noſtrum, εὐκαταφορίας. Vitiosè quoque τὴν φθορίαν, pro φθονερίαν. Rectè apud eumdem Stobæum ibidem: εὐεμπτωσίαν δ' εἶναι εὐκαταφορίαν εἰς πάθος, εἴς τι τῶν παρὰ φύσιν ἔργων. οἷον, ἐπιλυπίαν, ὀργιλότητα, φθονερίαν, ἀκροχολίαν, καὶ τὰ ὅμοια. Verùm & apud Laërtium noſtrum pro ἀνελεημοσύνη legendum ἐλεημοσύνη. Non enim veriſimile eſt Stoicos inter morbos, aut propenſiones ad morbos, poſuiſſe affectum ſeu habitum non miſerendi, cùm ſuprà ex eorum dogmatibus in cenſu perturbationum, quas morbos vocabant, ἔλεον poſuerit Laërtius, & miſericordiam cadere in Sapientem negarint Stoici, ut notiſſimum eſt. ἀνελεημοσύνην ſcripſere Librarii, ſuam potiùs, quàm Stoicorum opinionem ſecuti.

Εἶναι δὲ εὐπαθείας φασὶ τρεῖς, χαρὰν, εὐλάβειαν, βούλησιν, &c.] Quæ verba ad verbum retulit Suidas in εὐπάθεια : εὐπάθεια, inquit, διάχυσις, καὶ ἄνεσις τῆς ψυχῆς, καὶ τρυφή· ἡ εὐπάθεια διαιρεῖται εἰς χαρὰν, εὐλάβειαν, βούλησιν. καὶ τὴν μὲν χαρὰν ἐναντίαν εἶναι τῇ λύπῃ φασίν, οὖσαν εὔλογον ἔπαρσιν, τὴν δὲ εὐλάβειαν τῷ φόβῳ, οὖσαν εὔλογον ἔκπλιτιν· φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν Σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβηθήσεσθαι δὲ. τῇ δὲ ἐπιθυμίᾳ ἐναντίαν εἶναι τὴν βούλησιν, οὖσαν εὔλογον ὄρεξιν· καθάπερ οὖν ὑπὸ τὰ πρῶτα πάθη πίπτει τινὰ, τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὸ τὰς πρώτας εὐπαθείας καὶ ὑπὸ μὲν τὴν βούλησιν, εὔνοιαν, εὐμένειαν, ἀσπασμὸν, ἀγάπησιν· ὑπὸ δὲ τὴν εὐλάβειαν, αἰδῶ, ἀγνείαν· ὑπὸ δὲ τὴν χαρὰν, τέρψιν, εὐφροσύνην, εὐθυμίαν.

116 Καὶ τὴν μὲν χαρὰν ἐναντίαν φασὶν εἶναι τῇ ἡδονῇ, οὖσαν εὔλογον ἔπαρσιν] Idem legas apud Suidam in χαρά. Suidæ verba mox afferemus.

Τὴν δὲ εὐλάβειαν, τῷ φόβῳ, οὖσαν εὔλογον ἔκκλισιν] Similiter apud Ciceronem: *quomodoque bona appetimus, ſic à malis naturâ declinamus: quæ declinatio, ſi cum ratione fiat*, cautio *appellatur*. Et apud Andronicum Rhodium εὐλάβεια, εὔλογος ἔκκλισις, ἢ φυλακὴ κακοῦ, ἢ ἐπιμέλεια φυλακῆς.

Φοβηθήσεσθαι μὲν γὰρ τὸν σοφὸν οὐδαμῶς, εὐλαβηθήσεσθαι δὲ] Cicero Epiſtolâ quâdam ad Brutum: *Neque metuam quidquam, & cavebo omnia.*

Ὑπὸ δὲ τὴν χαρὰν, τέρψιν, εὐφροσύνην, &c.] Juſtus Lipſius in Manuductione III. 5. vocem τέρψιν, aut delendam putat; cùm jam ante in contraria parte, ubi de Voluptate, habuerit locum: ὑφ' ἡδονὴν τάττεται κήλησις, ἐπιχαιρεκακία, τέρψις, διάχυσις: aut pro ea reponendum θάρσος, id eſt, *fiduciam*. Tamen Τέρψις quoque ſcriptum reperitur apud Suidam in loco ſuprà allato; & in Voce χαρά. χαρὰ, inquit, ἡδονὴ, εὐφροσύνη, τέρψις. τινὲς φασι κατὰ τὸ ὑποκείμενον, ταὐτὸν σημαινόμενον εἶναι· Πρόδικος δὲ ἐπειρᾶτο ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων τούτων ἰδιόν τι σημαινόμενον ὑποτάσσειν· ὥσπερ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, χαρὰν μὲν λέγοντες, εὔλογον ἔπαρσιν· τέρψιν δὲ, τὴν διὰ θεωρίας ἡδονήν· εὐφροσύνην δὲ, τὴν διὰ λόγων ἡδονήν. nihil igitur mutandum.

Φασὶ δὲ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ ἀνέμπτωτον 117
εἶναι] Nihil teſtatius in libris Veterum hoc Stoicorum decreto. Vide tamen Gellium XIX. 12. & XII. 5. præcipuè verò Lipſium in Manuductione III. 7. Peripatetici contrà & Platonici, τὸν σοφὸν μετριοπαθῆ μὲν εἶναι, ἀπαθῆ δὲ οὐκ εἶναι, dicebant. Ceterùm & hunc locum exſcripſit Suidas in ἀπαθῆ.

Εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἀπαθῆ τὸν φαῦλον, ἐν ἴσῳ λεγόμενον τῷ σκληρῷ καὶ ἀτέκτῳ] ἀτρέπτῳ, Editio Stephanica. Lege cum MS. Regio ἀτέγκτῳ. Homo ἄτεγκτος dicitur, cujus cor emolliri nequit, nec verbis, nec lacrimis. Etiam ἀτέγκτῳ ſcriptum eſt apud Suidam, qui hæc verba retulit in Voce ἀπαθῆ.

Οἵ ἐστι φαῦλος] Lege, ὅ ἐστι φαῦλον, ex Suida, qui hunc Laërtii locum retulit in ἀτυφία : ἀτυφόν φασιν εἶναι τὸν σοφόν· ἴσως γὰρ ἔχει πρός τε τὸν ἔνδοξον καὶ ἄδοξον. Εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἄτυφον κατὰ τὸν εἰκαῖον τεταγμένον, ὅ ἐστι φαῦλον.

Καὶ αὐστηροὺς δὲ φασιν εἶναι πάντας τοὺς σπουδαίους, τῷ μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλων τὰ πρὸς ἡδονὴν προσδέχεσθαι] Stobæus in Eclogis Ethicis pag. 183. αὐστηρόν τε λέγεσθαι τὸν σπουδαῖον, καθ' ὅσον οὔτε προσφέρει τινὶ, οὔτε προσίεται τὸν πρὸς χάριν λόγον. *Auſterum quoque Sapientem ponunt, quatenus ad gratiam ſermonem nec profert, nec admittit.* Perſius Sat. v. de eo qui audire & dicere verum libenter ſolet:

Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto.

Exſcripſit hunc Laërtii locum Suidas in Voce αὐστηρὸς; ſed paulò aliter. Ibi legitur : αὐστηροὺς εἶναί φασι πάντας τοὺς σοφοὺς καὶ σπουδαίους, τῷ μήτε αὐτοὺς κατὰ ἡδονὴν ὁμιλεῖν, μήτε παρ' ἄλλοις τὰ καθ' ἡδονὴν παραδέχεσθαι.

Καὶ ἄλλον δὲ εἶναι αὐστηρόν] Caſaubonus ad Perſium Sat. I. legendum monet, καὶ ἄλλως δὲ εἶναι αὐστηρόν. Sed nihil opus hac emendatione. Noſter ſuprà : εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἀπαθῆ. Et poſteà : εἶναι δὲ καὶ ἄλλον ἄτυφον. Etiam apud Suidam, qui hunc locum retulit in αὐστηρὸς, legitur καὶ ἄλλον.

Παραπλησίως λεγόμενον τῷ αὐστηρῷ οἴνῳ, ᾧ πρὸς μὲν φαρμακοποιΐαν χρῶνται, πρὸς δὲ πρόποσιν οὐ πάνυ] Galenus lib. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας: ἕνεκα γὰρ τούτου καὶ τοῦ συστῆσαι ῥευμένην γαστέρα χραίμεθα τοῖς αὐστηροῖς οἴνοις· ἄλλως οὐκ ἂν χρησάμενοι, διὰ τὸ, μήτ' ἀνάδοσει τροφῆς, μήθ' αἱματώσει, μήτ' εὐχυμίᾳ, μήτ' οὖρον εὐρίᾳ, μήθ' ἱδρώτων ἐκκρίσει, μήτε γαστρὸς ὑπαγωγῇ συντελεῖν αὐτούς.

118 Ἀκιβδήλους τοὺς σπουδαίους, &c.] Exſcripſit hunc locum Suidas in ἀκίβδηλον: ἀκίβδηλον, καθαρόν. Καὶ ἀκιβδήλους φασὶν εἶναι τοὺς σπουδαίους· φυλακτικούς τε εἶναι τοὺς ἐπὶ τὸ βέλτιον τὰ περὶ αὐτοὺς παριστάναι διὰ παρασκευῆς δυναμένους. καὶ τὰ φαῦλα μὲν ἀποκρυπτούσης, τὰ δὲ ὑπάρχοντα ἀγαθὰ φαίνεσθαι ποιούσης ἁπλάστως. περιῃρηκέναι γὰρ ἐν τῇ φωνῇ τὸ πλάσμα καὶ τῷ εἴδει. Qui locus corruptiſſimus, ex Laërtio noſtro emendandus. In Palatino Laërtii Codice ſcriptum eſt: φυλακτικούς τε εἶναι αὐτοὺς ἐπὶ τὸ βέλτιόν τι περὶ αὐτῶν παριστάναι.

Φαίνεσθαι ποιούσης ἁπλάστως. περιῃρηκέναι γάρ] Ita quoque apud Suidam. Utrobique legendum contendit Mericus Caſaubonus, ἁπλάστους.

Τὸ πλάσμα] Rectè. & ita Suidas. τῷ πλάσματι minùs rectè ceteræ Editiones. Ceterùm, de voce ſimiliter Plutarchus in Vita Ciceronis: ἡ δὲ φωνὴ, πολλὴ μὲν ἀγαθὴ· σκληρὰ δὲ, ἄπλαστος. Et ibidem: ἥ τε φωνὴ καὶ λαμβάνουσα πλάσιν.

Ἀπράγμονάς τε εἶναι, &c.] Et hunc locum retulit Suidas in ἀπράγμων: ἀπράγμονας δεῖ εἶναι (an δὲ εἶναι?) τοὺς σπουδαίους. ἐκκλίνειν τε τὸ πράττειν τι παρὰ τὸ καθῆκον· καὶ οἰνωθήσεσθαι μέν, &c.

Καὶ οἰνωθήσεσθαι μέν, οὐ μεθυσθήσεσθαι δέ] Cujus decreti ratio adfertur in Stobæanis Eclogis: οὐχ οἷόν τε μεθυσθήσεσθαι τὸν νοῦν ἔχοντα· τὴν γὰρ μέθην ἁμαρτητικὸν παρέχειν· λήρησιν εἶναι παρὰ τὸν οἶνον. ἐν μηδενὶ δὲ τὸν σπουδαῖον ἁμαρτάνειν. *Non poſſe ebrium fieri, mente præditum: nam ebrietatem aliquid peccati habere & addere; atque eſſe delirationem à vino: in nullo autem peccare Sapientem.* Non placuit hoc Stoicum dogma Perſæo apud Athenæum XIII. 9. Verba ejus ſunt: καὶ ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἀνὴρ μεθυσθείη ἄν. Neque Senecæ Stoico. Ita enim ille Epiſtolâ 83. *Nam ſi argumentaberis Sapientem multo vino inebriari & retinere rectum tenorem, etiamſi temulentus ſit, licèt colligas nec veneno poto moriturum, nec ſopore ſumpto dormiturum, nec elleboro accepto, quidquid in viſceribus hærebit, ejecturum dejecturumque. Sed ſi tentantur pedes, lingua non conſtat, quid eſt, quare illum exiſtimes in parte ſobrium eſſe, in parte ebrium?* Qua de re videndus Lipſius in Manuductione III. 18. Tamen Seneca libro de Tranquillitate capite 15. *Nonnumquam & uſque ad ebrietatem veniendum: non ut mergat nos, ſed ut deprimat.* ubi particula *uſque*, cum excluſione accipienda eſt. Illud Stoicum decretum reſpexit Philo Judæus in libro περὶ φυτουργίας, ubi de Noëmo, qui vineam plantavit, & vinum bibit, & inebriatus eſt. ὥστε, inquit, ἀναγκαῖον τὰ προσήκοντα περὶ μέθης εἰπεῖν. εὐθὺς γὰρ εἰσόμεθα καὶ τὴν δύναμιν τοῦ παρέχοντος αὐτῇ τὰς ἀφορμὰς φυτοῦ. τὰ μὲν οὖν εἰρημένα τῷ νομοθέτῃ περὶ μέθης εἰσόμεθα ἐπ' ἀκριβείας αὖθις· νυνὶ δὲ ἐξερευνήσομεν ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις ἔδοξεν. ἐσπουδάσθη δὲ παρὰ πολλοῖς τῶν φιλοσόφων ἡ σκέψις οὐ μετρίως· προτείνεται δὲ ὄντως, εἰ μεθυσθήσεται ὁ σοφός. ἔστι τοίνυν τὸ μεθύειν διττόν. ἓν μὲν, ἴσον τι τῷ οἰνοῦσθαι· ἕτερον δὲ, ἴσον τῷ ληρεῖν ἐν οἴνῳ. τῶν δὲ ἐπιχειρισάντων τῇ προτάσει, οἱ μὲν ἔφασαν μήτε ἀκράτῳ πλείονι χρῆσθαι τὸν σοφὸν, μήτε ληρήσειν· τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημα, τὸ δὲ ἁμαρτήματος εἶναι ποιητικόν, ἑκάτερον δὲ ἀλλότριον κατορθοῦντος. οἱ δὲ τὸ μὲν οἰνοῦσθαι καὶ σπουδαίῳ προσῆκον ἀπεφήναντο· τὸ δὲ ληρεῖν ἀνοίκειον. τὴν γὰρ ἐν αὐτῷ φρόνησιν ἱκανὴν εἶναι τοῖς βλάπτειν ἐπιχειροῦσιν ἀντιστατῶσαι, καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ψυχῇ νεωτερισμὸν αὐτῶν καθελεῖν. δύναμιν δὲ περιβεβλῆσθαι φρόνησιν παθῶν σβεστήριον, εἴτε ὑπὸ φλεγμαινόντος ἔρωτος οἰστρῳ ἀνερρίπισμένων, εἴτε ὑπὸ πολλοῦ καὶ ζέοντος ἐξημμένων οἴνου, δι' ἣν ὑπεράνω στήσεται. ἐπεὶ καὶ τῶν κατὰ ποταμοῦ βαθέος ἢ θαλάττης δυομένων, οἱ μὲν ἄπειροι τοῦ ναυτίλλεσθαι διαφθείρονται· οἱ δὲ τοῦ πράγματος ἐπιστήμονες τάχιστα διασώζονται, καὶ μὴν ὥσπερ χειμάῤῥους, ὁ πολὺς ἄκρατος ἐπικλύζων τὴν ψυχὴν, τοτὲ μὲν βρίθουσαν εἰς ἀμαθείας ἔσχατον βυθὸν κατέῤῥιψε· τοτὲ δὲ ὑπὸ τῆς σωτηρίου παιδείας ἐπικουφιζομένην καὶ ἐπελαφριζομένην οὐδὲν ἰσχυσε βλάψαι. Ceterùm, & hunc locum Laërtii exſcripſit Suidas in ἀπράγμων.

Οὐδὲ μανήσεσθαι· προσπεσεῖσθαι μέντοι ποτὲ αὐτῷ φαντασίας ἀλλοκότους, &c.] Meminit Cicero in III. Tuſculanarum. *Furorem autem rati ſunt mentis ad omnia cacitatem: quod cùm majus eſſe videatur quàm inſania, tamen ejuſmodi eſt, ut furor in Sapientem cadere poſſit, non poſſit inſania.* Vide Aldobr. Corruptè autem apud Suidam προεποιεῖσθαι legitur, pro προσπεσεῖσθαι.

Οὐδὲ μὴν λυπήσεσθαι τὸν σοφὸν, διὰ τὸ, τὴν λύπην, ἄλογον εἶναι συστολὴν ψυχῆς] Suidas, in λύπη: συστολὴ εὔλογος ψυχῆς. διὸ οὐ λυπηθήσεσθαι τὸν σπουδαῖον δεῖ.

Θείους τε εἶναι· ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ θεόν] De 119
dæmone qui in nobis eſt, diximus ſuprà.

Εἶναι δὲ τὴν εὐσέβειαν, ἐπιστήμην θεῶν θεραπείας] Ad verbum, Sextus Empiricus libro VIII. adverſus Mathematicos paginâ 330. ἔστι γὰρ εὐσέβεια, ἐπιστήμη Θεῶν θεραπείας. Et Stobæus in Eclogis Ethicis: εὐσέβειαν δὲ, ἐπιστήμην θεῶν θεραπείας. At Hermes apud Lactantium Divin. Inſtitut. II. 6. ἡ γὰρ εὐσέβεια, γνῶσίς ἐστι τοῦ θεοῦ. Locum Laërtii reſpexit Suidas in εὐσέβεια. εὐσέβεια, inquit, ἐπιστήμη θεοῦ θεραπείας· σπουδαῖοι τοιγαροῦν θύειν θεῷ ἁρμόδιοι, ἁγνοὶ τυγχάνοντες· ἁγνεύειν γὰρ τὰ περὶ θεὸν ἁμαρτήματα· καὶ τὸν θεὸν ἅγασθαι αὐτούς· ὁσίους τε γὰρ εἶναι καὶ δικαίους· καὶ μὴν τούτους ἱερέας εἶναι. ἐπεσκέφθαι γὰρ περὶ θυσιῶν, ἱδρύσεων, καὶ καθαρμῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν πρὸς τὸ θεῖον οἰκείων. Ubi obſervare eſt ἁγνεύειν vitiosè legi, pro eo quod apud noſtrum legitur ἐκνεύειν.

Μόνους ἱερέας τοὺς σοφούς.] Plenius apud Stobæum in Eclogis Ethicis: λέγουσι δὲ καὶ ἱερέα μόνον εἶναι τὸν σοφὸν, φαῦλον δὲ μηδένα. τὸν γὰρ ἱερέα εἶναι δεῖ ἔμπειρον νόμων τῶν περὶ θυσίας, καὶ εὐχάς, καὶ καθαρμούς, καὶ ἱδρύσεις, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· πρὸς δὲ

τούτοις καὶ ἄλλους, διά τε τὸ εὐσεβείας δεῖσθαι, καὶ ἐμπειρίας, τῆς τῶν θεῶν θεραπείας, καὶ ἐντὸς εἶναι τῆς φύσεως τῆς θείας· μηδενὶ τούτων ὑπάρχειν τῶν φαύλων. διὸ καὶ πάντας εἶναι τοὺς ἄφρονας, ἀσεβεῖς· τὴν γὰρ ἀσέβειαν, κακίαν οὖσαν, ἄγνοιαν εἶναι θεῶν θεραπείας· τὴν δ' εὐσέβειαν, ὡς εἴπομεν, ἐπιστήμην θεῶν θεραπείας. ὁμοίως δὲ ἀνοσίους εἶναι τοὺς φαύλους· τὴν γὰρ ὁσιότητα ὑπογράφεσθαι δικαιοσύνην πρὸς θεούς· τοὺς δὲ φαύλους παρεκβαίνειν πολλὰ τῷ πρὸς θεοὺς δικαίῳ· παρὸ καὶ ἀνοσίους εἶναι, καὶ ἀκαθάρτους, καὶ μιαροὺς, καὶ ἀνεορτάστους. τὸ γὰρ ἑορτάζειν περὶ ἀστείους φησὶν εἶναι, τῆς ἑορτῆς οὔσης χρόνου τινὸς, ἐν ᾧ χρὴ περὶ τὸ θεῖον γίνεσθαι τιμῆς χάριν, καὶ καθηκούσης ἐπιστημασίας· ὅθεν καὶ τὸν ἑορτάζοντα συγκαθηκέναι δεῖ μετ' εὐσεβείας εἰς τὴν τοιαύτην τάξιν. Videndus Gaſpar Schioppius in Elementis Stoicæ Philoſophiæ Moralis capite 126.

120 Ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς ἴσα ἡγεῖσθαι τὰ ἁμαρτήματα] Quo nomine Stoicorum filios deridendos propinat Tullius in Oratione pro Muræna: *Omnia peccata eſſe paria; omne delictum ſcelus eſſe nefarium: nec minùs delinquere eum, qui gallum gallinaceum, cùm opus non fuerit, quàm qui patrem ſuffocaverit.* De hoc Paradoxo Stoico videſis Lipſium in Manuduct. III. 31. Adde Auguſtinum epiſtolâ 29. ad Hieronymum *De parilitate peccatorum*, *ſoli*, inquit, *Stoici auſi ſunt diſputare contra omnem ſenſum generis humani.* Stoicos ſecutus eſt Jovinianus.

Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν Ἠθικῶν ζητημάτων] Plutarcho in libro de Contradictionibus Stoicorum citatur Chryſippus ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Ἠθικῶν Ζητημάτων.

Καὶ Ζήνων] Cujus rationes vide apud Sextum Empiricum adverſus Mathemat. pag. 216.

Καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν Κανώβῳ] Seneca alicubi; non enim vacat locum quærere: *Qui propè eſt, etiam extra eſt.* Vide hîc Aldobr.

121 Ἡρακλείδης μέντοι ὁ Ταρσεὺς] Non memoratus ipſi Laërtio in Vita Heraclidis; ubi varios Heraclidas recenſet.

Πολιτεύεσθαί φασι τὸν σοφὸν, ἂν μή τι κωλύῃ.] Corrige πολιτεύσεσθαι, quemadmodum edidit H. Stephanus in Ciceroniano Lexico, & ut ſcriptum reperitur in nonnullis MSS. Laërtianis. Hoc Stoicorum decretum, & ſequentia, reſpexit Cicero III. de Finibus: *Ut ſapiens velit gerere & adminiſtrare Remp. atque, ut è natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare*, &c.

Χρύσιππος ἐν πρώτῳ Περὶ βίων] Quod opus quatuor libris conſtabat, teſte Plutarcho in libro de Contradictionibus Stoicorum: μίᾳ σύνταξις περὶ βίων, τέτταρα βιβλία. Sed de eo libro infrà pluribus ad Indicem librorum Chryſippi.

Ἔτι τε μὴ δοξάσειν τὸν σοφόν. τουτέστι ψεύδει μὴ συγκαταθήσεσθαι μηδενί] Similiter in Stobæanis Eclogis: ψεῦδος δὲ ὑπολαμβάνειν οὐδέποτέ φασι τὸν σοφὸν· οὐδέποτε παράπαν ἀκαταλήπτῳ τινὶ συγκατατίθεσθαι· διὰ τὸ μηδὲ δοξάζειν αὐτὸν, μηδὲ ἀγνοεῖν μηδέν. Et apud Lactantium Divinar. Inſtitut. III. 4. *Recte Zeno & Stoici, opinationem repudiarunt. Opinari enim quod neſciat, non eſt Sapientis, ſed temerarii potiùs ac ſtulti.* Rectè autem hoc Zenoni tribuit, cùm hujus decreti primus auctor fuerit. *Nemo enim ſuperiorum*, ait Cicero IV. Academ. *non modò expreſſerat, ſed ne dixerat quidem poſſe hominem nihil opinari: nec ſolum poſſe, ſed ita neceſſe eſſe Sapienti.* Hæc, & plura, Lipſius in Manuduct. III. 8. ubi eum vide.

Κυνιεῖν τε αὐτόν] Quod etiam teſtatur Cicero III. de Finibus: *Cynicorum autem rationem atque vitam alii cadere in Sapientem dicunt*, (de Stoicis loquitur) *ſi quis ejusmodi fortè caſus inciderit, ut id faciendum ſit: alii nullo modo.* Et Stobæus in Eclogis Ethicis paginâ 184. κυνιεῖν τε τὸν Σοφὸν λέγουσιν, ἴσον τῷ ἐπιμένειν τῷ κυνισμῷ, οὗ μὴν Σοφὸν ὄντα ἀναρξασθαι τοῦ κυνισμοῦ. De Stoicæ ſectæ ſocietate cum Cynica, dixi ſuprà ad Menedemum, quò Legentes remitto. Videndus & Arrianus in Diſſertationibus.

Εἶναι γὰρ κυνισμὸν εὔτονον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν] Sic quoque Palatinus Codex. σύντονον, Editio Frobeniana. σύντομον, Stephanica; quod malo: & ita etiam legitur ſuprà libro VI. extremo. σύντομος ὁδὸς, eſt *via compendiaria*: quæ & abſolutè ἡ σύντομος dicitur Ariſtoteli libro IV. de Generat. Animal. σύντονος rectè de inceſſu uſurpari poteſt. Ita σύντονον πορείαν ἐπ' ἀρετὴν, id eſt, *inceſſum ad virtutem vehementem & concitatum*, dixit Plutarchus in Eroticis. At de via, minùs propriè, cum εὔτονος, tùm σύντονος, meâ quidem ſententiâ, uſurparetur.

Γεύεσθαί τε καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν, κατὰ περίστασιν] Sextus Hypotypoſeon III. 24. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνθρωπείων γεύσασθαι σαρκῶν, παρ' ἡμῖν μὲν ἄθεσμον, παρ' ὅλοις δὲ βαρβάροις ἔθνεσιν ἀδιάφορόν ἐστι· καὶ τί δεῖ τοὺς βαρβάρους λέγειν, ὅπου καὶ ὁ Τυδεὺς τὸν ἐγκέφαλον τοῦ πολεμίου λέγεται φαγεῖν; καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς οὐκ ἄτοπον εἶναί φασι τὸ, σάρκας τινὰ ἐσθίειν, ἄλλων τε ἀνθρώπων καὶ ἑαυτοῦ. *Nec non humanas carnes edere, apud nos quidem eſt illicitum: at ſunt quædam Nationes Barbaræ, in quibus omnes ad unum hoc pro re indifferenti habent. Et quid Barbaros commemorare oportet, cùm Tydeus ipſe cerebrum hoſtis ediſſe dicatur? Et Stoici à ratione alienum non eſſe dicant, ut quis carnes edat, cum aliorum, tùm verò ſuas.* Et capite ſequenti: καὶ ἀνθρωποφαγεῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς Συντάγμασι (loquitur de Chryſippo, deque ejus libris de Republ.) ἡμῖν ἐπεισάγει. φησὶ γοῦν, Καὶ ἐὰν τῶν ζώντων ἀποκοπῇ τι μέρος πρὸς τροφὴν χρήσιμον, μήτε κατορύττειν αὐτὸ, μήτε ἄλλως ῥίπτειν· ἀναλίσκειν δὲ αὐτὸ, ὅπως ἐκ τῶν ἡμετέρων ἕτερον μέρος γένηται. *Quin etiam in iiſdem libris humanarum carnium eſum inducit; ait enim: Quòd ſi ex vivis abſcindatur aliqua pars ad eſum utilis, neque defodere illam, neque temere projicere: ſed eam conſumere, ut ex noſtris alia pars fiat.*

Μόνον τε ἐλεύθερον· τοὺς δὲ φαύλους, δούλους] Et de hoc Paradoxo Stoico videndus Lipſius in Manuduct. III. 12. Laërtii totum hunc locum exſcripſit Suidas in Voce δοῦλοι: καὶ δοῦλοι, οἱ φαῦλοι τῶν κακῶν· οἱ δὲ σπου-

δαῖοι, ἐλεύθεροι, &c. Ita interpungenda Suidæ verba. δοῦλοι τῶν κακῶν, ſunt *ſervi peccati*; ut loquitur Paulus Apoſtolus.

Εἶναι γὰρ ἐλευθερίαν, ἐξουσίαν αὐτοπραγίας, &c.] Optimè in hanc rem Arrianus Diſſertationum Epicteti libro IV. capite I. quod eſt περὶ ἐλευθερίας. ſtatim initio: ἐλεύθερός ἐστιν, ὁ ζῶν ὡς βούλεται, ὃν οὔτ' ἀναγκάσαι ἐστὶν, οὔτε κωλύσαι, οὔτε βιάσασθαι· οὗ αἱ ὁρμαὶ ἀνεμπόδιστοι, αἱ ὀρέξεις ἐπιτευκτικαὶ, αἱ ἐκκλίσεις ἀπερίπτωτοι. *Liber eſt, qui vivit ut vult: qui nec cogi, nec prohiberi, nec vim pati poteſt: cujus appetitiones non impediuntur, deſideria non fruſtrantur, averſationes non ſunt irritæ.* Et meliùs Cicero Parad. V. *Quid eſt enim libertas? poteſtas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit ut vult, niſi qui recta ſequitur; qui gaudet officio? cui vivendi via conſiderata atque proviſa eſt? qui legibus non propter metum paret? nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, niſi libenter ac liberè?* Videndus Philo Judæus in libro Quòd omnis probus, liber: ubi, ut hoc obiter dicam, ἐλευθερία veriſſimè appellatur ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς εὐδαιμονίας: *beatitudinis principium & fons.* Obiter & hîc obſervamus vocem ἐλεύθερος ab inuſitato ἔω (hoc eſt *eo*, & unde ipſum Latinum *eo*) eſſe deductum. ἔω, ἔλω, ἐλέω, ἐλεύω, ἐλεύθω; unde ἦλθον; ἐλεύθερος: quia liber facultatem habet eundi quò vult. Qua de re videndus Cujacius Obſervationum libro 14. cap. 27.

122 Εἶναι δὲ καὶ ἄλλην δουλείαν. τὴν ἐν ὑποτάξει, &c.] Suidas dicto loco: εἶναι δὲ καὶ ἄλλην δουλείαν τὴν ἐν ὑποτάξει· καὶ τρίτην ἐν κτήσει ᾗ ἀντιτίθεται ἡ δεσποτεία, φαύλη οὖσα καὶ αὐτή, &c.

Οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σοφοὺς ἀλλὰ καὶ βασιλέας, &c.] Cujus Paradoxi meminit quoque Plutarchus in libello quo Stoicos magis inopinata quàm Poëtas protuliſſe ait; & Horatius paſſim. De eo plura Lipſius in Manuductione III. 13. Exſcripſit & hunc locum Suidas dicto loco: οὐ μόνον δὲ ἐλευθέρους εἶναι τοὺς σπουδαίους, ἀλλὰ καὶ βασιλέας· ὁ γὰρ βασιλεὺς ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος· ἥτις περὶ μόνους ἂν σοφοὺς συσταί. Mendoſam eſſe ultimam hanc vocem nemo non videt. Pro ea legendum videtur συσταίη. Et ſic quoque reponendum apud Laërtium; apud quem ſcriptum eſt σταίη. Sed apud Suidam quoque ex Laërtio legere mallem ἡ γὰρ βασιλεία.

Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ τοῦ κυρίως κεχρῆσθαι Ζήνωνα τοῖς ὀνόμασιν] Nam Zeno, ut ait Cicero libro III. de Finibus, *non tam rerum inventor fuit, quàm nouorum verborum.*

Ὁμοίως τε καὶ ἀρχικοὺς, δικαστικούς τε καὶ ῥητορικοὺς μόνους εἶναι] Plutarchus de communibus Notionibus contra Stoicos: μόνους βασιλεῖς, καὶ μόνους πλουσίους, καὶ καλούς· αὐτοὺς καὶ πολίτας καὶ δικαστὰς μόνους. Sed ea de re jam pluribus ſuprà.

123 Ἁβλαβεῖς τε εἶναι· οὐ γὰρ ἄλλους βλάπτειν, οὔτε ἑαυτούς] Paria habet Stobæus in Ethicis paginâ 182. λέγουσι δὲ καὶ τὸν σοφὸν ἀνύβριστον εἶναι· οὐθ' ὑβρίζεσθαι γὰρ, οὔθ' ὑβρίζειν. Rationem addit: διὰ τὸ τὴν ὕβριν ἀδικίαν εἶναι κατισχύουσαν, καὶ βλάβην. μήτε δὲ ἀδικεῖσθαι, μήτε βλάπτεσθαι τὸν σπουδαῖον, &c.

Ἐλεήμονός τε μὴ εἶναι, συγγνώμην τε ἔχειν μηδενί, &c.] Etiam Stobæus in Eclogis Ethicis, & in Serm. XLIV. ubi & rationem aliam affert: φασὶ μηδέποτε συγγνώμην ἔχειν, καὶ νομίζειν τὸν ἡμαρτηκότα μὴ παρ' αὐτὸν ἡμαρτηκέναι, πάντων ἁμαρτανόντων παρὰ τὴν ἰδίαν κακίαν. διὸ καὶ δεόντως λέγεσθαι τὸ μὴ συγγνώμην ἔχειν τοῖς ἁμαρτάνουσι. Et Seneca II. de Clementia; ubi & ipſe rationem aliam reddit: *Venia*, inquit, *eſt pœnæ meritæ remiſſio. Ergo ei ignoſcitur, qui puniri debuit: Sapiens autem nihil facit quod non debet; nihil prætermittit quod debet: itaque pœnam, quam exigere debet, non donat.* Hinc *Zenonius herus* apud Athenæum IV. 16. pro inclementi & immiſericordi. Seneca dicto loco dura iſta, ut videntur, & inhumana, mitigat: *Sed illud, quod ex veniâ conſequi vis, honeſtiore tibi via tribuit. Parcit enim Sapiens; conſulit; & corrigit. Idem facit quod ſi ignoſceret, nec ignoſcit: quoniam qui ignoſcit, fatetur aliquid ſe, quod fieri debuit, omiſiſſe.* Nequaquam igitur à Tullio in Oratione pro Muræna tantopere agitari merebatur hoc Stoicorum decretum. Sed id condonandum Oratori, qui cauſſæ ſuæ patrocinabatur. Quin & ipſe Cicero fatetur, illa ſibi apud Imperitos dicta, & coronæ aliquid datum eſſe. Ciceroni Oratori Ciceronem Philoſophum opponit Schioppius. Ita enim ille IV. Tuſculanarum Peripateticis reſpondet: *Cur miſereare potiùs quàm feras opem, ſi id facere poſſis? an ſine miſericordia liberales eſſe non poſſumus? non enim ſuſcipere ipſi ægritudines propter alios debemus: ſed alios, ſi poſſumus, levare ægritudine.* Lipſium adito in Manuduct. III. 19. & Schioppium in Elementis Stoicæ Philoſophiæ Moralis cap. 127. Tamen humaniſſimus Imperator Marcus Antoninus, ſectâ licèt Στωϊκώτατος, paſſim ſuis aureis libellis φιλανθρωπίαν laudat. Et ſanè nimis rigidè id negarunt Stoici generi humano, quod ab eo, ut loquitur Daniel Heinſius, nomen habet. Marci Imperatoris locus eſt inſignis libro II. τῶν εἰς ἑαυτὸν ſect. XI. τὰ μὲν γὰρ ἐκ θεῶν, αἰδέσιμα, δι' ἀρετὴν· τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων, φίλα, διὰ συγγένειαν· ἔστι δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἐλεεινὰ, δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Cautè addit τρόπον τινὰ, ne à ſecta longiùs diſcederet. Corrigendus obiter Cyprianus Epiſtolâ 52. *Alia eſt Philoſophorum & Stoicorum ratio, qui dicunt omnia peccata paria eſſe, & virum gravem non facilè flecti oportere.* Legendum videtur *Philoſophorum Stoicorum.*

Ἐπεὶ τό γε εἰκεῖν, καὶ ὁ ἔλεος, αὐτή τε ἡ ἐπιείκεια, οὐδεμιᾷ ἐστι ψυχῇ πρὸς κολάσεις προσποιουμένη χρηστότητα, &c.] Legendum videtur cum Caſaubono, αὐτή τε ἡ ἐπιείκεια εὐδεμία ἐστὶ ψυχῇ πρὸς κολάσεις προσποιουμένη χρηστότητα, id eſt, *Quippe indulgentia, & miſericordia, atque ipſa æquitas nulla animo ineſt, quæ aliquam ipſi afferat benignitatem ſeu molliciem exigendis pœnis, faciatque videri pœnas duriores.* Favet Caſaubonianæ emendationi Editio prior, ubi legitur ψυχῆ & προσποιουμένη: nec non Regius Codex, in quo ψυχῇ quoque ſcriptum eſt.

Τὸν σοφὸν εὐδὲν θαυμαίζειν τῶν δοκούντων παραδόξων] Quò reſpexiſſe videtur Horat. in Epiſt. ad Numicium:

Nil admirari, propè res eſt una, Numici,
Soláque, quæ poſſit facere & ſervare beatum.

Huc facit quod de Pythagora narrat Plutarchus in libello περὶ τοῦ ἀκούειν. Interrogatus quid ſibi è Philoſophiæ ſtudio ſupereſſet, *Nihil admirari*, inquit. Hanc admirationis vacuitatem, ἀθαυμαστίαν, uno verbo, vocant Græci.

Χαρώνεια] Sunt loca quæ odores peſtilentes exhalant. πλευτώνεια aliis dicuntur. A Latinis *Oſtia Ditis* appellantur. Horum meminere Lucretius, Cicero, Strabo, Plinius, Galenus, alii. Conſule Caſaubonum ad Strabonis librum v.

Ἀμπώτιδας] Exſcripſit integrum hunc locum; & ad verbum; Suidas, in Voce ἄμπωτις: ἄμπωτις. λῆξις· ἡ ξηρασία. ἢ πλημμύρα. Τὸν σπουδαῖον εὖ δεῖ θαυμάζειν τῶν δοκούντων τι παραδόξων, οἷον χαρώνεια, καὶ ἀμπώτεις, καὶ πηγὰς θερμῶν ὑδάτων, καὶ πυρὸς ἀναφυσήματα. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐν ἐρημίᾳ βιώσεται ὁ σπουδαῖος, κοινωνικὸς ὢν φύσει καὶ πρακτικός.

Κοινωνικὸς γὰρ φύσει καὶ πρακτικός] Nemeſius de Natura Hominis capite 1. φύσει γὰρ συναγελαστικὸν καὶ πολιτικὸν ζῶον γέγονεν ὁ ἄνθρωπος. εἰς γὰρ οὐδεὶς αὐτάρκης ἑαυτῷ πρὸς ἅπαντα. δῆλον οὖν ὡς αἱ πόλεις διὰ τὰ συναλλάγματα καὶ τὰ μαθήματα συνίστησαν. Habent omnes ab Ariſtotele: cujus hæc ſunt verba Polit. libro I. capite 2. ἐκ τούτων οὖν φανερὸν, ὅτι τῶν φύσει ἡ πόλις ἐστὶ, καὶ ὅτι ἄνθρωπος φύσει πολιτικὸν ζῶον. Propterea Arabibus homo vocatur *Inſanon*: quaſi, familiarem, cicurem, & ſociabilem dicas.

24 Εὔξεταί τε (φασὶν) ὁ σοφὸς, αἰτούμενος τὰ ἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν] Nam & Deos precandos, erant ex Philoſophis qui negarent; etiam ex iis qui Deos eſſe credebant. Vide Maximum Tyrium in Diſſertatione huic rei deſtinata, Περὶ τοῦ εἰ εὐκτέον, & Juvenalem Sat. x.

Ἑκάτων ἐν τρισκαιδεκάτῳ Περὶ παραδόξων] Palat. ἐν τῷ γ' Περὶ παραδόξων.

Λέγουσι δὲ καὶ τὴν φιλίαν ἐν μόνοις τοῖς σπουδαίοις εἶναι] Quæ eſt etiam Ciceronis ſententia. Ita enim ille in Dialogo de Amicitia: *Sed hoc primum ſentio niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe.* Et poſtea: *Ita verum fuit illud, quod initio dixi, amicitiam niſi inter bonos eſſe non poſſe.*

Φασὶ δὲ αὐτὴν κοινωνίαν τινὰ εἶναι τῶν κατὰ βίον] Sic etiam rectè Codex Palatinus. Minùs rectè ceteræ Editiones; immo perperam; αὐτοῖς.

Καὶ τὴν πολυφιλίαν ἀγαθόν] Aliter Ariſtoteles Ethicorum lib. IX. cap. 10.

Ἔν τε τοῖς φαύλοις μὴ εἶναι φιλίαν. μηδενί τε τῶν φαύλων φιλονεικεῖν.] Obſervat ad hunc locum Mericus Caſaubonus, Iſaacium, patrem ſuum, ad oram horum verborum, in editione Stephanica, ſcripſiſſe: *Galeſius: μηδένα δὲ τῶν φαύλων, φίλον ἔχειν*: quam veriſſimam eſſe lectionem, ipſe Mericus non dubitat: cui ego facilè aſſentior. Addit Mericus, Galeſium illum, nec auditum ſibi hactenus, nec ſibi viſas ejus Notas in Laërtium. Is eſt Petrus Galeſius, natione Hiſpanus; & vir doctiſſimus & acutiſſimus, ut eum vocat Jacobus Cujacius Obſervationum libro x. cap. 12. Ejus meminit honorificè & Iſaacus Caſaubonus ad Athenæum & ad Theocritum. Nullas Notas ſcripſit in Laërtium. Exſtare audio ejus librum de ſecundis nuptiis: neque enim illum vidiſſe, contigit mihi: nec qui illum viderit, vidi. Docuit Coloniæ Allobrogum & Burdigalæ. Calvinianæ addictus ſectæ cùm crederetur, hæreſeos nomine Romæ accuſatus, cùm probatio deeſſet, de eo quæſtio habita eſt. Tandem in Belgio, vivicremio vitam finivit.

Πάντας τε τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι] Cicero IV. Tuſc. *Stoici videbantur monſtra dicere. Nunc autem ita diſſerunt: Omnes ſtultos inſanire: ut male olere cœnum: at non ſemper. Commove, ſenties.* Et lib. III. *Omnes perturbationes animi, Morbos Philoſophi appellant: negantque Stultum quemquam his morbis vacare. Qui autem in morbo ſunt, ſani non ſunt: Et omnium Inſipientium animi in morbo ſunt. Omnes Inſipientes igitur inſaniunt.* Spectat verò hoc Stoicorum dogma ad paritatem peccatorum. De eo conſulendus Lipſius in Manud. III. 20.

Πάντα τε εὖ ποιεῖν τὸν σοφὸν, &c.] Adeò ut nec eum 125
fugere dicant. Teſtatur Cicero in Epiſtola ad Brutum 14. *Cedebas enim, Brute, cedebas: quoniam Stoici veſtri negant fugere Sapientes.* Editio Stephanica, pro πάντα, habet πάντας. Et ita legit Vetus Interpres; qui vertit, *Sapientem omnibus benefacere.* Vitiosè prorſus. Stobæus in Ethicis pag. 169. λέγουσι δὲ καὶ πάντ' εὖ ποιεῖν τὸν σοφὸν, ἃ ποιεῖ. δῆλον· οὐ τρόπον γὰρ λέγομεν πάντ' εὖ ποιεῖν τὸν αὐλητὴν, ἢ κιθαρῳδὸν, συνυπακουομένου τοῦ ἔτι τὰ μὲν κατὰ τὴν αὐλησιν, τὰ δὲ κατὰ τὴν κιθαρῳδίαν· τὸν αὐτὸν τρόπον πάντα εὖ ποιεῖν τὸν φρόνιμον, καὶ ὅσα ποιεῖ, καὶ οὐ μὰ Δία καὶ ἃ μὴ ποιεῖ. & quæ ſequuntur. Qui locus huic noſtro Laërtiano omnino affinis eſt.

Τὸν Γ'σμηνίαν] Tibicinem: cujus meminit Ælianus Var. Hiſt. IV. 16. Plutarchus in Demetrio, & in Libello, cui titulus *Non poſſe ſuaviter vivi ſecundum Epicurum*, & alii. Vide ſuprà in Cratete lib. IV.

Τὰς δὲ ἀρετὰς λέγουσιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, &c.] Contrà Ariſtoteles: τάς τε ἀρετὰς ἔφη μὴ ἀντακολουθεῖν, inquit noſter in ejus Vita. Quem locum Laërtii, non de moralibus virtutibus accipiendum, ut ipſe accipit, ſed de naturalibus, rectè vidit Aldobrandinus: Morales enim virtutes inter ſe connexas eſſe, diſertis verbis affirmat Ariſtoteles Ethic. VI. non item naturales.

Καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν· εἶναι γὰρ αὐτῶν τὰ θεωρήματα κοινά, &c.] Eadem legere eſt apud Stobæum in Ethicis. Dignus verò locus, ut integer hîc, quamquam prolixior, apponatur: πάσας δὲ τὰς ἀρετὰς ὅσαι ἐπιστῆμαι εἰσὶ καὶ τέχναι, κοινά τε θεωρήματα ἔχειν, καὶ τέλος, ὡς εἴρηται, τὸ αὐτὸ, διὸ καὶ ἀχωρίστους εἶναι· τὸν γὰρ μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν, καὶ τὸν κατὰ μίαν πράττοντα, κατὰ πάσας πράττειν. διαφέρειν δ' ἀλλήλων καὶ τοῖς κεφαλαίοις· φρονήσεως μὲν εἶναι κεφάλαια, τὸ μὲν θεωρεῖν καὶ πράττειν, ὃ ποιητέον, προηγουμένως· καὶ δὲ τὸν δεύτερον λόγον, τὸ θεωρεῖν, καὶ ἃ δεῖ ἐπονέμειν χάριν τοῦ ἀδιαπτώτως πράττειν, ὃ ποιητέον· τῆς δὲ σωφροσύνης ἴδιον κεφάλαιόν ἐστι, τὸ παρέχεσθαι τὰς ὁρμὰς εὐσταθεῖς,

καὶ θεωρεῖν αὐτὰς προηγουμένως· κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον τὰς ὑπὸ τὰς ἄλλας ἀρετὰς, ἕνεκα τοῦ ἀδιαπτώτως ἐν ταῖς ὁρμαῖς ἀναστρέφεσθαι· καὶ ὁμοίως τὴν ἀνδρείαν προηγουμένως μὲν πᾶν ὃ δεῖ ὑπομένειν· κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον τὰ ὑπὸ τὰς ἄλλας· καὶ τὴν δικαιοσύνην προηγουμένως μὲν, τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ σκοπεῖν· κατὰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον καὶ τὰ λοιπά.

126 Τὸν γὰρ ἐνάρετον, θεωρητικόν τε εἶναι, καὶ ποιητικὸν τῶν πρακτέων, &c.] Exſcripſit hunc locum Suidas, voce ἀρετὴ, his verbis: τὸ γὰρ ἐνάρετον, θεωρητικὸν εἶναι, καὶ ποιητικὸν τῶν ποιητέων. τὰ δὲ ποιητέα, καὶ αἱρετέα ἐστὶ, καὶ ὑπομονητέα, καὶ ἐμμενετέα. ὥστε εἶναι, τὰ μὲν, αἱρετῶς ποιεῖν· τὰ δὲ, ὑπομονητικῶς· τὰ δὲ, ἐμμενετικῶς. φρόνιμός τε ἐστὶ, καὶ ἀνδρεῖος, καὶ δίκαιος, καὶ σώφρων. κεφαλαιοῦσθαι δὲ ἑκάστην τῶν ἀρετῶν περί τι ἴδιον κεφάλαιον. οἷον, τὴν ἀνδρείαν περὶ τὰ ὑπομονητέα· τὴν φρόνησιν, περὶ τὰ ποιητέα, καὶ μὴ, καὶ οὐδέτερα. ὁμοίως καὶ τὰς ἄλλας περὶ τὰ οἰκεῖα τρέπεσθαι. Ubi obſervare eſt varietatem aliquam lectionis, nec non interpunctionis. Pergit Suidas: ὅτι αἱ πολιτικαὶ ἀρεταὶ κατακοσμοῦσιν ἡμᾶς, καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν, ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τὰς ἐπιθυμίας, καὶ ὅλως τὰ πάθη μετροῦσαι καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι· τῷ ὅλως ἀμείνονι, καὶ τῷ ὡρίσθαι, καὶ τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω εἶναι. τὰς δὲ πολιτικὰς ἀρετὰς ὁ Πλάτων, ἀλλαχοῦ καθάρσεις λέγει. τέσσαρες ἀρεταί, ὅτι ἕπεται τῇ φρονήσει εὐβουλία καὶ σύνεσις· τῇ δὲ σωφροσύνῃ, εὐταξία καὶ κοσμιότης· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ, ἰσότης καὶ εὐγνωμοσύνη· τῇ δὲ ἀνδρείᾳ, ἀπαραλλαξία καὶ εὐτονία. Quæ poſtrema verba, τέσσαρες ἀρεταί, ὅτι ἕπεται, &c. conſona ſunt his, quæ mox apud Laërtium noſtrum leguntur, ἕπονται δὲ, τῇ μὲν φρονήσει εὐβουλία καὶ σύνεσις· τῇ δὲ σωφροσύνῃ, εὐταξία καὶ κοσμιότης· τῇ δὲ δικαιοσύνῃ, ἰσότης καὶ εὐγνωμοσύνη· τῇ δὲ ἀνδρείᾳ, ἀπαραλλαξία καὶ εὐτονία. Non prætereundum quod de hac voce in Ecloga Vocum Atticarum Phrynichus obſervabat; eam videlicet eſſe Stoicorum, ac minùs antiquam: ἐνάρετος· πολὺ παρὰ Στωϊκοῖς κυκλεῖται τοὔνομα, οὐκ ὂν ἀρχαῖον.

127 Ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς μηδὲν μέσον εἶναι ἀρετῆς καὶ κακίας· τῶν Περιπατητικῶν, &c.] Quod etiam, ſed aliâ ſimilitudine, adſtruit Horatius Sat. II. 3.

Quem mala ſtultitia, & quemcumque inſcitia veri
Cæcum agit, Inſanum hunc Chryſippi porticus & grex
Autumat. hæc populos, hæc magnos formula Reges,
Excepto Sapiente, tenet. Nunc accipe, quare
Deſipiant omnes, aquè ac tu, qui tibi nomen
Inſano poſuere. Velut ſilvis, ubi paſſim
Palantes error certo de tramite pellit:
Ille ſiniſtrorſum, hic dextrorſum abit: unus utrique
Error, ſed variis illudit partibus: hoc te
Crede modo inſanum, nihilo ut ſapientior ille,
Qui te deridet, caudam trahat.

Adſtruit id ipſum & alia ſimilitudine Cicero IV. de Finibus; ex mente Stoicorum videlicet; nam id ibidem poſteà refellit; aut ſaltem refellere conatur: *Nihil adjuvat procedere & progredi in virtute quò minùs miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit: quoniam in aqua nihilo magis reſpirant, qui jam ad ſummam eam adpropinquant, quàm qui ſunt in profundo: & quoniam catuli, qui jam deſpecturi ſunt, cæci æquè, ut ii qui modò nati. Platonem quoque neceſſe eſt, quoniam nondum videbat ſapientiam, æque cæcum animo ac Phalarim fuiſſe.* Vide Lipſium in Manud. III. 20. Ceterùm, pro μηδὲν μέσον εἶναι, habent Editiones Stephanicæ μηδὲν μεταξὺ εἶναι. Ita quoque apud Stobæum pag. 169. ἀρετῆς δὲ καὶ κακίας οὐδὲν εἶναι μεταξύ. Et apud Suidam, voce ἀρετὴ, ubi hunc Laërtii locum ſic exſcripſit: ὅτι φασὶν οἱ Στωϊκοὶ μηδὲν μεταξὺ εἶναι ἀρετῆς καὶ κακίας. οἱ δὲ Περιπατητικοὶ μεταξὺ λέγουσιν εἶναι τὴν προκοπήν. ὡς γὰρ δεῖν φασιν οἱ Στωϊκοὶ, ἢ στρεβλὸν εἶναι ξύλον, ἢ ὀρθὸν, οὕτως, ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον. οὔτε δὲ δικαιότερον, οὔτε ἀδικώτερον. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.

Τῶν Περιπατητικῶν μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας εἶναι λεγόντων τὴν προκοπὴν] Quam opinionem adverſùs Stoicos tuetur Plutarchus in libello de profectu in virtute, ubi eum vide. Ariſtoteles autem in libro Categoriarum cap. de contrariis, inter φαῦλον & σπουδαῖον medium quidem ſtatuit quid, ſed quod nomine careat.

Καὶ μὴν τὴν ἀρετὴν Χρύσιππος μὲν, ἀποβλητήν· Κλεάνθης δὲ, ἀναπόβλητον. ὁ μὲν, ἀποβλητὴν, διὰ μέθην καὶ μελαγχολίαν· ὁ δὲ, ἀναπόβλητον, διὰ βεβαίους καταλήψεις] Cleanthis ſententia placuit Senecæ. Ita enim ille Epiſt. 1. *Eo majore animo ad emendationem noſtri debemus accedere, quòd ſemel traditi Boni perpetua poſſeſſio eſt. Non dediſcitur Virtus: contraria enim Mala in alieno hærent; ideo expelli & exſtirpari poſſunt: fideliter ſedent quæ in locum ſuum venerunt. Virtus ſecundùm Naturam eſt,* &c. *Virtutes receptæ exire non poſſunt.* Sed contrà Ariſtoteles Virtutem amitti poſſe exiſtimavit in Categoriis cap. de Qualitate: διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως, τῷ χρονιωτέραν εἶναι καὶ μονιμωτέραν. τοιαῦται δὲ αἵτε ἐπιστῆμαι καὶ αἱ ἀρεταί· ἥτε γὰρ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν παραμονιμωτέρων εἶναι, καὶ δυσκινήτων, ἐὰν καὶ μετρίως ἐπιστήμην τις λάβῃ, ἐάν περ μὴ μεγάλη μεταβολὴ γένηται ὑπὸ νόσου, ἢ ἄλλου τινὸς τοιούτου· ὡσαύτως καὶ ἡ ἀρετή. Quæ ſummi Philoſophi ſententia, de amiſſione Scientiæ & Virtutis, Platonis verbis declarari poteſt, quæ in Timæo ſcripta ſunt in hunc modum: ὅτου γὰρ ἂν ἡ τῶν ὀξέων καὶ τῶν ἁλυκῶν φλεγμάτων, ἢ καὶ ὅσοι πικροὶ καὶ χολώδεις χυμοὶ κατὰ τὸ σῶμα πλανηθέντες, ἔξω μὲν μὴ λάβωσιν ἐναπνοὴν, ἐντὸς δὲ ἑλκόμενοι τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀτμίδα τῇ τῆς ψυχῆς διαθέσει σφόδρα συμμίξαντες ἀνακερασθῶσι, παντοδαπὰ νοσήματα τῆς ψυχῆς ἐμποιοῦσι, &c. Nam ſi vitioſi corporis humores, cùm redundant, morbos, hoc eſt, vitia, animo ingenerant, neceſſe eſt ab iiſdem virtutes corrumpi & expelli. Multa in eamdem ſententiam habet Galenus in libro Quòd animi mores, &c.

Αὐτάρκη τε εἶναι αὐτὴν πρὸς εὐδαιμονίαν] Videatur Cicero in Paradoxo, cui titulus Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν. Contrà, Ariſtoteles. Noſter, in ejus Vita: τήν τε ἀρετὴν, μὴ εἶναι αὐτάρκη πρὸς εὐδαιμονίαν· προσδεῖσθαι γὰρ τῶν τε περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν· ὡς κακοδαιμονήσοντος τοῦ σοφοῦ, κἂν

ἐξ πόνους ἢ, καὶ ἐν πενίᾳ, καὶ τοῖς ὁμοίοις· τὴν μέντοι κακίαν, αὐτάρκη πρὸς κακοδαιμονίαν, κἂν ὅτι μάλιστα παρῇ αὐτῇ τὰ ἐκτὸς ἀγαθὰ, καὶ τὰ περὶ σῶμα.

128 Φύσει τε τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ μὴ θέσει, ὡς καὶ τὸν νόμον καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον] Addere potuiſſet, καὶ τὰ ὀνόματα. Origenes lib. I. contra Celſum: λεκτέον δὲ καὶ πρὸς τοῦτο, ὅτι ἐμπίπτει εἰς τὸ προκείμενον λόγος βαθὺς, καὶ ἀπόῤῥητος, ὁ περὶ φύσεως ὀνομάτων. πότερον, ὡς οἴεται Ἀριστοτέλης, θέσει εἰσὶ τὰ ὀνόματα· ἢ, ὡς νομίζουσιν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, φύσει, μιμουμένων τῶν πρώτων φωνῶν τὰ πράγματα καθ' ὧν τὰ ὀνόματα, καθὸ καὶ στοιχεῖά τινα ἐτυμολογίας εἰσάγουσιν; ἢ, ὡς διδάσκει Ἐπίκουρος ἑτέρως· ἢ ὡς οἴονται οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, φύσει εἰσὶ τὰ ὀνόματα, ἀπορῥηξάντων τῶν πρώτων ἀνθρώπων τινὰς φωνὰς κατὰ τῶν πραγμάτων; *Reſpondendum & ad hoc, præſentem diſputationem de natura nominum altiorem eſſe & reconditiorem: utrum, ſicut placet Ariſtoteli, ex inſtituto impoſita ſunt rebus vocabula? an, ut Stoici malunt, naturâ primis vocibus res ipſas, quibus ſunt nomina, imitantibus, quam ob cauſam etiam elementa quædam etymologiæ & notationis inducunt? an, ſicut Epicurus aliter docet quàm putent Stoici, naturâ quidem ſunt nomina, ſed quatenus primi homines quaſdam voces de rebus ipſis temere ejectarunt?* Pyrrhoniis contrà Turpe & Honeſtum, Juſtum & Injuſtum, omnia denique, νομιστὰ erant καὶ πρός τι, non verò φύσει. Qua de re fuſè, & eruditè, & eleganter Sextus Empiricus Hypotypoſeon lib. III. cap. 24. Sed & Ariſtoteles Ethicor. lib. & cap. 1. pæne in eorum ſententiam concedit, qui Juſtum aut Injuſtum arbitrarium exiſtimabant, non à Natura poſitum: τὰ δὲ κλλὰ, inquit, καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ Πολιτικὴ σκοπεῖται, τοιαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή.

129 Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς μήτε τὴν διαφωνίαν ἀφίστασθαι φιλοσοφίας· ἐπεὶ τῷ λόγῳ τούτῳ προλείψειν ὅλον τὸν βίον] Regiæ Membranæ etiam προλείψειν. Et ita legiſſe Ambroſium, patet ex ejus interpretatione; quæ ſic habet: *Videtur autem eis, nec diſſonantiam quidem à Philoſophia diſcedere: hac enim ratione priùs defecturam omnem vitam, quàm defecturam Philoſophiam.* Legerat Aldobrandinus προλήψιν: nam ſic vertit: *Videtur ipſis etiam à Philoſophia non abeſſe diſſenſionem: alioquin univerſam vitam hac ratione anticipatione comprehenſuram fuiſſe.* Ceterùm, pro μήτε τὴν διαφωνίαν, legendum hîc, μήτε διὰ τὴν ἀφωνίαν, vel μήτε δι' ἀφωνίαν, legendum contendit.

Εὐχρηστεῖν δὲ καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματά φησιν ὁ Χρύσιππος] Contrà quàm Zeno, & Cynici exiſtimarunt: qua de re diximus ſuprà, in hac ipſa Zenonis Vita, ubi nos vide. At Ariſtoteles ſimiliter ac Chryſippus, cenſebat εὔχρηστα εἶναι καὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πρὸς ἀρετῆς ἀνάληψιν. Verba ſunt Laërtii noſtri in ejus Vita.

Ἔτι ἀρέσκει αὐτοῖς μηδὲν εἶναι ἡμῖν δίκαιον πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα] Similiter Cicero III. de Finibus, ubi de Stoicis: *Et quomodo hominum inter homines juris eſſe vincula putant, ſic homini nihil juris eſſe cum beſtiis.*

Καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ τὸν σοφὸν τῶν νέων τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν] Quod etiam teſtatur Stobæus in Eclogis Ethicis pag. 169. ὁμοίως τε τῇ ἐρωτικῇ τὴν συμπαθητικὴν παραλαμβάνουσιν εἰς τὰς ἀρετάς. Et Cicero lib. IV. de Finibus bonorum & malorum: *Ne amores quidem ſanctos à Sapiente alienos eſſe arbitrantur.* Et in Tuſculanis, libro item IV. *Stoici Sapientem amaturum eſſe dicunt: & amorem ipſum, conatum amicitiæ faciundæ ex pulchritudinis ſpecie definiunt.*

Εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα, ἐπιβολὴν φιλευποιΐας] Corrige 130
φιλοποιΐας. Qua de emendatione diximus ſuprà. Adde locum Stobæi pag. 169. τὸν δὲ ἔρωτα οὔτε ἐπιθυμίαν εἶναι, οὔτε τινὸς φαύλου πράγματος, ἀλλ' ἐπιβολὴν φιλοποιΐας διὰ κάλλους ἔμφασιν.

Καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας] Φιλοσοφίας ſcriptum eſt ſuprà in Vita Ariſtotelis: εἶναι δὲ καὶ τὸν ἔρωτα μὴ μόνον συνουσίας, ἀλλὰ καὶ φιλοσοφίας. Quæ lectio non diſplicet: quamquam τὸ φιλίας rectum eſt: & ita quoque apud Stobæum in Eclogis Ethicis.

Θρασωνίδην] Θρασωνίδης nomen eſt viri: quare hîc legendum videtur, Θρασωνίδα, aut poſteà τὸν ἐρώμενον. Θρασωνίδην tamen etiam Suidas; qui totum hunc locum retulit in ἔρως. Verba ejus ſunt: τοὺς ἔρωτά φασι (Stoici videlicet) ἐπιβολὴν εἶναι φιλευποιΐας (corrige φιλοποιΐας) διὰ κάλλους ἐμφαινόμενον. καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας. τὸν γοῦν Θρασωνίδην, καίπερ ἐξουσίαν ἔχοντα τῆς ἐρωμένης, διὰ τὸ μισεῖσθαι, ἀπέχεσθαι αὐτῆς. εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, μὴ εἶναι θεόπεμπτον. εἶναι δὲ τὴν ὥραν, ἄνθος ἀρετῆς. Ergo meliùs apud Laërtium legeretur τὸν ἐρώμενον.

Καὶ μὴ εἶναι ἐπίμεμπτον] Meliùs apud Suidam, θεόπεμπτον.

Τὴν ἐρωμένην] Id eſt, *Amicam, Concubinam*: quam ab uxore legitima & à ſcorto ſeparabant. Plutarchus in Antonio: Ὀκταβίαν μὲν γὰρ πραγμάτων ἕνεκα διὰ τὸν ἀδελφὸν συνελθεῖν, καὶ τὸ τῆς γαμετῆς ὄνομα καρποῦσθαι· Κλεοπάτραν δὲ, τοσούτων ἀνθρώπων βασιλεύουσαν, ἐρωμένην Ἀντωνίου καλεῖσθαι.

Βίων δὲ, τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ καὶ πρακτικοῦ καὶ λογικοῦ, τὸν τρίτον φασὶν αἱρετέον] Ariſtoteles τὸν θεωρητικὸν potiorem ducebat. Noſter in ejus Vita: Βίων δὲ τριῶν ὄντων, θεωρητικοῦ, πρακτικοῦ, ἡδονικοῦ, τὸν θεωρητικὸν προέκρινεν. Pro vita contemplativa contra activam ſcripſit Diſſertationem Maximus Tyrius, & aliam pro activa contra contemplativam.

Εὐλόγως τέ φασιν ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου τὸν σοφὸν, καὶ ὑπὲρ πατρίδος, καὶ ὑπὲρ φίλων· κἂν ἐν σκληροτέρᾳ γένηται ἀλγηδόνι, ἢ πηρώσεσιν, ἢ νόσοις ἀνιάτοις] Nota Stoicorum loquendi genus, ἐξάγειν ἑαυτόν. *Emittere* vertit Seneca Epiſt. 70. Virgilius *projicere animas* dicere maluit, Æneidos ſexto. Hinc Stoicorum filiis εὔλογος ἐξαγωγὴ, juſta cauſſa ſeipſum è vita educendi: quod etiam ἡ θύρα ἤνοικται dicebant, ut colligere eſt ex Arriano in Epictetum non uno in loco. Cauſſas autem juſtas hîc noſter recenſet: patriam, & amicos; acerbos dolores; membrorum mutilationes; & morbos ægrè curandos. At Ulpianus tædium vitæ, vel valetudinis adverſæ impatientiâ, vel jactatione. Verba ejus ſunt in lege VI. D. de injuſto,

rupto, irrito facto teſtamento. *Quòd ſi quis tædio vitæ, vel valetudinis adverſæ impatientiâ, vel jactatione, ut quidam Philoſophi, mortem ſibi conſciverunt, in ea cauſſa ſunt, ut eorum teſtamenta valeant.* Senectutem addit Seneca Epiſt. 58. Et pudorem æris alieni Paulus Juriſconſultus in lege 45. De jure Fiſci. Περὶ εὐλόγου ἐξαγωγῆς librum ſcripſit Plotinus, qui etiamnum exſtat. De hoc Stoicorum decreto, plura Lipſius in Manuductione ad Philoſophiam Stoicam Diſſertatione 22. & 23. quem vide. Vide & Gallutium Sabinum in Vindicationibus Virgilianis.

Καὶ ὑπὲρ πατρίδος καὶ ὑπὲρ φίλων.] Horatius:

Non ille pro caris Amicis,
Aut Patria, timidus perire.

131 Διογένης ὁ Κυνικὸς] Suprà in Menedemo.

Καὶ Πλάτων] Libro v. de Rep.

Πολιτείαν δὲ ἀρίστην, τὴν μικτὴν ἔκ τε δημοκρατίας καὶ βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας] Quod fieri poſſe negat Bodinus noſtras lib. II. de Republica cap. 1. Ariſtoteles Politicorum v. 8. εὖ κεκραμένην πολιτείαν appellat.

132 Καὶ τεράτων] Περάτων Editio Stephani, & MS. Regius, & Florentinus.

133 Οἷον, πῶς ὁρῶμεν] Quâ de re, ipſe Laërtius infrà.

134 Δοκεῖ δ' αὐτοῖς ἀρχὰς εἶναι τῶν ὅλων δύο, τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον, &c.] Quod teſtatur, & explicat Seneca Ep. 65. *Dicunt, ut ſcis, Stoici noſtri, duo eſſe in rerum natura, ex quibus omnia fiant: Cauſſam, & Materiam. Materia jacet iners; res ad omnia parata: ceſſatura, ſi nemo moveat. Cauſſa autem, id eſt, Ratio, Materiam format, & quocumque vult, verſat. Ex illa, varia opera producit. Eſſe debet ergo unde aliquid fiat; deinde A quo fiat. Hoc Cauſſa eſt, illud Materia.* Et poſteà: *Quærimus quid ſit Cauſſa; Ratio faciens, id eſt, Deus*, &c. *Nempe univerſa ex Materia & ex Deo conſtant.* Etiam Cicero: *Naturam dividebant in res duas: ut altera eſſet Efficiens, altera autem quaſi huic ſe præbens, ex qua efficeretur aliquid. In eo quod efficeret, Vim eſſe cenſebant: in eo quod efficeretur, Materiam quamdam, in utroque tamen utrumque. Neque enim Materiam ipſam cohærere potuiſſe, ſi nulla Vi contineretur, neque Vim ſine aliqua Materia. Nihil eſt enim, quod non alicubi eſſe cogatur.* Et Lactantius, Ciceronis ſimia; Divinar. Inſtit. lib. VII. cap. 3. *Stoici Naturam in duas dividunt partes: unam, quæ efficiat: alteram, quæ ſe ad faciendum tractabilem præſtet. In illa prima, eſſe Vim faciendi; in hac, Materiam: nec alterum ſine altero eſſe poſſe*, &c. Videndus Lipſius Phyſiologiæ Stoicorum II. 4.

Διαφέρειν δὲ φασιν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα, &c.] Quod etiam Platonici atque Peripatetici, contra Thaletis ſententiam, exiſtimarunt. Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. I. cap. 2. οἱ μὲν οὖν περὶ Ἀριστοτέλην καὶ Πλάτωνα διαφέρειν ἡγοῦνται ἀρχὴν καὶ στοιχεῖα. Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος ταὐτὸν νομίζει ἀρχὴν καὶ στοιχεῖα. πλεῖστον δὲ ὅσον διαφέρει ἀλλήλων· τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖά ἐστι σύνθετα· τὰς δὲ ἀρχὰς φαμὲν εἶναι, οὔτε συνθέτους, οὔτε ἀποτελέσματα, &c. Quæ ipſiſſima verba exſcripſit Stobæus in Eclogis Phyſicis cap. 13.

Τὰ δὲ στοιχεῖα, κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν φθείρεσθαι] De ecpyroſi, ſive de Mundi interitu per ignem, dicemus in ſequentibus.

Ἀλλὰ καὶ σώματα εἶναι τὰς ἀρχὰς καὶ ἀμόρφους· τὰ δὲ, μεμορφῶσθαι] Ἀσώματα, legebat Aldobrandinus. Alii, teſte Lipſio, καὶ ἀσωμάτους εἶναι τὰς ἀρχάς. At Caſaubonus, ἀλλὰ καὶ σώματα εἶναι· (nempe τὰ στοιχεῖα) τὰς δ' ἀρχὰς ἀσωμάτους εἶναι καὶ ἀμόρφους. Τὸ σώματα rectum eſſe contendit Lipſius Phyſiologiæ Stoicorum lib. II. cap. 5. nam Deus & Materia corpora Stoicis; quod pluribus exemplis confirmat ibidem. Aldobrandinianæ emendationi favet Seneca; cujus ſunt verba, *Quiſquis formator univerſi fuit, ſive ille Deus eſt potens omnium, ſive incorporalis Ratio ingenitorum operum artifex, ſive divinus ſpiritus per omnia intenſus.* Caſaubonianam tuetur Suidas, qui hunc Laërtii noſtri locum ſic retulit in Voce ἀρχή: ἀρχή. ἀρχαὶ τῶν ὅλων δύο· τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. τὸ μὲν οὖν πάσχον, εἶναι τὴν ἄποιον οὐσίαν, γῆν, ὕλην· τὸ ποιοῦν δὲ, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὸν θεόν. διαφέρουσι δὲ ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα, τῷ τὰς μὲν εἶναι ἀγεννήτους καὶ ἀφθάρτους· τὰ δὲ στοιχεῖα κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν φθείρεσθαι· ἀλλὰ καὶ τῷ ἀσωμάτους μὲν εἶναι τὰς ἀρχὰς, καὶ ἀμόρφους· τὰ δὲ, μεμορφῶσθαι. Caſauboniana lectio mihi magis placet: immo ſola placet.

Σῶμα δ' ἐστὶ, &c. τὸ τριχῇ διαστατὸν, εἰς μῆκος, εἰς πλάτος, εἰς βάθος] Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos pag. 98. εἰ γὰρ σῶμά ἐστιν, ὡς φασιν οἱ Γεωμέτραι, τὸ τὰς τρεῖς ἔχον διαστάσεις, μῆκος, πλάτος, βάθος. 135

Ἐπιφάνεια δ' ἐστὶ σώματος πέρας. ἢ τὸ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχον, βάθος δὲ οὔ] Euclides ſtatim initio: ἐπιφάνεια δ' ἐστὶν, ὃ μῆκος καὶ πλάτος μόνον ἔχει. Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos pag. 155. γραμμῆς ῥυείσης, πλάτος ἐποιήσαμεν, ὅπερ ἐστὶν ἐπιφάνειά τις ἀβαθής.

Γραμμὴ δ' ἐστὶν ἐπιφανείας πέρας, ἢ μῆκος ἀπλατὲς, ἢ τὸ μῆκος μόνον ἔχον] Euclides: γραμμὴ, μῆκος ἀπλατές. Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos, loco proximè laudato: στιγμῆς γὰρ ῥυείσης, γραμμὴν φαντασιούμεθα, ἥτις ἐστὶ μῆκος ἀπλατές.

Στιγμὴ δ' ἐστὶ γραμμῆς πέρας, ἥτις ἐστὶ σημεῖον ἐλάχιστον] Totidem verbis Suidas in στιγμή.

Εἶν τε εἶναι θεὸν, καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ Δία, πολλαῖς τε ἑτέραις ὀνομασίαις προσονομάζεσθαι] De Deo Stoicorum Epiphanius in eorum Hæreſi: Καὶ Στωϊκοὶ μὲν φρονοῦσι περὶ θεότητος τοῦτο, φάσκοντες εἶναι νοῦν τὸν θεὸν, ἢ πάντος τοῦ ὁρωμένου κύτους, οὐρανοῦ τέ φημι καὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἐν σώματι ψυχή. μερίζουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὴν μίαν θεότητα εἰς πολλὰς μερικὰς οὐσίας, εἰς ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἄστρα, εἰς ψυχὴν καὶ ἀέρα, καὶ τὰ ἄλλα. *Quod ad Stoicos pertinet, hæc eſt eorum de Deo opinio: Deum eſſe mentem aſſerunt, quæ totius aſpectabilis molis, cæli nimirum ac terræ, ceterarumque rerum velut corporis anima ſit. Rurſus divinitatem unam in plures ac particulares naturas diſtribuunt; Solem videlicet, Lunam,*

nam, ac ſtellas, animam, aërem, reſque ceteras. Meliùs in Apologetico Tertullianus & ad mentem Laërtii: *Apud veſtros quoque ſapientes,* ΛΟΓΟΝ, *id eſt, Sermonem atque Rationem conſtat artificem videri univerſitatis. Hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in diſpoſitione formaverit. eumdem & Fatum vocari, & Deum, & animum Jovis, & neceſſitatem omnium rerum,* &c. Eadem habes apud Lactantium III. 5. *Chryſippus naturalem vim divina ratione praditam, interdum divinam neceſſitatem Deum nuncupat. Item Zenon divinam naturalemque legem. Horum enim omnium ſententia, quamvis ſit incerta, eodem tamen ſpectat, ut providentiam unam eſſe conſentiant. Sive enim Natura, ſive Æther, ſive Ratio, ſive Mens, ſive fatalis Neceſſitas, ſive divina Lex, ſive quid aliud dixeris, idem eſt quod à nobis dicitur Deus. Nec obſtat appellationum diverſitas, cùm ipſa ſignificatione ad unum omnia revolvantur.* Eadem quoque repetit Laërtius in ſequentibus; ubi eum & nos vide.

136 Ἔστι δὲ στοιχεῖον, ἐξ οὗ πρώτου γίνεται τὰ γινόμενα, καὶ εἰς ὃ ἔσχατον ἀναλύεται, &c.] Integrum hunc locum exſcripſit Suidas in στοιχεῖον: στοιχεῖον. ἐξ οὗ πρώτου γίνεταί τι, καὶ εἰς ὃ ἔσχατον ἀναλύεται· τὰ δὴ τέτταρα στοιχεῖα εἶναι ὁμοῦ, τὴν ἄποιον οὐσίαν τὴν ὕλην· εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ, θερμόν· τὸ δὲ ὕδωρ, ὑγρόν· τὸν ἀέρα, ψυχρόν· τὴν γῆν, ξηράν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἔτι ἐν τῷ ἀέρι εἶναι τὸ αὐτὸ μέρος. ἀνωτάτω μὲν οὖν εἶναι τὸ πῦρ· ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι· ἐν ᾧ πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν σφαῖραν γεννᾶσθαι. εἶτα τὴν τῶν πλανωμένων· μεθ' ἣν τὸν ἀέρα· εἶτα τὸ ὕδωρ· ἱποστάθμην δὲ πάντων τὴν γῆν μέσην ἁπάντων οὖσαν. Legendum apud Laërtium ex Suida ὃ δὴ αἰθέρα καλεῖσθαι, pro eo quod hîc legitur ὃν δὴ, &c. Sed ex Laërtio legendum quoque videtur apud Suidam, εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ, τὸ θερμόν· τὸ δὲ ὕδωρ, τὸ ὑγρόν. τόν τε ἀέρα τὸ ψυχρόν· καὶ τὴν γῆν, τὸ ξηρόν.

137 Τὸ δὲ ὕδωρ, τὸ ὑγρόν· τόν τε ἀέρα, τὸ ψυχρόν.] De aëre, idipſum teſtatur Plutarchus in Diſſertatione de primo Frigido ad Favorinum: οἱ μὲν Στωϊκοὶ, τῷ ἀέρι τὸ πρώτως ψυχρὸν ἀποδιδόντες· Ἐμπεδοκλῆς δὲ καὶ Στράτων τῷ ὕδατι. Et poſteà: ἐπεὶ καὶ Χρύσιππος οἰόμενος τὸν ἀέρα πρώτως ψυχρὸν εἶναι, διότι καὶ σκοτεινὸν, &c. Balbus Stoicus apud Ciceronem lib. II. de Natura Deorum: *Ipſe verò aër qui naturâ eſt maximè frigidus, minimè eſt expers caloris.* Frigidum verò, non humidum, tribuit aquæ Ariſtoteles in libris de Cælo, & alibi paſſim: At Galenus in libris de Simplicium facultatibus; quemadmodum Stoici; vim ſummam humectandi aquæ ineſſe dicit.

Καὶ τὴν γῆν, τὸ ξηρόν·] Unde ξηρὰ, & *arida*, ἁπλῶς dicitur.

Καὶ ἔτι ἐν τῷ ἀέρι εἶναι τὸ αὐτὸ μέρος] Τὸ αὐτὸ μέρος referri debet ad τὸ θερμόν. Balbus apud Ciceronem dicto loco: *ipſe verò aër, qui naturâ eſt maximè frigidus, minimè eſt expers caloris.* Vide hîc Aldobrand.

Λέγουσι δὲ κόσμον τριχῶς] Aliis ſexfariam κόσμος dicitur. Diodorus: κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν μεταξὺ φύσεων· πάλιν, κόσμος ἐστὶν οἰκητήριον θεῶν. νῦν οὖν τὸ πλήρωμα λέγεται ἐκτὸς τῶν ἐν αὐτῷ. τρίτον, ὁ κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. τοῦτο μόνον τῷ βίῳ· ὡς εἴ τις λέγοι, πόλις ἐστὶν ἐξ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων. τέταρτον, κόσμος ἐστὶν αἰθήρ. οὗτος δὲ πῦρ εἰλικρινὲς ὢν κατώτερός ἐστι τοῦ φυσικοῦ κόσμου. πέμπτον, κόσμος ἐστὶν ἡ τῶν ἀπλανῶν σφαῖρα. τούτου καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ μέμνηται. ἕκτον, κόσμος ἐστὶν, ὁ δικοσμήσας τὰ πάντα· ἔοικε δὲ νῦν ἡ πρόνοια λέγεσθαι· Etiam trifariam accipi notat Philo Judæus. Ejus verba mox adducemus. At quadrifariam in Scriptura Sacra uſurpari obſervat Suidas in κόσμος: σημαίνει δὲ, inquit, ὁ κόσμος τέσσαρα, εὐπρέπειαν, τὸ δὲ τὸ πᾶν, τὴν τάξιν, τὸ πλῆθος παρὰ τῇ γραφῇ. Adde Origenem, Tomo 3. Commentariorum in Geneſim: ἔστι γὰρ ὅπου παρὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν λογικῶν, μεγάλως περιπίπτομεν, μὴ καθαίροντες τὰς ὁμωνυμίας, καὶ ἀμφιβολίας, καὶ καταχρήσεις, καὶ κυριολεξίας, καὶ διαστολάς. οἷον, παρὰ τὸ ἀγνοεῖσθαι τὴν ὁμώνυμον τῆς κόσμου προσηγορίας φωνὴν, ἐκπεπτώκασιν ἐπὶ τὸ ἀσεβέστατα φρονεῖν περὶ τοῦ δημιουργοῦ, οἱ μὴ καθάραντες ἐπί τινων κεῖται, τὸ, Ὁ κόσμος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. ὅτι ἀντὶ τῶν περιγείων καὶ ἀνθρωπίνων τοῦτο αὐτὸς ἐκεῖ τῷ Ἰωάννῃ εἴρηται. *Interdum enim propter ignorationem ejus quæ rationi ſervit Diſciplinæ, graviter labimur, quòd cognominationes, ambiguas voces, proprias & improprias dictiones, & diſtinctiones, non dijudicemus. quemadmodum ex ignoratione ejus, quæ eſt in voce* mundus, *in diverſo ſignificatu ſimilitudinis, ad infandas de effectore mundi ſententias dilapſi ſunt: non diſcernentes videlicet quid ſignificet id,* Mundus in maligno poſitus eſt: *quia pro terreſtri orbe & humanis rebus eo loci Johannes uſurpavit.*

Αὐτόν τε τὸν θεὸν, τὸν ἐκ τῆς ἁπάσης οὐσίας ἰδίως ποιόν] Rectè Caſaubonus ex Suida ἰδιοποιόν. Suidæ verba habentur in Voce κόσμος, ubi totum hunc locum Laërtii exſcripſit, ab his verbis, λέγουσι δὲ κόσμον τριχῶς, uſque ad illa σύμπνοιαν καὶ συντονίαν; quæ ferè integram pagellam complectuntur.

Αὐτόν τε τὸν θεόν] Didymus apud Euſebium lib. XV. de Præparat. Evangelica: οἱ Στωϊκοὶ δὲ ὅλον τὸν κόσμον, σὺν τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, προσαγορεύουσι θεόν. Origenes contra Celſum lib. V. σαφῶς δὴ τὸν ὅλον κόσμον λέγουσιν εἶναι θεὸν, Στωϊκοὶ μὲν τὸν πρῶτον· οἱ δ' ἀπὸ Πλάτωνος, τὸν δεύτερον· τινὲς δ' αὐτῶν τὸν τρίτον. Seneca, germanus Stoicus, Epiſt. 97. *Totum hoc, quo continemur, & unum eſt, & Deus eſt: & ſocii ejus, & membra ſumus.* Manilius lib. I. & ipſe ſectæ addictus Stoicæ:

Quæ pateat Mundum divino numine verti,
Atque ipſum eſſe Deum.

Et alibi, eodem libro I.

Materiæque datum eſt cogi, ſed cogere Mundo.

Hoc eſt, *Materiam pati; Deum agere:* Videndus Lipſius in Phyſiologia I. 5.

Δημιουργὸς ὢν τῆς διακοσμήσεως] Septimius in Apologetico dicto loco: *Apud veſtros quoque Sapientes,* λόγον, *id eſt, Sermonem atque Rationem, conſtat artificem videri univerſitatis: hunc enim Zeno*

determinat facilitatorem, qui cuncta in dispositione formaverit.

Κατὰ χρόνων ποιὰς περιόδους ἀναλίσκων εἰς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν οὐσίαν, καὶ πάλιν ἐξ ἑαυτοῦ γεννῶν] Quò respexit Origenes contra Celsum lib. IV. ἵνα γνῷ τίνα τρόπον ἀρχαιότερος ἦν Μωϋσῆς τῶν κατὰ χρόνων μακρὰς περιόδους κατακλυσμοὺς καὶ ἐκπυρώσεις φησάντων γίνεσθαι ἐν τῷ κόσμῳ. Et postea: πότερον μὲν οὖν εἰσὶ περίοδοι, καὶ κατὰ περιόδους κατακλυσμοὶ ἢ ἐκπυρώσεις, ἢ μή εἰσι.

138 Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν διακόσμησιν τῶν ἀστέρων, κόσμον εἶναι λέγουσι] Ita quoque accipit Plinius initio Historiæ Naturalis: *Mundum, & hoc quod nomine alio cœlum appellare libuit, cujus circumflexu teguntur cuncta.* Et Plato in Timæo: διὰ ταῦτα οὔτε δύο, οὔτ' ἀπείρους ὁ ποιῶν κόσμους, ἀλλ' εἷς ὅδε μονογενὴς οὐρανὸς γεγονὼς, ἔστι καὶ ἔσεται.

Καὶ τρίτον, τὸ συνεστηκὸς ἐξ ἀμφοῖν] Ἐξ ἀμφοῖν, id est, ex Deo & Cœlo. Ex Cœlo & Essentia dixit Philo Judæus: quod idem est: nam Essentia illa tota Deus est Stoicis, ut rectè monuit Lipsius Physiol. II. 6. ubi eum vide. Philonis verba operæ precium est hîc adponere. Ea ergo sic se habent, in libro de Æternitate Mundi: λέγεται ὁ κόσμος καθ' ἓν μὲν πρῶτον, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων, κατὰ περιοχὴν γῆς, καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς, καὶ ζώων καὶ φυτῶν. καθ' ἕτερον δὲ, μόνος οὐρανός. κατὰ δὲ τρίτον, ὡς δοκεῖ τοῖς Στωϊκοῖς, διήκουσα ἄχρι τῆς ἐκπυρώσεως οὐσία τις ἢ διακεκοσμημένη ἢ ἀδιακόσμητος, ἧς τῆς κινήσεώς φασιν εἶναι χρόνον διάστημα. *Primò mundus dicitur, compositio ex cœlo & astris terram ambientibus & animantia ac stirpes. Secundò, solum ipsum Cœlum. Tertiò, ut Stoicis visum, Essentia quædam ad exustionem Mundi perveniens duransque, sive digesta, sive indigesta; cujus motus intervallum Tempus esse dicunt.*

Ὡς φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ Μετεωρολογικῇ Στοιχειώσει, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις φύσεων] Posidonium igitur innuere videtur Origenes lib. VI. contra Celsum, cùm ait, εἰ δὲ κόσμον, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς σύστημα ὀνομάζει τις, &c. Laërtii locum respexisse videtur Suidas in κόσμος. κόσμος, inquit, τὸ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν μέσῳ, σύστημά τε καὶ σύγκραμα. Hanc ipsam κόσμου definitionem habes & apud Diodorum, & apud Philonem Judæum locis suprà memoratis.

Καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γεγονότων] Lactantius de Ira Dei cap. 13. *Vera est sententia Stoicorum, qui ajunt nostrâ causâ Mundum esse constructum: omnia enim quibus constat, quæque generat ex se Mundus, ad utilitatem Hominis accommodata sunt,* &c. Sed & Cicero lib. II. de Natura Deorum: *Quorum igitur causâ quis dixerit effectum esse Mundum? Eorum scilicet animantium, quæ ratione utuntur. Hi sunt Dii & Homines, quibus profectò nihil est melius.* Qui locus Ciceronis Laërtiano omnino affinis est: utrobique enim de Diis atque Hominibus fit mentio. At apud Lactantium de Hominibus solùm.

Οὐρανὸς δέ ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον] Suidas αὐτολεξεὶ in οὐρανός. Aliter Vulgus hoc vocabulum usurpat. Galenus Commentario 2. in primum Epidem. Hippocratis: οὐρανὸν εἴρηκε κατὰ τῶν ἰδιωτῶν ἔθος, τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα μέχρι τῆς χώρας τῶν νεφελῶν. ὁ δ' ὑπὸ τῶν Ἀστρολόμων τε καὶ φιλοσόφων Οὐρανὸς ὀνομαζόμενος, ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν σελήνην ἄρχεται τόπων.

Τὸν δὴ κόσμον οἰκεῖσθαι κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν] Sic etiam legitur apud Suidam. Meliùs legeretur διοικεῖσθαι: & ita scriptum est in Codice Florentino. Mundum providentiâ administrari ex Stoicorum sententia, tam tritum est quàm quod tritissimum: & id Scriptorum testimoniis probare velle, hominis esset & suo & Lectorum otio abutentis.

Καθά φησι Χρύσιππος ἐν τοῖς Περὶ προνοίας] MS. Florentinus, ἐν τοῖς ε Περὶ προνοίας. Fortè scripserat Laërtius ἐν τῷ ε, hoc est, *in quinto.* Gellio Noctium Atticarum lib. VI. cap. 1. & 2. citatur Chrysippus in libro Περὶ προνοίας quarto.

Εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ, καθάπερ ἐφ' ἡμῶν, τῆς ψυχῆς] Hoc est, quod ait Virgilius,

Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem.

Etiam Cicero Academic. IV. *Mundum esse sapientem, & habere mentem, quæ & se & ipsum fabricata sit, & omnia moderetur, moveat, regat.* Est igitur, ut rectè Lipsius Physiologiæ I. 7. magni hujus mundi sua quædam anima, ut in parvo hæc nostra.

Ἔχειν ἡγεμονικὸν μὲν τὸν αἰθέρα, &c. Κλεάνθης δὲ, 139
τὸν ἥλιον.] Auctor Fragmenti, quod tribuitur Censorino: *Et constat quidem* (Mundus) *quatuor elementis, terrâ, aquâ, igne, aëre: cujus principalem Solem quidam putant, ut Cleanthes; ut Chrysippus, Æthera.* Lege *principale.* Apud Plinium legas, *Sol non temporum modò terrarumque, sed siderum ipsorum cœlique rector. Hunc Mundi esse totius Animam, ac planiùs Mentem: hunc principale Naturæ regimen ac Numen credere decet.* Adi Lipsium Physiol. II. 13.

Ἕνα τὸν κόσμον εἶναι] Plutarchus de Placit. Phi- 140
losoph. I. 5. οἱ μὲν ἀπὸ Στοᾶς ἕνα κόσμον ἀπεφήναντο.

Σχῆμα ἔχοντα σφαιροειδὲς] Cyrillus contra Julianum lib. II. οἱ μὲν Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ τὸν κόσμον, ἄλλοι δὲ κωνοειδῆ· οἱ δὲ, ὠοειδῆ. Quod αὐτολεξεὶ sumpsit ex Plutarcho lib. & cap. 2. de Placitis Philos. Cicero quoque lib. de Universitate: *Formam autem & maximè sibi cognatam & decoram dedit: à quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc eâ formâ figuravit: quâ unâ omnes reliquæ formæ concluduntur: & globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant, cujus omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur: idque ita tornavit, nihil ut effici possit rotundius; nihil ut asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil incisum angulis, nihil amfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum, omnesque partes simillimæ omnium, quòd ejus præstabat judicio dissimilitudini similitudo.* Quod habuit à Platone in Timæo.

Πρὸς γὰρ τὴν κίνησιν ἁρμοδιώτατον τὸ τοιοῦτον] Eru-

ditè, ut ſolet, Ariſtoteles libro II. de Cœlo cap. 8. textu 51. διὸ καὶ εὐλόγως ἂν δόξειεν ὅ, τε ὅλος οὐρανὸς σφαιροειδὴς εἶναι καὶ ἕκαστον τῶν ἄστρων. πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἐν αὐτῷ κίνησιν, ἡ σφαῖρα τῶν σχημάτων χρησιμώτατον· οὕτω γὰρ ἂν καὶ τάχιστα κινοῖτο, καὶ μάλιστα κατέχοι τὸν αὑτοῦ τόπον· πρὸς δὲ τὴν εἰς τὸ πρόσθεν, ἀχρηστότατον· ἥκιστα γὰρ ὅμοιον τοῖς δι' αὐτῶν κινητικοῖς· οὐδὲν γὰρ ἀπηρτημένον ἔχει, οὐδὲ προέχον, ὥσπερ τὸ εὐθύγραμμον· ἀλλὰ πλεῖστον ἀφέστηκε τῷ σχήματι τῶν πορευτικῶν σωμάτων. ἐπεὶ οὖν δεῖ τὸν μὲν οὐρανὸν κινεῖσθαι τὴν ἐν αὐτῷ κίνησιν, τὰ ἄλλα δ' ἄστρα μὴ προΐεναι δι' αὐτῶν, εὐλόγως ἂν ἑκάτερον εἴη σφαιροειδές. οὕτω μὲν γὰρ μάλιστα, τὸ μὲν κινηθήσεται, τὸ δὲ, ἠρεμήσει. Id eſt, *Quapropter & rationabiliter utique videbitur & totum Cælum ſphæricum eſſe, & aſtrorum unumquodque: ad eum enim qui in ſeipſo ſit, motum, ſphæra figurarum maximè utilis eſt. ſic enim utique velociſſimè movebitur, & maximè occupabit eumdem locum. Ad eum autem qui in ante ſit, ineptiſſima. nequaquam enim ſimilis eſt per ſe ipſa motivis: nihil enim depreſſum habet, neque eminens, ut rectilineum; ſed plurimùm à figura corporum, quæ progrediuntur, diſtat. Quoniam igitur oportet Cælum quidem moveri eo qui in ipſo eſt motu, alia autem aſtra non progredi per ſeipſa, rationabiliter utique utrumque erit ſphæricum; ſic enim maximè hoc quidem movebitur, hoc autem quieſcet.* Idem Philoſophus in libello de Mechanicis Circulum propterea miraculorum omnium principium eſſe dicebat. De rotunda figura, etiam Galenus libro I. de officio partium: τῶν σχημάτων πρὸς δυσπάθειαν ἀκριβῶς παρεσκευάσθαι τὸ κυκλοτερὲς, ὡς ἂν μηδεμίαν ἔχειν γωνίαν ἀπαθραυσθῆναι δυναμένῳ.

Ἔξωθεν δὲ αὐτοῦ περικεχυμένον εἶναι τὸ κενὸν ἄπειρον] Quod ipſum legere eſt apud Plutarchum in libello de communibus Notitiis adverſus Philoſophos Stoicos: κενὸν γὰρ ἄπειρον ἔξωθεν τῷ κόσμῳ περιθέντες, οὔτε σῶμα τὸ πᾶν, οὔτε ἀσώματον εἶναι λέγουσι: quod & ineptiſſimum omnium, quæ à Stoicis dicta ſunt, appellat. Noſter ſtatim: ἐν δὲ τῷ κόσμῳ μηδὲν εἶναι κενὸν, ἀλλ' ἡνῶσθαι αὐτὸν. Etiam Philoponus in Commentariis ad librum IV. Phyſic. Ariſtotelis, Stoicos obſervat, inane in mundo nullum eſſe, affirmare, ſed extra mundum: quod rectè hoc loco Aldobrandinus obſervabat.

Ἀσώματον δὲ τὸ οἱόντε κατέχεσθαι ὑπὸ σωμάτων, οὐ κατεχομένου] Legendum omnino οὐ κατεχόμενον: & ita in Regio Codice. Etiam Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypotypoſ. lib. III. cap. 15. ubi de vacuo: οἱ Στωϊκοὶ φασι κενὸν μὲν εἶναι τὸ οἱόντε ὑπὸ ὄντος κατέχεσθαι, μὴ κατεχόμενον δέ.

141 Ἔτι δὲ καὶ τὸν χρόνον ἀσώματον] Idem; ſed aliter; Epicurei: Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 418. Ἀλλὰ γὰρ ἐκ τούτων φανερὸν, ὅτι ὁ Ἐπίκουρος ἀσώματον οἴεται τὸν χρόνον ὑπάρχειν· οὐ παραπλησίως δὲ τοῖς Στωϊκοῖς. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς λέλεκται, ἀσώματόν τι καθ' αὑτὸ νοούμενον ὑπεστήσαντο τὸν χρόνον. Ἐπίκουρος δὲ, συμβεβηκός τισιν, &c. *Verum enim verò ex his eſt perſpicuum, quòd Epicurus Tempus opinatur eſſe incorporeum, ſed non eo modo quo Stoici. Nam illi quidem ut dictum eſt, ſtatuerunt Tempus eſſe quidpiam incorporeum: ſi per ſe intelligatur. Epicurus autem, ut quod aliquibus accidat.* Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro I. capite 21. οἱ Στωϊκοὶ καὶ Ἐπίκουρος, διαφέρειν κενὸν, τόπον, χώραν· καὶ τὸ μὲν κενὸν, εἶναι ἐρημίαν σώματος· τὸν δὲ τόπον, τὸ ἐχόμενον ὑπὸ τοῦ σώματος. τὴν δὲ χώραν, τὸ ἐκ μέρους ἐχόμενον, ὥσπερ ἐπὶ τῆς τοῦ οἴνου πιθάκνης. *Stoici & Epicurus differre volunt Inane, Locum, Capacitatem. Et definiunt Inane, vacuitatem corporis: Locum, quod à corpore occupatur: Capacitatem, quod partim à corpore impletur, ut dolium à vino.*

Διάστημα ὄντα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεως] Quæ Temporis definitio tribuitur Platoni à Plutarcho libro I. de Placitis Philoſophorum, capite 21. Πυθαγόρας τὸν χρόνον, τὴν σφαῖραν τοῦ περιέχοντος εἶναι· Πλάτων αἰῶνος εἰκόνα κινητὴν, ἢ διάστημα τοῦ κόσμου κινήσεως· Ἐρατοσθένης τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν. *Pythagoras ſenſit, Tempus eſſe globum ambientis corporis. Plato, mobilem æternitatis imaginem, aut motus mundi intervallum. Eratoſthenes, Solis motum.* Idem Plutarchus capite ſequenti, quod eſt de natura ſeu ſubſtantia Temporis, ſcribit, pleroſque Stoicorum ſubſtantiam Temporis eſſe exiſtimare ipſum motum, quam opinionem refellit Themiſtius ad librum IV. Phyſicorum Ariſtotelis: quo loco in varias Veterum de Tempore opiniones ſtudioſè inquirit.

Ἀρέσκει δὲ αὐτοῖς καὶ φθαρτὸν εἶναι τὸν κόσμον, &c.] Similiter Philo Judæus in libro περὶ κόσμου ἀφθαρσίας: δύναται δὲ κατὰ Στωϊκοὺς ὁ μέν τις κόσμος ἀΐδιος, ὁ δέ τις φθαρτὸς λέγεσθαι. φθαρτὸς μὲν, ὁ κατὰ διακόσμησιν· ἀΐδιος δὲ, ὁ μετὰ τῆς ἐκπυρώσεως παλιγγενεσίαις καὶ περιόδοις ἀθανατιζόμενος οὐδέποτε ληγούσαις. *Poteſt, ſecundùm Stoicos, Mundus aliquis æternus dici, & aliquis corruptibilis. Iſte quidem, juxta ornatum, ut nunc eſt: ille autem, qui poſt exuſtionem iterum naſcetur, iterumque certis periodis, & numquam deſituris.* Nec abſimiliter Didymus apud Euſebium lib. XV. de Præparat. Euangelica: ubi poſtquam dupliciter Mundum dici ait, ſubjungit: καὶ τὸ ἐκ πάσης τῆς οὐσίας ποιὸν, καὶ τὸ τὴν διακόσμησιν τὴν τοιαύτην καὶ διάταξιν ἔχον. διὸ κατὰ μὲν τὴν πρωτέραν ἀπόδοσιν ἀΐδιον τὸν κόσμον εἶναί φασι· κατὰ δὲ τὴν διακόσμησιν, γεννητὸν καὶ μεταβλητόν. *Et illud quod ex tota natura tale exiſtit: & illud quod ornatum & conſtitutionem jam talem habet. Ideo priore ſignificatione, Mundum æternum dicunt: poſteriore, natum, & mutabilem, & perituram.* Videatur Lipſius Phyſiologiæ libro II. Diſſertat. XX.

Ἐξαυχμοῦται γὰρ καὶ ἐξυδατοῦται.] Vertit Cenſorinus ad verbum, *exigneſcere & exaqueſcere.* Stoici Mundum dupliciter interire ajebant: igne, quod ἐκπύρωσιν vocabant: & aquâ; quod κατακλυσμόν. Qua de re videndus omnino Lipſius, in Phyſiologia Stoicorum libro II. Diſſertatione XXI. XXII. & XXIII. Non tamen id omnes Stoici exiſtimarunt: non Boëthus; non Poſidonius; non Panætius: ut patet ex Philonis loco, quem in ſequenti Obſervatione addu-

cimus. Boëtho, Poſidonio, Panætio, Zenonem Sidonium addit Lipſius ex Numenio. Verba Numenii ſunt: τοῦτο τὸ δόγμα τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως οἱ πρῶτοι καὶ πρεσβύτατοι προσήκαντο, Ζήνων τε καὶ Κλεάνθης, καὶ Χρύσιππος. τὸν μὲν γὰρ τούτου μαθητὴν καὶ διάδοχον τῆς σχολῆς Ζήνωνά φασιν ἐπισχεῖν περὶ τῆς ἐκπυρώσεως τῶν ὅλων. Hanc autem περὶ τῆς ἐκπυρώσεως opinionem habuere Stoici ab Heraclito; de quo Laërtius in ejus Vita: ἕνα εἶναι κόσμον, γεννᾶσθαί τε αὐτὸν ἐκ πυρὸς, καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα. Sive potiùs utramque à Platonicis. Cicero in Somnio Scipionis: *Propter eluviones, exuſtioneſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modò non æternam, ſed ne diuturnam quidem gloriam aſſequi poſſumus.*

141 Παναίτιος δὲ ἄφθαρτον ἀπεφήνατο τὸν κόσμον, &c.] Quod quidem de Panætio, præter Philonem dicto loco, teſtatur Cicero II. de Natura Deorum: *Eventurum noſtri* (loquitur de Stoicis) *putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis Mundus igneſceret.* Et Stobæus in Phyſicis: Παναίτιος πιθανωτέραν εἶναι νομίζει, καὶ μᾶλλον ἀρέσκουσαν αὐτῷ τὴν ἀϊδιότητα τοῦ κόσμου, ἢ τὴν τῶν ὅλων εἰς πῦρ μεταβολήν. Notabilis autem contra hanc Panætii de immortalitate Mundi opinionem, eſt hic Lactantii locus Divinarum Inſtitutionum lib. II. cap. 6. *Quod ſi neque cœlum, neque terra, neque mare, quæ Mundi partes ſunt, Dii eſſe non poſſunt: ergo ne Mundus quidem totus Deus eſt: quem iidem Stoici & animantem, & ſapientem eſſe contendunt, & propterea Deum. In quo tam inconſtantes fuerunt, ut nihil dictum ſit ab his, quod non ab iisdem fuerit everſum. Sic enim argumentantur: Fieri non poſſe, ut ſenſu careat, quod ſenſibilia ex ſe generat: Mundus autem generat Hominem qui eſt ſenſu præditus: ergo & ipſum ſenſibilem eſſe. Item: Sine ſenſu eſſe non poſſe, cujus pars habeat ſenſum: igitur quia Homo ſenſibilis eſt, etiam Mundo, cujus pars Homo eſt, ineſſe ſenſum. Propoſitiones quidem veræ ſunt: Et ſenſibile eſſe, quod ſenſu præditum ſignat: Et habere ſenſum, cujus pars ſenſu aucta ſit. Sed aſſumptiones falſæ ſunt, quibus argumenta concludunt: quia neque Mundus generat Hominem, neque Mundi Homo pars eſt.* Et quæ ſequuntur.

143 Τὸ γὰρ ζῷον τοῦ μὴ ζῴου κρεῖττον· οὐδὲν δὲ τοῦ κόσμου κρεῖττον· ζῷον ἄρα ὁ κόσμος.] Zenonis argumentatio apud Ciceronem III. de Natura Deorum: *Zeno ita concludit: Quod ratione utitur, melius eſt quam id quod ratione non utitur: nihil autem mundo melius: ratione igitur Mundus utitur.*

Βοηθὸς δὲ φησιν, &c.] Lege Βόηθος, accentu in antepenultima. Boëthum autem hunc noſtrum; quod ſuprà obſervare oblitus ſum; namque illius ſuprà jam meminit Laërtius; inter primarios Stoicos recenſet Philo Judæus, in libro de Æternitate Mundi. Verba ejus præteriri minimè debent. Βόηθος, inquit, καὶ Ποσειδώνιος, καὶ Παναίτιος, ἄνδρες ἐν τοῖς Στωϊκοῖς δόγμασιν ἰσχυκότες, ἅτε θεόληπτοι, τὰς ἐκπυρώσεις, καὶ παλιγγενεσίας καταλιπόντες, πρὸς θειότερον δόγμα τῆς ἀφθαρσίας τοῦ κόσμου παντὸς ἠτομόλησαν. *Boëthus, & Poſidonius, & Panætius, viri in Stoicis dogmatis primarii, tamquam à Numine correpti, relictis exuſtionibus, ad divinius dogma de immortalitate Mundi tranſfugerunt.* Profert Philo in ſequentibus Boëthi ἀπόδειξιν de Mundo non interituro. Citatur à Diogene Laërtio Boëthus infrà, in hac ipſa Zenonis Vita, ἐν τῇ Περὶ φύσεως, & ἐν τῷ Περὶ εἱμαρμένης. Videtur ſcripſiſſe & Περὶ ψυχῆς. Nam ab Euſebio Pamphili, libro decimo-quinto de Præparatione Euangelica, affertur Porphyrii Fragmentum ἀπὸ τῶν πρὸς Βόηθον Περὶ ψυχῆς. Horum Porphyrii librorum, ἐν οἷς αὐτέγραψε Βοήθῳ Περὶ ψυχῆς, meminit Euſebius ibidem libro XIV. ubi ex illis locum producit. Ceterùm & Boëthi Stoici meminit Cicero libro I. de Divinatione his verbis: *Quis igitur elicere cauſas præſenſionum poteſt? Etſi video Boëthum Stoicum eſſe conatum, qui haclenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, quæ in mari cœlove fierent.* Et libro II. *Prognoſticorum cauſas perſecuti ſunt & Boëthus Stoicus, qui eſt à te nominatus, & noſter etiam Poſidonius.* Citatur Plutarcho Boëthus, ſimpliciter, libro de Placitis Philoſophorum III. 2. Alius videtur eſſe Boëthus Sidonius, Andronici Rhodii præceptor: de quo Ammonius ad Ariſtotelis Categorias paginâ 8. Βόηθος μὲν οὖν φησι Σιδώνιος, δεῖν ἀπὸ τῆς φυσικῆς ἄρχεσθαι πραγματείας, (ſermo eſt de libris Ariſtotelis) ἅτε ἡμῖν συνηθεστέρας, καὶ γνωρίμου. δεῖ δὲ ἀεὶ ἀπὸ τῶν σαφεστέρων ἄρχεσθαι, καὶ γνωρίμων. ὁ δὲ τούτου διδάσκαλος Ἀνδρόνικος ὁ Ῥόδιος. Videtur enim iſte fuiſſe è familia Peripateticorum. Qui & alius fuit à Flavio Boëtho, Conſule, & Philoſopho Peripatetico: quo præſente Galenus multas Romæ anatomias exhibuit: quod ipſe Galenus teſtatur, in libro de Præcognitione ad Poſtumum. Galenus, in libro de libris propriis, ait ſe Hippocratis & Platonis decreta, inſtinctu Boëthi Ariſtotelici novem libris expoſuiſſe; qui Boëthus, non alius à Flavio illo. Fuit & Boëthus alius, Philoſophus Peripateticus: familiaris Plutarchi, & ab eo laudatus in Sympoſiacis.

Τὸ δὲ πᾶν λέγεται, &c. ὅ, τε κόσμος, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον τὸ ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ ἔξωθεν κενοῦ σύστημα.] Quod etiam Plutarchus ſcribit lib. II. de Placitis Philoſophorum cap. I. οἱ Στωϊκοὶ διαφέρειν τὸ πᾶν καὶ τὸ ὅλον. πᾶν μὲν γὰρ εἶναι τὸ σὺν κενῷ ἄπειρον· ὅλον δὲ χωρὶς τοῦ κενοῦ τὸν κόσμον. ὥστε οὐ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ὅλον καὶ τὸν κόσμον. *Stoici diſcrimen ſtatuunt inter Univerſum & Mundum. Univerſum enim eſſe infinitum adjuncto Inani: totum Mundum ſeorſim ab Inani ſubſiſtere: ita ut idem non ſit Mundus & Univerſum.* Quæ ipſiſſima verba habes apud Cyrillum libro II. contra Julianum.

Τῶν δὲ ἀστρων, τὰ μὲν ἀπλανῆ συμπεριφέρεσθαι τῷ ὅλῳ οὐρανῷ· τὰ δὲ πλανώμενα κατ' ἰδίας κινεῖσθαι κινήσεις.] Aliter Ariſtoteles. Is enim non ſolùm aſtra quæ errantia non ſunt, verùm & errantia ſuis orbibus affixa eſſe exiſtimavit: ideoque non motu proprio, ſed orbis ſui motu transferri. Quod pluribus diſputat libro II. de Cœlo capite 8. Ariſtotelis ſen- 144

tentiæ ſubſcripſit Ptolemæus, & plerique Veterum: atque ex recentioribus Clavius in Sphæram Joannis de Sacroboſco.

Τὸν δὲ ἥλιον λοξὴν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι διὰ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου· ὁμοίως καὶ τὴν σελήνην ἑλικοειδῆ εἶναι.] De Sole, id negat Iſidorus Orig. libro III. cap. 55. *Luna ideò obliquo, & non recto incedit curſu, ut Sol, ne incidat in centrum* (lege *umbram*) *terræ, & frequenter patiatur eclipſim.* Quod non ita intelligendum eſt, quaſi neget, Solem motu obliquo ferri per Zodiacum, ſed ut oſtendat diſcrimen inter motum Solis & Lunæ. Sol gradiendo per Zodiacum, numquam declinat ab ecliptica; à qua & Luna & alii planetæ declinant. Luna per Zodiacum obliquo curſu incedit, modò ad Aquilonem aſcendens, modò deſcendens ad Auſtrum, ac mediam lineam, per quam Sol vehitur, hinc acutis, illinc obtuſis angulis ſecans. De his Lunæ curſibus, videndus Martianus Capella. Ceterùm Auctor incertus vitæ Pythagoræ apud Photium in Bibliotheca, Zodiacum ipſum obliquè ferri, eumque motum ab Ariſtotele primum deprehenſum fuiſſe ſcribit. Omiſit verò Laërtius Stoicorum opinionem de nutrimento ſolis, Lunæ, & aſtrorum; de qua ſic Porphyrius, in libro de Antro Nympharum: τοῖς δ' ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἐδόκει· σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων· τὰ δ' ἄστρα, ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως. καὶ διὰ τοῦτο, ἄμμον μὲν νοερὸν εἶναι τὸν ἥλιον ἐκ θαλάσσης· τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποταμίων ὑδάτων· τοὺς δ' ἀστέρας, ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς ἀπὸ τῆς γῆς. *At Stoicis placuit, Solem exhalatione maris nutriri: Lunam, eâ quæ ex fontium, fluminumque aquis emittitur: Aſtra autem exhalatione terræ. Ideóque, Solem quidem eſſe compagem quamdam intellectualem ex mari: Lunam ex aquis fluvialibus, Stellas autem, ex terræ exhalationibus.*

Καθάπτι Ποσειδώνιος ἐν τῷ ιζ.] Florentinus ἐν τῷ ἑβδόμῳ: Quam lectionem & Sambucus ex Veteri Cod. ad oram libri adnotavit. Jota ſubſcriptum τοῦ omega, cùm ad ejus latus appoſitum eſſet, coaluiſſe videtur cum ſequenti zeta.

Καὶ μείζονα τῆς γῆς] Quod idem de Luna exiſtimabant. Stobæus in Eclogis Phyſicis: Ποσειδώνιος, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Στωϊκῶν, μικτὴν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ μείζονα τῆς γῆς ὡς τὸν ἥλιον. Solem Mathematici veteres, ut refert Cicero, amplius duodeviginti partibus majorem eſſe, quàm Terram confirmant. Hos ſecutus eſt Philoponus. At recentiorum Mathematicorum ſolertia longè ampliorem Solis molem eſſe oſtendit. Idem oſtendunt Lunam majorem eſſe dumtaxat, quam dimidiam partem Terræ. De variis autem Philoſophorum ſententiis circa ſolis magnitudinem, videndus Plutarchus lib. II. de Placitis Philoſ. 21. item Plinius lib. II. 21.

Πῦρ μὲν οὖν εἶναι, ὅτι τὰ πυρὸς πάντα ποιεῖ] Hoc eſt, quia illuminat & urit. Cicero 11. de Natura Deorum: *Sidera eſſe tota ignem duorum ſenſuum teſtimonio confirmare Cleanthes putat, tactus & oculorum.* At Ariſtoteles Solis naturam ab Ignis natura diſtinguit: quòd Ignis nullum animal generat, Sol verò generat. Eum vîdeſis libro & capite 11. de Generatione animalium. Vide & Fernelium in libris de Abditis Rerum cauſſis, ubi Ariſtotelis opinionem acerrimè propugnat. De Stoicorum opinione videndus Lipſius in Phyſiologia lib. II. Diſſertat. 14.

Γεωδεστέραν δὲ τὴν σελήνην, ὥστε καὶ προσγειοτέραν 145
οὖσαν] Quare ignem turbidum & fæculentum eam appellabant. Plutarchus in libro de Facie Lunæ: πῦρ θολερὸν, ὥσπερ οἱ Στωϊκοὶ λέγουσι, καὶ τρυγῶδες. Inde & γῆ ὀλυμπία, & ἄστρον γεῶδες dicta, teſte eodem Plutarcho in libro de Oraculorum defectu. Etiam *æthereum terram* Macrobius Lunam appellat. Immo & eam eſſe terram multarum urbium & montium Xenophanes exiſtimavit, ut eſt apud Ciceronem in VI. Academicarum Quæſtionum.

Τρέφεσθαι δὲ τὰ ἔμπυρα ταῦτα, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα] Seneca, ὁ Στωϊκώτατος, libro II. Quæſt. Nat. capite 5. *Ex cælo & terra alimenta omnibus animalibus, omnibus ſatis, omnibus ſtellis dividuntur. Hinc quidquid eſt virium ſingulis: hinc ipſi Mundo tam multa poſcenti, ſubminiſtratur: hinc proferitur, quo ſuſtineantur tot ſidera, tam exercitata, tam avida, per diem noctemque, ut in opere, ita & in paſtu.* Plinius (& ille ſæpius Stoïciſſat) libro II. capite 9. *Sidera verò haud dubiè humore terreno paſci.* Et capite 68. *Oceanus omnes ſundens recipienſque aquas, ac Sidera ipſa, tot & tantæ magnitudinis, paſcens.* Cotta apud Ciceronem III. de Natura Deorum: *Quid enim? non eiſdem vobis* (Balbum Stoicum compellat) *placet omnem ignem paſtu indigere, nec permanere ullo modo poſſe, niſi alatur? ali autem Solem, Lunam, reliqua aſtra, aquis alia dulcibus, alia marinis.* Addit verò: *Eamque cauſam Cleanthes affert, cur ſe Sol referat, nec longiùs progrediatur ſoliſtitiali orbe, itemque brumali, ne longiùs diſcedat à cibo.*

Τὸν μὲν ἥλιον, ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης,] Porphyrius, in libro de Antro Nympharum: τοῖς δ' ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἥλιον μὲν τρέφεσθαι ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἀναθυμιάσεως ἐδόκει· σελήνην δ' ἐκ τῶν πηγαίων καὶ ποταμίων ὑδάτων· τὰ δ' ἄστρα, ἀπὸ τῆς ἐκ γῆς ἀναθυμιάσεως. καὶ διὰ τοῦτο ἄμμον μὲν νοερὸν εἶναι τὸν ἥλιον ἐκ θαλάσσης· τὴν δὲ σελήνην, ἐκ ποταμίων ὑδάτων. τοὺς δ' ἀστέρας, ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς ἀπὸ τῆς γῆς. Qui locus huic Laërtiano planè affinis eſt. Sed in eadem, quâ Stoici ſententiâ, fuere & Poëtæ. Lucanus lib. IX.

Quod rapidus Titan, ponto ſua lumina paſcens,
Æquora ſubduxit Zenæ victima peruſta.

Et lib. X.

Necnon Oceano paſci Phœbumque, polumque
Credimus.

Anacreon ſimiliter:

Πίνει θάλασσα δ' αὐγάς·
Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν.

Videndus Cicero de Nat. Deor. lib. II.

Νοερὸν ὄντα ἄναιμα] Etiam Plutarchus de Placitis Philoſophorum II. 20. ubi de Sole: οἱ Στωϊκοὶ, ἄναιμα νοερὸν, ἐκ θαλάττης. Quæ ipſiſſima

verba legas apud Stobæum ex Cleanthe.

Τὴν δὲ σελήνην ἐκ ποτίμων ὑδάτων] Ex Chryſippo, qui apud Stobæum Lunam dicebat eſſe, τὸ ἀθροισθὲν ἐξαμμα, μετὰ τὸν ἥλιον, ἐκ τοῦ ἀπὸ τῶν ποτίμων ὑδάτων ἀναθυμιάματος. Plin. II. c. 1. *Sed in dulcibus aquis Lunæ alimentum eſſe, ſicut in marinis Solis.* Adde Ciceronem dicto loco.

Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς σφαιροειδῆ εἶναι καὶ τὰ ἄστρα] Ita communiter Stoici. At Cleanthes coni figurâ eſſe exiſtimavit. Plutarchus de Placitis Philoſophorum II. 14. οἱ Στωϊκοὶ σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας, καθάπερ κόσμον, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην. Κλεάνθης κωνοειδεῖς. Eadem legas apud Stobæum in Phyſicis Eclogis. Cleanthis ſententiam potiorem ducit Lipſius in Phyſiologia II. 14. ubi eum vide. Sed Ariſtoteles quoque rotunda eſſe aſtra exiſtimavit, in libris de Cœlo; & Plato in Timæo: quam opinionem Poëtæ ſecuti ſunt.

Καὶ τὴν γῆν ἀκίνητον οὖσαν] Contrà, Pythagorei. Vide infrà, in Philolao.

Τὴν σελήνην οὐκ ἴδιον ἔχειν φῶς, ἀλλὰ παρ' ἡλίου λαμβάνειν ἐπιλαμπομένην] *Luna de Sole flammatur*, inquit Auctor Fragmenti, quod ad calcem libri Cenſorini de Die Natali editum eſt. Inde *Lunam* dictam Iſidorus III. 60. exiſtimavit, à voce *Lucina*, ablatâ mediâ ſyllabâ: Lucinam autem *à luce Solis*, eo quòd ab eo lumen accipiat. Etiam Cicero II. de Natura Deorum, Lunam à lucendo nominatam ait. Falsò uterque. Vox *Luna* Græcæ eſt originis. A Græco λουνὴ, hoc eſt, *ſplendens, lucens*, eſt Latinum *Luna*. Heſychius: λουνὸν. λαμπρόν. Inde *Lunus* Deus. Ab eo ſplendore *Noctiluca* dicitur Horatio Luna:

Rite creſcentem face Noctilucam:

Et *Lucina* Virgilio: *Caſte ſave Lucina.* Inde & Græcis σελήνη, ἀπὸ τοῦ σέλας. Nunneſius ex σελήνη, per aphæreſim, deducebat: quod etiam Guieto placuiſſe video. Alii ex Ebræo לבנה deducunt: quod mihi minùs placet. Ceterùm nonnulli Philoſophorum Lunam proprium lumen habere exiſtimarunt: præcipuè verò Anaximander. Plutarchum adi in Placitis Philoſophorum II. 28. Pythagorici idem cum Stoicis cenſuerunt. Vide infrà, in Pythagora.

Ἐκλείπειν δὲ τὸν μὲν ἥλιον, ἐπιπροσθούσης αὐτῷ σελήνης] ἐπιπροσθεν οὔσης emendat Johannes Sambucus, ſive potiùs emendare conatur; nam ἐπιπροσθούσης rectum eſt.

146 Φαίνεται γὰρ ὑπερεχομένη ταῖς συνόδοις, καὶ ἀποκρύπτουσα αὐτὸν καὶ πάλιν παραλλάττουσα] ὑπερχομένη ſcriptum eſt in Codice Regio: & ita quoque Editio prior. Sed ὑπερεχομένη etiam Editiones Stephanicæ. Utraque lectio recta eſt. ὑπερεχομένη ταῖς συνόδοις, id eſt, *prætenſa* (ſupple ἡλίῳ) *in conjunctionibus.* ὑπερχομένη, id eſt, *ſubjecta*, ut rectè Aldobrandinus ex Cicerone: cujus ſunt verba libro II. de Natura Deorum, ubi de Luna diſſerit in perſona Balbi Stoici: *Sed tum congrediens cum Sole, tum digrediens, & eam lucem, quam à Sole accipit, mittit in terras, & varias ipſas mutationes lucis habet: atque etiam tum ſubjecta, atque oppoſita Soli, radios ejus & lumen obſcurat.* συνοδεύειν Luna dicitur, quando cum Sole coit. Theon Arati Scholiaſtes: συνοδεύουσα γὰρ, πλησίον τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν ἑσπέραν φαίνεται. Unde σύνοδος pro eo tempore uſurpatur. Id Latini vocant *interlunium*, & *ſilentia Lunæ.* παραλλάττειν autem dicitur de Luna, cùm non eſt Soli ſubjecta, ſed prope Solem eſt, à latere ejus. Martianus Capella, ex emendatione Salmaſii: *Undè ſi ab Aquilone rediens ad Solem, in latere proximè poſita, non obſiſtit, παράλλαξιν ἐν συνόδῳ facere perhibetur: quæ ſi à latere Septemtrionis tranſcurrens coit, nec obſiſtit, παράλλαξιν ἐν βορείῳ συνόδῳ facere memoratur. Si ab Auſtro veniens, nec obſiſtens lumen acceperit, παράλλαξιν ἐν συνόδῳ νοτίῳ feciſſe dicitur*, &c.

Ὅθεν καὶ ταῖς πανσελήνοις ἐκλείπειν μόναις, καίπερ κατὰ διάμετρον ἱσταμένην κατὰ μῆνα τῷ ἡλίῳ] Plutarchus de Facie in orbe Lunæ: ἐπὶ μίαν μὲν εὐθεῖαν τῶν τριῶν σωμάτων γινομένων, γῆς καὶ ἡλίου καὶ σελήνης, αἱ ἐκλείψεις συντυγχάνουσιν. ἡ γὰρ γῆ τῆς σελήνης, ἢ πάλιν ἡ σελήνη τῆς γῆς ἀφαιρεῖται τὸν ἥλιον. ἐκλείπει γὰρ οὗτος μὲν σελήνης, σελήνη δὲ γῆς ἐν μέσῳ τῶν τριῶν ἱσταμένης. ὧν γίνεται, τὸ μὲν ἐν συνόδῳ, τὸ δὲ ἐν διχοτομίᾳ. Nam ibi διχοτομία, eſt διχομηνία. διχομηνία autem, eſt *plenilunium.* Heſychius: διχομηνία. τὸ ἥμισυ τοῦ μηνὸς τῆς σελήνης· ὅτε πληροῦται. ἔστι διχομηνία, ὅτε πεντεκαιδεκαταία. Iſidorus Originum lib. III. cap. 58. *Eclipſis Lunæ eſt, quoties in umbram Terræ Luna incurrit. Non enim ſuum lumen habere, ſed à Sole illuminari putatur. unde & defectum patitur ſi inter ipſam & Solem umbra Terræ interveniat. Patitur autem hoc decimâ quintâ lunâ, eouſque quàm diu centrum atque umbra obſtantis terræ exeat, videatque Solem, vel à Sole videatur.* Minùs rectè igitur Sambucus pro μόναις, hîc legebat μῆνα: quamquam ita in Florentino Codice ſcriptum eſt.

Θεὸν δὲ, εἶναι ζῷον ἀθάνατον, &c.] Balbus Stoicus 147
apud Ciceronem in II. de Natura Deorum: *Sed cùm talem eſſe Deum certâ notione animi præſentiamus, primùm ut ſit animans, deinde ut in omni natura nihil eo ſit præſtantius: ad hanc præſenſionem notionemque noſtram, nihil video, quod potiùs accommodem, quam ut primum hunc ipſum Mundum, quo nihil fieri excellentius poteſt, animantem eſſe & Deum judicem.* Et poſtea: *Ita efficitur, animantem, ſenſus, mentis, rationis Mundum eſſe compotem, qua ratione, Deum eſſe Mundum concluditur.*

Μὴ εἶναι μέντοι ἀνθρωπόμορφον] Contrà Epicurus Deorum formas eſſe humanas ajebat: qua de re eſt apud Ciceronem lib. I. de Natura Deorum, & apud Sextum Empiricum Hypotypoſeon. III. 24. De Stoicis Lactantius: *Stoici negant ullam formam habere Deum.*

Εἶναι δὲ τὸν μὲν, δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥςπερ πατέρα πάντων] Diximus ſuprà. *Ovidius quoque in principio præclari operis, ſine ulla diſſimulatione, à Deo, quem fabricatorem Mundi, quem rerum opificem vocat, Mundum fatetur inſtructum.* Verba ſunt Lactantii Firmiani Divinar. Inſtit. lib. I. cap. 5. *Effector Mundi, molitorque* Deus quoque dicitur Ciceroni in libro de Univerſo.

Κοινῶς τε, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάν-

τῶν] Sextus Empiricus Hypotypoſeon III. 24. ubi de variis circa Deum opinionibus: Στωϊκοὶ δὲ, πνεῦμα, διῆκον δὲ καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν. Huc ſpectat quod ait Septimius adverſus Hermogenem: *Stoici enim volunt Deum ſic per materiam decurriſſe, quomodo mel per favos.* Et Virgilius:

--- Deum namque ire per omnes
Terraſque tractuſque maris, cœlumque profundum.

τὸ διῆκον διὰ πάντων Cicero vertit, *Rationem quamdam per omnem Naturam pertinentem*, lib. I. de Natura Deorum, ubi de hac Stoicorum circa Deos opinione. Eam autem à Pythagoricis Stoici habuere. Cicero ibidem: *Pythagoras, qui cenſuit Deum animum eſſe per naturam rerum omnium intentum & commeantem.* Benè autem Jo. Damaſcenus cap. xvi. αὐτὸς ὁ θεὸς διὰ πάντων ἀμιγῶς διήκει, καὶ πᾶσι μεταδίδωσι τῆς ἐκυτοῦ ἐνεργείας, κατὰ τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα καὶ δεκτικὴν δύναμιν. *Deus ipſe omnia pervadit, ſed ſine mixtione, & omnibus vim & efficaciam ſuam participat, ſed pro cujuſque aptitudine & captu.*

Οὐ πολλαῖς προσηγορίαις προσονομάζεται κατὰ τὰς δυνάμεις] Diximus ſuprà. Adde, Veteribus πολυώνυμον idem eſſe quod πολυδύναμον. Notus eſt in hanc rem locus Callimachi de Diana:

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον, ἄππα, φυλάσσειν,
Καὶ πολυωνυμίην.

Et Virgilii, de Alecto:

--- tibi nomina mille:
Mille nocendi artes.

Δία μὲν γάρ φασι, δι' ὃν τὰ πάντα] Falsò; ne dicam ineptè. Nec veriùs, aut aptiùs, Plato in Cratylo: οἱ μὲν γὰρ, Ζῆνα· οἱ δὲ, Δία καλοῦσι. συντιθέμενοι δ' εἰς ἓν δηλοῦ τὴν φύσιν τοῦ θεοῦ· ὃ δὴ προσήκειν φαμὲν ὀνόματι, οἵῳ τε εἶναι ἀπεργάζεσθαι. οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὅστις ἐστὶν αἴτιος μᾶλλον τοῦ ζῆν, ἢ ὁ ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς τῶν πάντων. συμβαίνει οὖν ὀρθῶς ὀνομάζεσθαι οὕτως, τῷ θεὸς εἶναι δι' ὃν ζῆν ἀεὶ πᾶσι τοῖς ζῶσιν ὑπάρχει. διείληπται δὲ δίχα (ὥσπερ λέγω) ἓν ὂν τὸ ὄνομα, τῷ Διΐ καὶ Ζηνί. *Quidam Ζῆνα, quidam Δία vocant. Quæ partes in unum compoſitæ naturam Dei ipſius oſtendunt, quod maximè debet nomen efficere poſſe. Nulla enim nobis ceteriſque omnibus vivendi magis cauſſa eſt, quàm princeps, rexque omnium. Quapropter decens nomen eſt hic Deus ſortitus, per quem vita ſemper viventibus omnibus ineſt. Sectum autem in duo eſt unum, ut dicebam, nomen, Δία videlicet atque Ζῆνα. Δία,* accuſativus eſt ex antiquo Δίς, quem pro ζεῦν Scriptores uſurparunt. Euſtathius ad Odyſſ. A. pag. 1387. 26. Edit. Rom. Δὶς γάρ, οὖ γενικὴ Διός, καὶ Ζῆν, καὶ Ζᾶν, καὶ Ζᾶς, καὶ Ζῆς παρὰ Φερεκύδῃ· καὶ Βοιωτικῶς Ζεὺς καὶ Δάν (legendum Δεὺς καὶ Δὰν) καὶ ὅτι τοῦ Ζεὺς ἐστὶ καὶ αἰτιατικὴ παρὰ Πολυκράτει τῷ Σοφιστῇ μονοσύλλαβος τὸν Ζεῦν.

Ζῆνα δὲ καλοῦσι, παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν, ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν] Lipſius Phyſiol. lib. I. Diſſert. 9. pro ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν reſcribendum volebat, ἢ διὰ τὸ ζεῖν κεχώρηκεν. Duplex enim, inquiebat, etymon voci Ζεὺς adſignant Stoici; vel *à vita*; vel *à fervore*. Quam emendationem confirmabat his Athenagoræ verbis: Ζεὺς, ἡ ζέουσα οὐσία, κατὰ τοὺς Στωϊκούς. Sed τὸ κεχώρηκεν cum τῷ ζεῖν minùs convenit. Quare nihil mutandum exiſtimamus. Sed fortaſſe ſcripſerat Laërtius, Ζῆνα δὲ καλοῦσι, παρ' ὅσον τοῦ ζῆν αἴτιός ἐστιν, ἢ διὰ τοῦ ζῆν κεχώρηκεν, ἢ διὰ τοῦ ζεῖν. Ceterùm, Ζῆνα dictum, quia vitæ auctor ſit, ſcripſit quoque Didymus apud Euſebium lib. xv. de Præparat. Evangel. cap. 15. διὸ δὴ καὶ Ζεὺς λέγεται ὁ κόσμος, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν αἴτιος ἡμῖν ἐστι. Utriuſque ἐτυμολογίας, cùm ἀπὸ τοῦ ζῆν, tùm ἀπὸ τοῦ ζεῖν, meminit Etymologus. Aliam quoque adfert: ſcilicet, ἀπὸ τοῦ δεύειν: cujus meminit & Euſtathius pag. 153. necnon pag. 436.

Ἀθηνᾶν δὲ, κατὰ τὴν εἰς αἰθέρα διάτασιν τοῦ ἡγεμονικοῦ αὐτοῦ] Aliter Plato: quaſi Θεονόην ſcilicet, id eſt, *divina cognoſcentem*: vel quaſi Ἠθονόην, ὡς τὴν ἐν τῷ ἤθει νόησιν, *ut intelligentiam, quæ in more ſit.* Vide locum Platonis in Cratylo, ſi tanti eſt; piget enim tam ineptas, tam futiles; ſint illæ licèt Philoſophorum Dei; ita Platonem Cicero appellat; etymologias hîc tranſcribere. Nec meliùs Euſtathius Ἀθηνᾶν pro Ἀθήνην dictam volebat, quaſi ἀθήλην, hoc eſt, μὴ θηλάσασαν. Locus eſt pag. 83. Edit. Rom. ad Iliados α'. Habuit autem ab Auctore Allegoriarum Homericarum. Allegoricè autem Minervam pro æthere uſurpari rectè obſervat idem Euſtathius ad eumdem librum pag. 123. Ætheris ſphæra Minervæ adſignatur. Saluſtius de Diis: καὶ σφαῖρας δὲ τούτων ἐστὶν ἰδεῖν, Ἑστίας μὲν γῆν, Ποσειδῶνος ὕδωρ, Ἥρας ἀέρα, Ἡφαίστου δὲ πῦρ. ἐξ δὲ τὰς ἀνωτέρας, ὧν ἔθος νομίζειν θεῶν. Ἀπόλλωνα γὰρ καὶ Ἄρτεμιν, ἀντὶ ἡλίου καὶ σελήνης ληπτέον. τὴν Κρόνου δὲ, Δήμητρι δοτέον, καὶ Ἀθηνᾷ τὸν αἰθέρα. ὁ δὲ οὐρανὸς πάντων κοινός. αἱ μὲν οὖν τάξεις καὶ δυνάμεις, καὶ σφαῖραι τῶν δώδεκα θεῶν οὕτως εἰρηνταί τε καὶ ὑμνοῦνται. *Eorum quoque Sphæras videre eſt, Veſtæ terram, Neptuni aquam, Junonis æthrem, Vulcani ignem: ſex autem ſuperiores illorum Deorum, quibus de more adſignantur; quandoquidem Apollinem & Dianam pro Sole & Luna accipi par eſt. At Saturni Sphæra Cereri adjudicanda eſt, ætheris Minervæ. Cœlum verò in commune omnibus datur. Ordines igitur ac potentiæ, ſphæráque duodecim Deorum hoc modo explicantur & celebrantur.*

Ἥραν δὲ, κατὰ τὴν εἰς ἀέρα] Aliter Plato: Ἥρα δὲ, ὡς ἐρατή τις, ὥσπερ οὖν καὶ λέγεται ὁ Ζεὺς αὐτῆς ἐραστὴς ἔχειν. Sed & ſimiliter: ἴσως δὲ μετεωρολογῶν ὁ νομοθέτης τὸν ἀέρα Ἥραν ὠνόμασεν, ἐπικρυπτόμενος, θεὶς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτήν. γνοίης δ' ἂν, εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα. Ἥρα verò, *id eſt*, Juno, *quaſi* ἐρατή, *id eſt*, amabilis, *propter amorem quo Jupiter in eam afficitur. Forte etiam ſublime ſpectans, qui hoc nomen inſtituit, aërem* Ἥραν *denominavit, & obſcurè locutus eſt, ponens in fine principium.* Similiter & Athenagoras in Legatione pro Chriſtianis, ubi de appellationibus Deorum, ex Stoicorum mente: Ἥρα ὁ ἀὴρ, καὶ τοῦ ὀνόματος, εἰ αὐτὸ αὐτῷ συνάπτοιτο, συνεκφωνουμένου, id eſt, *Juno aër, quod vel nomen ejus Græcum approbare poteſt.* Ἥρα *enim Juno*

eſt, cujus vocabuli eadem literæ diſſolutæ, ſi alio modo conjungantur, ἀὴρ ſonabunt. Stoicæ ἐτυμολογίας meminit Cicero lib. II. de Natura Deorum: *Aër, autem, ut Stoici diſputant, interjectus inter mare & cœlum, Junonis nomine conſecratur: quæ eſt ſoror & conjux Jovis, quòd ei ſimilitudo eſt aëris, & cum eo ſumma conjunctio. effeminarunt autem eum, Junonique tribuerunt, quòd nihil eſt eo mollius.* Addit: *Sed Junonem* à juvando *credo nominatam.* Falsò omnino. JUNO nomen eſt Græcum. Ζανώ, eſt uxor τοῦ Ζανὸς, id eſt, Jovis, qui Ζὰν à Doribus dicitur. Ὃν δὲ θανὼν κεῖται Ζᾶν, ὃν Δία κικλήσκουσιν. Verſus eſt ex Epigrammate, quod tumulo Jovis Pythagoras inſcripſerat, qui refertur in Porphyrio in Vita Pythagoræ. Inde Ætolis ὁ Ζανὸς: ex quo Romani ſuum Janum fecerunt, quem eumdem eſſe ac Jovem ex Antiquorum libris aſſerit Auguſtinus. Id nos docuit Claudius Salmaſius in Libello quem ſcripſit de Herode Infanticida, Danielis Heinſii Tragœdia, quem olim, quæ ejus fuit humanitas, nobis nuncupavit.

Καὶ Ἥφαιστον, κατὰ τὴν εἰς τὸ τεχνικὸν πῦρ] Non ſatis capio ἐτύμου rationem. Ἥφαιστον dictum volebat Plato in Cratylo, quaſi *φάεος ἵστορα, luminis præſidem:* Etymologus verò, παρὰ τὸ ἅπτω, quaſi ἄψαστος τις ὤν, (corrige ἄφαπτος) quòd ignis tangi non poſſit. Nugæ. Nomen eſt Phœnicium: quod nos docuit Virorum optimus, modeſtiſſimus, & doctiſſimus Samuel Bochartus lib. I. de Colon. Phœnicum cap. 12. *Vulcanus*, inquit, *Græcè dicitur,* Ἥφαιστος, *Doricè* Ἄφαιστος, *id eſt* אב אשתא Af eſto, *pater, ſeu inventor ignis.* Non prætereundum, quod ad Simplicium Salmaſius obſervavit, Ægyptiis antiquis Φθᾶ dictum, qui Græcis Ἥφαιστος. Euſebius de Præparatione Evangelica libro III. ex Porphyrio: ubi de Vulcano & Ægyptiis: ὃν αὐτοὶ προσαγορεύουσι φθᾶ. οἱ δὲ Ἕλληνες, Ἥφαιστον. Suidas: φθᾶς. ὁ Ἥφαιστος παρὰ Μεμφίταις. καὶ παροιμία, Ὁ Φθᾶς σοι λελάληκεν. οἱ δὲ, Ἀφθᾶς φασιν. Inde in Eratoſthene Σιριφθᾶ, nomen Thebæi Regis, redditur *vidὸs* Ἡφαίστου: & Χωμαΐφθᾶ, alterius Regis Thebæi nomen, κόσμος φιλήφαιστος. Videndus Salmaſius de Annis Climactericis, pag. 567.

Καὶ Ποσειδῶνα, κατὰ τὴν εἰς τὸ ὑγρόν.] Hoc eſt, quod ex Stoicorum Etymologiis ſcribit Athenagoras: Ποσειδῶν, ἡ πόσις. Similiter Homericarum Allegoriarum Auctor: διὰ τοῦ β' ὁ Ποσειδῶν ὑγρά τις οὖν ὕλη, καὶ παρὰ τὴν πόσιν οὕτως ὠνομασμένος, &c. Item Clemens Alexand. in Admonitione ad Gentes: Ποσειδῶνα dictum volebat Plato dicto loco, ὅτι αὐτὸν βαδίζοντα ἐπέσχεν ἡ τῆς θαλάττης φύσις, καὶ οὐκέτι εἴασε πραελθεῖν, ἀλλ' ὥσπερ δεσμὸς τῶν ποδῶν αὐτῷ ἐγένετο. τὸν οὖν ἄρχοντα τῆς δυνάμεως ταύτης θεὸν ὀνόμασε Ποσειδῶνα, ὡς πεσίδεσμον ὄντα. τὸ δὲ ε ἔγκειται ἴσως εὐπρεπείας ἕνεκα. Id eſt, *quia eumdem ipſum maris natura detinuit, neque progredi ultra permiſit, ſed quaſi vincula pedibus ipſius injecit. Maris itaque Principem* Ποσειδῶνα *vocavit*, (loquitur de eo qui primus hanc vocem uſurpavit) *quaſi* ποσίδεσμον ὄντα, *id eſt, pedum vinculum habentem.* ε verò *decoris gratiâ ſortè adjectum fuit.* Addit & alias ἐτυμολογίας: τάχα δὲ, οὐκ ἂν τοῦτο λέγοι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ σ δύο λλ τὸ πρῶτον ἐλέγετο, ὡς πολλὰ εἰδότος τοῦ θεοῦ. ἴσως δὲ ἀπὸ τοῦ σείειν ὁ σείων ὠνόμαστται. πρόκειται δὲ καὶ τὸ π, καὶ τὸ ο, καὶ τὸ δ. *Forſitan non hoc ſibi vult, ſed pro σ, duplex λλ primò fuit poſitum, quaſi dicatur* πολλὰ εἰδώς, *id eſt*, multa noſcens Deus. *Fortaſſis ab eo quod dicitur* σείειν, (*id eſt*, quatere) σείων, *id eſt*, quatiens, *eſt nominatus: cui* π & δ *fuit adjectum.*

Καὶ Δήμητραν, κατὰ τὴν εἰς γῆν] Aliter Plato: Δημήτηρ μὲν φαίνεται, κατὰ τὴν δόσιν τῆς ἐδωδῆς, διδοῦσα ὡς μήτηρ. Fallitur Plato. Δημήτηρ, eſt γῆς μήτηρ, *mater Telluris*; quaſi γημήτηρ. Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 340. ἡ γὰρ Δημήτηρ, φασὶν, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν, ἢ γῆ μήτηρ. Diodorus Siculus libro I. τὴν δὲ γῆν, ὥσπερ ἀγγεῖόν τι τῶν φυομένων ὑπολαμβάνοντας, (ſermo eſt de Ægyptiis) μητέρα προσαγορεῦσαι· καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ ταύτην παραπλησίως Δήμητρα καλεῖν, βραχὺ μετατεθείσης διὰ τὸν χρόνον τῆς λέξεως. τὸ γὰρ παλαιὸν ὀνομάζεσθαι Γῆν, Μητέρα. καθάπερ καὶ τὸν Ὀρφέα προσμαρτυρεῖν, λέγοντα,

Γῆ μήτηρ πάντων Δημήτηρ πλουτοδότειρα.

Δᾶ, eſt γᾶ. Theocritus Idyllio VII. οὐ Δᾶν, hoc eſt, *non, per Terram.* Hoc rectè quoque Cicero libro II. de Natura Deorum. Quod veriloquium retulit & Auctor Etymologici Magni. Etiam Euſtathius pag. 765. 23.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἄλλας προσηγορίας ἐχόμενοί τινος εἰκειότητος ἀπέδοσαν] Cetera nomina Deorum intelligit. Cicero III. de Natura Deorum: *Magnam ſuſcepit moleſtiam, & minimè neceſſariam Zeno primus, poſt Cleanthes, deinde Chryſippus, commentitiarum fabularum reddere rationem, & vocabulorum, cur quidque ita appellatum ſit, cauſſas explicare.* Sed & omnium vocabulorum etymologias ſtudiosè Stoici ſectabantur. Cicero libro I. de Officiis: *Fundamentum autem Juſtitiæ eſt fides, id eſt, dictorum conventorumque conſtantia & veritas: ex quo (quamquam hoc videbitur fortaſſe durius) tamen audeamus imitari Stoicos, qui ſtudiosè exquirunt unde verba ſint ducta: credamuſque, quia fiat quod dictum eſt, appellatam* FIDEM. Verùm in ducendis illis nominum originibus licentiores ac propemodum inepti erant: quo nomine idem Tullius eos traducit. OPPIDUM, inquit, *ut imiter ineptias Stoicorum, quòd opem daret.* Sed nec ipſum in hoc illis feliciorem fuiſſe arguunt quas de Deorum nominibus, exemplo Stoicorum, profert origenes in libro de Natura Deorum ſecundo.

Φύσιν δὲ, ποτὲ μὲν ἀποφαίνονται τὴν συνέχουσαν τὸν κόσμον, ποτὲ δὲ τὴν φύουσαν τὰ ἐπὶ γῆς. ἔστι δὲ φύσις ἕξις, &c.] Quem locum retulit Suidas in Voce φύσις: Φύσις ἐστὶν, ἥτε συνέχουσα τὸν κόσμον, καὶ ἡ φύουσα τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ἡ αὖτως· ἕξις ἐξ αὐτῆς κινουμένη κατὰ τοὺς σπερματικοὺς λόγους, ἀποτελοῦσά τε καὶ συνέχουσα τὰ ἐξ αὐτῆς ἐν ὡρισμένοις χρόνοις, καὶ τοιαῦτα δρῶσα, ἐφ' οἷον ἀπεκρίθη· ταύτην δὲ καὶ τοῦ συμφέροντος στοχάζεσθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῆς οὐρανοῦ δημιουργίας. Ubi obſervare eſt apud Suidam legi, ταύτην 148

ταύτην δὲ τοῦ συμφέροντος στοχάζεσθαι, ὡς δῆλον ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ δημιουργίας, pro eo quod apud Noſtrum legitur, ταύτην δὲ καὶ τοῦ συμφέροντος στοχάζεσθαι, καὶ ἡδονῆς, ὡς δῆλον ἐκ τῆς τοῦ ἀνθρώπου δημιουργίας. Ceterùm Laërtiano huic loco conſentanea habes apud Ciceronem, lib. II. de Natura Deorum: quod rectè Aldobrandinus obſervabat, quem vide.

149 Καθ' εἱμαρμένην δὲ φασι τὰ πάντα γίνεσθαι, &c.] Res notiſſima: quare teſtimoniis Scriptorum ſupersedeo. Verba tamen Auctoris τῶν φιλοσοφουμένων ἀνεκδότων præterire nefas duxerim. Ea autem ſic ſe habent: καὶ αὐτοὶ δὲ τὸ καθ' εἱμαρμένην εἶναι πάντη διεβεβαιώσαντο· παραδείγματι χρησάμενοι τοιούτῳ· ὅτι, ὥσπερ ὀχήματος ἐὰν ἡ ἐξηρτημένος κύων, ἐὰν μὲν βούληται ἕπεσθαι, καὶ μὴ ἕλκηται, καὶ ἕπεται ἑκών, καὶ τὸ αὐτεξούσιον μετὰ τῆς ἀνάγκης, οἷον τῆς εἱμαρμένης. ἐὰν δὲ μὴ βούληται ἕπεσθαι, πάντως ἀναγκασθήσεται. τὸ αὐτὸ δῆπου καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων· καὶ μὴ βουλόμενοι γὰρ ἀκολουθεῖν ἀναγκασθήσονται πάντως εἰς τὸ πεπρωμένον εἰσελθεῖν. Heraclitus quoque fato omnia fieri exiſtimavit. Vide Plutarchum de Placitis Philoſ. I. 27.

Βόηθος δὲ ἐν ιά Περὶ εἱμαρμένης] Palat. ἐν α' Περὶ εἱμαρμένης.

Ἔστι δὲ εἱμαρμένη αἰτία τῶν νόμων εἰρομένη, &c.] Τῶν ὄντων habent Stephanicæ Editiones. Apud Suidam, qui hunc locum exſcripſit in εἱμαρμένη, legitur τῶν ὅλων. Ἔστι δὲ εἱμαρμένη, inquit, αἰτία τῶν ὅλων εἰρομένη· ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται. ἢ εἱρμός τις καὶ ἐπισύνδεσμος ἀπαράβατος, δι' αἰτίαν ἀναπόδραστον· ἢ δύναμις κινητικὴ τῆς ὕλης. τῶν νόμων non diſplicet. Plutarchus in libro de Fato: εἱμαρμένη τε γὰρ προσαγορεύεται ὡς ἂν εἰρομένη τις. θεσμὸς δὲ καὶ νόμος ὑπάρχει, τῷ τὰ ἀκόλουθα τοῖς γινομένοις πολιτικῶς διατετάχθαι. Videndus Cicero libro de Fato, & Plutarchus libro itidem de Fato, & de Placitis Philoſ. I. 27. & Auguſtinus de Civitate Dei lib. V. cap. 1. & Plotinus Ennead. III. lib. 1.

Καὶ μὴν καὶ μαντικὴν ὑφεστάναι πᾶσάν φασιν, εἰ καὶ πρόνοιαν εἶναι, &c.] Hæ καὶ πρόνοιαν habet Editio Stephani, necnon Regius Codex. De Divinatione Stoicorum Cicero lib. I. de Divinat. *Quæ verò aut conjecturâ explicantur, aut eventis animadverſa & notata ſunt, ea genera divinandi, ut ſuprà dixi, non naturalia, ſed artificioſa dicuntur, in quo Aruſpices, Augures, Conjectoreſque numerantur. Hæc improbantur à Peripateticis, à Stoicis defenduntur.* Et deinde: *Animi enim integri, non vitioſi corporis eſt Divinatio. Quam quidem eſſe revera, hac Stoicorum ratione concluditur: Si ſunt Dii, neque antè declarant Hominibus quæ futura ſunt, aut non diligunt Homines, aut quid eventurum ſit ignorant, aut exiſtimant nihil intereſſe Hominum ſcire quid futurum ſit, aut non cenſent eſſe ſuæ majeſtatis præſignificare Hominibus quæ ſunt futura, aut ea ne ipſi quidem Dii ſignificare poſſunt. At neque non diligunt nos, ſunt enim beneficî, generique Hominum amici: neque ignorant ea quæ ab ipſis conſtituta & deſignata ſunt: neque noſtrâ nihil intereſt ſcire ea quæ eventura ſunt; erimus enim cautiores, ſi ſciemus: neque hoc alienum ducunt majeſtate ſua; nihil eſt enim beneficentiâ præſtantius: neque non poſſunt futura prænoſcere: non igitur & ſunt Dii, nec ſignificant futura. Sunt autem Dii: ſignificant ergo: Et non, ſi ſignificant, nullas vias dant nobis ad ſignificationis ſcientiam; fruſtra enim ſignificarent: nec ſi dant vias, non eſt Divinatio: eſt igitur divinatio. Hac ratione & Chryſippus, & Diogenes, & Antipater utitur.* Qui locus mirè hunc Laërtianum illuſtrat. Stoicorum circa Divinationem opinionis meminit & Septimius lib. de Anima cap. 46. his verbis: *Sed & Stoici, Deum malunt, providentiſſimum humanæ inſtitutioni, inter cetera præſidia divinatricem artium & diſciplinarum, ſomnia quoque nobis indidiſſe, peculiare ſolatium naturalis oraculi.* Etiam τὸ ὀνειροπολικὸν, quod omiſit Laërtius, inter partes Divinationis poſuiſſe Stoicos teſtatur Plutarchus lib. V. de Placit. Philoſ. cap. 1. Πλάτων καὶ οἱ Στωϊκοὶ τὴν μαντικὴν εἰσάγουσι κατὰ τὸ ἔνθεον, ὅπερ ἐστὶν ἐνθουσιαστικὸν κατὰ θειότητα τῆς ψυχῆς· ὅπερ εἶπεν ἐνθουσιαστικὸν, καὶ τὸ ὀνειροπολικόν· οὗτοι τὰ πλεῖστα μέρη τῆς μαντικῆς ἐγκρίνουσιν.

Χρύσιππος ἐν τοῖς δυσὶ Περὶ μαντικῆς] In Palatino, ἐν τῷ β' Περὶ μαντικῆς. Non diſplicet recepta lectio; quam confirmat Cicero lib. I. de Divinat. *Sed cum Stoici omnia ferè illa defenderent, quod & Zeno in ſuis Commentariis quaſi ſemina eorum quædam ſparſiſſet, & ea Cleanthes paulò uberiora feciſſet: acceſſit acerrimo vir ingenio Chryſippus, qui totam de Divinatione duobus libris explicavit ſententiam.*

Ὁ μὲν γὰρ Παναίτιος ἀνυπόστατον αὐτὴν φησι] Quod etiam teſtatur Cicero lib. I. de Divinat. his verbis: *Sed à Stoicis, vel Principibus ejus diſciplinæ, Poſidonii doctor, diſcipulus Antipatri degeneravit Panætius. Nec tamen auſus eſt negare vim eſſe divinandi, ſed dubitare ſe dixit.*

Οὐσίαν δὲ φασι τῶν ὄντων ἁπάντων τὴν πρώτην ὕ- 150
λην] Similiter in Stobæanis Phyſicis ex Zenone: οὐσίαν εἶναι τὴν τῶν ὄντων πρώτην ὕλην. Additur: ταύτην δὲ πᾶσαν ἀΐδιον, οὔτε πλείω γιγνομένην, οὔτε ἐλάττω: quod etiam hîc habes apud Laërtium his verbis: ἡ μὲν οὖν τῶν ὅλων οὔτε πλείων, οὔτε ἐλάττων γίνεται. Quia enim prima illa Materia Stoicis eſt æterna, eam neque creſcere volunt, neque decreſcere. Exemplo Stoicorum, Materiam æternarunt etiam ex Chriſtianis Marcion & Hermogenes Hæretici: quos ideo *Materiarios* in libro adverſus Hermogenem Tertullianus appellat. Marcionem & Hermogenem refutat idem Tertullianus ibidem, & alibi paſſim: Stoicos verò Philo Judæus, Origenes, Euſebius, Lactantius, alii.

Ὕλη δέ ἐστιν ἐξ ἧς ὁτιδηποτοῦν γίνεται] Aliam Materiæ definitionem profert Plutarchus de Placit. Philoſ. I. 9. ὕλη ἐστὶ τὸ ὑποκείμενον πρῶτον γενέσει καὶ φθορᾷ, καὶ ταῖς ἄλλαις μεταβολαῖς. *Materia, eſt primum ortus interituſque ſubjectum, aliarumque mutationum.*

Ἡ δὲ, τῶν ἐπὶ μέρους] Addendum καὶ πλείων καὶ ἐλάττων, quemadmodum ſcriptum eſt in Editione Stephanica.

Σῶμα δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς ἡ οὐσία] Ita in Stobæanis Eclogis: οἱ Στωϊκοὶ σῶμα τὴν ὕλην ἀποφαίνονται· quod quomodo intelligi debeat, docet Lipſius in Phyſiologia lib. & cap. 2.

Καὶ πεπερασμένη] Contrà Platonici infinitam Materiam adfirmabant. Apuleius lib. de Dogmat. Platonis: *Infinitam verò idcirco, quòd ei ſit interminata magnitudo: nam quod infinitum eſt, indiſtinctum magnitudinis habet finem.* Utrique rectè: Stoici, quia finiri poteſt, & finitur: Platonici, quia in ſe conſiderata (exempli cauſsâ ante mundum conditum) fines certos non habet. Verba ſunt Lipſii.

Καὶ ἀπαθητή] Lego indubitanter, καὶ παθητή: quod ſequentia poſtulant. Ita quoque Regiæ Membranæ & Florentinæ. Ita etiam H. Stephanus & Caſaubonus hîc, & Lipſius in Phyſiologia lib. & cap. 11. Et ſic uterque Interpres. Igitur Materia, patibilis Stoicis. Manilius, quem Stoicis addictum eſſe ſuprà monuimus,

Materiaque datum eſt cogi, ſed cogere Mundo.

Etiam Plato Materiam ait, rationem habere feminæ & matris: λόγον ἔχειν θήλεός τε καὶ μητέρος. Videndus Lipſius dicto loco. At Democritus, ἀπαθῆ τὰ πρῶτα exiſtimavit: qua de re Plutarchus de Placitis Philoſ. 1. 9.

Εἰ γὰρ ἦν ἄτρεπτος, &c.] Quod non admittebant Stoici. Plutarchus de Placit. Philoſ. 1. 9. οἱ ἀπὸ Θάλεω καὶ Πυθαγόρου, καὶ οἱ Στωϊκοὶ τρεπτὴν, καὶ ἀλλοιωτὴν, καὶ μεταβλητὴν, καὶ ῥευστὴν, ὅλην δι' ὅλου τὴν ὕλην. *Qui Thaletem, Pythagoramque ſequuntur, & Stoici, mutabilem fluxamque totâ ſuapte naturâ per univerſum Materiam ſtatuunt.*

Ἔνθεν καὶ κενὸν ἤτε τομὴ εἰς ἄπειρόν ἐστιν] Similiter Academici. Cicero lib. I. Academ. Quæſt. *Materiam eſſe, ex qua expreſſa atque efficta ſint, eoque etiam interire non in nihilum, ſed in ſuas partes, quæ infinitè ſecari ac dividi poſſunt; cùm ſit nihil in rerum natura minimum quod dividi non queat.* Sed aliter Epicurei, quibus corpuſcula quædam ſunt individua, quæ ἀτόμους ideo appellant. Hæc nunc ſtrictim dicta, apertiora fient infrà ad Epicurum.

Οὐκ ἄπειρόν φησιν ὁ Χρύσιππος] MS. Regiæ Bibliothecæ ἦν ἄπειρον: & ita legit uterque Interpres.

151 Ἀλλὰ ἀκατάληκτός ἐστι] Perperam Vetus Interpres, *verùm finita eſt.* Rectè Aldobrandinus: *ſed ipſa numquam deſinit diviſio. Continuam* dixit Seneca lib. de Vita Beata. Stoicis ergo Materia, ut dividua, ita etiam continua. At Epicureis, ut individua, ita etiam diducta. Vide Lipſium dicto loco.

Καὶ τὰς κράσεις δὲ διόλου γίνεσθαι, &c. καὶ μὴ κατὰ περιγραφὴν καὶ παράθεσιν] Vide Aldobrandinum.

Φασὶ δὲ εἶναι καί τινας δαίμονας, ἀνθρώπων συμπάθειαν ἔχοντας, ἐπόπτας τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων] Stoicè igitur Epictetus apud Arrianum lib. I. cap. 14. ἀλλ' οὐκ οὐδὲν ἧττον καὶ ἐπίτροπον ἑκάστῳ παρέστησε, loquitur de Jove, τὸν ἑκάστου δαίμονα· καὶ παρέδωκε φυλάσσειν αὐτὸν αὐτῷ, καὶ τοῦτον ἀκοίμητον καὶ ἀπαραλόγιστον. τίνι γὰρ ἄλλῳ κρείττονι καὶ ἐπιμελεστέρῳ φύλακι παραδέδωκεν ἡμῶν ἕκαστον; ὥσθ' ὅταν κλείσητε τὰς θύρας, καὶ σκότον ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν ὅτι μόνοι ἐστέ. οὐδὲ ἐστέ· ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ, καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστί, &c. *Nihilominus tamen etiam Procuratorem unicuique addidit Genium cujuſque, eumque illi cuſtodiendum tradidit: & tali quidem, qui nec dormiat, nec decipiatur. Cuinam enim præſtantiori & diligentiori Cuſtodi unumquemque noſtrum commiſit? Cùm igitur fores clauſeritis, & conclave tenebroſum effeceritis, cavete, ne umquam dicatis, vos eſſe ſolos: neque enim eſtis. Sed Deus intus eſt: veſter Genius intus eſt.* Quod etiam in Stoicis notavit Seneca Epiſt. III. *Sepone*, inquit, *in præſentia, quæ quibuſdam placent:* (Stoicos ſuos intelligit) *unicuique noſtrûm Pædagogum dari Deum; non quidem ordinarium; ſed hunc inferioris notæ, ex eorum numero, quos Ovidius ait* de plebe Deos. Subjungit: *ita tamen hoc ſeponas volo, ut memineris Majores noſtros, qui crediderunt hoc, Stoicos fuiſſe; ſingulis enim Genium & Junonem dederunt.* Genium ſcilicet Viris, Junonem feminis. Plinius II. 7. *Singuli ex ſemetipſis totidem Deos faciunt, Genios Junoneſque adoptando ſibi.* Per *Majores* autem, an Homerum, Heſiodum, Platonem, alios intelligit? Homerus paſſim Genios formâ humanâ ſe Hominibus miſcentes, cumque illis loquentes introducit: atque in ejus libris faciliùs Deum quàm Hominem invenias. Heſiodus lib. I. de Operibus & Diebus Genios vocat Hominum Cuſtodes:

Αὐτὰρ ἐπεί κεν τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν
(Legitur apud Platonem in Cratylo,
--- ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ μοῖρ' ἐκάλυψεν.)
Τοὶ μὲν Δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
(Apud Platonem
Οἱ μὲν, Δαίμονες ἀγνοὶ ἐπιχθόνιοι καλέονται.
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,)
(Apud Platonem
Ἐσθλοὶ, ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.)
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
Ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντη φοιτῶντες ἐπ' αἶαν,
Πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλῆϊον ἔσχον.

Ad quem locum Proclus: φύλακας τοῦ βίου τῶν ἀνθρώπων Δαίμονας καλεῖ, παρὰ τὸ διᾶναι τὰ πάντα, ἢ μερίζειν τὰ ἀγαθὰ καὶ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις. Addit: Δαίμονας δὲ, τοὺς ἐφορῶντας τὰ ἀνθρώπινα, ὡς καὶ Πλάτων φησίν. Plato Genium vocat itidem, φύλακα τοῦ βίου καὶ ἀπαρτιστὴν τῶν αἱρεθέντων. *Cuſtodem vitæ, & adjutorem conſummatoremque eorum quæ quiſque elegiſſet.* Non prætereunda ſunt ejus verba in Politico: ubi de ætate aurea: καὶ δὴ καὶ τὰ ζῷα κατὰ γένη καὶ ἀγέλας, οἷον νομεῖς θεῖοι, διειλήφεσαν Δαίμονες, αὐτάρκης εἰς πάντα ἕκαστος ἑκάστοις ὢν οἷς αὐτὸς ἔνεμεν. *Animalium quoque genera gregatim diſtincta Dæmones quidam tamquam divini Paſtores ſortiti ſunt, quorum quiſque ad munus ſuum obeundum ſufficiens cùm eſſet, ſingulis ſingulis, ſic ut ille voluit, præficiebantur, quibus præerat ipſe.* Ab eo fonte etiam Menander:

Ἅπαντι Δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Pluſcula de Geniis ſi ſcire aves, conſule Lipſium in Phyſiologia Stoicorum lib. I. cap. 19, & 20.

Καὶ ἥρωας, τὰς ὑπολειμμένας τῶν σπουδαίων ψυχάς] Similiter Lucanus:

Quodque patet terras inter Lunaque meatus
Semidei Manes habitant: quos ignea virtus
Innocuos vitâ, patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes.

Paullò aliter apud Plutarchum de Placitis Philoſ. lib. I. cap. 8. εἶναι δὲ καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων· καὶ ἀγαθοὺς μὲν, τὰς ἀγαθάς· κακοὺς δὲ, τὰς φαύλας. *Heroes quoque eſſe animas à corporibus ſeparatas: bonos, ſi bonæ: malos, ſi malæ.* Conſulendus in eam ſententiam Philoſtratus in Heroïcis.

Χειμῶνα μὲν εἶναί φασι τῶν ὑπὲρ γῆς ἀέρα κατεψυγμένον, &c.] Plutarchus de Placit. Philoſ. III. 8. Ἐμπεδοκλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει, καὶ εἰς τὸ ἀνωτέρω βιαζομένου· θερείαν δὲ, τοῦ πυρὸς, ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται. *Empedocles & Stoici hyemem fieri, cùm aër ſua denſitate obtinet, & ſurſum vi eluctatur: æſtatem, igne deorſum vi tendente.* Vide infrà in Pythagora.

152 Τῇ παλινδρομίᾳ τοῦ ἡλίου ἀφ' ἡμῶν γίνεσθαι] Poſt hæc verba, in Editione Baſileenſi & Stephanica, eſt aſteriſcus, locum mutilum eſſe ſignificans; eum ſic ſuppleri poſſe, πνεύματα δὲ ἀέρος εἶναι ῥύσιν· τὰς δὲ ἐπωνυμίας ἀλλάττειν παρὰ τοὺς τόπους ἀφ' ὧν ῥέουσι, ex Plutarcho veriſimili conjecturâ exiſtimavit Caſaubonus. Plutarchi verba ſunt lib. III. de Placit. Philoſ. cap. 7. οἱ Στωϊκοὶ πᾶν πνεῦμα ἀέρος εἶναι ῥύσιν· ταῖς τῶν τόπων δὲ παραλλαγαῖς τὰς ἐπωνυμίας παραλλάττουσιν· οἷον, ἀπὸ τοῦ ζέφου, καὶ τῆς δύσεως, Ζέφυρον· ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς καὶ τοῦ ἡλίου, Ἀπηλιώτην· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων, εἶναι Βορέαν· τὸν δὲ ἀπὸ τῶν νοτίων, Λίβα. *Stoici omnem ventum eſſe fluxum, ſed nomina mutare pro locorum rationibus: verbi gratiâ, à caligine & occaſu, Zephyrum; à Sole & Ortu, ſubſolanum; à Septemtrione, Aquilonem; à Meridie, Africum.*

Ἶριν δὲ, εἶναι αὐγὰς, &c.] Ælianus Var. Hiſt. IV. 17. ubi de placitis Pythagoræ: ἡ δὲ ἶρις, ἔφασκεν, ὡς ἡ αὐγὴ τοῦ ἡλίου· Inde ἶρις dicta: ἀπὸ τῆς ἕλης, hoc eſt, *à ſplendore.* ἕλη, ſeu εἴλη de ſolari ſplendore dicitur. Ex εἴλη factum eſt primùm εἶρη. Heſychius: εἶρη. ἡ ἐκ τοῦ ἡλίου γενομένη ταῖς νεφέλαις χρόα, τὸ καλούμενον, τόξον· deinde, εἶρις, & poſtea ἶρις, ſeu ἴρις.

Ὡς φησι Ποσειδώνιος, &c. ἔμφασις ἡλίου τμήματος] Legendum omnino, ex contextu, ἔμφασιν: & poſteà, φανταζομένην: quemadmodum Caſaubonus emendavit: quam lectionem etiam adnotatam reperi in ora Regii Codicis. Ceterùm hæc ipſa Iridis definitio, quam ex Poſidonio hoc loco profert Laërtius, totidem verbis legitur in libro de Mundo, qui Ariſtoteli tribuitur: ἶρις μὲν οὖν ἐστιν ἔμφασις ἡλίου τμήματος, ἢ σελήνης, ἐν νέφει νοτερῷ, καὶ κοίλῳ, καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κατόπτρῳ, θεωρουμένη, κατὰ κύκλου περιφέρειαν. quare Poſidonii eum librum eſſe exiſtimabat Aldobrandinus. Tribuitur Nicolao Damaſceno à Victorio & aliis. Certè Ariſtotelis non eſſe conſtat: quod multis atque invictiſſimis argumentis oſtendit vir politioris literaturæ Daniel Heinſius, in Oratione huic rei deſtinata. Vide nos ſuprà, ad Ariſtotelis Vitam Scriptoris anonymi. De variis Philoſophorum circa Iridem opinionibus, videndus Plutarchus III. de Placit. Philoſ. cap. 5.

Κομήτας δὲ καὶ πωγωνίας καὶ λαμπαδίας πυρὰ εἶναι ὑφεστῶτα εἰς τὸν αἰθερώδη τόπον ἀνενεχθέντος] Vide Plutarchum de Placit. Philoſ. III. 2. & Plinium II. 25.

Σέλας δὲ, πυρὸς ἀθρόου ἔξαψιν ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως, καὶ φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος] Plinius II. 43. *Si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardens, fulmina; ſi longiore tractu nitatur, fulgetra.* 153

Ὑετὸν δὲ, ἐκ νέφους μεταβολὴν εἰς ὕδωρ, &c.] Vide Plutarch. de Placitis Philoſophorum III. 4. & Plin. II. 42.

Καταψυχθὲν δὲ τοῦτο, πάχνην καλεῖσθαι· χάλαζαν δὲ, νέφος πεπηγός, &c.] Plinius II. 60. *Grandinem conglaciato imbre gigni, & nivem eodem humore mollius coacto: pruinam autem, ex rore gelido.* Ariſtoteles Μετεωρ. I. ὅταν παγῇ τὸ νέφος, χίων ἐστίν· ὅταν δὲ ἡ ἀτμὶς, πάχνη.

Ἀστραπὴν δὲ, ἔξαψιν νεφῶν παρατριβομένων, ἢ ῥηγνυμένων ὑπὸ πνεύματος, &c.] Quæ fuit Chryſippi ſententia. Stobæus in Eclogis Phyſicis: Χρύσιππος ἀστραπὴν, ἔξαψιν νεφῶν ἐκτριβομένων ἢ ῥηγνυμένων ὑπὸ πνεύματος. Sequitur ibidem: βροντὴν δὲ εἶναι τὸν τούτων ψόφον· quæ ipſiſſima verba leguntur hîc apud Laërtium. Pergit Stobæus: ἅμα δὲ γίγνεσθαι ἡμᾶς διὰ τὸ τῆς ἀκοῆς ὀξυτέραν εἶναι τὴν ὅρασιν, ὅταν δ' ἡ τοῦ πνεύματος φορὰ σφοδροτέρα γένηται καὶ πυρώδης, κεραυνὸν ἀποτελεῖσθαι· ὅταν δὲ ἄθρουν ἐκπέσῃ τὸ πνεῦμα, καὶ ἧττον πεπυρωμένον, πρηστῆρα γίγνεσθαι· ὅταν δέ τι ἧττον πεπυρωμένον, τυφῶνα. Et poſteà: οἱ Στωϊκοὶ, βροντὴν μὲν προσκρουσμὸν νεφῶν· ἀστραπὴν δὲ, ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως· κεραυνὸν δὲ, σφοδροτέραν ἔκλαμψιν· πρηστῆρας νωθεστέραν. Quæ & ipſiſſima verba legere eſt apud Plutarchum lib. & cap. III. de Placitis Philoſophorum, ubi de Variis Veterum circa tonitrua, fulgura, fulmina, preſteres, typhones, opinionibus.

Πρηστῆρα, νέφος περισχισθὲν πυρὶ μετὰ πνεύματος εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς, ἢ καθειρχθέντος πνεύματος ἐν τῇ γῇ, κηθά φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ ἡ. εἶναι δ' αὐτῶν τοὺς μὲν σεισματίας· τοὺς δὲ, χασματίας. τοὺς δὲ καυματίας· τοὺς δὲ, βρασματίας] In editione Baſileenſi, poſt vocem μετὰ eſt aſteriſcus, locum mutilum ſignificans: & certè quæ ſequuntur, preſteri minimè conveniunt; ſed hæc tantùm, νέφος περισχισθὲν πυρὶ μετὰ πνεύματος. Plinius II. 41. Turbinem *vocant proxima quæque proſternentem. Idem ardentior, accenſuſque dum furit,* Preſter *vocatur, amburens contacta pariter & proterens.* Stobæus in Phyſicis paginâ 75. ἐὰν δὲ ἠμίπυρον ᾖ (πνεῦμα) σφοδρὸν ἄλλως, καὶ ἀθρόον, πρηστήρ. Suidas, qui Laërtii locum, ut ſolet, reſpexit: πρηστὴρ. πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ, ἢ νέφος πε- 154

βισχεθὲν πυρὶ μετὰ πνεύματος. Nota obiter apud Suidam legi περισχεθὲν: apud Laërtium verò in Editione Romana, Codice Florent. περισχισθέν: in Stephanica & Baſileenſi περιχυθέν. Rectè conjecit Aldobrandinus, hîc aliquid de Terræ motu deeſſe. Firmat Aldobrandini conjecturam Suidas, qui in Voce σεισμὸς hunc Laërtii locum retulit, his verbis: σεισμός. πνεύματος εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς ἐγκατειρχθέντος. εἶναι δ' αὐτῶν, τοὺς μὲν χασματίας· τοὺς δὲ, βρασματίας. Suppleri poſſet hoc modo: πρηστῆρα, νέφος περισχισθὲν πυρὶ μετὰ πνεύματος. Τοὺς σεισμοὺς δὲ γίγνεσθαι, πνεύματος εἰς τὰ κοιλώματα τῆς γῆς εἰσδύοντος, ἢ καθειρχθέντος πνεύματος ἐν τῇ γῇ, καθά φησι Ποσειδώνιος ἐν τῇ ἡ. εἶναι δ' αὐτῶν, &c. Auctor libelli de Mundo (quem eſſe Poſidonium Stoicum exiſtimabat Aldobrandinus, ut ſuprà obſervabamus) capite 4. πολλάκις δὲ καὶ συγγενὲς πνεῦμα εὔκρατον ἐν γῇ παρωσθὲν εἰς μυχίους σύριγγας αὐτῆς, ἔξεδρον γενόμενον ἐκ τῶν οἰκείων τόπων, πολλὰ μέρη συνεκράδανε. πολλάκις δὲ πολὺ γενόμενον ἔξωθεν, ἐγκατειλῆθη τοῖς ταύτης κοιλώμασι, καὶ ἀποκλεισθὲν ἐξόδου, μετὰ βίας αὐτὴν συνετίναξε, ζητοῦν ἔξοδον ἑαυτῷ, καὶ ἀπειργάσατο πάθος τοῦτο, ὃ καλεῖν εἰώθαμεν σεισμόν. τῶν δὲ σεισμῶν, οἱ μὲν εἰς πλάγια σείοντες κατ' ὀξείας γωνίας, Ἐπικλίνται καλοῦνται· οἱ δὲ ἄνω ῥιπτοῦντες, καὶ κάτω κατ' ὀρθὰς γωνίας, Βράσται· οἱ δὲ συνιζήσεις ποιοῦντες εἰς τὰ κοιλώματα, Χασματίαι· οἱ δὲ χάσματα ἀνοίγοντες, καὶ γῆν ἀναῤῥηγνύντες, Ῥῆκται καλοῦνται. τούτων δὲ, οἱ μὲν, καὶ πνεῦμα προσαναβάλλουσιν· οἱ δὲ, πέτρας· οἱ δὲ, πηλόν· οἱ δὲ πηγὰς φαίνουσι τὰς πρότερον οὐκ οὔσας. οἱ δὲ ἀναπάλλοντες, καὶ ταῖς εἰς ἑκάτερον ἐγκλίσεσι καὶ ἀναπάλσεσι διορθοῦντες ἀεὶ τὸ σειόμενον, Παλματίαι λέγονται, τρόμῳ πάθος ὅμοιον ἀπεργαζόμενοι. γίνονται δὲ καὶ Μυκητίαι σεισμοὶ, σείοντες τὴν γῆν μετὰ βρόμου. πολλάκις δὲ χωρὶς σεισμοῦ γίνεται μύκημα γῆς, ὅταν τὸ πνεῦμα, σείειν μὲν μὴ αὐτάρκες, ἐνειλούμενον δὲ ἐν αὐτῇ, κόπτηται μετὰ ῥοθίου βίας. συσσωματοποιεῖται δὲ τὰ εἰσιόντα πνεύματα καὶ ὑπὸ τῶν τῇ γῇ ὑγρῶν κεκραμένων. Vertit Apuleius, aut quiſquis ille eſt cui Interpretationem Latinam hujus libelli debemus. *Atqui ſæpe accidit, ut nativi ſpiritus per Terræ concavas partes errantes, concutiant ſolida terrarum: ſæpius ut ſpiritus, creſcente violentia, & inſinuantes ſe Telluris anguſtiis, nec invenientes exitum, Terram moveant. Horum motuum tam varia ſunt nomina quàm diverſi eſſe videntur. Namque obliquis lateribus proxima quæque jactantes, & acutis angulis mobiles*, Epiclintæ *Græcè appellantur. Et qui ſubſiliunt excutientes onera, & reciprocantes directis angulis mobiles* Braſtæ *vocitantur. Illi autem qui abſtrudere videntur*, Chaſmatiæ *dicti. Quorum impulſu diſſilit Tellus*, Rhectæ *ſunt nominati. His paſſionibus contingit, ut quædam Terræ expirent halitus, aliæ vomant ſaxa, nonnullæ cœnum. Sunt quæ fontes pariunt inſolentibus locis, peregrinorum fluminum ſulcantes vias. Octæ ſunt motus, quibus ſolum quatitur.* Palmatiæ *verò appellantur, quorum pavitatione illa quæ trepidant, ſine inclinationis periculo nutabant, cum directi tamen rigoris ſtatum retinent.* Mycetias *vocatur tetri rudoris inquietudo terrena. Audiuntur mugitus, interioribus gemitibus expreſſis, cùm ſpiritus invalidus ad Terram movendam per aperta telluris inventis itineribus progreditur.* Multùm iſta Laërtium noſtrum juvant. Nec obſtat quod de Terræ pulſibus aliter cenſebant Stoici apud Plutarchum de Placitis Philoſophorum 4. 15. οἱ δὲ, inquit, Στωϊκοί φασι, Σεισμός ἐστι τὸ ἐν τῇ γῇ ὑγρὸν εἰς ἀέρα διακρινόμενον καὶ ἐκπίπτον. *Stoici autem dicunt Terræ motum eſſe, cùm humor in Terra incluſus excernitur, inque aërem excidit:* notum quippe quàm variè de eadem re ejuſdem αἱρέσεως Philoſophi pronuntiarint. Ceterùm apud Laërtium pro σεισματίας meliùs forſan legeretur παλματίας, aut μυκηματίας: ſive potiùs, κλιματίας. Pro καυματίας autem, ſcriptum eſt in Codice Florentino κυματίας: quam lectionem notavit & H. Stephanus. Certè ferri poteſt: ſunt enim κύματα, ὑδάτων ἐπιδρομαὶ βίαιοι, ut rectè Heſychius hanc vocem interpretatur: fiunt autem terræ motus, & impulſu aquarum. Sed & καυματίας quoque rectum eſt: nam & Terræ motus etiam ab igne. De terræ motibus, præter Plutarchum & Auctorem libri de Mundo, & Stobæum in Phyſicis Eclogis paginâ 68. dictis locis, audiendus omnino Ammianus Marcellinus libro decimo ſeptimo: *Accidunt autem, ut opiniones exiſtimant, inter quas Ariſtoteles æſtuat & laborat, aut in cavernis minutis Terrarum, quas Græcè* ſyringas *appellamus, impulſu crebriore aquis undabundis: aut certè, ut Anaxagoras affirmat, ventorum vi ſubeuntium imâ Terrarum: qui cùm ſoliditatibus concruſtantibus incideriut, eruptiones nullas reperientes, eas partes ſoli convibrant, quas ſubrepſerint humidi. Unde plerumque obſervatur, Terra tremente, ventorum apud nos ſpiramina nulla ſentiri, quòd in ultimis ejus ſeceſſibus occupantur. Anaximander ait, areſcentem nimiâ æſtuum ſiccitate, aut poſt madores imbrium, Terram rimas pandere grandiores, quas penetrat ſupernus aër violentus & nimius, ac per eas vehementi ſpiritu quaſſatam cieri propriis ſedibus. Quæ de cauſa terrores hujuſmodi vaporatis teporibus, aut nimiâ aquarum cœleſtium ſuperfuſione contingunt. Ideoque Neptunum humentis ſubſtantiæ poteſtatem*, Enoſigæon & Siſichthona *Poëtæ veteres & Theologi nuncuparunt.* Subjungit Terræ motuum differentias: quem locum, quia Laërtianò lucem non modicam affert, quamquam prolixiorem, non gravabor infrà ponere: *Fiunt autem Terrarum motus modis quatuor: aut cùm* Braſmatiæ *ſunt, qui humum moleſtiùs ſuſcitantes, ſurſum propellunt immaniſſimas moles, ut in Aſia Delos emerſit, & Hiera, & Anaphe, & Rhodus, Ophiuſa & Pelagia prioribus ſæculis dictitata, aureo quondam imbri perfuſa, & Eleuſis in Bœotia, & apud Tyrrhenos Vulcaniæ, Inſulæque plures: aut* Climatiæ, *qui limes ruentes & obliqui, urbes, ædificia, monteſque complanant: aut* Chaſmatiæ, *qui grandiori motu pateſactis ſubitò voratrinis, Terrarum partes abſorbent: ut in Atlantico mari, Europæo orbe ſpatioſior Inſula, & in Criſſæo ſinu Helice & Bura; & in Ciminia Italiæ parte oppidum Succumum ad Erebi profundos hiatus abacta,*

æternis tenebris occultantur. Inter hæc tria genera Terræ motuum Mycematiæ *ſonitu audiuntur minaci, cùm diſſolutis elementa compagibus ultro adſiliunt, vel relabuntur concidentibus terris. Tunc enim neceſſe eſt, velut taurinis reboare mugitibus fragores fremitibus terrenos.* Adde Pſeudo-Heraclidis locum in Allegoriis Homericis: τὰ γάρ τοι σεισμῶν, διαφέροντα τοῖς παθήμασιν, οἱ φυσικοὶ λέγουσιν εἶναι, ἴσα καί τινας ἰδίους χαρακτῆρας ὀνομάτων ἐπιγράφουσιν αὐτοῖς, βρασματίαν τινὰ καὶ κλιματίαν προσαγορεύοντες. &c.

155 Μέσην τὴν γῆν κέντρου λόγον ἐπέχουσαν] Quam fuiſſe quoque Thaletis ſententiam, ſcribit Plutarchus de Placitis Philoſophorum III. 10. Fuiſſe & Anaximandri ſuprà teſtificatus eſt Noſter. Mediam eſſe Mundi totius Terram haud dubiis conſtat argumentis, ſed clariſſimè Æquinoctii paribus horis, inquit Plinius, quem vide libro I. Naturalis Hiſtoriæ capite 69.

Τὸ ὕδωρ σφαιροειδὲς] Quod etiam de Terra exiſtimarunt. Plutarchus de Placitis Philoſophorum III. 10. Θαλῆς, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν, σφαιροειδῆ τὴν γῆν. De Aqua id ipſum teſtificatur Balbus Stoicus apud Ciceronem II. de Natura Deorum: *Eademque ratione Mare, cùm ſupra Terram ſit, medium tamen Terræ locum expetens, conglobatur undique æqualiter, neque redundat unquam, neque effunditur.* De forma terræ, & aquæ rotunditate videndus Plinius lib. II. cap. 64. & 65.

Ὥστε τὴν γῆν ἐν ὕδατι εἶναι] Rationem reddit Plinius II. 65. *Ergo totas, omnique ex parte aquas vergere in centrum: ideoque non decidere: quoniam in interiora nitantur. Quod ita formaſſe artifex Natura credi debet, ut cùm Terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſſet, nec rurſus ſtare Aqua, niſi ſuſtinente Terra, mutuo implexu jungerentur: hæc ſinus pandente, illâ verò permeante totam, intrà, extrà, ſuprà venis, ut vinculis, diſcurrentibus, atque etiam in ſummis jugis erumpente.*

Μετὰ τὸ ὕδωρ δὲ, ἀέρα ἐσφαιρωμένον] De ejus ſitu Cicero libro de Natura Deorum II. *Aër autem, ut Stoici diſputant, interjectus inter Mare & Cœlum, Junonis nomine conſecratur: quæ eſt ſoror & conjux Jovis, quòd ei ſimilitudo eſt Ætheris, & cum eo ſumma conjunctio.*

Κύκλους δὲ εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ πέντε, ὧν πρῶτον ἀρκτικὸν, &c.] Tzetzes Chiliad. VIII. 188.

Πέντε τοῦ οὐρανοῦ φασι τοὺς πόλους πεφυκέναι·
Τὸν ἀρκτικὸν, καὶ βόρειον, &c.

Ἄλλοι δὲ πόλους οὐ φασι, κύκλους κυλοῦσι ταῦτα,

Περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον] περὶ τὸν αὐτὸν πόλον ceteræ Editiones, & MS. Regius.

156 Τρίτη, ἀοίκητος ὑπὸ καυμάτων] Ad verbum Ovidius Metamorph. I. ubi de quinque Zonis:

Quarum quæ media eſt, non eſt habitabilis æſtu.

Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς τὴν μὲν φύσιν εἶναι πῦρ τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζουσις γένεσιν] Ad verbum Cicero II. de Natura Deorum: *Zeno igitur ita Naturam definit, ut eam dicat Ignem eſſe artificioſum ad gignendum progredientem viâ.*

Διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν] Auctor τῶν φιλοσοφουμένων: τὴν δὲ ψυχὴν λέγουσι μὲν ἀθάνατον· εἶναι δὲ σῶμα. Nemeſius in libro de Natura Hominis capite 2. Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ πᾶν τὸ τῶν Στωϊκῶν Φιλοσόφων σύστημα, σῶμα τὴν ψυχὴν ἀποφαίνονται. Addit Chryſippus apud Plutarchum de Contrarietatibus Stoicorum, ἀραιότερον καὶ λεπτομερέστερον, id eſt, *rariore & tenuiore filo*: quod habuit ab Anaxagoreis, qui, ut eſt apud eumdem Plutarchum de Placitis Philoſophorum IV. 3. Animam corpus eſſe cenſuerunt, ſed aëreæ naturæ. Stoicos hac in re ſequutus eſt Tertullianus, quem vide omnino in libro de Anima. Stoicorum opinionem refutavit Plotinus in Tractatu, quem inſcripſit, Ὅτι οὐ δύνατα σωματικὴ εἶναι ἡ ψυχὴ, & cujus fragmenta aliquot habemus apud Euſebium.

Πνεῦμα ἔνθερμον εἶναι τὴν ψυχὴν] Quod idem teſtatur Cicero Academicarum Quæſtionum libro I. *Zenoni Stoico animus ignis videtur.* Et Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro IV. capite 3. ubi de Anima: οἱ Στωϊκοὶ πνεῦμα θερμόν. Et Nemeſius in libro de Natura Hominis capite 2. οἱ μὲν Στωϊκοὶ πνεῦμα λέγουσιν αὐτὴν ἔνθερμον καὶ διάπυρον. Tamen Origenes, aut quiſquis ille eſt auctor τῶν φιλοσοφουμένων, inter Stoica poſuit, ψυχὴν γενέσθαι ἐκ τῆς περιψύξεως τοῦ ἀέρος τοῦ περιέχοντος· διὸ καὶ καλεῖσθαι ψυχήν. Quod habuit à Chryſippo, qui, Plutarcho teſte in libro de Stoicorum repugnantiis, ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι νομίζει, καθάπερ φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος, καὶ στομούμενον τὸ πνεῦμα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι ζῷον. ὅθεν οὐκ ἄπο τρόπου τὴν ψυχὴν ὀνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν. *Fœtum hominis in utero ait à naturâ alî, tanquam plantam, partu autem editum ab aëre refrigerari ac durari, & mutato ſpiritu fieri animal: itaque non abs re ψυχὴν à* refrigeratione *dici.* Quæ ψυχῆς etymologia refertur quoque ab Ariſtotele libro I. de Anima capite 2. & à Tertulliano in libro etiam de Anima, capite 27. Etiam Epiphanius in Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Hieroſolymorum, quæ exſtat inter Epiſtolas Hieronymi; ubi de Origenis erroribus; ait animas juxta Græcam etymologiam ψυχὰς, ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι, idcirco vocitatas, quia de cœleſtibus ad inferiora venientes, calorem priſtinum amiſerint. Anima ex ſe calida eſt, vel potiùs calor ipſe, ut exiſtimabat Democritus, teſte Ariſtotele dicto loco: Sed quia ſine refrigeratione conſiſtere nequit, (nam, ut ait Hippocrates in libro de Natura Pueri, πᾶν τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ τρέφεται τῷ μετρίῳ) idcirco nomen ei Græcè inditum à refrigeratione; Latinè, à vento: nam *animus* eſt ἄνεμος.

157

Κλεάνθης μὲν οὖν πάσας ἐπιδιαμένειν μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως· Χρύσιππος δὲ, τὰς τῶν Σοφῶν μόνων.] Stoici longævas, non æternas, animas eſſe cenſebant. Hoc eſt, quod modò Laërtius dicebat, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν ψυχὴν, φθαρτὴν δὲ ὑπάρχειν. Cicero I. Tuſculan. *Stoici uſuram nobis largiuntur, tamquam, cornicibus: diu manſuros ajunt animos, ſemper negant.* Quæ opinio de anima, reperitur quoque apud Platonem in Phædone. Eam verò tribuunt Ariſtoteli, quæ Origeni tribuuntur Φιλοσοφού-

μενα. καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῷ Πλάτωνι σύμφωνός ἐστι, πλὴν τοῦ περὶ ψυχῆς δόγματος. ὁ μὲν γὰρ Πλάτων, ἀθάνατον· ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐπιδιαμένειν, καὶ μετὰ ταῦτα, ἐναφανίζεσθαι τῷ πέμπτῳ σώματι. *Et in omnibus ferè Platoni conſentit, præterquam circa dogma de anima. Eam quippe Plato immortalem eſſe vult: Ariſtoteles verò permanere: tum deinde in quinto corpore evaneſcere.* Obiter obſervandum, hanc Ariſtotelis de anima ſententiam, in libris Ariſtotelis hodie non inveniri. Redeo ad Stoicos. Variant ipſi ſuper hac re. Cleanthes omnes animas permanere exiſtimabat uſque ad conflagrationem Mundi: Chryſippus, ſolas Sapientum, ut diſcimus ex hoc Laërtii loco. Minùs accuratè ergo Plutarchus id tribuit omnibus Stoicis. Verba ejus ſunt libro IV. de Placitis Philoſophorum capite 7. οἱ Στωϊκοὶ ἐξιοῦσαν τῶν σωμάτων ὑποφέρεσθαι, τὴν μὲν ἀσθενεστέραν ἅμα τοῖς συγκρίμασι γενέσθαι· (ταύτην δὲ εἶναι τῶν ἀπαιδεύτων) τὴν δὲ ἰσχυροτέραν, οἵα ἐστὶ περὶ τοὺς σοφοὺς, καὶ μέχρι τῆς ἐκπυρώσεως. *Stoici exeuntem è corpore ſimul cum concreto interire, eam ſcilicet quæ ſit imbecillior; quales ſunt, ineruditorum animæ: validiores; quales ſunt Sapientum, durare uſque ad conflagrationem.* A Chryſippi partibus ſtat Seneca in Conſolat. ad Marciam capite ultimo: *nos quoque felices Animæ, & æterna ſortitæ, cùm Deo viſum erit iterum iſta moliri, labentibus cunctis, & ipſi parva ruinæ ingentis acceſſio, in antiqua elementa vertemur.* Item Numenius apud Euſebium; ubi de Stoicis: τὴν δὲ ψυχὴν γενητήν τε, καὶ φθαρτήν· οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὴν μὲν τῶν σπουδαίων μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων· τῶν δὲ ἀφρόνων, πρὸς τοσούς τινας χρόνους. *Animam natam, & mortalem eſſe: non ſtatim tamen interire, ſed manere apud ſe ipſam. Sapientum quidem, uſque ad conflagrationem omnium: Stultorum, ad breve aliquod tempus.* Adde Tacitum in Agricola, ut nihil hac in re, quod noverim, præteream: *Si, ut Sapientibus placet, non cum corpore exſtinguuntur magnæ animæ.* At fuere quoque ex Stoicis, qui animas ſtatim interire exiſtimarent: ut Panætius, teſte Cicerone lib. I. Tuſculanarum Quæſtionum. Sed Panætium non moror, quia degeneravit à Stoicis, eodem Cicerone teſte. Verum & in eadem ſententia fuiſſe videtur Epictetus, germaniſſimus Stoicus. Ita enim ille apud Arrianum III. 13. ἄλλος παρέχει τροφὰς, ᾧ μελει· ἄλλος ἐσθῆτα· ἄλλος αἰσθήσεις ἔδωκεν· ἄλλος προλήψεις· ὅταν δὲ μὴ παρέχῃ τἀναγκαῖα, τὸ ἀνακλητικὸν σημαίνει, τὴν θύραν ἤνοιξε, καὶ λέγει σοι, ἔρχου. ποῦ; εἰς οὐδὲν δεινὸν, ἀλλ' ὅθεν ἐγένου, εἰς τὰ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰς τὰ στοιχεῖα. ὅσον ἦν ἐν σοὶ πῦρ, εἰς πῦρ ἀπεισιν· ὅσον ἦν γηδίου, εἰς γηδίου· ὅσον πνευματίου, εἰς πνευμάτιον· ὅσον ὑδατίου, εἰς ὑδάτιον. *Alius præbet victum, cujus id munus eſt: alius veſtem: alius ſenſus dedit: alius anticipationes. Cùm verò ea quibus opus eſt, non ſuppeditat; receptum nempe canit; januam aperit; tibique dicit,* Veni. *Quò? Non ad aliquid grave, ſed ad illa è quibus ortus es; ad amica & cognata; ad elementa. Quantum ignis in te fuit, ad ignem redit: quantum terræ, ad terram: quantum venti, ad ventum: quantum aquæ ad aquam.* In eadem opinione fuiſſe videtur & Marcus Antoninus, & ipſe ἐν τοῖς μάλιστα Στωϊκοῖς. Verba ejus ſunt libro IV. ſect. 13. Εἰ διαμένουσιν αἱ ψυχαὶ, πῶς αὐτὰς ἐξ ἀϊδίου χωρεῖ ὁ ἀὴρ; πῶς δὲ ἡ γῆ τὰ τῶν ἐκ τοσούτου αἰῶνος θαπτομένων σώματα; ὥσπερ γὰρ ἐνθάδε ἡ τούτων πρὸς ἄν τινα ἐπιδιαμονὴν μεταβολὴ καὶ διάλυσις χώραν ἄλλοις νεκροῖς ποιεῖ· οὕτως αἱ εἰς τὸν ἀέρα μεθισταμέναι ψυχαὶ (meliùs μεθίσταμέναι à præterito μεθέστακα) ἐπί ποσὸν συμμείνασαι, μεταβάλλουσι, καὶ χέονται, καὶ ἐξάπτονται, εἰς τὸν τῶν ὅλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβανόμεναι· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον χώραν ταῖς προσυνοικιζομέναις (lege προσυνοικιζομέναις) παρέχουσι· τοῦτο δ' ἂν τις ἀποκρίναιτο ἐφ' ὑποθέσει τοῦ τὰς ψυχὰς διαμένειν. *Si permanent Animæ, quomodo eas ab æterno capit Aër? Et quomodo Terra ab ævo uſque humatorum corpora recipit? Quemadmodum enim hîc corpora, cùm aliquandiu in terra delituere, mutantur, diſſipatáque ſpatium aliis cadaveribus præbent: ſic Animæ in Aërem ſubvectæ, cùm aliquandiu ibi perſtiterunt, mutantur: & ad Mentem omnium aliarum genetricem adjunctæ, aut funduntur, aut incenduntur: eaque ratione aliis adventantibus locum cedunt. Hoc reſponderi poteſt, poſito Animas eſſe corporibus ſuperſtites.* Reſpexit hunc locum Tzetzes Chiliad. VII. Hiſt. 147. qui & illum mortalem animam exiſtimaſſe, ait:

Ὁ Μάρκος αὐτοκράτωρ δὲ τὸν ἄνθρωπόν φησί που
Μυξάριον, ἑλκύδριον, παράτριψιν νευρίου.
Καὶ τὴν ψυχὴν δὲ ὁ αὐτὸς θνητόψυχος ὑπάρχων
Ἀναθυμίασίν φησιν αἵματος πεφυκέναι,
Φθείρεσθαι, καὶ μὴ μενεῖν δὲ τοιουτοτρόπως λέγων·
Εἰ παραμένουσι ψυχαὶ, ἤγουν εἰσὶν ἄφθαρτοι,
Πῶς ἐξ αἰῶνος ὁ ἀὴρ ταύτας χωρεῖν ἰσχύει;

Quam Marci de Animæ mortalitate opinionem innuit & Chiliad. VIII. Hiſt. 180.

Αἰσχύλος, ὡς ὁ Ὅμηρος, θνητόψυχος ὑπάρχων,
Ἀναθυμίασιν αὐτὴν δοξάζει τῶν αἱμάτων,
Ὡς ἐν ὑστέροις χρόνοις δὲ καὶ Μάρκος αὐτοκράτωρ.

Quin & ipſe Seneca conqueritur alicubi æternitatem Animorum promitti magis à magnis Viris, quàm probari; ut dubium non ſit apud illum in dubio eſſe animæ immortalitatem. Ceterùm fuere & nonnulli Stoici, qui tam diu durare Animam exiſtimarunt, quàm diu durat & corpus. Teſtatur Servius ad hæc Verba Æneidos III. *Animamque ſepulcro condimus:* his verbis: *Rite ergo redditâ legitimâ ſepulturâ, redit anima ad quietem ſepulcri, quam Stoici herciſcundi, id eſt, medium ſecuti, tam diu durare dicunt, quàm diu durat & corpus. Unde Ægyptii, periti Sapientiæ, condita diutius reſervant cadavera: ſcilicet ut Anima multo tempore perduret, & corpori ſit obnoxia, nec citò ad alia tranſeat.* Ex hac Stoicorum opinione, nata illa diſtinctio τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς & τῆς ἐπιδιαμονῆς: quæ diverſa ſunt. Origenes in Matthæum: οἱ Σαδδουκαῖοι μέν τοι λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν σαρκὸς ἠθέλουν, ἀλλὰ καὶ πολυτελῶς ἀνήρουν τὴν τῆς ψυχῆς οὐ μόνον ἀθανασίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιδιαμονὴν, οἰόμενοι μηδαμῶς ἐν τοῖς Μω-

ἑώως γράμμασι σημαίνεσθαι τὴν τῆς ψυχῆς μετὰ ταῦτα ζωήν.

Μέρη δὲ ψυχῆς λέγουσιν ὀκτώ· τὰς πέντε αἰσθήσεις, καὶ τοὺς ἐν ἡμῖν σπερματικοὺς λόγους, καὶ τὸ φωνητικὸν, καὶ τὸ λογιστικόν, &c.] Στωϊκῶς ergo Varro libro VIII. de L. L. *Quid ergo cùm omnes Animæ Hominum ſint diviſæ in octonas partes, inter ſe non proportione ſimiles? Quinque quibus ſentimus: ſexta, quâ cogitamus: ſeptima, quâ progeneramus: octava, quâ voces mittimus.* Sed de hac Animæ in octonas partes diviſione diximus ſuprà pluribus, ubi nos vide.

Ὁρᾶν δὲ, τοῦ μεταξὺ τῆς ὁράσεως καὶ τοῦ ὑποκειμένου φωτὸς, &c.] Plutarchus de Placitis Philoſophorum, libro IV. capite 15. poſtquam videri poſſe tenebras ſecundùm Stoicos, dixit, addit: Χρύσιππος, κατὰ τὴν συνέντασιν τοῦ μεταξὺ ἀέρος ὁρᾶν ἡμᾶς, νυγέντος μὲν ὑπὸ τοῦ ὁρατικοῦ πνεύματος, ὅσπερ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι τῆς κόρης διήκει, μετὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ παρακείμενον ἀέρα ἐπιβολὴν ἐκτείνοντος αὐτὸν κωνοειδῶς, ὅταν ἡ ὁμογενὴς ὁ ἀήρ. *Chryſippus ſecundùm intentionem intermedii aëris videre nos, ictu quidem & perſoſſo à ſpiritu viſui deſtinato, qui è principe animi parte uſque ad pupillam pertinet: ſed poſt appulſum ad vicinum aërem intendente ſeipſum turbinis in formam.* Videndus idem Plutarchus eodem libro, capite 13. quod eſt de viſu, & quomodo videmus.

158 Ἀκούειν δὲ, τοῦ μεταξὺ τοῦ τε φωνοῦντος, &c. καὶ ταῖς ἀκοαῖς προσπίπτοντος, ὡς κυματοῦται τὸ ἐν τῇ δεξαμενῇ ὕδωρ κατὰ κύκλους ὑπὸ τοῦ ἐμβληθέντος λίθου] De auditu, & quomodo audimus, videndus Plutarchus dicto libro IV. de Placitis Philoſophorum cap. 16.

Τὸν δὲ ὕπνον γίνεσθαι, &c.] Videndus Ariſtoteles in libro de Somno & Vigilia.

Σπέρμα δὲ λέγουσιν εἶναι, τὸ οἷόν τε γεννᾶν τοιαῦτα ἀφ' οἵου καὶ αὐτὸ ἀπεκρίθη] Id eſt, *quod gignere potens eſt ſimilia illis, à quibus ipſum genitum & avulſum eſt.* Ariſtoteles ut omnia præclarè, ſic hoc breviter, ἔοικε τὸ γενόμενον τῷ γεννήσαντι. Locus eſt lib. IV. de generat. animal. cap. 1.

Μεθ' ὑγροῦ συγκιρνᾶσθαι τοῖς τῆς ψυχῆς μέρεσι] Non tamen rationali, quæ ex Stoicorum ſententia & poſt partitionem & extrinſecus advenit. Videndus Lipſius Phyſiologiæ Stoicorum lib. III Diſſertatione 6. 7. & 8. Septem aliis Animæ partibus ſemen mixtum eſſe exiſtimabant οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς.

Κατὰ μιγμὸν τοῦ τῶν προγόνων λόγου] Pleniùs & clariùs in Numenio apud Euſebium libro XV. de Præparatione Euangelica: σπέρμα φησὶν ὁ Ζήνων εἶναι, ὃ μεθίησιν ἄνθρωπος μεθ' ὑγροῦ, ψυχῆς μέρος καὶ ἀπόσπασμα, τοῦ σπέρματος τοῦ τῶν προγόνων κέρασμα, καὶ μίγμα τῶν, τῆς ψυχῆς μερῶν συνελκυθός. *Semen ait Zeno eſſe, quod vir emittit cum humido, Animæ partem & avulſionem, ſeminis progenitorum temperiem, & mixturam occultam Animæ partium.*

159 Εἶναι δὲ αὐτὸ, &c. πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν.] Quò reſpexit Seneca Quæſt. Natur. libro II. capite. 6. *Conſideremus quam ingentem vim per occultum agant parvula admodum ſemina: & quorum exilitas in commiſſura lapidum vix locum inveniat, in tantum convaleſcunt, ut ingentia ſaxa diſtrahant, & monumenta diſſolvant. Hoc quid eſt aliud, quàm intenſio ſpiritus, ſine qua nil validum, & contra quam nil validius eſt?* Quare ψυχῆς ἀπόσπασμα à Zenone dicebatur. Plutarchus de Placitis Philoſ. v. 4. Λεύκιππος καὶ Ζήνων, σῶμα· ψυχῆς γὰρ εἶναι ἀπόσπασμα: accipiendus enim videtur Zeno ille, de noſtro Cittieo, non de Eleate. Sed & Epicuro ſemen erat, ψυχῆς καὶ σώματος ἀπόσπασμα, teſte eodem Plutarcho eodem libro cap. 3. Qua de re nos infrà ad Epicurum. Interim audiendus Tertullianus capite 27. libri de Anima: *In illo ipſo ultimæ voluptatis æſtu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de Anima quoque ſentimus exire? atque adeo marceſcimus & devigeſcimus, cum lucis detrimento?* Tertullianum traduci Animam exiſtimaſſe, nemo eſt qui neſciat.

Ὡς δῆλον εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένων σπερμάτων, ἃ παλαιωθέντα οὐκ ἔτι φύεται, ὡς δῆλον διαπεπνευκυίας αὐτοῖς τῆς δυνάμεως] Suſpicabatur Lipſius Phyſiologiæ Stoicorum libro I. cap. 6. cùm hîc de ſemine humano ſermo eſſet, Laërtium τοὺς δεφομένους innuiſſe. Sed obſtat huic interpretationi vox παλαιωθέντα. tam enim verum eſt Hominis ſemen terræ mandatum, ibique inveteratum, ἄγονον eſſe, ut ridiculum foret id aſſerere. Quod ſi recens quidem ſparſum eſſet, quamquam neque tunc γεννητικὸν poſſet eſſe, id tamen affirmare, nonnullam haberet rationem. Valde memorabilis in hanc ſententiam eſt locus Averrois libro I. Collig. cap. 10. cujus hæc ſunt verba: *Et poſtquam legi libros Ariſtotelis, ego quæſivi à multis mulieribus de hoc: & reſponderunt quòd plures impregnatæ fuerunt abſque ſpermatizatione. Et etiam vidi quamplures ex iſtis impregnatas, quæ fuerant à maſculis violatæ. Et vicina quædam mea, de cujus ſacramento confidere multùm bene poteramus, juravit in anima ſua, quòd impregnata fuerat ſubitò in balneo lavelli aquæ calidæ, in quo ſpermatizaverant mali homines, cùm eſſent balneati illo balneo:* Igitur omnino intelligendus Laërtius de frugum ſeminibus, quæ inveterata, ſeri nolunt rei ruſticæ periti. Plinius libro XVIII. capite 24. *Semen optimum, anniculum; bimum, deterius; trimum, peſſimum; ultrà, ſterile.* Juvant & hanc interpretationem Laërtii verba in numero multitudinis prolata: εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένων σπερμάτων: quæ de ſemine humano accipi non poſſunt; præſertim cùm de eo πληθυντικῶς in præcedentibus verbis mentio facta non ſit: ἀνθρώπου δὲ σπέρμα, &c. εἶναι δὲ αὐτὸ πνεῦμα κατὰ τὴν οὐσίαν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένων σπερμάτων. Debuiſſet dicere Laërtius, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ εἰς τὴν γῆν καταβαλλομένου. Similiter Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 118. poſtquam de Hominis ſemine in numero ſingulari locutus eſt, ſubjungit: οὐ γὰρ ἔχομεν λέγειν εἴτε ἅμα τῇ θέσει τοῦ σπέρματος γέγονεν ἡ σύλληψις, εἴτε καὶ μή. δύναται μὲν γὰρ καὶ ἅμα νοήματι τοῦτο συμβαίνειν· ὥσπερ καὶ τὸ προσαχθὲν τοῖς δια-

πύροις τῶν κλιβάνων στέαρ. τοῦτο γὰρ εὐθὺς κολλᾶται· δύναται δὲ μετὰ χρόνον, id eſt, *Neque enim poſſumus dicere, an ſimul cum dejectione ſeminis facta fuerit conceptio, an non. Poteſt enim hoc evenire vel cum ſola cogitatione; ſicut adeps, quæ ardentibus elibanis eſt immiſſa. Nam ſtatim conglutinatur. Poteſt etiam poſt aliquod tempus*, de ſeminibus frugum loquitur poſtea in plurali: ἐπείπερ καὶ τὰ εἰς τὴν γῆν καταβαλλόμενα τῶν σπερμάτων, οὐκ εὐθὺς ῥιζοβολοῦντα συμπλέκεται ταῖς ὑποκειμέναις βώλοις. *Nam ſemina etiam quæ jaciuntur in terram, non ſtatim agentia radices connectuntur cum ſubjectis cespitibus.* Qui locus mirè Laërtiano congruit; non ſolùm propter verba, ſed etiam propter ſeminis humani cum ſeminibus frugum comparationem.

Καὶ ἀφ' ὅλων δὲ τῶν σωμάτων αὐτό φασι καταφέρεσθαι οἱ περὶ τὸν σφαῖρον] Quæ fuit quoque Democriti ſententia: Δημόκριτος, ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν ὁ γόνος τῶν σαρκικῶν ἰνῶν. Verba ſunt Plutarchi de Placitis Philoſophorum v. 3. Idem cenſuit Hippocrates, aut Polybus, aut quicumque tandem auctor eſt Libelli περὶ γονῆς: τὴν δὲ γονὴν φημι, inquit, ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μαλθακῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. *At verò geniturum ex toto corpore, & ex ſolidis & mollibus partibus, & ex univerſo corporis humido ſecerni aſſevero.* Et ſuprà: ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. *At verò viri genitura ex univerſo humido, quod in corpore continetur, proficiſcitur, ubi id quod validiſſimum eſt, excernitur.* Rationem reddit, quòd ubi rem veneream exercemus, tantillo emiſſo, imbecilles evadimus: qui tamen maximam ſeminis partem è capite ſecundùm aures in ſpinalem medullam ferri ibidem fatetur. Aliam rationem reddit Noſter, hoc loco: πάντων γοῦν γεννητικὸν εἶναι τῶν τοῦ σώματος μερῶν. *quocirca in ipſo quoque eam ineſſe vim, ut omnes corporis partes gignere poſſit.* Nam & vitia & dotes partium ſæpe effingit. Appoſitè in hanc ſententiam Pſeudo-Triſmegitus: ὅταν ἡ γένεσις ἀποθησαυρίζει γόνον, συμβαίνει πως εἰσπνέειν ἐκ τοῦ σώματος ὅλου μελῶν οὐσίαν τινὰ κατὰ θείαν ἐνέργειαν, ὡς τοῦ αὐτοῦ ἀνθρώπου γινομένου. *Cum generatio ſemen ſeponit, evenit ut ex omnibus corporis partibus eſſentia quædam influat & inſpiret divinâ operatione, ut in Hominis ſit ortu.*

Τὸ δὲ τῆς θηλείας, ἄγονον ἀποφαίνονται· ἄτονόν τε γὰρ εἶναι καὶ ἄλογον, καὶ ὑδατῶδες] Cujus Stoicorum de ſemine opinionis meminit & Cenſorinus de Die Natali cap. 5. *Illud quoque ambiguum facit inter Auctores opinionem, utrumne ex patris tantummodo ſemine partus naſcatur, ut Diogenes* (Phyſicum intelligit) *& Hippon Stoicique ſcripſerunt: an etiam ex matris, quod Anaxagoræ, & Alcmæoni, necnon Parmenidi, Empedoclique, & Epicuro, viſum eſt.* Item Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro & cap. v. Πυθαγόρας, Ἐπίκουρος, Δημόκριτος, καὶ τὸ θῆλυ προΐεσθαι σπέρμα· ἔχει γὰρ παραστάτας ἀπεστραμμένως· (melius ἀπεστραμμένους) διὰ τοῦτο καὶ ὄρεξιν ἔχει παρὰ τὰς χρήσεις. Ἀριστοτέλης καὶ Ζήνων, ὕλην μὲν ὑγρὰν προΐεσθαι, οἱονεὶ ἀπὸ τῆς συγγυμνασίας ἱδρῶτας, οὐ μὴν σπερματικόν. Ἵππων προΐεσθαι μὲν σπέρμα τὰς θηλείας οὐχ ἥκιστα τῶν ἀῤῥένων, μὴ μέντοι γε εἰς ζωογονίαν τοῦτο συμβάλλεσθαι, διὰ τὸ ἐκτὸς πίπτειν τῆς ὑστέρας. ὅθεν ὀλίγας προΐεσθαι πολλάκις δίχα τῶν ἀνδρῶν σπέρμα, καὶ τὰς μάλιστα χαιρευούσας· καὶ εἶναι τὰ μὲν ὀστᾶ παρὰ τοῦ ἄῤῥενος, τὰς δὲ σάρκας παρὰ τῆς θηλείας. *Feminas etiam ſemen habere affirmant, Pythagoras, Epicurus, Democritus: habere enim adſtites teſticulares, ſed inverſo modo: ideoque eas etiam præter uſum appetere. Ariſtoteles & Zeno humidam materiam emitti ab iis, ſicut ab exercitatione ſudores eliciuntur: non tamen vim habere ſeminis. Hippon haud minùs ſeminis eas quàm mares, emittere; ſed id non facere ad prolem generandam, quia extra uterum excidat: ideoque quaſdam ſæpenumero abſque viris ſemen effundere; maximè viduas: & oſſa à mare, carnes à muliere, originem habere.* Per Zenonem enim, Zenonem Citticum, puto, non Eleatem, intelligit Plutarchus. In eadem opinione quâ Stoici fuere, fuiſſe & Ariſtotelem verè quidem ille ſcripſit; ut patet ex libro I. de Generatione animalium capite 19. & 20. Tamen aliter de Ariſtotele Lactantius de Opificio Dei cap. 12. *Conceptum igitur Varro & Ariſtoteles ſic fieri arbitrantur. Ajunt enim, non tantùm maribus ineſſe ſemen, verùm etiam feminis; & inde plerumque matribus ſimiles procreari.* Reſpexiſſe videtur Patrum elegantiſſimus; ut ad Cenſorinum vir doctus obſervabat; hæc Philoſophi verba libro IV. de Generat. animalium capite 1. διαφέρει δὲ τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα, ὅτι ἔχει ἀρχὴν ἐν αὑτῷ τοιαύτην, οἵαν κινεῖν καὶ ἐν τῷ ζώῳ, καὶ διαπέπτειν τὴν ἐσχάτην τροφήν· τὸ δὲ τοῦ θήλεος, ὕλην μόνον. *Maris autem ſemen differt, quòd principium in ſe continet tale quo moveat, & alimentum in animali ultimum concoquat: feminæ ſemen materiam tantum præbet.* Sed καταχρηστικῶς hoc loco *ſeminis* verbum Philoſophus uſurpavit, pro eo quod in mulieribus vice ſeminis eſt. Stoicorum ſententiæ contrarius eſt Hippocrates, ſive Polybus, aut quiſquis auctor eſt libelli περὶ γονῆς· μετίει δὲ καὶ ἡ γυνή, inquit, ἀπὸ τοῦ σώματος· ὁτὲ μὲν εἰς τὰς μήτρας· αἱ δὲ μῆτραι ἐκμαλάκτι γίνονται· ὁτὲ δὲ καὶ ἔξω. ἢν χάσκωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ. *Semen verò è corpore etiam emittit mulier: interdum quidem in uterum, ex quo humidus redditur; nonnunquam verò foras, ſi plus æquo dehiſcat.* Eadem cum Stoicis Ægyptii cenſuerunt. Diodorus Siculus libro I. οὐθὲν δ' οὐδένα τῶν γεννηθέντων νομίζουσιν, οὐδ' ἂν ἐξ ἀργυρωνήτου μητρὸς γεννηθῇ· καθόλου γὰρ ὑπειλήφασι τὸν πατέρα μόνον αἴτιον εἶναι τῆς γενέσεως· τὴν δὲ μητέρα, τροφὴν καὶ χώραν παρέχεσθαι τῷ βρέφει. καὶ τῶν δένδρων, ἄῤῥενα μὲν καλοῦσι τὰ καρποφόρα· θήλεα δὲ, τὰ μὴ φέροντα τοὺς καρπούς, ἐναντίως τοῖς Ἕλλησι.

Ἡγεμονικὸν δὲ εἶναι, τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται] Laërtio paria habet Plutarchus libro IV. de Placitis Philoſophorum capite 21. οἱ Στωϊκοὶ φασὶ εἶναι

εἶναι τῆς ψυχῆς τὸ ἀνώτατον μέρος τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ ποιοῦν τὰς φαντασίας καὶ τὰς συγκαταθέσεις, καὶ αἰσθήσεις, καὶ ὁρμάς. καὶ τοῦτο λογισμὸν καλοῦσι. Conjunctim, τὸ ἡγεμονικὸν καὶ κυριεῦον τῆς ψυχῆς μέρος, uſurpavit Marcus Imperator libro v. περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν. A Cicerone dicitur *Principatus*. Ita enim ille libro de Natura Deorum ſecundo: PRINCIPATUM *id dico, quod Græci* ἡγεμονικὸν, *quo nihil in quoque genere nec poteſt, nec debet eſſe perfectius. Regalem animi partem* Apuleius appellat in Apologia. *Principale* vertit Seneca: qua voce utitur & Tertullianus, in libro de Anima capite 15. ubi & *ſummum in anima gradum* vocat. Non alienum erit ab hoc loco ejus verba apponere: *In primis, an ſit aliquis ſummus in anima gradus vitalis & ſapientialis, quod* ἡγεμονικὸν *appellant, id eſt*, principale. *Si negetur, totus animæ ſtatus periclitatur. Denique qui negunt principale, ipſam priùs animam nihil cenſuerunt*: & quæ ſequuntur: in quibus eruditè juxtà & acriter, ut ſolet, eos refellit, qui Principale in anima eſſe negabant. Sed neque alienum à ſermone noſtro exiſtimo Lectorem monere, exſtare in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi librum manuſcriptum Claudii Ptolemæi, ſummi Philoſophi ac Mathematici, περὶ τοῦ ἡγεμονικοῦ, qui nuper in lucem prodibit, cum Interpretatione & Notis Iſmaëlis Bullialdi, viri undecumque doctiſſimi.

Ὅπερ εἶναι ἐν καρδίᾳ] Quod etiam confirmat Plutarchus libro IV. de Placitis Philoſophorum capite 5. ubi varias Philoſophorum de ſede ἡγεμονικοῦ opiniones recenſet: οἱ Στωϊκοὶ πάντες, inquit, ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ, ἢ ἐν τῷ περὶ καρδίαν πνεύματι. Etiam Pollux libro II. cap. 4. ſect. 45. Μέρη δὲ ψυχῆς, νοῦς, ἐπιθυμία, θυμός. καὶ ὁ μὲν νοῦς, καὶ λογισμὸς, καὶ ἡγεμονικόν· εἴτε περὶ ἐγκέφαλῳ κατὰ Πυθαγόραν καὶ Πλάτωνα ἱδρυμένος· εἴτε παρ' ἐγκεφάλῳ ἢ μήνιγξιν, ὡς πολλοῖς τῶν ἰατρῶν δοκεῖ· εἴτε κατὰ τὸ μεσόφρυον, ὡς ἔλεγε Στράτων· εἴτε περὶ τὸ αἷμα, ὡς Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀριστοτέλης· εἴτε περὶ τὴν καρδίαν, ὡς ἡ Στοά. Et Theodoritus Serm. v. ad Græcos, qui eſt de Natura Hominis: Ἐμπεδοκλῆς δὲ, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ τῶν Στωϊκῶν ἡ ξυμμορία, τὴν καρδίαν μὲν τούτῳ (τῷ ἡγεμονικῷ) Καὶ τούτων δ' αὖ πάλιν, οἱ μὲν, ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς καρδίας· οἱ δὲ ἐν τῷ αἵματι· καὶ οἱ μὲν, ἐν τῷ περικαρδίῳ ὑμένι· οἱ δὲ, ἐν τῷ διαφράγματι. Stoicorum ſententiam probabat, aut potiùs probare conabatur Chryſippus, hac argumentatione: Quòd natura ipſa doceat Mentis vim in corde eſſe; quoniam ſponte Homines cùm de ſe loquuntur, *Ego* pronuntiantes, manum cordi admovent, & labia inferiora ad pectus demittunt. Teſtatur Galenus libro II. de Placitis Hippocratis & Platonis capite 2. his verbis: οὕτως δὲ καὶ τὸ ΕΓΩ λέγομεν κατὰ τοῦτον, δεικνύντες αὐτοὺς ἐν τῷ ἀποφαίνεσθαι τὴν διάνοιαν εἶναι, τῆς δείξεως φυσικῶς, καὶ οἰκείως ἐνταῦθα φερομένης, καὶ ἅνευ δὲ κατὰ τὴν χεῖρα τοιαύτης δείξεως νεύοντες εἰς αὐτοὺς τὸ ΕΓΩ λέγομεν· εὐθὺς καὶ τῆς ΕΓΩ φωνῆς τοιαύτης οὔσης, καὶ κατὰ τὴν ἐξῆς ὑπογεγραμμένην δεῖξιν συνεκφερομένης. τὸ γὰρ ΕΓΩ προφερόμεθα κατὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν καταπίπτοντες τὸ κάτω χεῖλος εἰς αὐτοὺς δεικτικῶς, ἀκολούθως δὲ τῇ γενείου κινήσει καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος νεύσει· καὶ τῇ τοιαύτῃ δείξει ἡ ἐξῆς συλλαβὴ παράκειται, οὐδὲν ἀποστηματικὸν παρεμφαίνουσα, ὅπερ ἐπὶ τοῦ ἐκεῖνος συντέτευχε. Ridet argumentum Chryſippi Galenus: quis enim talia argumenta non rideat? Addit Plutarchus Diogenem, (Phyſicum, puto, intelligit) in arterioſa cordis cavea, quæ eſt ſpiritualis, τὸ ἡγεμονικὸν collocare: alios verò in collo cordis: alios, in membrana cor ambiente: Parmenidem & Epicurum, in toto pectore: alios, in ſepto transverſo. Addit & Empedoclem in ſanguinis ſubſtantia Principale conſtituere: quod de cordi circumfuſo ſanguine intelligendum eſt. Cicero. I. Tuſcul. *Empedocles animum eſſe cenſet, cordi circumfuſum ſanguinem.* Chalcidius: *Empedocles quidem principalem Animæ vim conſtituit in corde: Sic dicens*, Sanguine cordis enim noſter viget intellectus. Meminit & Tertullianus de Anima capite 15. *ut & illius verſus Orphei vel Empedoclis:* Namque homini ſanguis circumcordialis, eſt ſenſus. Verſus Empedoclis ita ſe habet apud Porphyrium: Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα. Quod etiam Rigaltius obſervavit. Refertur & ab Auctore Etymologici in αἷμα. Ἐμπεδοκλῆς. Αἷμα γὰρ ἀνθρώποισι περικάρδιον νόημα. αἷμα, ἡ ψυχὴ, κατὰ Ἐμπεδοκλῆν. Ubi legendum ex Porphyrio: Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα. Ejus verò ſententiam reſpexit Lactantius capite xv. de Opificio Dei, his verbis: *aut in illo ſanguine bipartito, qui eſt incluſus in corde:* & falſus eſt Lipſius, in Phyſiologiæ libro III. Diſſertatione 18. qui ea retulit ad Stoicorum opinionem. Hæ autem omnes ſententiæ à Stoica non longè abeunt. Stoicis concordant & Chriſtiani: ut non immeritò Hieronymus Stoicam Diſciplinam Chriſtianæ religioni ſimillimam pronuntiaverit. Idem Hieronymus Epiſtolâ 128. ad Fabiolam: *Quæritur ubi ſit Animæ principale. Plato in cerebro: Chriſtus monſtrat in corde:* BEATI MUNDO CORDE, &c. Quod habuit à Septimio: cujus hæc ſunt verba in libro de Anima capite 15. ubi adverſus Dicæarchum, Andream & Aſclepiadem, qui Principale tollebant, diſputat: *Jamque omnibus plures Chriſtiani, qui apud Deum de utroque ducimur, & eſſe Principale in anima, & certo in corporis receſſu conſecratum. Si enim ſcrutatorem & diſpectorem cordis Deum legimus, ſi etiam Prophetes ejus occulta cordis traducendo probatur: ſi Deus ipſe recogitatus cordis in populo prævenit*, Quid cogitatis in cordibus veſtris nequam? *ſi & David*, Cor mundum conde in me, Deus. *Et Paulus*, Corde, *ait*, credi in juſtitiam. *Et Johannes*, Corde, *ait*, ſuo unumquemque reprehendi: *ſi poſtremò*, Qui viderit feminam ad concupiſcendum, jam adulteravit in corde; *ſimul utrumque dilucet; & eſſe Principale in anima, quo intenſio divina conveniat, id eſt, vim ſapientialem atque vitalem; quod enim ſapit, vividum eſt; & in eo theſauro corporis haberi, ad quem Deus reſpicit.* Dictus Plutarchus dicto loco, ait Democritum & Platonem principem Animæ partem in toto capite conſtituere: Stratonem, in ſuperciliorum intercapedine: Eraſiſtratum, circa membranam

cerebri, quàm ἐπικρανίδα nominat: Herophilum, in cavo, ſeu fundo cerebri: Pythagoram, circa caput. Audiendus in hanc rem Tertullianus, dicto capite xv. *Ut neque extrinſecus*, inquit, *agitari putes Principale iſtud, ſecundùm Heraclitum; neque per totum corporis ventilari, ſecundùm Moſchionem; neque in capite concludi, ſecundùm Platonem; neque in vertice potiùs præſidere, ſecundùm Xenocratem; neque in cerebro cubare, ſecundùm Hippocratem; ſed nec circa cerebri fundamentum, ut Herophilus; nec in membranulis, ut Strato & Eraſiſtratus; nec in ſupercilio-rum meditullio, ut Strato Phyſicus; nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus*, &c. Lactantius libro de Opificio Dei, capite xvi. quod eſt de Mente & ejus ſede: *Videtur enim mens, quæ dominatum corporis tenet, in ſummo capite conſtituta, tamquam in cœlo Deus: ſed quando in aliqua ſit cogitatione, commeare ad pectus, & quaſi ad aliquod ſecretum penetrale ſecedere, ut conſilium, tamquam ex theſauro recondito, eliciat, ac proferat. Ideoque cùm intenti ad cogitandum ſumus, & cum mens occupata in altum ſe abdiderit, neque audire quæ circumſonant, neque videre quæ obſtant, ſolemus. Id verò ſive ita eſt, admirandum profectò eſt quomodo id fiat, cùm ad pectus ex cerebro nullum iter pateat. Sin autem non, tamen nihilominus admirandum eſt, quod divina neſcio qua ratione fiat, ut ita eſſe videatur.* Videndus Theodoritus, loco proximè memorato.

ARISTO CHIUS.

160 Ἀρίστων ὁ Χῖος, ὁ Φάλανθος, ἐπικαλούμενος Σειρήν] Ita omnes editi & manuſcripti Codices: miro conſenſu. Etiam infrà, in verſibus Laërtii:

Τί δὴ γέρων ὢν καὶ φάλανθος Ἀρίστων:

pro quo tamen in Florentino ſcriptum fuit, ὁ φίλανθος: quam lectionem amplexus eſt Sambucus. Aldobrandinus ad oram libri, quem vidit Bigotius, emendaverat ὁ Φαλακρὸς: puto, quia ipſe Laërtius ſcribit infrà: τοῦτον λόγος Φαλακρὸν ὄντα ἐγκαυθῆναι ὑπὸ ἡλίου, καὶ οὕτω τελευτῆσαι. Sed nihil mutandum. φαλακρὸς & φάλανθος, ſive φαλανθὸς, idem. Heſychius, doctiſſimus Grammaticus: φαλανθόν· πολιόν· καὶ ἡ Νέστορος κάρα· οἱ δὲ Φαλακρόν. Suidas quoque, qui & nominis rationem reddit: φάλανθοι· Φαλακροί· ἄνθος γάρ, ἡ λευκὴ θρίξ. Idem legas apud Etymologum. Fallitur Suidas; aut quiſquis ille eſt à quo hæc tranſcripſit. φαλακρός & φαλανθὸς ejuſdem ſunt originis: ἀπὸ τοῦ φάλος: quod eſt, *albus*. φάλος, φάλαξ, φάλακος, φαλακρός· φάλος, φάλας, φάλανθος, φαλανθός. Euſtathius ad Homeri Iliad. γ′ paginâ 424. φάλος δὲ κόρυθος, ἀσπιδίσκιον· ὡς καὶ ἀλλαχοῦ φανεῖται ἡ ἀστερίσκος τις, προμετωπίδιος λευκὸς καὶ λαμπρὸς, ἐκ τοῦ φάλιον, τοῦ λευκόν· αὐτὸ δὲ παρὰ τὸ φάειν λίαν· ὅθεν καὶ φαλακρὸς, ὁ κάρα φάλιος, ἤτοι λαμπρὸς· ὡς καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ σκώπτει τις τὸν Ὀδυσσέα. Καὶ πέτρα δὲ φαληριῶσα παρὰ Λυκόφρονι, ἡ Λεύκη νῆσος. Καὶ κύματα πυρ' ὁμήρῳ φαληριόωντα, τὰ λευκά. Item, ad Odyſſ. Σ. paginâ 1850. 7. ἐπεὶ καὶ φαλάκρα λέγεται, διὰ τὸ φάλιον ἢ φάλον, ὅ ἐστι λαμπρὸν τὸ περὶ τὴν κάραν. Meminit & ad Iliados ά. paginâ 87. & ad ε′ paginâ 601. & ad π′ paginâ 1048. 30.

Ἐπικαλούμενος Σειρήν] Propter ſermonis, ut videtur, ſuavitatem, ſepulcro Iſocratis, ob eamdem cauſam, Sireni, cantantis ſpeciem præ ſe ferens, poſita fuit, teſte Philoſtrato in Vita Iſocratis.

Τέλος ἔφησεν εἶναι τὸ ἀδιαφόρως ἔχοντα ζῆν, &c.] Clemens στρωματέων II. τί δή σοι Ἀρίστωνα καταλέγομι; τέλος οὗτος εἶναι τὴν ἀδιαφορίαν ἔφη· τὸ δὲ ἀδιάφορον ἁπλῶς ἀδιάφορον ἀπολείπει. Cicero de Finibus bonorum & malorum libro iv. *Atque ut Ariſtonis eſſet exploſa ſententia, dicentis nihil differre aliud ab alio, nec eſſe res ullas præter virtutes & vitia, inter quas quidquam omnino intereſſet.* Laërtii hunc locum, & ſequentem, exſcripſit Suidas in τέλος.

Εἶναι γὰρ ὅμοιον τῷ ἀγαθῷ ὑποκριτῇ τὸν σοφόν· ὃς ἂν τε Θερσίτου, ἂν τε Ἀγαμέμνονος πρόσωπον ἀναλάβῃ] Qua comparatione utuntur Scriptorum non pauci. Arrianus in Epicteti Enchiridio capite 23. (Arriani enim eſt hic liber, non Epicteti, ut diſcimus ex Simplicio.) μέμνησο, ὅτι ὑποκριτὴς εἶ δράματος, οἷον ἂν θέλῃ ὁ διδάσκαλος· ἂν βραχύ, βραχέος· ἂν μακρόν, μακροῦ· ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλῃ, ἵνα καὶ τοῦτον εὖ φυῶς ὑποκρίνῃ· ἂν χωλόν, ἂν ἄρχοντα, ἂν ἰδιώτην. σὸν γὰρ τοῦτ' ἐστι, τὸ δοθὲν ὑποκρίνασθαι πρόσωπον καλῶς· ἐκλέξασθαι δ' αὐτὸ, ἄλλου. *Actorem eſſe te Fabulæ talis, qualis Magiſtro probata fuerit, memento: ſi brevis, brevis: ſi longa, longa. Si mendicum agere te voluerit, fac eam quoque perſonam ingeniosè repræſentes. Ita ſi claudum, ſi principem, ſi plebeium: hoc enim tuum eſt, datam perſonam bene effingere: eam autem eligere, alterius.* Temperare mihi non poſſum quin quæ habet Simplicius ad hæc Arriani, hîc adducam. Sed quia locus prolixior eſt, adducam Latinè redditum: *Nunc eamdem Scenæ ſimilem Vitam facit, & eos qui in ea verſantur ut Fabulæ Actores: Deum verò, ut Ædilem & Magiſtrum, deſcribit: in qua eam perſonam quæ aſſignetur, vel accipere, vel repudiare non ſit noſtrum. Omnino enim neceſſe eſt eam accipere, qualia multa ſunt quæ à Fato dependent. Etſi enim penes nos eſt aſpernari divitias, paupertatem tamen aut morbum vitare, non omnino penes nos eſt. Idem licet nobis non eſſe Dominis aut Magiſtratibus: at quo minus ſerviamus aut pareamus, non eſt noſtri juris. Quare in his noſtri arbitrii eſt uſus; & bonum, aut malum noſtrum quod ad hoc attinet, non in accipiendo, aut non accipiendo, ut antè dictum eſt, ſed in appetitu & uſu eſt ſitum: qui noſtri juris eſt, ut ea, vel bene, vel malè, tractemus. Nam bene morbum aut paupertatem ferre, & iis uti quæ vel ultro vel coactus acceperis, in tua poteſtate eſt. Ut in Scena, ſingulis Hiſtrionibus aptam Fabulæ perſonam imponere, ſive Regis, ſive Servi, ſive Inſani, qualis eſt Oreſtis, ejus eſt qui fabulam edit, quique tam Perſonarum quæ in ea ſunt, quam Hiſtrionum ingenia perſpecta habet. Sed impoſitam perſonam bellè repræſentare, deſignati Hiſtrionis erit. Quare ſæpius ſervus, aut Mendicus, aut Furioſus probatur in Fabula: Dives autem, aut Imperator, aut Rex improbatur, cùm illi datam perſonam bellè*

exprimunt: hi verò ſuam malè, prout utrique in eo elaborarunt, &c. Uſurpat & eamdem Vitæ cum Scena comparationem Teles Philoſophus in libro περὶ περιστάσεων apud Stobæum Sermone CVI. ἡ τύχη, ὥσπερ ποιήτριά τις οὖσα, παντοδαπὰ ποιεῖ πρόσωπα· ναυαγοῦ, πτωχοῦ, φυγάδος, ἐνδόξου, ἀδόξου· δεῖ οὖν τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, πῶν ὅ, τι αὐτὴ περιθῇ, καλῶς ἀγωνίζεσθαι. ναυαγὸς γέγονας, εὖ τὸν ναυαγόν. πένης ἐξ εὐπόρου, εὖ τὸν πένητα. *Fortuna, ceu Poëtria quædam, multas inducit perſonas, Naufragi, Mendici, Exulis, Illuſtris, Inglorii. Itaque decet Virum bonum rectè agere quamcumque ei Fors dederit perſonam. Naufragus es factus, bene repræſentato Naufragum. Pauper ex Divite, bene agito pauperem.* Et in libro περὶ αὐταρκείας apud eumdem Stobæum Serm. ---- δεῖ ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ὑποκριτὴν, ὅ, τι ἂν ὁ ποιητὴς περιθῇ πρόσωπον, τοῦτο ἀγωνίζεσθαι καλῶς· οὕτω καὶ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα, ὅ, τι ἂν περιθῇ ἡ τύχη. Etiam Bion apud eumdem Sermone --- ἡ μὲν τύχη, ὥσπερ ποιήτρια, ὁτὲ μὲν πρωτολόγου, ὁτὲ ὑστερολόγου περιτίθησι πρόσωπον, καὶ ὁτὲ μὲν βασιλέως, ὁτὲ δὲ αὐλητοῦ· μὴ οὖν βούλου δευτερολόγος ὢν, τὸ πρωτολόγου πρόσωπον· εἰ δὲ μή, ἀνάρμοστόν τι ποιήσεις. Videndus Maximus Tyrius Diſſertat. XXXVII.

Τόν τε φυσικὸν τόπον, καὶ τὸν λογικὸν ἀνῄρει· λέγων, τὸν μὲν εἶναι ὑπὲρ ἡμᾶς, τὸν, δ' οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, &c.] Quod ipſum confirmat Sextus Empiricus adverſus Mathematicos libro VII. καὶ Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος, οὐ μόνον, ὥς φασι, παρῃτεῖτο τήν τε φυσικὴν καὶ λογικὴν θεωρίαν, διὰ τὸ ἀνωφελὲς καὶ πρὸς κακοῦ τοῖς Φιλοσόφοις ὑπάρχειν. Etiam Cicero Academicarum Quæſtionum libro IV. nihil eorum quæ ſupra nos ſunt, ſciri poſſe exiſtimaſſe ſcribit Ariſtonem. Laërtio conſentanea habet Stobæus Sermone LXXVIII. Ἀρίστων ἔφη τῶν ζητουμένων παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις, τὰ μὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς, τὰ δὲ μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, τὰ δ' ὑπὲρ ἡμᾶς· πρὸς ἡμᾶς μὲν, τὰ ἠθικά· μὴ πρὸς ἡμᾶς δὲ, τὰ διαλεκτικά· μὴ γὰρ συμβάλλεσθαι πρὸς ἐπανόρθωσιν βίου· ὑπὲρ ἡμᾶς δὲ, τὰ φυσικά· ἀδύνατα γὰρ ἐγνῶσθαι, καὶ οὔτε παρέχειν χρείαν. Pæne præterii quod de Ariſtone refert idem Stobæus Sermone II. Eos ſcilicet qui relictâ Philoſophiâ τοῖς ἐγκυκλίοις μαθήμασιν vacarent, ſimiles Procis Penelopes eſſe, qui cùm Dominâ potiri non poſſent, Ancillis miſcebantur: quod de Philoſophia morali accipiendum, vel de Ariſtone Peripatetico intelligendus Stobæus. Ceterùm & Socrates ante Ariſtonem, *Quæ ſupra nos, nihil ad nos*, pronunciaverat, cùm de cæleſtibus rogaretur. Auctor Minucius Felix in Octavio.

Μόνον δὲ τὸν ἠθικὸν εἶναι πρὸς ἡμᾶς] Cujus tamen & locos quoſdam circumſcripſit. Idem Sextus ibidem: ἀλλὰ καὶ τοῦ ἠθικοῦ τόπους τινὰς συμπεριέγραφε, καθάπερ τόν τε παραινετικὸν, καὶ τὸν ὑποθετικὸν τόπον· τούτους γὰρ εἰς τίτθας, καὶ παιδαγώγους πίπτειν· ἀρκεῖσθαι δὲ πρὸς τὸ μακαρίως βιῶναι, τὸν οἰκειοῦντα μὲν πρὸς ἀρετὴν λόγον, ἀπαλλοτριοῦντα δὲ κακίας· κατατρέχοντα δὲ τὸν μεταξὺ τούτων, περὶ ἃ οἱ πολλοὶ πτοηθέντες κακοδαιμονοῦσιν. *Sed etiam ejus partis quæ verſatur in moribus, circumſcripſit quoſdam locos, nempe locum ſuaſorium & admonitorium: eos enim cadere in Nutrices & Pædagogos: ſatis autem eſſe ad bene beateque vivendum orationem, quæ virtuti conjungit, redditque familiarem, alienat autem à vitio. In ea autem quæ ſunt intermedia, invehitur, quorum permulti admiratione perculſi, vitam agunt infelicem.*

Εἰοικέναι δὲ τοὺς διαλεκτικοὺς λόγους τοῖς ἀραχνίοις, ἃ καί τι δοκοῦντα τεχνικόν τι ἐμφαίνειν, ἄχρηστά ἐστιν] Quod ipſum de Ariſtone teſtificatur Stobæus Serm. LXXX. Ἀρίστων τοὺς λόγους τῶν Διαλεκτικῶν τοῖς τῶν ἀραχνίων ὑφάσμασιν εἴκαζεν, οὐδὲν μὲν χρησίμους, λίαν δὲ τεχνικούς. Idem Stobæus ibidem: Ἀρίστων ἔλεγεν εἰοικέναι τὴν Διαλεκτικὴν τῷ ἐν ταῖς ὁδοῖς πηλῷ· πρὸς οὐδὲν γὰρ οὐδ' ἐκεῖνον χρήσιμον ὄντα, καταβάλλειν τοὺς βαδίζοντας. *Ariſton Dialecticam ajebat luto viarum ſimilem eſſe: quod inutile cùm ſit, transeuntes tamen proſternit.* Sed ubi pro καταβάλλειν legendum videtur καταπάσσειν. id eſt, *ita ut qui præterеunt, luto reſperſi abeant.* 161

Ἀρετάς τε, οὔτε πολλὰς εἰσῆγεν, ὡς ὁ Ζήνων] Laërtius ſuprà, in Zenone: ἀρετὴ δέ τοι, ἡ μέν τις κοινῶς παντὶ τελείωσις, ὥσπερ ἀνδριάντος· καὶ ἡ ἀθεώρητος, ὥσπερ ὑγίεια· καὶ ἡ θεωρηματικὴ, ὡς φρόνησις, & quæ ſequuntur.

Οὗτε μίαν πολλοῖς ὀνόμασι καλουμένην, ὡς οἱ Μεγαρικοί] Ipſe Laërtius in Euclide, Megaricorum parente: οὗτος ἓν τὸ ἀγαθὸν ἀπεφαίνετο πολλοῖς ὀνόμασι καλούμενον· ὁτὲ μὲν γὰρ φρόνησιν, ὁτὲ δὲ θεὸν, καὶ ἄλλοτε νοῦν, καὶ τὰ λοιπά.

Οὕτως δὲ φιλοσοφῶν καὶ ἐν Κυνοσάργει διαλεγόμενος, ἴσχυσεν αἱρετιστὰς ἀκοῦσαι, &c.] Sed illius ſententiæ & placita brevi evanuerunt, ut ait Cicero libro V. Tuſculanarum Quæſtionum, qui & libro I. de legibus ejus ſectam difficilem atque arduam, ſed jam tamen fractam & convictam appellat. Etiam Ariſtonis nullam ſucceſſionem ſuis temporibus ſuperfuiſſe ſcribit Strabo libro I. Eratoſthenem & Apollophanem diſcipulos habuiſſe, à quibus ſcripti fuere Tractatus, quos de ipſius nomine inſcripſerunt, & in quibus voluptuarium eum fuiſſe tradebant, diſcimus ex Athenæo, cujus hæc ſunt verba VII. 6. Καὶ τῶν Στωϊκῶν δέ τινες συνεφήψαντο ταύτης τῆς ἡδονῆς· Ἐρατοσθένης γοῦν ὁ Κυρηναῖος, μαθητὴς γενόμενος Ἀρίστωνος τοῦ Χίου, ὃς ἦν εἷς τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρίστωνι παρεμφαίνει τὸν διδάσκαλον, ὡς ὕστερον ὁρμήσαντα εἰς τρυφὴν, λέγων ὧδε· ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τὴν ἡδονήν. Καὶ Ἀπολλοφάνης δὲ, (ita legendum, non ut hodie legitur Ἀφάνης, ſuprà obſervavimus) γνώριμος δὲ ἦν καὶ οὗτος τοῦ Ἀρίστωνος, ἐν τῷ Ἀρίστωνι, (καὶ αὐτὸς οὕτως ἐπιγράψας τὸ σύγγραμμα) ἐμφανίζει τὴν τοῦ διδασκάλου φιληδονίαν. *Ex Stoicis quidam etiam voluptatis blanditiis ducebantur. Eratoſthenes Cyrenæus, diſcipulus Ariſtonis Chii, è Stoicis unus, in Opere quod* Ariſtonem *inſcripſit, Magiſtrum ſuum, ſenescentem ad voluptatem animum applicuiſſe, his verbis tradit:* Jam & eum deprehendi nonnumquam ſuffoſſo Virtuti ac Voluptati intergerino & interjecto pariete apud voluptatem viſum fuiſſe. *Apollophanes*

quoque, Ariſtonis etiam familiaris, in libro cui Ariſtonis titulum ſimiliter præfixit, voluptuarium fuiſſe doctorem ſuum oſtendit. Ne autem; ut hoc obiter dicam; mirum videatur Lectori; quod dicto loco ait Athenæus, Ariſtonem Stoicum, ejuſque Sectatores Voluptatem ſectatos fuiſſe, (erant enim Stoici hoſtes Voluptatis) obſervo Auguſtinum libro XIX. de Civitate Dei, ſcribere, Cynicorum quoddam genus exſtitiſſe; qui cum Epicureis ſummum bonum in voluptate collocarent: erant verò Cynici Voluptatis longè adhuc quàm Stoici acerbiores inimici. De illis Cynicis qui plura ſcire deſiderat, conſulat Virum numquam ſine laude nominandum, Jacobum Sirmondum ad Apollinaris Sidonii Panegyricum Anthemio dicatum.

Οἴχλῳ πεποιημένος] Id eſt, *auribus vulgi accommodatus.* Gallicè itidem diceremus, *fait pour le peuple.*

162 Μάλιστα δὲ προσεῖχε Στωϊκῷ δόγματι, τῷ, τὸν σοφὸν ἀδόξαστον εἶναι] Optimè: & ita Scaliger ad oram libri. Perperam ceteræ Editiones, δοξαστόν.

Πρὸς ὁ Περσαῖος] Cujus fuit adulator. Athenæus lib. VI. Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Σίλλων, Ἀρίστωνά φησι τὸν Χίον, Ζήνωνος δὲ τοῦ Κιτιέως γνώριμον, κόλακα γενέσθαι Περσαίου φιλοσόφου, ὅτε ἦν ἑταῖρος Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως.

Διδύμων ἀδελφῶν] Sunt enim, ut plurimùm, gemelli fratres facie indiſcreta. Temperare mihi non poſſum, quin hoc loco referam, quod ait Galenus libro III. de Medicamentorum compoſitione per genera: Eos ſcilicet, qui herbas & plantas noſſe volunt, frequenter eas inſpicere debere; nec non diverſis temporibus; ſcilicet, dum è terra exeunt; dum augeſcunt; dum vigent; dum deficiunt: quoniam ſenſibilium rerum cognitio ſedula inſpectione perficitur: & hujus rei evidentiſſimum indicium eſſe, quòd Gemini per omnia ſimiles videantur, quando tarò illos inſpicimus; diſſimiles, cùm frequenter. Nec tacendum, quod ait Hierocles in Facetiis: Cùm gemellorum fratrum unus diem obiiſſet, Scholaſticum obviam factum ſuperſtiti, illum interrogaſſe, ipſene mortuus eſſet, an frater ejus.

Ἐπετείνετο δὲ πρὸς Ἀρκεσίλαον] Laërtius ipſe ſuprà, in Arceſilao: φιλομειράκιός τε ἦν καὶ καταφερής· ὅθεν οἱ περὶ Ἀρίστωνα τὸν Χίον ἐπεκάλουν αὐτῷ, φθορέα τῶν νέων, καὶ κιναιδολόγον, καὶ θρασὺν ἀποκαλοῦντες.

Θεασάμενος ταῦρον τερατώδη μήτραν ἔχοντα] Conjungendum ταῦρον cum τερατώδη, quod fecit uterque Interpres. Ex eo autem quòd taurus ille monſtroſus matricem haberet, quæ vaccarum propria cenſetur, poterat Arceſilaus argumentum ſumere contra ſexuum evidentiam. Is in utramque partem primus diſſeruit, teſte Laërtio in ejus Vita.

163 Τίς σε ἐτύφλωσεν (ἔφη) τίς ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς] Cujus Poëtæ ſit hic verſus, necdum mihi compertum eſt. Dictus videtur ad Polyphemum, à quodam è Cyclopibus.

Ἐρωτικαὶ Διατριβαί] Citatur aliquoties apud Athenæum Ariſto Ceus Peripateticus ἐν τῷ Περὶ ἐρωτικῶν ὁμοίων, ut infrà oſtendemus: unde ſuſpicari licet, has Ἐρωτικὰς Διατριβὰς Ariſtonis illius Peripatetici eſſe, non verò hujus noſtri Stoici: præcipuè, cùm mox Laërtius ſcribat, Panætium & Soſicratem, ſolas Epiſtolas eſſe Ariſtonis Stoici, ſcriptum reliquiſſe; reliqua omnia quæ ſub ejus nomine circumferebantur, eſſe Ariſtonis Peripatetici. Tamen Cicero Scripta Ariſtonis Chii ſanè multa eſſe dicit. Ciceronis locum mox afferemus.

Πρὸς τοὺς Ῥήτορας] Inde eſſe putat Jonſius quod de Demoſthene judicium Theophraſti profert ex Ariſtone Chio Plutarchus in Parall. Demoſth. & quæ ibidem de morte Demoſthenis adfert ex eodem Ariſtone. Citatur Ariſto ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείτου à Diogene noſtro in Vita Heracliti: quod de Ariſtone Chio ſuprà memoratus Jonſius accipit: quia Ariſtonis Chii diſcipulus Cleanthes ſimiliter δύο τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις ſcripſerat, teſte eodem Diogene in Cleanthe. Etiam Ariſtonis Chii Θέσεις citat Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes; nec non Scholiaſtes Apollonii. Quod enim apud Scholiaſten Ariſtophanis Ἀριστίας ὁ Χίος ſcriptum eſt, τυπογραφικὸν fuit ἁμάρτημα. Apud utrumque autem, ἐν ταῖς Θέσεσι vitiosè legitur, pro ἐν ταῖς Κτίσεσι: quòd rectè jampridem monuit Janus Rutgerſius Variarum Lectionum IV. 18. Erat autem liber, quo κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων proſecutus fuerat. Citatur & ab Ammonio, in libello de ſimilibus & differentibus Vocabulis, in Voce γέρων, Ariſto ἐν τῷ Περὶ ἀνθρώπου γενέσεως, καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως. Quod de Ariſtone Chio accipiendùm videtur. Certè Ariſtonem Chium de ſenectute ſcripſiſſe, conſtat ex Tullio in Dialogo de Senectute. *Omnem autem ſermonem*, inquit, *tribuimus non Tithono, ut Ariſto Chius, ne parum eſſet auctoritatis in fabula: ſed M. Catoni ſeni, quò majorem auctoritatem haberet oratio.* De ſcriptis Ariſtonis Chii, ita autem Tullius libro V. de Finibus: *Concinnus deinde & elegans Ariſto: ſed ea, quæ deſideratur à magno Philoſopho, gravitas in eo non fuit. Scripta ſanè multa & polita: ſed neſcio quo pacto auctoritatem oratio non habet.* Quare Ariſtonis Chii eſſe exiſtimarim librum illum Ariſtonis, Λύκων inſcriptum, cujus ut fabuloſi meminit Plutarchus ipſo initio libri πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν.

Τῷδε τῷ τρόπῳ] τόνδε τὸν τρόπον, ceteræ Editiones, & MS. Regius: quod Ἑλληνικώτερον. 164

Γάμβῳ τῷ χωλῷ] Hoc eſt, Scazonte;

Qui claudicante fortiùs currit pede:

ut hunc Julii Cæſaris Scaligeri de Scazonte Jambum elegantiſſimum uſurpem.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ἀρίστων Ἰουλιήτης, Περιπατητικός] Malè Ἰλιήτης aliæ Editiones. Ἰουλιήτης: id eſt, ex Julide, Cei oppido. Stephanus apud Hermolaum in Ἰουλίς· Ἰουλίς· πόλις ἐν Κέῳ τῇ νήσῳ, ἀπὸ Ἰουλίδος κρήνης· ἀφ' ἧς Σιμωνίδης ἐστὶν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης, ὁ ἀδελφιδοῦς ἐκείνου, καὶ Ἐρασίστρατος ἰατρός. μετ' αὐτῶν, καὶ Ἀρίστων ὁ Περιπατητικός. οὗτοι Ἰουλιῆται. Ariſto ἐν Κέῳ dicitur Plutarcho in libro de Exſilio: quod malè Interpres *Chium* reddidit. Fuit Bionis Boryſthenitæ imitator. Strabo libro X. ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος, ὅ, τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς,

καὶ Βακχυλίδης, ἀδελφιδοῦς ἐκείνου. καὶ μετὰ ταῦτα, Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρός· καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου Φιλοσόφων, Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής. Præfuit Scholæ Peripateticæ Olympiade circiter CXL. Legendus Plutarchus in Tractatu de Exſilio, & Cicero in libro V. de Finibus bonorum & malorum. Illum eſſe puto, qui Critolai Peripatetici diſcipulus dicitur Quintiliano libro II. capite 15. Porrò hujus Ariſtonis Peripatetici meminit & Sotion in Collectione Miraculorum, quæ ſparſim de Fluminibus & Lacubus narrantur; quam Græcè edidit H. Stephanus; quamque Latinam fecit Dionyſius Salvagnius Boëſſius, vir natalium ſplendore nobiliſſimus, & in ſuprema rationum Fiſci apud Delfinates Curia Præſes primarius; ſed in quo natales & dignitas minimum conferunt, tantò plus in ipſo eſt. Verba Sotionis operæ precium eſt hîc adponere: Ἀρίστων δὲ ὁ Περιπατητικὸς φιλόσοφος, ἐν τῇ Χίῳ πηγὴν φησι ὕδατος εἶναι, ἀφ' ἧς τοὺς πίνοντας ἀναισθήτους γίνεσθαι ταῖς ψυχαῖς· εἶναι δὲ καὶ ἐπὶ ταύτης Ἐπίγραμμα τοιόνδε.

Ἡδεῖα ψυχροῖο ποτοῦ λιβάς, ἣν ἀναβάλλει
Πηγή, ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τῆσδε πιών.

Id eſt, Interprete Salvagnio: *Ariſto autem, Philoſophus Peripateticus, in Chio fontem eſſe dicit, ex quo qui biberint, eos hebetes atque inſipientes fieri, atque ibi Epigramma inſcriptum eſſe tale:*

Jucundum gelidæ laticem Fons projicit undæ:
Aſt animus ſaxi, ſi bibis, inſtar habet.

Sed in his, pro ἐν τῷ Χίῳ, legendum, ἐν τῇ Κέῳ, probant hæc Vitruvii libro VIII. cap. 3. *Item eſt in Inſula Chio fons, è quo qui imprudenter biberint, fiunt inſipientes: & ibi eſt Epigramma inſculptum, ea ſententiâ, jucundam eſſe potionem fontis ejus, ſed qui biberint, ſaxeos habiturum ſenſus. Sunt autem verſus hi:*

Ἡδεῖα ψυχροῖο ποτοῦ λιβάς, ἣν ἀναβάλλῃ,
Πηγὴν, ἀλλὰ νόῳ πέτρος ὁ τῆσδε πιών.

Corrigendus viciſſim Vitruvius ex Sotione, & in ejus verbis reſcribendum, ἣν ἀναβάλλει πηγή. Meminit Ariſtonis Peripatetici & Themiſtius Oratione I. Sed an hujus, an Alexandrini qui ſextus à Laërtio memoratur, (nam uterque Peripateticus fuit) dixerit alius, non ego. Ariſtonem inter antiquos Categoriarum Interpretes nominat Simplicius in Categ. qui & ibidem contra Ariſtotelis Categoriarum librum Dubia propoſuiſſe ait. An de Ariſtone Alexandrino Peripatetico intelligendus Simplicius? ita ſanè mihi videtur. Hujus meminit Apuleius libro III. de Doctrina Platonis extremo: *Ariſto autem Alexandrinus, & nonnulli Peripatetici juniores, quinque alios modos præterea ſuggerunt, univerſales illationes:* & quæ ſequuntur. Citatur Ariſto Ceus Peripateticus ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ τῶν ἐρωτικῶν ὁμοίων Athenæo libro XII. 2. & XV. 4. & lib. X. 4. Ariſtonis opus quoddam; de Lyconis nomine inſcriptum, memorat Plutarchus initio libri de Audiendis Poëtis. Καὶ τὸν Ἄβαριν τοῦ Ἡρακλείδου, κατὰ τὸν Λύκωνα τὸν Ἀρίστωνος διερχόμενοι. Ariſtonis Peripatetici fuiſſe hoc opus exiſtimamus: cùm Lycon fuerit Peripateticus. Præter Ariſtones Laërtio memoratos, fuit & Ariſto Citharœdus; de quo lepidam hiſtoriam narrat Antigonus Mirabilium capite I. Et Ariſto Oetus, Dux militum; de quo Plutarchus in libro de ſera Numinis vindicta. Idem in libro de Iſide & Oſiride Ariſtonem quemdam memorat, qui Coloniam Athenienſium ſcripſit. Fuit & Ariſto, Platonis pater: & Ariſto Theſſalus, Vates, de quo Clemens Alexand. στρωματ. I. ut meritò Lucianus in Lexiphane multos Ariſtones fuiſſe ſcripſerit.

HERILLUS.

Τέλος εἶπε τὴν ἐπιστήμην] Clemens στρωματέων II. 165
τὸ κατ' ἐπιστήμην ζῆν, τέλος εἶναι τίθησιν Ἡρίλλος. Locum Laërtii reſpexit Suidas in τέλος: οἱ δὲ, εἶπον τέλος εἶναι τὴν ἐπιστήμην, τὸ μετ' ἐπιστήμης ζῆν, καὶ μὴ τῇ ἀγνοίᾳ διαβεβλημένον. Hujus Herillianæ ſententiæ meminit Cicero II. de Finibus bonorum & malorum: *Herillus autem ad Scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit, ſed nec optimum, nec quo vita gubernari poſſit: itaque hic ipſe jampridem eſt rejectus.* Et lib. IV. Academicarum Quæſtionum: *Omitto & illa quæ relicta jam videntur: & Herillum, qui in Cognitione & Scientia ſummum bonum ponit: qui cùm Zenonis auditor eſſet, vides quantum ab eo diſſenſerit,* &c. Et libro V. *Et Herillus, ſi ita ſenſit, nihil eſſe bonum præter Scientiam, omnem conſilii capiendi cauſam, inventionemque officii ſuſtulit.*

Διαφέρειν δὲ, τέλος, καὶ ὑποτελίδα] Et hæc Laërtii exſcripſit Suidas, dicto loco: διαφέρει δὲ τέλος, καὶ ὑποτελίς. τῆς μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ Σοφοὺς στοχάζεσθαι τοῦ δὲ, μόνον τὸν Σοφόν. τὰ δὲ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιάφορα εἶναι. Quæ verba Portus, Suidæ Interpres, malè ad Ariſtonem Chium retulit, de quo in præcedentibus Suidæ verbis mentio facta fuerat.

Ὀλιγόστιχα μὲν, δυνάμεως δὲ μεστά.] παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως.

Οὓς ἀποτρέψαι βουλόμενος ὁ Ζήνων ἠνάγκασε ξυρᾶ- 166
σθαι] Sunt enim capilli non minimum formæ decus. Noti ſunt in hanc rem verſus Ovidiani & Petroniani. Similiter, ſed aliam ob cauſam; ob zelotypiam videlicet; Polycrates Sami Tyrannus, Smerdiam, ſeu Smerdin, quem amabat, raſit, cùm Anacreontem, qui puerum verſibus celebrârat, ab eo amari crederet.

Μαιευτικός] Ita Telephus quidam, Pergamenus Grammaticus, & quo uſus eſt Verus in Græcis literis, teſte Capitolino, librum Ὠκυτόκιον inſcripſerat. Suidas in ὠκυτόκιον Τηλέφου: Ὠκυτόκιον Τηλέφου. τοῦτο δέ ἐστι βιβλίον ἄξιον κτήσεως, πρὸς εὐπορίαν φράσεως, καὶ ἐράσμιον. Meminit & in Τήλεφος inter Telephi libros: Ὠκυτόκιον. ἔστι δὲ συναγωγὴ ἐπιθέτων εἰς τὸ αὐτὸ πράγμα ἁρμοζόντων πρὸς ἕτοιμον εὐπορίαν φράσεως· βιβλία δέκα. ὠκυτόκια, ſunt remedia partum accelerantia: parere autem dicuntur Scriptores cùm quid componunt. *Parturienti animo obſtetricari*, dixit alicubi Quintilianus, qua de re diximus ſuprà ad Platonem.

DIONYSIUS HERACLEOTES.

Διονύσιος δὲ ὁ Μεταθέμενος, τέλος εἶπε τὴν ἡδονήν] Legendus Lucianus in Bis Accusato: ubi Stoa Voluptati litem intentat, ob dimotum à se Dionysium Heracleoten. Etiam Honesti inane nomen esse, Voluptatem esse summum bonum; postquam à Zenone Magistro defecit: existimasse Dionysium nostrum, scribit Cicero Academicarum Quæstionum libro IV. Sed & Μεταθέμενον, *hoc est*, *Transfugam*, cognominatum, scribit quoque Athenæus loco qui mox à nobis adducetur.

Διὰ περίστασιν ὀφθαλμίας] Quod ipsum testificatur Cicero libro V. de Finibus bonorum & malorum extremo: *Nobis Heracleotes ille Dionysius flagitiosè desciviße videtur à Stoicis propter oculorum dolorem. Quasi verò hoc didicisset à Zenone, non dolere, cùm doleret. Illud audierat, nec tamen didicerat malum illud non esse, quia turpe non esset, & esset ferendum viro. Hic si Peripateticus fuisset, permansisset, credo, in sententia; quoniam dolorem dicunt malum esse: de asperitate autem ejus fortiter ferenda, eadem præcipiunt quæ Stoici.* At verò, non oculorum dolorem, sed renum, in caussa fuisse cur à Stoicis desciverit, scribit ipse Cicero libro III. Tusculanarum Quæstionum his verbis: *Homo sanè levis Heracleotes Dionysius, cùm à Zenone fortis esse dedicisset, à dolore devictus est. Nam cùm ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse illa, quæ anteà de dolore ipse sensisset. Quem cùm Cleanthes condiscipulus rogaret, Quænam ratio eum de sententia deduxisset? respondit, Quia, cùm tantum operæ Philosophiæ dedissem, dolorem tamen ferre non possem; satis esse argumenti, malum esse dolorem: plurimos autem annos in Philosophia consumpsi, nec ferre possum. Malum est igitur dolor. Tum Cleanthem, cùm pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse,*

Audisne hæc Amphiarae sub terram abdite?

Zenonem significabat, à quo illum degenerare dolebat. Lucianus, genus morbi non nominat.

Ἤκουσε δὲ &c. πρῶτον μὲν Ἡρακλείδου τοῦ πολίτου] Heraclidem Ponticum intelligit, qui fuit Ἡρακλεώτης, ἐκ Πόντου. Vide suprà, in ejus Vita.

Καὶ Μενεδήμου.] Quod de Menedemo Socratico, non de Cynico accipiendum.

167 Ἀποστὰς δὲ τοῦ Ζήνωνος, πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς ἀπετράπη] Immo ad Epicureos, si Luciano credimus: apud quem Epicurus Dionysii causam pro Voluptate agit. Sed parum interest: tam enim Cyrenaici, quàm Epicurei, summum bonum in voluptate collocabant.

Παντοδαποῖς ἐπεχείρει ποιήμασιν] Παρθενοπαῖον scripsit: quem cùm Sophocli affinxisset, ejus testimonio posteà tamquam Sophoclei Poëmatis, usus est Heraclides Ponticus. Vide suprà, in Heraclide Pontico.

Καὶ εἰς τε τὰ χαμαιτυπεῖα εἰσήει, καὶ τἆλλα ἀπαρακαλύπτως ἡδυπάθει] Insignis in hanc rem est locus Athenæi X. 10. Ἀντίγονος δὲ ὁ Καρύστιος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Διονυσίου βίου τοῦ Ἡρακλεώτου τοῦ ἐπικληθέντος Μεταθεμένου, φησὶ, τὸν Διονύσιον τοῖς οἰκέταις συνεορτάζοντα, ἐν τῇ τῶν Χόων ἑορτῇ, καὶ μὴ δυνάμενον διὰ γῆρας χρῆσθαι ἢ παρειλήφεσαν ἑταίρᾳ, ὑποστρέψαντα εἰπεῖν πρὸς τοὺς συνδειπνοῦντας, Οὐ δύναμαι ταύσαι, λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. ἦν δὲ ὁ Διονύσιος ἔτι ἐκ νέου, ὡς φησι Νικίας ὁ Νικαιεὺς ἐν ταῖς Διαδοχαῖς, πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἐκμανὴς, καὶ πρὸς τὰς δημοσίας εἰσήει παιδίσκας ἀδικφόρως. καί ποτε πορευόμενος μετά τινων γνωρίμων, ὡς ἐγένετο κατὰ τὸ παιδισκεῖον, εἰς ὃ τῇ προτεραίᾳ παρεληλυθὼς ὤφειλε χαλκοῦς, ἔχων τότε κατὰ τύχην, ἐκτείνας τὴν χεῖρα, πάντων ὁρώντων ἀπεδίδου. *Antigonus Carystius in Vita Heracleotis Dionysii, quem* Transfugam *cognominabant, tradit, Dionysium cum Domesticis, diebus festis Congiorum, ferias illas agentem, cùm ob senectutem meretrice, quam adduxerant, uti non posset, ad Convivas respiciendo, dixisse*, Arrigere nequeo, sumat alius. *Fuit autem Dionysius ille, ut ait Nicias Nicæensis libro de Successionibus, jam ab adolescentia tam immani furiosaque libidine percitus: ut sine discrimine cum publicis scortis coiret. Quin & cum Discipulis aliquando inambulans, ubi ad Meretricum ædes venit quas pridiè adierat, aliquot obolos quos uni ex illis debebat, casu tum fortè in loculis habens, distentâ manu coram omnibus numeravit.* Ad sonos tibiarum, in nuptiis Alexandri, Dionysium ceciniisse, scribit & Athenæus XII. 9. Quod autem superiùs ex Nicia retulit, eum jam ab adolescentia πρὸς τὰ ἀφροδίσια ἐκμανῆ fuisse, minùs convenit cum eo quod Stoa apud Lucianum ait, σώφρονα primùm fuisse.

CLEANTHES.

Κλεάνθης Φανίου, Ἄσσιος] Ælianus de Animal. lib. VI. cap. 50. Κλεάνθην τὸν Ἄσσιον κατηνάγκασε καὶ ἄκοντα εἶξαι, καὶ ἀποστῆναι τοῖς ζώοις τοῦ καὶ ἐκεῖνα λογισμοῦ μὴ διαμαρτάνειν, &c. Strabo lib. XIII. ἔστι δὲ ἡ Ἄσσος ἐρυμνὴ, καὶ ἐυτειχὴς, ἀπὸ θαλάσσης καὶ τοῦ λιμένος ὀρθίαν καὶ μακρὰν ἀνάβασιν ἔχουσα· ὥστ' ἐπ' αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ κιθαριστοῦ, 168

Ἄσσον ἰὼ', ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

ὁ δὲ λιμὴν χώματι κατεσκεύασται μεγάλῳ. Ἐντεῦθεν ἦν Κλεάνθης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὁ δεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολὴν, καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ. Stephanus de Urbibus: Ἄσσος· πόλις Λυκίας, πλησίον Ἀτάρνης, ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ ὀξέος καὶ δυσανόδου τόπου· πρὸς ὃν Νικόστρατος κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων,

Ἄσσον ἰὼ', ὡς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.

&c. ἐκ δὲ τῆς Ἄσσου Κλεάνθης ἦν ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος διάδοχος τῆς σχολῆς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως, ἣν καταλέλοιπε Χρυσίππῳ. Meminerint autem Legentes, Stephano Nicostratum dici, qui Straboni est Stratonicus. Stratonici Citharistæ, ut hominis faceti, meminit Athenæus; qui etiam plurima ejus dicta refert: quare lectio Strabonis meritò Casaubono potior videbatur. Simplicius cap. ult. in Epictetum, statuam Cleanthis admirabilem vidisse se testatur in

ipſa Aſſo, Senatus Romani decreto ejus honori dedicatam. Verba ejus, quia emendatione noſtra egent, afferemus : τὸ μὲν οὖν πρῶτον, Κλεάνθους ἐστὶ τοῦ Στωϊκοῦ, τοῦ ἀπὸ τῆς Ἄσσου. ὃς μαθητὴς μὲν ἐγένετο Ζήνωνος, διδάσκαλος δὲ Χρυσίππου τούτου καὶ ἀνδριάντα θαυμαστὸν ἐν αὐτῇ Ἄσσῳ ἐθεασάμην, δόγματι τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου, πρὸς τιμὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀνατεθέντα. Sic legendum ; non, ut editum eſt, δεῖγμα τῆς Ῥωμαίων. Legi poſſet, & τάγματι τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου. ὁ Πισαδεὺς dicitur Cleanthes Clementi Alexandrino in Admonitione ad Gentes, Verba Clementis corrupta eſſe, nulla dubitatio eſt. Lege ὁ Ἀσσεύς. Vitioſè quoque apud Suidam legitur, Κλεάνθης ὁ Κάσσιος, χρηματίσας Φανίου Ἄσσιος. Legendum, Κλεάνθης, χρηματίσας Φανίου, ὁ Ἄσσιος. Eſt autem Aſſus, urbs Troadis, ſarcophago lapide nobilis.

οὗτος πρῶτον ἦν πύκτης] Similia habet Suidas.

καὶ νύκτωρ μὲν ἐν τοῖς κήποις ἤντλει, &c. ὅθεν καὶ Φρεάντλης ἐκλήθη.] Suidas in Φρεάντλης : οὕτως ἐκαλεῖτο Κλεάνθης ὁ φιλόσοφος· μὴ ἔχων γὰρ ὅθεν τραφείη, τὰς μὲν νύκτας ἤντλει ὕδωρ· μεθ' ἡμέραν δὲ, τοῖς βιβλίοις ἐσχόλαζε. Eadem habet in Κλεάνθης. Valerius Maximus VIII. 7. *Te quoque, Cleanthe, tam laboriosè haurientem, & tam pertinaciter tractantem ſapientiam, numen ipſius Induſtriæ ſuſpexit : cùm adoleſcentem quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tempore inopiam tuam ſuſtentantem, diurno Chryſippi præceptis percipiendis vacantem, eumdemque ad undecenteſimum annum attentâ curâ erudientem Auditores tuos videret*, &c. Seneca Ep. 44. *Cleanthes aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus.* Nonnus ad hæc verba Gregorii Nazianzeni lib. 1. contra Julianum, ΚΑΙ' ΤΟ ΚΛΕΑΝΘΟΥΣ ΦΡΕΑΡ: Κλεάνθης εἰς ἦν καὶ αὐτὸς τῶν Κυνικῶν φιλοσόφων. (Στωϊκῶν voluit dicere) οὗτος ἔν τινι φρέατι ἑαυτὸν στήσας, ἠρύετο ὕδωρ τοῖς παριοῦσι, καὶ διδοὺς πιεῖν, ἐλάμβανε παρ' αὐτῶν ἄρτον καὶ ἤσθιε· θαυμάζεται δὲ παρὰ τῶν Φιλοσόφων ἐν τούτῳ καὶ οὗτος ὡς καρτερικός. Unde Henricus Valeſius legebat apud Juvenalem Sat. 11.

Et jubet archetypos puteum ſervare Cleanthas,

pro eo quod vulgò legitur, *pluteum*. Ingenioſè; ſi non verè.

καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθῆναι] Ἀργίας δίκη.

καὶ τὴν ἀλφιτόπωλιν, παρ' ἣ τὰ ἄλφιτα ἔπεττεν] Molam verſaſſe ſcribit quoque Plutarchus, loco quem infrà adducemus.

169 ἐφ' ᾧ κρότῳ τιμηθῆναι] Codex Flor. χρώτῳ. Palat. κροτῷ. Editio Stephanica : ἐφ' ᾧ κροκοτῷ τιμηθῆναι. Vertit Aldobrandinus, *plauſu honeſtatum eſſe :* Ambroſius, *plauſu exceptum*. Favet receptæ lectioni quod ſequitur, ἔμεινεν ἐπὶ ταυτοῦ σχήματος· ἐφ' ᾧ ἀγασθέντες οἱ ἀκροαταὶ, τὸν μὲν ἐκρότησαν, τὸν δὲ Σωσίβιον ἐξέβαλον. Solebat Populus plauſu excipere, quibus favebat. Ita de Alcibiade narrat Plutarchus, Populum ei plauſiſſe, cùm donativum dediſſet. Idem de Ariſtophane, cùm Νεφέλας docuiſſet, narrat Ælianus Var. Hiſt. 11. 13.

φασὶ δὲ καὶ Ἀντίγονον αὐτοῦ πυθέσθαι ὄντα ἀκροατὴν, διὰ τί ἀντλεῖ· τὸν δ' εἰπεῖν, Ἀντλῶ γὰρ μόνον; τί δ' οὐχὶ σκάπτω; τί δ' οὐκ ἄρδω, καὶ πάντα ποιῶ φιλοσοφίας ἕνεκα ;] Refert aliter Plutarchus in Tractatu de Vitando ære alieno : Κλεάνθην δὲ βασιλεὺς Ἀντίγονος, ἡρώτα, διὰ χρόνου θεασάμενος ἐν τοῖς Ἀθήναις, Ἀλεῖς ἔτι Κλεάνθες ; Ἀλῶ, φησὶν, ὦ βασιλεῦ, ὁ ποιῶ ἕνεκα τοῦ ζῆν μόνος δὲ ἀποστῆναι μηδὲ φιλοσοφίας· ὅσον τὸ φρόνημα τοῦ ἀνδρὸς, ἀπὸ τοῦ μύλου καὶ τῆς μάκτρας πεπτούσῃ χειρὶ καὶ ἀλούσῃ γράφειν περὶ θεῶν, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων, καὶ ἡλίου. *Cleanthem Antigonus Rex cum longo interpoſito tempore vidiſſet Athenis, interrogavit, Etiamnumne molis, Cleanthe? Ego verò, reſpondit ille, ô Rex ; idque vitæ tolerandæ gratiâ facio : facturus quidvis aliud dum ne avellar à Philoſophia. En tibi ingentem viri animum, qui à piſtrino & mactra digreſſus, ea ipſa manu, quâ molam verſaverat, & farinam coquendo pani ſubegerat, de Diis, Luna, Sole, ſideribus, ſcriberet!* Sed ubi legendum malim, μᾶλλον δὲ, ἐπὶ τῷ μὴ ἀποστῆναι τῆς φιλοσοφίας.

ὅθεν δὴ καὶ δεύτερος Ἡρακλῆς, Κλεάνθης ἐκαλεῖτο] 170
Suidas : ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, ἠράσθη φιλοσοφίας, καὶ τοσοῦτον γέγονε φιλόπονος, ὥστε δεύτερος Ἡρακλῆς κληθῆναι.

ἀφυσικὸς δὲ] Id eſt, *minimè ingenioſus*. φύσις, pro *ingenio*, uſurpatur priſcis Scriptoribus. Ita apud Thucydidem, teſte H. Stephano, φύσεως ἰσχὺς, *vis ingenii*. Ita Plato in Phædro : δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως. Id eſt, Cicerone Interprete : *Majore mihi ingenio videtur eſſe quàm ut cum Orationibus Lyſiæ comparetur.* Sed ἀφυσικὸς novè dictum, hoc ſenſu : & Scriptorum ſolus Laërtius ; quantum ego quidem ſciam ; ea voce uſus eſt. Sic vernaculè dicimus, *Il n'a point de naturel :* & contrà, *Il a un beau naturel.*

Τίς δὲ οὗτος κτίλος ὡς ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν, &c.] Parodia ad verſum Homeri 196. Iliad. γ. de Ulyſſe :

Αὐτὸς δὲ κτίλος ὡς, ἐπιπωλεῖται στίχας ἀνδρῶν.

ὀνειδιζόμενος ὡς δειλὸς, Διὰ τοῦτο εἶπεν ὀλίγα ἁμαρ- 171
τάνω] Notum illud Thucydidis, quod retulit Lucianus in Epiſtola ad Nigrinum : ἡ ἀμαθία μὲν, θρασεῖς· ὀκνηροὺς δὲ, τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεται. *Imperitia audaces, res autem conſiderata timidos efficit.*

τὸν ἑαυτοῦ βίον τοῦ τῶν πλουσίων] πλησίον, ceteræ Editiones. Sed πλουσίων quoque Membranæ Regiæ; & ita omnino legendum.

εἰ γάρ καὶ λόγῳ τὸ καθῆκον ἀναιρεῖ τοῖς γοῦν ἔργοις αὐτὸ τιθεῖ.] Huc ſpectat quod ait Stobæus Serm. lxxx. Κλεάνθης ἐρωτώμενος διὰ τί παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ πολλῶν φιλοσοφησάντων, ὅμως πλείους διέλαμψαν ἢ νῦν· ὅτι, εἶπε, τότε μὲν ἔργον ἠσκεῖτο, νῦν δὲ, λόγος. *Cleanthes interrogatus, cur inter Veteres cùm non multi philoſophati eſſent, plures tamen quàm nunc clari evaſiſſent : Quoniam, reſpondit, tunc quidem res ipſa exercebatur, nunc autem verba ſolùm.*

Τὸ ἐκ τῆς Ἠλέκτρας.] Verſus eſt ex Oreſte Euripi- 172
dis : ſed ubi Electra loquitur : quare legendum indubitanter, τὸ τῆς Ἠλέκτρας. Etiam Vetus Interpres: *Illud ait Electræ.*

Αἵματος εἶς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος] Verſus Homeri 611. Odyſſ. δ. εἷς, id eſt ; *es*. Perperam Aldobran-

dinus: *Sanguine unus homo, care Nate:* quaſi legeretur, εἷς.

Εἰ ὁ εἰς τὴν γαστέρα τύπτων, γαστρίζει, &c.] Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos libro cap. x. εἴπερ γὰρ τοῦ ὁμοίου θεωρητικοὶ καθεστήκασιν, ἐπεὶ τῷ, εἰς ἀντικνήμιον τύπτεσθαι, ἀνάλογόν ἐστι τὸ, εἰς τὴν ῥῖνα τύπτεσθαι, καὶ τὸ, εἰς τὴν γαστέρα· λέγεται δὲ τὸ πρῶτον, ἀντικνημιάζειν, ἀναλόγως καὶ τὸ γαστρίζειν, ἢ μυκτηρίζειν. Suidas: γαστρίζομαι, τύπτομαι εἰς τὴν γαστέρα. Ἀριστοφάνης· Ὦ πόλις ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι; Locus Ariſtophanis eſt in Equitibus Act. I. Sc. 3.

Ὦ πόλις καὶ δῆμ' ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι;

Ad quem locum Enarrator: γαστρίζομαι δὲ εἶπεν, ὡς πληγεὶς τῷ σκέλει· εἰς τὴν γαστέρα τύπτομαι. Uſurpavit & hanc vocem eadem notione idem Comicus & alibi: videlicet in Veſpis:

Στρόβει· παράβαινε κύκλῳ, καὶ γάστρισον σεαυτόν.

Heſychius: γαστρίσαι. εἰς τὰ στέρνα πλῆξαι. Aliàs, γαστρίσαι eſt χορτάσαι, λαβρότερον τρέφεσθαι. Falsò igitur Phrynichus negabat γαστρίζειν pro γαστέρα τύπτειν, ab Atticis uſurpari. Verba ejus ſunt, in Ecloga Vocum Atticarum libro I. γαστρίζειν, ἐπὶ τοῦ ἐμπιπλᾶσθαι λέγουσιν Ἀθηναῖοι, οὐκ ἐπὶ τοῦ τὴν γαστέρα τύπτειν· μήποτε δὲ, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν, χρῶνται οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπὶ τοῦ τὴν γαστέρα τύπτειν.

Τοὺς διαμηρισμοὺς] Quæ vox de crurum diductionibus ἐν τῇ συνουσίᾳ uſurpatur. Heſychius: διαμηρίσαι. τοῦτο καὶ ἐπὶ παίδων ἀῤῥένων καὶ θηλειῶν ἔλεγον. Plutarchus III. Sympoſ. Quæſt. 6. ὡς ἤγαγε, νὴ τὸν κύνα, καὶ τοῦ Ζήνωνος ἂν ἐβουλόμην, ἔφη, διαμηρισμοὺς ἐν συμποσίῳ τινὶ καὶ παιδιᾷ μᾶλλον ἢ σπουδῇ τοσαύτης ἐχομένῳ συγγράμματι τῇ πολιτείᾳ κατατετάχθαι. Hinc διαμηρίζεσθαι apud Ariſtophanem in Avibus, pro συνουσιάζειν.

Ἐγὼ διαμηρίζοιμ' ἂν αὐτὴν ἡδέως.

Ad quem verſum Scholiaſtes: διαμηρίζοιμ' ἄν· συνουσιάσαιμι. Inde Merioni Cretenſi nomen. Sextus Empir. Pyrrh. Hypotyp. III. 24. λέγεται καὶ παρὰ Θηβαίοις τὸ παλαιὸν οὐκ αἰσχρὸν τοῦτο εἶναι δόξαι. (Loquitur de maſcula Venere) καὶ τὸν Μηριόνην τὸν Κρῆτα οὕτω κεκλῆσθαί φασι, δι' ἔμφασιν τοῦ Κρητῶν ἔθους. Falsò Grammatici ſic dictum volunt, quòd eſſet ταχυδρόμος. Similiter Merionis pater, μόλος dictus, ἀπὸ τοῦ μολίσκειν.

173 Σωσιθέου τοῦ ποιητοῦ] Soſitheus, Poëta fuit Tragicus, unus è ſeptem illis egregiis, qui πλειὰς dicebantur: de quo videndus Suidas.

Ἔμεινεν ἐπὶ ταυτοῦ σχήματος, &c.] Simile quid de Socrate narratur, cùm eum Ariſtophanes in Nebulis traduxit: qua de re, legendus Ælianus Var. Hiſt. II. 13. & VI. 8.

Ἄτοπον εἶναι τὸν μὲν Διόνυσον καὶ τὸν Ἡρακλέα φλυαρουμένους ὑπὸ τῶν Ποιητῶν μὴ ὀργίζεσθαι] Ariſtophanis Ranas videtur innuere, in quibus, & Bacchus, & Hercules, traducuntur: quamquam & ad alios quoque Comicos pertinere poteſt, cùm ex Ariſtophane ipſo conſtet, ab iis ſæpius traductos fuiſſe Bacchum & Herculem.

Ὁμοιόν τι πάσχειν ταῖς λύραις, αἳ καλῶς φθεγξάμεναι, αὐτῶν οὐκ ἀκούουσι] Refertur ad Diogenem Cynicum à Joanne Stobæo Serm. XXI. Διογένης ἔφη τῶν ἀνθρώπων ἐνίους τὰ δέοντα λέγοντας, ἑαυτῶν οὐκ ἀκούειν, ὥσπερ καὶ τὰς λύρας καλὸν φθεγγομένας, οὐκ αἰσθάνεσθαι.

Τοῦτόν φασιν εἰς ὄστρακα καὶ βοῶν ὁμοπλάτας γράφειν, &c.] Quod ipſum de Apollonio Alexandrino Grammatico quoque memoratur; Auctor ejus Vitæ: τοσοῦτον δὲ ἦν πένης ὁ Ἀπολλώνιος, ὡς ἐν ὀστράκῳ γράφειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα, διὰ τὸ μὴ εὐπορεῖν χάρτας πρίασθαι. 174

Αὐτὸς διαδέξασθαι τὴν σχολὴν] Clemens Alexand. στρωματ. lib. I. Κράτητος δὲ, Ζήνων ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς Στωϊκῆς ἄρξας αἱρέσεως, γίνεται μαθητής. τοῦτον διαδέχεται Κλεάνθης· ὃν Χρύσιππος, καὶ οἱ μετ' αὐτόν. Strabo loco laudato: Κλεάνθης ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὁ δεξάμενος τὴν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως σχολὴν, καταλιπὼν δὲ Χρυσίππῳ. Etiam μαθητὴς καὶ διάδοχος Ζήνωνος dicitur Luciano in Longævis. Falsus eſt Valerius Maximus qui lib. VIII. cap. 7. Chryſippi diſcipulum facit. *Stoicæ eminentiſſimus* dicitur Solino cap. 40. *Pater Stoicorum* Ciceroni III. de Natura Deorum, & *quaſi majorum gentium Stoicus* eidem lib. IV. Academ. Quæſt.

Περὶ τῆς τοῦ Ζήνωνος φυσιολογίας] Palat. φυσιολόγου.

Δύο τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις] Idem Codex, ἐξηγήσεων.

Περὶ τέχνης] Artem Rhetoricam, puto, intelligit; de qua Cicero de Finibus bonorum & malorum lib. IV. *Scripſit Artem Rhetoricam Cleanthes: Chryſippus etiam: ſed ſic, ut, ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Hos Cleanthis, & Chryſippi libros reſpexit Quintilianus lib. III. cap. 1. cùm ait: *Theophraſtus quoque, Ariſtotelis diſcipulus, de Rhetorice ſcripſit: atque hinc vel ſtudioſiùs Philoſophi quàm Rhetores: præcipueque Stoicorum ac Peripateticorum Principes.*

Περὶ θεῶν] Quem librum reſpexiſſe videtur Plutarchus in libro de Vitando ære alieno, loco à nobis proximè allato: & Cicero lib. de Natura Deorum tertio: *Cleanthes quatuor modis formatas in animis Hominum putat Deorum eſſe notiones.* Item libro II. *Cleanthes quidem noſter, quatuor de cauſis dixit in animis Hominum informatas Deorum eſſe notiones.* Citatur Clementi Alexandrino στρωματ. VI. ἔν τινι ποιήματι περὶ τοῦ θεοῦ· ex quo plures verſus profert. Adducit & Cleanthis aliquot verſus Stobæus Serm. XL. & Arrianus in Enchiridio. 175

Περὶ Ποιητοῦ] An *de Homero*, qui κατ' ἐξοχὴν Poëta apud Græcos appellatur, ut apud Latinos Virgilius? An potiùs de *Officio Poetæ*? Id ſuadent hæc Clementis Alexandrini στρωματ. V. Καὶ ἡ Κλεάνθους, δὲ τοῦ Στωϊκοῦ φιλοσόφου ποιητικὴ, ὧδε πῶς τὰ ὅμοια γράφει,

Μὴ πρὸς δόξαν ὥρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι, &c.

Περὶ ἡδονῆς] Citatur Clementi Alexandrino στρωμ. lib. II. ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ ἡδονῆς, & Laërtio ſuprà in Zenone.

Περὶ κατηγορημάτων] Quæ λεκτὰ appellabat.

Clemens

Clemens Alexandrinus Stromat. lib. VIII. λεκτὰ γὰρ τὰ κατηγορήματα καλοῦσι Κλεάνθης καὶ Ἀρχέδημος.

Ταῦτα αὐτῷ τὰ βιβλία] Omiſit Laërtius librum περὶ χαλκοῦ: de quo ipſe ſuprà in Zenone: ſed ubi fortè legendum περὶ χρόνου: qui liber hîc à Laërtio inter Cleantheos recenſetur. Omiſit & librum περὶ μεταλήψεως, *de ſumptionibus*, memoratum Athenæo x. 4. Κλεάνθης δ' ὁ φιλόσοφος ἐν τῷ Περὶ μεταλήψεως, ἀπὸ τῶν κατασκευασάντων φησὶν ὁρμωσθῆναι τήν τε Θηρίκλειον κύλικα, καὶ τὴν Δεινιάδα. Et lib. XI. cap. 6. Κλεάνθης δ' ἐν τῷ Περὶ μεταλήψεως συγγράμματί φησι, &c. Item, τὰ Μυθικὰ, quorum meminit Athenæus XIII. 4. ſed quæ fortaſſe diverſa non ſunt à libris Ἀρχαιολογίας, de quibus hoc loco Laërtius. Νόμιμα ſcripſiſſe, ſcripſit Wouverius Polymathiæ cap. IX. ſed ſine teſte id ſcripſit.

176 Ἀπαγορευσάντων] Paulò aliter Lucianus in Longævis: qui etiam in numero annorum quos vixiſſe fertur Cleanthes, à Laërtio diſſentit: Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς, καὶ διάδοχος. ἐννέα καὶ ἐννενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη, φύμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους· καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος τροφὴν, καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. *Cleanthes, Zenonis diſcipulus & ſucceſſor, novem & nonaginta annos natus, tuberculum in labiis habuit: cùmque decreviſſet mediâ mori, allatis ipſi literis ab amicis quibuſdam, ſumpto cibo præſtitit quæ amici poſtulabant: exinde, iterum abſtinens, è vitâ migravit.* Ad undecenteſimum annum perveniſſe, ſcriptum reliquit Valerius Maximus loco laudato. Ceterùm, præter Stoicum, plures alii Cleanthes fuere: Cleanthes Corinthius, Pictor, de quo Athenæus & Strabo lib. VIII. Cleanthes Tarentinus, qui inter convivandum eloquebatur omnia verſibus, & de quo ipſe Athenæus initio libri primi.

Δύο ἡμέρας ἀπέσχετο τροφῆς· καὶ πῶς ἔσχε καλῶς, &c.] Similiter Pomponius Atticus, *cùm biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſſit, leviorque morbus eſſe cœpit: tamen propoſitum nihilo ſecius peregit.* Verba ſunt Cornelii Nepotis in Vita Attici.

SPHÆRUS.

177 Τοῦτον, &c. ἤκουσε μετὰ Ζήνωνα καὶ Σφαῖρος ὁ Βοσποριανός. &c.] De Sphæro Boſphorano, audiendus omnino Plutarchus in Vita Cleomenis: λέγεται δὲ καὶ λόγων φιλοσόφων τὸν Κλεομένην μετασχεῖν ἔτι μειράκιον ὄντα, Σφαίρου τοῦ Βορυσθενίτου παραβάλλοντος εἰς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ περὶ τοὺς νέους καὶ τοὺς ἐφήβους οὐκ ἀμελῶς διατρίβοντος· ὁ δὲ Σφαῖρος ἐν τοῖς πρώτοις ἐγεγόνει τῶν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως μαθητῶν, καὶ τοῦ Κλεομένους ἔοικε τῆς φύσεως τὸ ἀνδρώδες ἀγαπῆσαί τε, καὶ προεκκαῦσαι τὴν φιλοτιμίαν. *Perhibent inſuper non expertem Philoſophiæ adoleſcentem etiamnum Cleomenem fuiſſe, cùm Sphærus Boryſthenites Lacedæmonem appuliſſet, ibique juventutem non perfunctoriè doceret. Fuit Sphærus inter Zenonis Citienſis Diſcipulos non unus è multis: Cleomenisque ingenium præſtans dilexiſſe, eumque ad gloriam inflammaſſe videtur.* Sphærus quidam cum Areo Philoſopho memoratur apud Suetonium in Vita Auguſti; ſed ubi hoc nomen νοθεύει.

Βουλόμενος ὁ βασιλεὺς ἐλέγξαι αὐτὸν, κηρίνας ῥόας ἐκέλευσε παρατεθῆναι, &c.] Similiter apud Athenæum VIII. 13. οὐκ ἀχαρίτως δὲ καὶ Σφαῖρον τὸν συσχολάσαντα μὲν Χρυσίππῳ παρὰ Κλεάνθει· μεταπέμπτον δὲ γενόμενον εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου, κηρίνων ποτὲ ἐν τῷ δείπνῳ παρατεθεισῶν ὀρνίθων, ἐκτείναντα τὰς χεῖρας ἐπισχεθῆναι ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὡς ψεύδει συγκατατιθέμενον· τὸν δ' εὐστόχως ἀποφήνασθαι εἰπόντα, οὐ τούτῳ συγκατατίθεσθαι ὅτι εἰσὶν ὄρνεις, ἀλλ' ὅτι εὔλογόν ἐστι ταύτας ὄρνεις εἶναι· διαφέρειν δὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν τοῦ εὐλόγου. τὴν μὲν γὰρ ἀδιάψευστον εἶναι· τὸ δὲ εὔλογον, ἄλλως ἀποβαίνειν. Rectè Caſaubonus conjiciebat Nemeſium ad hanc hiſtoriam reſpexiſſe, cum capite de Viſu ſcripſit, ὅταν οὖν κήρινον μῆλον νομίσωμεν ἀληθινὸν εἶναι μῆλον, οὐχ ἡ ὄψις ἐστὶν ἐξαπατωμένη, ἀλλ' ἡ διάνοια· ἡ γὰρ ὄψις ἐν τοῖς ἰδίοις αἰσθητοῖς οὐ διεσφάλη· τό, τε γὰρ χρῶμα καὶ τὸ σχῆμα συνεῖδεν.

Τοιοῦτον δὲ ὄντα τὸν Πτολεμαῖον, καὶ βασιλέα εἶναι] Locus integer; quidquid dicat Caſaubonus: cujus hic ſenſus eſt: Ptolemæum Sphærus Regem non eſſe dicebat, hoc eſt, non idcirco Regem eum eſſe dicebat, quòd Rex ſalutaretur, & Ægyptiis imperaret, & Regia ornamenta geſtaret, & Regiâ poteſtate polleret: Sed quòd talis eſſet, qualis erat; nimirum, ſapiens; propterea eum Regem eſſe. Uno verbo, à ſe, ſuâque ſapientiâ, Ptolemæus habebat ut Rex eſſet, non à Regia dignitate & populi conſenſu. Jam locus perſpicuus eſt, & proclivis ſententia: οὐκ εἶναι, ἔφη, Πτολεμαῖον βασιλέα, δηλονότι διὰ τὴν βασιλικὴν δύναμιν, καὶ ἀξιότητα· τοιοῦτον δὲ ὄντα, τουτέστι σοφὸν, καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν παθῶν κυριεύοντα, καὶ ἐξουσιάζοντα, καὶ βασιλέα εἶναι.

Περὶ ἐλαχίστων] Quid ſint hæc Minima, diſces 178
ex Plutarcho de Placitis Philoſophorum lib. I. cap. 13. & 17.

Διατριβῶν. Περὶ βασιλείας.] Vocem Διατριβῶν, non agnoſcunt ceteræ Editiones, nec Codex Regius.

Περὶ Λακωνικῆς πολιτείας] Lacedæmone vixerat, ut conſtat ex Plutarchi loco ſuperiùs laudato. Citatur ἐν τρίτῳ Λακωνικῆς πολιτείας ab Athenæo IV. 8.

Περὶ Λυκούργου καὶ Σωκράτους γ'] Teſtis adducitur à Plutarcho in Lycurgo: ſed ubi libros de Lacedæmonum Rep. reſpexiſſe potiùs crediderim, quàm libros de Lycurgo.

Περὶ τῶν Ἐρετριακῶν Φιλοσόφων] De his Philoſophis ſuprà, in Menedemo.

CHRYSIPPUS.

179 Χρύσιππος Ἀπολλωνίου] Ἀπολλωνίδου ſcriptum eſt apud Suidam in Χρύσιππος: quod Caſaubonus obſervavit.

Σολεύς, ἢ Ταρσεύς] Solenſem facit Solinus cap. 41. *Soloe antiquum oppidum Ciliciæ fuit, Patria Chryſippi, Stoicæ Sapientiæ potentiſſimi.* Et Galenus in Protreptico cap. 3. Et Origenes contra Celſum lib. IV. Etiam Strabo lib. XIV. Chryſippum Solenſem definit; ſed patrem ejus Tarſenſem fuiſſe ait. Civis Athenienſis factus eſt, teſte Plutarcho; quem vide in libro de Stoicorum repugnantiis.

Μαθητὴς Κλεάνθους] Falſus eſt ergo Valerius Maximus, ut ſuprà obſervabamus, qui Chryſippum, Cleanthis Magiſtrum fuiſſe ſcripſit. Nec verius Socratis ſectator dicitur Cyrillo contra Julianum. Sed ibi fortè pro Σωκράτους legendum Κλεάνθους.

Ἀνὴρ εὐφυὴς καὶ ὀξύτατος] *Acerrimo ingenio* dicitur Ciceroni lib. II. de Natura Deorum. Audiendus Seneca lib. I. de Beneficiis cap. 3. *Chryſippus quoque, penes quem ſubtile illud acumen eſt, & in imam penetrans veritatem.* Et capite ſequenti: *Chryſippum, magnum me hercule virum; ſed tamen Græcum; cujus acumen nimis tenue retunditur, & in ſeſe ſæpe replicatur: etiam cùm agere aliquid videtur, pungit, non perforat.* Dicitur & εὐφυέστατος Damaſcio in Vita Iſidori apud Photium.

Καὶ ἐν τοῖς πλείστοις δινέχθη πρὸς Ζήνωνα, ἀλλὰ καὶ πρὸς Κλεάνθην] Scripſerat Antipater Περὶ τῆς Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς, *de Diſcordia Cleanthis & Chryſippi:* in quo libro citatur à Plutarcho in libello de Stoicorum repugnantiis.

180 Οὕτω δ' ἐπίδοξος ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ἐγένετο, ὥστε δοκεῖν τοὺς πλείους, ὅτι εἰ παρὰ θεοῖς ἦν ἡ Διαλεκτική, οὐκ ἂν ἦν ἄλλη ἢ Χρυσίππειος] Quare διαλεκτικώτατος dicitur Tzetzæ in Chiliadibus. Frigidos tamen ejus Syllogiſmos vocat Jupiter apud Lucianum in Icaro Menippo: τοιγαροῦν ψυχροτέρους ἂν μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων, ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν.

Πλεονάσας δὲ τοῖς πράγμασι, τὴν λέξιν οὐ κατώρθωσε] Id ipſum in Chryſippo notavit Seneca dicto cap. 3. lib. I. de Beneficiis: *Chryſippus quoque, penes quem ſubtile illud acumen eſt, & in imam penetrans veritatem, qui rei agendæ cauſſâ loquitur, & verbis, non ultrà quàm ad intellectum ſatis eſt, loquitur.* Obſcuritate laboraſſe, apparet ex his Arriani in Epicteti Enchiridio cap. 73. ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμνύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν, ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος, ἐφ' ᾧ σεμνύνηται. *Si quis intelligentiâ & explicandi facultate librorum Chryſippi gloriatur, ipſe tibi dic: Niſi obſcurè ſcripſiſſet Chryſippus, nihil haberet ille quo gloriaretur.* Similia habet Arrianus & in Diſſertationibus Epicteti libro I. cap. 17.

Πονικώτατος, &c. ὑπὲρ πέντε καὶ ἑπτακόσιά ἐστιν] Suidas: συντέταχε βιβλία πλείω ἢ Ψ, Φιλόσοφά τε, καὶ Ἱστορικά, καὶ Γραμματικά. Dicitur & Φιλόπονος Damaſcio dicto loco.

Καὶ πῶν τὸ ὑποπεσὸν γράφων, καὶ διορθούμενος πλεονάκις] Atque inde eſt quòd tot pugnantia ſcripſerit: qua de re videndus Plutarchus in libro περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Πλείστη τε τῶν μαρτυριῶν παραθέσει χρώμενος, &c.] Quod etiam in Chryſippo notavit Galenus, quem vide omnino in libro ſecundo de Hippocratis & Platonis placitis, & in ſequentibus.

Ἑκάτων δέ φησιν ἐλθεῖν αὐτὸν ἐπὶ Φιλοσοφίαν, τῆς οὐσίας αὐτοῦ εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης.] 181 Idem legas apud Heſychium Mileſium, atque iiſdem verbis. εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης, vertit Aldobrandinus, *conſumpto in regium uſum patrimonio:* neque aliter Vetus Interpres. At Hadrianus Junius, Heſychii Mileſii Interpres: *poſtquam in fiſcum Regis tota paterna ſubſtantia diffluxiſſet.* Tu verte: *poſtquam ejus bona Fiſco addicta fuerunt.* Cur autem addicta fuerint ejus bona Fiſco, dixerit ille,

Ὡς θεσπιῳδεῖ τρίπους ἐκ χρυσηλάτου.

An quia fœnerator? Fœneratorem Chryſippum fuiſſe diſcimus ex Luciano in Vitarum Auctione: immo, & fœnoris fœnus accepiſſe.

Ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἐν Κεραμεικῷ] Me- 182
minit hujus Statuæ Cicero I. de Finibus. *Statua*, inquit, *eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis, porrectâ manu.* Meminit & Pauſanias in Atticis, qui eam locat non longè à foro, in Gymnaſio, quod à conditore *Ptolemæum* appellabatur. Quare apud Ciceronem & Laërtium, per Ceramicum, Ceramicum interiorem accipere debemus. Quod autem ſcripſit dicto loco Tullius, Chryſippum porrecta manu ea in ſtatua fuiſſe, admonet me ut hic legentes moneam, ita ipſum conſpici in antiquo numiſmate, quod extat penes Joannem Valentem, Antiquarium celeberrimum, quodque ipſe Valens protulit in Cilicia ſua nummis illuſtrata.

Ὅθεν αὐτὸν ὁ Καρνεάδης Χρύψιππον ἔλεγεν] Ita quoque Editio Stephanica. Sed legendum omnino Κρύψιππον, quemadmodum legitur in Editione Baſileenſi, & MS. Regio.

Εἰ τοῖς πολλοῖς, εἶπε, πρεσεῖχον, οὐκ ἂν ἐφιλοσόφησα] Huc faciunt Modeſtini verba in lege VI. Sect. 7. D. de Excuſat. Περὶ τῶν φιλοσόφων ἡ αὐτὴ διάταξις τοῦ Πίου οὕτω λέγει· Φιλοσόφων δὲ οὐκ ἐτάχθη ἀριθμὸς, διὰ τὸ σπανίους εἶναι τοὺς φιλοσοφοῦντας. *De Philoſophis autem eadem Conſtitutio Pii ita dicit: Philoſophorum autem non conſtitutus eſt numerus, quia rarò ſunt qui philoſophantur.*

Οἶμοι κασίγνητ', &c.] Verſus ſunt ex Oreſte Euripidis: quorum poſteriorem, ita rectè emendabat Caſaubonus,

Ταχὺ δὲ μετέθου λύσσαν ἀρτι σωφρονῶν.

Οἷος πέπνυται. τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσι] Verſus ex Odyſſ. 183
K. qui paſſim apud Scriptores de viro præ aliis eximio uſurpatur; ſed apud Homerum, ſcriptum eſt,

Τῷ καὶ τεθνειῶτι νόον πόρε Περσεφόνεια,
Οἷῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσιν.

Sermo eſt de Tireſia Vate.

Εἰ μὴ γὰρ ἂν ἦν Χρύσιππος, οὐκ ἂν ἦν Στοά] Similiter Cicero Academ. Quæſt. lib. IV. *Chryſippum, qui fulcire putatur Porticum Stoicorum.* Et Origenes contra Celſum lib. IV. ὁ Σολεὺς Χρύσιππος, ὁ τὴν Στοὰν τῶν Φιλοσόφων πολλοῖς συγγράμμασι συνεστοῖς κεκοσμηκέναι νομιζόμενος. *Stoicæ Princeps Philoſophiæ* dicitur Gellio VI. 2. Τῆς Στοᾶς ἡγεμὼν Athenæo lib. VIII. & Marciano in l. 2. D. de Legibus, *Philoſophus ſummæ Stoicæ Sapientiæ.* Samuel Petitus, ut hoc obiter moneam, ad LL. Atticas pag. 96. putabat τὸ *ſummæ* in dictis verbis Marciani adverbium eſſe *ſummè*, quod ſcribi per æ diphthongum non eſt, inquit, inſolens. An potiùs ſcripſerit Marcianus, *Philoſophus ſummus Stoicæ Sapientiæ.* Similiter apud Solinum ſuprà memorato capite 41. *Chryſippi Stoicæ Sapientiæ potentiſſimi.* & cap. 40. *Cleanthes Stoicæ eminentiſſimus.* Legi poſſet & *ſummas*, id eſt, *primarius, princeps.* Sed magis eſt ut ſcripſerit Marcianus *Philoſophus ſummæ Sapientiæ*; vox autem *Stoicæ* addita fuerit à librario. Ita apud Plinium VII. 19. *auctores maximæ Sapientiæ, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem.*

184 Δι' ἣν αἰτίαν, καὶ κατὰ τῆς συνηθείας, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς οἷον ἐπεχείρησε, καὶ περὶ μεγεθῶν καὶ πληθῶν, τῇ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν στάσει χρησάμενος] Scripſit Chryſippus contra Conſuetudinem ad Metrodorum, & de Conſuetudine ad Gorgippidem, ut in Indice librorum ejus teſtatur Laërtius. Sed quorſum δι' ἣν αἰτίαν? hæc ſanè cum præcedentibus minùs cohærent. Vide tamen nos infrà. Ceterùm, vox οἷον in Editione Stephanica deſideratur, necnon in Regiis Membranis in quibus quoque συστάσει ſcriptum eſt, non στάσει: & ita in Codice Florentino.

Ἐν τῷ Ὠδείῳ] Id eſt, *in Odeo.* Suidas: Ὠδεῖον. Ἀθήνησιν ὥσπερ θέατρον, ὃ πεποίηκεν, ὡς φασι, Περικλῆς, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Ὠδεῖον ἐκλήθη, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς· ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ δικαστήριον τοῦ Ἄρχοντος· διεμετρεῖτο δὲ καὶ ἄλφιτα ἐκεῖ.

Προσενεγκάμενον γλυκὺν ἄκρατον, καὶ ἰλιγγιάσαντα] Quod notatu dignum: ſiquidem vinum dulce id habet peculiare, quòd caput minùs tentat. Obſervat Ariſtoteles cap. 9, lib. de Miſtorum affectionibus, qui vulgò quartus Meteororum inſcribitur: οἴνός τε ὁ μὲν γλυκὺς θυμιᾶται· πίων γάρ· καὶ γὰρ ταὐτὰ ποιεῖ τῷ ἐλαίῳ· οὔτε γὰρ ὑπὸ ψύχους πήγνυται, καίεταί τε· ἔστι δὲ ὀνόματι οἶνος, ἔργῳ δὲ οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ οἰνώδης ὁ χυμὸς, διὸ καὶ οὐ μεθύσκει. Apud Suidam vox γλυκὺν deſideratur: ὑπὸ τοῦ πιεῖν ἄκρατον, &c.

Ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων] Quo de genere loquendi diximus ſuprà.

Τρία καὶ ἑβδομήκοντα βιώσαντα ἔτη] Apud Lucianum in Macrobiis: ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Sed apud Suidam quoque: καὶ τελευτήσας ὁ καὶ γ' ἐτῶν.

Κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετρακοστὴν Ὀλυμπιάδα] Error eſt annorum 400. Excidit vox ἑκατοστήν. Legendum itaque κατὰ τὴν ἑκατοστὴν καὶ τετρακοστὴν τρίτην Ὀλυμπιάδα· & ita apud Suidam. Videndus Voſſius de Scriptoribus Græcis I. 17.

Γλιγγίασε βάκχον, &c.] Quos verſus Salmaſius in Iambos & Semiiambos ita diſtinguebat:

Γλιγγίασε βάκχον ἐκπιὼν χανδὸν
Χρύσιππος, οὐδ' ἐφείσατ'
Οὐ τῆς Στοᾶς, οὐδ' ἧς πάτρης, οὐ τῆς ψυχῆς·
Ἀλλ' ἦλθε δῶμ' ἐς ᾅδεω.

Ἔνιοι δὲ φασι γέλωτι συσχεθέντα αὐτὸν τελευτῆσαι, 185
&c.] Ita P. Craſſum riſu mortuum, teſtatur Tertullianus in lib. de Anima. Auctor eſt quoque Verrius Flaccus, Zeuxidem pictorem mortuum eſſe, cùm pictam à ſe Vetulam effuſiùs rideret. Etiam Philemonem Comicum, riſu mortuum, cùm aſinum comedentem ficus vidiſſet, narrant Valerius Maximus & Lucianus.

Προσεφώνησεν] *Nuncupavit.* quâ voce, ſi bene memini, uſus eſt ſuprà Laërtius in eadem ſignificatione.

Ἡρκεῖτό τε γραϊδίῳ μόνῳ] De hac Vetula, Laërtius ſuprà: ἡ δὲ παρεδρεύουσα πρεσβύτις αὐτῷ ἔλεγεν ὡς πεντακοσίους γράφει στίχους ἡμερησίους. Et Plutarchus in libro de Communibus Notitiis. λέγει δὲ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Διὸς συγγράμματι, καὶ τῷ τρίτῳ Περὶ θεῶν, ψυχρὸν εἶναι καὶ ἄτοπον, καὶ ἀλλότριον, τὰ τοιαῦτα τῶν ἀπ' ἀρετῆς συμβαινόντων ἐπαινεῖν, ὅτι δῆγμα μυίας ἀνδρείως ὑπέμεινε, καὶ δυσθανατούσης γραὸς ἀπέσχετο σωφρόνως. *Scribit etiam Chryſippus in Commentario de Jove, & libro de Diis tertio, frigidum eſſe, abſurdum & inſolens, hujuſmodi virtutis actu laudare, quòd muſcæ morſum fortiter pertulerit, & quòd caſtè ſe abſtinuerit à moribunda Vetula.* Ceterùm, quod ait hoc loco Laërtius, Chryſippum Vetulâ unâ fuiſſe contentum, minùs convenit cum eo quod refert Suidas in Ἀριστογένης: ſcilicet, Ariſtogenem Cnidium, Medicum, Chryſippi Philoſophi ſervum, in exercenda Medicina operam ſuam navaſſe Antigono, cognomento Gonatæ. Sed ibi fortè παρέλκει vox φιλοσόφου; & intelligendus Suidas; aut quiſquis ille fuit à quo illa ſumpſit; de Chryſippo Cnidio, Medico, de quo infrà. Id ſuadent, & patria, & profeſſio: nec tempora repugnant.

Συνεκρότησε] Adi Caſaubonum.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Χρύσιππος Κνίδιος, ἰατρὸς, παρ' 186
οὗ φησιν Ἐρασίστρατος πολλὰ ὠφελῆσθαι] Plinius XXIV. 1. *Horum placita*; loquitur de Hippocrate & diſcipulo ejus Prodico; *Chryſippus ingenti garrulitate mutavit, plurimumque etiam ex Chryſippo diſcipulus ejus Eraſiſtratus.* Et XX. 9. *Braſſicæ laudes longum eſt exequi, cùm & Chryſippus Medicus privatim volumen ei dicaverit.* Ejuſdem Medici meminit Sextus Empiricus adverſùs Mathemat. cap. 12. ubi etiam Eraſiſtrati magiſtrum vocat. Sexti verba adſcribenda putavi: Πυθιὰς δὲ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους θυγάτηρ, τρισὶν ἀνδράσιν ἐγαμήθη· πρῶτον μὲν, Νικάνορι τῷ Σταγειρίτῃ, οἰκείῳ ὄντι Ἀριστοτέλους· δευτέρῳ δὲ, Προκλεῖ, Δημαράτου τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἀπογόνῳ, ὃς καὶ δύο ἐξ αὐτῆς τεκνοῦται παῖδας, Προκλέα τε καὶ Δημάρατον, τοὺς παρὰ Θεοφράστου φιλοσοφήσαντας· τρίτῳ δὲ, Μητροδώρῳ ἰατρῷ, Χρυσίππου μὲν τοῦ Κνιδίου μαθητῇ, Ἐρασιστράτου δὲ ὑφηγητῇ· ᾧ γίνεται παῖς

Ἀριστοτέλης. Alius eſt qui Erinei filius dicitur Laërtio in Eudoxo. τούτου, inquit, διήκουσε Χρύσιππος Ἐρίνεω, Κνίδιος, τά τε περὶ θεῶν καὶ κόσμου καὶ τῶν μετεωρολογουμένων· τὰ δὲ ἰατρικὰ παρὰ Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου· κατέλιπε δὲ καὶ ὑπομνήματα κάλλιστα· τούτου γέγονε παῖς Ἀρισταγόρας, οὗ Χρύσιππος, Ἀεθλίου μαθητής· οὗ τὰ θεραπεύματα φέρεται. P. Caſtellanus in Vitis Medicorum, cùm Chryſippum Cnidium Medicum deſcribere ſe putat, ſupino errore adplicat ei omnia quæ de Chryſippo Solenſi Stoico dicuntur à Diogene noſtro: quod rectè monuit doctiſſimus Reineſius Var. Lect. lib. III.

Καὶ ἕτερος υἱὸς τούτου, ἰατρὸς Πτολεμαίου, &c.] Chryſippi illius, qui Cnidii filius, & Ptolemæi Medicus erat, præter Laërtium, quod ſciam, meminit nemo.

Ἄλλος, μαθητὴς Ἐρασιστράτου] De hoc tantumdem eſt quod ſcio.

Καί τις, γεωργικὰ γεγραφώς] Quem inter rei ruſticæ Scriptores Varro & Columella non recenſent, qui quamplurimos alios recenſent. Quod ideo obſervamus, quia hæc vox τὶς minùs nobilem fuiſſe innuit. Ceterùm, præter ſuprà memoratos Chryſippos, fuit & Chryſippus filius Pelopis, quem rapuit Laïus, is qui primus puerorum amore arſit, ut eſt apud Ælianum Var. Hiſt. XIII. 5. Meminit quoque Athenæus lib. XIII. & Plutarchus in Parallel. Fuit & Chryſippus Tyaneus, qui Ἀρτοκοπικὸν ſcripſit, de quo idem Athenæus non uno in loco: & Caſaubonus ad Athenæum XIV. 15. Et Chryſippus Athenienſis: pro quo dixit Demoſthenes. Ea enim Demoſthenis Oratio quæ πρὸς Φορμίωνα hodie inſcribitur, ὑπὲρ τοῦ Χρυσίππου ab Harpocratione appellatur: & ita inſcribitur in MS. Demoſthenis. Sed & dictam eſſe pro Chryſippo Athenienſi, patet ex Orationis Argumento, & ex ipſa Oratione. Hæc verè Valeſius ad Harpocrationem. Fuere & alii Chryſippi, de quibus Jonſius.

Ὃ ἐστιν ἐν τῇ πόλει, τοῦτο ἐν τῇ οἰκίᾳ, &c.] Retinenda lectio Editionis Stephanicæ: ὃ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ πόλει, οὐδ' ἐν τῇ οἰκίᾳ. Tamen Suidas, qui integrum hunc locum exſcripſit, ab his verbis ὁ δὴ φιλόσοφος καὶ τοιούτους τινὰς ῥήτορα λόγους, uſque ad illa, οἱ δὲ Εὐβουλίδου, Aldobrandinianam lectionem agnoſcit.

Ἐστί τις κεφαλή· ἐκείνην δὲ οὐκ ἔχεις. ἔστι δέ γέ τις κεφαλή] Poſt hæc verba, ſupplendum ex Suida, ἣν οὐκ ἔχεις. Etiam in Editione Frobeniana eſt aſteriſcus, qui locum mutilum eſſe ſignificat.

187 Τοῦτο σοῦ διὰ τοῦ στόματος] Commodiùs legitur in ceteris Editionibus διὰ τοῦ στόματός σου. Tamen apud Suidam quoque, σοῦ διὰ τοῦ, &c.

Εἴ τι οὐκ ἀπέβαλες, τοῦτο ἔχεις, κέρατα δὲ οὐκ ἀπέβαλες· κέρατα ἄρα ἔχεις.] De hac interrogatione, ita ſcriptum eſt apud Gellium XVI. 2. *Quicquid non perdidiſti habeaſne, an non habeas, poſtulo ut aias, aut neges. Utrumcumque breviter reſponderit, capietur. Nam ſi non habere ſe negaverit, quod non perdidit; colligetur oculos eum non habere, quos non perdidit: ſin verò ſe habere dixerit, colligetur eum habere cornua, quæ non perdidit. Rectiùs igitur cautiùſque ita reſpondebitur: Quicquid habui, id habeo, ſi id non perdidi.* Vide nos ſuprà ad Euclidem.

Οἱ δὲ Εὐβουλίδου τοῦτό φασιν] Laërtius ipſe ſuprà, in Euclide.

Εἰσὶ δὲ οἳ κατατρέχουσι τοῦ Χρυσίππου] Κατατρέχουσι, id eſt, *perſequuntur; vexant; laceſſunt:* quâ notione uſurpatur in Argumento librorum Athenæi: Γητόρων τε ἦν ἄγυρις, τῶν Κυνικῶν κατ' οὐδὲν ἀπολειπομένη· ὧν κατέτρεχε, μετὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι τι ἐφθέγγοντο, Οὐλπιανὸς ὁ Τύριος. *Adfuit & Oratorum cœtus, haud minùs quàm Cynicorum numeroſus. Hos, & quicumque verba facerent, laceſſebat Ulpianus Tyrius.* Ita nos Galli vernaculè dicimus, *courir ſus à quelqu'un.* Notandum autem; quod notat Suidas; verbum κατατρέχειν, cùm de animatis ſermo eſt, genitivo gaudere, cùm de inanimatis, accuſativo.

Αἰσχρῶς τὰ περὶ τὴν Ἥραν καὶ τὸν Δία ἀναπλάττει] Huc ſpectat quod apud Origenem lib. IV. contra Celſum legimus: Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν τὰς περὶ θεῶν ἀτόπους Ἑλλήνων ἱστορίας, αἰσχύνης αὐτόθεν ἀξίας, καὶ ἀλληγορουμένας; ὅπου τε ὁ Σολεὺς Χρύσιππος, ὁ τὴν Στοὰν τῶν φιλοσόφων πολλοῖς συγγράμμασι συνετοῖς κεκοσμηκέναι νομιζόμενος, παρερμηνεύει γραφὴν τὴν ἐν Σάμῳ, ἐν ᾗ ἀρρητοποιοῦσα ἡ Ἥρα τὸν Δία ἐγέγραπτο. *Et quid me opus eſt enumerare abſurdas de Diis hiſtorias Græcorum, pudendas & ex ſe, & per allegoriam? quando Chryſippus Solenſis, qui plurimis ſcriptis Porticum Philoſophorum ornaſſe creditur, interpretatur Picturam in Samo, ubi Juno depicta eſt, morem gerens Jovis non nominandæ libidini.* Propriè autem, αἰσχρῶς dixit Laërtius. αἰσχρουργεῖν ſæpius vocant Græci, quod Latini *fellare:* Nam & aliquando pro ἀναφλᾶν, ſeu δέφεσθαι, uſurpant: unde Hæretici quidam δεφόμενοι; de quibus Epiphanius; αἰσχροὶ appellabantur. Uſurpant & pro αὐναυλίζειν. teſtis idem Epiphanius in Simonianorum & Gnoſticorum Hæreſi. οἱ ἐμίγνοντο μὲν ταῖς γυναιξὶ, οὐκ ἐγκατέσπειρον δὲ: quod erat propriè Onanis flagitium.

Εἰ καὶ] Caſaub. ἢν καὶ. 188

Παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασι κατακεχωρισμένην] Περὶ πινάκων, id eſt, *de Tabulis Pictorum*, ut rectè Meurſius ad Antigoni Hiſtorias Mirabiles, & Franciſcus Junius de Pictura Veterum lib. II. cap. 3. Minùs rectè hîc Caſaubonus de librorum Indicibus accipit, nec rectiùs de Virtutum & Vitiorum Tabulis, qualis eſt Tabula Cebetis, amicus quidam meus accipiebat.

Μήτε γὰρ παρὰ Πολέμωνι, μήτε παρ' Ὑψικράτει· ἀλλὰ μηδὲ παρ' Ἀντιγόνῳ] De Polemone illo Tabularum Scriptore, vide nos ſuprà ad Ariſtippum. Vide & ſuperiùs laudatum Junium dicto loco. Scripſerat inter alia opera, librum περὶ ζωγράφων πρὸς Ἀντίγονον, teſte Athenæo XI. 6. Qui quidem Antigonus non alius fortaſſe ab hoc noſtro, quem de Pictura ſcripſiſſe, ut & Xenocratem, diſcimus ex Plinio XXXV. 10. quo loci toties laudatus Junius, ex Laërtio, legendum *Hypſicratem* exiſtimabat.

Ἐν δὲ τῷ Περὶ πολιτείας, καὶ μητράσι λέγει συνέρχεσθαι.] Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro III. capite 24. Χρύσιππος ἐν τῇ Πολιτείᾳ δογματίζει, τὸν τε πατέρα ἐκ τῆς θυγατρὸς παιδοποιεῖσθαι, καὶ τὴν μητέρα ἐκ τοῦ παιδός, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἐκ τῆς ἀδελφῆς. Et capite 25. τούτοις δὲ ὁμογνωμονεῖ καὶ ὁ Χρύσιππος. ἐν γοῦν τῇ Πολιτείᾳ φησί. δοκεῖ δέ μοι ταῦτα οὕτω διεξάγειν, καθάπερ καὶ νῦν οὐ κακῶς παρὰ πολλοῖς εἴθισται· ὥστε καὶ τὴν μητέρα ἐκ τοῦ υἱοῦ τεκνοποιεῖσθαι, καὶ τὸν πατέρα ἐκ τῆς θυγατρὸς, καὶ τὸν ὁμομήτριον ἐκ τῆς ὁμομητρίας. Meminit & Origenes lib. IV. contra Celſum.

Ἐν δὲ τῷ Περὶ τῶν μὴ δι' ἑαυτὰ αἱρετῶν] Cujus libri meminit Athenæus VII. 8. Scripſerat Chryſippus & librum Περὶ τῶν δι' αὑτὰ μὴ αἱρετῶν, in quo citatur ab eodem Athenæo IV. 51.

Ἐν δὲ τῷ γ' Περὶ δικαίου, &c. καὶ τοὺς ἀποθανόντας κατεσθίειν κελεύων] Id ipſum in iiſdem libris de Rep. ſcripſiſſe Chryſippum, ſcribit Sextus eodem capite 25. καὶ ἀνθρωποφαγεῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς συντάγμασιν ἡμῖν ἐπεισάγει. Citatur ibidem Chryſippus ἐν τῷ Περὶ δικαιοσύνης; nec non à Diogene noſtro in Zenone Cittieo, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς δικαιοσύνης: qui liber non alius videtur eſſe à libro illo Περὶ δικαίου. Scripſit Plutarchus Περὶ δικαιοσύνης πρὸς Χρύσιππον βιβλία γ'. Teſtatur Lamprias, in Indice librorum patris.

Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Περὶ βίου καὶ ὁρισμοῦ, προνοεῖν λέγων ὅπως ποριστέον τῷ Σοφῷ, &c.] Integrum hunc locum, uſque ad hæc verba ἐπεὶ δὲ ἐνδοξότατα, exſcripſit ad verbum Heſychius Mileſius.

189 Καταχωρίσαι] Id eſt, *in ordine collocare, diſponere:* quâ in ſignificatione à Xenophonte uſurpatur non ſemel. Ipſe Laërtius ſuprà: Παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασι κατακεχωρισμένην.

Λογικά'] Notatu dignum eſt, quod ait Valerius Maximus libro VIII. capite 7. Chryſippum Λογικῶν exactiſſimæ ſubtilitatis volumen, cœptum ante quadrageſimum annum, octogeſimo demum anno reliquiſſe.

Ὅρων διαλεκτικῶν πρὸς Μητρόδωρον, ϛ'.] ε Palat. Codex & Florent.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν διαλεκτικὴν ὀνομάτων πρὸς Ζήνωνα, α.] Citatur Galeno libro de pulſuum differentia ſecundo: pag. 22. καθάπερ Χρύσιππος ὑπὲρ ὧν ἔθετο κατὰ τὴν διαλεκτικὴν ὀνομάτων.

190 Συνημμένων πιθανῶν πρὸς Διοσκουρίδην, δ'.] γ' iidem Codices. Fuit Dioſcorides ille Zenonis Tarſenſis pater. Id rectè Jonſius ex Suida in Ζήνων, obſervabat.

Σύνταξις πρώτη] Meminit harum Συντάξεων Arrianus in Epictetum libro II. capite 17. οὐδ' ἐγγὺς ἐσόμεθα τῷ προκόψαι· κἂν πάσας τὰς Συναγωγὰς καὶ τὰς Συντάξεις τὰς Χρυσίππου μετὰ τῶν Ἀντιπάτρου καὶ Ἀρχεδήμου διέλθωμεν.

Περὶ τῶν κατὰ στέρησιν λεγομένων, β'] τὸ β' abeſt à Florentino & Palatino.

Πρὸς Δίον, α', β', γ'.] Lege πρὸς Δίωνα, quemadmodum legitur in Palat. Codice, & in Stephanica Editione. Ita in ſequentibus: Περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀναμαλίας πρὸς Δίωνα. Coaluit primum alpha cum proximè ſequenti, & omega poſteà in omicron abiit.

Αἱρεσις πρὸς Γοργιππίδην] An potiùs Αἱρέσεις? id eſt, *Sectæ.* Scripſiſſe Chryſippum librum Περὶ δογμάτων, didicimus ex Stobæo: qui liber, libro de Sectis affinis eſt. Malè, ut puto, in ceteris Editionibus pro Αἱρεσις legitur Διαίρεσις. Error natus ex proximè præcedenti delta. Tamen infrà, Περὶ τῶν διαιρέσεων. 191

Περὶ δυνατῶν, πρὸς Κλεῖτον, δ'] γ' Codex Palat. Ceterùm hos Chryſippi libros reſpexit Cicero libro IX. Epiſtolâ 4. ad Varronem: Περὶ δυνατῶν *me ſcito* κατὰ Διόδωρον κρίνειν. *quapropter, ſi venturus es, ſcito neceſſe eſt te venire: ſi autem non es, τῶν ἀδυνάτων eſt te venire. Nunc vide, utra te* κρίσις *magis delectet; hæc, an* Χρυσιππεία, (ita legendum videtur) *quam noſter Diodorus non concoquebat. Sed de his etiam rebus, otioſi cùm erimus, loquemur. hoc etiam eſt* κατὰ Χρύσιππον δυνατόν. De Clito, diximus ſuprà ad Thaletem. Citatur Chryſippus ἐν τῷ τεταρτῳ Περὶ δυνατῶν apud Plutarchum in libro de Oraculorum defectu, & in libro de Stoicorum repugnantiis. Citatur honorificè ἐν τῷ πρώτῳ, apud Arrianum in Epictetum libro 2. capite 19. γέγραφε δὲ καὶ Χρύσιππος θαυμαστῶς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ δυνατῶν. Addit Arrianus: καὶ Κλεάνθης δ' ἰδίᾳ γέγραφε περὶ τούτου, καὶ Ἀρχέδημος. γέγραφε δὲ καὶ Ἀντίπατρος, οὐ μόνον δ' ἐν τοῖς Περὶ δυνατῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν ἐν τοῖς Περὶ τοῦ κυριεύοντος: ex quibus diſcimus, non unum Chryſippum è Stoicis hoc titulo libros ſcripſiſſe. De loco Ciceronis ſuprà laudato videndus Hadrianus Turnebus, in reſponſione ad Audomari Talæi admonitionem.

Πρὸς τὸ Περὶ σημασιῶν Φίλωνος, α'] Quis ſit Philo ille, cujus libro de Verborum ſignificatione alium Chryſippus oppoſuit, non ſatis conſtat: Nam Philones fuere valdè multi, de quibus Voſſius, Allatius, Jonſius. Sed quiſquis tandem ille fuerit, contra ejuſdem librum Περὶ τρόπων, & alium oppoſuit Chryſippus, ut in ſequentibus apparebit.

Περὶ ἐρωτήσεων] ἐρωτήσεως, Codex Palat. Et ita legendum ſequentia oſtendunt: Ἐπιτομὴ Περὶ ἐρωτήσεως καὶ πεύσεως.

Περὶ πεύσεως, δ'] γ' Palat.

Περὶ ἀποκρίσεως, δ'] γ' Palat.

Περὶ ὀρθῶν καὶ ὑπτίων, πρὸς Φίλαρχον, α'] β' Florentinus.

Περὶ τῶν πέντε πτώσεων, α'] Vox πέντε deeſt in aliis 192
Editionibus. Scriptum eſt autem in Flor. Codice Περὶ τῶν α', β', γ', πτώσεων, α'.

Περὶ τῆς κατὰ τὰς λέξεις ἀναμαλίας πρὸς Δίωνα, δ'] Meminit Varro libro VIII. de L. L. *Tam nesciunt docere, quàm diſcere quæ ignorant. In quo fuit Crates, nobilis Grammaticus, qui fretus Chryſippo, homine acutiſſimo, qui reliquit ſex libros* Περὶ τῆς ἀναμαλίας: *his libreis contra Analogiam atque Ariſtarchum eſt nixus: ſed ita ut ſcripta indicant ejus, ut neutrius videatur pervidiſſe voluntatem. Quod & Chryſippus de Inæqualitate cùm ſcribit ſermones, propoſitum habet oſtendere ſimiles res diſſimilibus verbeis, & ſimilibus diſſimiles eſſe vocabuleis notatas.* Notabis à Varrone ſex libros nominari: quare apud La-

Ertium Jonſius reponebat σ'. Scriptum eſt in codicibus MSS. α', β', γ'. Si genuina eſt hæc lectio, reponendum *tres libros* apud Varronem.

Περὶ τῶν πρὸς τὰς φωνὰς σωρειτῶν λόγων, γ'] σωρειτικῶν λόγων, emendabat Caſaubonus ad Perſium, aut potiùs emendare conabatur. σωρειτῶν λόγων, rectum eſt. Ita infrà in hoc ipſo indice, Περὶ οὐτίδος λόγου. Multùm in eo Chryſippus ſudaverat, ut finitorem acervi inveniret: unde Perſius Sat. 6.

---- Inventus, Chryſippe, tui finitor acervi.

Ad quem locum videndus omnino Caſaubonus.

Περὶ σολοικιζόντων λόγων πρὸς Διονύσιον, α'] MSS. nonnulli Περὶ σολοικισμῶν: quam lectionem falſi arguunt hæc Gellii verba, è capite 20. libri v. jam à nobis ſuperiùs allata: *Cùm Græcum autem vocabulum ſit* Solœciſmus, *an Attici homines, qui elegantiùs locuti ſunt, uſi eo ſint, quari ſolet. Sed nos, neque* Solœciſmum, *neque* Barbariſmum, *apud Græcorum idoneos adhuc invenimus. Nam ſicut βάρβαρον ita σόλοικον dixerunt. Noſtri quoque antiquiores* Solœcum, *facilè*; Solœciſmum, *haud ſcio an umquam dixerint. Quod ſi ita eſt, neque in Græca, neque in Latina* Solœciſmus *probè dicitur.* Legi poſſet Περὶ τῶν σολοίκων λόγων. & puto Chryſippum ita librum inſcripſiſſe. Tamen infrà, in hoc ipſo librorum Indice, σολοικισμοῦ voce utitur Diogenes.

Λόγοι παρὰ τὰς συνηθείας α'] Palatinus Περὶ τὰς. Legendum videtur Περὶ τῆς σύνηθείας. Nec obſtat, quod infrà liber Chryſippi ſub eodem titulo recenſetur: Περὶ τῆς συνηθείας πρὸς Γοργιππίδην, ζ': plures enim libros de Conſuetudine Chryſippum ſcripſiſſe, conſtat: quod ſuperiùs obſervabamus.

193 Περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων δ'. Περὶ τῆς συντάξεως καὶ στοιχείων τῶν λεγομένων πρὸς Φίλιππον, γ'] Meminit Halicarnaſſeus Dionyſius in libro de Structura verborum: qui etiam, cujus fuerint argumenti nos docet: ἃς δὲ Χρύσιππος καταλέλοιπε Συντάξεις διττάς, ἐπιγραφὴν ἐχούσας περὶ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, οὐ ῥητορικὴν θεωρίαν ἐχούσας, ἀλλὰ διαλεκτικὴν, ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες, ὑπὲρ ἀξιωμάτων συντάξεως, ἀληθῶν τε, καὶ ψευδῶν, καὶ δυνατῶν, καὶ ἀδυνάτων, ἐνδεχομένων τε, καὶ μεταπιπτόντων, καὶ ἀμφιβόλων, καὶ ἄλλων τινῶν τοιουτοτρόπων, οὐδεμίαν οὔτε χρείαν, οὔτ' ὠφέλειαν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις συμβαλλομένων. εἰς γοῦν ἡδονὴν ἑρμηνείας, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι τὴν σύνθεσιν. *Geminum verò illud de Structurâ opus à Chryſippo relictum, quorum utrumque de partium orationis collocatione inſcribitur, non rhetoricam ſed dialecticam conſiderationem habet, ut ſciunt, qui eos libros legêre: nempe ubi agatur de compoſitione enunciationum verarum & falſarum, poſſibilium & impoſſibilium, contingentium, & migrantium, & ambiguarum, aliarumque ejuſmodi; quæ nullum uſum ſermoni adferunt civili, nec elocutioni præſtant voluptatem, aut elegantiam ad quæ collocatio præcipuè debet collimare.* Ceterùm, pro eo quod hîc legitur Περὶ τῆς συντάξεως τῶν λεγομένων, δ', ſcriptum eſt ε' in quibuſdam MSS.

Περὶ ἀμφιβολιῶν πρὸς Ἀπολλᾶν β'] Ita infrà, Λύσις τῶν Ἡδύλου ὑποθετικῶν, πρὸς Ἀριστοκρέοντα καὶ Ἀπολλᾶν, α'. Sed ubi Editio Stephanica habet Ἀπελλᾶν. Utraque lectio recta eſt, *Apellas*, quemadmodum *Apelles*, nomen eſt proprium. Apellas quidam Cyrenæus, Geographus, memoratur in Epitome Artemidori Epheſii; & apud Clementem Alexandrinum, Apellas, qui Delphica ſcripſit. Exſtat & apud Ælium Ariſtidem in Apellam, Frontonis filium, Genethliaca Oratio. Etiam apud Ciceronem libro x. Epiſtolâ 17. legas: *Lepidus tandem; quod ego deſiderabam; fecit, ut Apellam ad me mitteret:* ubi vitiosè Editio Patiſſonis *Apellam.* Horatius Serm. 1. 5. *Credat Judæus Apella, non ego.* Minùs rectè optimæ Gloſſæ de recutito, quaſi *ſine pelle*, interpretantur. Quam interpretationem vel ipſa προσῳδία reſpuit: produceretur enim prima ſyllaba in voce *Apella*, ſi à particula ἀ & ſubſtantivo *pellis* formata eſſet. Dicitur & *Apollas.* Occurrit hoc nomen apud Ahenæum libro IX. Ἀπολλᾶς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων. Sed & Ἀπολλὼς dixere. utrumque contractum ex Ἀπολλόδωρος. Ita Ἑρμᾶς, eſt Ἑρμόδωρος· Μητρᾶς; Μητρόδωρος· Νυμφᾶς, Νυμφόδωρος. Ἡρᾶς, Ἡρόδωρος· Ἀρτεμᾶς, Ἀρτεμίδωρος, ut Salmaſius in Diſſertatione quam de Herode Infanticida, Heinſii Tragœdia, ad nos ſcripſit, doctè, ut ſolebat, obſervavit.

Περὶ ἀντιστρεφόντων λόγων καὶ συνημμένων, α'] De argumentis, quæ Græcè ἀντιστρέφοντα, Latinè *reciproca* appellantur, legendus Gellius v. 10. & IX. 16. 194

Περὶ τῆς ἀναλύσεως τῶν συλλογισμῶν, α'] Id eſt, *Syllogiſmorum reſolutione.* Minùs rectè Xylander, συλλογισμοὺς ἀναλύειν, *Syllogiſmos diſſolvere*, apud Marcum Antoninum libro I. eſt interpretatus. Quid ſit autem ſyllogiſmos reſolvere, omnium optimè explicat Alexander Aphrodiſæus in lib. I. Priorum Analyt. Ariſtotelis; quem ibi vide. 195

Πρὸς τοὺς Ἀμεινους διαζευκτικούς, α'] Codex Palatinus Πρὸς τοὺς Ἀμεινίους. Editio Stephanica & Codex Regius Πρὸς τοὺς Ἀμεινίου: quam poſtremam lectionem lubens amplector. Ἀμεινίας, nomen eſt proprium. Laërtius ſuprà in Platone: Πλάτων δὲ ἐπὶ Ἀμεινίου γέγονεν: ubi tamen Ἀμείνονος legendum monuimus. Sed clarè in Euclide: Ἀπολλώνιος ὁ Κρόνος, οὗ Διόδωρος Ἀμεινίου, &c. 196

Περὶ ὑποθέσεων, πρὸς Μελέαγρον, γ'] An Meleagrum Cynicum, de quo ſuprà in Menippo?

Λύσις τῶν Ἡδύλλου ὑποθετικῶν, β'.] Ita infrà: Λύσις τῶν Ἡδύλλου ὑποθετικῶν πρὸς Ἀριστοκρέοντα καὶ Ἀπολλᾶν, α'. Sed utrobique legendum ex Regio Codice Ἡδύλου per unicum λ. Ne dubita. Ita hoc nomen efferendum oſtendunt verſus Martialis libro IX. epig. 58.

Nil eſt tritius Hedyli lacernis:
Culus tritior Hedyli lacernis.

Ab ἡδὺς, eſt Ἡδύλος: ut à δριμὺς, δριμύλος: à σίμος, σιμύλος: ab αἰσχρὸς, Αἰσχύλος: à μικκὸς, μικκύλος: pro quo vulgò *Micyllus:* non rectè, ut rectè in Canonibus Caninius obſervabat. *Hedylus* quoque invenire eſt in Inſcriptione antiqua apud Reineſium in Epiſtolis, pag. 283.

Περὶ τῆς εἰς τὸν ψευδόμενον εἰσαγωγῆς, πρὸς Ἀριστοκρέοντα, α'] Ariſtocreontis mentio facta eſt ſuprà, inter Chryſippi diſcipulos.

197 Περὶ τοῦ παρὰ μικρὸν λόγου,] Hoc eſt, *de Sorite*, ut rectè Caſaubonus ad Perſium, dicto loco: fit enim Sorites, cùm aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur: unde & nomen *Acervalis*: ita enim Latino verbo, ſi neceſſe ſit, Soriten poſſe appellari, ſcripſit Tullius libro II. de Divinatione, ubi eum vide. Videſis & librum IV. Academicarum Quæſtionum, & nos ſuprà ad Euclidem, & ad Zenonem Cittieum.

Περὶ τῶν εἰς τὰς ὑπολήψεις λόγων, καὶ ἠσυχαζόντων, πρὸς Ὀνήτορα, ε'] Anxiè quærebat finitorem acervi Chryſippus: quem cùm invenire deſperaret, excogitavit τὸν ἠσυχάζοντα λόγον: qui fiebat, cùm interrogatus ſuſtinebat ſe, priuſquam ad finem interrogatus perveniret. Cicero in Academicis Quæſtionibus: *Placet Chryſippo, cùm gradatim interrogaretur, (verbi cauſâ; tria pauca ſint, an multa) aliquantò priuſquam ad multa perveniat, quieſcere. id eſt, quod ab iis dicitur* ἠσυχάζειν. Sextus Empiricus Hypotypoſeon libro II. capite 22. καίτοιγε οἱ περὶ τὸν Χρύσιππον Δογματικοὶ ἐν τῇ συνερωτήσει τοῦ σωρείτου, προϊόντος τοῦ λόγου φασὶν· δεῖν ἵστασθαι καὶ ἐπέχειν, ἵνα μὴ ἐκπέσωσιν εἰς ἀτοπίαν, &c. Ridet illud inventum Carneades apud Ciceronem dicto loco: *Per me ſtertas licet, inquit Carneades, non modò quieſcas. Sed quid proficis? ſequitur enim qui te ex ſomno excitet, & eodem modo interroget; quo in numero conticuiſti, ſi ad eum numerum, unum addidero, multane erunt? progrediere rurſus, quoad videbitur. Quid plura? hoc enim fateris, neque ad ultimum te paucorum, neque ad primum multorum reſpondere poſſe. Cujus generis error ita manat, ut non videam quò non poſſit accedere. Nihil me lædit, inquit. Ego enim, ut agitator callidus, priùs quàm ad finem veniam, equos ſuſtinebo; eoque magis, ſi locus is quo ferentur equi, præceps erit. Sic me, inquit, antè ſuſtinebo, nec diutiùs captioſè interroganti reſpondebo*, &c. Tamen ipſe Carneades ſoriticè multa rogat apud Sextum Empiricum adverſus Mathematicos pag. 339. & 340. dum probare ſatagit, non eſſe Deos. Onetoris meminit ſuprà Laërtius in Platone, & in Stilpone.

198 Περὶ τοῦ ἐγκεκαλυμμένου, &c.] Vide Lucianum in Virarum Auctione, ubi de Chryſippo: & nos ſuprà ad Euclidem, & ad Zenonem Cittieum.

Κατὰ τῆς συνηθείας πρὸς Μητρόδωρον, ε'] Scripſerat quippe Metrodorus περὶ συνηθείας: cujus libri meminit Athenæus IX. 10. & Nicandri Scholiaſtes ad Theriaca paginâ 29. Horum Chryſippi librorum contra Conſuetudinem, meminit Plutarchus in libro de Stoicorum repugnantiis: ubi ſex numero fuiſſe teſtificatur. Addit, Stoicos eorum nomine ita ſuperbire, ut non vereantur dicere, Omnes omnium ſimul Academicorum Diſputationes in unum congeſtas, minimè dignas eſſe quæ cum illis libris conferantur: quos tamen ipſe deſpicit. Igitur hos Chryſippi libros contra Academicos ſcriptos fuiſſe, veroſimiliter conjiciebat Jonſius: atque huc ſpectat, quod ſuperiùs de Chryſippo ſcripſit Laërtius ex Sotione, eum tum philoſophari cœpiſſe cùm Arceſilaus & Lacydes Academiæ præeſſent: atque ideo & contra Conſuetudinem & pro ipſa diſſeruiſſe. Scripſit Plutarchus Περὶ συνηθείας πρὸς τοὺς Στωϊκούς, ut eſt apud Lampriam in Indice librorum Plutarchi. Is, cum Academicus eſſet, videtur Metrodori contra Stoicos patrocinium ſuſcepiſſe: quod rectè idem Jonſius exiſtimabat: qui & Metrodorum illum accipit de Metrodoro Theorematico Stilponis diſcipulo, de quo Laërtius ſuprà in Stilpone. Plura alia ſcripſerat Chryſippus adverſus Metrodorum illum, ut ex hoc Chryſippi librorum Indice claret.

Ὑπογραφὴ τοῦ λόγου, τοῦ πρὸς Θεόσπορον, α'] Citatur Chryſippus ἐν τῇ ὑπογραμμῇ τοῦ λόγου apud Stobæum in Eclogis Ethicis pag. 184. Sed ubi legendum, ex hoc loco Laërtii, ἐν τῇ ὑπογραφῇ. 199

Περὶ τῶν ὁμοίων πρὸς Ἀριστοκλέα, β'] Alius videtur eſſe Ariſtocles ille, ab Ariſtocle Stoico qui Commentarium ſcripſit ad Chryſippi librum Περὶ τοῦ Πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα. qua de re mox, ſuo loco.

Περὶ τῶν Ἐτυμολογικῶν πρὸς Διοκλέα ζ'. Ἐτυμολογικῶν πρὸς Διοκλέα, δ'] Quid de Stoicorum Etymologiis ſentiendum, diximus ſuprà ad Zenonem. Ex his Etymologiarum libris deſumpta videntur quæ de origine vocis μύρου ex Chryſippo refert Athenæus XV. 10. & Plutarchus in Amatorio de origine vocis Ἔρως. Videtur & de iisdem accipiendum quod ait M. Tullius in libris de Natura Deorum: *Magnam moleſtiam ſuſcepit Chryſippus reddere rationem vocabulorum.* 200

Περὶ παροιμιῶν, πρὸς Ζηνόδοτον] In quibus citatur à Diogene noſtro in Cynico cognomine, & à Scholiaſte Pindari ad Iſthm. Oden 2. non longè ab initio.

Περὶ τοῦ Πῶς δεῖ τῶν ποιημάτων ἀκούειν, β'] Quo titulo exſtat liber Plutarchi, in quo citatur Chryſippus, ubi de loco Homeri quæſtio eſt.

Περὶ τοῦ Πῶς ἕκαστα λέγομεν καὶ διανοούμεθα, α'] Ad quem librum, Expoſitionem, libris quatuor, ſcripſit Ariſtocles Lampſacenus, Philoſophus Stoicus, teſte Suida in Ἀριστοκλῆς. Libros Chryſippi interpretem deſideraſſe, diſcimus ex Arriano in Enchiridio cap. 73. verba Arriani, quia digna ſunt ubique legi, non gravabor hîc adponere Ὅταν τις ἐπὶ τῷ νοεῖν καὶ ἐξηγεῖσθαι δύνασθαι τὰ Χρυσίππου βιβλία σεμύνηται, λέγε αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν, ὅτι εἰ μὴ Χρύσιππος ἀσαφῶς ἐγεγράφει, οὐδὲν ἂν εἶχεν οὗτος, ἐφ' ᾧ σεμύνηται· ἐγὼ δὲ τί βούλομαι καταμαθεῖν; τὴν φύσιν, καὶ ταύτην ἕπεσθαι· ζητῶ οὖν, τίς ἐστιν ὁ ἐξηγούμενος, καὶ ἀκούσας ὅτι Χρύσιππος, ἔρχομαι πρὸς αὐτόν· ἀλλ' οὐ νοῶ τὰ γεγραμμένα· ζητῶ οὖν τὸν ἐξηγούμενον, καὶ μέχρι τούτων οὔπω σεμνὸν οὐδέν· ὅταν δὲ εὕρω τὸν ἐξηγούμενον, ἀπολείπεται χρῆσθαι τοῖς παρηγγελμένοις· τοῦτο αὐτὸ μόνον σεμνόν ἐστιν· ἂν δὲ αὐτὸ τοῦτο ἐξηγεῖσθαι θαυμάσω, τί ἄλλο ἢ Γραμματικὸς ἀπετελέσθην ἀντὶ Φιλοσόφου; πλὴν γε δὴ, ὅτι ἀντὶ Ὁμήρου, Χρύσιππον ἐξηγούμενος· μᾶλλον οὖν, ὅταν τις εἴπῃ μοι, 201

Ἐπανάγνωθί μοι Χρύσιππον, ἐρυθριῶ ὅταν μὴ δύνωμαι ὁμοῖα τὰ ἔργα καὶ σύμφωνα ἐπιδεικνύειν τοῖς λόγοις. *Si quis intelligentiâ & explicandi facultate librorum Chryſippi gloriatur, ipſe tibi dic: Niſi obſcure ſcripſiſſet Chryſippus, nihil haberet ille quo gloriaretur. Ego verò quid cognoſcere ſtudeo? Naturam, & hanc ſequi. Quæro igitur, quis ſit ejus Interpres. Cùm audiero Chryſippum eſſe, eum convenio. At ſcripta non intelligo. Quæro igitur Enarratorem. Et hactenus quidem nihil præclari. Cùm autem Enarratorem invenero, reliquum eſt uti præceptis: id quod ſolum præclarum eſt. Sin ipſam Enarrationem admiratus fuero, quid aliud niſi Grammaticus Philoſophi loco evaſi? eo dumtaxat excepto, quòd pro Homero Chryſippum enarro. Magis igitur, cùm quis à me petierit prælegi Chryſippum, erubeſco: cùm facta nequeo ſimilia verbis & conſentanea præſtare.* Eadem habet Arrianus in Enchiridio Epicteti capite 73. nam Enchiridion Epicteti Arriani eſſe, docuit nos Simplicius ad Arrianum. Vide & ipſum Arrianum lib. I. cap. 17.

Περὶ ὑπολήψεως πρὸς Πυθώνακτα, α', β'.] Ceteræ Editiones & Membranæ Regiæ α', β', γ'.

Περὶ καταλήψεως καὶ ἐπιστήμης καὶ ἀνοίας.] Pro ἀνοίας, reponere auſim, ex Codice Regio & Florentino, ἀγνοίας. Non ſemel in his libris Laërtianis peccatum in hac Voce.

Περὶ τῆς χρήσεως τοῦ λόγου, πρὸς Λεπτίναν.] Meminit Plutarchus in libro de Stoicorum repugnantiis: σκόπει γὰρ οἷα περὶ τοῦ Μεγαρικοῦ λόγου γέγραφεν, (loquitur de Chryſippo) ἐν τῷ Περὶ λόγου χρήσεως. Ad quos libros referebat Merillius Obſervationum libro I. capite 19. hæc Gellii libro II. capite 12. *Chryſippus ait, omne verbum ambiguum naturâ eſſe, cùm ex eodem duo vel plura accipi poſſunt.*

Περὶ τοῦ ἐγκρίνειν τοὺς ἀρχαίους τὴν Διαλεκτικὴν σὺν ταῖς ἀποδείξεσι, πρὸς Ζήνωνα.] Ita Editio prior. Stephanicæ εὐκρίνειν: quæ lectio Regii Codicis confirmatur authoritate.

202. Περὶ τῆς Ῥητορικῆς, πρὸς Διοσκουρίδην, δ'.] Citatur ἐν τῷ Περὶ Ῥητορικῆς apud Plutarchum in libro de Stoicorum Repugnantiis. Horum librorum meminit Tullius IV. de Finibus: *Scripſit autem Rhetoricam Cleanthes: Chryſippus etiam: ſed ſic, ut ſi quis obmuteſcere concupierit, nihil aliud legere debeat.* Eoſque innuere videtur Fabius; quod ſuprà obſervabamus; cùm lib. III. cap. 1. ait Stoicorum Principes ſcripſiſſe de Rhetorica.

Περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν ἀρετῶν, πρὸς Διόδωρον, δ'.] In quo libro bis citatur à Galeno in Epilogo libri Quod animi mores, &c.

Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς, πρὸς Ἀριστοκρέοντα, ι'.] Quorum librorum meminit Gellius XIV. 4. *Condignè mehercle & condecorè Chryſippus in librorum, qui inſcribuntur περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς, primò, os & oculos juſtitiæ, vultumque ejus totum ſeveris atque venerandis verborum coloribus depinxit*, &c. Meminit Athenæus III. 12. IX. 4. & XIV. 2. Quartus citatur XIII. 2. & Quintus VIII. 2. Meminit idem Athenæus IV. 15. Chryſippei libri Περὶ τοῦ καλοῦ: nec non Plutarchus de Contrad. Stoicorum, & Laërtius in Zenone Cittieo: qui liber, non alius fortè ab hoc libro Περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς. Fuit Ariſtocreon ille, Philoſophus Stoicus.

Περὶ τῶν λεγομένων] Poſt vocem λεγομένων, additur in Regiis Membranis ὑπὲρ τῆς: deinde cetera deeſſe annotantur. Deſunt autem multa: plurimi ſcilicet tomi Morales, omneſque Phyſici: quin & Volumina 431. tantum recenſentur à Laërtio, qui tamen Chryſippum plura quam 705. ſcripſiſſe ſuprà monuit. Titulorum Elenchum mutilum, ex antiquis Scriptoribus reſarcire conatus eſt Jonſius. Jonſianum Elenchum operæ pretium duximus infrà ponere: cui etiam aliquot librorum Titulos addidimus. Ecce tibi Libros Morales qui hîc deſiderantur.

Περὶ δικαιοσύνης, πρὸς Πλάτωνα.] Primum citat Plutarchus in libro de Communibus Notitiis adverſùs Stoicos.

Περὶ δικαιοσύνης.] Plutarch. de Contrad. Stoicor. Gellius XIV. 4. Sextus Empiricus contra Mathemat. pag. 676. Primus citatur Plutarcho de Contradict. Stoic. & Laërtio noſtro ſuprà in Zenone. Tertius eidem Plutarcho ibidem: qui & hiſce Chryſippi de Juſtitia libris alios hoc titulo oppoſuit: Περὶ δικαιοσύνης πρὸς Χρύσιππον βιβλία γ'. Teſtatur Lamprias in Indice, ut ſuprà monuimus. Sed hi libri Περὶ δικαιοσύνης, quod etiam ſupra obſervabamus; non diverſi videntur à libris Περὶ δικαιοσύνης πρὸς Πλάτωνα: neque etiam fortaſſis diverſi erant à libro Περὶ δικαίου.

Περὶ δικαίου.] Tertius citatur à Laërtio ſuprà in hac ipſa Chryſippi Vita.

Περὶ ἀγαθῶν.] Meminit Plutarchus in libro de Contradictione Stoicorum. Primus & ſecundus ab eodem Plutarcho citantur, in libro de Communibus Notitiis. Hunc librum, à proximè ſequenti non alium eſſe exiſtimamus.

Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν Εἰσαγωγή.] Citatur Chryſippus ab Origene lib. IV. contra Celſum, ἐν τῇ Περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν Εἰσαγωγῇ. & ab Athenæo IV. 5. & II. 3. ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ εἰς τὴν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν πραγματείαν.

Περὶ τῶν δι' αὐτὰ αἱρετῶν.] Plutarchus de Contrad. Stoic. Athenæus VII. 8.

Περὶ τῶν δι' αὐτὰ μὴ αἱρετῶν.] Athenæus IV. 15. Laërtius ſuprà in hac Vita.

Περὶ καλοῦ.] Plutarchus ibidem, Laërtius in Zenone Cittieo, & Athenæus IV. 15. Sed hic liber, ut ſuprà dicebamus, fortè non alius eſt à libro Περὶ καλοῦ καὶ τῆς ἡδονῆς, quem Laërtius recenſuit.

Περὶ παθῶν] Citantur à Laërtio in Zenone Cittieo. Meminit & Galenus in libris de Decretis Hippocratis & Platonis: qui & libro VIII. cap. 1. eorum tres fuiſſe dicit. Quod planiùs docet libro III. de locis affectis cap. 1. Verba ejus ſunt: Χρύσιππος φιλόσοφος ἔγραψεν περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν. ἐν μὲν τὸ θεραπευτικὸν βιβλίον, οὗ μάλιστα χρήζομεν εἰς τὴν ἴασιν αὐτῶν· ἕτερα δὲ τρία λογικὰς ἔχοντα ζητήσεις. Primus citatur ab eodem Galeno lib. IV. de Placitis Plat. & Hippoc. cap. 4. & lib. V. cap. 1.

Τὸ περὶ παθῶν θεραπευτικόν.] Citatur à Galeno lib.

&

& cap. 4. de Decretis Hippocratis & Platonis. Ab eodem cum præcedentibus libris innuitur in libro de cognoſcendis & curandis propriis cujuſque affectibus cap. 1. γέγραπται μὲν οὖν, inquit, καὶ Χρυσίππῳ, καὶ ἄλλοις πολλοῖς τῶν Φιλοσόφων, θεραπευτικὰ συγγράμματα τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν. Citatur & ab Origene lib. I. & VIII. contra Celſum.

Περὶ τέλους.] Plutarchus de Communib. Notitiis, & Cicero Academ. IV. Primus citatur à Laërtio ſuprà in Zenone, & à Plutarcho in libro de Contrad. Stoicorum.

Τὰ κατορθώματα.] Primus liber citatur eidem Plutarcho ibidem.

Τὰ Περὶ καθήκοντος.] Sextus Empiricus Hypotyp. III. 25. necnon adverſus Mathematicos pag. 676. Sextus & ſeptimus citantur à Plutarcho dicto loco de Stoicorum Repugnantiis.

Ἠθικὰ Ζητήματα.] Quartus citatur Diogeni noſtro ſuprà in Zenone: & ſextus Plutarcho, in toties memorato libro de Contradictionibus Stoicorum.

Τὸ Περὶ ἔρωτος.] Meminit & ſuprà Laërtius in Zenone.

Τὸ πρῶτον Περὶ ἀρετῶν.] Laërtius ibidem.

Περὶ τοῦ δικάζειν.] Plutarchus ibidem.

Περὶ ὁμονοίας.] Athenæus VI. 19.

Περὶ φιλίας.] Secundus citatur Plutarcho de Stoicor. Repugnantiis.

Τὰ Προτρεπτικά.] Plutarchus ibidem. Ab eodem Plutarcho citatur primus in libro de Communibus Notitiis, & tertius in libro de Contradictionib. Stoicorum. Citatur & primus Περὶ τοῦ προτρέπεσθαι eidem, dicto libro de Communibus Notitiis: quem non alium eſſe à primo τῶν Προτρεπτικῶν veroſimiliter exiſtimabat Jonſius.

Περὶ πολιτείας] Plutarchus de Contradictionibus Stoicorum, Sextus Empiricus Hypotypoſ. III. 25. & adverſus Mathematicos pag. 470. & 676. Laërtius ſuprà in Zenone, & in Chryſippo noſtro.

Περὶ Νόμου.] Martianus L. II. D. de Legibus: *Sed & Philoſophus ſummæ Stoicæ Sapientiæ Chryſippus ſic incipit libro quem fecit* Περὶ Νόμου: ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, &c.

Νόμοι.] Epiphanius in Compendio Fidei.

Περὶ βίου καὶ πορισμοῦ] Secundus citatur à Laërtio, ſuprà, in hac ipſa Vita.

Περὶ παίδων ἀγωγῆς] Quintilianus Inſtit. lib. I. cap. 1. *Ante omnia, ne ſit vitioſus ſermo Nutricibus: quas, ſi fieri poſſet, ſapientes Chryſippus optavit.* Et cap. ſequenti: *Melius autem, qui nullum tempus vacare curâ volunt: ut Chryſippus: nam is, quamvis Nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque jam informandum quamoptimis inſtitutis mentem infantium judicat.* Et apertiùs, cap. 19. *Et certè, quod facere oporteat, non indignum eſt diſcere, cùm præſertim hæc Chironomia; quæ eſt, ut nomine ipſo declaratur, lex geſtus; & ab illis temporibus heroicis orta ſit, & à ſummis Græciæ viris, & ab ipſo etiam Socrate probata, & à Platone quoque in parte civilium poſita virtutum, & à Chryſippo in Præceptis de liberorum educatione compoſitis non omiſſa.* Item, cap. 10. *Chryſippus etiam nutricum quæ adhibentur infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat.*

Περὶ θεῶν] Primum laudat Cicero lib. I. de Natura Deorum, & Laërtius ſuprà in Zenone. Secundum, Cicero, dicto loco, & Plutarchus de Contradictione Stoicorum. Tertium, idem Plutarchus ibidem, & lib. de Communibus Notitiis. Undecimum, Laërtius ſuprà in Zenone. Hos libros ſignant Plutarchus de audiendis Poëmatis, Macrobius Saturnal. I. 17. & Origenes lib. IV. contra Celſum.

Περὶ τοῦ Διὸς σύγγραμμα] Plutarchus & Cicero, dictis locis.

Περὶ Ἥρας] Galenus lib. III. de Hippocratis & Platonis Decretis cap. 8. Καὶ ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ παθῶν μαρτυρεῖ, γράφων ὧδε, &c.

Περὶ προνοίας] Plutarchus de Contradictione Stoicorum, & Lactantius Divinarum Inſtit. lib. VII. cap. 23. Primus citatur Plutarcho ibidem, & Laërtio ſuprà, in Zenone. Quartus, Gellio VI. 1. & 2.

Περὶ εἱμαρμένης] Noſter ſuprà in Zenone: Cicero libro de Fato; Euſebius de Præparat. Evangel. Theodoritus Therapeut. VI. Fulgentius Mythолog. lib. I. Primus citatur ab Euſebio de Præparat. Evangel. VI. 2. & ſecundus, ab eodem ibidem.

Περὶ μαντικῆς, β'.] Cicero lib. I. de Divinatione: *Chryſippus totam de Divinatione duobus libris explicavit ſententiam; uno præterea de Oraculis; uno de Somniis.* Meminit Euſebius Pamphili in Præparat. IV. 2. οὕτω τὴν ἀπόδειξιν ἡμῖν Χρύσιππος κεκόμικε, δι' ἀλλήλων κατασκευάζων ἑκάτερα· τὸ μὲν γὰρ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, ἐκ τοῦ μαντικὴν εἶναι δεικνύναι βούλεται· τὸ δὲ εἶναι μαντικὴν, &c. Secundus citatur à Lactantio I. 6. & à Laërtio noſtro ſuprà in Zenone.

Περὶ χρησμῶν] Meminit Cicero lib. I. & II. de Divinatione; Suidas in νεοττὸν, & Apoſtolius in Proverbio νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως. Videtur ſcripſiſſe de Beneficiis. Vide Senecam lib. I. de Benefic. cap. 3.

Atque hæc ſunt Chryſippi ad Moralem Philoſophiam ſpectantia Volumina, quibus auctior fieri poteſt Index Laërtianus. Quæ ad Phyſicen ſpectant, hæc fermè ſunt.

Περὶ οὐσίας] Plutarchus de Contradictionibus Stoicorum.

Αἱ φυσικαὶ τέχναι] Plutarchus de Contradict. Stoicorum: ubi primus citatur. In eo libro, de unitate egiſſe, putabat doctiſſimus Tennulius, in Notis ad Jamblichum.

Τὰ Φυσικά.] Primus, ſecundus, tertius, & duodecimus Chryſippi τῶν φυσικῶν, citantur à Laërtio ſuprà in Zenone.

Περὶ φύσεως] Plutarchus de Contradict. Stoicorum. Citatur ſecundus ab eodem Plutarcho in libro de Communibus Notitiis; Tertius, dictis locis; & quintus, lib. de Contradict. Stoicorum.

Φυσικὰ Ζητήματα.] Plutarchus de Contradict. Stoicorum & de Communibus Notitiis.

Περὶ κινήσεως.] Plutarchus de Contrad. Stoicorum.

Περὶ κενοῦ.] Laërtius ſuprà in Zenone, & Plutarchus loco proximè allato.

Περὶ ψυχῆς] Tertullianus lib. de Anima cap. 14. Citatur ἐν πρώτῳ à Galeno lib. IV. de Hippocratis & Platonis Decretis cap. 1. 3. & 8. necnon ἐν δυοδεκάτῳ à Laërtio ſuprà in Zenone.

Περὶ ἐνυπνίων] Cicero lib. I. de Divinatione; *Chryſippus totam de Divinatione duobus libris explicavit ſententiam: uno præterea de Oraculis: uno, de Inſomniis.* Signat & libro II. Chryſippi librum de Divinatione nominat Lactantius, libro I. de Falſa Religione. Librum ſimiliter περὶ ἐνυπνίων ſcripſit Hippocrates: qui liber exſtat. Eum Latinè vertit & commentariis illuſtravit Julius Cæſar Scaliger. Qua de verſione cùm verba faceret Bajuletus in ſuo de Eruditorum libris Judicio, tomo 2. pagina 186. & tomo 3. pag. 411. ait Julium Cæſarem Scaligerum librum Hippocratis de Inſomnia Latinè vertiſſe. En cor Zenodoti, en jecur Cratetis! Quid ab eo Critico exſpectes, qui quid ſint Græcis ἐνύπνια, & Latinis *inſomnia* ignorat: quique adeo in libris Medicorum hoſpes eſt, ut quos ſcripſerit libros Medicorum princeps neſciat.

Περὶ αὐξανομένου] Hic liber diligentiam fugit Jonſii. Meminit Philo Judæus in libro de Æternitate Mundi.

Hactenus Chryſippi libri de Morali Philoſophia & de Phyſice, quorum tituli in Indice Laërtiano deſiderantur. Sed & in eodem Indice deſiderantur Chryſippi alii libri, qui ad Dialecticam, ſive Grammaticam, aut etiam ad Hiſtoriam, ſpectare videntur. Sunt autem iſti:

Περὶ τῆς Διαλεκτικῆς] Citatur in tertio à Plutarcho, in libro de Stoicorum Repugnantiis. Neque hujus libri meminit Jonſius.

Περὶ ἀνομολογίας] Qui liber & à Jonſio omiſſus fuit. Meminit Plutarchus in libro de Virtute Morali.

Περὶ βίων, δ'.] Primus citatur à Laërtio ſuprà in Zenone, & à Plutarcho de Contradict. Stoicorum. Quartus citatur ab eodem Plutarcho ibidem: ubi & quatuor fuiſſe Chryſippi libros Περὶ βίων indicat: μία σύνταξις, inquit, ἡ Περὶ βίων, τέτταρα βιβλία.

Σύγγραμμα περὶ τῶν ἀρχαίων Φυσιολόγων] Meminit Noſter ſuprà in hac Vita. Partem fuiſſe Operis Περὶ βίων, veriſimili conjectura exiſtimabat Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 17. Solebant enim Scriptores Græci, ut rectè Caſaubonus ad Polybium obſervabat, operum majorum ſingulas partes, λόγους, aut τόμους, aut συγγράμματα, appellare.

Περὶ δογμάτων] In quo citatur à Joanne Stobæo in Eclogis Ethicis pag. 184. & hîc liber omiſſus fuit à Jonſio, quemadmodum & ſequens.

Λογικὰ ζητούμενα.] Citantur à Galeno in Epilogo libri Quod animi mores, &c.

Περὶ τοῦ κυρίως κεχρῆσθαι Ζήνωνα τοῖς ὀνόμασιν.] Laërtius ſuprà in Zenone.

Αἱ πρὸς Ἀρκεσίλαον ἀντιγραφαί] Plutarchus de Contradict. Stoicorum, & de Oraculorum defectu.

Meminit Lamprias, in Indice, Plutarchi libri Περὶ τοῦ πρώτου ἐπομένου πρὸς Χρύσιππον, hoc eſt, *de Prima illatione, contra Chryſippum:* unde conjicere licet ſcripſiſſe etiam Chryſippum Περὶ τοῦ πρώτου ἐπομένου.

Videtur ſcripſiſſe & Περὶ μεγεθῶν καὶ πληθῶν. Ipſe Laërtius ſuprà: τέλος δὲ Ἀρκεσιλάῳ καὶ Λακύδῃ, καθά φησι Σωτίων ἐν τῷ ὀγδόῳ. παραγενομένοις ἐν Ἀκαδημίᾳ συνεφιλοσόφησε. δι' ἣν αἰτίαν καὶ κατὰ τῆς Συνηθείας, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ἐπεχείρησε, καὶ περὶ μεγεθῶν καὶ πληθῶν, τῇ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν συστάσει χρησάμενος.

AD LIBRUM VIII.

PYTHAGORAS.

1 Καὶ περὶ τῆς Ἰταλικῆς διαλάβωμεν, ἧς ἦρξε Πυθαγόρας] Atque inde eſſe exiſtimamus, quòd Socrati Pythagoram Romani prætulerint. Plinius XXXIV. 6. ubi de ſtatuis: *Invenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus Comitii poſitas, cùm bello Samniti Apollo Pythius fortiſſimo Græcorum gentis juſſiſſet, & alteri ſapientiſſimo, ſimulacra celebri loco dicari, donec Sylla Dictator ibi curiam faceret. Mirumque illos Patres, Socrati cunctis ab eodem Deo ſapientiâ prælato, Pythagoram prætuliſſe; aut tot aliis, virtute, Alcibiadem; aut quemquam, utroque, Themiſtocli.* Idem legere eſt & apud Plutarchum in Numa.

Μνησάρχου δακτυλιογλύφου, ὥς φησιν Ἑρμιππος, ἢ, ὡς Ἀριστόξενος] Lege cum MS. Regiæ Bibliothecæ, ὥς φησιν Ἑρμιππος, Σάμιος, ἢ ὡς Ἀριστόξενος, Τυρρηνὸς, ἀπὸ μιᾶς, &c. Quam lectionem confirmat Clemens Alexandrinus Stromat. I. Πυθαγόρας μὲν οὖν, Μνησάρχου, Σάμιος, ὥς φησιν Ἱππόβοτος· ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ, καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ Θεόπομπος, Τυρρηνὸς ἦν, ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος, ἢ Τύριος. Item Lucianus in Lexiphane: καὶ κατὰ τὸν Μνησάρχου τὸν Σάμιον, σιωπὴν, καὶ γλωτταργίαν ἡμῖν ἐπιβάλλει. Matrem habuit Pythaïda, Samiam. Auctor Porphyrius, Jamblichus, Tzetzes: avum paternum, Euphrona: proavum, Hippaſum: de quibus Pauſanias in Corinthiacis.

Δακτυλιογλύφου.] Qui Mneſarchum annulorum ſculptorem faciat, neminem alium, quem quidem legerit, præter Laërtium eſſe, ait Aldobrandinus. Non legerat vir doctiſſimus Apuleium, cujus hæc ſunt verba Floridorum I. *Profugit ex Inſula* (Samo) *clanculò Pythagoras, patre Mneſarcho nuper amiſſo: quem comperio inter ſellularios artifices, gemmis faberrimè ſculpendis, laudem magis quàm opem quæſiſſe.* Idem teſtatur Suidas in Πυθαγόρας· Μνησάρχου υἱὸς δακτυλιογλύφου. Et Tzetzes Chiliad. XI. 369.

Ὁ Πυθαγόρας ὁ Σοφὸς, Σάμιος ἦν τῷ γένει.
Σαμείας (l. Σαμίας) Πυθαΐδος μὲν, ἀραίας ὑπὲρ φύσιν,
Καὶ τοῦ Μνησάρχου δὲ υἱός· ὃς Μνήσαρχος ὑπῆρχε
Τὴν τέχνην μετερχόμενος, τὴν δακτυλιογλυφόων.

Corrige, δακτυλιογλύφων. Mercatorem frumenti fuiſſe, conjicere eſt ex Porphyrio atque Jamblicho. Ignobili genere fuiſſe, dicit Lactantius Divinarum Inſtit. III. 18. *Niſi fortè*, inquit, *credamus inepto illi ſeni, qui*

ſe in priori vita Euphorbum fuiſſe mentitus eſt. Hic, credo, quod erat ignobili genere natus, familiam ſibi ex Homeri carminibus adoptavit.

Ὡς φησιν Ἕρμιππος] In Vitis ſcilicet. Non prætereunda ſunt de Hermippo Joſephi verba lib. I. contra Apionem; ubi de Pythagora: πολλοὶ δὲ τὰ περὶ αὐτὸν ἱστορήκασι, καὶ τούτων ἐπισημότατός ἐστιν Ἕρμιππος, ἀνὴρ περὶ πᾶσαν ἱστορίαν ἐπιμελής.

Ὡς Ἀριστόξενος] Ariſtoxenum Tarentinum; qui vulgò Muſicus; Xenophili Pythagorei primùm, & deinde Ariſtotelis, diſcipulum, intelligit; quique Vitam Pythagoræ, deque ejus Diſcipulis, ſcripſerat. Meminere hujus libri, præter Laërtium noſtrum, Athenæus x. 4. Gellius IV. 11. Clemens dicto loco; Porphyrius atque Jamblichus in Vita Pythagoræ; alii. Qui liber pars fuit Operis de Vitis Virorum Illuſtrium; cujus meminere Plutarchus, libro Quod non poſſit ſuaviter vivi ſecundùm Epicurum, & S. Hieronymus in Præfat. de Scriptor. Eccleſ.

Τυῤῥηνὸς] Scriptum eſt apud Clementem, loco citato: ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ, καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ Θεόπομπος, Τυῤῥηνὸς ἦν· ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος, ἢ Τύριος· ὥστε εἶναι κατὰ τοὺς πλείστους τὸν Πυθαγόραν βάρβαρον τὸ γένος. Clementis locum reſpexit Theodoritus Serm. I. θεραπ. his verbis, τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυῤῥηνὸν εἶναί φασιν. Reſpexit & Euſebius lib. x. de Præparat. Evangelica; ubi de patria Pythagoræ. Adde & Malchum, ſive Porphyrium, in Vita Pythagoræ: Συμφωνεῖται μὲν δὴ παρὰ τοῖς πλείστοις Μνησάρχου γεγενῆσθαι παῖς· περὶ δὲ τοῦ γένους τοῦ Μνησάρχου διαπεφώνηται· οἱ μὲν γὰρ Σάμιον αὐτὸν εἶναί φασι· Κλεάνθης δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Μυθικῶν, Σύρον ἐκ Τύρου τῆς Συρίας. Ita rectè hunc locum reſtituit Lucas Holſtenius. Ceterùm, Joſephus aut, ut Veteres loquebantur, *Joſepus*, libro II. contra Apionem ait, æquè difficile eſſe Pythagoræ patriam indicare, atque Homeri.

Ἀπὸ μιᾶς τῶν νήσων, ἃς κατέσχον Ἀθηναῖοι, Τυῤῥηνοὺς ἐκβαλόντες] Inſulæ illæ fuere, Lemnos, Imbros, Scyros. auctor Ariſtoxenus apud Porphyrium, ſive Malchum, de Vita Pythagoræ; ubi ait Mneſarchum, Pythagoræ patrem, Tyrrhenum genere fuiſſe, ex iis Tyrrhenis qui in Lemno, Imbro, & Scyro habitârunt. Tyrrhenos apud Lemnum & Imbrum incoluiſſe, ſcribunt, Apollonius Argonautic. IV. Plutarchus de Virtutibus Mulierum, & Quæſt. Græc. 21. & Polyænus VII. Stratag. Tyrrhenos etiam Lesbon tenuiſſe, & Cyzicon, & Æanem, ex antiquis Scriptoribus, docet, Vir Literarum veterum diligentiſſimus, Samuel Bochartus lib. I. de Coloniis Phœnicum cap. 33. ubi eum vide.

Μαρμάκου] Caſaubonus legit Μαμέρκου: conjecturâ ductâ ex eo quòd apud Feſtum filius Pythagoræ ſic vocatur. Sic vocatur & apud Plutarchum in Numa: τεσσάρων υἱῶν βασιλεῖ Νουμᾷ, ἕνα Μάμερκον ἐπὶ τῷ Πυθαγόρου παιδὶ προσηγόρευσεν.

Τοῦ Ἱππάσου, τοῦ Εὐθύφρονος, τοῦ Κλεωνύμου, φυγάδος ἐκ Φλιοῦντος, &c.] At Pauſanias in Corinthiacis, Mneſarchum patrem, habuiſſe dicit; avum, Euphronem; & proavum, Hippaſum, qui pulſus à Phliunte, Samum ſeceſſerit. Notabis obiter, *Euphronem* à Pauſania appellari, qui *Eutyphron* dicitur Laërtio.

Τοῦ τρία ποτήρια] Καὶ τρία, ceteræ Editiones, nec non Regiæ Membranæ. 2

Ἔσχε δὲ ἀδελφοὺς, πρεσβύτερον μὲν, Εὔνομον· μέσον δὲ, Τυῤῥηνόν.] Quod etiam teſtatur ex Cleanthe Porphyrius; ſed qui priorem, Εὔνοστον, non Εὔνομον, appellat, καταλέγει δ' αὐτοῦ καὶ ἀδελφοὺς δύο, Εὔνοστον καὶ Τυῤῥηνὸν, πρεσβυτέρους. Et poſteà, ex Diogene, in libro de Incredibilibus ultra Thulen: βιούντα δ' ἐν ἀφθόνοις; loquitur de Mneſarcho; ἀνατρέφειν τὸ παιδίον, Ἀστραῖον καλέσαντα μετὰ τῶν αὐτοῦ παίδων, τριῶν ὄντων, Εὐνόστου, καὶ Τυῤῥηνοῦ, καὶ Πυθαγόρου.

Καὶ δοῦλον Ζάμολξιν, ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος.] De Zamolxi, audiendus Auctor Etymologici: Ζάμολξις. Πυθαγόρᾳ δουλεύσας, ὡς Ἡρόδοτος δ'. Σκύθης· ὃς ἐπανελθὼν, ἐδίδαξε περὶ τοῦ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν· Μνασέας δὲ, παρὰ Γέταις τὸν Κρόνον τιμᾶσθαι, καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν. Ἑλλάνικος δὲ, ἐν τοῖς Βαρβαρικοῖς Νόμοις, φησὶν, ὅτι Ἑλληνικός τις γεγονὼς, (an legendum Ἑλληνικοῦ τις γένους, vir quidam Græci generis) τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θράκῃ· καὶ ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι, οὐθ' οἱ μετὰ τούτου, ἀλλ' ἕξουσιν πάντα ἀγαθά· ἅμα δὲ ταῦτα λέγων, ᾠκοδόμει οἴκημα κατάγαιον· ἔπειτα ἀφανισθεὶς ἀϊδνίδιον ἐκ Θρᾳκῶν, ἐν τούτῳ διητᾶτο· οἱ δὲ Γέται ἐπόθουν αὐτόν· τετάρτῳ δὲ ἔτει πάλιν φαίνεται· καὶ οἱ Θρᾷκες αὐτῷ πάντα ἐπίστευσαν. Λέγουσι δέ τινες, ὡς ὁ Ζάμολξις ἐδούλευσε Πυθαγόρᾳ Μνησάρχου Σαμίῳ, καὶ ἐλευθερωθεὶς ταῦτα ἐσοφίζετο· ἀλλὰ πολὺ πρότερος δοκεῖ ὁ Ζάμολξις Πυθαγόρου γενέσθαι· ἀθανατίζουσι δὲ καὶ Τέριζοι, καὶ Κρόβιζοι, καὶ τοὺς ἀποθανόντας ὡς Ζάμολξίν φασιν εἰσιέναι· ἥξειν δὲ αὖθις· καὶ ταῦτα ἀεὶ νομίζουσιν ἀληθεύειν· θύουσι δὲ καὶ εὐωχοῦνται, ὡς αὖθις ἥξοντος τοῦ ἀποθανόντος. Quæ ipſiſſima verba exſcripſit Suidas in Ζάμολξις. Ubi Ζάμολξις, etiam femininum eſt, & Deæ nomen: quod alibi non reperias. Ceterùm, etiam à Getis Zamolxin pro Deo habitum ſcripſit Strabo lib. XVI. ubi & Pythagoreum vocat: quod ideo obſervo, quia Herodotus in Melpomene Zamolxin multis ante Pythagoram annis exſtitiſſe dicit. Sed & ibidem refert Getas, cum Γεβελεΐζιν eſſe, exiſtimare: οἱ δὲ αὐτέων τοῦτον νομίζουσι Γεβελεΐζιν: quare vox Κρόνον apud Laërtium mendoſa Caſaubono videbatur. Mihi potiùs videntur hæc verba, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, eſſe παραβεβλημένα: nam & Mnaſeas apud Etymologicum, dicto loco, etiam Zamolxin apud Getas Κρόνον nuncupari, ſcriptum reliquit. Sed fortaſſe pro Ἡρόδοτος legendum Ἱππόβοτος. Scripſerat Hippobotus τὴν τῶν Φιλοσόφων ἀναγραφὴν, quâ ſæpe utitur Laërtius noſter. Quin etiam de Pythagora ex eo locum adferunt, Porphyrius in Vita Pythagoræ extrema, Jamblichus itidem in Vita Pythagoræ cap. 51. & Clemens Alexandrinus στρωματ. lib. I. Porphyrius autem dicto loco pro Hercule Zamolxin apud Getas cultum fuiſſe ait, ubi & nominis etymologiam duplicem adfert. Vide locum. Scriptâ hac Obſervatione & edita,

monuit me per literas Stephanus Monachius, transpoſita ſibi videri Laërtii verba: & pro ᾧ Γέται θύουσι, Κρόνον νομίζοντες, ὡς φησιν Ηρόδοτος, legendum ſibi videri, ᾧ Γέται θύουσι (ὡς φησιν Ηρόδοτος) Κρόνον νομίζοντες. Zamolxin, pro Deo à Getis haberi ſcribit Herodotus.

Οὗτος ἤκουσε μὲν, καθάπερ εἴρηται, Φερεκύδου τοῦ Συρίου] Clemens Alexandrinus Stromat. libro I. ubi de Thalete: διδάσκαλος δὲ αὐτοῦ οὐδεὶς ἀναγράφεται· ὥσπερ οὐδὲ Φερεκύδου τοῦ Συρίου, ᾧ Πυθαγόρας ἐμαθήτευσεν. Quod ipſum teſtatur & Porphyrius, loco quem in obſervatione ſequenti adducimus; & Cicero I. Tuſcul. & Euſebius de Præparatione Euangelica x. 4. & Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis. Tatianus Pythagoricam Philoſophiam, Φερεκύδους κληρονομίαν propterea appellat, γελῶ καὶ τὴν Φερεκύδους γραολογίαν, καὶ τοῦ Πυθαγόρου τὴν περὶ τὴν δόξαν κληρονομίαν, καὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος, κἂν τινες μὴ θέλωσι, τὴν περὶ τοῦτο μίμησιν.

Καὶ ἤκουσεν Ἑρμοδάμαντος τοῦ ἀπογόνου Κρεοφίλου] Apuleius Leodamantem vocat. Verba ejus ſunt in Floridis: *Fertur & penes Anaximandrum Mileſium naturabilia commentatus; nec non & Cretenſem Epimenidem, inclytum Fatiloquum & Poëtam, diſciplinæ gratiâ ſectatus: itemque Leodamantem, Creophyli diſcipulum: qui Creophylus memoratur Poëtæ Homeri Hoſpes, & æmulator canendi fuiſſe.* Quare Λεοδάμαντος hîc legendum putabat Caſaubonus: quàm lectionem & Scaliger ad oram libri adnotaverat. Sed Hermodamas quoque vocatur à Porphyrio Pythagoræ præceptor ille. ἐπανελθόντα, inquit, εἰς τὴν Ἰωνίαν ἐντεῦθεν, τὸν Πυθαγόραν πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὁμιλῆσαι· δεύτερον δ' Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ, ἐν Σάμῳ ἤδη γηράσκοντι. Et deinde: διακοῦσαι δ' οὐ μόνον Φερεκύδου καὶ Ἑρμοδάμαντος, ἀλλὰ καὶ Ἀναξιμάνδρου φησὶν οὗτος. Et poſteà: νοσήσαντα δὲ τὸν Φερεκύδην ἐν Δήλῳ θεραπεύσας ὁ Πυθαγόρας, καὶ ἀποθανόντα θάψας, εἰς Σάμον ἐπανῆλθε, πόθῳ τοῦ συγγενέσθαι Ἑρμοδάμαντι τῷ Κρεοφυλίῳ. Etiam Ἑρμοδάμαντος ſcriptum invenimus in Codice Laërtiano, qui in Bibliotheca Regia adſervatur. Quare hîc ita legendum: & Apuleium potiùs ex Laërtio & Porphyrio, quàm Laërtium & Porphyrium ex Apuleio corrigendum, exiſtimamus. Notabis autem, qui Κρεόφιλος hoc loco, & Sophoclis Scholiaſtæ ad Trachinias pag. 628. Edit. Pauli Stephani, dicitur, Κρεοφύλιον à Porphyrio dictis locis nuncupari. At Κρεώφυλος Straboni dicitur: cujus hæc ſunt verba libro XIV. Σάμιος δ' ἦν καὶ Κρεώφυλος, ὃν φασι δεξάμενον ξενίᾳ ποτὲ Ὅμηρον, λαβεῖν δῶρον τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ποιήματος, ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας Ἅλωσιν. Καλλίμαχος δὲ τοὐναντίον ἐμφαίνει δι' ἐπιγράμματός τινος, ὡς ἐκείνου μὲν ποιήσαντος, λεγομένου δ' Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
Δεξαμένου· κλαίω δ' Εὐρυτον ὅσσ' ἔπαθεν,
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Τινὲς δὲ διδάσκαλον Ὁμήρου τοῦτόν φασιν· οἱ δ' οὐ τοῦτον, ἀλλ' Ἀριστέαν τὸν Προκοννήσιον. Nec aliter ab Euſtathio appellatur, qui ab B. Iliad. paginâ 350. & 351. Edit. Rom. dictum Straboniis locum ad verbum exſcripſit; ſed ubi vitioſè; ut hoc obiter dicam; pro Ἀριστέαν τὸν Προκοννήσιον, ſcriptum eſt Ἀριστοῖον τὸν Προκοννήσιον. Etiam poſt vocem Δεξαμένου, ſupplendum ex Strabone, κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν· Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν. Pergamus. Sed & Pauſanias in Meſſenicis Κρεώφυλον appellat. Ibi citatur Creophylus ἐν Ἡρακλείᾳ: pro quo legendum ἐν Οἰχαλίᾳ non dubitamus: eſt enim ſermo de Oechalia: quo titulo Creophylum Poëma ſcripſiſſe, ex ſuprà memorato Strabonis loco vidimus. In ſuprà citatis Apuleii verbis, etiam *Creophyli* ſcriptum eſt. Igitur conſidenter Κρεωφύλου hîc ſcribendum adfirmamus, quam lectionem, vel ipſa metri ratio in Epigrammate Callimachi manifeſtam facit: Γράμμα, Κρεωφύλῳ, &c. eſt enim ſecunda & tertia brevis in Κρεοφίλῳ: quamquam & tertia produci queat. Ceterùm, meminit hujus Epigrammatis Sextus Empiricus; apud quem in primo verſu legitur,

Κρεωφύλου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδόν.

& in poſtremo: Γράμμα Κρεωφύλου, &c. In Codice Laërtiano Regiæ Bibliothecæ; ſcriptum fuit Κρεωφίλου.

Νέος δὲ ὢν καὶ φιλομαθὴς, ἀπεδήμησε τῆς πατρίδος &c. Qua de re Themiſtius Orat. IV.

Ὀπήνικα καὶ Πολυκράτης, &c.] Clemens Stromat. I. Πυθαγόρας δὲ, κατὰ Πολυκράτη τὸν τύραννον, περὶ τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν ὀλυμπιάδα. Apuleius in Floridis: *Fuit ferme Pythagoras id ævi, quo Polycrates Samo potiebatur.*

Ἐξέμαθε τὴν φωνὴν αὐτῶν] Quin & Judæorum ſcripta æmulatum fuiſſe, multasque Judæorum leges in ſuam Philoſophiam tranſtuliſſe, ſcribit ex Hermippo Joſephus libro II. contra Apionem. Etiam ab Ægyptiis, à Moſe, à Zoroaſtre, à Nazarato Aſſyrio, multa ſumpſiſſe refert Clemens Alexandrinus: cujus verba tranſcripſit Euſebius libro VIII. de Præparatione Euangelica capite 6. Similia legas apud Theodoritum in Sermone contra Græcos: ubi & ab Ægyptiis circumciſum fuiſſe, refert. Fuiſſe autem in Ægypto, regnante Rege Sanneſerto, ſcribit Diodorus Siculus in Biblioth. Hiſt. & Plinius XXXVI. 9. Ceterùm notandum, φωνὴν hoc loco; ut & alibi ſæpe; pro ſermone, ſeu lingua, uſurpari.

Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων] Eadem, & fere iiſdem verbis, habes apud Porphyrium: quò Lectorem remitto: eſt enim locus prolixior.

Ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμενίδῃ κατῆλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον, ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ εἰς τὰ ἄδυτα] Porphyrius; ubi de Pythagoræ in Cretam adventu: εἰς δὲ τὸ Ἰδαῖον καλούμενον ἄντρον καταβὰς, ἱμάτια ἔχων μέλανα, τὰς νενομισμένας τρίτας ἐννέα ἡμέρας ἐκεῖ διέτριψε, καὶ καθήγισε τῷ Διΐ, τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον ἐθεάσατο. *Inde ubi in Idæum antrum nigrâ lanâ amictus deſcendit, dies ternovenos ex more recepto iſthic exegit; & Jovi luſtratus eſt, & pulvinar vidit, quod quotannis ei ſternitur.*

Ἀλλὰ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ εἰς τὰ ἄδυτα] Iſocrates in laudatione Buſiridis: ἔχοι δ' ἄν τις μὴ σπεύδειν ὠρμημένος πολλὰ καὶ μεγάλα περὶ τῆς ὁσιότητος αὐτῶν διελθεῖν· ἣν οὔτε

μόνος, οὔτε πρῶτος ἐγὼ τυγχάνω καθεωρακὼς, ἀλλὰ πολλοὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν προγεγενημένων· ὧν καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος εἷς ἐστιν, ὃς ἀφικόμενος εἰς Αἴγυπτον, καὶ μαθητὴς ἐκείνων γενόμενος, τήν τε ἄλλην φιλοσοφίαν πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκόμισε, καὶ περὶ τὰς θυσίας τε καὶ τὰς ἁγιστείας τὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπιφανέστερον τῶν ἄλλων ἐσπούδασεν· ἡγούμενος εἰ καὶ μηδὲν αὐτῷ διὰ ταῦτα πλεῖον γίγνοιτο παρὰ τῶν θεῶν, ἀλλὰ παρά γε τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τούτων μάλιστ' εὐδοκιμήσειν. ὅτερ αὐτῷ καὶ συνέβη. τοσοῦτον γὰρ εὐδοξίᾳ τοὺς ἄλλους ὑπερέβαλεν, ὥστε καὶ τοὺς νεωτέρους ἅπαντας ἐπιθυμεῖν αὐτοῦ μαθητὰς εἶναι, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ἥδιον ὁρᾶν τοὺς παῖδας, τοὺς αὑτῶν ἐκείνῳ συγγινομένους, ἢ τῶν οἰκείων ἐπιμελουμένους. καὶ τούτοις οὐκ οἶόν τε ἀπιστεῖν· ἔτι γὰρ καὶ νῦν τοὺς προσποιουμένους ἐκείνου μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. *Multa, niſi feſtinatio prohiberet, & magna, de ſanctitate Ægyptiorum commemorari poſſent, quæ ego neque ſolus, neque primus perſpexi: Sed multi cum noſtræ, tum ſuperioris ætatis homines: quorum de numero fuit etiam Samius ille Pythagoras.*

Εἶτα ἐπανῆλθεν εἰς Σάμον, καὶ εὑρὼν τὴν πατρίδα τυραννουμένην ὑπὸ Πολυκράτους, ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα, &c.] Quod etiam confirmat Strabo libro XIV. ubi de Polycrate, Sami Tyranno: Ἐπὶ τούτου δὲ, καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν· καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον καὶ Βαβυλῶνα, φιλομαθίας χάριν· ἐπανιόντα δ' ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἔτι συμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν, ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον. *Ejuſdem ætate ferunt Pythagoram, cùm gliſcentem in patria videret tyrannidem, Samo exceſſiſſe, inque Ægyptum & Babylonem diſcendi ſtudio abiviſſe: cùmque reverſus eam videret durare, in Italiam navigaſſe, atque ibi vitæ reliquum confeciſſe.* Jamblichus I. 18. Φασὶν, ἀφικέσθαι τὸν Πυθαγόραν ἐξ Ἰωνίας καὶ Σάμου, κατὰ τὴν Πολυκράτους τυραννίδα, ἀκμαζούσης Ἰταλίας.

Ἀπῆρεν εἰς Κρότωνα τῆς Ἰταλίας, &c.] Strabo libro IV. poſtquam ultimum Crotoniatarum, reliquorum Græcorum primum eſſe dixit: addit, urbis Crotonis gloriam auctam fuiſſe Pythagoreorum multitudine & Milone, athletarum celeberrimo, eodemque diſcipulo Pythagoræ, qui longo tempore in ea urbe verſati ſunt.

Οἱ περὶ τοὺς τριακοσίους ὄντες] Pluſquam ſexcentos fuiſſe, ait infrà Laërtius: τῶν τε ἑξακοσίων οὐκ ἐλάττους ἐπὶ τὴν νυκτερινὴν ἀκρόασιν ἀπήντων αὐτοῦ. Idem teſtatur Suidas in γνώριμοι: γνώριμοι. φοιτηταί. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους. Quare & hîc olim legendum exiſtimabam ἑξακοσίους. Sed τριακοσίους quoque Athenagoras: οὕτω καὶ Πυθαγόρας μὲν ἅμα τριακοσίοις ἑτέροις (lege ἑταίροις) κατεφλέχθη. Et Lucianus in Vitarum Auctione, Pythagoram emptum fingit à trecentis hominibus Italis.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς] Qui, teſte Laërtio noſtro, in ejus Vita, ſcripſerat περὶ τῶν Πυθαγορείων: quos libros innuit Porphyrius in libris de Abſtinentia ab eſu animatorum.

Τὸν δὲ Ἑρμῆν εἰπεῖν αὐτῷ ἐλέσθαι, &c.] Apollonii Scholiaſtes ad hæc libri primi Argonauticorum, paginâ 30. ΕΠΙΔΕΔΡΟΜΕ ΛΗΘΗ: ὅτι λέγονται οἱ τεθνηκότες λήθην τῶν γεγονότων αὐτοῖς ἐν τῇ ζωῇ λαμβάνειν. οὗτος οὖν (φησὶ) καὶ τεθνηκὼς εἰς λήθην οὐκ ἔπεσεν· καὶ μετεμψυχωθεὶς, κατὰ τὸν Φιλοσόφων λόγον, ᾔδει τίς ἦν, διὰ τὰς Ἑρμοῦ βουλάς· Φερεκύδης δέ φησιν, ὅτι δῶρον εἶχε παρὰ τοῦ Ἑρμοῦ ὁ Αἰθαλίδης, τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ποτε μὲν εἰς ᾅδου, ποτὲ δὲ ἐν τοῖς ὑπὲρ τὴν γῆν τόποις εἶναι. &c.

Ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα, &c.] De hoc Clypeo, aliter Tertullianus in libro de Anima: *Sed Clypeum Euphorbi olim Delphis conſecratum recognovit, & ſuum dixit, & de ſignis vulgò ignotis probavit.* Etiam Ovidius in Metamorphoſi:

Cognovi clypeum, lævæ geſtamina noſtræ,
Nuper Abantæis templo Junonis in Argis.

Et Horatius Carm. lib. I. Ode 28. ad Archytam.

-----habentque
Tartara Panthoïden, iterum Orco
Dimiſſum: quamvis clypeo Trojana refixo
Tempora teſtatus, nihil ultra
Nervos atque cutem morti conceſſerat atræ;
Judice te, non ſordidus auctor
Naturæ, Verique.

Ἐπειδὴ δὲ Ἑρμότιμος ἀπέθανε, γενέσθαι Πύῤῥον τὸν Δήλιον ἁλιέα, &c.] Tertullianus dicto loco: *Quomodo credam non mentiri Pythagoram, qui mentitur ut credam? Quomodo mihi perſuadebit Æthalidem, & Euphorbum, & Pyrrhum piſcatorem, & Hermotimum ſe retro ante Pythagoram fuiſſe, ut perſuadeat Vivos ex mortuis effici, qui iterum ſe Pythagoram pejeravit? quantò enim credibilius ipſe ex ſemetipſo ſemel rediſſet in vitam, quàm totiens alius atque alius?* Etiam Πύῤῥος dicitur Porphyrio: ἀνέφερεν δ' αὐτὸν εἰς τοὺς πρότερον γεγονότας, πρῶτον μὲν Εὔφορβος λέγων γενέσθαι, δεύτερον δ' Αἰθαλίδης, τρίτον Ἑρμότιμος, τέταρτον δὲ, Πύῤῥος, νῦν δὲ, Πυθαγόρας: & Origeni in Philoſophicis: & Pyrrhus S. Hieronymo in Apologia ad Rufinum. Emendandus ergo Sophoclis Scholiaſtes, qui ad Electram Πύθιον appellat. Ceterùm paulò aliter hanc de Pythagora hiſtoriam narrat Gellius libro IV. cap. XI. *Pythagoram verò ipſum, ſicuti celebre eſt, Euphorbum primò ſe fuiſſe, dictitaſſe, ita hæc remotiora ſunt his quæ Clearchus & Dicæarchus memoriæ tradiderunt, fuiſſe eum poſteà Pyrandrum; deinde Callideam; deinde feminam pulchra facie meretricem, cui nomen Alce.* Narrat aliter & Hieronymus in Apologia ad Rufinum; ubi *Callidem* vocat, quem Gellius *Callideam.* Legendum videtur utrobique, ex Laërtio & Porphyrio, *Æthalidem.* Narrat & aliter Apollonii Scholiaſtes, Argonauticorum libro primo. Φασὶ δὲ τοῦτον, inquit, τὸν Αἰθαλίδην οἱ Πυθαγορικοὶ, τῆς ψυχῆς οὔσης ἀφθάρτου, κατὰ μὲν τοὺς Τρωϊκοὺς χρόνους ἀναβιώσαντα, Εὔφορβον εἶναι τὸν Πάντου. ἔπειτα, ἐκ τούτου Πύῤῥον τὸν Κρῆτα. εἶτα, Ἡλείόν τινα, οὗ τὸ ὄνομα ἀγνοεῖται. μετὰ ταῦτα, αὐτὸν τὸν Πυθαγόραν. Πυθαγόρας δὲ, ἐν τῷ μεταλλοιοῦσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ παρεισδύνειν εἰς ἕτερα σώματα, φησὶν, ὅτι γενοιτο μὲν πρῶτον Αἰθαλίδης. εἶτα

Εὔφορβος Τρὼς, εἶτα, Ἑρμοῦ υἱὸς καὶ Σαμίας ἑταίρας· καὶ Πυθαγόρας. Τὴν δὲ μνήμην αὐτῷ παρέπεσθαι τῷ κεχαρίσθαι Ἑρμῆν τῷ Αἰθαλίδῃ υἱῷ ὄντι. Meminit, ſed ſtrictim, Philoſtratus de Vita Apollonii libro & capite primo, & lib. 3. cap. 6.

6 Ἔνιοι μὲν οὖν Πυθαγόραν μηδὲ ἓν καταλιπεῖν σύγγραμμά φασι διαπαίζοντες] Id ipſum tamen ſeriò affirmant, Plutarchus in Alexandro, Joſephus in II. contra Apionem, Claudianus Mamertus libro II. de Statu Animæ capite 3. Lucianus libro de Lapſu in Salutatione, & Hieronymus in Epiſtola contra Rufinum. Ceterùm, pro διαπαίζοντες, Scaliger ad oram libri legendum adnotaverat, διαπαίοντες. Nobis τὸ διαπαίζοντες magis placet.

Πυθαγόρας Μνησάρχου ἱστορίην ἤσκησεν ἀνθρώπων μάλιστα πάντων] Id eſt; ut rectè Caſaubonus; *omnium hominum maximè fuit polyhiſtor.* Adi Caſaubonum. Meliùs autem ceteræ editiones Πυθαγόρης: ſcripſit enim Jonica dialecto Heraclitus. At pro κακοτεχνίην, καλοτεχνίην hoc loco reponebat Caſaubonus.

Οὐ μὰ τὸν ἀέρα τὸν ἀναπνέω, οὐ μὰ τὸ ὕδωρ τὸ πίνω] Sic loquuntur Græcobarbari. In re non ambigua, exemplis ſuperſedeo. Sed & Dores, τὸν, τὰς, τοὺς, pro, ὃν, ἃς, οὓς, uſurpaſſe conſtat, quare nihil mutandum in verbis Laërtii.

Γέγραπται δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγράμματα γ', παιδευτικὸν, πολιτικὸν, φυσικόν] Inde corrigendus Suidas in Πυθαγόρας· συνέγραψε δὲ, inquit, ὁ Πυθαγόρας μόνα τρία βιβλία· παιδευτικὸν, πολιτικόν. Excidit τὸ φυσικόν.

7 Τὸ δὲ φερόμενον ὡς Πυθαγόρου, Λύσιδός ἐστι τοῦ Ταραντίνου, &c.] Aurea Carmina videtur ſignificare. Aliter tamen exiſtimaſſe videtur Suidas: qui, poſtquam hæc Laërtii verba τὸ δὲ φερόμενον &c. retulit, addit, τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ Χρυσᾶ Ἔπη. Cujus autem auctoris ſint Aurea illa Carmina, incertum eſt. Certè Pythagoræ non eſſe conſtat: quâ de re legendus Theodorus Marcilius in Commentario ad illa Carmina. Lyſida Thebis vixiſſe, ibique Epaminondæ Magiſtrum fuiſſe, ſcribit etiam Porphyrius: ὁ Λύσις ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδᾳ τε συγγέγονεν, οὗ διδάσκαλος γέγονε. Et Jamblichus: qui addit, ab Epaminonda patrem fuiſſe appellatum: ὁ δὲ Λύσις μισήσας τὴν ὀλιγωρίαν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἐν Ἀχαίᾳ διέτριβε τῇ Πελοποννησιακῇ. ἔπειτα εἰς Θήβας μετῳκήσατο (lege μετῴκησεν) σπουδῆς τινὸς γενομένης, οὗπερ ἐγένετο Ἐπαμινώνδας ἀκροατὴς, καὶ πατέρα τὸν Λύσιν ἐκάλεσεν. ᾧδε καὶ τὸν βίον κατέστρεψεν. Thebanum quoque Epaminondam à Lyſide Pythagoreo eruditum fuiſſe, teſtificatur Cicero libro II. de Officiis, & libro III. de Oratore, Cornelius Nepos in Epaminonda, Diodorus Siculus in Excerptis à Valeſio publicatis, & Pauſanias in Bœoticis. Igitur de Lyſide accipiendum, quod ſcribit idem Diodorus Hiſtor. Bibl. libro XVI. τοῦ δ' Ἐπαμινώνδου, Πυθαγόρειον ἔχοντος φιλόσοφον ἐπιστάτην, συντρεφόμενος ὁ Φίλιππος μετέσχεν ἐπὶ πλεῖον τῶν Πυθαγορείων λόγων. De Epaminonda dixerat paulò antè: μετέσχε γὰρ ἐπὶ πολὺ πάσης παιδείας, καὶ μάλιστα τῆς Πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας. Præceptiones autem illas Pythagoricas quæ Aureis illis verſibus continentur, Veteres Ὑποθήκας vocarunt. Simplicius in Procemio ad Epicteti Enchiridion; ubi de hoc ipſo Enchiridio: κομματικοὶ δὲ εἰσιν οἱ λόγοι καὶ γνωμονικοὶ κατὰ τῶν Ὑποθηκῶν κυκλουμένων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις εἴδος. Hierocles, ubi de Aureis illis Carminibus: διὸ καὶ ἐν ταῖς Πυθαγορικαῖς Ὑποθήκαις, τὰ τῶν ἀρετῶν παραγγέλματα πρῶτα παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἕπεσιν ὁ λόγος, &c.

Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σαραπίωνος, ἐν τῇ Σωτίωνος Ἐπιτομῇ] De quo diximus ſuprà, in Vita Heraclidis.

Δεύτερον, τὸν Ἱερὸν Λόγον, οὗ ἡ ἀρχὴ, &c.] Quem librum ad Cercopem Pythagoreum Epigenes referebat. Id nos docet Clemens Stromat. libro I. his verbis: Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, Κέρκοπος εἶναί λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς ᾅδου Κατάβασιν, καὶ τὸν Ἱερὸν Λόγον· τὸν δὲ Πέπλον, καὶ τὰ Φυσικὰ, Βροντῖνου. Sed Pythagoræ tribuit quoque Jamblichus de vita Pythag. capite 28. aut ejus filio Telaugi. Verba Jamblichi, quia is tituli rationem reddit, infrà ponere non gravabor: οὐκ ἔτι δὴ οὖν ἀμφίβολον γέγονε, τὸ τὰς Ἀφορμὰς παρὰ Ὀρφέως λαβόντα Πυθαγόραν, συντάξαι τὸν περὶ Θεῶν Λόγον, ὃν καὶ Ἱερὸν διὰ τοῦτο ἐπεγράψαμεν, ὡς ἂν ἐκ τοῦ μυστικωτάτου ἀπευθισμένον περὶ Ὀρφεῖ τόπου, εἴτε ὄντως τοῦ ἀνδρὸς, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, σύγγραμμά ἐστιν, εἴτε Τηλαύγους, ὡς ἔνιοι τοῦ διδασκαλείου ἐλλόγιμοι καὶ ἀξιόπιστοι διαβεβαιοῦνται, ἐκ τῶν Ὑπομνημάτων τῶν Δαμοῖ τῇ θυγατρὶ ἀπολειφθέντων ὑπ' αὐτοῦ Πυθαγόρου· Tribuitur quoque Pythagoræ à Diodoro Siculo, Scriptore graviſſimo. Ita enim ille libro primo extremo: Πυθαγόραν δὲ κατὰ Ἱερὸν Λόγον, καὶ τὰ κατὰ Γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Memoratur Euſtathio ad Iliad. N. paginâ 948. & alibi. Citatur & à Stobæo in Phyſicis. Meminit & ſuprà memoratus Jamblichus, capite ultimo de Vita Pythagoræ. Alius fuit liber ab ἱερατικοῖς βιβλίοις, in adytis Ægyptiorum reconditis, de quo libro Clemens Stromat. VI. Eodem titulo librum ſcripſerat Arignote, Pythagoræ diſcipula, & ut quidam volunt, ejus filia: unde eam quidam auctorem Ἱεροῦ Λόγου qui Pythagoræ tribuitur, eſſe exiſtimarunt; Sed is Arignotes liber, cùm Bacchica ſolùm & Cereris myſteria contineret, alius videtur eſſe à Pythagoreo. Suidas in Ἀριγνώτη: συνέταξε τάδε: Βακχικά. ἔστι δὲ περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων ἐπιγράμματα. γράφεται δὲ καὶ Ἱερὸς Λόγος.

Ἡλοθαλῆ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ Κῴου πατέρα] Ipſe Laërtius infrà in Epicharmo: ubi nos vide.

Καὶ ἄλλους] Προγνωστικὰ ſcripſiſſe, ſcripſit Tzetzes Chiliad. II. 55.

Ὁ Πυθαγόρας δὲ, υἱὸς Μνησάρχου τοῦ Σαμίου,
Οὐ μόνον προεγίνωσκε καλῶς αὐτὸς τὰ πάντα,
Ἀλλά γε καὶ τοῖς χρῄζουσι τὰ μέλλοντα γινώσκειν,
Προγνωστικὰ κατέλειψε διάφορα βιβλία.

Citat & ejus Orationem ad Abarim Proclus lib. III. in Timæum Platonis. Quis autem Abaris ille, diſces

ex Herodoto, Strabone, Antigono in libro de Mirabilibus, Himerio Sophiſta Oratione εἰς τὸν Κόμητα Οὐρπίκιον, Harpocratione in Ἄβαρις, Porphyrio & Jamblicho in Vita Pythagoræ; & Scholiaſte Ariſtophanis in Equitibus. Citatur quoque Pythagoras in libro de Mari Erythræo ab Æliano lib. XVII. de Animal. cap. 8. & 9. & ab Athenæo IV. 25. & XIV. 3. Sed qui alius videtur à noſtro. Scripſiſſe de Herbis Magicis, teſtatur Plinius XXIV. 17. Quod Volumen à quibuſdam Cleemporo Medico adſcribi ait. *Sed Pythagoræ*, inquit, *pertinax fama antiquitaſque vindicant: & id ipſum authoritatem volumini aſſert, ſi quis alius curæ ſuæ opus, illo viro dignum judicavit: quod feciſſe Cleemporum, cum alia ſuo & nomine ederet, quis credat?* Hiſtoriam belli inter Cyrum & Samios geſti ſcripſiſſe, refert Cedrenus: ſed omnino fallitur Cedrenus.

Πολλοὺς δὲ καὶ ὑπὸ Ἄστωνος τοῦ Κροτωνιάτου γραφέντας ἀνατεθῆναι Πυθαγόρᾳ.] Aſtonis illius Crotoniatæ, Philoſophi Pythagorici, non meminit Jamblichus, qui in Vita Pythagoræ lib. I. cap. ultimo, illuſtres omnes Pythagoricos Crotoniatas recenſet. Meminit quidem Αἴμωνος & Αἴγωνος: quæ nomina proximè ad nomen Ἄστωνος accedunt.

8 Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστόξενος.] Is eſt Ariſtoxenus Muſicus, cujus exſtant libri de Muſica.

Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστόξενος τὰ πλεῖστα τῶν ἠθικῶν δογμάτων λαβεῖν τὸν Πυθαγόραν παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἀδελφῆς.] Malim cum Aldobrandino, τῆς ἐν Δελφοῖς: hoc eſt, *quæ Sacerdos fuit Apollinis apud Delphos*; quemadmodum infrà in hac ipſa Vita legitur ὁ δ' αὐτός φησιν (ſermo eſt de eodem Ariſtoxeno) ὡς προείρηται, καὶ τὰ δόγματα λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τῆς ἐν Δελφοῖς Θεμιστοκλείας: quamquam ibi Caſaubonus, ex hoc loco, τῆς ἀδελφῆς reponit: accuſans incogitantiæ Ambroſium, Diogenis Laërtii Interpretem, qui receptam lectionem ſequutus ſit. Etiam Scaliger ad oram libri τῆς ἀδελφῆς legendum adnotaverat: quam lectionem agnoſcunt, fateor, & Suidæ Codices. Sed ut dixi, magis placet τῆς ἐν Δελφοῖς: non una de cauſa. Primùm, quia antiqui Legiſlatores ſoliti erant fingere ſe à Diis ipſis Leges ſuas accepiſſe. Ita Lycurgus Apollinem Delphicum conſulebat; Romulus, Conſum, quem Conſiliorum Deum finxit; Numa, Nympham Ægeriam. Credibiliùs igitur eſt Pythagoram Decreta ſua ad Apollinis Sacerdotem, cùm id magnam authoritatem faceret, quàm ad ſororem ſuam, quod authoritatem nullam feciſſet, retuliſſe. Deinde, ſi tam doctam atque eruditam ſororem habuiſſet Pythagoras ut ad eam dogmata ejus referri veroſimiliter potuiſſent, nemo illius non meminiſſet. At illius meminit nemo: non Porphyrius, non Jamblichus, non Auctor incertus, (de quo in Photii Bibliotheca, Codice CCLIX.) qui omnes Pythagoræ Vitam conſcripſere. Hæc adnotaveram, cùm incidi in locum eximium Diodori Siculi: cujus hæc ſunt verba, è libro primo Bibliothecæ Hiſtoricæ: ubi de Mneri, Ægyptiorum Legiſlatore: προσποιηθῆναι δὲ τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι τούτους, (νόμους) ὡς μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίους ἐσομένους· καθάπερ παρ' Ἕλλησι ποιῆσαι φασιν· ἐν μὲν τῇ Κρήτῃ, Μίνωα· παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις Λυκοῦργον· τὸν μὲν, παρὰ Διὸς, τὸν δὲ, παρ' Ἀπόλλωνος φήσαντα τούτους εἰληφέναι. καὶ παρ' ἑτέροις δὲ, πλείοσιν ἔθνεσι παραδέδοται τοῦτο τὸ γένος τῆς ἐπινοίας ὑπάρξαι, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἴτιον γενέσθαι τοῖς πεισθεῖσι. παρὰ μὲν γὰρ τοῖς Ἀρισμάσποις, Ζαθραύστην ἱστοροῦσι τὸν Ἀγαθὸν Δαίμονα προσποιήσασθαι τοὺς νόμους αὐτῷ διδόναι. παρὰ δὲ τοῖς ὀνομαζομένοις Γέταις, Σάμολξιν, ὡσαύτως, τὴν κοινὴν Ἑστίαν. παρὰ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις, Μωσῆν, τὸν Ἰάω ἐπικαλούμενον θεόν. εἴτε θαυμαστὴν καὶ θείαν ὅλως ἔννοιαν εἶναι κρίνοντας τὴν μέλλουσαν ὠφελήσειν ἀνθρώπων πλῆθος· εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὑπεροχὴν καὶ δύναμιν τῶν εὑρεῖν λεγομένων τοὺς νόμους ἀποβλέψαντα τὸν ὄχλον, μᾶλλον ὑπακούσεσθαι διαλαβόντας. *Leges à Mercurio ſibi traditas, unde ingentia vitæ bona promanarent, ſimulavit. Quod apud Græcos; in Creta quidem, Minos; apud Lacedæmonios, Lycurgus factitavit: quorum iſte, Jovi; hic, Apollini, ſuas vendicavit. Id commenti genus, apud plures quoque alias gentes adhibitum, multorum cauſa bonorum perſuaſis exſtitiſſe ferunt. Nam apud Ariſma'pos Zathrauſtes, Bonum Genium; apud Getas Zamolxis, Communem Veſtam; apud Judæos Moſes, Deum qui* IAO *dicitur, Legum auctorem ſuarum finxiſſe perhibetur. Sive quòd admirandum prorſus & divinum eſſe judicarent commentum illud, quod in commodum ſocietatis humanæ exiret: ſive, quòd vulgus ad majeſtatem & potentiam illorum qui Leges inveniſſe dicerentur, reſpectans, dicto magis audiens fore, exiſtimarent.* Aldobrandini emendationem adſtruit Porphyrius libro primo Philoſophicæ Hiſtoriæ, qui eſt de Vita Pythagoræ. Καὶ ἄλλ' ἄττα ἐπαίδευεν, ὅσα παρ' Ἀριστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι. *Docebat & alia hujuſmodi, quæ Delphis ex Ariſtoclea ſe audiviſſe dicebat.* Ubi obſervare eſt *Ariſtocleam* dici quæ *Themiſtoclea* à Laërtio appellatur.

Γέγραφε δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς Τριαγμοῖς, φησὶν αὐτὸν ἔνια ποιήσαντα, ἀνενεγκεῖν εἰς Ὀρφέα.] Ἐν τοῖς Τριαγμοῖς. Optimè. Et ita Membranæ Regiæ, necnon Scaliger ad oram libri. Harpocration in Γέγραφε: ἔγραψε δὲ Μέλη πολλὰ καὶ Τραγῳδίας, καὶ φιλόσοφόν τι σύγγραμμα, τὸν Τριαγμὸν ἐπιγραφόμενον, ὅπερ Καλλίμαχος ἀντιλέγεσθαί φησιν, ὡς Ἐπιγένους. Ἐν ἐνίοις δὲ, καὶ πληθυντικῶς ἐπιγράφεται Τριαγμοί, καθὰ Δημήτριος ὁ Σκήψιος καὶ Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεύς. Addit: ἀναγράφουσι δὲ ἐν αὐτῷ τάδε, Ἀρχὴ δέ μοι τοῦ λόγου πάντα τρία, καὶ πλέον τοῦδε, πλέον ἑλάσσων τούτων τριῶν ἑνὸς ἑκάστου, ἀρετὴ τριάς, Σύνεσις, καὶ Κράτος, καὶ Τύχη· unde nominis rationem diſcimus. Ex eo autem Τριαγμῶν libro, deſumptum eſſe ſuſpicamur quod ex Jone Chio refert Tzetzes Chiliad. III. Hiſtor. 115. quomodo Hercules habuerit tres ordines dentium. Perperam hic ceteræ Editiones, ἐν τοῖς τριαγίνοις· & pejùs Clemens Alexandrinus I. Strom. ἐν τοῖς τριγράμμοις. Verba ejus, quia Laërtianis conſentanea ſunt, merentur adſcribi: Γέγραφε δὲ ὁ Χῖος ἐν τοῖς τριγράμμοις, καὶ Πυθαγόραν εἰς Ὀρφέα ἀνενεγκεῖν τινα ἱστορεῖ. Porrò de Jone Chio, præter Platonem, videndus Ariſtophanis Enarrator ad Pacem, & Sui-

das in Ἴωνι: apud quos minùs rectè Leopardus II. 20. hæc verba υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν Ξούθου, mendi ſuſpecta habet: nam ea agnoſcit Harpocration dicto loco ἦν Χῖος μὲν γένος, inquit, υἱὸς δὲ Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. ſed ubi ſcribendum, υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. Ionis Chii meminit & Pauſanias in Atticis. Citatur ille & Julio Polluci II. 4. 21. & Athenæo lib. x.

Αὐτοῦ λέγουσι καὶ τοὺς Κατασκοπιάδας] Editio Stephanica, Σκοπιάδας: Frobeniana, Κοπιάδας: MS. Regius, καὶ τὰς Κοπιάδας.

Μὴ ἀναίδευ μηδενί] Emendabat Grentemenilius, μὴ ἀναίδευ. Hoc eſt, *adligatus ſis nemini*; *nemini ſis obnoxius*. Tanaquillus Faber, μὴ ἀηδεῦ. hoc eſt, *moleſtus ſis nemini*. Placet poſterior emendatio.

Σωκράτης δὲ ἐν Διαδοχαῖς] Legendum omnino Σωσικράτης: quam lectionem adſtruunt & MSS. nonnulli teſte H. Stephano. Pluries in hac voce peccatum.

Ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου, Τίς εἴη; φιλόσοφος, εἶπεῖν· καὶ τὸν βίον ἐοικέναι πανηγύρει, &c.] Id ipſum ſuprà in Proœmio ex Heraclide Pontico, non verò, ut hîc, ex Soſicrate, retulit Laërtius: φιλοσοφίαν δὲ, inquit, πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας, καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνου. Quod ipſum ex eodem Heraclide, copiosè juxtà & eleganter, & aptè ad hunc Laërtii locum, retulit quoque Cicero Tuſcul. Quæſt. lib. v. Verba ejus ſunt: *Quem* (Pythagoram) *ut ſcribit auditor Platonis Ponticus Heraclides, vir doctus in primis, Phliuntem ferunt venisſe, eumque cum Leonte principe Phliaſiorum doctè & copiosè diſſeruiſſe quædam: cujus ingenium & eloquentiam cùm admiratus eſſet Leon, quæſiviſſe ex eo quâ maximè arte conſideret: at illum, artem quidem ſe ſcire nullam, ſed eſſe Philoſophum: admiratum Leontem novitatem nominis, quæsiſſe, Quinam eſſent Philoſophi, & quid inter eos & reliquos intereſſet: Pythagoram autem reſpondiſſe, ſimilem ſibi videri vitam Hominum, & mercatum eum qui haberetur maximo ludorum apparatu, totius Græciæ celebritate. Nam ut illic alii corporibus exercitatis gloriam & nobilitatem coronæ peterent, alii emendi aut vendendi quæſtu & lucro ducerentur; eſſet autem quoddam genus eorum, idque vel maximè ingenuum, qui, nec plauſum, nec lucrum quærerent, ſed viſendi causâ venirent, ſtudioseque perſpicerent quid ageretur, & quo modo: item nos quaſi in mercatus quamdam celebritatem ex urbe aliqua, ſic in hanc vitam ex alia vita & natura profectos; alios gloriæ ſervire; alios pecuniæ; raros eſſe quoſdam, qui ceteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſè intuerentur: hos ſe appellare* Sapientiæ ſtudioſos: *id eſt enim* Philoſophos: *& ut illic liberaliſſimum eſſet ſpectare, nihil ſibi acquirentem: ſic in vita longe omnibus ſtudiis contemplationem rerum, cognitionemque præſtare.* Vitam mercatui ſimilem, dixit quoque Johannes Chryſoſtomus. ὁδός ἐστιν, ὁ παρὼν βίος· καὶ τὰ χρηστὰ αὐτοῦ καὶ τὰ λυπηρὰ παροδεύεται, καὶ πανήγυρις τὰ παρόντα· ἠγοράσαμεν, ἐπωλήσαμεν, καταλύομεν. *Via eſt, Vita noſtra; hujus læta & moleſta pertranſimus. Et eſt mercatus, præſens ſeculum emimus, vendimus, diſcedimus.* Et Longinus libro περὶ ὕψους ſectione 31. ἡ φύσις, οὐ ταπεινὸν ἡμῶν ζῶον, οὐδ' ἀγεννὲς ἔκρινε τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὡς εἰς μεγάλην τινὰ πανήγυριν, εἰς τὸν βίον, καὶ εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον ἐπάγουσα, θεατάς τινας τῶν ὅλων αὐτῆς ἐσομένους, καὶ φιλοτιμωτάτους ἀγωνιστάς, &c. Et Gregorius Nazianzenus in Tetraſtichis:

Πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον.
Ἢν πραγματεύσῃ, κέρδος. ἀντάλλαγμα γὰρ
Μικρῶν τὰ μείζω, καὶ ῥέοντ' ἀϊδίων.
Ἢν δ' αὖ παρέλθῃ, καιρὸν ἄλλον οὐκ ἔχεις.

Ceterùm ſuſpicabar olim ſcripſiſſe hoc loco Laërtium, Ἡρακλείδης δὲ, &, cùm poſtea hæc verba in Σωσικράτης δὲ abiiſſent, additum poſtremò fuiſſe ab eruditulo Librario, ἐν Διαδοχαῖς. Sed quam de Pythagora & Leonte Heraclides Ponticus in libro Περὶ τῆς ἄπνου retulerat hiſtoriam, veroſimile eſt & relatam fuiſſe à Soſicrate in libro Succeſſionum: quare nihil mutandum.

Οὐκ ἐᾷ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἑαυτῶν, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὸ συμφέρον.] Eleganter Comicus; quod ſuprà memini me obſervaſſe; 9

Μή μοι γένοιθ' ἃ βούλομαι, ἀλλ' ἃ συμφέρει.

Exſtat in hanc rem elegans Maximi Tyrii Diſſertatio, quò Lectorem non ſemel jam remiſimus.

Τὴν μέθην ἐν ἄνθει νοὸς βλάβην καλεῖ] Locus corruptus. Editio Baſileenſis, ἐν ἄνθει νοὸς, βλάβην. Stephanica, ἐν ἀνθ' ἑνὸς, βλάβην. Legendum fortè, τὴν μέθην ἐν ἀνθ' ἑνὸς νοὸς βλάβην καλεῖ. Id eſt: *& Ebrietatem, & mentis detrimentum, pro uno eodemque uſurpat:* aut potiùs, τὴν μέθην εἰώθει νοὸς βλάβην καλεῖν. Id eſt: *Ebrietatem ſolitus erat* mentis detrimentum *appellare*. De ebrietate autem, ita judicaſſe Pythagoram docet nos Stobæus Serm. XVIII. Πυθαγόρας ἔλεγε, τὴν μέθην μανίας εἶναι μελετήν. Mericus Caſaubonus malebat, ἐν ἀνθ' ἑνὸς, quod, ex Euſtathio, interpretatur; *uno verbo:* Tentabat quoque, τὴν μέθην, ἐναντίνοον βλάβην καλεῖ. Id eſt, *Ebrietatem, damnum quod ad mentis perniciem propriè pertineret, vocabat.* Neutrum placet.

Μὴ παραβαίνειν, μήτε τῶν πόνων, μήτε τῶν σιτίων μηδένα τὴν συμμετρίαν] Rectè Caſaub. τῶν πότων: quam lectionem adnotatam reperi in Codice Scaligerano. Auctor Aureorum Carminum:

Ἀλλὰ πότου τε μέτρον, καὶ σίτου, γυμνασίων τε
Ποιεῖσθαι.

Ἀφροδισίοις, χειμῶνος ποιέεσθαι, μὴ θέρεος] Diodorus Siculus in Excerptis: ὅτι ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας, καὶ περὶ τῶν ἀφροδισίων ἐκλογιζόμενος τὸ συμφέρον, παρήγγελλε κατὰ μὲν τὸ θέρος μὴ πλησιάσειν γυναιξὶ, κατὰ δὲ τὸν χειμῶνα προσιέναι τεταμιευμένους. καθόλου γὰρ τὸ γένος τῶν ἀφροδισίων ὑπελάμβανεν εἶναι βλαβερὸν, τὴν δὲ συνέχειαν αὐτῶν τελέως ἀσθενείας καὶ ὀλέθρου ποιητικὴν ἐνόμιζε. *Pythagoras in rebus Venereis utilitatem ſpectans, conſulebat, ut æſtate quidem à coitu abſtinerent, hieme verò parcè ac moderatè ad coitum accederent. Etenim concubitum in uni-*

univerſum, rem noxiam eſſe exiſtimabat: continuum autem Veneris uſum, penitus vires labefactare, ac perniciem afferre ajebat. Quod de Viris, non de Mulieribus, videtur accipiendum: ſunt enim ætate ad venerem viri imbecillimi, ſalaciſſimæ verò mulieres.

Ἥμος δὲ σκόλυμος τ' ἀνθεῖ, καὶ ἰάχετα τέττιξ
Δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
Πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
Τῆμος πιότατά τ' αἶγες, καὶ οἶνος ἄριστος·
Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες
Εἰσὶν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει,
Αὐαλέος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος,

inquit Heſiodus Operum & Dierum II. Quem locum reſpexit Plinius lib. XXII. cap. 22. ubi de frutice ſcolymo: *Urinam ciere præcipuè traditur: ſanare lichenas & lepras ex aceto: venerem ſtimulare in vino, Heſiodo & Alcæo teſtibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus eſſe, & mulieres libidinis avidiſſimas, viroſque in coitum pigerrimos ſcripſere, velut providentiâ Naturæ hoc adjumento tunc valentiſſimo.* Reſpexit & Ariſtoteles in Problem. Sect. IV. quæſt. 26. Διὰ τί ἐν τῷ θέρει εἰ μὲν ἄνδρες, ἧττον δύνανται ἀφροδισιάζειν· αἱ δὲ γυναῖκες, μᾶλλον, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς λέγει ἐπὶ τῷ σκολύμῳ,

Μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τε ἄνδρες.

Quare amicus quidam meus; vir doctus in primis; legendum contendebat in loco Plinii, *Heſiodo & Ariſtotele teſtibus.* Sed profectò fruſtrà id contendebat amicus ille meus, vir doctiſſimus; quem nominari in ea parte quâ à me reprehenditur, ruſticum foret, ne dicam inhumanum. Id Alcæum ſcripſiſſe, præter Plinium teſtatur Proclus: qui & Alcæi verſus profert ad Heſiodi dictum locum: Μαχλόταται δὲ γυναῖκες· ὡς ψυχρότεραι τὴν κράσιν. καὶ διὰ τοῦτο βράδιον ὀργῶνται ἀναθερμαινόμεναι· οἱ δὲ ἄνδρες, ἀφαυρότεροι, διὰ τῆς ἔξωθεν θέρμης ἀναφαινόμενοι, φύσει θερμότεροι ὄντες καὶ ξηρότεροι τῶν γυναικῶν· τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ᾄδειν· τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται· ἁ δὲ ὥρα χαλεπά (ſequitur apud Athenæum πάντα δὲ διψᾷ ὑπὸ καύματος) ἀχεῖ δ' ἐκ πεταλων ** τάδε ἂν τέττιξ (an legendum ἰάχετα τέττιξ, aut potius ἔνθα καὶ ἔνθ' ὁ τέττιξ) ἀνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος· νῦν δὲ μιαρώταται (an μαλερώταται, æſtuantes, ardentes, ſubantes?) γυναῖκες· λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες. Adde quòd in Elencho librorum Plinii, ubi Scriptores quorum auctoritate uſus eſt, recenſentur, hos inter recenſetur Alcæus; qui tamen alibi in hoc libro XXII. præterquam loco ſuprà memorato, non citatur.

Ἐρωτηθεὶς πότε δεῖ πλησιάζειν, Ὅτε βούλει γενέσθαι σαυτοῦ ἀσθενέστερος] Non prætereunda ſunt in hanc rem Stobæi verba in Sermone XV. Πυθαγόρας παρῃγγύα, μὴ πυκνὰ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, μὴ δεῖν συνεχῶς ἀφροδισιάζειν αἰνιττόμενος. *Pythagoras admonebat, ne ſæpe homo ab homine: hoc ænigmate frequenti venereorum uſu interdicens.* Quibus conſentanea ſunt hæc Plinii libro XXVIII. cap. 7. *Venerem damnavit Democritus, ut in qua homo alius exiret ab homine.*

Διαιρεῖται δὲ καὶ τὸν τοῦ ἀνθρώπου βίον οὕτως· παῖς, εἴκοσι ἔτεα· γέρων, κ'.] Legit Aldobrandinus γέρων, ι'. Sed κ' quoque habent ceteræ Editiones: & Membranæ Regiæ, γέρων εἴκοσι. Et ita omnino videtur legendum. Plato quoque; qui & ipſe olim Pythagoræ magis addictus erat; in octogeſimo anno finem vitæ legitimum eſſe exiſtimabat, ut eſt apud Cenſorinum de Die Natali. Ceterum de humanæ vitæ diviſione ſimiliter Florus in præfatione: ſed longè aliter Solon & Hippocrates: qua de re Philo Judæus in libro περὶ κοσμοποιίας.

Εἶπέ τε πρῶτος, ὥς φησι Τιμαῖος, Κοινὰ τὰ φίλων εἶναι· καὶ φιλίαν ἰσότητα.] Porphyrius ſimiliter: κοινὰ μὲν τὰ τῶν φίλων εἶναι πρῶτος ἀποφηνάμενος. τὸν δὲ φίλον, ἄλλον ἑαυτόν. Et Jamblichus Chalcidenſis ex Cœle-Syria in Arithmeticam Nicomachi: ἐρομένου γάρ τινος, τί ἐστι φίλος, εἶπεν, ἕτερος ἐγώ. Et Cicero I. de Legibus: *Rectéque Socrates exſecrari eum ſolebat; qui primus utilitatem ab honeſtate ſejunxiſſet. Id enim querebatur caput eſſe exitiorum omnium. Unde illa Pythagorea vox, τὰ τῶν φίλων κοινὰ, & φιλίαν ἰσότητα.* Idem lib. I. de Officiis: *In quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates, in iis fit, ut æquè quiſque altero delectetur, ac ſe ipſo: efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus.* Sed quis Timæus ille, quem in hanc rem laudat hoc loco Laërtius noſter? An Timæus Locrus, de quo Plato, quem Pythagoricum fuiſſe conſtat? Ita videtur: ſi fides Suidæ, qui illum de Vita Pythagoræ ſcripſiſſe teſtatur. Sed hæc Pythagoræ Vita; quod rectè Jonſius exiſtimabat; tribuenda potius Timæo Siculo Tauromenitæ, cujus hiſtoriarum libros ad Vitam Pythagoræ, & Pythagorici Empedoclis explicandam non rarò adducit Laërtius. Idem & Rittershuſio videbatur; ſed aliter Reineſio; quem videſis Var. Lect. III. 2.

Καὶ φιλίαν, ἰσότητα.] Ariſtoteles de Moribus lib. IX. cap. 8. ubi de paroemiis quæ ad amicitiam ſpectant: ἰσότης, φιλότης. *Amicitia, pares invenit, aut facit,* inquit Seneca.

Καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ κατετίθεντο τὰς οὐσίας εἰς ἓν ποιούμενοι] Gellius I. 9. *Sed id quoque non prætereundum eſt, quòd omnes ſimul qui à Pythagora in cohortem illam Diſcipulorum recepti erant, quod quiſque Familiæ pecuniæque habebat, in medium dabant, & coibatur ſocietas inſeparabilis, tamquam illud fuerit antiquum conſortium, quod re erat, atque verbis appellabatur* κοινόβιον. Etiam Porphyrius: οὗτοι καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς ἔθεντο. Meminit & Zenobius Centur. IV. 79. ubi explicans hoc proverbium, κοινὰ τὰ τῶν φίλων, ait: Τιμαῖός φησιν, ὅτι προσιόντας Πυθαγόρᾳ μαθητὰς περὶ τὴν Ἰταλίαν, ἔπειθεν ὁ φιλόσοφος κοινὰς τὰς οὐσίας ποιεῖσθαι. ὅθεν εἰς παροιμίαν ἡ συμβουλὴ τοῦ Πυθαγόρου ἦλθεν. Obiter obſervabis, Zenobium etiam hujus rei teſtem Timæum adducere. Propter hæc Pythagoreorum ſodalitia, quorum meminit & Juſtinus in libro XX. ſcribit Jamblichus I. 6. κοινοβίους dictos fuiſſe Pythagoræ ſectatores. De Pythagoreorum amicitia, audiendus Diodorus Siculus,

in Excerptis. Verba ejus ſic Latinè ſonant: Pythagorici, ſi quis ſodalium facultatibus exciderat, bona ſua, velut cum fratre dividebant: neque verò erga eos ſolùm id præſtabant, quorum in convictu quotidie verſabantur, ſed in univerſum erga omnes qui eamdem diſciplinam ſectabantur. Itaque Clinias quidam Tarentinus, ex illo ſodalitio, cùm accepiſſet Prorum Cyrenæum caſu quodam facultatibus ſuis ſpoliatum, in ſumma omnium rerum penuria eſſe, ex Italia Cyrenas profectus eſt cum grandi pecunia, & patrimonii jacturam antè dicto homini reſarcivit: quem tamen nunquam anteà viderat, ſed tantùm auditu acceperat Pythagoreum eſſe. Plures quoque alii idem feciſſe memorantur. Neque verò ſolùm in conferenda pecunia tales ſe erga ſodales ſuos exhibebant, ſed & difficillimis temporibus cum iis periclitari non recuſabant. Etenim Dionyſii Tyranni temporibus Phintiam quemdam Pythagoreum narrant inſidiatum Tyranno, cùm ad ſupplicium ducendus eſſet, paucorum dierum commeatum à Dionyſio petiiſſe, quo res domeſticas priùs arbitrio ſuo conſtitueret, atque interim vadem ſupplicii quemdam ex amicis daturum ſe promiſiſſe: mirante autem Dionyſio an ullus eſſet amicus ejuſmodi qui pro amico libenter ſe carcere includi pateretur, quemdam ſubitò ex condiſcipulis advocavit Phintias, Damonem nomine, Pythagoreum Philoſophum, qui ſtatim ſine ulla ambage ejus vas factus eſt. Erant tum multi qui eximiam illam ac ſingularem in amicum benevolentiam laudarent, alii temeritatem ac ſtultitiam ſponſoris damnabant. Ceterùm conſtituta die, univerſa plebs congregata, attentè operiebatur num is qui vadem ſuo loco conſtituerat, fidem ſuam liberaturus, adeſſet. Jamque prope elapſo die, cùm omnes deſperarent, & Damon ad ſupplicium duceretur, ecce derepente Phintias ſub extremum horæ momentum accurrit. Admiratis eorum amicitiam omnibus, Dionyſius reum ſupplicio liberavit: petiitque ut ſe in amicitiam tertium adſcriberent. Eamdem hiſtoriam narrant, Cicero Tuſculanarum Quæſtionum libro v. & libro III. de Officiis: Valerius Maximus libro IV. cap. 7. & Porphyrius & Jamblichus in Vita Pythagoræ, Polyænus libro v. Stratagematum ſectione 22. Lactantius libro v. Inſtitutionum, & Hyginus Fabulâ 257. Sed variant Polyænus & Hyginus in nominibus: hic enim Mœrum & Selinuntium nominat; ille, Euephantum & Eucritum. Et Valerius Maximus *Pythiam* vocat, qui aliis *Phintias*, Damonem & Phintiam noluiſſe in amicitiam ſuam Dionyſium recipere, etiam teſtantur.

Πενταετίαν τε ἡσύχαζον, &c.] Qua de re audiendus omnino Gellius, loco proximè memorato: *Ordo atque ratio Pythagoræ, ac deinceps familiæ ſucceſſionis ejus, recipiendi, inſtituendique Diſcipulos, hujuſcemodi fuiſſe traditur. Jam à principio Adoleſcentes, qui ſeſe ad diſcendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum ſignificat, mores naturaſque hominum, contrectatione quadam de oris & vultus ingenio, deque totius corporis ſilo atque habitu, ſciſcitari. Eum, qui exploratus ab eo idoneuſque judicatus fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim jubebat, & tempus certum facere: non omnes idem; ſed aliud aliis tempus pro æſtimato captu ſolertiæ. Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis audiebat: neque percunctari, ſi parum intellexerat, neque aliud quàm commentari quæ audierat, fas erat. Sed non minùs quiſquam tacuit quam biennium. Hi prorſus appellabantur intra tempus tacendi audiendique Ἀκουστικοί. Aſt ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque; atque eſſe jam cœperant ſilentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία, tum verba facere, & quærere, quæque audiſſent ſcribere, & quæ ipſi opinarentur expromere poteſtas erat. Hi dicebantur in eo tempore Μαθηματικοί: ab his ſcilicet artibus, quas jam diſcere atque meditari inceperant: quoniam Geometriam & Gnomonicam, Muſicam, ceteraſque item diſciplinas altiores μαθήματα veteres Græci appellabant. Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo* Chaldæos *dicere oportet*, Mathematicos *dicit. Exinde his ſcientiæ ſtudiis ornati ad perſpicienda Mundi opera, & principia Naturæ procedebant: ac tunc denique nominabantur* Φυσικοί. De ſilentio Pythagoricorum Porphyrius & Jamblichus in Vita Pythagoræ; Lucianus in Vitarum auctione; Philoſtratus; Apollinaris; Suetonius; Plutarchus in libro de Curioſitate, & quis non? Non hîc prætereundum, quod de Pythagoricis ſcribit Iſocrates in Laudatione Buſiridis: ἔτι γὰρ καὶ νῦν τοὺς προσποιουμένους ἐκείνου (Πυθαγόρου) μαθητὰς εἶναι, μᾶλλον σιγῶντας θαυμάζομεν, ἢ τοὺς ἐπὶ τῷ λέγειν μεγίστην δόξαν ἔχοντας. Nam etiam nunc, qui ſe Diſcipulos ejus profitentur, eos tacentes magis admiramur, quàm alios eloquentiæ gloriâ præſtantiſſimos.

Ἀπείχοντο δὲ καὶ σοροῦ κυπαρισσίνης, διὰ τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι] Qui Jovis ſceptrum è cupreſſo factum fuiſſe dicat, Scriptorem non temere reperias, præter Laërtium noſtrum, atque Jamblichum. Locus Jamblichi eſt in Vita Pythagoræ cap. 28. κυπαρίσσινον γεγονέναι τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον. Sermo eſt de dictis Pythagoræ. Id autem Poëtas finxiſſe, exiſtimabat hoc loco Aldobrandinus, quia in Creta, quæ Jovi ſacra eſt, plurimæ cupreſſi gignantur: quam idcirco Plinius XVI. 33. patriam cupreſſum appellat. At Bochartus lib. I. Geographiæ Sacræ cap. 4. non alia de cauſa id fictum à Poëtis putat, quàm quia Cupreſſus,

Quæ nec ſæcula centies peracta,
Nec longæ cariem timet ſenectæ,

videbatur ſignificare Jovis imperium eſſe æternum. Propter hanc hujus ligni perennitatem; & ut loquitur Thucydidis Scholiaſtes, διὰ τὸ ἄσηπτον εἶναι, arcæ, quibus eorum oſſa efferebantur qui in bello pro patriâ occubuerant, è cupreſſu fiebant apud Athenienſes. Auctor Thucydides in libro II. Et apud Cedrenum, Michaëlis Imperatoris cadaver ponitur ἐν κυπαρισσίνῳ λάρνακι. Alii, mortuorum corpora in arca cedrina poſuere: quoniam, ut ait Dioſcorides, conſervandi cadavera vim habet cedrus: unde *mortuorum vitam* quidam eam appellarunt. δύναμιν δὲ

ἔχει σηπτικὴν μὲν τῶν ἐμψύχων, φυλακτικὴν δὲ τῶν νεκρῶν σωμάτων. ὅθεν καὶ νεκροῦ ζωὴν τινες αὐτὴν ἐκάλεσαν. De Sceptro Jovis, Pauſanias in Eliacis; ubi de Jovis Olympii ſigno, ex auro & ebore, à Phidia facto: τῇ δὲ ἀριστερᾷ τοῦ θεοῦ χαρίεν ἐστὶ σκῆπτρον μετάλλοις τοῖς πᾶσιν ἠνθισμένον.

11 Καὶ γὰρ καὶ σεμνοπρεπέστατος λέγεται γενέσθαι] Quin & de ſeipſo ipſe dicebat, ſe præſtantiori ortum ſemine, quàm ut mortalitati eſſet obnoxius. Refert Ælianus Var. Hiſt. IV. 17.

Καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ, ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ Ὑπερβορέων ἀφιγμένος.] Ælianus Var. Hiſt. II. 26. Ἀριστοτέλης λέγει ὑπὸ τῶν Κροτωνιατῶν τὸν Πυθαγόραν Ἀπόλλωνα Ὑπερβόρειον προσαγορεύεσθαι. Et Porphyrius in Vita Pythagoræ: τὸ μὲν γὰρ ὅτι τὸν μηρὸν χρυσοῦν ἐπέδειξεν Ἀβάριδι τῷ Ὑπερβορέῳ, εἰκάσαντι αὐτὸν Ἀπόλλωνα εἶναι τὸν ἐν Ὑπερβορέοις, οὕτω ἦν ἱερεὺς ὁ Ἄβαρις, βεβαιοῦντα ὡς τοῦτο ἀληθὲς, τεθρύλληται. Eadem habet Jamblichus I. 28. atque iiſdem verbis. Hinc Lucianus in Dialogis Mortuorum inducit Menippum ſic Pythagoræ dicentem, χαῖρε, ὦ Εὔφορβε, ἢ Ἄπολλον, ἢ, ὅ, τι ἂν ἐθέλεις.

Λόγος δὲ ποτε αὐτοῦ παραγυμνωθέντος τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν] Quò reſpexit Lucianus in Vitarum Auctione, ubi Emptorem ita cum Pythagora loquentem inducit: καλῶς πάντα ἔφης καὶ ἱεροπρεπῶς· ἀλλ' ἀπόδυθι, καὶ γυμνὸν γάρ σε ἰδεῖν βούλομαι. ὦ Ἡράκλεις· χρυσοῦς αὐτῷ ὁ μηρός ἐστι· θεὸς, οὐ βροτὸς εἶναι φαίνεται. Adde præter loca ſuperiùs allata ex Porphyrio & Jamblicho, Plutarchum in Numa, Lucianum in Gallo; & Ælianum Var. Hiſt. II. 26. & IV. 17. Aureum hi omnes Pythagoræ femur fuiſſe dicunt: at eburneum, Origenes lib. VI. contra Celſum: περὶ δὲ Πυθαγόρου, πλεῖστα ὅσα τερατωσαμένου, καὶ δείξαντος μὲν ἐν πανηγύρει Ἑλλήνων ἐλεφάντινον τὸν μηρόν.

Καὶ ὅτι Νέσσος ὁ ποταμὸς διαβαίνοντα αὐτὸν προσαγορεύσαι] Idem tradit Jamblichus cap. 28. Νέσσον ποτὲ τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνων προσεῖπε τῇ φωνῇ. καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνός τι καὶ τρανὸν ἀπεφθέγξατο, πάντων ἀκουόντων, χαῖρε Πυθαγόρα. Porphyrius Καύκασον appellat. Verba ejus ſunt: Καύκασον δ' ἔφασαν τὸν ποταμὸν σὺν πολλοῖς τῶν ἑταίρων διαβαίνοντά ποτε προσειπεῖν, καὶ ὁ ποταμὸς γεγωνός καὶ τρανὸν ἀπεφθέγξατο, πάντων ἀκουόντων, χαῖρε Πυθαγόρα. In quibus Meurſius ad Apollonium ex Laërtio noſtro legendum exiſtimabat, Καὶ Νέσον δ' ἔφασαν. Sed Æliano quid fiet, cui fluvius ille Κῶσας dicitur II. 26. ποικίλης ἱστορίας? λέγει δὲ ὁ αὐτὸς, ſermo eſt de Ariſtotele, ὅτι ὑπὸ τὸν Κῶσαν ποταμὸν διαβαίνων προσερρήθη, καὶ πολλοῖς φησιν ἀκηκοέναι τὴν πρόσρησιν ταύτην. Ad quem locum Joannes Schefferus, vir ſanè doctus, emendandum putabat, ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ: quia ita apud Apollonium legitur, qui & ipſe, quemadmodum Ælianus, id refert ex Ariſtotele. Idem viſum priùs Caſaubono, quem videſis ad hunc Laërtii locum. Locus Apollonii eſt cap. VI. Hiſtoriæ Commentitiæ. Verba ejus ſunt: ὑπὸ τοῦ κατὰ Σάμον ποταμοῦ διαβαίνων σὺν ἄλλοις, ἤκουσε φωνὴν μεγάλην ὑπὲρ ἄνθρωπον, Πυθαγόρα χαῖρε. Sed cùm hæc emendatio à recepta lectione longiſſimè abſit, cùmque fluvius ille à Porphyrio *Caucaſus* appelletur, (quod vocabulum ad τὸ Κῶσαν proximè accedit) de ea ampliùs cogitandum. Adde quòd apud eumdem Ælianum lib. IV. cap. 17. etiam Κόσας, (nota varietatem lectionis) fluvius ille dicitur: ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ Κόσα τοῦ ποταμοῦ διαβαίνων προσερρήθη, τοῦ ποταμοῦ εἰπόντος αὐτῷ, χαῖρε Πυθαγόρα. Meurſius ad locum Apollonii, Neſſum Sami fluvium eſſe dicit; ſed ſine auctore. Duas Samos Scriptores commemorant; Aſiaticam, & Thracicam. In Samo Aſiatica nullus fluvius Neſſus; nullus Coſas aut Caucaſus: ſed Imbraſus; qui & Parthenius. Samus Thracica nullum habet fluvium, ut ex deſcriptione Chriſtophori de Buondelmontibus videre eſt; quæ exſtat in Bibliotheca Thuanæa. Ceterùm, apud Ælianum II. 26. legendum ὑπὸ τοῦ Κῶσα ποταμοῦ: quemadmodum legitur IV. 17. & ut ſenſus requirit. Poſt hæc verba, ἀκηκοέναι τὴν πρόσρησιν ταύτην, addendum quoque ex Laërtio, Porphyrio, Jamblicho, Apollonio; immo & ex ipſo Æliano; χαῖρε Πυθαγόρα. Pythagoras, Deorum conſilio ſe interfuiſſe aſſerebat: ſibique Apollinem manifeſtè ſolitum apparere: præterea Palladem & Muſas, non manifeſtè tamen, ſecum loqui conſueviſſe: alios inſuper Deos; quorum neque facies, neque nomina adhuc hominibus nota eſſent. Auctor Philoſtratus, de Vita Apollonii Tyanei libro & capite primo.

Τὰς συνοικούσας ἀνδράσι, θεῶν ἔχειν ὀνόματα, κόρας, νύμφας, εἶτα μητέρας] An quia Proſerpina κόρη appellatur; Muſæ verò, & aliæ Deæ, Νύμφαι; Ceres autem Δημήτηρ? De Proſerpina & Cerere, id notius eſt quàm ut exemplis confirmari debeat. De Muſis, id teſtatur Heſychius. κόραι, inquit, καὶ αἱ νεόγαμοι κόραι, καὶ Μοῦσαι, καὶ θεαί. Quâ notione à Lydis uſurpatam hanc vocem, diſcimus ex Suida. καὶ αἱ Μοῦσαι δὲ, inquit, ὑπὸ Λυδῶν, Νύμφαι. Ceterùm obſervandum, κόρην non tantùm de innupta puella & à viro intacta dici, ſed etiam de ea quæ virum experta ſit. Exempla paſſim obvia. Quod idem de voce *puella* apud Horatium, Tibullum, Ovidium, & alios eſſe ſcio: & de *Virgine* apud Terentium & Virgilium.

Καὶ γεωμετρίαν ἐπὶ πέρας ἀγαγεῖν, Μοιρίδος πρῶτον εὑρόντος τὰς ἀρχὰς τῶν στοιχείων αὐτῆς] Quod de Mœride, Ægypti Rege, de quo eſt apud Herodotum in Euterpe, rectè ut mihi videtur, accipit Aldobrandinus. Geometriam enim ab Ægyptiis inventam, & inde ad Græcos tranſlatam, ſcribit Herodotus, itidem in Euterpe. Neceſſitate autem ab iis inventa fuit, cùm Nilus annua inundatione agros confunderet. Servius in Eclogam III. *Inventa hæc eſt ars tempore, quo Nilus plus æquo creſcens confudit terminos poſſeſſionum: ad quos innovandos adhibiti ſunt Philoſophi, qui lineis diviſerunt agros: inde Geometria dicitur, cùm non tantum terræ, ſed & maris, & cæli, & aëris ſpatia metiri conſueverit.* Eadem ſcribit Strabo libro XVII. ubi de Ægypto: ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως, διὰ

τὰς συνεχεῖς τῶν ὅρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς, καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα, καὶ ταῦλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς διακρίνεται τό, τε ἀλλότριον, καὶ τὸ ἴδιον· ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν Γεωμετρίαν συστῆναί φασιν, ὡς τὴν Λογιστικὴν καὶ Ἀριθμητικὴν παρὰ Φοινίκων, διὰ τὰς ἐμπορίας. Habuit uterque ab Herodoto, cujus hæc ſunt verba memorato libro II. εἰ δέ τινος τοῦ κλήρου ὁ ποταμὸς τι παρέλοιτο, ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν (βασιλέα) ἐσήμαινε τὸ γεγενημένον· ὁ δέ, ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους, καὶ ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τελέοι· δοκέει δέ μοι ἐντεῦθεν Γεωμετρίη εὑρεθεῖσα, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν· (corrige ἐπελθεῖν.) πόλον μὲν γάρ, καὶ γνώμονα, καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες. Alii, non Mœrin, Ægyptiorum Regem, Geometriæ inventorem faciunt, ſed Theut, quod Numinis Ægyptium eſt nomen. Sic Plato in Phædro. Thalem Mileſium ex Ægypto in Græciam Geometricen primùm tranſtuliſſe, ſcripſit Diogenes noſter in ejus Vita; quibus conſentanea habet Apuleius in Floridis. Sed & Pythagoram Geometriam in lucem protuliſſe, auctor eſt quoque Jamblichus in ejus Vita. Jamblichi verba operæ precium eſt hîc adponere: λέγουσι δὲ οἱ Πυθαγόρειοι ἐξευρηνέχθαι Γεωμετρίαν οὕτως· ἀποβαλεῖν τινα τὴν οὐσίαν τῶν Πυθαγορείων· ὡς δὲ τοῦτο ἐτύχησε, δοθῆναι ἀνθρώπῳ χρηματίσασθαι ἀπὸ Γεωμετρίας. *Narrant Pythagorei illum Geometriam in lucem protuliſſe, hoc modo: abjeciſſe Pythagoreorum quemdam ſubſtantiam: quod cùm accidiſſet, datum fuiſſe homini, ut ab Geometria quæſtum faceret.* Addit Jamblichus, Geometriam à Pythagora ἱστορίαν fuiſſe appellatam.

Ὡς φησιν Ἀντικλείδης ἐν δευτέρῳ περὶ Ἀλεξάνδρου] Hoc eſt, *de Alexandro Magno.* Meminit hujus Anticlidis Plutarchus in Vita Alexandri; ubi eum inter plurimos alios qui de geſtis Alexandri ſcripſere, recenſet.

Μάλιστα δὲ σχολάσαι τὸν Πυθαγόραν περὶ τὸ ἀριθμητικὸν εἶδος αὐτῆς] Dicebat Pythagoras, qui numeros reperîſſet, fuiſſe omnium hominum ſapientiſſimum: poſt illum verò, eum, qui rebus nomina impoſuiſſet. Auctor Ælianus Variæ Hiſtoriæ IV. 17. & Theodorus in Eclogis. Arithmeticæ ſtudioſos fuiſſe Pythagoreos, ex Moderato Gaditano, qui Pythagoreorum placita XI. libris eruditiſſimè complexus fuerat, ſcribit Porphyrius, in Vita Pythagoræ. Refert quoque Jamblichus de Vita Pythagoræ capite 29. ſolitum dicere Pythagoram, τῷ ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν: cujus Pythagorici dicti meminit & Theon Smyrnæus in Mathematicis capite 38. & Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 104. quem ibi videſis. Boëthius, in Elementis Geometricis, inventionem notarum illarum; quibus nunc ad numerandum utimur; quaſque *Chifras* appellamus; Pythagoricis tribuit. Certè eas antiquiores eſſe quàm vulgus eruditorum credit, probat Iſaacus Voſſius in eruditis Obſervationibus quas ſcripſit ad Pomponium Melam.

Τόν τε κανόνα τὸν ἐκ μιᾶς χορδῆς εὑρεῖν] Sunt & qui Muſices auctorem Pythagoram faciunt: quod quo modo intelligendum, optimè explicat Voſſius lib. de Muſice cap. 4. ſcilicet, prout hæc θεωρίαν propoſitam habet; non verò, prout πρᾶξιν.

Οὐκ ἠμέλησε δὲ οὐδ' ἰατρικῆς] Ælianus Variæ Hiſtoriæ IV. 17. ἐπιστρεφομένου δὲ τὰς πόλεις αὐτοῦ, διέῤῥει λόγος, ὅτι Πυθαγόρας ἀφίκετο, οὐ διδάξων, ἀλλ' ἰατρεύσων. *Cumque Pythagoras civitates luſtraret, dicebant homines eum non docendi, ſed medendi causâ veniſſe.* Idem Ælianus in eadem Hiſtoria libro IX. capite 22. Pythagoræ ſectatores etiam Medicinæ fuiſſe ſtudioſos obſervat: λέγουσι, inquit, τοὺς Πυθαγορείους πάνυ σφόδρα περὶ τὴν ἰατρικὴν σπουδάσαι τέχνην. Qua de re audiendus omnino Jamblichus lib. I. capite 29. τῆς δὲ ἰατρικῆς μάλιστα μὲν ἀποδέχεσθαι τὸ διαιτητικὸν εἶδος. καὶ εἶναι ἀκριβεστάτους ἐν τούτῳ· καὶ πειρᾶσθαι πρῶτον μὲν καταμανθάνειν σημεῖα συμμετρίας πότων τε καὶ σιτῶν, καὶ ἀναπαύσεως· ἔπειτα περὶ αὐτῆς τῆς κατασκευῆς τῶν προσφερομένων, σχεδὸν πρώτους ἐπιχειρῆσαί τι πραγματεύσασθαι καὶ διορίζειν· ἄψασθαι δὲ καὶ κατάπλασμάτων ἐπὶ πλεῖον τοὺς Πυθαγορείους τῶν ἔμπροσθεν· τὰ δὲ περὶ τὰς φαρμακείας ἧττον δοκιμάζειν. αὐτῶν δὲ τούτων τοῖς πρὸς τὰς ἑλκώσεις μάλιστα χρῆσθαι, τάδε περὶ τὰς τομάς τε, καὶ καύσεις ἥκιστα πάντων ἀποδέχεσθαι· χρῆσθαι δὲ καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς πρὸς ἔνια τῶν ἀῤῥωστημάτων· ὑπελάμβανε δὲ καὶ τὴν Μουσικὴν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγιείαν, ἄν τις αὐτῇ χρῆται κατὰ τοὺς προσήκοντας τρόπους· ἐχρῶντο δὲ καὶ Ὀρφέως καὶ Ἡσιόδου λέξεσι διεκλελεγμέναις πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῶν. *Medicinæ verò maximè quidem recipere ſolent ſpeciem, quæ de vivendi ratione ac modo tractat. Atque in hac parte conſtat eſſe longè exactiſſimos: & conari primùm perdiſcere ſigna menſuræ, cibi & potus, & quietis: deinde de ipſa arte parandi cibos pæne primos conatos eſſe & commentari & definire. Ceterum & Pythagorei præ illis qui ante illos fuere, ſolent ut plurimum uti remediis quæ applicantur. Illa autem quæ ſpectant ad pharmaca, minùs probant. Ex illis porro ipſis quæ applicantur remediis: maximè utuntur ad ulcerationes: ad inciſiones autem atque ad uſtiones, minimè ea recipiunt. Soliti verò etiam ſunt carminibus uti ad infirmitates & invaletudines nonnullas pellendas. Ipſe etiam Pythagoras Muſicen magnopere conducere judicabat parandæ ſanitati, ſi quis eâ juſtis & conſentaneis modis uteretur. Homeri verò etiam & Heſiodi dictionibus ſelectis & exquiſitis ad animorum emendationem utebantur Pythagorici.* Eadem ferè legere eſt & cap. 25. ejuſdem libri. Pythagoræ quoque, ut Medicinæ periti, meminit Cornelius Celſus in Præfatione: *Ideoque multos ex Sapientiæ Profeſſoribus peritos ejus fuiſſe accepimus: clariſſimos verò ex his, Pythagoram, & Empedoclem, & Democritum.* Atque inde eſt, quòd Pythagoreorum plerique Medicinæ operam navarunt: qua de re nos infrà, pluribus locis.

Ἀπολλόδωρος ὁ Λογιστικὸς] De quo ſuprà.

Ἑκατόμβην θῦσαι, &c.] Videndus hîc Caſaubonus atque Aldobrandinus. Adde locum Vitruvii IX. 2. ab utroque omiſſum: *Item Pythagoras normam ſine artificis fabricationibus inventam oſtendit,* &c. *Et*

Pythagoras quum inveniſſet, non dubitans à Muſis ſe in ea inventione monitum, maximas gratias agens, hoſtias dicitur iis immolaviſſe. Apollodotus dicitur Plutarcho in Commentario, Ne ſuaviter quidem vivi poſſe ſecundum Epicurum; qui hîc, & apud Athenæum libro x. *Apollodorus.* Ἀπολλόδωρος recta eſt lectio. Ceterùm, pro Ἡ Ὑνικα Πυθαγόρης; quam lectionem exhibet Editio Aldobrandiniana; habet Stephanica Ἡ Ὑνικα Πυθαγόρης: cui adſtipulantur Plutarchi & Athenæi codices. Ab editione Aldobrandiniana ſtat Laërtii codex Regius.

Καὶ πρῶτος κρεασιν ἀσκῆσαι ἀθλητὰς· καὶ πρῶτόν γε Εὐρυμένην, &c. τῶν πρότερον ἰσχάσι ξηραῖς καὶ τυροῖς ὑγροῖς, ἀλλὰ καὶ πυροῖς σωμασκούντων αὐτούς.] Sed quod ad Pythagoram Aliptam referri debet, ut rectè mox Laërtius. Etiam Porphyrius: χρόνον δέ τινα αὐτοῦ διατρίβων, Εὐρυμένους τοῦ Σαμίου ἀθλητοῦ ἐπεμελεῖτο· ὃς τῇ Πυθαγόρου σοφίᾳ, καίτοι σμικρὸς τὸ σῶμα ὤν, πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκράτει, καὶ ἑνίκα ὀλυμπιάσιν· τῶν γὰρ ἄλλων ἀθλητῶν κατὰ τὸν ἀρχαῖον ἔτι τρόπον τυρὸν καὶ σῦκα σιτουμένων, οὗτος Πυθαγόρου πυθόμενος, πρῶτος κρέας τεταγμένον ἐσθίων ἐφ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν, ἰσχὺν τῷ σώματι περιεποιήσατο. *Cùmque aliquamdiu illic* (Sami) *vixiſſet, Eurymeni Samio athletæ operam impendit. Is, licèt ſtaturâ exiguâ eſſet, Pythagoræ ſapientiâ multos procero corpore ſuperavit, & Olympia vicit. Nam cùm ceteri athletæ adhuc, ex veteri inſtituto, caſeo & ſicubus veſcerentur, hic, de Pythagoræ conſilio, primus certum quotidie carnis pondus comedens, magnum ſibi corporis robur paravit.* Et Jamblichus capite 5. Καὶ ἀπὸ τοῦδε οὕτως ἐάλω ὑπὸ τῶν μαθημάτων, ὥστε μόνος Σαμίων συνεπῆρε Πυθαγόρᾳ ὁμώνυμος ὢν αὐτῷ, Ἐρατοκλέους δὲ υἱός. τούτου δὴ καὶ τὰ ἀλειπτικὰ συγγράμματα φέρεται· καὶ ἡ ἀντὶ ἐσχάδων τοῖς τότε ἀθληταῖς κρεώδους τροφῆς διάταξις, οὐ καλῶς εἰς Πυθαγόραν τοῦ Μνημάρχου (corrige Μνησάρχου) τούτων ἀναφερομένων. *Atque ex eo tempore ita literarum amore captus eſt, ut Samiorum ſolus unà cum Pythagora cognomine, qui Eratoclis erat filius, peregrinatus ſit. Hujus verò etiam Commentarii feruntur ἀλειπτικοί. Et circa Athletas illius temporis conſtitutio de eſu carnium loco caricarum; quæ malè ad Pythagoram Mneſarchi filium ab nonnullis referuntur.* Adde Plinium libro XXIII. capite 7. ubi de ſiccis ficubus: *Corpus & vires adjuvant: ob id antè athletæ hoc cibo paſcebantur. Pythagoras Exercitator, primus ad carnes eos tranſtulit.*

Τοῦτον συστῆσαι τὸν τρόπον] σιτίσαι, ceteræ Editiones, & MS. Regius: quod malim. 13

Καὶ βωμὸν προσκυνῆσαι μόνον ἐν Δήλῳ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος, &c.] Scribe τὸν Ἀπόλλωνος τοῦ γενέτορος. Jamblichus. λέγεται δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ τὴν Δῆλον, προσελθόντα πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον, καὶ τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμόν. Corrige ibi quoque τὸν τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος.

Οἵ ἐστιν ὄπισθεν τοῦ Κερατίνου] Conſule Caſaub.

Διὰ τὸ πυροὺς καὶ κριθὰς, καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἐπ' αὐτοῦ ὠνευ πυρὸς] Talis Mercurius: de quo Antipater in Anthologia lib. II. εἰς θεούς:

Εὔκολος Ἑρμείας, ὦ ποιμένες· ἐν δὲ γάλακτι
Χαίρων, καὶ δρυΐνῳ σπινδόμενος μέλιτι, &c.

De Pythagoræ victimis incruentis, habes apud Philoſtratum lib. & cap. I. de Vita Apollonii.

Πρῶτόν τέ φασι τοῦτον ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν, κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν, ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις] Suprà, in eadem Vita: καὶ τὴν τῆς ψυχῆς περιπόλησιν. ὡς περιεπολήθη, καὶ εἰς ὅσα φυτὰ καὶ ζῶα περιεγένετο. Vide hîc Aldobrandinum. 14

Καὶ πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας μέτρα καὶ σταθμὰ εἰσηγήσασθαι] Id Phidoni Argivo tribuit Plinius VII. 56. Palamedi, Athanaſius in Orat. adverſus Gentes: τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν, καὶ ἀριθμούς, καὶ μέτρα, καὶ στάθμια Παλαμήδης ἐφεῦρε.

Πρῶτόν τε, Ἕσπερον καὶ Φωσφόρον τὸν αὐτὸν εἰπεῖν, ὥς φησι Παρμενίδης] Stobæus in Phyſicis Eclogis paginâ 55. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ θεῶν, Πυθαγορείων εἶναι δόξαν, τὸν αὐτὸν εἶναι Φωσφόρον τε καὶ Ἕσπερον. ita legendus hic locus. Plinium adde libro II. capite 8. *Infra ſolem ambit ingens ſidus, appellatum* Veneris; *alterno meatu regnum, ipſisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ: præveniens quippe, & ante matutinum exoriens,* luciferi *nomen accipit; ut Sol alter, diem maturans: contrà, ab occaſu refulgens, nuncupatur* Veſper; *ut prorogans lucem, vicemque lunæ reddens. Quam naturam ejus Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade circiter quadrageſima ſecunda; qui fuit urbis Romæ annus centeſimus quadrageſimus ſecundus.*

Ὥς φησι Παρμενίδης] Ingeniosè & verè Caſaubonus, οἱ δὲ Φασι Παρμενίδου. Eum vide.

Οὕτω δὲ ἐθαυμάσθη, ὥστε ἔλεγον τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ παντείας θεοῦ φωνάς] Putabat Caſaubonus aliquid hîc deeſſe. Non putabat Rittershuſius: ſed legebat, ὥστε λέγειν τὰς γνώμας αὐτοῦ, &c. Exſtat in hanc ſententiam Philoſtrati locus egregius libro I. de Vita Apollonii capite I. ἑαυτῷ δὲ τόν τε Ἀπόλλω ἥκειν, ὁμολογοῦντα ὡς αὐτὸς εἴη· ξυνεῖναι δ' αὖ καὶ μὴ ὁμολογούσας, τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ τὰς Μούσας, καὶ θεοὺς ἑτέρους, ὧν καὶ τὰ εἴδη, καὶ τὰ ὀνόματα οὔπω τοὺς ἀνθρώπους γινώσκειν· καὶ ὁ, τι ἀποφήναιτο ὁ Πυθαγόρας, νόμον τοῦτο οἱ ὁμιληταὶ ἡγοῦντο, καὶ ἐτίμων αὐτὸν ὡς ἐκ Διὸς ἥκοντα. *Sibi autem Apollinem manifeſtè ſolitum apparere: ſimul Palladem & Muſas: non manifeſtè tamen ſecum loqui conſuevisſe: alios inſuper Deos, quorum neque facies, neque nomina adhuc hominibus nota eſſent. Illud quoque inter Pythagoræ laudes numerant; quicquid ab eo prolatum eſſet, id tamquam legem ab ejus Diſcipulis obſervari conſuevisſe: ipſumque, tamquam ab Jove profectum, venerabantur.* Legebat apud Laërtium Mericus Caſaubonus: ὥστε ἔλεγον τὰς γνωρίμους αὐτοῦ παροιμίας, θεοῦ φωνάς. Eum vide.

Μέχρι δὲ Φιλολάου οὐκ ἦν τι γνῶναι Πυθαγόρειον δόγμα, &c.] Similiter Jamblichus de Vita Pythagoræ: Καλὸν δὲ καὶ τὸ, πάντα Πυθαγόρᾳ ἀνατιθέναι, καὶ μηδεμίαν περιποιεῖσθαι δόξαν ἰδίαν ἀπὸ τῶν εὑρισκομένων, εἰ μὴ τοῦ τι σπάνιον. πάνυ γὰρ δή τινες εἰσὶν ὀλίγοι, ὧν ἰδία γνωρίζεται ὑπομνήματα. θαυμάζεται δὲ καὶ ἡ τῆς φυλακῆς ἀκρίβεια. ἐν γὰρ τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν 15

οὐθεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιτετευχὼς πρὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας, ἀλλ' οὗτος πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πρίασθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινα μεγάλην καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλολάου· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἦν ἀπὸ συγγενείας τῶν Πυθαγορείων· καὶ διὰ τοῦτο μετέλαβε τῶν βιβλίων. *Plura autem, & in primis egregia res eſt, omnia Pythagoræ adſcribere, nullamque propriam, privatamque gloriam de illis quas quis inveniebat, niſi admodum rarò, ſibi vindicare. Pauci enim ſunt, quorum monumenta ſeorſum cognoſcuntur. Admirationi autem etiam eſt exacta illa cuſtodiendi, ſuaque premendi ratio. Nam intra tam multa tempora, neminem umquam Pythagoricorum Commentariorum factum compotem apparet ante Philolai ætatem, qui primus in lucem edidit hoſce tres vulgò ſatis jactatos Libellos, quos Dion ille Syracuſanus centum fertur minis emiſſe, Platone ita jubente, Philolai intellecta paupertate, in quam cùm magnam, tùm gravem, extremamque inciderat. Siquidem & ipſe Philolaus* (malè interpres ad Dionem refert) *de cognatione Pythagoreorum erat; & ita Pythagoreorum librorum factus particeps.*

Τῶν τε ἑξακοσίων οὐκ ἐλάττους, &c.] Vide quæ ad hunc locum ſuprà obſervamus.

Μεταποντῖνοί γε μὴν τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ, Δήμητρος ἱερὸν ἐκάλουν, τὸν δὲ στενωπὸν, μουσεῖον.] De Crotoniatis, non de Metapontinis, id narrat, & paulò aliter Porphyrius: τὴν δ' οἰκίαν, Δήμητρος ἱερὸν ποιῆσαι τοὺς Κροτωνιάτας· τὸν δὲ στενωπὸν, καλεῖν Μουσεῖον. Sed Juſtinus ad Metapontinos etiam retulit: *Pythagoras, cùm annos* XX. *Crotone egiſſet, Metapontum migravit, ibique deceſſit: cujus tanta admiratio fuit, ut ex domo ejus templum facerent, eumque pro Deo colerent.*

Ἔλεγόν τε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητὰ] Jurabant Pythagorici ſe aliis quàm Pythagoricis Pythagoricæ diſciplinæ libros non vendituros. Tzetzes Chiliad. x. 335.

Ὅρκια γὰρ ἦ δίδοσθαι ταῦτα Πυθαγορείοις,
Ἑτέροις μὴ πωλεῖσθαι δὲ Πυθαγορείων βίβλους.

De Pythagoreorum arcana Diſciplina, locus eſt valde illuſtris apud Clementem Alexandrinum Στρωματέων libro v. cujus hæc ſunt verba: Φασί γ' οὖν ὑπάρχον τὸν Πυθαγόρειον αἰτίαν ἔχοντα γράψασθαι τὰ τοῦ Πυθαγόρου σαφῶς, ἐξελασθῆναι τῆς Διατριβῆς, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῷ· διὸ καὶ ἐν τῇ βαρβάρῳ φιλοσοφίᾳ νεκροὺς καλοῦσι τοὺς ἐκπεσόντας τῶν δογμάτων, καὶ καθυποτάξαντας τὸν νοῦν τοῖς πάθεσι τοῖς ψυχικοῖς. *Ajunt certe Hipparchum Pythagoreum, accuſatum quòd apertè ſcripſiſſet Decreta Pythagoræ; expulſum fuiſſe è Schola; & ob id ipſum, tamquam mortuo, impoſitam Columnam fuiſſe. Quocirca etiam in barbara Philoſophia vocant mortuos, eos qui exciderunt à dogmatibus, & mentem ſubjecerunt animæ perturbationibus.* Hæc poſtrema verba mihi in mentem Pythagoreorum morem revocant, Cenotaphia ponendi iis qui à Diſciplina ſua defeceraut: de quo ſic Origenes libro III. contra Celſum: Καὶ τὸ μὲν τῶν Πυθαγορείων σεμνὸν διδασκάλιον κενοτάφια τῶν ἀποστάντων τῆς σφῶν Φιλοσοφίας κατεσκεύαζε, λογιζόμενον νεκροὺς αὐτοὺς γεγονέναι. *Et Pythagoreorum quidem veneranda Schola ponebat Cenotaphia Diſciplinæ ſuæ Deſertoribus: nimirum quod haberet eos pro mortuis.*

Pythagoricæ Philoſophiæ arcanorum meminit Philoſtratus de Vita Apollonii lib. 6. cap. 6.

Καὶ Ξενόφιλον τὸν Πυθαγορικόν] De quo Lucianus in Longævis: Ξενόφιλος δὲ ὁ Μουσικὸς, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. 16

Ἄλλους τε κατὰ τὴν Ἰταλίαν, &c.] Editio Stephani, & Codex Regius, ἄλλους τε πολλούς.

Καὶ Ζάλευκον καὶ Χαρώνδαν τοὺς νομοθέτας] Suidas in Ζάλευκος: Ζάλευκος. Λοκρὸς ἐκ Θουρίου, Πυθαγόρειος Φιλόσοφος, καὶ νομοθέτης. Porphyrius: ὃς δ' ἐπιδημήσας Ἰταλίᾳ τε καὶ Σικελίᾳ κατέλαβε πόλεις δεδουλωμένας ὑπ' ἀλλήλων, τὰς μὲν πολλῶν ἐτῶν, τὰς δὲ νεωστὶ, φρονήματος ἐξελευθερίου πλήσας διὰ τῶν ἐφ' ἑκάστης ἀκουστῶν αὐτοῦ, ἠλευθέρωσε, Κρότωνα καὶ Σύβαριν, καὶ Κατάνην, καὶ Ῥήγιον, καὶ Ἱμέραν, καὶ Ἀκράγαντα, καὶ Ταυρομένην, καὶ ἄλλας τινὰς, αἷς καὶ νόμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Κατανείου, καὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοκροῦ, δι' ὧν ἀξιοζήλωτοι τοῖς περιοίκοις ἄχρι πολλοῦ γεγόνασι. *Quascumque verò civitates in itinere ſuo per Italiam atque Siciliam, partim quidem jam à multis annis, partim recens adeò, ſervitute à ſe invicem oppreſſas offendit, animo ad libertatem aſpirante complens, per Auditores ſuos, quos è ſingulis civitatibus habebat, in libertatem aſſeruit: Crotonem ſcilicet, & Sybarim, Catanam, Rhegium, Himeram, Agrigentum, & Tauromenium, aliaſque nonnullas, quibus etiam leges ſancivit per Charondam Cataneum, & Zaleucum Locrum, quarum gratiâ vicini longo tempore ipſarum inſtituta ſequi ac æmulari volnerunt.* Exſcripſit hunc Porphyrii locum Jamblichus de Vita Pythagoræ capite 7. ſed ubi corruptè Ἡμέραν legitur, pro Ἱμέραν: corruptè quoque Ταραμενὰς pro Ταυρομένην, ſive potiùs Ταυρομένιον. Stephanus: Ταυρομένιον. πόλις Σικελίας. Eamdem urbem Strabo quoque libro VI. inter alias civitates Siculas recenſet, & cum Catana conjungit. Meminit hujus urbis & Suidas; & quis non?

Ἦν δὲ αὐτῷ τὰ σύμβολα, τάδε] De Symbolis Pythagoræ, ita Porphyrius: ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπιπλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν· οἷον, ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει εἶναι δάκρυον· (legendum ἐκάλει Κρόνου δάκρυον, ut rectè monuit amicus noſter, Tanaquillus Faber in Epiſtola quadam ad amicum itidem noſtrum, Hippolytum Julium Menarderium) τὰς δὲ ἄρκτους, Ῥέας χεῖρας· τὴν δὲ πλειάδα, Μουσῶν λύραν· τοὺς δὲ πλάνητας, κύνας τῆς Περσεφόνης· τὸν δὲ ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γινόμενον ἦχον, φωνὴν εἶναί τινος τῶν δαιμόνων, ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ· ἦν δὲ ἄλλο εἶδος τῶν συμβόλων τοιοῦτον· Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτ' ἔστι, μὴ πλεονεκτεῖν, &c. Hæc Symbola, *Ænigmata* vocat Plutarchus in libro de Liberis educandis. De his; præter Ariſtotelem; ſcripſerat Alexander Polyhiſtor; in quibus citatur Clementi Alexandrino στρωματέων primo: necnon 17

Androcydas, qui ἐν τῷ Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων laudatur Jamblicho in Vita Pythagoræ, ex quo Androcydæ libro, habuit Stromateus quæ ſcripſit libro v. Androcyden Pythagoreum, literas quæ vulgò vocantur Epheſiæ, locum tenere Symbolorum. De his ſcripſerat & Anaximander Hiſtoricus. Auctor Suidas in Ἀναξίμανδρος. Ceterùm, pro τάδε in hoc Laërtii loco, emendabat Caſaubonus τοιάδε. Sed τάδε quoque ſcriptum eſt apud Suidam.

Φορτίον συγκαθαιρεῖν, καὶ μὴ συνεπιτιθέναι] Scripſerat proculdubio Laërtius, Φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν, συνεπιτιθέναι δέ. Id eſt, *Homines, onera imponendo non detrahendo, juvato.* Porphyrius: Φορτίον δὲ συναπατιθέναι μὲν τοῖς βαστάζουσιν, συγκαθαιρεῖν δὲ μή· δι' οὗ παρήνει, μηδενὶ πρὸς ῥαστώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμπράττειν. Jamblichus de Vita Pythagoræ 18. Φορτίον μὴ συγκαθαιρεῖν· (οὐ γὰρ δεῖ αἴτιον γίνεσθαι τοῦ μὴ πονεῖν·) συναπατιθέναι δέ. Et in Protreptico capite 21. ἀνδρὶ ἐπαπατιθεμένῳ μὲν φορτίον συνέπαιρε. μὴ συγκαθαίρει δὲ ἀποτιθεμένῳ. Et poſteà, in Expoſitione Symboli XI. τὸ δὲ, Φορτίον συναπατιθέναι, συγκαθαιρειν δὲ μή, εἰς ἀνδρίαν προτρέπει· πᾶς μὲν γὰρ ἀνατιθεμενος φορτίον, πόνου καὶ ἐνεργείας σημαίνεται πρᾶξιν· ὁ δὲ καθαιρούμενος, ἀναπαύσεως, καὶ ἀνέσεως. Clemens Stromat. I. Ἐν γοῦν τοῖς Νόμοις, ὁ ἐξ Ἑβραίων Φιλόσοφος Πλάτων, κελεύει τοὺς γεωργοὺς μὴ ἐπαρδεῦσαι, μηδὲ λαμβάνειν ὕδωρ παρ' ἑτέρων, ἐὰν μὴ πρότερον ὀρύξαντες παρ' αὐτῶν (meliùs παρ' αὐτοῖς) ἄχρι τῆς παρθενίου καλουμένης, ἄνυδρον ὑρῶσι τὴν γῆν· ἀπορίας γὰρ μὴ ἐπαρκεῖν (ita legendum) οὐ δίκαιον· ἀργίαν δὲ ἐφοδιάζειν, οὐ καλόν· εἰ καὶ (γρ. ἐπεὶ καὶ) Φορτίον συνεπιτιθέναι μὲν, εὔλογον· συγκαθαιρεῖν δὲ, οὐ προσήκειν ὁ Πυθαγόρας ἔλεγεν. Huc reſpexit Hieronymus in Apologia: *Onerutis ſupponendum onus; deponentibus non communicandum. id eſt, ad virtutem incedentibus augenda præcepta; tradentes ſe otio, relinquendos.*

Ἐλαδίῳ εἰς θάκον μὴ ὁμόργνυσθαι] Scriptum eſt apud Jamblichum, δαδίου θάκου μὴ ἀπόμασσε: quod exponunt *faculæ ſedem ne extergito.* Et in Expoſitione, δαδίῳ θάκον μὴ ἀπόμασσε. Atque ita quoque hîc legendum Expoſitio illa nos docet. Eam vide.

Πρὸς ἥλιον τετραμμένον μὴ ὁμιχεῖν] Habuit ab Heſiodo; cujus ſunt hi verſus Operum 11.

Μήτ' ἀντ' ἠελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὁμιχεῖν.
Αὐτὰρ ἐπεί κε δύῃ, μεμνημένος ἐς τ' ἀνιόντα.
Μήτ' ἐν ὁδῷ, μήτ' ἐκτὸς ὁδοῦ προβάδην οὐρήσεις.

Malè autem hoc Laërtii loco Codices Palatinus & Florentinus, μὴ ὁμιλεῖν ſcriptum exhibent: quam tamen lectionem ſecutus eſt Lilius Gregorius Giraldus.

Ἐκτὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν] Scribendum omnino ἐντὸς λεωφόρου μὴ βαδίζειν, aut ἐκτὸς λεωφόρου βαδίζειν, aut καὶ τὰς λεωφόρους μὴ βαδίζειν. Porphyrius: τάς τε λεωφόρους μὴ βαδίζειν· δι' οὗ ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἐκώλυεν. Athenæus libro IX. λεωφόρους ὁδοὺς μὴ στείχειν, ἀντὶ τοῦ γνώμῃ πολλῶν μὴ ἀκολουθεῖν. Clemens στρωματ. quinto: καὶ Πυθαγόρας οὐκ ἀνεῖ ἀπαγορεύειν τὰς λεωφόρους ὁδοὺς βαδίζειν, προστάττων μὴ δεῖν ταῖς τῶν πολλῶν ἕπεσθαι γνώμαις ἀκρίτοις καὶ ἀνομολογουμένως οὔσαις. Ælianus Var. Hiſt. IV. 17. προσέταττε δὲ, ὁ αὐτὸς Πυθαγόρας καρδίας ἀπέχεσθαι, &c. μηδὲ βαδίζειν τὰς λεωφόρους. Adde Philonem Judæum in libro Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον, ſtatim initio: τὸν μὲν οὖν τῶν Πυθαγορείων ἱερώτατον δίκαιον λόγος ἔχει μετὰ πολλῶν καὶ ἄλλων καλῶν, καὶ τοῦτ' ἀναδιδάσκειν, ταῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς· οὐχ ἵνα κρηνοβατῶμεν· οὐ γὰρ ποσὶ κάματον παρηγγειλεν, ἀλλ' αἰνιττόμενος διὰ συμβόλου· τὸ μήτ' ἔργοις, μήτε λόγοις δημώδεσι καὶ πεπατημένοις χρῆσθαι. Et Jamblichum libro II. τὰς λεωφόρους ὁδοὺς ἐκκλίνων, διὰ τῶν ἀτραπῶν βάδιζε. Idem in Expoſitione hujus Symboli: καὶ γὰρ τοῦτο τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφίεναι παραγγέλλει· τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θείαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ· Videndus Brodæus Miſcell. II. 20. & Rittershuſius ad Malchum. Non longè abit illud Matthæi VII. 13. εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν· καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. Ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν· καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. *Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam anguſta porta, & arcta via eſt quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inveniunt eam.*

Ἤθελε δὲ αὐτῷ, τὸ μὲν Πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν, 18
δυναστῶν ὀργὴν καὶ οἰδοῦντα θυμὸν μὴ κινεῖν] Porphyrius ſimiliter: Μὴ τὸ πῦρ τῇ μαχαίρᾳ σκαλεύειν· ὅπερ ἦν Μὴ τὸν ἀνοιδοῦντα καὶ ὀργιζόμενον κινεῖν λόγοις παρατεθηγμένοις. Plutarchus quoque in libro περὶ παίδων ἀγωγῆς: Πῦρ σιδήρῳ μὴ σκαλεύειν, ἀντὶ τοῦ, μὴ ἐρεθίζειν θυμούμενον, (οὐ γὰρ πρόσηκον) ἀλλ' ὑπείκειν τοῖς ὀργιζομένοις. Athenæus: τεθυμωμένον ἄνδρα μὴ ἐριδαίνειν· πῦρ γὰρ ὁ θυμός· ἡ δὲ ἔρις, μάχαιρα.

Τὸ δὲ, Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι τὸ ἴσον καὶ δίκαιον μὴ ὑπερβαίνειν] Aliter Porphyrius: Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τοῦτ' ἔστι, μὴ πλεονεκτεῖν. hoc eſt, *avaritiam fugiendam.* A Laërtio ſtat Plutarchus, in libro de Liberis educandis: Μηδὲ ζυγὸν ὑπερβαίνειν, ὅτι δεῖ τῆς δικαιοσύνης πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον, καὶ μὴ ταύτην ὑπερβαίνειν. Item Jamblichus in Protreptico cap. 21. τὸ δὲ, Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, δικαιοπραγεῖν παρακελεύεται, καὶ προτιμᾶν ἰσότητα καὶ μετριότητα θαυμαστῶς, (an potiùs, καὶ μετριότητα τῶν πάντων;) καὶ τὴν τελειοτάτην ἀρετὴν γινώσκειν δικαιοσύνην, &c. Et Clemens στρωμ. quinto: Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τουτέστι, μὴ παρέρχεσθαι τὸ πρὸς τὰς διανομὰς ἴσον· τιμῶντας τὴν δικαιοσύνην, & quæ ſequuntur.

Ἐπί τε χοίνικος μὴ καθίζειν, ἐν ἴσῳ τοῦ ἐνεστῶτος φροντίδα ποιεῖσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος.] Et id quoque aliter Porphyrius interpretatur: Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθέζεσθαι· οἷον, μὴ ἀργὸν ζῆν· ſed quod eodem recidit. Plutarchus dicto loco: Μηδὲ ἐπὶ χοίνικα καθίσαι· φεύγειν ἀργίαν, καὶ προνοεῖν ὅπως τὴν ἀναγκαίαν παρασκευάσωμεν τροφήν· & Sympoſ. VII. 4. μετὰ τῆς Πυθαγορικῆς χοίνικος, ἐφ' ἧς ἀπηγόρευε καθῆσθαι, διδάσκοντος (γρ. διδάσκων) ἡμᾶς ἀεί τι τοῦ παρόντος εἰς τὸ μέλλον ὑπολιπεῖν, καὶ τῆς αὔριον ἐν τῇ σήμερον μνημονεύειν. Etiam Athenæus lib. X. illud Pythagoricorum, Μὴ ἐπὶ χοίνικος καθῆσθαι, interpretatur, μὴ σκοπεῖν τὰ ἐφ' ἡμέραν, ἀλλὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἀεὶ προσδέχεσθαι. Meminit & Theodoritus Sermone VIII.

Ἡ γὰρ χοίνιξ, ἡμερήσιος τροφή.] Heſychius: χοίνικες· αἱ ἀπὸ μέρους τροφαί. Legendum videtur; ut jam pridem viri docti emendarunt; αἱ ἡμερήσιοι τροφαί· vel ἐφ' ἡμέραν. Hinc Caſſandri Macedoniæ Regis frater Alexarchus, qui loquendi peculiares modos invexit, chœnicem ἡμεροτροφίδα appellabat, teſte Athenæo III. 20. Etiam apud Herodotum lib. III. & VII. χοίνιξ frumenti tantum eſt, quantum homini uno die ſatis ſit.

Διὰ δὲ τοῦ Καρδίαν μὴ ἐσθίειν, ἐδήλου μὴ τὴν ψυχὴν ἀνίαις καὶ λύπαις κατατήκειν.] Porphyrius: Μὴ καρδίαν ἐσθίειν· οἷον, Μὴ λυπεῖν ἑαυτὸν ἀνίαις. Plutarchus, loco laudato: Μὴ ἐσθίειν καρδίαν· μὴ βλάπτειν τὴν ψυχήν, ταῖς φροντίσιν αὐτὴν κατατρύχοντα. Habuit autem ab Homero, cujus eſt hic verſus de Bellerophonte,

Οὐ θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

Sed aliter longè hoc Symbolum interpretatur Jamblichus: τὸ δὲ, Καρδίαν μὴ τρῶγε, σημαίνει τὸ μὴ δεῖν τὴν ἕνωσιν τοῦ παντὸς, καὶ τὴν σύμπνοιαν διασπᾶν· καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ, μὴ ἴσθι βάσκανος, ἀλλὰ φιλάνθρωπος καὶ κοινωνικός.

Διὰ δὲ τοῦ Εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφεσθαι, παρήνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου, μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν.] Porphyrius: μηδ' ἀποδημοῦντα ἐπιστρέφεσθαι· μὴ ἔχεσθαι τοῦ βίου τούτου ἀποθνήσκοντα. Apud Jamblichum ſcriptum eſt, ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου· Ἐρίννυες γὰρ μετέρχονται. Eum vide in Expoſitione Symboli XV. Meminit hujus Symboli & Plutarchus in libro de Liberorum educatione: Μὴ ἐπιστρέφεσθαι ἐπὶ τοὺς ὅρους ἐλθόντας· τουτέστι μέλλοντας ἀποθνήσκειν, καὶ τὸν ὅρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὁρῶντας, φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀθυμεῖν. Meminit & Hieronymus in Apologia contra Ruffinum. Laërtii verba non aſſequuti ſunt Interpretes.

Καὶ τὰ ἄλλα πρὸς ταῦτα λοιπόν ἐστιν ἐκλαμβάνειν] De quibus videndus Porphyrius in Vita Pythagoræ, Plutarchus in libro de Pueris educandis, Clemens Alexandrinus στρωμ. v. præcipuè verò Jamblichus in Protreptico cap. 21. Et, ſi tanti eſt, Lilius Giraldus in Symbolis Pythagoricis.

19 Μήτε ἐρυθῖνον ἐσθίειν, μήτε μελάνουρον] Jamblichus de Vita Pythagoræ: καὶ μελανούρου δὲ ἀπέχεσθαι παρήγγελλε· χθονίων γάρ ἐστι θεῶν· καὶ ἐρυθρῖνον μὴ προσλαμβάνειν, δι' ἕτερα τοιαῦτα αἴτια. Plutarchus, in libro qui eſt, περὶ παίδων ἀγωγῆς inſcriptus: μὴ γεύεσθαι μελανούρων· τουτέστι, μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις, διὰ κακοήθειαν. Sunt autem erythinus ſive erythrinus, & melanurus, piſces, ita dicti à colore. Id ignoraſſe videntur Jamblichi & Plutarchi Interpretes, qui vertêre, *rubrum aliquid ne ſuſcipies, & qui nigrantes caudas habent, guſtari non oportere:* quomodo & Marſilius Ficinus verterat, teſte Lilio Giraldo, quem vide in Expoſitione Ænigmatum Pythagoræ.

Ἀριστοτέλης δὲ φησι, καὶ μήτρας, καὶ τρίγλης, ἐνίοτε] Plutarchus apud Gellium lib. IV. Noctium Atticarum cap. 11. Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας, καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τοιούτων ἄλλων ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικούς, χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις. De vulva, id ipſum teſtificatur Hierocles: qui & rationem reddit: μήτραν ζώου μὴ ἐσθίειν· τοῦτο δὲ οὑτωσὶ λεγόμενον, ἑνός τινος ἀφίστησιν ἡμᾶς τῶν περὶ γῆν, καὶ τούτου σμικροτάτου· ἐὰν δὲ εἰς τὸ πολύνουν τῆς Πυθαγορικῆς βαθύτητος ἀπίδῃς, τὴν ὅλην τῆς γενέσεως ἀποχὴν, δι' ἑνός τινος διδαχθήσῃ, καὶ ὡς ἐν βρώμασι τοῦτο οὐ προσοισόμεθα. *Animantis vulvam comedi prohibet. Quòd cùm ita dicitur, à certa quadam re è terrenarum numero, eâque tenuiſſimâ, nos removet. Sin autem ad Pythagoricæ profunditatis ſenſum multiplicem adſpicias, unius certè rei nomine, & quâ veſci prohibet, totius rei venereæ tibi ſignificatur abſtinentia.* Ceterùm in Editione Stephanica legitur καὶ μήτρας, τρίγλης· ἐνίοτε δὲ αὐτὸν, &c. quam lectionem exhibet & Codex Suidæ.

Αὐτὸν δὲ ἀρκεῖσθαι μέλιτι μόνῳ, φασί τινες, ἢ κήρῳ, ἢ ἄρτῳ, &c.] Ita quoque Editio Baſileenſis, & Suidas, ſed legendum omnino, κηρίῳ, quemadmodum legitur in Editione Stephani. Similiter apud Porphyrium: τῆς δὲ διαίτης τὸ μὲν ἄριστον ἦν, κηρίον ἢ μέλι. De melle, teſtatur Euſtathius in Iliados λ. ὡς δὲ καὶ τρόφιμον τὸ μέλι, Πυθαγόρας μαρτυρεῖ, ὃς εὐτελέστατα διαβιοῦς πολλάκις μέλιτι μόνῳ. De melle & pane, teſtatur Athenæus lib. II. καὶ τῶν Πυθαγορικῶν τροφὴ ἦν ἄρτος μετὰ μέλιτος, ὥς φησιν Ἀριστόξενος. Qui & lib. IV. Alexidis verſus citat, ex quibus Pythagoreos vinum nec bibiſſe apparet: quod rectè hoc loco monuit Aldobrandinus. Etiam olera plerumque obſonaviſſe Pythagoram tum elixa, tum cruda, teſtis eſt Porphyrius: δεῖπνον δ' ἄρτος ἐκ κέγχρων, ἢ μάζα, καὶ λάχανα ἑφθὰ καὶ ὠμά. Addit pluſcula, Pythagoræ ſobrietatem teſtantia, quæ hîc adponere ſuperſedeo. Quomodo autem Pythagoræ ſectatores ad abſtinentiam ſe ipſi formarent, docet Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis; cujus verba prætermitti non debent. ἐποιοῦντο καὶ τῆς ἐγκρατείας γυμνασίαν τόνδε τὸν τρόπον· παρασκευασάμενοι πάντα τὰ κατὰ λαμπρότατας ἑστιάσεις παρατιθέμενα, πολὺν αὐτοῖς ἐνέβλεπον χρόνον, εἶτα διὰ τῆς θέας τὰς τῆς φύσεως ἐπιθυμίας πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν ἐκκαλεσάμενοι, τὰς τραπέζας ἐκέλευον αἴρειν τοὺς παῖδας, καὶ παραχρῆμα ἄγευστοι τῶν παρατεθέντων ἐχωρίζοντο. *Ad abſtinentiam ſe ipſi formabant hujuſmodi exercitatione: Apparato omni genere cupediarum, quæ in ſolemnioribus conviviis apponi ſolent, cùm diutiſſimè oculos ſuos paviſſent, eoque ſpectaculo cupiditates naturâ inſitas ad eſum provocaſſent, ſtatim menſam tolli jubebant, atque ita impranſi diſcedebant.*

Στολὴ δὲ αὐτῷ λευκὴ, καθαρὰ, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων] Jamblichus cap. 21. ἐσθῆτι δὲ χρῆσθαι καὶ καθαρᾷ· ὡσαύτως δὲ καὶ στρώμασι λευκοῖς καὶ καθαροῖς· εἶναι δὲ τὰ στρώματα ἱματίλινα· κωδίοις γὰρ οὐ χρῆσθαι. De villoſis veſtibus, ſimiliter Porphyrius. De albis, teſtatur Ælianus Var. Hiſt. XII. 32. Πυθαγόρας ὁ Σάμιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ ἐφόρει στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἀναξυρίδας. De puris, Diodorus Siculus. παρήγγελλε πρὸς τοὺς θεοὺς προσιέναι τοὺς θύοντας, μὴ πολυτελεῖς, ἀλλὰ λαμπρὰς καὶ καθαρὰς ἔχοντας ἐσθῆτας· ὁμοίως δὲ μὴ μόνον τὸ σῶμα καθαρὸν

καθαρὸν παρεχομένους πάσης ἀδίκου πράξεως, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἁγνεύουσαν. Veſtes ex morticinis animalibus confectas non tuliſſe Pythagoram, infrà ex Philoſtrato obſervamus. Puritatem maxime colebant Pythagorici. Exſtat in hanc rem locus ſingularis apud M. Antoninum lib. XI. περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν, qui hoc loco omitti non debet: οἱ Πυθαγόρειοι, ἔωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾶν, ἵν' ὑπομιμνησκώμεθα τῶν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως τὸ ἑαυτῶν ἔργον διανυόντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος, οὐδὲν γὰρ προκάλυμμα ἄστρου. *Pythagorei manè nos cælum aſpicere jubent, ut recordemur eorum, qui ſemper eodem & gradu & modo ſuum officium præſtant: item ordinis, puritatis, & ſimplicitatis nudæ: aſtris enim nullum eſt velamentum.* Exſtat & locus alter eximius apud Jamblichum de Vita Pythagoræ cap. 9. ad hoc ſcilicet natum hominem ut cælum intueretur, ſolitum reſpondere Pythagoram, cùm interrogaretur cujus rei causâ homo creatus eſſet.

Τὰ γὰρ λινᾶ οὕτω εἰς ἐκείνους ἀφίκετο τοὺς τόπους] Ex Ægypto ſcilicet, ubi Sacerdotes byſſinas ſeu lineas veſtes geſtabant. Veroſimiliter autem exiſtimavit Caſaubonus hoc loco damnari à Laërtio eos qui Pythagoram veſte uſum lineâ ſcripſere: quos inter Apuleius in Apologia. *Quippe lana*, inquit, *ſegniſſimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei & Pythagoræ ſcitis, profanus veſtitus eſt.* Pythagoreorum ſtragula, ex lino fuiſſe, ſcripſit Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 21. εἶναι δὲ τὰ στρώματα ἱματίλινα. Addit: κωδίοις γὰρ οὐ χρῆσθαι. *Villoſis enim pellibus non utebantur.*

Οὐδὲ πώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν, οὔτε ἀφροδισιάζων, οὔτε μεθυσθείς] Διαχωρῶν, hoc eſt, *ventrem exonerans*: quod non videre Interpretes.

Ὀργιζόμενός τε, οὔτε οἰκέτην ἐκόλαζεν, οὔτε ἐλεύθερον οὐδένα.] Irati neminem cædebant Pythagorei. Obſervat Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 31. λέγεται δὲ καὶ τάδε περὶ τῶν Πυθαγορείων, ὡς οὔτε οἰκέτην ἐκόλασεν οὐδεὶς αὐτῶν ὑπὸ ὀργῆς ἐχόμενος, οὔτε τῶν ἐλευθέρων ἐνουθέτησέ τινα, ἀλλὰ διέμεινεν ἕκαστος τὴν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν.

Ἐκάλει δὲ τὸ νουθετεῖν, πελαργᾶν] Ad verbum Suidas in πελαργᾶν: πελαργᾶν, τὸ νουθετεῖν ἐκάλει ὁ Πυθαγόρας. Et in Πυθαγόρας: ἐκάλει δὲ τὸ νουθετεῖν, πελαργᾶν.

Ἔξω τῆς διὰ λιβάνου] Λιβανωτοῦ reponebat Rittershuſius è Porphyrio: cujus hæc ſunt verba: ἀφίκετο δὲ πρὸς Αἰγυπτίους, φησὶν, (Diogenes ſcilicet in libro de Incredibilibus, ultra Thulen) ὁ Πυθαγόρας, καὶ πρὸς Ἄραβας, καὶ Χαλδαίους, καὶ Ἑβραίους, παρ' οἷς καὶ τὴν περὶ ὀνείρων γνῶσιν ἠκριβώσατο· καὶ τῇ διὰ λιβανωτοῦ μαντείᾳ πρῶτος ἐχρήσατο. Sed λιβάνου quoque rectum eſt: & ſic etiam Suidas. Porrò qui hoc divinandi genere per thus utebantur, dicuntur Homero θυοσκόοι. Unde *Tuſcorum* nomen à nonnullis non ineptè deducitur.

Θυσίαις τε ἐχρῆτο ἀψύχοις.] An ſcripſerat Laërtius σιτίοις τε ἐχρῆτο ἀψύχοις? Id certè ſuadent cum ſequentia, ὅ γε μὴν Ἀριστόξενος, πάντα μὲν τὰ ἄλλα συγχωρεῖν αὐτὸν ἐσθίειν ἔμψυχα, &c. tùm hæc Gellii IV. 2. *Porculis quoque minuſculis & hœdis tenerioribus victitaſſe, idem Ariſtoxenus refert.* Etiam Heſychius Lexicographus: ἄψυχος, ὁ τῶν Πυθαγορικῶν βίος. Nihil tamen muto: nam apud Porphyrium ſimiliter ſcriptum eſt: σπανίως δὲ κρέας ἱερείων θυσίμων, καὶ τοῦτο οὐδ' ἐκ παντὸς μέρους. & alibi, θύων τε θεοῖς ἀνεπαχθὴς ἦν, ἀλφίτοις τε, καὶ ποπάνῳ, καὶ λιβανωτῷ, καὶ μυρρίνῃ τοὺς θεοὺς ἐξιλασκόμενος, ἐμψύχοις δ' ἥκιστα, πλὴν εἰ μή ποτε ἀλεκτορίσιν, καὶ τῶν χοίρων ἀπαλωτάτοις. Etiam Suidas, qui tres integras pagellas ex hac Pythagoræ Vita Laërtiana exſcripſit, τὸ θυσίαις agnoſcit.

Οἱ δέ φασιν ὅτι ἀλέκτορσιν μόνον καὶ ἐρίφοις καὶ γαλαθηνοῖς, τοῖς λεγομένοις ἀπαλίαις, ἥκιστα δὲ ἄρνασιν.] Corrige ἀπαλίοις. Porphyrius, loco proximè laudato: καὶ τῶν χοίρων ἀπαλωτάτοις. Heſychius: ἀπάλιον θῦμα. δελφάκιον. δέλφαξ, & δελφάκιον, eſt *porcellus*.

Ὅ γε μὴν Ἀριστόξενος, πάντα μὲν τὰ ἄλλα συγχωρεῖν αὐτὸν ἐσθίειν ἔμψυχα] Quod ipſum; ſed paullò aliter; ex eodem Ariſtoxeno, teſtatur Gellius lib. IV. cap. 11. *Ariſtoxenus Muſicus, vir literarum veterum diligentiſſimus, Ariſtotelis Philoſophi auditor, in libro quem de Pythagora reliquit, nullo ſapius legumento Pythagoram dicit uſum quàm fabis; quoniam is cibus, & ſubduceret ſenſim alvum & lævigaret. Verba ipſa Ariſtoxeni ſubſcripſi:* Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε· λίαν κινητικὸν γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν· διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. *Porculis quoque minuſculis & hœdis tenerioribus victitaſſe idem Ariſtoxenus refert, quam rem videtur cognoviſſe ex Xenophilo Pythagorico, familiari ſuo, & ex quibuſdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagoræ haud multùm aberant. Ac de animalibus Alexis etiam Poëta, in Comœdia, quæ* Pythagorizuſa (ita legendum) *inſcribitur, docet.* Et Athenæus lib. X. καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος μετρίᾳ τροφῇ ἐχρῆτο, ὡς ἱστορεῖ Μίκων ὁ Γασεὺς ἐν τῷ Περὶ Πυθαγόρου· οὐκ ἀπέχετο δ' ἐμψύχων, ὡς Ἀριστόξενος εἰρηκεν.

Μόνον δὲ αὐτὸν ἀπέχεσθαι, ἀροτῆρος βοὸς, καὶ κριοῦ] Similiter apud Athenienſes lege prohibitum mactari boves aratores, refert Ælianus Var. Hiſt. v. 14. βοῦν ἀρότην καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. *Bovem aratorem, qui jugum trahit, vel cum aratro vel cum plauſtro, ne macles: quoniam ille etiam agricola eſt, & humano generi laborum ſocius.* Vide plura apud Samuelem Bochartum in libro illo, ſive potiùs theſauro, de Animalibus Scripturæ Sacræ capite de boum uſu: ubi probatur Ægyptios, Phœnices, Barcæos, Cyrenæos, paſtoritioſque Afros, in hoc fuiſſe mirè ſuperſtitioſos: nec aureæ, vel argenteæ, ſed ferreæ ætatis homines bovem primos mactaſſe. Idem juris apud Romanos obtinuiſſe diſcimus ex Plinio: ita enim ille lib. VIII. cap. 45. *Socium laboris agrique culturæ habemus hoc animal, tantæ apud priores curæ, ut ſit inter exempla damnatus à Pop. Romano, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, os-*

ciderat bovem; actuſque in exilium tamquam colono ſuo interempto. Hùc ſpectat & Conſtitutio Valentis, de qua ſic Hieronymus lib. II. adversùs Jovinianum: *Imp. Valens nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, utilitati agriculturæ providens.* Hæc Cujacius Obſervatione 20. libri IV. Obſervationum: quibus addo, etiamnum vitulorum carnibus apud Moſcovitas, ut vocant, veſci prohibitum. Sed ad Pythagoram ut redeam, ita de boum mactatione illum loquentem inducit Ovidius in Metamorphoſi.

Quid meruere boves, animal ſine fraude dolòque;
Innocuum; ſimplex; natum tolerare labores?
Immemor eſt demum, nec frugum munere dignus
Qui potuit, curvi dempto modo pondere aratri,
Ruricolam mactare ſuum, qui trita labore
Illa quibus toties durum renovaverat arvum,
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri, &c.
Cùmque boum dabitis cæſorum membra palato,
Mandere vos veſtros ſcite & ſentite colonos.

κριὸς, eſt aries. *hircum* malè reddidit Aldobrandinus.

21 Τὴν δὲ Ὁμήρου, &c. ἀνθ' ὧν εἶπε περὶ θεῶν] Suidas & MS. Regius, εἶπον. optimè: nam de Heſiodo non minùs quàm de Homero ſermo eſt. Adversùs utrumque ſcripſerat Xenophanes; ea reprehendens, quæ ab utroque de Diis dicta erant: quâ de re infrà, ad Xenophanis Vitam.

Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος ἐν τῷ Περὶ φυσιολογιῶν] Quem librum omiſit Laërtius in Indice librorum Ariſtippi.

Πυθαγόραν αὐτὸν ὀνομασθῆναι, ὅτι τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τοῦ Πυθίου] Quem locum reſpexit Suidas, his verbis: Πυθαγόρας, ὁ Σάμιος φιλόσοφος, τὴν ἀλήθειαν ἠγόρευεν οὐχ ἧττον τοῦ Πυθίου. Aliter Jamblichus libro & cap. I. Ἐν δὲ Σιδῶνι τῆς Φοινίκης, ἀποτεκούσης αὐτῆς, (Sermo eſt de Parthenide, matre Pythagoræ, quæ Pythais poſteà à Sacerdote Apollinis dicta eſt) τὸν γενόμενον υἱὸν Πυθαγόραν προσηγόρευσαν, ὅτι ἄρα ὑπὸ τοῦ Πυθίου προηγορεύθη αὐτῇ. id eſt, *quòd ipſi ab Apolline Pythio prædictus eſſet talis fœtus.*

22 Λέγεται παρεγγυᾶν αὐτὸν ἑκάστοτε τοῖς μαθηταῖς, τάδε λέγειν εἰς τὸν οἶκον εἰσιοῦσι, Πῶς παρέβην, &c.] Porphyrius libro I. Hiſtoriæ Philoſophicæ, qui Pythagoræ Vitam complectitur, editam Græcè à Conrado Rittershuſio, & Græcè & Latinè à Luca Holſtenio: δύο τε μάλιστα καιροὺς παρηγγύα ἐνφροντίδι θέσθαι· τὸν μὲν, ὅτε εἰς ὕπνον τρέπειτο· τὸν δὲ, ὅτε ἐξ ὕπνου διανίστατο. ἐπισκοπεῖν γὰρ προσῆκε ἐν ἑκατέρῳ τούτοιν, τά τε ἤδη πεπραγμένα, καὶ τὰ μέλλοντα· τῶν μὲν γενομένων εὐθύνας παρ' ἑαυτοῦ ἕκαστον λαμβάνοντα· τῶν δὲ μελλόντων πρόνοιαν ποιούμενον. πρὸ μὲν τοῦ ὕπνου ταῦτα ἑαυτῷ τὰ ἔπη ἐπᾴδειν ἕκαστον.

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν.
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
πρὸ δὲ τῆς ἐξαναστάσεως ἐκεῖνα,
Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονος ἐξυπανιστὰς,
Εὖ μάλα πεπνεύειν ὅσ' ἐν ἤματι ἔργα τελέσσεις.

Duorum temporum potiſſimùm curam rationemque habendam monebat: ejus ſcilicet quo cubitum itur; & ejus quo cubitu ſurgitur. Utroque enim tempore animo perpendendum, & jam antè peracta, & mox peragenda. Atque actorum quidem rationes unicuique à ſemetipſo exigendas: futuris autem cautè providendum. Ideòque unumquemque hos verſus ante ſomnum ſibi ipſo occinere voluit.

Nec feſſa in dulcem declines lumina ſomnum,
Quin ter cuncta priùs reputaveris acta diei.
Quæ prætergreſſus, quid geſſi in tempore? quid non?
illos verò, antequam ſurgeret:
E ſomno primùm evigilans, cùm ſtrata relinquis,
Diſponas animo luce expedienda futura.

Μόνον δὲ τὸν ἀναίμακτον βωμὸν προσκυνεῖν] De hac ara incruenta, meminit quoque Jamblichus I. 24. καὶ αὐτὸς οὕτως ἔζησεν, ἀπεχόμενος τῆς ἀπὸ τῶν ζώων τροφῆς, καὶ τοὺς ἀναιμάκτους βωμοὺς προσκυνῶν. Et I. 5. λέγεται δὲ περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον θαυμασθῆναι αὐτὸν περὶ τὴν Δῆλον, προσελθόντα πρὸς τὸν ἀναίμακτον λεγόμενον τὸν τοῦ γενέτορος Ἀπόλλωνος βωμόν. Etiam Clemens Alexandrinus στρωματέων ſeptimo: ἀλλὰ τὸν μὲν ἀρχαιότατον βωμὸν ἐν Δήλῳ ἁγνὸν εἶναι τεθρυλλήκασι· πρὸς ὃν δὴ μόνον καὶ Πυθαγόραν προσελθεῖν φασι φόνῳ καὶ θανάτῳ μὴ μιανθέντα. Et Porphyrius Περὶ ἐμψ. ἀποχῆς II.

Μηδὲ ὀμνύναι θεούς. ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν.] Diodorus Siculus: Πυθαγόρας παρήγγελλε τοῖς μανθάνουσι, σπανίως μὲν ὀμνύναι, χρησαμένους δὲ τοῖς ὅρκοις πάντως ἐμμένειν. *Pythagoras Diſcipulis ſuis præcipiebat, ut ad jurandum rarò ac tardè accederent: ubi verò ſemel juraſſent, ut prorſus ſacramenti fidem ſervarent.* Ipſe tamen per quaternarium numerum jurabat; Pythagorici verò, per ipſum Pythagoram. qua de re legendus omnino Johannes Meurſius in Denario Pythagorico cap. 6.

Τούς τε πρεσβυτέρους.] Id eſt, *Majores.* Vide Caſaubonum.

Τὸ προηγούμενον τῷ χρόνῳ, τιμιώτερον ἡγουμένους] Ariſtoteles Metaphyſic. I. 3. τιμιώτατον μὲν γὰρ τὸ πρεσβύτερον. Tertullianus de Præſcriptionibus cap. 31. *Ita ex ipſo ordine manifeſtatur, id eſſe Dominicum & verum, quod ſit priùs traditum: id autem extraneum & falſum, quod ſit poſteriùs immiſſum.*

Καὶ θεοὺς μὲν δαιμόνων προτιμᾶν· ἥρωας δὲ, ἀνθρώπων· ἀνθρώπων δὲ μάλιστα, γονέας.] Porphyrius: παρήνει δὲ περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρώου γένους εὐφήμων εἶναι, καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν· γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέταις εὔνους. Eadem, atque iiſdem verbis, legas apud Jamblichum. 23

Ἰδιόν τε μηδὲν ἡγεῖσθαι] Suprà, in hac ipſa Vita: καὶ αὐτοῦ οἱ μαθηταὶ κατετίθεντο τὰς οὐσίας, εἰς ἓν ποιούμενοι. Ad quem locum plura notabamus: quibus adde hæc Diodori Siculi: ἐπειδάν τινες τῶν συνηθῶν ἐκ τῆς οὐσίας ἐκπέσοιεν, διηροῦντο τὰ χρήματα αὐτῶν ὡς πρὸς ἀδελφούς· οὐ μόνον δὲ πρὸς τοὺς καθ' ἡμέραν συμβιοῦντας τῶν γνωρίμων τοιαύτην εἶχον τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντας τοὺς τῶν πραγμάτων τούτων μετασχόντας. *Pythagorici, ſi quis ſodalium facultatibus exciderat, bona ſua velut cum fratre dividebant. Neque verò erga eos ſolùm id præſtabant, quorum in convictu quotidie verſabantur, ſed in univer-*

ſum erga omnes qui eamdem diſciplinam ſectabantur. Subjungit Diodorus: Κλινίας, Ταραντῖνος τὸ γένος, εἷς δὲ τῶν ἐκ τοῦ προειρημένου συστήματος ὤν, πυθόμενος Πρῶτον τὸν Κυρηναῖον διά τινα πολιτικὴν περίστασιν ἀπολωλεκότα τὴν οὐσίαν, καὶ τελέως ἀπορούμενον, ἐξεδήμησεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς Κυρήνην μετὰ χρημάτων ἱκανῶν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπεκατέστησε τῷ προειρημένῳ, οὐδέποτε τοῦτον ἑωρακὼς, ἀκούων δὲ μόνον ὅτι Πυθαγόρειος ἦν· καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ τὸ παραπλήσιον πεποιηκότες διαμνημονεύονται· οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ τῶν χρημάτων ἐπιδόσει, τοιούτους αὑτοὺς παρείχοντο τοῖς γνωρίμοις, ἀλλὰ κατὰ τοὺς ἐπισφαλεστάτους καιροὺς συνεκινδύνευον. *Clinias quidam, Tarentinus, ex illo ſodalitio, cùm acceperiſſet Prorum Cyrenæum, calamitate quadam publica facultatibus ſuis ſpoliatum, in ſumma omnium rerum penuria eſſe, ex Italia Cyrenas profectus eſt cum grandi pecunia, & patrimonii jacturam antedicto homini reſarcivit; quem numquam tamen antea viderat, ſed tantùm auditu acceperat Pythagoreum eſſe. Plures quoque alii idem feciſſe memorantur. Neque verò ſolùm in conferenda pecunia tales ſe erga ſodales ſuos exhibebant, ſed & difficillimis temporibus cum iis periclitari non recuſabant.*

Νόμῳ βοηθεῖν· ἀνομίᾳ πολεμεῖν] Totidem verbis Jamblichus dicto loco: νόμῳ τε βοηθεῖν, καὶ ἀνομίᾳ πολεμεῖν.

Φυτὸν ἥμερον, μήτε φθείρειν, μήτε σίνεσθαι] Jamblichus ibidem: σπεισάντων δὲ ὁ πρεσβύτατος παρήγγελλε τάδε, ἥμερον φυτὸν καὶ ἔγκαρπον, μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν. Similiter Porphyrius: φυτὸν ἥμερον καὶ ἔγκαρπον, ἀλλὰ μηδὲ ζῷον, ὃ μηδὲ βλαβερὸν εἶναι πέφυκε τῷ ἀνθρωπίῳ γένει, μήτε φθείρειν, μήτε βλάπτειν. Sic Deuteron. xx. 19. ubi Vulgata, *Non ſuccides arbores, de quibus veſci poteſt.* Quod tamen factum in Moabitarum ſolo, IV. Regum 3. 19. Sed Deo ſic jubente per Prophetam Eliſeum: *Univerſum lignum fructiferum ſuccidetis.*

Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν εἶναι] Sic editi omnes & manu ſcripti: & ſic quoque apud Suidam. ἀσκεῖν, reponebat Caſaubonus fruſtra. Sed jungenda hæc cum ſequentibus. Αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν, εἶναι, μήτε γέλωτι κατέχεσθαι, μήτε σκυθρωπάζειν. Id eſt, *In eo pudorem & modeſtiam conſiſtere, ut neque effuſius rideas, neque ſeveriore ſis vultu.* Mericus Caſaubonus emendabat, αἰδῶ καὶ εὐλάβειαν εἰδέναι· & εἰδέναι, pro μαθεῖν poſitum exiſtimabat.

Μνήμην ἀσκεῖν] Quod etiam notavit Diodorus Siculus: qui & quomodo Pythagorei memoriam exercerent, ſubjungit: οἱ Πυθαγόρειοι καὶ τῆς μνήμης μεγίστην γυμνασίαν ἐποιοῦντο, τοιοῦτόν τινα τρόπον τῆς μελέτης ὑπαστησάμενοι· οὐ πρότερον ἐκ τῆς εὐνῆς ἠγείροντο, πρὶν ἂν πρὸς ἑαυτοὺς ἀνθωμολογήσαντο τὰ κατὰ τὴν προτέραν ἡμέραν αὐτοῖς πραχθέντα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς πρωΐας, τὴν δὲ τελευτὴν ἕως ἑσπέρας ποιούμενοι· εἰ δὲ ἀναστροφὴν ἔχοιεν καὶ πλείονα σχολὴν ἄγοιεν, καὶ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ, καὶ ταῖς ἔτι πρότερον ἡμέραις πραχθέντα προσανελάμβανον· τοῦτο πρὸς ἐπιστήμην καὶ φρόνησιν· ἔτι δὲ τῶν πάντων ἐμπειρίαν, τοῦ δύνασθαι πολλὰ μνημονεύειν. *Pythagorei maximam exercendæ memoriæ curam habebant: & hujuſmodi fere exercitio utebantur. Numquam è cubili aſſurgebant, quin priùs omnia ſua pridie facta memoriâ repeterent, à matutino tempore ſumpto initio in veſperum deſinentes. Quod ſi fortè otio abundarent, quæcumque etiam nudius-tertius quartuſve egerant, in memoriam revocabant: ac retro etiam ampliùs cùm ad ſcientiam ac prudentiam & plurimarum rerum memoriam complectendam id conducere exiſtimarent.* Adde Ciceronem, libro de Senectute, ſub perſona Marci Catonis: *Jus Auguram, Pontificum, civile tracto: multùm etiam Græcis literis utor: Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratiâ, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro veſperi.* Auctor Carminum Aureorum:

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσι ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,
Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν,
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
Mollia nec priùs admittant tibi lumina ſomnum,
Exacta quàm ter reputâris cuncta diei:
Quæ prætergreſſus? quæ geſſi? quæ malè omiſi?

Μαντικὴν πᾶσαν τιμᾶν] Falſum. Vide Caſaubonum. 24
Andro in Tripode res à Pythagora prædictas collegerat. Auctor Porphyrius apud Euſebium Præparationis Evangelicæ lib. x. cap. 3. Ἄνδρωνος γὰρ, ἐν τῷ Τριποδι, περὶ Πυθαγόρου τοῦ Φιλοσόφου τὰ περὶ τὰς προῤῥήσεις ἱστορηκότος, εἰπόντος τε, ὡς διψήσας ποτὲ ἐν Μεταποντίῳ, καὶ ἔκ τινος φρέατος ἀνιμήσας, καὶ πιὼν προεῖπεν, ὡς εἰς τρίτην ἡμέραν ἔσοιτο σεισμός. *Cùm enim Andro in Tripode, res à Pythagora Philoſopho prædictas collegiſſet, interque cetera commemoraſſet, eum aliquando Metaponti ſitientem, cùm hauſtam ex quodam puteo aquam bibiſſet, terræ motum ante diem tertium futurum prædixiſſe.*

Ὠδαῖς χρῆσθαι πρὸς λύραν] Jamblichus cap. 25. ὀργάνῳ δὲ χρῆσθαι λύρᾳ· τοὺς γὰρ αὐλοὺς ὑπελάμβανεν ὑβριστικόν τε καὶ πανηγυρικὸν, καὶ οὐδαμῶς ἐλευθέριον τὸν ἦχον ἔχειν. Quintilianus libro IX. cap. 4. *Pythagoreis certè moris fuit, & quum evigilaſſent, animos ad lyram excitare; quò eſſent ad agendum erectiores: & quùm ſomnum peterent, ad eandem prius lenire mentes: ut ſi quid fuiſſet turbidorum cogitationum componerent.*

Τῶν δὲ κυάμων ἀπεγόρευεν ἔχεσθαι] Lege ἔδεσθαι. Callimachus apud Gellium lib IV. cap. 11. ex Stephanica emendatione:

Καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν καὶ ἄναιμον ἔδεσθαι,
Καὐγὼ, Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε, λέγω.

Legitur apud Suidam, τῶν δὲ κυάμων ἀπέχεσθαι: & fortaſſe ita ſcripſerat Laërtius.

Διὸ τὸ πνευματώδεις ὄντας μάλιστα μετέχειν τοῦ ψυχικοῦ] M. Cicero in libro de Divinatione primo: *Jubet igitur Plato ſic ad ſomnum proficiſci corporibus affectis, ut nihil ſit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur: quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærentis vera contrariam.* Legitur apud Philoſtratum, initio libri primi de Vitis Sophiſtarum, pag. 488. οὗτος ὁ Χαιρεφῶν, τὴν σπουδὴν τοῦ Γοργίου διαμασσώμενος, διά τί, ἔφη, ὦ Γοργία, οἱ κύαμοι τὴν μὲν γα-

στέρα φυσῶσι, τὸ δὲ πῦρ οὐ φυσῶσιν. Ludus eſt in voce φυσᾶν, quæ & *inflare*, & *flabello ignem excitare* ſignificat. Pergamus porro. Plinius XVIII. 12. *Quin & priſco ritu fabatia ſuæ religionis Diis in ſacro eſt, prævalens pulmentari cibo, & hebetare ſenſus exiſtimata, inſomnia quoque facere. Ob hæc, Pythagoricâ ſententiâ, damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animæ ſint in ea, quæ de cauſa parentando utique aſſumitur: Varro & ob hæc Flaminem eâ non veſci tradit; & quoniam in flore ejus literæ lugubres reperiantur.* Sed Ariſtoxenus nullo ſæpius legumento Pythagoram dicit uſum, quàm fabis; quoniam is cibus & ſubduceret ſenſim alvum, & lævigaret. Verba ſunt Gellii, qui & iſta Ariſtoxeni verba profert: Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε· λίαν κινητικὸν γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν· διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ. Hæc autem ſcripſerat Ariſtoxenus ἐν τῷ περὶ Πυθαγορικοῦ βίου, cujus fragmentum bene grande profert Jamblichus in libro de Vita Pythagoræ cap. 33.

Καὶ ἄλλως, κοσμιωτέρας ἀπεργάζεσθαι τὰς γαστέρας, μὴ παραληφθέντας] Locus obſcurus &, meo judicio, mendoſus. Ita tamen apud Suidam: niſi quòd, pro τὰς γαστέρας μὴ παραληφθέντας, ſcriptum eſt μὴ παραληφθέντας τὰς γαστέρας. Putarim hæc inſititia eſſe, (minùs enim conveniunt cum ſuperioribus: immo planè illis adverſantur) atque addita à quodam qui in proximè memoratis Ariſtoxeni verbis legerat, fabis uti ſolitum Pythagoram, quia is cibus & ſubduceret ſenſim alvum, & lævigaret. Sed turbant ſenſum hæc verba, μὴ παραληφθέντας. Vertit Aldobrandinus, *non adhibitas:* quam verſionem laudat Mericus Caſaubonus: qui & locum integrum & ſanum eſſe contendit. Mirus profectò loquendi modus: *fabæ, non adhibitæ, ventrem reddunt caſtigatiorem.* Iterum dico: inſititia ſunt iſta: & ea ſtudioſus aliquis ad oram libri adnotaverat, ut Laërtianis ſuperioribus contraria: præfixa etiam, quâ id innueret, voculâ ἄλλως. Scripſerat autem παραληφθέντας abſque negationis nota: quod ad κυάμους referendum. Ab inepto aliquo conciliatore addita videtur illa negatio.

Καὶ τὰς καθύπνους φαντασίας] Καθ' ὕπνους, rectè Membranæ Regiæ: & ita quoque ſcriptum eſt apud Suidam.

25 Ἀρχὴν μὲν τῶν ἁπάντων, μονάδα.] Theodoritus Therap. 11. καὶ Πυθαγόρας δὲ ὁ Μνησάρχου, ἀρχὴν τῶν πάντων ἔφησε τὴν μονάδα. Hermias in Irriſione Philoſ. Gent. ἄλλοι πάλιν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς φυλῆς, Πυθαγόρας, καὶ οἱ τούτου συμφυλέται, σεμνοί, καὶ σιωπηλοὶ παραδίδασιν ἄλλα μοι δόγματα, ὥσπερ, μυστήρια· καὶ τοῦτο δὴ τὸ μέγα, καὶ ἀπόῤῥητον, τὸ, Αὐτὸς ἔφη· Ἀρχὴ τῶν πάντων ἡ μονάς. Huc ſpectat quod ait Simplicius ad Phyſ. lib. I. οἱ Πυθαγόρειοι τοὺς ἀπὸ μονάδος ἄχρι δεκάδος ἀριθμοὺς ἀρχὰς ἔλεγον τῶν ἁπάντων. Et quod Alexander Aphrodiſæus ad Metaphyſ. lib. III. *Quæ quidem in eos dicta ſunt, quibus numeros omnium rerum principia & elementa eſſe placebat, ut etiam magnitudinum eſſent principia. In hac autem ſententia fuerunt Pythagorici.* Videndus Meurſius in Denario Pythagorico cap. 1. & Aldobrandinus ad hunc Laërtii locum.

Ἐκ δὲ τῶν ἐπιπέδων τὰ στερεὰ σχήματα] Abſunt hæc ab aliis Editionibus non rectè. Ea agnoſcit, cùm Suidas, tum Regius Codex.

Ἐκ δὲ τούτων, τὰ στερεὰ σώματα] Τὰ αἰσθητά, habet Editio Baſileenſis, & Codex Regius, & Suidas: & ita quoque legit Aldobrandinus; qui vertit *corpora ſub ſenſum cadentia:* & ita omnino legendum.

Εἶναι δὲ καὶ Ἀντίποδας· καὶ τὰ ἡμῖν κάτω, ἐκείνοις 26
ἄνω.] Plurimi autem Veterum ac Recentiorum Antipodas; quod mirum, negavere; aut certè, de iis addubitavere: Lactantius, Auguſtinus, Baſilius, Chryſoſtomus, alii: de quibus legendus Jacobus Mazzonus in Dantem. Narrat Lucianus, Demonactem Philoſophum de Antipodibus Phyſicum quemdam diſſerentem ad puteum deduxiſſe, illique, umbrâ in aqua demonſtratâ, dixiſſe, Numquid tales ais eſſe Antipodas? quod ipſum refertur à Johanne Tzetze in Chiliadibus. De Platone ſuprà Laërtius, ex Favorino: πρῶτος ἐν φιλοσοφίᾳ ἀντίποδας ὠνόμασε.

Ὧν κατ' ἐπικράτειαν θερμοῦ μὲν, θέρος γίνεσθαι· ψυχροῦ δὲ, χειμῶνα.] Id Empedocli, Pythagoræ diſcipulo, tribuit Plutarchus de Placitis Philoſ. III. 8. à quo id ipſum Stoici accepere: Ἐμπεδοκλῆς καὶ οἱ Στωϊκοὶ χειμῶνα μὲν γίνεσθαι, τοῦ ἀέρος ἐπικρατοῦντος τῇ πυκνώσει καὶ εἰς τὸ ἀνωτέρω βιαζομένου· θέρειν δὲ, τοῦ πυρὸς, ὅταν εἰς τὸ κατωτέρω βιάζηται.

Ἐὰν δὲ ἰσομοιρῇ, τὰ κάλλιστα εἶναι τοῦ ἔτους] Ἰσομοιρῇ, de autumno pariter ac vere, intelligendum. Alia tamen ratione inæqualitas, ſeu potius inſtabilitas autumno competit. Hinc eſt quòd morboſus eſt; ver autem, ſalubre, propter ejus æquabilem temperiem. Qua de re Hippocrates in Aphoriſmis III. 8. ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσιν, ἢν ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδῶσιν, εὐσταθέες καὶ εὐκρινέες αἱ νοῦσοι γίνονται· ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. Quod etiam lib. II. de Morbis Vulgaribus ſect. 1. repetit: ubi & Perinthum, Thraciæ oppidum, propter ejuſmodi inæqualitates, morboſam eſſe dicit. Confer quæ habet Vitruvius lib. 1. ubi de Mitylene.

Οὗ τὸ μὲν θάλλον, ἔαρ ὑγιεινόν· τὸ δὲ φθῖνον, φθινόπωρον νοσερόν] Hippocrates in Aphoriſmis III. 9. ἐν φθινοπώρῳ, ὀξύνεται αἱ νοῦσοι, καὶ θανατωδέσταται τὸ ἐπίπαν· ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατώδες· quæ eadem habet 2. de Morbis Vulgaribus 7. De ſalubritate veris, appoſitè ad id quod ſuperiùs de tempeſtatum inæqualitate dicebamus, Galenus lib. I. de Temperamentis: φανεῖται τὸ ἔαρ ἀκριβῶς μέσον ἁπασῶν τῶν ὑπερβολῶν· οὔτε γὰρ ὡς ἐν χειμῶνι πλεονεκτεῖ τὸ ψυχρὸν ἐν αὐτῷ τοῦ θερμοῦ· οὔθ' ὡς ἐν θέρει πλεονεκτεῖται· κατὰ ταῦτα δὲ καὶ ξηρότητος καὶ ὑγρότητος ἰσομοιρία τίς ἐστιν ἐν αὐτῷ, μήθ' ὡς ἐν θέρει κρατοῦντος τοῦ ξηροῦ, μήθ' ὡς ἐν χειμῶνι τοῦ ὑγροῦ· διὰ τοῦτο ὀρθῶς εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους, Ἦρ δὲ ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

Τὸ δὲ φθῖνον, φθινόπωρον] Autumno enim ὁ ἐνιαυ-

τὸς ἐς δείλην, ut loquitur Hippocrates de Morbis Vulgaribus VI. 7. 14. qui & libro II. ejuſdem operis ſect. 1. δείλην ſumit pro autumno: *αἱ ἀσκαρίδες δείλης.* hoc eſt, *autumno præcipuè ſiunt vermes.*

Φθίνειν δὲ τὴν ἑσπέραν· ὅθεν καὶ νοσερωτέραν εἶναι.] Hippocrates de Morbis Vulgaribus lib. VI. ſect. 1. 14. πρὸς τὰς ἀρχὰς τοὺς παρεξυσμοὺς σκέπτεσθαι, καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ νούσῳ, οἷον τὸ ἐς δείλην παροξύνεσθαι.

27 Ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας, εἶναι θεούς.] Quod & alii dixerunt. Unde & θεοὺς, ἀπὸ τοῦ θεῖν, à *currendo*, dictos putarunt. Clemens Alexandrinus in Admonitione ad Gentes: ubi de variis circa Deos opinionibus: *οἱ μὲν γὰρ εὐθέως ἀμφὶ τὴν οὐρανοῦ θεὰν ἀπατώμενοι, καὶ ὄψει μόνῃ πεπιστευκότες, τῶν ἀστέρων τὰς κινήσεις ἐπιθεώμενοι, ἐθαύμασάν τε, καὶ ἐξεθείασαν, θεοὺς ἐκ τοῦ* ΘΕΙΝ, *ὀνομάσαντες τοὺς ἀστέρας. καὶ προσεκύνησαν ἥλιον, ὡς Ἰνδοί. καὶ σελήνην, ὡς Φρύγες.* Simplicius ad Enchiridium Epicteti, cap. 38. *ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεώς ἐστιν, ἰδεῖν πρῶτον τί σημαίνει τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα. Καὶ ἰστέον, ὅτι οἱ πρῶτον θέντες αὐτὸ, τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ περιπολοῦντας, παρὰ τὸ θεῖν, τουτέστι τρέχειν, ἢ ὀξέως κινεῖσθαι, οὕτως ὠνόμασαν. χρόνῳ δὲ ὕστερον, καὶ ἐπὶ τὰς ἀσωμάτους καὶ νοητὰς τῶν ὄντων αἰτίας ἀνήγαγον τὸ ὄνομα, καὶ μέχρι τῆς μιᾶς τῶν πάντων ἀρχῆς καὶ αἰτίας. ὥστε δηλοῦν τὸ ὄνομα ἀρχὴν τῶν ὄντων, καὶ αἰτίαν νοητὴν πρωτίστην καὶ κυριωτάτην.* Et deinde: *καὶ αὐτὸ γοῦν, ὡς εἴρηται, τὸ τοῦ θεοῦ ὄνομα ἀπὸ τῶν οὐρανίων μετῆκται, ὡς ὀξέως κινουμένων, καὶ θεόντων.* Sed falſa eſt hæc originatio. De Sole, in hanc ſententiam, verſus ſunt Menandri apud Clementem in Admonit. ad Gentes:

Ἥλιε, σὲ γὰρ δεῖ προσκυνεῖν πρῶτον θεῶν,
Δι' ὃν θεωρεῖν ἐστι τοὺς ἄλλους θεούς.

Quos ita reddidit Hugo Grotius:

Sol; nam Deorum colere te primum decet;
Cujus beneficio alios ſpectamus Deos.

Εἱμαρμένην τῶν ὅλων, καὶ τὰ κατὰ μέρος] Lege cum Suida & Codice Regio, καὶ κατὰ μέρος. Legi poſſet quoque, καὶ τῶν κατὰ μέρος.

Καὶ εἰς τὰ βάθη δύεσθαι] Apud Suidam, καὶ εἰς βένθεα.

28 Διὸ καὶ τὰ φυτὰ, ζῶα εἶναι.] In qua ſententia fuit & Anaxagoras, teſte Ariſtotele lib. I. de Plantis: *Ἀναξαγόρας μὲν οὖν, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἐπιθυμίᾳ ταῦτα κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται· ὧν ὁ μὲν Ἀναξαγόρας, καὶ ζῶα εἶναι, καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἶπε, τῇτε ἀπορροῇ τῶν φύλλων, καὶ τῇ αὐξήσει τοῦτο ἐκλαμβάνων.* *Anaxagoras itaque & Empedocles, deſiderio eas duci ajunt: ſentire item, ac triſtitiâ, voluptateque affici affirmant. Et Anaxagoras quidem, animalia ipſas eſſe, & voluptate ac dolore moveri docuit, è foliorum ſcilicet defluvio, & ex incremento iſtud colligens.* De Anaxagora, iremque de Platone & Democrito, id ipſum teſtatur Plutarch. in Quæſt. Natural. ipſo initio: *ζῷον γὰρ ἄγγειον τὸ φυτὸν εἶναι, οἱ περὶ Πλάτωνα, καὶ Ἀναξαγόραν, καὶ Δημόκριτον, φάσκουσι.* Et de Platone, Clemens Alexandrinus στρωματέων libro 8. *Πλάτων γὰρ καὶ τὰ φυτὰ, ζῶα καλεῖ.* & paulò poſt: *κατὰ μὲν γὰρ Πλάτωνα, τὸ φυτὸν, ἔμψυχόν τε, καὶ ζῷον.* Addit: *κατὰ δὲ Ἀριστοτέλη, ζῷον μὲν οὔπω. λείπει γὰρ αὐτῷ τὸ αἰσθητικόν· ἔστι γοῦν αὐτῷ τὸ ζῷον, οὐσία ἔμψυχος αἰσθητικὴ. κατὰ δὲ τοὺς Στωϊκοὺς, οὔτε ἔμψυχον, οὔτε ζῷόν ἐστι τὸ φυτόν,* &c.

Ἀθάνατόν τε εἶναι αὐτὴν, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται, ἀθάνατόν ἐστι] Similiter Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro IV. capite 7. quod eſt de animæ immortalitate: *Πυθαγόρας, Πλάτων, ἄφθαρτον εἶναι τὴν ψυχήν· ἐξιοῦσαν γὰρ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ψυχὴν, ἀναχωρεῖν πρὸς τὸ ὁμογενές.* De Pythagoreorum circa animæ immortalitatem opinione, habes apud Ciceronem libro I. Tuſculan. Quæſt. & Lactantium libro III. Divinarum Inſtit. cap. 18. & ubi non?

Τὸ δὲ σπέρμα, εἶναι σταγόνα ἐγκεφάλου] Conſule Aldobrandinum. Etiam Claudius Ptolemæus, ſemen ex cerebro oriri, ſcripſit in libro *περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ.*

Μορφοῦσθαι δὲ τὸ μὲν πρῶτον, παγὲν ἐν ἡμέραις τεσσαράκοντα] At Hippocrates in libro de Natura Pueri, marem triginta diebus formari ait; feminam quadraginta duobus, ut maximè. Verba ejus ſunt: *οὕτω δὲ καὶ ἡ γονὴ καὶ σὰρξ διαρθροῦται, καὶ ἕρχεται ἕκαστον ἐν αὐτῇ. τὸ ὅμοιον ὡς τὸ ὅμοιον· ταῦτα δέ μοι ἐς τοῦτο εἴρηται. καὶ γέγονεν ἤδη παιδίον, καὶ εἰς τοῦτο ἀφικνέεται· τὸ μὲν θῆλυ τὴν πρώτην πῆξιν, ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃς καὶ δύο, τὸ μακρότατον· τὸ δὲ ἄρσεν ἐν τριήκοντα ἡμέρῃσι, τὸ μακρότατον· ὡς γὰρ ἐπιπολὺ ξυμβαίνει ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἢ ὀλίγῳ μείονι, ἢ ὀλίγῳ πλείονι, ταῦτα διαρθροῦσθαι.* Cujus ſententiæ rationes profert in ſequentibus; quas videſis. S. Cyrillus verò marem intra dies XL. formari dicit; feminam, intra octoginta; teſte Theodoro Metochite in Hiſtoria Romana: *ὁ θειότατος Κύριλλος ἐν ἡμέραις μὲν εἰδοποιεῖσθαι τὸ ἄῤῥεν φησὶ μ'· τὸ θῆλυ δ' αὖ ἡμερῶν π'. δέεσθαι πρός γε τὴν εἰς εἶδος τὸ ἀνθρώπινον πάροδον.* Cenſorinus de Die Natali capite XI. diſtinguit inter majorem partum, ſeu decemmeſtrem, & minorem, ſeu ſeptemmeſtrem. Hunc, triginta quinque diebus formari, &, ut ipſe loquitur, *membrari*, ait: illum diebus fere quadraginta. Verba ejus; quia ad Pythagoricam Philoſophiam ſpectant; quamquam locus prolixior eſt; non gravabor infrà ponere: *Generaliter duos partus eſſe dixit:* (Pythagoras ſcilicet) *alterum minorem, quem vocant* ſeptemmeſtrem, *qui decimo & ducenteſimo die poſt conceptionem exeat ab utero; alterum majorem*, decemmeſtrem, *qui edatur die* CCLXXIV. *quorum prior ac minor ſenario maximè continetur numero. Nam quod ex ſemine conceptum eſt, ſex, ut ait, primis diebus humor eſt lacteus: deinde proximis octo, ſanguineus: qui octo, cùm ad primos ſex acceſſerunt, faciunt primam ſymphoniam* διὰ τεσσάρων· *tertio gradu novem dies accedunt, jam carnem facientes. Hi cum ſex illis primis collati, ſeſcuplam faciunt rationem, & ſecundam ſymphoniam* διὰ πέντε. *tum deinceps ſequentibus duodecim diebus, fit corpus jam formatum. Horum quo-*

29

que ad eoſdem ſex collatio, tertiam διὰ πασῶν reddit ſymphoniam, duplici ratione ſubjectam. Hi quatuor numeri VI. VIII. IX. XII. *conjuncti, faciunt dies* XXXV. *Nec immerito ſenarius fundamentum gignendi eſt: nam eum τέλειον Græci, nos autem* perfectum *vocamus: quòd ejus partes tres, ſexta & tertia, & dimidia; id eſt, unus & duo & tres, eumdem ipſum perficiunt, Sed, ut initia ſeminis, & lacteum illud conceptionis fundamentum, quod eſt quinque & triginta dierum, ſexies ductum, cùm ad diem* CCX. *pervenit, maturum procreatur. Alter autem ille partus qui major eſt, majori numero; ſeptenario ſcilicet, quo tota vita humana finitur, ut & Solon ſcribit, & Judæi in dierum omnium numeris ſequuntur, & Etruſcorum libri Rituales videntur indicare. Hippocrates quoque, aliique Medici, in corporum valetudinibus non aliud oſtendunt: namque ſeptimum quemque diem κρίσιμον obſervant. Itaque, ut alterius partus origo in ſex eſt diebus, poſt quos ſemen in ſanguinem vertitur, ita hujus in ſeptem: &, ut ibi quinque triginta diebus infans membratur, ita hîc pro portione diebus ferè quadraginta. Quare in Græcia dies habent quadrageſimos inſignes, &c.* Eamdem diſtinctionem adhibet quoque; quamquam de numero dierum aliter definiat; Ariſtides Quintilianus in libro de Muſica: φέρε δὴ, inquit, καὶ τὰς τῶν λοιπῶν ζώων γενέσεις, ὅπως ταῖς κατὰ μουσικὴν ἀναλογίαις συμπεπόνθασιν, ἐπιδείξωμεν· τὴν μὲν οὖν καθ' ἑπταμήνους περιφορὰς τετελεσιουργημένην κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς θεωρήσομεν γινομένην λόγους· εἰ γὰρ λαβόντες τὸν ἐξ πρῶτον ὄντα γενέσεως σύμβολον ἐφεξῆς συνθείημεν ἀριθμοὺς τοὺς τῶν ἁρμονικῶν ἀναλογιῶν πρὸς αὐτὸν ἐπιδεικτικοὺς ἐπιτρίτου τε καὶ ἡμιολίου καὶ διπλασίου, ἔσονται μὲν ἡμῖν κείμενοι κατὰ τὸ ἑξῆς ἀριθμοὶ οὗδε, ς', η', θ', ιβ'. τούτους δὲ συνθέντες καὶ ποιήσαντες τὸν λέ, καθ' ὃν φασι τὰ ἑπτάμηνα διαπλάττεσθαι· εἰ κατὰ τὸν ς' πολυπλασιάσαιμεν αὐτὸν ἰσάριθμον ταῖς τῶν ἑπταμήνων περιόδοις ἡμερησίαις· πάλιν δὲ εἰ τοῖς αὐτοῖς ὅροις τοὺς ῥυθμικοὺς προσθέντες λόγους ἴσον τε καὶ διπλασίονα, καὶ ἡμιόλιον, καὶ ἐπίτριτον ἀπὸ μονάδος ἀρξώμεθα, συγκείσονται μὲν ἀριθμοὶ οὗδε, α', β', γ'· ὧν ὁ μὲν εἷς οὐδένα προτεταγμένον ἔχων ἀριθμὸν, τὸν ἴσον πρὸς ἑαυτὸν ἕξει λόγον. Ὁ δὲ β' πρὸς τὸν α' τὸν διπλάσιονα· ὁ δὲ γ' πρὸς τὸν δύο, τὸν ἡμιόλιον· ὁ δὲ δ' πρὸς τὸν γ', τὸν ἐπίτριτον· οὓς ἀλλήλοις μὲν παραθέντες, τὸν δέκα πληροῦμεν ἀριθμόν· τοῦτον δὲ τῷ λέ συνθέντες, ποιήσομεν τὸν μέ, καθ' ὃν φασι μορφοῦσθαι τὰ ἐννεάμηνα· τῷ δὲ ἓξ πάλιν ὡς τελείῳ τὸν μέ, πολυπλασιάσαντες, τὸν τῶν ἐννεαμήνων ἀριθμὸν ἕξομεν σ'. τοσούταις γὰρ ἡμερῶν περιπολήσεσι ζωογονεῖσθαι συμβαίνει τοὺς προειρημένους· τοὺς δ' ἑκταμηναίους ἰδεῖν ἐστι γεννωμένους μὲν, τῷ μὲ πέχειν ἐλαχίστων λόγων· ὅτι δὲ μὴ πάντων, οὐδαμῶς ζωογονουμένους.

Κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἁρμονίας λόγους, ἐν ἑπτὰ, ἢ ἐννέα, ἢ δέκα τὸ πλεῖστον μησὶ τελειωθὲν, ἀποκυΐσκεσθαι πὸ βρέφος] Cenſorinus de Die Natali cap. 9. *Pythagoras autem (quod erat credibilius) dixit, partus eſſe genera duo, alterum ſeptem menſium, alterum decem: ſed priorem aliis dierum numeris conformari, aliis poſteriorem: eos verò numeros, qui in uno quoque partu aliquid afferant mutationis, dum aut ſemen in ſanguinem, aut ſanguis in carnem, aut caro in hominis figuram convertitur, inter ſe collatos rationem habere eam, quam voces habent, quæ in Muſica σύμφωνοι vocantur.* Et dicto capite XI. *His expoſitis, forſitan obſcurè, ſed quàm potui lucidiſſimè, redeo ad propoſitum; ut doceam, quid Pythagoras de numero dierum ad partus pertinentium ſenſerit. Primùm, ut ſuprà memoravi, generaliter duos eſſe partus dixit; alterum minorem, quem vocant* ſeptemmeſtrem, *qui decimo & ducenteſimo die poſt conceptionem exeat ab utero; alterum majorem,* decemmeſtrem, *qui edatur die* CCLXXIV. & quæ ſequuntur; quæ vide omnino. Vide & Carolum Annibalem Fabrotum, Jurisconſultorum ſuæ ætatis facilè principem, in Diſquiſitione de Juſto Partu, quam in nomine meo apparere voluit.

Νῦν δὲ, ἔστιν ἐν οἷς ἡλίου πύλας καλεῖ τοὺς ὀφθαλμούς] Quò reſpexit Heſychius, cùm ait, ἡλίου πύλας, τοὺς κύκλους δι' ὧν τὰς πορείας ποιεῖ ὁ ἥλιος. οἱ δὲ ἀλληγορικῶς τοὺς ὀφθαλμούς. Id rectè Caſaubonus obſervabat.

Τὴν τε ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι τριχῇ, εἷς τε νοῦν, καὶ φρένας, καὶ θυμόν.] Exſcripſit hunc locum Suidas in νοῦς. ὁ Πυθαγόρας, τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι ἔφη, εἰς γ', νοῦν, φρένας, καὶ θυμόν. καὶ νοῦν μὲν καὶ θυμὸν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις. φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. εἶναι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ καρδίας μέχρι ἐγκεφάλου· καὶ τὸ μὲν ἐν καρδίᾳ μέρος αὐτῆς ὑπάρχειν θυμόν· φρένας δὲ καὶ νοῦν, τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. Vide Salmaſium ad Epictetum, paginâ 173. hunc Laërtii locum exponentem. 30

Φρένας δὲ, μόνον ἐν ἀνθρώπῳ.] Rationem in ceteris animantibus etiam reperiri, diſces ex Diſſertatione quam ea de re conſcripſit Marinus Curellus Camerarius. Adde, Michaëlem Montanum in Conatibus. Sed & Porphyrius libro III. de Abſtinentia ab animatis, ratione non carere animantes, oſtendit. Illum videſis. Videſis & Ælianum de Natura Animal. lib. VI. capite 50. hiſtoriam de formicis ex diverſis cavernis, quarum alteræ cum alteris formicæ cadaver pro lumbrico commutarunt, narrantem: quæ quidem Cleanthem Aſſium fateri coëgit invitum, rationis nequaquam expertes eſſe animantes.

Εἶναι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς, ἀπὸ καρδίας μέχρι ἐγκεφάλου] Quod ita exprimit Plutarchus de Plac. Philoſ. IV. 5. Πυθαγόρας, τὸ μὲν ζωτικὸν περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ λογικὸν καὶ νοερὸν περὶ τὴν κεφαλήν. Vide Pollucem II. IV. 47.

Στυγόνας δὲ εἰδέναι ἀπὸ τούτων, τὰς αἰσθήσεις] Placet conjectura Caſauboni, reſcribentis στυγόνας δὲ εἶναι, vel potiùs εἶπεν εἶναι.

Τρέφεσθαι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ αἵματος] Vide hîc Aldobrandinum.

Τὸν δὲ Ἑρμῆν, ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν· καὶ διὰ τοῦτο, Πομπέα, &c.] Horatius. 31

Tu pias lætis animas reponis
Sedibus, virgâque levem coërces
Aurea turbam.

Virgilius:

Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco

Fallentes: *alias, ſub triſtia Tartara mittit.*

Petronius: *Mercurius, qui animas ducere & reducere ſolet*: Quare & ψυχαγωγὸς dicitur. Heſychius: ψυχάγωγός· ὁ καταγων τὰς ψυχὰς εἰς ᾅδου. & ψυχοπομπὸς, teſte Phurnuto. Mercurii χθονίου meminit Plutarchus in Quæſtionibus. Πομπαῖον Suidas vocat in Πομπαῖος, non Πομπέα. Πομπαῖος, inquit, ὁ ἀπὸ τῶν γηΐνων εἰς τὰ οὐράνια πέμπων· καὶ Πομπαῖος Ἑρμῆς, ὁ τὰς ψυχὰς εἰς τὸν ᾅδην καταπέμπων καὶ παραπέμπων.

32 Εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ τούτους, δαίμονάς τε καὶ ἥρωας νομίζεσθαι] In qua ſententia fuit quoque Thales Mileſius. Noſter ſuprà in Thalete: καὶ τὸν κόσμον ἔμψυχον, καὶ δαιμόνων πλήρη. De illo, & de Pythagora, id ipſum teſtatur Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro I. cap. 8. his verbis: Θαλῆς, Πυθαγόρας, Πλάτων, οἱ Στωϊκοὶ δαίμονας ὑπάρχειν οὐσίας ψυχικάς· εἶναι δὲ καὶ ἥρωας τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν σωμάτων· καὶ ἀγαθοὺς μὲν, τὰς ἀγαθάς· κακοὺς δὲ, τὰς φαύλας. Vide hîc Aldobrandinum.

33 Τήν τε ἀρετὴν, ἁρμονίαν εἶναι, καὶ τὴν ὑγίειαν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἅπαν, καὶ τὸν θεόν· διὸ καὶ καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα] Deum, numerum & harmoniam eſſe dicebat Pythagoras: qua de re eſt apud Lucianum ἐν βίων πράσει.

Διὸ καὶ καθ' ἁρμονίαν συνεστάναι τὰ ὅλα] Fabius libro I. capite 10. *Atque claros nomine Sapientiæ viros, nemo dubitaverit ſtudioſos Muſices fuiſſe, cùm Pythagoras, atque eum ſequuti, acceptam ſine dubio antiquitus opinionem vulgaverint, Mundum ipſum ejus ratione eſſe compoſitum, quam poſteà ſit Lyra imitata.*

Τιμὰς θεοῖς δεῖν νομίζειν] Auctor Aureorum Carminum.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς νόμῳ, ὡς διάκεινται,
Τίμα.

Jamblichus I. 28. καὶ ἐν παντὶ καιρῷ μνήμην ἐποιεῖτο καὶ τιμὴν τῶν θεῶν. Porphyrius: προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παρέργου τοὺς θεοὺς, ἀλλ' οἴκοθεν ἐπὶ τοῦτο ὡρμημένους.

Θνησειδίων τε κρεῶν] Quod ab Ebræis deſumpſiſſe, veriſimili conjecturâ exiſtimat Lilius Gregorius Giraldus. Vide Exod. XXII. 31. Levit. VII. 24. & XVII. 15. & XXII. 8. Deuter. XIV. 21. & Ezech. IV. 14. & XLIV. 31. Sed & veſtitum ex morticina materia confectum renuebat, ἐσθῆτά τε τὴν ἀπὸ θνησειδίων παρητεῖτο. Verba ſunt Philoſtrati libro & capite I. de Vita Apollonii: qui & lib. & cap. VI. id ipſum in Apollonio, Pythagoræ ſimia, obſervat.

Καὶ ᾠῶν] καὶ ὠῶν, ſcriptum eſt in ceteris Editionibus: item in Membranis Regiis: & fortaſſe rectiùs: ſequitur enim καὶ τῶν ὠοτόκων. De ovibus tamen ipſe Pythagoras apud Ovidium Metamorphoſ. XV.

Quid meruiſtis, Oves, placidum pecus, inque tuendos
Natum Homines, pleno quæ fertis in ubere nectar?
Mollia quæ nobis veſtras velamina lanas
Præbetis, vitâque magis quàm morte juvatis?

34 Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ κυάμων] Exiſtimat Caſaubonus locum hunc ab aliquo imperito fuiſſe interpolatum, cùm ſcripſiſſet Laërtius, φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης περὶ τῶν κυάμων: hoc eſt, *Quantum ad fabas attinet, Ariſtoteles.* Similiter; ſed nihil in textu Laërtiano delens; hunc locum exponit doctiſſimus Reineſius Variarum Lectionum libro & capite III. ubi & Meurſium reprehendit, qui Ariſtotelem de Fabis ſcripſiſſe, ex his Laërtii verbis, in Notis ad Apollonii Hiſtoriam Commentitiam, probare inſtituit. Eodem nomine & Lilium Giraldum reprehendere poterat, à quo Ariſtoteles in libro de Fabis citatur. Caſauboni & Reineſii interpretationem juvat, quòd nuſquam ejus libri Ariſtotelici Περὶ κυάμων fiat mentio: non, in Elencho librorum ejus apud Laërtium: non, in Vita ejus incerto Scriptore, quam edendam curavimus. Id verò, quod ex Ariſtotele hîc adfert Diogenes, veroſimiliter ſcripſerat Ariſtoteles in libris de Pythagorica Philoſophia; in quibus laudatur ab Jamblicho, aut in libris Περὶ τῶν Πυθαγορείων, quos ſcripſiſſe teſtatur Laërtius noſter, & in quibus laudatur ab Æliano Var. Hiſt. II. 26. ab Apollonio Hiſtor. Mirab. capite 6. à Plutarcho apud Gellium libro IV. capite XI. & à Simplicio, nec ſemel, ad librum II. Ariſtotelis de Cælo. Citatur quoque Ariſtoteles ἐν τῷ Πυθαγορικῷ à Theone Smyrnæo libro I. Mathemat. capite 5. ſed quem librum non alium eſſe à libro Περὶ Πυθαγορικῆς Φιλοσοφίας, rectè, ut mihi videtur, conjicit Jonſius. Scripſiſſe & Πρὸς τοὺς Πυθαγορείους, diſcimus ex Laërtio.

Ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι.] Lucianus in Vitarum auctione: MERCATOR. τίνος εἵνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους; PYTHAGORAS. οὐκ ἀλλ' ἱεροί εἰσι, καὶ θαυμαστὴ αὐτῶν ἡ φύσις· πρῶτον μὲν γάρ, τὸ πᾶν γονὴ εἰσι, καὶ ἢν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα ὄψεαι τοῖσιν ἀνδρείοισι μορίοισιν ἐμφερέα τὴν φυήν. &c. Huc facit Gellianus locus lib. IV. Noctium Atticarum capite XI. *Videtur autem de κυάμῳ non eſſitato cauſam erroris fuiſſe, quia in Empedoclis Carmine, qui diſciplinas Pythagoræ ſecutus eſt, verſus hic invenitur.*

Δειλοὶ, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.

opinati enim ſunt plerique κύαμον legumentum vulgo dici. Sed qui diligentiùs anquiſitiùſque Carmina Empedoclis arbitrati ſunt, κυάμους hoc in loco teſticulos *ſignificare dicunt, eoſque more Pythagoræ, opertè atque ſymbolicè κυάμους appellatos, quia ſint* εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ, καὶ αἴτιοι τοῦ κύειν, *& genituræ humanæ vim præbeant: iccircoque in Empedoclis verſu iſto non à fabulo edendo, ſed à rei Venereæ proluvio, voluiſſe homines deducere.*

Ἢ ὅτι ἀΐδου πύλαις· ἀγόνατον γὰρ μόνον] ἄγονον, reponebat Joſephus Scaliger: ſed nihil mutandum docent Aldobrandini & utriuſque Caſauboni obſervationes.

Ἢ ὅτι φθείρει] Jamblichus in Expoſitione Symboli XXXVII. Τὸ δὲ, Κυάμων ἀπέχου, συμβουλεύει φυλάττεσθαι πᾶν ὅσον ἐστὶ φθαρτικὸν τῆς πρὸς θεοὺς ὁμιλίας, καὶ τῆς θείας μαντικῆς. Apollonius Dyſcolus Hiſtoriæ Commentitiæ capite XLVI. Θεόφραστος ἐν τῇ ε' τῶν Φυσικῶν Αἰτιῶν φησι, κελύφη τῶν κυάμων περὶ

τὰς ῥίζας τῶν δένδρων περιτιθέμενα, ξηραίνειν τὰ φυόμενα· καὶ αἱ κατοικίδιοι δὲ ὄρνιθες, συνεχῶς ταῦτα ἐσθίουσαι, ἄτοκοι γίγνονται· ὅθεν καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, τάχα δὲ καὶ δι' ἄλλας, οἱ Πυθαγόρειοι ἀπηγορεύκασιν τῷ κυάμῳ χρῆσθαι· καὶ γὰρ πνευματοποιὸν, καὶ δύσπεπτον, καὶ τοὺς ὀνείρους τεταραγμένους ἡμῖν ἐμποιεῖ. Locus Theophraſti eſt libro v. de Cauſis Plantarum capite 21. ubi voce φθείρειν, ſimiliter ac Laërtius atque Jamblichus, utitur. φθείρει γάρ, inquit, τῶν κυάμων κελύφη, περιβαλλόμενα ταῖς ῥίζαις καὶ τοῖς βλαστοῖς, οὐ πάντα, ἀλλὰ τὰ ἄρτι ἀναφυόμενα.

Ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὅλου φύσει ὅμοιον] Huc ſpectat, quod ait Origenes in Philoſophicis, Zaretam Chaldæum (is fuit Pythagoræ Præceptor) has afferre cauſas, cur à fabis eſſet abſtinendum, quia omnium quæ in terra conſiſtunt, comparationem quamdam & principium faba habere videtur: conjecturamque hanc ille afferebat, quòd ſi macerata ad Solem per aliquod temporis ſpatium dimittatur, ſeminis humani odorem contraheret: quòdque ea florente, unà cum flore in olla circumlita ſi concludatur, humique obruatur, & poſt aliquot dies effodiatur, pudendi muliebris effigiem habere reperietur, & mox etiam puerilis capitis. Verba ipſa Origenis, quia nec-dum edita ſunt, infrà poſui: κυάμους δὲ λέγεται παραγγέλλειν μὴ ἐσθίειν, αἴτιον τοῦτο Ζαράταν εἰρηκέναι· κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ σύγκρισιν τῶν πάντων, συνισταμένης τῆς γῆς ἔτι καὶ συσσεσημεμένης, γενέσθαι τὸν κύαμον· τοῦτου δὲ τεκμήριον, φησὶν, εἴ τις καταμασησάμενος λεῖον τὸν κύαμον καταθείη πρὸς ἥλιον χρόνον τινά, τοῦτο γὰρ εὐθέως ἀντιλήψεται, προσφέρει ἀνθρωπίνου γόνου ὀσμήν· σαφέστερον δὴ λέγει καὶ ἕτερον παράδειγμα· εἰ ἀνθοῦντος τοῦ κυάμου λαβόντες τὸν κύαμον καὶ τὸ ἄνθος αὐτοῦ, καὶ καταθέντες εἰς χύτραν, ταύτην τε καταχρίσαντες, εἰς γῆν κατορύξαιμεν, καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἀνακαλύψαιμεν, ἴδοιμεν αὐτὸ, εἶδος ἔχον, τὸ μὲν πρῶτον ὡς αἰσχύνην γυναικὸς, κατὰ δὲ ταῦτα καταγοούμενον παιδίου κεφαλὴν συμπεφυκυῖαν.

Ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν· κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς] Plutarchus libro de Educatione puerorum: Κυάμων ἀπέχεσθαι· ὅτι οὐ δεῖ πολιτεύεσθαι· κυαμευταὶ γὰρ ἦσαν ἔμπροσθεν αἱ ψηφοφορίαι, δι' ὧν πέρας ἐπετίθεσαν ταῖς ἀρχαῖς. Et Lucianus in Vitarum Auctione: ΑΓΟΡ. τίνος ἕνεκα μυσάττῃ τοὺς κυάμους; ΠΥΤΑΓ. οὐκ ἀλλ' ἱεροί εἰσι, καὶ ἦν ἀποδύσῃς κυάμον, ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψει τοῖσιν ἀνθρείοισι μορίοισιν ἐμφερέα τὴν φυήν. ἐψηθέντα δὲ ἢν ἐπαφῇς ἐς τὴν σελαναίην νυξὶ μεμετρημένησιν, αἷμα ποιήσεις· τὸ δὲ μεῖζον, Ἀθηναίοισι νόμος, κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι. Pro κληροῦνται γοῦν, malebat Rittershuſius κληροῦνται γάρ.

Sed & multæ aliæ cauſſæ afferuntur, propter quas Pythagoras fabis abſtinendum decreverat; de quibus videndus Lilius Gregorius Giraldus in Syntagmate de Pythagoricis Symbolis. Quòd verò tot cauſſæ hujuſce prohibitionis afferantur, id ipſum argumento eſt veram ignorari. Nec mirum; cùm hoc præceptum abditum occultumque Profanis eſſe voluerit Pythagoras: adeò ut Timycha Pythagorica, cùm eam Dionyſius cogeret id myſterium revelare, ipſa arcanum ne proderet, mordicus ſibi linguam præcidens, in faciem Tyranni exſpuiſſe dicatur. Rem narrat Jamblichus in Vita Pythagoræ, & Olympiodorus ad Platonis Phædonem.

Τὰ δὲ πεσόντα μὴ ἀναιρεῖσθαι, ὑπὲρ τοῦ ἐθίζεσθαι μὴ ἀκολάστως ἐσθίειν· ἢ ὅτι ἐπὶ τελευτῇ τινος] Pleniùs apud Suidam in Πυθαγόρας; & puto rectiùs: τὰ δὲ πεσόντα ἀπὸ τραπέζης. Rectiùs quoque, ἐπὶ τελετῇ τινος: quamquam hanc lectionem damnat Caſaubonus.

Ἀριστοφάνης δὲ, τῶν Ἡρώων φησὶν εἶναι τὰ πίπτοντα, λέγων ἐν τοῖς ἥρωσι, Μηδὲ γεύεσθ' ἅττ' ἂν καταπέσῃ τῆς τραπέζης ἐντός] Legendum ἐκτὸς, quemadmodum ſcriptum eſt apud Suidam, & quemadmodum Caſaubonus hîc, & Canterus in Indice Comœdiarum Ariſtophanis, jampridem emendarunt. Porrò hujus Ariſtophanicæ Fabulæ, præter Athenæum, meminere, Pollux, Harpocration, & Etymologus, nec non Stephanus de Urbibus in Ἄργόλας.

Ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνὸς καὶ ἱκέτης· τὸ δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν· τῷ τε Μηνὶ ἱερὸς· σημαίνει γὰρ τὰς ὥρας] Legit Caſaubonus ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς τοῦ Διὸς (vel Ζηνὸς) καὶ ἱκέτης· τῷ τε Μηνὶ ἱερὸς· σημαίνει γὰρ ὥρας. Sed proba eſt recepta lectio, ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνὸς καὶ ἱκέτης. Jamblichus de Vita Pythagoræ lib. I. cap. 8. γυναῖκα οὐ δεῖ διώκειν τὴν αὐτοῦ, &c. μηδὲ ἀλεκτρυόνα λευκόν· ἱκέτης γὰρ ἱερὸς (legendum monuit Salmaſius ad Spartianum καὶ ἱερὸς ex Laërtio) τοῦ Μηνός. διὸ καὶ σημαίνουσιν ὥραν. Legendum & ibi videtur ex eodem Laërtio, διὸ καὶ σημαίνει τὴν ὥραν: quamquam τὸ σημαίνουσιν ferri poteſt. Addendus Plinius, qui vertit *Menſi ſacrum*, teſte Salmaſio dicto loco; nec dum enim Plinii locum reperire potui. Μηνὸς Dei, ejuſque templorum, mentio non ſemel apud Strabonem. Sed quis ille Μήν, aut Menſis, Deus? idem ac Ἥλιος. Jamblichus dicto libro I. cap. 28. ἱερὸν ἡγεῖτο εἶναι τὸν ἀλεκτρυόνα ἡλίῳ. Et lib. II. in Expoſitione Symboli XVIII. ἀλεκτρυόνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δὲ· Μήνῃ γὰρ καὶ ἡλίῳ καθιέρωται. (Corrige obiter Μηνὶ γὰρ καὶ Ἡλίῳ.) Etiam Suidas in Πυθαγόρας: μήτε λευκὸν ἀλεκτρυόνα ἐσθίειν, ὡς ἱερὸν τοῦ Ἡλίου, καὶ τὰς ὥρας μηνύοντα. Adde quòd ex Μὴν factum eſt Μήνη, quemadmodum Ζανὼ ex Ζεύς. Apud Eſaïam cap. 65. v. 11. legitur: *Et vos qui dereliquiſtis Dominum, qui obliti eſtis Montem ſanctum meum: qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam.* Ita Vulgata Hieronymi. Sed eo loco Græci LXX: *Qui paratis Dæmoni menſam, & impletis Fortunæ potionem. Fortunæ*, id eſt, τῇ ψυχῇ· pro quo illos ſcripſiſſe, τῷ Μηνὶ, magnus Bochartus exiſtimabat: quia Hebraicè legitur, *Et implentes* למני *τῷ Μηνὶ, libamen.* Et videtur idem ille Deus ſignificari, de quo Strabo libro XII. Vide locum. Sed quid hæc Laërtiana ſibi volunt, τὸ δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν? Putarim ſpuria eſſe, & hic addita, propter id quod proximè ſequitur, καὶ τὸ μὲν λευκὸν τῆς ἀγαθοῦ φύσεως. Certè ea non agnoſcunt Ambroſius & Suidas. Suſpicabatur Monachius ſcriptum fuiſſe à Laërtio, ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνὸς, καὶ ἱκέτης τῷ Μηνὶ τῶν ἀγαθῶν· τῷ δὲ Μηνὶ ἱερὸς σημαίνει

μαίνει γὰρ τὰς ὥρας. Id eſt, *quia Soli ſacer eſt, & ipſi ſupplicat pro fructibus terræ*, &c. Ceterùm hujus quoque præcepti Pythagorici, meminit Ælianus. In hanc meam Notulam, egregiè, ut ſolet, ſcripſit hæc in ſuo Harpocrate ampliſſimus Cuperus: *Pythagoras albo gallo veſci prohibuit, quia ſacer erat Lunæ & Soli. Diogenes Laërtius prius docet: utrumque verò Jamblichus. Et illius quidem verba ſunt:* ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι λευκοῦ, ὅτι ἱερὸς τοῦ Μηνὸς, καὶ ἱκέτης: gallo autem gallinaceo albo veſci prohibuiſſe, quia Lunæ & ſacer eſt & ſupplex. *Doctiſſimus Caſaubonus reſcribit* τοῦ Διὸς, *eumque ſequitur Scheffernus in erudito libello de Natura Philoſophiæ Italicæ: ſed vulgatam probam eſſe obſervat Galliæ decus Ægidius Menagius: quia Jamblichus etium memoriæ mandat gallum* Μηνὶ *ſacratum fuiſſe. Neque tamen putem* Μῆνα, *aut Menſem Deum, hic intelligi debere, aut eumdem eſſe cum Sole. Nam Suidas quidem in voce* Πυθαγόρας, *necnon Jamblichus libro I. capite 28. illi ſideri avem hanc ſacram faciunt. Sed ultimus libro II. exponens ſymbolum Philoſophi octavum decimum,* Μῆνα & Ἥλιον *diſertis verbis diſtinguit.* ἀλεκτρυόνα τρέφε μὲν, μὴ θύε δὲ, Μηνὶ γὰρ καὶ Ἡλίῳ καθιέρωται. *Et hic mihi ſuſpicio oborta, Lunam, non autem Menſem, ſignificari: Lunæque gallum ſacrari, διὰ τὸ σημαίνειν τὴν ὥραν, ut Jamblichus & Diogenes loquuntur: canendo ſcilicet, Luna & Sole exorientibus: quemadmodum docet Ælianus libro IV. capite 29. Animalium. Nec obſtat Strabonem, Menem Deum &* Σελήνην, *uti obſervat magnus Salmaſius ad Hiſtoriam Auguſtam, diſtinguere: & libro XII. in urbe Dioſpoli ſcribere,* Μηνὸς *cerni templum: illudque etiam dicatum eſſe Lunæ.* ἔστι δὲ καὶ τοῦτο τῆς Σελήνης τὸ ἱερόν. Eſt autem hoc quoque templum Lunæ. *Nam* Μὴν & Σελήνη *idem numen: ſed ille, ut mas; hæc, ut mulier colebatur: uti ſatis ſuperque patet ex noto Spartiani in Caracalla loco: & nummis; in quibus Lunus Deus occurrit habitu virili, circa tergum, lunam corniculatam gerens: uti patet ex Valeriani apud Seguinum; & Caracallæ apud Patinum, viros, Antiquariæ rei peritiſſimos, numiſmatibus: quorum in altero, quod notandum diligenter; gallus etiam Dei* πάρεδρος *eſt. Et ita Ægyptii Lunam maſculino genere exprimebant: ipſaque eſſe putabatur* ἀρρενόθηλυς; *quam naturam certè μὴν & σελήνη commodè exprimebant. Locus hanc in rem elegans apud Ammonium, in librum Ariſtotelis de Interpretatione.* Καὶ γὰρ ἀρσενικῶς Αἰγύπτιοι τὴν σελήνην ὀνομάζειν εἰώθασιν. ἀλλ' ὡς πρὸς τὴν γῆν, οἶμαι, αὐτὴν παραβάλλοντες, οὐχ ὑπὸ ἡλίου μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς φωτιζομένην. διὸ καὶ ἐν τῷ συμποσίῳ τοῦ Ἀριστοφάνους λόγος, τὸ μὲν ἄρρεν τῷ ἡλίῳ προσήκειν ἔφη, τὸ δὲ θῆλυ, τῇ γῇ, τῇ δὲ σελήνῃ, τὸ ἀρρενόθηλυ. Nam Ægyptii Lunam maſculino genere appellare ſolent: reſpectu, ut opinor, terræ: quippe quæ non ſolùm à Sole, verùm etiam ab ipſa illuminetur. Inde & Ariſtophanes in Sympoſio dicit, maſculum Soli convenire, femineum terræ, Lunæ verò maſculum & femineum genus, *Et hanc arbitror ob rationem ſcribere, templum Menis etiam ſacrum eſſe Lunæ, non autem, quia hæc nomina planè diverſa erant, & nihil habebant commune. Nam Luna propriè* Μὴν *vocatur, quando corniculata eſt. Cleomedes libro 2. Meteor.* Μὴν δὲ καλεῖται κατὰ τέσσαρα σημαινόμενα καὶ γὰρ ἡ Σελήνη, ὅταν ᾖ σιγμοειδὴς τῷ σχήματι, Μὴν καλεῖται. Μὴν verò vocatur ob quatuor ſignificata. Etenim Luna cùm figuram litteræ ſigma refert, Μὴν appellatur. *Nam hæc eadem cum corniculata: quia figuræ illius apud antiquos fuit C. Et hæc quidem mea de Menis cultu ſententia. Quamquam fatear valdè eam labefactari per Plinium, qui, teſte Salmaſio, ſymbolum Pythagoræ vertit,* Menſi ſacrum. *Quæ tamen verba, necdum mihi, non ſecus ac eruditiſſimo Menagio, reperta ſunt: ut & per nummum Antonini Pii, apud Patinum, in quo cernitur Lunus Deus cum gallo, ut videtur: & hæc inſcriptio,* MENSIS COL. CÆS. ANTIOCH. *niſi ſit error (id quod etiam doctiſſimus editor ſuſpicatur) ſcalptoris, ſcribique debeat,* Colonia Cæſarea *Antiochenſis.* Hactenus ampliſſimus Cuperus: Cujus ſententiæ non invitus accedo. Etiam doctiſſimus Harduinus in nummo Antonini Pii, pro ANTIOCH. MENSIS, emendabat ANTIOCHENSIS. Sed nihil mutandum, docet hoc Septimii Severi Imperatoris numiſma, necdum publici juris factum, quod mecum, quæ ſua eſt humanitas, communicavit Johannes Valens, Numiſmatum, ſi quis alius, peritiſſimus;

ΑΥΤ. ΚΑΟC. ΛΟΥΚ. CΕΠ. CΕΟΥΗΡΟC. CΕΒ.
ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΡΟC. ΛΙΒΑΝΩ.
ΜΗΝ.

Eſt enim ΜΗΝ illud, Menſis, ſive Lunus Deus: qui in averſa nummi parte, ut in nummo Antonini Pii, cum pileo phrygio, in capite & corniculata luna dorſo impoſita, conſpicitur. Dextrâ, equum capiſtro retinet: ſiniſtrâ, facem gerit. Ad verba, Plinio à Salmaſio tributa quod attinet, ea in Plinio non reperiri, affirmavit mihi, qui nuper Plinium edidit, Harduinus.

Τῶν ἰχθύων μὴ ἅπτεσθαι, ὅσοι ἱεροί] Piſcibus omnibus rarò uſos Pythagoreos, refert Jamblichus de Vita Pythagoræ libro I. capite 21. τῶν δὲ θαλασσίων ὄψων σπανίως χρῆσθαι. Cauſam reddit Euſtathius ad Odyſſ. M. paginâ 1720. 31. ἦν δὲ τοῖς Πυθαγορισταῖς ἀπειρημένον τὸ ἰχθυοφαγεῖν, εἰς σύμβολον τοῦ ἐχεμυθεῖν· ἐπειδὴ θεῖον ἡγοῦντο τὴν σιωπήν· σιγηλὸν γὰρ ὁ ἰχθύς, ἄλογα γε τοῦ σκάρου, &c. De piſcibus ſacris, legendus Athenæus lib. VII.

Καὶ τὸ μὲν λευκὸν, τῆς τ' ἀγαθοῦ φύσεως· τὸ δὲ μέλαν, τοῦ κακοῦ] Pythagorici omnia dividebant in bonum & malum. Vide Varronem IV. de L.L. Philoponus in I. Περὶ φυσικῆς ἀκροάσ. ἰστέον γὰρ ὅτι οἱ Πυθαγόρειοι πάντα τὰ ὄντα, καὶ πάσας τὰς ἐναντιώσεις εἰς δύο συστοιχίας ἀνῆγον· τήν τε τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τὴν τοῦ κακοῦ. τῇ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ συστοιχίᾳ τὸ κρεῖττον τῶν ἐναντίων ἀπένεμον· τῇ δὲ τοῦ κακοῦ, τὸ χεῖρον· οἷον λευκὸν καὶ μέλαν. Nigrum pro malo accipi, album pro bono, non eſt inſolens: qua de re ſuprà diximus: quibus adde: Pythagoram omnium maximè rerum vetuiſſe, μὴ ἐσθίειν τὸν μελάνουρον: quod Plutarchus interpretatur, μὴ συνδιατρίβειν

μέλασιν ἀνθρώποις διὰ κακοήθειαν. Huc ſpectat quod ſuprà legitur apud Laërtium, ubi de Gallo gallinaceo albo ſermo eſt, τὸ δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν. Vide locum.

Ἄρτον μὴ καταγνύειν, ὅτι ἐπὶ ἕνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ ἔτι καὶ νῦν οἱ βάρβαροι, &c.] Per Barbaros hoc loco Laërtium Chriſtianos innuiſſe, qui ad unum ſacrum & cœleſtem panem in primitiva, quam vocant, Eccleſia conveniebant, ſcribit Lilius Gregorius Giraldus. Sed de verè Barbaris, intelligendum Laërtium evincunt hæc Jamblichi de Vita Pythagoræ cap. 18. περὶ τοῦ τὸν ἄρτον μὴ καταγνῦναι, ὅτι πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν συμφέρει, &c. καὶ περὶ τοῦ νῦν λεχθέντος, διὰ τί οὐ δεῖ καταγνῦναι τὸν ἄρτον. οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι οὐ δεῖ τὸν συνάγοντα διαλύειν· τὸ δὲ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα ἄρτον συνίεσαν οἱ φίλοι. οἱ δ', ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον καταγνύντα καὶ συντρίβοντα. Qui locus non parùm hæc ſequentia Laërtii verba illuſtrat: μηδὲ διαιρεῖν, ὃς συνάγει αὐτούς· οἱ δὲ, πρὸς τὴν ἐν ᾅδου κρίσιν· οἱ δὲ, ἐς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν· οἱ δὲ, ἐπεὶ ἀπὸ τούτου ἄρχεται τὸ ὅλον. Sed quorſum præcedentia, οἱ πάλαι τῶν φίλων? Ejiciendum illud τῶν φίλων· quod ex ſequenti voce ἐφοίτων, bis per incuriam poſita, natum videtur.

36 Καὶ ταῦτα μέν φησιν Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν εὑρηκέναι] Alexander Polyhiſtor. Ex hoc autem loco, item ex ſuperiori in hac ipſa Pythagoræ Vita, φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς τῶν Φιλοσόφων Διαδοχαῖς, καὶ ταῦτα εὑρηκέναι ἐν Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασι, minùs rectè Meurſius in Notis ad Chalcidium, & Voſſius libro I. de Hiſtoricis Græcis capite 22. huic Alexandro Hypomnemata iſta Pythagorica tribuebant: quo nomine rectè à Jonſio reprehenduntur lib. 2. cap. 16. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ.

Πυθαγόρην τε γοητείας ἀποκλειὸν ἐπίδοξον] Ita quoque Editio Frobeniana, ſed Stephanica, γόητας ἀποκλίναντ' ἐπιδοξήν. Legendum, γόητος ἀποκλίναντ' ἐπὶ δόξαν, quemadmodum Caſaubonus reſtituit: quam lectionem & ad oram libri Scaligeriani adnotatam reperi. Meminit & horum Timonis verſuum Plutarchus in Numa; ubi de Numæ & Pythagoræ inſtitutorum ſimilitudine: καὶ γὰρ ἐκεῖνος: ſermo eſt de Pythagora; ἀετόν τε δοκεῖ πραῦναι φωναῖς τισιν ἐπιστήσας καὶ καταγαγὼν ὑπερπτάμενον, τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι χρυσοῦν Ὀλυμπιάσι διαπορευόμενος τὴν πανήγυριν. ἄλλας τε τεραστίους μηχανὰς αὐτοῦ καὶ πράξεις ἀναγγέλλουσιν· ἐφ' αἷς καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔγραψε,

Πυθαγόρην δὲ γόητα ἀποκλίνοντ' ἐπὶ δόξας,
Θήρη ἐπ' ἀνθρώπων, σεμνηγορίης ἀριστήν.

Ubi quoque emendandum γόητος. De Pythagoræ præſtigiis audiendus Chryſoſtomus Homiliâ 2. in Johannis Euangelium: Πυθαγόρας δὲ τὴν μεγίστην Ἑλλάδα καταλαβὼν, καὶ γοητείας ἐπιδείξας εἰδὴ μυρία. τὸ γὰρ βουσὶ διαλέγεσθαι, (καὶ γὰρ καὶ τοῦτό φασιν αὐτὸν πεποιηκέναι) οὐδὲν ἕτερον ἦν γοητεία ἦν, καὶ δῆλον μάλιστα ἐκεῖθεν. ὁ γὰρ τοῖς ἀλόγοις οὕτω διαλεγόμενος, τὰ τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν ὠφέλησε γένος, ἀλλὰ καὶ μάλιστα ἔβλαψε. καίτοιγε ἐπιτηδειοτέρα πρὸς φιλοσοφίας λόγον ἡ φύσις ἡ τῶν ἀνθρώπων ἦν. ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος αὐτοῖς μὲν καὶ βουσὶ διελέγετο, καθάπερ φασί, γοητεύων, οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλογον λογικὴν ἐποίησε φύσιν, (οὐδὲ γὰρ δυνατὸν ἀνθρώπῳ τοῦτο) ἀλλὰ μαγγανείαις τοὺς ἀνοήτους ἠπάτα· καὶ ἀνθρώπους ἀφεὶς διδάξαι τι τῶν χρησίμων, ἐπαίδευσεν ὅτι ἴσον ἦν, κυάμους φαγεῖν, καὶ τὰς τῶν γεννησαμένων κεφαλάς. καὶ τοὺς συνόντας ἐπεισθεν, ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ, ποτὲ μὲν θάμνος ἐγίνετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς. Præſtigiis annumerandum videtur & quod de Pythagoræ quodam ludo refert Suidas in Θετταλὴ γυνὴ, & Ariſtophanis Scholiaſtes ad Νεφέλας. Verba Scholiaſtæ ſunt hæc: ἔστι δὲ καὶ Πυθαγόρου παίγνιον διὰ τοῦ κατόπτρου, τοιοῦτο. πληροσελήνου τῆς σελήνης οὔσης, εἴ τις ἔσοπτρον ἐπιγράψειεν αἵματι ὅσα βούλεται, καὶ προσιπὼν ἑτέρῳ ἱστᾶιν κατόπιν αὐτοῦ, δεικνὺς πρὸς τὴν σελήνην τὰ γράμματα, κἀκεῖνος ἀτενίσειεν ὁ πλησίον εἰς τὸν τῆς σελήνης κύκλον, ἀναγνοίη πάντα τὰ ἐν τῷ κατόπτρῳ γεγραμμένα, ὡς ἐπὶ τῆς σελήνης γεγραμμένα. Ita legendus hic locus, ex optima emendatione Claudii Gaſparis Bracheti Meziriaci, in Commentariis ad Hypſipyles ad Jaſonem Ovidianam Epiſtolam. Pythagoram Magicæ artis peritum fuiſſe, etiam teſtatur Lucianus in Vitarum Auctione: MERCATOR: τὸ μὲν εἶδος, οὐκ ἀγεννὴς· τί δὲ μάλιστα οἶδεν; MERCURIUS: ἀριθμητικὴν, ἀστρονομίαν, τερατείαν, γεωμετρίαν, μουσικὴν, γοητείαν· μάντιν ἄκρον βλέπεις. Plinium adde XXIV. 17. & XXX. 1. Negat Philoſtratus libro & capite primo de Vita Apollonii Tyanei: Ἐμπεδοκλῆς τε γὰρ καὶ Πυθαγόρας αὐτὸς, καὶ Δημόκριτος, ὁμιλήσαντες Μάγοις, καὶ πολλὰ δαιμόνια εἰπόντες, οὕπω ὑπήχθησαν τῇ τέχνῃ.

Καί ποτέ μιν, &c.] Ita rectiùs quàm quod in Anthologia libro I. Tit. εἰς Φιλοσόφους legitur, Δὴ τότε. Etiam Καί ποτε apud Suidam in Ξενοφάνης: ubi totum hunc Laërtii locum retulit.

37 Κρατῖνος μὲν ἐν Πυθαγοριζούσῃ] Sic etiam apud Suidam in Ξενοφάνης; cujus verba mox adducimus. ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς, ſcriptum eſt in Editione Stephanica & Frobeniana, nec non in Regio Codice. Sed cave quid mutes. Fabulam Πυθαγοριζουσαν ſcripſerat Cratinus, quemadmodum Alexis. De Alexide, teſtatur Athenæus libro III. 34. & libro IV. 17. Item Gellius libro IV. capite II. ſed loco corrupto: *Alexis etiam Poëta in Comœdia quæ* Pythagoræ Vita *inſcribitur*. Legendum *quæ* Pythagorizuſa *inſcribitur*: quod veriſſimè monuit doctiſſimus Reineſius Variarum Lectionum libro & capite III. De Cratino, id conſtans eſſe ait hoc loco Caſaubonus: ſed qui Cratinum ἐν Πυθαγοριζούσῃ laudaret, necdum Scriptorem, præter Laërtium, reperi. Citatur mox à Laërtio ἐν Ταραντίνοις; in quibus quoque laudatus alibi non reperitur. Scripſerat hoc titulo Fabulam Alexis, in qua citatur ab Athenæo libro IV. 4, & 17. lib. XI. 3. & XIII. 6. Quare Caſaubonus hoc loco pro ἀλλὰ καὶ ἐν Ταραντίνοις ſcriptum fuiſſe ſuſpicabatur ἀλλὰ καὶ Ἄλεξις ἐν Ταραντίνοις. Videtur memoriâ lapſus Laërtius, & utramque Fabulam, quæ Alexidis erat, Cratino tribuiſſe: quamquam nil obſtat quo-

minùs & his titulis Cratinus quoque Fabulas docuerit. Certè ἀλλὰ καὶ Ἄλεξις Laërtium non ſcripſiſſe Suidæ Codices evincunt, in quibus, in Ξενοφάνης, ſcriptum eſt, ἔσκωψε δ' αὐτὸν καὶ Κρατῖνος ἐν Πυθαγοριζούσῃ, καὶ ἐν Ταραντίνοις. Scripſerat Ariſtophanes & Πυθαγορείους. Ita enim legendum videtur in Indice Comœdiarum Ariſtophanis, non Πυθαγόρους.

Διαπειρώμενον] διαπερωμένοις emendabat Joſephus Scaliger ad oram libri. Nihil mutandum, διαπειρώμενον quoque Suidas.

Τῆς τῶν λόγων ῥώμης, ταράττειν καὶ κυκᾶν, &c.] Ita legendi & diſtinguendi hi verſus videbantur Grotio ad Comicos Veteres:

Τῆς τῶν λόγων ῥώμης, ταράττειν, καὶ κυκᾶν
Τοῖς ἀντιθέτοις, τοῖς πέρασι, τοῖς παρισώμασι,
Τοῖς ἀπλανέσι, μεγέθεσιν, νουβυστικῶς.

Recitat Comicus vocabula artis Pythagoricæ in Rhetoricis, in Dialecticis, in Geometricis, in Aſtronomicis. Canterus Variarum Lectionum libro I. capite 22. νουβυστικῶς quoque legendum monuerat. Id ipſum & hîc monuit Caſaubonus ex Suida; apud quem, in dicta voce Ξενοφάνης, legitur τοῖς ἀπὸ πλάνης, τοῖς μεγέθεσι, νουβυστικῶς. Eſt autem νουβυστικῶς idem ac συνετῶς, ut rectè hanc vocem; quâ uſus eſt Ariſtophanes in Ἐκκλησιαζούσαις; interpretatur Suidas in νουβυστικῶς. Emendandus autem ex Laërtio & Suidas, apud quem vitiosè ſcriptum, τοῖς ἀπὸ πλάνης, pro ἀποπλάνοις: quod malim, quàm τοῖς ἀπλανέσι.

Μνησίμαχος Λαμμαίωνι] Editio princeps, Δαλμάωνι. Neutra harum fabularum mihi nota. Legendum Ἀλκμαίωνι, ut legitur in Editione Stephanica. Alcmæon Crotoniates; de quo infrà; Philoſophus fuit Pythagoricus. Mneſimachus autem Mediæ Comœdiæ Poëta fuit; de quo ſuprà ad Socratem memini me dixiſſe.

Ὡς Πυθαγοριστῇ θύομεν τῷ Λοξίᾳ] Videtur legendum, Ὡς Πυθαγορισταί.

38 Ἀριστοφῶν Πυθαγοριστῇ] Ex qua Fabula Fragmenta habes apud Athenæum VI. 9. & XIII. 2. Meminit & Suidas in Πυθαγόρας· ſed ubi vitiosè Ἀριστοφάνης ſcriptum eſt, pro Ἀριστοφῶν. Ἀριστοφάνης, inquit, λέγει περὶ τῶν Πυθαγοριστῶν· καταβὰς εἰς τὴν δίαιταν, &c. Citatur tamen Ariſtophanes ἐν τοῖς Πυθαγορείοις apud Athenæum IV. 17. Sed ibi fortè, pro Ἀριστοφάνης legendum quoque, Ἀριστοφῶν. Ceterum, de Pythagoricorum; Pythagoreorum & Pythagoriſtarum differentia, ita apud Photium Scriptor incertus Vitæ Pythagoræ: καὶ οἱ αὐτῷ τῷ Πυθαγόρᾳ συγγενόμενοι, ἐκαλοῦντο Πυθαγορικοί· οἱ δὲ τούτων μαθηταὶ, Πυθαγόρειοι· οἱ δὲ ἄλλως ἔξωθεν ζηλωταὶ, Πυθαγορισταί. Eadem verba habes apud Suidam in Πυθαγόρας, & apud Scholiaſten Theocriti ad Idyll. XIV. Sed & apud Jamblichum in libro de Vita Pythagoræ capite 18. hæc legere eſt: κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον, τοὺς μὲν Πυθαγορείους καλέσας, τοὺς δὲ Πυθαγοριστάς· ὥσπερ Ἀττικούς τινας ὀνομάζομεν, ἑτέρους δὲ Ἀττικιστάς· διελὼν οὕτω πρεπόντως τὰ ὀνόματα, τοὺς μὲν γνησίους εἶναι ἐνεστήσατο, τοὺς δὲ ζηλωτὰς τούτων δηλοῦσθαι ἐνομοθέτησε.

Εὐχερῆ θεὸν λέγεις] Verba ſunt alterius interlocutoris.

Ἐσθίουσί τε, &c.] Rectè hos verſus ita diſtinguebat Caſaubonus,

---- ἐσθίουσί τε
Λάχανα, καὶ πίνουσιν ἐπὶ τούτοις ὕδωρ,
Θεῖρας δὲ καὶ τρίβωνα, τὴν τ' ἀλουσίαν
Οὐδεὶς ἂν ὑπομείνειε τῶν νεωτέρων.

Similiter Grotius in Excerptis ex Tragœdiis & Comœdiis Græcis: niſi quòd pro Λάχανα, καὶ πίνουσιν, ſcribebat Λάχανά τε, καὶ πίνουσιν: rectiùs; & ita ſcriptum invenimus in Codice Laërtiano, qui in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi aſſervatur.

Ἐτελεύτα δ' ὁ Πυθαγόρας τοῦτον τὸν τρόπον· συνεδρεύοντος μετὰ τῶν συνήθων ἐν τῇ Μύλωνος οἰκίᾳ] Corrige Μίλωνος οἰκίᾳ; quemadmodùm ſcriptum exhibent Regiæ Membranæ. Ita quoque apud Porphyrium: τοιγαροῦν δ' οἱ μὲν φασι τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ, &c. Et apud Tzetzem Hiſt. Chiliad. XL. 366. 39

---- φρυγάνοις πυρπολεῖται
Ἐν πόλει μὲν τῇ Κρότωνι, Μίλωνος δὲ οἰκίᾳ,
Τοῦ παλαιστοῦ τοῦ Μίλωνος, τοῦ πᾶσι θρυλλουμένου.

Igitur etiam vitiosè apud Jamblichum Μύλλωνος: & Μήλωνος apud Suidam; qui inde corrigendi. Sed & obiter corrigendus Epiphanius in Hæreſi VII. ubi legitur mortuum in Media Pythagoram eſſe: οὗτος δὲ τέλειος ἐν τῇ Μηδίᾳ τὸν βίον καταστρέφει. Emendabat Petavius, ἐν τῇ Ἰταλίᾳ. Tentabam olim, ἐν τῇ Μ. οἰκίᾳ: compendiosè, pro Μίλωνος οἰκίᾳ: quod poſteà in Μηδίᾳ abiiſſet. Tentabat Monachius, τῇ ἐνδείᾳ: id eſt, *penuriâ*, *inopiâ*: quæ lectio ad receptam propiùs accedit. Quo de Laërtii loco, ſic ipſe in Notis ad Polycarpi epiſtolam, pagina 395. *Hoc non omnino probatur Menagio, bonarum & elegantiorum literarum columini maximo. Sic autem ille in eruditiſſimis ſuis ad Laërtium Obſervationibus:* Sed & obiter corrigendus Epiphanii locus, &c. *Sed pace viri multis nominibus mihi colendiſſimi, mallem locum Epiphanii ſic legere,* οὗτος δὲ ἐτελεύτησε, καὶ τῇ ἐνδείᾳ τὸν βίον καταστρέφει. *Saltem iſta lectio minùs à vulgatis codicibus, quàm aliæ correctiones, videtur aliena. Quod, quo eſt candore pater elegantiarum Menagius, non improbaſſe videtur: ut patet ex Addendis ad ſuas Obſervationes. Non ergo in Media mortuus Pythagoras, ſed mortuus inediâ. Videatur Diogenes Laërtius libro* 8. *ubi fuſè agit, de vita, laudibus, & fato Pythagoræ.* Ἡρακλείδης δέ φησιν, ἐν τῇ τῶν Σατύρου βίων ἐπιτομῇ, μετὰ τὸ θάψαι Φερεκύδην ἐν Δήλῳ, ἐπανελθεῖν εἰς Ἰταλίαν, καὶ παυδαισίαν εὑρόντα ἐν τῇ οἰκίᾳ Μύλωνος τοῦ Κροτωνιάτου, εἰς μεταπόντιον ἐξελθεῖν, κἀκεῖ τὸν βίον καταστρέψαι ἀσιτίᾳ, μὴ βουλόμενον περαιτέρω ζῆν. *Videantur ibidem Dicæarchus & Hermippus de inedia Pythagoræ eadem ferè referentes.* ἀσιτίᾳ *apud Heraclidem, idem eſt ac* ἐνδείᾳ: *ac proinde* Μηδίᾳ *videtur planè removendum, & reſtituenda vox* ἐνδείᾳ. Hactenus vir ſummè doctus: cujus quoque pace liceat dixiſſe, ἔνδειαν & ἀσιτίαν non idem eſſe. ἔνδεια, eſt *inopia*: ἀσιτία, *inedia*. Pythagoram autem, mille, & mille, & mille

diſcipulorum ac diſcipularum magiſtrum, inediâ obiiſſe, non eſt veroſimile, nec verum arbitror. Ergo de Epiphanii loco ampliùs cogitandum. An ſcripſerit Epiphanius, οὗτος δὲ τελειωθεὶς ἀσιτίᾳ τὸν βίον καταστρέφει? Non diſplicet conjectura. Pythagoram inopia vitam finiiſſe quidam ſcripſerunt. vide infrà. Milonis Crotoniatæ, Athletarum celeberrimi, meminit, ut Pythagoræ diſcipuli, Strabo libro VI. qui addit, cum aliquando cùm in Schola Philoſophorum eſſet, in columnæ locum quæ ruinam minabatur ſubiiſſe, ſicque & Philoſophos omnes ſervaſſe, & ſeſe poſteà ſubduxiſſe.

Ὑπό τινας τῶν μὴ παραδοχῆς ἀξιωθέντων, διὰ φθόνον ὑποπρησθῆναι τὴν οἰκίαν συνέβη] Atque huc referri debent quæ habentur apud Heſychium Grammaticum in voce Ἰταλιώτης·

Οὐδ' Ἰταλιώτης, οὐδ' ἀλαζὼν οὐδαμῶς·

ἐπεὶ οἱ Πυθαγορικοὶ ἐν Ἰταλίᾳ διέτριβον, ἔνθα φασὶν αὐτοὺς ἐμπυρισθῆναι. Legendus, præter Porphyrium & Jamblichum, Tzetzes dicto loco, Arnobius libro I. Polybius lib. II. Juſtinus lib. XX. Auſonius Idyll. XV. & Plutarchus in libro de Socratis Dæmonio, qui planè ab aliis diſſentit.

Καὶ πρός τινι χωρίῳ γενόμενος πλήρει κυάμων, ἵνα αὐτόθι ἔστη, εἰπών, ἀλῶναι μᾶλλον, ἢ πατῆσαι, &c.] Tertullianus libro de Anima cap. 31. *Pythagoras verò ne per fabalia quidem tranſeundum, Diſcipulis ſuis tradidit.* Sed quorſum illud ἵνα: An legendum αὐτίκα?

Πρὸς τοὺς τετταράκοντα] πρὸς τοὺς πέντε καὶ τριάκοντα fuiſſe infrà ex Hermippo refertur.

Διαφυγεῖν δ' ὀλίγους, ὧν ἦν καὶ Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, καὶ Λύσις ὁ προειρημένος] Duos tantùm effugiſſe; Archippum ſcilicet & Lyſida; ſcribit Porphyrius ex Neanthe: δύο ἐκφυγόντων ἐπὶ τῆς πυρᾶς, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος, ὡς φησι Νεάνθης. Item Jamblichus capite 35. κατέκαυσαν τοὺς ἄνδρας, πλὴν δυοῖν, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος. Et poſteà: τῶν δὲ δύο τῶν περισωθέντων, ἀμφοτέρων Ταραντίνων ὄντων, ὁ μὲν Ἄρχιππος ἀνεχώρησεν εἰς Τάραντα· ὁ δὲ Λύσις μισήσας τὴν ὀλιγωρίαν, ἀπῆρεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ διέτριβε τῇ Πελοποννησιακῇ. Etiam Origenes in Philoſophicis: τῶν δὲ μαθητῶν αὐτοῦ οἱ διαφυγόντες τὸν ἐμπρησμὸν, Λύσις ἦν καὶ Ἄρχιππος, καὶ ὁ τοῦ Πυθαγόρου οἰκέτης, Ζάμολξις, ὃς καὶ τοὺς παρὰ Κελτοῖς Δρυΐδας λέγεται διδάξαι φιλοσοφεῖν τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν. Et Jamblichus de Vita Pythagoræ capite 34. τέλος δὲ εἰς τοσοῦτον ἐπεβούλευσε τοῖς ἀνδράσιν, ὥστε ἐν τῇ Μύλωνος οἰκίᾳ ἐν Κρότωνι συνεδρευόντων Πυθαγορείων, καὶ βουλευομένων περὶ πολεμικῶν πραγμάτων, ὑφάψαντος τὴν οἰκίαν, κατέκαυσαν τοὺς ἄνδρας, πλὴν δυοῖν, Ἀρχίππου τε καὶ Λύσιδος. An legendum apud Laërtium, ὧν ἦν καὶ Ἄρχιπτος ὁ Ταραντῖνος?

40 Φησὶ δὲ Δικαίαρχος τὸν Πυθαγόραν ἀποθανεῖν καταφυγόντα εἰς τὸ ἐν Μεταπεντίῳ ἱερὸν τῶν Μουσῶν, τετταράκοντα ἡμέρας ἀσιτήσαντα] Porphyrius, ex eodem Dicæarcho: ἐν δὲ τῇ περὶ Μεταπόντιον καὶ Πυθαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆσαι, καταφυγόντα ἐπὶ τὸ Μουσῶν ἱερὸν, στάντες τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμεῖναντα. Vertit præſtantiſſimus Holſtenius: *Cæterùm in Metapontina factione ipſum Pythagoram obiiſſe dicunt, cùm ad Muſarum ædem confugiens, amicorum inopiâ quadraginta dies illic permanſiſſet.* Vertere debuit, *rerum neceſſariarum inopiâ*; quod ex hoc Laërtii loco, & ſequentibus Themiſtii & Tzetzæ, manifeſtò apparet. Themiſtius Euphrades Orat. IV. ubi de Pyrhagoræ obitu: οὗ δὴ καὶ ἐτελεύτησεν ἐν τῷ τεμένει τῶν Μουσῶν; loquitur de Metapontio: τετταράκοντα, ὡς φασιν, ἡμέρας φεισάμενος σίτου. Tzetzes, loco ſuprà memorato:

Οὕτω τὸ πῦρ ὡς λέγουσιν ἐκπεφευγὼς τῷ τότε,
Φυγὼν τε πρὸς Μεταπόντον, Μουσῶν ἐν τῷ τεμένει
Ἐκεῖ τε συγκρυπτόμενος, ὥρτον φαγεῖν οὐκ ἔχων
Ἐφ' ὅλαις τεσσαρήκοντα ἡμέραις, λιμῷ θνήσκει,
Ἐτῶν ὑπάρχων ἑκατὸν, πλὴν ἔτεις ἑνὸς μόνου.

Arnobius quoque dicto loco, in fano, vivicremio, non fame, obiiſſe dicit: *Pythagoras Samius ſuſpicione dominationis injuſtæ, vivus concrematus in fano eſt.* De numero dierum, quos intra fames tolerari poteſt, diximus ſuprà ad Menedemum.

Μετὰ τὸ θάψαι Φερεκύδην ἐν Δήλῳ] Diodorus Siculus in Excerptis: Πυθαγόρας πυθόμενος τὸν Φερεκύδην, τὸν ἐπιστάτην αὐτοῦ γεγενημένον, ἐν Δήλῳ νοσεῖν, καὶ τελέως ἰσχάτως ἔχειν, ἔπλευσεν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν Δῆλον· ἐκεῖ δὲ χρόνον ἱκανὸν τὸν ἄνδρα γηροτροφήσας, πᾶσαν εἰσηνέγκατο σπουδὴν ὥστε τὸν πρεσβύτην ἐκ τῆς νόσου διωσῶσαι· κατισχύοντος (lege κατισχυθέντος) δὲ τοῦ Φερεκύδου διὰ τὸ γῆρας καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῆς νόσου, περιέστειλεν αὐτὸν κηδεμονικῶς, καὶ τῶν νομιζομένων ἀξιώσας ὡσανεί τις υἱὸς πατέρα, πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. *Pythagoras cùm accepiſſet Pherecydem, qui ejus præceptor fuerat, in Inſula Delo graviſſimè ægrotare, confeſtim ex Italia Delum navigavit: ubi cum aliquamdiu ſenem foviſſet, ſtudiumque ſuum omne adhibuiſſet, quo ad priſtinam valetudinem eum revocaret, tandem tum præ ſenectute, tum morbi vi ſuperatum Pherecydem ſedulò ſepelivit; cumque ei tumquam patri filius juſta perſolviſſet, rurſus in Italiam reverſus eſt.* Porphyrius ubi de Cyloniana, ſive Cydoniana conjuratione: τοὐντεῦθεν δ' οἱ μὲν, φασὶ, τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ, παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν, (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον, αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον, εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο, νοσοκομήσων αὐτὸν, περιπεσὼν γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει, καὶ κινδύνων) πάντας παντοίᾳ ἐνέπρησαν. Quæ ipſiſſima verba habes apud Jamblichum. Vide ſuprà in Pherecyde, & quæ ibi adnotamus.

Κύλωνος τοῦ Κροτωνιάτου] Sic quoque Editio Frobeniana & Codex Regius. Stephanica Μύλωνος. Sed & hîc quoque, ut ſuprà, legendum Μίλωνος.

Καὶ ἄλλο τι περὶ Πυθαγόρου φησὶν ὁ Ἕρμιππος· λέγει γὰρ ὡς γενόμενος ἐν Ἰταλίᾳ, κατὰ γῆς οἰκίσκον 41
ποιῆσαι, καὶ τῇ μητρὶ, &c.] Ad quod Pythagoræ factum his Electræ verſibus Sophoclem reſpexiſſe, veriſimâ conjecturâ exiſtimavit Caſaubonus:

Ἤδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς Σοφοὺς
Λόγῳ μάτην θνήσκοντας, εἶθ' ὅταν δόμους
Ἔλθωσιν, αὖθις ἐκτετίμηνται πλέον.

Sed & ante Caſaubonum Sophoclis Scholiaſtes id obſervarat: Πυθαγόρας, inquit, καθείρξας ἑαυτὸν ἐν

ὑπογείῳ, λογοποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα ὡς τεθνηκὼς εἴη· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιφανείς, περὶ παλιγγενεσίας καὶ τῶν καθ' ᾅδου τινὰ ἑτερατεύετο· διηγουμένος πρὸς τοὺς ζῶντας περὶ τῶν οἰκείων οἷς ἐν ᾅδου συντετυχηκέναι ἔλεγεν. ἐξ ὧν τοιαύτην ἐαυτῷ δόξαν περιεθήκατο, ὡς πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν Αἰθαλίδης ἦν ὁ Ἑρμοῦ, εἶτα Εὔφορβος, εἶτα Ἑρμότιμος, εἶτα Πύθιος (legendum Πύῤῥος) ὁ Δήλιος, εἶτα ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας. εἰς τοῦτο οὖν ἔοικεν ἀποτείνεσθαι ὁ Σοφοκλῆς.

Καὶ ἐπίστευον εἶναι τὸν Πυθαγόραν θεῖόν τινα] Diodorus: ἴσα θεοῖς παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ἐτιμᾶτο. Sed pro θεῖόν τινα, quod hoc loco legitur, malim θεόν τινα. Etiam Philoſtratus de Vita Apollonii libro & cap. primo, ait Pythagoram à diſcipulis tamquam à Jove profectum, cultum fuiſſe.

Τὰς καὶ Πυθαγορικὰς κληθῆναι] Πυθαγορίδας eas Jamblichus appellat libro I. de Vita Pythagoræ extremo; ubi & illuſtriores nominat, uſque ad XVII. Earum Catalogum ſcripſerat Philochorus. Suidas in Φιλόχορος, ubi de libris Philochori: Συναγωγὴν Ἡρωίδων, ἤτοι Πυθαγορείων γυναικῶν.

42 Ἦν δὲ τῷ Πυθαγόρᾳ καὶ γυνὴ, Θεανὼ ὄνομα] Porphyrius: ἄλλοι δὲ ἐκ Θεανοῦς τῆς Πυθώνακτος, τὸ γένος Κρήσσης, υἱὸν Τηλαύγη Πυθαγόρου ἀναγράφουσι, καὶ θυγατέρα Μυῖαν· οἱ δὲ καὶ Ἀριγνώτην, &c. Jamblichus quoque I. 27. Theano conjugem Pythagoræ appellat, & Julius Pollux x. 3. De ea Suidas: Θεανώ· Κρῆσσα, φιλόσοφος, θυγάτηρ μὲν Πυθώνακτος, γαμετὴ δὲ τοῦ μεγάλου Πυθαγόρου, ἐξ οὗ ἔσχε Τηλαύγην, καὶ Μνήσαρχον, καὶ Μυῖαν, καὶ Ἀριγνώτην. Τινὲς δὲ Κρατίνου (corrige Βροτίνου) γυναῖκα, τοῦ Πυθαγορείου. γράφουσι δὲ καὶ τὸ γένος Κροτωνιάτιν. Ἔγραψεν Ὑπομνήματα φιλόσοφα, καὶ Ἀποφθέγματα, καὶ Ποιήματά τι δὲ ἐπῶν. Ex Crotone fuiſſe, ac mulierum primam philoſophatam, & verſus ſcripſiſſe, ſcripſit Didymus, teſte Clemente Alexandrino Stromateon libro I. Δίδυμος inquit, ἐν τῷ Περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, Θεανὼ τὴν Κροτωνιάτιν πρώτην γυναικῶν φιλοσοφῆσαι, καὶ ποιήματα γράψαι, ἱστορεῖ. Pythagorâ defuncto, ejus Scholam, cum Telauge ac Muſarcho, filiis, regendam ſuſcepiſſe, ſcribit Theodoritus Therapeut. II. De ea, plura Rittershuſius & Holſtenius, ad Vitam Pythagoræ à Porphyrio conſcriptam, collegerunt.

Βροντίνου τοῦ Κροτωνιάτου θυγάτηρ· οἱ δὲ, γυναῖκα μὲν εἶναι Βροντίνου, μαθήτριαν δὲ Πυθαγόρου] Theanos duas commemorat Jamblichus loco proximè memorato: unam, Brontini, alteram, Pythagoræ uxorem. Etiam capite ultimo Theanûs meminit, ut Brontini Metapontini uxoris. Sed Pythagoræ uxorem vocat quoque Theodoritus dicto loco. At filiam ejus fuiſſe; quod diligenter notandum; ſcribit apud Photium Auctor anonymus Vitæ Pythagoræ: καὶ ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται οὐ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι. etſi id quoque alibi memini me legere. Suidas, quemadmodum Jamblichus etiam, duas Theanos facit. De Pythagoræ uxore, verba ejus ſuprà retulimus. De Brontini, ſive Brotini; nam utroque modo hoc nomen ſcriptum reperitur; ita ille: Θεανὼ Μιταποντίνη, ἢ Θουρία, Πυθαγορεία, θυγάτηρ Λεώφρονος, γαμετὴ δὲ Καρύσου, ἢ Κρότωνος, ἢ Βροτίνου τοῦ Πυθαγορείου· αὕτη ἔγραψε Περὶ Πυθαγόρου, Περὶ ἀρετῆς Ἱπποδάμῳ Θουρίῳ, Παραινέσεις γυναικείας, καὶ Ἀποφθέγματα Πυθαγορείων.

Ἦν αὐτῷ καὶ θυγάτηρ Δαμώ] Hujus meminit Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 28. cujus verba mox adducimus. Habuit Pythagoras duas alias filias; Myiam, & Arignoten. Clemens στρωματέων IV. ἐφιλοσόφει Μυῖα ἡ Θεανοῦς θυγάτηρ τὰ Πυθαγόρεια, καὶ Ἀριγνώτη, ἡ τὰ περὶ Διευσίου γραψαμένη. Adde Porphyrium atque Jamblichum locis ſuprà memoratis. Et in verbis Clementis, lege περὶ Διονύσου. Suidas: Ἀριγνώτη· μαθήτρια Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, καὶ Θεανοῦς, Σαμία, φιλόσοφος Πυθαγορικὴ· συνέταξε τάδε· Βακχικά· (ἔστι δὲ περὶ τῶν τῆς Δήμητρος μυστηρίων Ἐπιγράμματα· γράφεται δὲ καὶ Ἱερὸς Λόγος·) ἔγραψε δὲ καὶ Τελετὰς Διονύσου, καὶ ἄλλα Φιλόσοφα. Harpocration in εὐοῖ: Βακχικόν τι ἐπίφθεγμά ἐστι τὸ εὐοῖ. Ἀριγνώτη δὲ, ὡς ὅτι τινες ἐλεξαν εὐοῖ, ὡς ε σοῖ· τὸ εὖ ῥῆμα τοῦ κατόπτρου ἐπαινέσαντες. Ceterùm, & Saram filiam Pythagoræ nominat Pythagoræ Vitæ Scriptor incertus apud Photium: καὶ Σάρα, καὶ Μυῖα, αἱ θυγατέρες.

Ὡς φησι Λύσις ἐν Ἐπιστολῇ πρὸς Ἵππασον] Ἵππαρχον, ceteræ Editiones: ſed Ἵππασον quoque Regiæ Membranæ. Exſtat hæc Epiſtola.

Καὶ Δαμοκία φιλοσοφεῖν] Corrige cum Caſaubono, δαμοσία φιλοσφεῖν. Ita rectè Codex Regius: ex quo & poſtèa legendum τιμιωτέρας ἔμμεν.

Παρακαταθέμενος τὰ ὑπομνήματα, ἐκέλευσε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν, &c.] Jamblichus loco laudato, ubi de libro qui *Sermo Sacer* inſcriptus erat, & de quo ſuprà diximus: εἴτε ὄντως ἀνδρὸς, id eſt, Pythagoræ, ὡς οἱ πλεῖστοι λέγουσι, σύγγραμμά ἐστιν, εἴτε Τηλαύγους, ὡς ἔνιοι τοῦ διδασκαλείου ἐλλόγιμοι καὶ ἀξιόπιστοι διαβεβαιοῦνται, ἐκ τῶν Ὑπομνημάτων τῶν Δαμοῦ τῇ θυγατρὶ ἀπολειφθέντων ὑπ' αὐτοῦ Πυθαγόρου· (ἀδελφὴ δὲ Τηλαύγους) ἅπερ μετὰ θάνατον ἱστοροῦσι δοθῆναι Βιτάλῃ τε τῇ Δαμοῦς θυγατρὶ, καὶ Τηλαύγει, ἡλικίᾳ γενομένῳ υἱᾷ μὲν Πυθαγόρου, (legendum ἐν ἡλικίᾳ γενομένῳ, υἱᾷ μὲν Πυθαγόρου) ἀνδρὶ δὲ τῆς Βιτάλης· κομιδῇ γὰρ νέος ὑπὸ τὸν Πυθαγόρου θάνατον ἀπολελειμμένος ἦν. Beſſarion Cardinalis lib. I. contra Calumniatorem Platonis cap. 2. *Nulla exſtant, nec umquam viſa traduntur Scripta Pythagoræ. Nihil enim ille ſcriptum reliquit: & ſi quid pauxillum ſcripſit, id* Damæ *filiæ moriens commendavit; monuitque ut ſecretum cuſtodiret: quod illa, quamvis mulier, diligentiſſimè ſervavit, & quamquam prægrandi pecuniâ vendere Opuſculum potuiſſet, noluit. Tenuit id clam omnibus, præterquam Patris Diſcipulis, ac nemini eorum Opus umquam credidit. Sententias verò ejus iis dumtaxat exposuit, qui viſi ſunt patri Pythagoræ doctrinâ & moribus dignè ſucceſſiſſe.* Sed aliter Hieronymus in Apologia ultima ad Rufinum, ut rectè obſervat Aldobrandinus: *Igitur, etiamſi docere non poſſem ipſius Pythagoræ exſtare monimenta, nec à filio ejus ac filia, aliiſque diſcipulis protinus convincerem.* Legendum porrò in ſuprà poſitis Laërtii verbis, τὰ ὑπομνήματα, Doricâ conſuetudine.

43 Σύγγραμμα δὲ φέρεται τοῦ Θηλαυγοῦς οὐδέν· τῆς δὲ μητρὸς αὐτοῦ Θεανοῦς, τινὰ ἄλλα] Theanûs Epiſtolam ad Timaretam memorat Julius Pollux x. 3. Exſtant jamdudum tres Epiſtolæ ſub ejus nomine: prima, ad Eubulam, περὶ τέκνων ἀνατροφῆς: altera, ad Nicoſtratam, πρὸς τὴν ζηλοτυποῦσαν παραμυθική· & tertia, ad Calliſto, περὶ θεραπαινῶν προστασίας ὑποθετική. Quatuor aliæ, ſub ejuſdem nomine, in MS. quodam Vaticano, non ita diu, repertæ ſunt; quas publici juris fecit clariſſimus Holſtenius in Obſervationibus ad Vitam Pythagoræ à Malcho conſcriptam.

Καί φασιν αὐτὴν ἐρωτηθεῖσαν ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, φάναι, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε] Similiter Clemens Alexandrinus Stromat. IV. τί δαί; οὐχὶ Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ εἰς τοσοῦτον ἦκεν φιλοσοφίας, ὡς πρὸς τὸν περιέργως ἀπιδόντα, καὶ εἰπόντα, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἀποκρίνασθαι; Τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνο τὸ ἀπόφθεγμα· ἐρωτηθεῖσα γάρ, ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, καὶ παραχρῆμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδεπώποτε. Et Theodoritus Serm. XII. Θεανὼ ἡ Πυθαγορικὴ, ἀποβλέψαντός τινος εἰς αὐτὴν, καὶ εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ' οὐ δημόσιος, ἀπεκρίνατο. ἐρωτηθεῖσα δὲ πάλιν, Ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, παραχρῆμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε. Similiter quoque; immo iiſdem verbis; Stobæus Serm. LXXII. Θεανὼ ἐρωτηθεῖσα, ποσταία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρεύει, Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, εἶπε, παραχρῆμα· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε. Sed paullò aliter Jamblichus de Vita Pythagoræ lib. I. cap. 26. ἥς ἐστι καὶ τὸ καλὸν καὶ περίβλεπτον ῥῆμα, τὸ, τὴν γυναῖκα δεῖν θύειν αὐθήμερον ἀνισταμένην ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῦ ἀνδρός. Theanûs alia apophthegmata vide apud Stobæum loco citato.

44 Ἔτη βιοὺς ἐννενήκοντα] Ἐννενήκοντα ἐννέα legendum conjiciebat Caſaubonus, ex his Tzetzæ verbis in Chiliad. XI. 366.

--- λιμῷ θνήσκει
Ἑ τῶν ὑπάρχων ἑκατὸν, πλὴν ἔτους ἑνὸς μόνου.

Centum & quatuor annis vixiſſe, ſcribit apud Photium Auctor Vitæ ejus anonymus: ut mirum ſit Lucianum & Phlegonta Trallianum, qui de Longævis ſcripſere, inter Longævos Pythagoram non numeraſſe. Sed pauciores annos vixiſſe, ſcribunt, Heraclides Sarapionis filius, Euſebius, alii.

45 Ἀσπίδος Εὐφόρβου βλέψεν ἐς ὀμφαλόεν] Lege ἐς ὀμφαλόεν· aut potiùs, ἐς ὀμφάλιον. ὀμφάλιον, eſt *umbo*.

Ἠκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Diodorus Siculus, in Excerptis Valeſianis, ait floruiſſe Olympiade ſexageſima prima; magiſtratu Athenis Thericle: ὅτι ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Θηρικλέους κατὰ τὴν ξαʹ Ὀλυμπιάδα, Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. Olymp. 62. Cyrillus contra Julianum lib. I. ἑξηκοστῇ δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδι Πυθαγόρας γενέσθαι λέγεται. Similiter Tatianus: Πυθαγόρας περὶ ξβʹ. Euſebius Hieronymi in Chronico: *Olymp. LXV. Pythagoras Phyſicus, Philoſophus clarus habetur.* Mendosè igitur apud Dionyſium Halicarnaſſeum libro II. ſcriptum eſt, Πυθαγόρας δὲ μετὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα διέτριψεν ἐν Ἰταλίᾳ· & ibi; quod monuit Valeſius ad Diodorum Siculum; reſcribendum ἑξηκοστήν: regnante enim Tarquinio Superbo venit in Italiam Pythagoras, ut ait Gellius libro XVII. cap. 21. regnare autem cœpit Tarquinius anno 4. Olympiadis ſexageſimæ.

Καὶ αὐτὸ τὸ σύστημα διέμεινε μέχρι γενεῶν ἐννεακαίδεκα] Hunc Laërtii locum corruptum putabat Lipſius lib. I. Manuductionis ad Philoſophiam Stoicam, Diſſertat. 6. eumque emendare conabatur. Verba ejus operæ pretium eſt hîc apponere. *Atque hæc, quod indignere, tam laudabilis ſecta* (loquitur de ſecta Pythagoræ) *acriter quidem, ſed non diu viguit:* & ſcholam ejus duraſſe non niſi ad nonam & decimam generationem *Laërtius ſcripſit: quæ Græcè concepta,* Καὶ αὐτοῦ τὸ σύστημα διέμεινε μέχρι γενεῶν ἐννεακαίδεκα. *Unâ, inquam,* voce novemdecim, *iſtæ generationes, ſive ætates copulantur; temporum fœdo errore. Nam addit ipſe,* extremos fuiſſe, quos Ariſtoxenus viderit, Xenophilum, atque alios, ex Philolai & Eurÿti diſciplina. *At verò iſti compares, aut leviter ſuppares Ariſtotelis & Alexandri ævo. Quomodo igitur tot ætates? Enimvero ipſe Diogenes numerat ab Olympiade 60. &, age, produc ad 120. quò cenſere licet eos dictos perveniſſe. Si communi more* γενεὰς, *ſive ætates, triginta annis definis, vides quantùm abes. Itaque veriùs diviſim legi* ἐννέα, καὶ δέκα, *& accipere* novem, vel decem. *Sed notes etiam diviſſe Laërtium,* σύστημα, (*id eſt,* collegium & corpus) *illud non ultrà manſiſſe: nam quin ſinguli & ſparſi diu poſtea fuerint, non eſt fortaſſis ambigendum,* &c. Hactenus Vir doctus: cujus emendationi favet nonnihil Codex Laërtianus Regiæ Bibliothecæ; ubi legitur, ἐννέα, ἢ καὶ δέκα. Sed tamen hæc emendatio; pace tanti Viri dixiſſe liceat; ferri non poteſt. γενεαὶ quidem, ſive *ætates*, ſecundùm quoſdam, 100. annis, at ſecundùm alios, 30. annis potiſſimùm definiuntur; ut ad hunc Homeri de Neſtore verſum Euſtathius obſervavit,

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων.

Si γενεὰν, in hoc Laërtii loco, 30. annis cum Lipſio definis, decem iſtæ generationes 300. annos efficient, quibus ſecundùm Laërtium, duraſſe Pythagoreorum ſyſtema non potuit: ſiquidem ait ultimos Pythagoreorum fuiſſe, quos Ariſtoxenus vidit; qui quidem Ariſtoxenus vixit temporibus Alexandri Magni; ut mox probabimus: hoc eſt, circa Olympiadem CXX. quod temporis intervallum 190. annos ſolùm efficit; ut mox quoque oſtendemus. Adde quòd hæc verba, ἐννέα, καὶ δέκα, *novem, & decem* ſonant, non verò *novem, vel decem*; pro quibus ſcribendum foret ἐννέα, ἢ δέκα. Verùm γενεὰ & 20. & 25. annis quoque definitur, ut Heſychius in ea Voce obſervavit. τὴν δὲ γενεὰν, inquit, ὑφίστανται ἐτῶν, οἱ μὲν κʹ. οἱ δὲ, κέ. οἱ δὲ, λʹ. Immo & ſeptem apud Medicos. Suidas: γενεά, κατ' ἐνίους μὲν ἔτη ζ. ὅθεν καὶ λέγουσιν οἱ ἰατρικοὶ τῶν δύο γενεῶν μὴ δεῖν φλεβοτομεῖν, τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον λέγοντες· ὡς ἔτι προσδόμενον αἵματος, καὶ οὐδέπω ἔχοντα περισσὸν αἷμα.

Artemidorus Oneiroc. lib. II. cap. 75. ἔχει ἡ ἀνθρωπίνη γενεὰ κατ' ἐνίους μὲν, ἔτη ἑπτά· ὅθεν καὶ λέγουσιν ἰατρικοὶ, τῶν δύο γενεῶν μηδένα φλεβοτομεῖν, τὸν τεσσαρεσκαιδεκαετῆ λέγοντες, ὡς ἔτι προσδεόμενον αἵματος, καὶ οὐδέπω ἔχοντα περισσὸν αἷμα. Addit, κατ' ἐνίους δὲ, τριάκοντα ὅθεν καὶ τὸν Νέστορα βούλονταί τινες ὑπερβαίνειν τὰ ἑξήκοντα ἔτη, εἶναι δὲ ἐν τῇ τρίτῃ γενεᾷ, καὶ εἰς ἐννενήκοντα ἔτη γεγονέναι, ὃν φησιν ὁ Ποιητὴς,

Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων,
Ἐφθίαθ' - - - -
- - - - μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσε.

καθ' ἡμᾶς δὲ ἑκατὸν ἔτη εἶναι τὸν τέλειον τῆς ζωῆς χρόνον, ἐπειδὴ τοὺς πλείστους ἢ ὀλίγῳ ἀποδέοντας ζῶντας ὁρῶμεν, ἢ ὀλίγῳ ὑπεραίροντας, quæ verba, confirmant omnino quæ ſuperiùs à nobis dicta ſunt. Sed & γενεὰ decem annis definitur in capite VI. Prophetiæ Baruch; ubi Judæos, qui captivi erant apud Babylonios, poſt ſeptem generationes liberandos vaticinatur Jeremias: conſtat enim 70. annos ibi eos captivos fuiſſe. De hoc eximio loco monuit me per literas Stephanus Monachius; qui & Laërtium γενεᾶς nomine ſimiliter decem annos intellexiſſe, veroſimiliter contendit: ſiquidem à Pythagoræ temporibus uſque ad Alexandri tempora, ſunt anni 190. quas ἀρτίως efficient novemdecim illæ generationes, ſi ſingulas decem annis definiveris. Sed cùm alibi apud Scriptores Græcos γενεὰ decem annis non definiatur, potiùs exiſtimarim erratum fuiſſe à Scriptoribus Librariis in numero annorum: in quibus ſæpiſſimè erratur, dum annos Librarii literis ſingulis, non verbis integris, notant. Ceterùm & Diodorus Siculus lib. XV. etiam Pythagoricorum extremos circa Alexandri tempora fuiſſe ait. Verba ejus ſunt: ὑπῆρξαν δὲ κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἄνδρες κατὰ παιδείαν ἄξιοι μνήμης, Ἰσοκράτης τε ὁ Ῥήτωρ, καὶ οἱ τούτου γενόμενοι μαθηταὶ, καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, ἔτι καὶ Ἀναξιμένης ὁ Λαμψακηνὸς, καὶ Πλάτων ὁ Ἀθηναῖος· ἔτι δὲ τῶν Πυθαγορικῶν Φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι. *Hæc equidem ætate, viri propter eruditionem ſempiterna gloria digni exſtiterunt, Iſocrates Rhetor, & Diſcipuli ejus: tum Ariſtoteles Philoſophus, & Anaximenes Lampſacenus, & Plato Athenienſis: Pythagoricorum inſuper Philoſophorum poſtremi.* Obſervabat Lipſius, dixiſſe Laërtium σύστημα Pythagoreorum; id eſt, Collegium & Corpus, non ultrà manſiſſe: nam quin ſinguli & ſparſi diu poſteà fuerint, non eſſe ambigendum. Addebat, poſt Socraticos Philoſophos, deſitam & emortuam illam Pythagoricam Sectam; etiam in Italia ipſa. Tamen diu poſt Pythagoræ mortem, Pythagoricos in Magna Græcia Scholas habuiſſe, ſcribit Origenes lib. I. contra Celſum. An de renovatione Pythagoricæ ſectæ intelligendus Origenes? eam enim ſectam longo intervallo revocare conatum Nigidium Figulum, diſcimus ex his Ciceronis in libro de Univerſo: *Denique ſic judico, poſt illos nobiles Pythagoreos, quorum diſciplina exſtincta eſt quodammodo, cùm in Italia, Siciliaque viguiſſet, hunc exſtitiſſe, qui illam renovaret.* Porrò, voce συστήματος utitur & Diodorus Siculus in Excerptis, de Schola Pythagoreorum loquens: παροξυνθεὶς οὖν (Cylo Crotoniata) τῷ συστήματι τῶν Πυθαγορείων. Συνέδρια, eas Pythagoreorum Scholas Polybius libro II. appellavit: Strabo lib. IV. συσσίτια. ὁμακόϊα autem propriè dicebantur. Clemens στρωματέων primo: ubi de Pythagora: Χαλδαίων καὶ Μάγων ἀρίστοις συνεγένετο, καὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν νῦν οὕτω καλουμένην, τὸ παρ' αὐτῷ ὁμακόϊον αἰνίττεται. Eam vocem uſurpant paſſim Porphyrius & Jamblichus in Vita Pythagoræ, Hierocles ad Aurea Carmina, & Proclus libro I. in Timæum: ſignificat autem *auditorium.*

Τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε] Gellius lib. IV. cap. II. *Porculis quoque minuſculis & hœdis tenerioribus victitaſſe, idem Ariſtoxenus refert. quam rem videtur cognoviſſe ex Xenophilo Pythagorico familiari ſuo, & ex quibuſdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagoræ haud multùm aberant.* Suidas in Ἀριστόξενος: ἀκουστὴς τοῦ τε πατρὸς, καὶ Λάμπρου τοῦ Ἐρυθραίου, εἶτα Ξενοφίλου τοῦ Πυθαγορείου, καὶ τέλος, Ἀριστοτέλους. 46

Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς, ἀπὸ Θράκης] Legerat Ambroſius ἐκ Θυρίης: vertit enim, *ex Thuriâ:* perperam. Jamblichus I. 35. Ξενόφιλος δὲ Χαλκιδεὺς, τῶν ἀπὸ Θρᾴκης Χαλκιδέων.

Καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοὶ] Similiter Jamblichus capite ultimo: ΦΛΙΆΣΙΟΙ· Διοκλῆς, Ἐχεκράτης, Πολύμναστος, Φάντων. Et cap. 35. ἦσαν δὲ οἱ σπουδαιότατοί τε Φάντων, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Πολύμναστος, καὶ Διοκλῆς, Φλιάσιοι.

Εὐρύτου] Meminit Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 23. Meminit & cap. 28. & cap. ultimo; ſed ubi vitiosè pro Εὔρυτος ſcriptum eſt priori loco Ἔκφαντος, & poſteriori Ἄρυτος.

Γεγόνασι δὲ Πυθαγόραι τέτταρες, &c.] De variis Pythagoris Diſſertatio olim exſtitit in libro quem cavillatur Gellius XIV. 6. Viginti novem enumerat Jonſius; quem vide lib. IV. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ.

Εἷς μὲν Κροτωνιάτης, τυραννικὸς ἄνθρωπος] De quo nihil accepimus. Fuit & alius Pythagoras Tyrannus Epheſius; de quo plura Suidas in Πυθαγόρας Ἐφέσιος. Item, Pythagoras, Lacedæmonius Nauarchus: de quo Xenophon de Expeditione Cyri libro I.

Ἕτερος, Φλιάσιος, σωματασκητὴς, ἀλειπτὴς, ὡς φασί τινες] Eratoclis filius. Scripſerat Ἀλειπτικά. Vide Jamblichum lib. de Vita Pythagoræ cap. 4. & nos ſuprà. *Pythagoras Exercitator* dicitur Plinio XXIII. 7. Alius eſt Pythagoras Lacon, qui ſtadio vicit anno tertio Olympiadis decimæ ſextæ, ut diſcimus ex Dionyſio Halicarnaſſeo Antiquitatum Romanarum libro II. ἀπέστειλε τοὺς παραληψομένους τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ἐνίκησε τρίτῳ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα στάδιον Πυθαγόρας Λάκων. Hic eſt ille Pythagoras qui Numam in conſtituendo regno adjuvit, ut eſt apud Plutarchum in Numa. Πυθαγόραν δὲ (φασὶ) τὸν Σπαρτιάτην, Ὀλύμπια νενικηκότα στάδιον ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἧς ἔτει τρίτῳ Νουμᾶς τὴν βασιλείαν κατέστη, πλανηθέντα περὶ τὴν Ἰταλίαν, συγγενέσθαι τῷ Νουμᾷ, καὶ συνδιακοσμῆσαι

τὴν βασιλείαν. ὅθεν οὐκ ὀλίγα τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν Λακωνικῶν ἀναμεμίχθαι, Πυθαγόρου διδάξαντος. Contra fidem Hiſtoriæ, de magno Pythagora id ſcripſit Naſo: ſed à Poëtis veritas hiſtorica non eſt exigenda.

Τρίτος, Ζακύνθιος, οὗ φασιν εἶναι ταπόρρητα τῆς Φιλοσοφίας, αὐτῶν διδάσκαλος] Similiter Numenius, teſte Euſebio lib. XIII. de Præparat. Evangelica cap. 4. ſcripſerat τὰ παρὰ Πλάτωνι ἀπόρρητα: & Porphyrius τῶν Φιλοσόφων τὰ ἀπόρρητα καλυπτόντων ἀσαφείᾳ, καθάπερ Ποιητῶν τοῖς μύθοις, teſte Eunapio in ejus Vita. Ceterùm, Pythagoræ illius Zacynthii meminit, ut Muſici, Ariſtoxenus Harmonicor. Elementorum lib. II. p. 36.

Ἐφ' οὗ καὶ τὸ Αὐτὸς ἔφα παροιμιακὸν εἰς τὸν βίον ἦλθεν] Magni Pythagoræ ſectatoribus tribuit Cicero I. de Nat. Deorum, Quintilianus in Inſtitut. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. II. Nazianzenus Invectivâ I. in Julianum, Cyrillus lib. III. Comment. in Iſaiam cap. 32. Hermias in Irriſione Gentilium Philoſophorum. alii. Adipſum Pythagoram refert Suidas: Αὐτὸς ἔφα· τοῦτο παροιμιακὸν ἐπὶ Πυθαγόρου τοῦ Φιλοσόφου εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον· αὐτὸς γὰρ ἀποσεμνύων τὸν ἑαυτοῦ λόγον καὶ βίον, ἐν ταῖς ὁμιλίαις ἔλεγεν, Αὐτὸς ἔφα, ἀντὶ εἶπεν, (ita legendum) οὐκ ἐμός, ἀλλὰ τοῦ θεοῦ λόγος ἐστίν. Pythagoræ Zacynthii meminit & Athenæus XIV. 9. his verbis: περὶ τοῦ τρίποδος καλουμένου (ὄργανον δὲ καὶ τοῦτο μουσικὸν) ὁ προειρημένος Ἀρτέμων γράφει οὕτως· ὅθεν πολλὰ τῶν ὀργάνων οὐδ' εἰ γέγονέ ποτε γινώσκεται, καθάπερ ὁ Πυθαγόρου τοῦ Ζακυνθίου τρίπους. Ex quibus veroſimiliter Jonſius conjiciebat, hunc Zacynthium à Scholiaſte Heſiodi in Theogoniam intelligi: qui, ubi de Muſicis agit, Pythagoram quemdam & Ptolemæum Philadelphum lib. III. ἁρμονικῶν advocat. Dubitat autem vir ille doctus idemne ſit Pythagoras ille cujus meminit Ariſtoxenus lib. II. ἁρμον. στοιχ. ubi de Muſicis eum ſcripſiſſe obſcurè indicat.

47 Οἱ δὲ καὶ ἄλλον ἀνδριαντοποιὸν Ῥηγῖνον γεγονέναι φασὶ Πυθαγόραν, πρῶτον δοκοῦντα ῥυθμοῦ καὶ συμμετρίας ἐστοχάσθαι] Vixit Olymp. LXXXVII. vicirque Myronem, teſte Plinio lib. XXXIV. cap. 8. Meminit hujus Pauſanias in II. Eliacorum; ubi de Euthymo Locro pugile: ὁ δὲ οἱ ἀνδριὰς τέχνῃ τέ ἐστιν Πυθαγόρου, καὶ θέας ἐς τὰ μάλιστα ἄξιος. Europæ egregiam imaginem ex ære Tarenti fecit, ut eſt apud Varronem lib. IV. de L. L. Fecit & Perſeum, de quo Dio Chryſoſtomus Orat. 37. Fuit & alius Pythagoras Rhegînus, item Statuarius, qui vixit Olymp. CVIII. & de quo Pauſanias dicto II. Eliacorum, ubi de Leontiſco: τὸν δὲ ἀνδριάντα Πυθαγόρας ἐποίησεν ὁ Ῥηγῖνος, εἰπερ τις καὶ ἄλλος ἀγαθὸς τὰ εἰς πλαστικήν· διδαχθῆναι δὲ παρὰ Κλεάρχῳ, Ῥηγίνῳ μὲν καὶ αὐτῷ, μαθητῇ δὲ Εὐχείρου, &c.

Καὶ ἄλλον, ἀνδριαντοποιὸν, Σάμιον] De quo Plinius XXXIV. 8. ubi de claris Statuariis: *Fuit & alius Pythagoras Samius; initio pictor; cujus ſigna ad ædem Fortunæ hujuſce diei ſunt, ſeminuda: & inde laudata ſunt.* Et Varro libro IV. de Lingua Latina: *Quorum egregiam imaginem ex are Pythagoras Tarenti fecit.* Pythagoræ Parii, pictoris, meminit Pauſanias in Bœoticis: ſed ubi pro Πυθαγόρου Παρίου, legendum videtur ex Plinio & Laërtio, Πυθαγόρου Σαμίου.

Καὶ ἕτερον Ῥήτορα μοχθηρόν] Meminit ejus Philoſtratus in Sophiſta Nicete, ubi eum Cyrenæum fuiſſe indicat. ὑπερβάντες Ἀριβαρζάνην τὸν Κίλικα, καὶ Ξενόφρονα τὸν Σικελιώτην, καὶ Πυθαγόραν τὸν ἐκ Κυρήνης, οἳ μήτε γνῶναι ἱκανοὶ ἔδοξαν, μηθ' ἑρμηνεῦσαι τὰ γνωσθέντα, *Nos Aribarzane Cilice, & Xenophrone Siculo, item Pythagora Cyrenaïco prætermiſſis, qui neque rectè ſentire, neque ea quæ ſenſerant, ſcitè eloqui poſſe viſi ſunt.*

Καὶ ἰατρὸν ἄλλον, τὰ περὶ σκύλλης γεγραφότα, καὶ τινα περὶ Ὁμήρου συντεταγμένον] Editiones Frobeniana & Stephanica, nec non Regiæ Membranæ, περὶ κήλης, hoc eſt, *de hernia*, ſcriptum exhibent. In Codice Farneſiano ſcriptum fuit περὶ κίλλης· unde Muretus Variarum libro IX. capite ultimo περὶ σκίλλης emendabat, quia apud Plinium in capite quinto libri XIX. ubi de generibus ſcillæ agitur, ſcriptum eſt his verbis: *Unum de his Volumen condidit Pythagoras Philoſophus, colligens Medicas vires, quas proximo reddemus libro.* Quam emendationem hîc quoque amplexus eſt Caſaubonus. Sed omnino rejicienda eſt: de Pythagora enim Philoſopho loquitur Plinius, Laërtius autem de Medico: quod ante nos Thomas Reineſius obſervavit. Hujus Voluminis Pythagoræ magni meminit idem Plinius XX. 9. *Pythagoras ſcillam in limine quoque januæ ſuſpenſam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.* Auctor eſt Porphyrius, Pythagoram fami arcendæ compoſuiſſe cibum quemdam ex ſemine papaveris & ſeſamo, ac cortice ſcillæ probè lotæ, donec à ſucco exteriori repurgaretur, & ex aliis id genus. Fuit & Pythagoras, Vates, Alexandri Magni familiaris: de quo Arrianus libro VII. de Expeditionibus Alexandri: ſed ubi Πειθαγόρας, non Πυθαγόρας, ſcriptum eſt. Fuit & Pythagoras Rhodius; de quo Euſebius libro V. Præparationis Euangelicæ capite 8. Pythagoras Medicus memoratur non ſemel Scriptori ſpuriorum Dioſcoridis: ſcilicet folio 354. in Halimo, & 359. in Anemone, & 363. in Sampſucho, & 371. in Hieraclea, & 373. & folio eodem verſo, in Hyoſcyamo, & 374. in Circæa.

Κομήτην] Magnus Pythagoras comatus & erat & dicebatur. Jamblichus de Vita Pythagoræ, capite 2. καὶ τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην ἤδη ἐν παροιμίᾳ πολλοὶ πολλαχοῦ τὸν νεανίαν ἐπευφημοῦντες ἐξεθείαζον. Et cap. 6. διόπερ ἔτι καὶ νῦν ἡ παροιμία, τὸν ἐν Σάμῳ κομήτην, ἐπὶ τῷ σεμνοτάτῳ διακηρύττει. Quò ſpectant hæc Luciani in Vitarum Auctione: MERCATOR. τίνα θέλεις πρῶτον παραγαγώμεν; JUPITER. τουτονὶ τὸν κομήτην, τὸν Γωνικὸν, ἐπεὶ καὶ σεμνός τις εἶναι φαίνεται. Meminit proverbii ἐν Σάμῳ κομήτης Heſychius Grammaticus: ſed falli eos dicit qui illud ad Philoſophum referant. Verba ejus ſunt: ἐν Σάμῳ κομήτας. ἔνιοι Πυθαγόραν τὸν Σοφὸν φασι τὴν πυκτικὴν ἀσκῆσαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν παροιμίαν λέγεσθαι, ἁμαρτάνοντες. Meminit quoque auctor Proverbiorum

è Va-

è Vaticana Appendice Centur. I. 87. ſed Pythagoræ Samio, pugili, id tribuit: ἐν Σάμῳ κομήτης. Πυθαγόρας πύκτης Σάμιος ἐκόμα· καταφρονηθεὶς οὖν παραδόξως ἐνίκησεν. ἐλέχθη ἐπὶ τῶν οὐδὲν χάριεν λεγόντων. S. Auguſtinus Tom. II. Epiſt. III. ad Voluſianum, Pythagoram athletam priùs fuiſſe indicat: quod an verum eſſe poſſit, tractat Jonſius in libro de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ; ubi eum vide. Sed & Pythagoram prolixam barbam habuiſſe, diſcimus ex his Martialis verſibus lib. IX. epig. 48.

Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & heres;
Præpendet mento nec tibi barba minor.

ubi vir politiſſimus, & mihi amiciſſimus, Nicolaus Heinſius, legebat,

Præpendet Samiâ nec tibi barba minor:

ex veteribus Codicibus videlicet; quorum nonnulli *ſane*; alii *tamen*, pro *mento* habent.

Πυθαγόρην τινὰ, ὦ ξεῖνε, κομήτην] Corrige, Πυθαγόρην τινὰ, Πυθαγόρην, ὦ ξεῖνε, κομήτην. Et ita Editio Stephani & Codex Regius.

48 Ἐπὶ πλέον δὲ Σωκράτην, καὶ τοὺς ἐκείνῳ πλησιάσαντας· καὶ μετὰ ταῦτα, Ἀριστοτέλην, καὶ τοὺς Στωϊκούς] Vide quæ in hanc rem ſuprà obſervamus ad Zenonem Citieum; ubi de definitionibus Stoicorum. Diviſionis, non Definitionis, laudem tribuit Socrati Apollinaris Sidonius libro IV. Epiſt. 3. cujus verba libentiùs adducemus, quia in his quoque Pythagoræ noſtri fit mentio: *Sentit ut Pythagoras; dividit ut Socrates; explicat ut Plato; implicat ut Ariſtoteles*, &c.

Καὶ τὸν οὐρανὸν πρῶτον ὀνομάσαι κόσμον] Quod etiam teſtatur Pſeudo-Didymus ad Iliad. γ'. ſtatim initio: ΚΟΣΜΗΘΕΝ· διετάχθησαν, ἐκοσμήθησαν· ὁ τρόπος μεταφορὰ ἀπὸ τοῦ κόσμου· ὅθεν καὶ ἡ κόσμου τάξις ὑπὸ Πυθαγόρου εἴρηται. Et Scriptor Vitæ Pythagoræ anonymus apud Photium: πρῶτος Πυθαγόρας οὐρανὸν ΚΟΣΜΟΝ προσηγόρευσε, διὰ τὸ τέλειον εἶναι, καὶ πᾶσι κεκοσμῆσθαι τοῖς τε ζώοις καὶ τοῖς καλοῖς. An legendum καὶ τοῖς ἄστροις? aut potiùs, καὶ τοῖς κύκλοις. id eſt, *orbibus*; *ſpharis cæleſtibus*? Adde Galenum: Πυθαγόρας πρῶτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν κόσμον, ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως. Ita & Latinis *mundus*, pro *cælo*; ut Græcis κόσμος, pro οὐρανός. & quia mundus, id eſt, *cælum*, ab ornatu dictus eſt, inde etiam Latinis *mundus muliebris* ab ornatu.

49 Τούτῳ φασὶν ἀντιπαρατάσσεσθαι Κύδωνα]. Ipſe Laërtius ſuprà, in Socrate: τούτῳ τὶς, καθά φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τρίτῳ Περὶ ποιητικῆς, ἐφιλονείκει Ἀντιόλοχος Λήμνιος, καὶ Ἀντιφῶν ὁ τερατοσκόπος, ὡς Πυθαγόρᾳ Κύδων Κροτωνιάτης. Ita enim ibi legendum docuimus, pro eo quod antea legebatur Κύδων καὶ Ὀνάτας. Κύδων ille Κύλων dicitur Porphyrio in Vita Pythagoræ, ubi conjurationem Cylonianam ita narrat: Κύλων, ἀνὴρ Κροτωνιάτης, κατὰ μὲν τὸ γένος, καὶ δόξαν προγονικὴν, καὶ βίου περιουσίαν, πάντας ὑπερβάλλων τοὺς πολίτας, χαλεπὸς δ' ἄλλως, καὶ τυραννικὸς, τῇ τε τῶν φίλων περιβολῇ, καὶ τῇ τοῦ πλούτου δυνάμει πρὸς ἰσχὺν ἀδικημάτων χρώμενος. οὗτος τῶν τ' ἄλλων ἁπάντων, ὡ ἐδόκει καλὰ, ἑαυτὸν ἠξίου· ἠγεῖτο δὲ καὶ τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας ἀξιώτατον εἶναι μετασχεῖν· πρόσεισι τῷ Πυθαγόρᾳ ἑαυτὸν ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος συνεῖναι αὐτῷ. ὁ δ' εὐθὺς φυσιογνωμονήσας τὸν ἄνδρα, καὶ ὁποῖος ἦν συνιδὼν ἐκ τῶν σημείων, ἃ διὰ τοῦ σώματος ἐθήρα τῶν προσιόντων, ἀπεῖναι ἐκέλευσε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. τοῦτο τὸν Κύλωνα οὐ μετρίως ἐλύπησεν, ὥσπερ ὑβρισμένον, καὶ τὰ ἄλλα χαλεπὸν ὄντα καὶ ὀργῆς ἀκρατῆ· συναγαγὼν οὖν τοὺς φίλους διέβαλλε τὸν Πυθαγόραν, καὶ παρεσκεύαζεν, ὡς ἐπιβουλεύσων αὐτῷ τε καὶ τοῖς γνωρίμοις. τοὐντεῦθεν δ' οἱ μέν, φασι, τῶν ἑταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ἐν τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλήτου, παρὰ τὴν Πυθαγόρου ἀποδημίαν (ὡς γὰρ Φερεκύδην τὸν Σύριον, αὐτοῦ διδάσκαλον γενόμενον, εἰς Δῆλον ἐπεπόρευτο, νοσοκομήσων αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει, καὶ κηδεύσων) πάντας πανταχῇ ἐνέπρησαν αὐτοῦ τε, καὶ κατέλευσαν. *Cylo Crotoniates, genere quidem & majorum gloriâ opibuſque facilè totius civitatis princeps, ceterùm aſperis moribus, & dominandi cupidus, tum amicorum copiâ divitiarumque adminiculo ad injuſtitiam improbitatemque abuſus: is cùm ceteris præclaris rebus omnibus dignum ſeſe exiſtimaret, tum verò longè digniſſimum judicabat qui Pythagoricæ Philoſophiæ particeps eſſet. accedit Pythagoram ſemet ipſum deprædicans, & converſationem ejus expetens. at ille cùm naturam moreſque hominis continuò exploraſſet, atque ex indiciis, quæ ex accedentium corpore captabat, quali ingenio eſſet perſpexiſſet, juſſit ipſum abire, & ſuas ſibi res agere. Id non mediocri dolore Cylonem commovit, ac ſi contumeliâ affectus fuiſſet, virum aliàs ſatis aſperum & animi impotentioris. Coactis ergo in unum amicis Pythagoram criminari cœpit, & inſidias ſibi & amicis ſuis parare. ac proinde, ut nonnulli referunt, Pythagoræ familiares in Milonis Athletæ ædibus congregatos, abſente tum Pythagora (nam ad Pherecydem Syrium, quo præceptore olim fuerat uſus, in Delum diſceſſerat, ut pediculari morbo correpto adeſſet, & ſepulturæ curam gereret) omnes igne immiſſo exuſſerunt, & ibi lapidibus obruerunt.* Obſervabis obiter legi apud Jamblichum de Vita Pythagoræ capite 35. καὶ πάντας πανταχῇ ἐνέπρησαν, αὐτοί τε ὑπὸ τῶν Ἰταλιωτῶν κατελεύθησαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐξερρίφησαν ἄταφοι. Ceterùm Laërtianis & Porphyrianis ſimilia habet Jamblichus dicto loco; cujus verba ad Socratem adduximus; in quibus Κύλων quoque nominatur. *Gillus* dicitur Apuleio in Floridis, & Γύλων Themiſtio Oratione IV. locis à me itidem ad Socratis Vitam allatis. Quare verius eſt ut eum Diogenes noſter utrobique Κύλωνα appellarit. Ita quoque eum appellat Diodorus Siculus in Excerptis Valeſianis: qui ſic ita Conjurationem contra Pythagoreos narrat: Κροτωνιάτης τις, Κύλων ὄνομα, τῇ οὐσίᾳ καὶ δόξῃ πρῶτος τῶν πολιτῶν, ἐπεθύμησε Πυθαγόρειος γενέσθαι. ὢν δὲ χαλεπὸς καὶ βίαιος τὸν τρόπον, ἔτι δὲ στασιαστὴς καὶ τυραννικὸς, ἀπεδοκιμάσθη. παροξυνθεὶς οὖν τῷ συστήματι τῶν Πυθαγορείων, ἑταιρείαν μεγάλην συνεστήσατο, καὶ διετέλει πάντα καὶ λέγων καὶ πράττων κατ' αὐτῶν. *Cylo quidam Crotoniata, vir & famâ & opibus Civitatis facilè princeps, cùm in Pythagoreorum collegium adſcribi poſtulaſſet, repulſam paſſus*

ptione Olympiadum. E Teo, Rhegium profectus eſt: unde Glaucus Teïus dicitur Ariſtoteli libro 3. Rhetoricorum capite 1. Laudatur non uno loco apud Stephanum Geographum, Glaucus quidam Arabicorum Scriptor: quem non alium à noſtro Henricus Valeſius ad Harpocrationem exiſtimabat.

Ἔτι τε Ἡράκλειτον] Ἡράκλειτος Editio Stephanica, longè diverſo ſenſu.

53 Ἐξαινέτου] Vitiosè apud Suidam Ξενέτου; de quo jam monuerunt Aldobrandinus & Caſaubonus ad hunc locum, & Rutgerſius Var. Lect. lib. VI. cap. 14. De hoc nomine Ἐξαίνετος, diximus ſuprà pluribus ad Vitam Stilponis.

Ὅτι καὶ βοῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἐκ μέλιτος καὶ ἀλφίτων] Idem refert Athenæus libro I. qui & rationem addit: Ἐμπεδοκλῆς δ' ὁ Ἀκραγαντῖνος ἵπποις Ὀλύμπια νικήσας, Πυθαγορικὸς ὢν καὶ ἐμψύχων ἀπεχόμενος, ἐκ σμύρνης καὶ λιβανωτοῦ, καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀρωμάτων βοῦν ἀναπλάσας, διένειμε τοῖς εἰς τὴν πανήγυριν ἀπαντήσασιν. Vide Porphyrium ἐν τῷ Περὶ ἐμψύχων ἀποχῆς. Meminit hujus bovis & Philoſtratus de Vita Apollonii libro & capite I. ubi Empedoclem Pythagoræ imitatorem fuiſſe obſervans, ait: καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βοῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινοῦντος εἴη ἄν. Huc facit quod de Empedocle narrat Plutarchus in libello de Superſtitione, eum ſcilicet eos reprehendentem qui animalia ſacrificant, dicere,

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει, ἐπευχόμενος μέγα νήπιος·

quos Empedoclis verſus citat & Origenes libro V. contra Celſum.

Ἀρχινόμου εἶναι υἱόν] Quò reſpexit Suidas: Ἐμπεδοκλῆς. Μέτωνος, οἱ δὲ, Ἀρχινόμου.

54 Ναίετ' ἂν ἄκρα πόλεως] Scribendum & hîc, & infrà, ἄκρα πόλευς, quemadmodum ſcriptum eſt in Anthologia. Sic etiam infrà, in Codice Laërtiano Bibliothecæ Regis Chriſtianiſſimi.

Μεμνῆσθαι δὲ καὶ αὐτὸν Πυθαγόρου λέγοντα, Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς, &c.] Meminit Porphyrius in Vita Pythagoræ, ubi plures verſus profert: τούτοις καὶ Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων περὶ αὐτοῦ,

Ἦν δέ τις ἐν κείνοισιν ἀνὴρ περιώσια εἰδὼς,
Ὃς δὴ μήκιστον πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον,
Παντοίων τε μάλιστα Σοφῶν ἐπιήρανος ἔργων.
Ὁππότε γὰρ πάσῃσιν ὀρέξαιτο πραπίδεσσι,
Ῥεῖά γε τῶν ὄντων πλίντων λεύσσεσκεν ἕκαστα,
Καί τε δέκ' ἀνθρώπων καὶ τ' εἴκοσιν αἰώνεσσι.

Subjungit, hos verſus exponens: τὸ γὰρ περιώσια, καὶ τῶν ὄντων λεύσσεσκεν ἕκαστα, καὶ πραπίδων πλοῦτον, καὶ τὰ ἑοικότα, ἐμφατικὰ μάλιστα τῆς ἐξαιρέτου καὶ ἀκριβεστέρας παρὰ τοὺς ἄλλους διοργανώσεως ἔν τε τῷ ὁρᾶν, καὶ τῷ ἀκούειν, καὶ τῷ νοεῖν τοῦ Πυθαγόρου. Eadem, & ferè iiſdem verbis, habet Jamblichus, itidem in Vita Pythagoræ, cap. 15. ſed aliquantùm corrupta: quare ex Porphyrio emendanda.

55 Τὴν γὰρ προφερομένην πρὸς Τηλαύγους ἐπιστολὴν, &c. μὴ εἶναι ἀξιόπιστον] Telaugis nullum ſcriptum exſtitiſſe, ſcribit in Pythagora.

56 Ἀλκιδάμας δ' ἐν τῷ Φυσικῷ] De hoc Alcidamante, memini ſuprà me dixiſſe. Vide Suidam in Ἀλκιδάμας. 57

Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ Σοφιστῇ] Cujus libri ſuprà meminit in Indice Librorum Ariſtotelis; ſicut & libri Περὶ Ποιητῶν, in quo mox citatur idem Ariſtoteles.

Πρῶτον Ἐμπεδοκλέα Ῥητορικὴν εὑρεῖν] Fabius libro III. capite 1. *Nam primus poſt eos quos Poetæ tradiderunt, moviſſe aliqua circa Rhetoricen Empedocles dicitur.* Sextus Empiricus libro VII. adverſus Mathematicos pag. 139. Ἐμπεδοκλέα μὲν γὰρ ὁ Ἀριστοτέλης φησὶ πρῶτον Ῥητορικὴν κεκινηκέναι.

Ὅτι καὶ Ὁμηρικὸς ὁ Ἐμπεδοκλῆς] Ὁμηρικὸς τὴν φράσιν, ſcilicet.

Καὶ Προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα] Id eſt, *Hymnum in Apollinem.* Similiter Plato, in Phædone, Hymnum in laudem Apollinis, τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον appellavit. Item Themiſtius Oratione XIV. quod ad Socratis vitam obſervavimus. Pindarus Pythion. Ode I. Lyram Apollinis compellans:

Πείθονται δ' ἀοιδοὶ σήμασιν,
Ἀγησίχορον ὁπόταν προοιμίων
Ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα.

Thucydides libro III. καὶ ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς, καὶ μουσικός· χορούς τε ἀνῆγον αἱ πόλεις. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἃ ἐστιν ἐκ Προοιμίου Ἀπόλλωνος. Et poſteà: ὅτι δὲ καὶ Μουσικῆς ἀγὼν ἦν, καὶ ἀγωνιούμενοι ἐφέροντο, ἐν τοῖσδε αὖ δηλοῖ, ἃ ἐστιν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Προοιμίου. Ad quem locum Scholiaſtes: ἐκ Προοιμίου· ἐξ Ὕμνου· Ὕμνους γὰρ, τὰ Προοίμια ἐκάλουν. Notabit obiter Lector, Hymnos illos veteres, quos Homero falsò tribui plurimi putant, ut Homericos Thucydidem agnoſcere.

Τὰ δὲ Περσικὰ, &c.] Ea laudat Ariſtoteles Problemat. ſect. XXI. Problem. 22.

Καὶ ἰατρὸς ἦν καὶ ῥήτωρ ἄριστος] Suidas de Parmenide: αὐτοῦ δὲ διάδοχοι ἐγένοντο Ἐμπεδοκλῆς τε, καὶ Φιλόσοφος, καὶ Ἰατρὸς, &c. Pythagoreos Medicinæ præcipuam operam dediſſe, ſcribit Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro IX. cap. 22. 58

Γοργίαν γοῦν τὸν Λεοντῖνον αὐτοῦ γενέσθαι μαθητήν] Quintilianus libro III. capite 1. *Gorgias Leontinus, Empedoclis, ut traditur, diſcipulus.* Id ipſum teſtatur & Suidas.

Ὃν φησιν Ἀπολλόδωρος, ἐν Χρονικοῖς, ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιῶναι] Similiter Quintilianus libro III. Inſtitutionum cap. 1. Gorgiam Leontinum centum & novem annos vixiſſe, ſcribit. Philoſtratus in Gorgia Leontino, centum & octo dicit. centum & ſeptem Cicero, in libro illo aureo de Senectute.

Παλίντιτα] παλίντονα, habet Suidas; quod Caſaubonus obſervavit. 59

Καὶ γὰρ ἐτησίων ποτὲ σφοδρῶς πνευσάντων, ὡς τοὺς καρποὺς λυμῆναι, κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι, πρὸς τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα· λήξαντος δὲ, Κωλυσανέμαν κληθῆναι.] Nihil ineptius fingi poteſt eo quod refert hîc Laërtius, Empedoclem excoriatis compluribus aſinis, & eorum pellibus oppoſitis auſtro, excluſiſſe ventum; & ſimul peſtem quam pernicioſi illi flatus Agrigentinis inducebant. Idem tamen 60

eſt, eò quòd naturâ violentus atque intractabilis eſſet, ac præterea ſeditionum ac dominandi avidus. Quâ repulſâ ille exacerbatus, maximam manum factioſorum adverſùs ſodalitatem Pythagoreorum collegit, atque exinde nihil non contra illos dicere ac moliri cœpit. Ceterùm apud Laërtium, in Socrate, legi quoque poſſet, ὡς Πυθαγόρας Κύδων (ſive Κύλων) καὶ Νίνων, Κροτωνιάται. Nam & Jamblichus dicto loco, Ninonem quemdam, ut Pythagoreorum inimicum, cum Cylone memorat: τὰς δημηγορίας κατηγορούντων αὐτῶν, ἐκ τῶν Ῥητόρων Κύλων καὶ Νίνων.

Καθάπερ Ἀντίδοκον Σωκράτει] Ita quoque editio Stephanica. Sed Frobeniana, & Regiæ Membranæ, Ἀντίδικον? & ita legit Aldobrandinus. Ἀντιόλοχος dicitur in Vita Socratis; ubi nos vide.

ΠΥΘΑΓΌΡΑΣ ΑΝΑΞΙΜΈΝΕΙ.] Solam hanc Pythagoræ exſtare Epiſtolam, putat Rittershuſius.

Οἱ ὀνησταὶ τὰς πόλεις, &c.] ὀνῆσται, rectè Caſaubonus: quam emendationem probat & Rittershuſius. Laërtius noſter infrà in Heraclito: ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνῆστος ἔστω. Legendum verò & hîc τὰς πόλιας. ſcripſit enim Jonicè Pythagoras, utpote Samius: & ita ſcriptum reperimus in Codice Regio.

50 Καὶ ἐγὼ δὲ οὐ πάντα περὶ τοὺς ἐμεωϋτοῦ μύθους, ἀλλὰ ἐν πολέμοις, οὓς διαφέρουσιν εἰς ἀλλήλους Ἰταλιῶται] Bellis componendis ſcilicet, non enim umquam bellum geſſit Pythagoras, ſi Tertulliano fides: cujus hæc ſunt verba in libro de Anima capite 31. *Ecce enim, Euphorbum militarem & bellicam animam ſatis conſtat, vel de ipſa gloria clypeorum conſecratorum: Pythagoram verò tam reſidem & imbellem, ut prælia tunc Græciæ vitans, Italiæ maluerit quietem, Geometriæ & Aſtrologiæ & Muſicæ devotus, alienus ſtudio & affectu Euphorbi.* Sultuliſſe penitus omnes diſcordias, non à notis ſolùm & familiaribus, eorumque poſteris ad aliquot ſecula, ſed ab omnibus omnino Italiæ atque Siciliæ civitatibus, tam inteſtinas quàm externas, auctor eſt Porphyrius in ejus Vita: qui addit, hoc apophthegma crebrò ei in ore fuiſſe, Fugandum omni conatu, & igni atque ferro, & quibuſcumque denique machinis præcidendum; à corpore quidem morbum; ab anima, ignorantiam; à ventre, luxuriam; à civitate, ſeditionem; à familia, diſcordiam.

Περὶ Ἐμπεδοκλέους πρῶτον· κατὰ γάρ τινας, Πυθαγόρου δὶ ἀκουσεν] Quos inter, Timæus apud Laërtium in Empedocle, & Jamblichus in Vita Pythagoræ cap. 23.

Mirum autem Laërtium noſtrum, inter Pythagorica effata, τοῦ λάθε βιώσας non meminiſſe: de quo ſic Marinus in Vita Procli: τοσοῦτον ἐλάνθανεν, ὅσον οὐδὲ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ Λάθε βιώσας τοῦ καθηγεμόνος ἀσάλευτον φυλάττοντες. *Uſque adeo latebat Proclus, quantum ne Pythagorei quidem, qui præceptum hoc auctoris ſui λάθε βιώσας, inconcuſſum ſervant.*

Non abs re forſan fuerit hîc exſcribere, quæ de Pythagora habentur in Vita Sancti Artemii, in Codice MS. Bibliothecæ Colbertinæ, numero 82. paginâ 48. Πυθαγόρας, ὁ τῆς Ἰταλικῆς κατάρξας αἱρέσεως, τὰ ὠέγια καὶ θαυμαστὸν ἐν τῷ βίῳ τρὶς παραχθεὶς ἀπειργάσατο; ἢ ὅτι ἐν Ὀλυμπίᾳ γενόμενος, ὡς ὑμεῖς φατὲ, χρυσοῦν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν τοῖς Ἑλλανοδίκοις ὑπέδειξε· καὶ βοῦν θύεσθαι μέλλοντα ὁρῶν μυκησάμενον, ἀνδρὸς, ἔφη, ψυχὴν ἐμοὶ φιλτάτου κέκτηται, καὶ διὰ τοῦ μυκήματος προσαγορεύει με ταλαίπωρος· καὶ ἀέτὸν ἐν ὕψει καταπεταμένον δι' ἐπῳδῆς καταπεσεῖν ἐπὶ γῆς πεποίηκεν. ταῦτα ὁ τρὶς γεννηθεὶς ἐθαυματούργει ἐν Ὀλυμπίᾳ γενόμενος, δοξομανῶν καὶ φαντασιούμενος ὁ τρισάθλιος. ὁ τὴν τετρακτὺν ὅρκον τιθέμενος, καὶ ταύτην φάσκων πηγὴν ἀενάου φύσεως. ὁ τοὺς κυάμους σεβόμενος, δι' οὓς ἀπώλετο μετὰ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων ὑπὸ τῶν Ταραντίνων συνελαυνόμενος. μὴ βουλόμενος γὰρ τὸν τόπον πατῆσαι, ἐν ᾧ οἱ κύαμοι ἐσπαρμένοι ἐτύγχανον, αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἑταίρων καὶ μαθητῶν, καταφάττεται, καὶ τῶν ἐχθρῶν γίνεται παρακάλωμα. Θεανὼ δὲ, ἡ τούτου γαμετὴ καὶ μαθήτρια, μὴ βέλουσα τὴν αἰτίαν κατειπεῖν, διὰ ἣν τὸν κύαμον οὐκ ἐσθίουσι, τὴν γλῶτταν ἐκτμηθεῖσα πρότερον, καὶ αὐτὴ προαπόλυται, &c. Καὶ Πυθαγόρας καὶ Ἑρμῆς, τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς εἰς τὸν τοῦ ᾅδου πυθμένα κατάγουσι μετεμψυχώσεις δή τινας καὶ μεταγωγισμοὺς παρεισάγοντες, ποτὲ μὲν εἰς ἄλογα ζῶα καὶ θηρία μετεμβιβάζοντες, ποτὲ δὲ εἰς ἰχθῦς καὶ φυτὰ, καὶ ἄλλας τινὰς ἐπανακυκλήσεις καὶ περιόδους κατασπῶντες αὐτὰς, καὶ ἀποῤῥαπίζοντες.

EMPEDOCLES.

Ἡρακλείδης ἐν τῷ Περὶ νόσων] Ita Editio Stephanica & Codex Regius: & ita quoque infrà, in hac ipſa Vita: Ἡρακλείδης δὲ ἐν τῷ Περὶ νόσων, φησὶ καὶ Παυσανίας, &c. Sed Περὶ νήσων, Editio Frobeniana: & ita legit uterque interpres. Sed quis ſit Heraclides ille qui de Inſulis ſive de Morbis ſcripſerat, non liquet. 51

Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυμπιονίκαις] Cujus operis meminit quoque ſuprà in Pythagora. Primum ejus librum citat Athenæus lib. IV. 13.

Τὴν πρώτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Erratum videtur in numero: cùm enim Empedocles Olymp. LXXXIV. floruerit, vix temporis ratio admittit, ut avus ejus primâ & ſeptuageſimâ Olympiade vicerit. An legendum, ἑξηκοστήν? Tamen etiam infrà, ἑβδομηκοστήν. Vide locum.

Μάρτυρι χρώμενος Ἀριστοτέλει] Qui & ipſe Olympionicarum Elenchum ſcripſerat, teſte eodem Laërtio in ejus Vita, & Plutarcho in Lycurgo.

Γλαῦκος] Is eſt Glaucus Rheginus, qui, teſte Plutarcho in libro de Muſica, de Veteribus Poëtis & Muſicis librum ſcripſerat; ſed qui, eodem Plutarcho teſte libro de X. Rhetoribus in Vita Antiphontis, Antiphonti à nonnullis tribuebatur. Ex hoc Opere ſumpſiſſe Laërtium quæ hîc de Empedocle, Poëta Phyſico, è Glauco profert Laërtius, verè, ut mihi videtur, Jonſius exiſtimabat. Fuit Democriti æqualis, ut diſcimus ex Laërtio noſtro: cujus hæc ſunt verba in Vita Democriti: πάντως μέν τοι τῶν Πυθαγορικῶν τινας ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸν Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους αὐτῷ γεγονώς. Vicit κέλητι, ſive Equo ſingulari, teſte Scaligero in deſcri- 52

habet Suidas; ſecutus Laërtium. Verba ejus ſunt in Ἐμπεδοκλῆς: ἐπεκλήθη δὲ καὶ Κωλυσανέμας, διὰ τὸ ἀνέμου πολλοῦ ἐπιθεμένου τῇ Ἀκράγαντι, ἐξελάσαι αὐτὸν, δοράς ὄνων περιθέντα τῇ πόλει. Et in ἀμύκλαι & in ἄπνους, ad verbum: καὶ ποτ' ἐτησίων σφοδρῶς πνευσάντων ὡς τοὺς καρποὺς λυμῆναι, κελεύσας ὄνους ἐκδαρῆναι, καὶ ἀσκοὺς ποιῆσαι περὶ τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας διέτεινε, πρὸς τὸ συλλαβεῖν τὸ πνεῦμα· λήξαντος δὲ, Κωλυσανέμαν κληθῆναι. Rem narrat aliter; & rectiùs; Plutarchus in libro περὶ πολυπραγμοσύνης, & in libro contra Colotem. Prioris libri verba, hæc ſunt: ὁ δὲ φυσικὸς Ἐμπεδοκλῆς, ὄρους τινὰ διασφάγα βυρὺν καὶ νοσώδη κατὰ τῶν πεδίων Νότου ἐμπνέουσαν, ἐμφράξας, λοιμὸν ἔδοξεν ἐκκλεῖσαι τῆς χώρας. *Empedocles Phyſicus, cùm animadvertiſſet gravem quemdam & peſtiferum Auſtrum per montis ſciſſuram in campos mitti, obſtructâ eâ, peſtem à loco avertiſſe viſus eſt.* Hæc, poſterioris: Ἐμπεδοκλῆς δὲ τούς τε πρώτους τῶν πολιτῶν ὑβρίζοντας, καὶ διαφορεῦντας τὰ κοινὰ ἐξελέγξας, ἀπήλλαξεν ἀκαρπίας καὶ λοιμοῦ, διασφάγας ὄρους ἀποτειχίσας, δι' ὧν ὁ Νότος εἰς τὸ πεδίον ὑπερέβαλλε. *Empedocles verò principes civium, peculatus & contumelioſarum injuriarum convicit: ac regionem ſterilitate & peſtilentia, obſtructis montis faucibus per quas Auſter in campos incidebat, liberavit.* διασφάγες, ſunt montium ſciſſuræ. Suidas: διασφάξ. διατομὴ ὄρους· καὶ διασφάγες, διεστῶσαι πέτραι. Herodotus paginâ 390. apud Anonymum, cujus in Hermogenis Rhetoricam Scholia edidit Aldus: τῆς γὰρ γῆς πολλὰς ἐχούσης, ὡς φησι, ῥωχμὰς καὶ διασφάγας, τὸ ὕδωρ εἰσδυόμενον τίκτει πνεῦμα. Dictæ autem ſunt à σφάζω, *ſeco*; quòd in medio quaſi diſſectæ & jugulatæ appareant. Euſtathius ad Iliados Α, pag. 134. editionis Romanæ: ἐξ αὐτοῦ δὲ (σφάζω) ἡ διασφάξ, ἐπὶ σχίσματος, εἴτε πετραίου, εἴτε καὶ τοῦ κατὰ σῶμα. Unde & pro pudendo muliebri apud Comicos; ſubjungit ille. Laërtius autem; de quo me monuit vir undecumque doctiſſimus Iſaacus Voſſius; non intellecto Timæi loco; ubi hæc de Empedocle; pro διασφάγας ὄρους, legit διασφάξας ὄνους: unde demum lepida iſta prodiit fabella. Etiam Empedoclem Κωλυσανέμαν vocatum, ſcribit Heſychius Gloſſographus his verbis: κωλυσανέμας. ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὕτω καλεῖται, ὡς ὑπισχνούμενος ἐφέξειν τοὺς ἀνέμους. Idem teſtatur & Clemens στρωματέων libro VI. & Philoſtratus libro VIII. de Vita Apollonii capite 3. Porphyrius & Jamblichus in Vita Pythagoræ, non Κωλυσανέμαν vocatum ſcribunt, ſed Ἀλεξάνεμον: quod idem eſt. Ceterùm hîc, pro λήξαντος, ſcriptum eſt in Codice Regio λύσαντος: unde quidam legebat, κωλύσαντος. Sed λήξαντος, rectum eſt. Ita infrà, in ipſa Empedoclis Vita: οὕτω δὴ λήξαντος τοῦ λοιμοῦ.

61 Τὴν γοῦν ἄπνουν ὁ Ἡράκλειτός φησι τοιοῦτόν τι εἶναι, ὡς τριάκοντα ἡμέρας συντηρεῖν ἄπνουν καὶ ἄσηπτον] Plura in hunc locum obſervamus ad hujuſce Operis Proœmium, quò Lectores remitto. Ceterùm hæc Laërtii verba exſcripſit Suidas in ἄπνους: ubi ἄσιτον habet.

62 Στίφεσί τε θαλείης] Codex Regius θαλείοις. Ita quoque in Anthologia; ſed ubi Scholiaſtes, γράφεται καὶ θαλείαις, καὶ θαλήαις.

Μύριοι] In Anthologia H. Stephani, Μυρίοι.

Φησι Ποταμίλλα] τὸ Ποταμίλλα, non agnoſcunt ceteræ Editiones. Agnoſcunt Regiæ Membranæ. Ignoratiſſima autem mihi omnium feminarum hæc femina. Palat. Codex habet Ποταμὸν ἄλλοι. 63

Ἐπεὶ μυριάδες αὐτὸν κατῴκουν ὀγδοήκοντα] Erratum in numero ſuſpicatur Samuël Bochartus. Et κ', id eſt, *viginti*, non π', id eſt, *octoginta*, ſcriptum fuiſſe à Laërtio, colligit ex his Diodori verbis libro XIII. Ἀκραγαντῖνοι μὲν ἦσαν πλείους τῶν δισμυρίων. (Lege δεκακισμυρίων) σὺν τοῖς κατοικοῦσι ξένοις, οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι μυριάδων. *Agrigentini quidem erant plures decem hominum myriadibus: & cum inquilinis advenis: non minùs viginti myriadibus.* Bochartum vide Geographiæ Sacræ libro IV. cap. 20.

Ὅθεν τὸν Ἐμπεδοκλέα εἰπεῖν, τρυφώντων αὐτῶν, Ἀκραγαντῖνοι τρυφῶσι μὲν, ὡς αὔριον ἀποθανούμενοι· οἰκίας δὲ κατασκευάζονται, ὡς πάντα τὸν χρόνον βιωσόμενοι] Platoni tribuit Ælianus Variæ Hiſtoriæ libro XII. capite 29. Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἰδὼν Ἀκραγαντίνους καὶ εἰκοδομοῦντας πολυτελῶς, καὶ ὁμοίως δειπνοῦντας, εἶπεν, ὅτι ἆρα Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν, ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι· δειπνοῦσι δὲ, ὡς ἤδη (ita legendum non ἀεὶ) τεθνηξόμενοι. Ad Diogenem Cynicum, de Megarenſibus retulit Tertullianus in Apologetico capite 37. ad Stratonicum Citharœdum de Rhodiis Plutarchus in libello de Avaritia. Tertulliani verba ſic ſe habent: *De nobis ſcilicet Diogenis dictum eſt, Megarenſes obſonant, quaſi craſtinâ die morituri; ædificant verò, quaſi numquam morituri.* Plutarchi autem hæc ſunt: ὁ Στρατόνικος ἐπέσκωπτε τοὺς Ῥοδίους εἰς πολυτέλειαν, οἰκοδομεῖν γὰρ, ὡς ἀθανάτους, λέγων· ὀψωνεῖν δὲ, ὡς ὀλιγοχρονίους.

Αὐτοὺς δὲ τούτους τοὺς Καθαρμοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ ῥαψῳδῆσαι λέγεται Κλεομένην τὸν Γαψῳδὸν, ὡς καὶ Φαβωρῖνος, &c.] Quod ipſum ex Dicæarcho refert Athenæus libro XV. 3. τοὺς δὲ Ἐμπεδοκλέους Καθαρμοὺς ἐῤῥαψῴδησεν Ὀλυμπιάσι Κλεωμένης ὁ Γαψῳδὸς, ὡς φησι Δικαίαρχος ἐν τῷ Ὀλυμπικῷ.

Ἐκέλευσε γὰρ ἢ πίνειν ἢ καταχεῖσθαι τῆς κεφαλῆς] Vide hîc Caſaubonum, & Meurſium in Græcia Ludibunda Voce ἐωλοκρασία. 64

Ἄκρωνος τοῦ ἰατροῦ] De Acrone illo Medico, videndus Suidas in Ἄκρων. Meminit Plinius lib. XXIX. capite 1. *Alia factio*, inquit, *ab experimentis ſe cognominans* Empiricen, *cœpit in Sicilia, ab Acrone Agrigentino, Empedoclis Phyſici auctoritate commendato*: quibus verbis Plinium ad Empedoclis de Acrone Epigramma reſpexiſſe Caſaubonus rectè obſervavit. Meminit & Plutarchus in libro de Iſide & Oſiride: quod & ipſum obſervavit Caſaubonus. Verba Plutarchi ſunt: Ἄκρωνα γοῦν τὸν ἰατρὸν ἐν Ἀθήναις ὑπὸ τὸν μέγαν λοιμὸν εὐδοκιμῆσαι λέγουσι, πῦρ κελεύοντα παρακαίειν τοῖς νοσοῦσιν· ὤνησε γὰρ οὐκ ὀλίγους. Etiam Hippocrates Græciam prope univerſam peſte vexatam, crebris ignibus accenſis liberavit: quod remedium ab Acrone accepiſſe, credit Mercurialis Variarum Lectionum libro II. capite 18. nec- 65

non Voſſius in Syntagmate de Medicis.

Ἐλεγεῖον] Nota ἐλεγεῖον de diſticho: qua de hujus vocis ſignificatione, ſuprà dixiſſe me memini ad Cratetem Cynicum.

Ἄκρον ἰητρὸν Ἄκρων' Ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου, &c.] Malim ἰατρὸν, ut & poſtea, ἀκρατάς: ſcripſit enim Doricâ linguâ Empedocles, non ſolum ut Agrigentinus, ſed etiam ut Pythagoricus: Pythagorici Doricam Dialectum ceteris præferebant: qua de re legendus Jamblichus libro I. de Vita Pythagoræ cap. 34. Etiam ἰατρὸν legere eſt apud Heſychium Mileſium. Tamen Muretus Var. Lect. xv. 28. *Non omnes qui Italicam Philoſophiam coluere, fuerunt genere atque origine Itali: cùm Pythagoras ejus diſciplinæ auctor, Samius fuerit: neque omnes Dorico ſermone ſcripſere. Empedocles certè Ionicè ſcripſit, qui tamen Pythagoreus fuit.* Certè, ut erat Agrigentum Jonum colonia; teſte Strabone; Agrigentini, licèt Siculi; qui quidem Siculi Dores erant; Jonico ſermone forſan utebantur. Ceterum, tales annominationes adeo amavit Gorgias, ut γοργιασμὸν pro eo ſcribendi genere, veteres Critici uſurparint. Quare Syneſius epiſtolâ 82. τὸ ψυχρὸν & Γοργιαῖον conjungit: quamquam, ut ad hunc locum Petavius adnotabat, τὸ Γοργιάζειν apud Philoſtratum epiſtolâ 13. eſt *ornatè, ac Rhetoricè loqui.* Has autem annominationes, ab Empedocle, cjus præceptore, accepiſſe, hoc Empedoclis de Acrone Epigramma ſuadere videtur. Cujus epigrammatis meminit Euſtathius ad Odyſſeam jota, paginâ 1634. Editionis Romanæ: his verbis: παλαιὸς μέν τις ἐπίγραμμα τωθαστικὸν εἴς τινα ἰατρὸν Ἄκρωνα ἔγραψε οὕτως, Ἄκρων' ἰατρὸν ἄκρον Ἀκραγαντίνων· ἐπίτηδες οὕτω γράψας ἐκεῖνος· καὶ οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος. Corrige Ἀκραγαντῖνον.

Τοῦτόν τινες] Corrige τοῦτο. Refertur ad ἐλεγεῖον, non ad στίχον. & ita Codex Regius.

66 Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς, Πωλεῦμαι] Quod quomodo ſit accipiendum, docet Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos paginâ 60. ὁ μὲν γὰρ Γραμματικὸς καὶ ὁ ἰδιώτης ὑπολήψονται, κατ' ἀλαζονείαν καὶ τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὑπερηφάνειαν, ταῦτ' ἀνεφθέγχθαι τὸν Φιλόσοφον· ὅπερ ἀλλοτρίον ἐστι τοῦ κἂν μετρίαν ἕξιν ἐν Φιλοσοφίᾳ ἔχοντος, οὐχ ὅτι γε τοσούτου ἀνδρός. ὁ δὲ ἀπὸ φυσικῆς ὁρμώμενος θεωρίας, σαφῶς γινώσκων ὅτι ἀρχαῖον ὅλως τὸ δόγμα ἐστὶ, Τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια γινώσκεσθαι, ὅπερ ἀπὸ Πυθαγόρου δοκεῖν κατεληλυθέναι, κεῖται μὲν καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Τιμαίῳ, εἴρηται δὲ πολὺ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ Ἐμπεδοκλέους,

Γαῖαν μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
Ἠέρι δ' ἠέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
Στοργὴν δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ·

συνήσει ὅτι, ὁ Ἐμπεδοκλῆς θεὸν ἑαυτὸν προσηγόρευσεν, ἐπεὶ μόνος καθαρὸν ἀπὸ κακίας τηρήσας τὸν νοῦν καὶ ἀνεπιβόλωτον, τῷ ἐν ἑαυτῷ θεῷ, τὸν ἐκτὸς κατείληφεν. *Grammaticus quidem, rudisque quiſpiam & imperitus, hæc Philoſophum exiſtimabit dicere per arrogantiam. quod quidem eſt alienum ab eo qui vel mediocriter verſatus eſt in Philoſophia, tantum abeſt ut id cadat in tantum virum. Qui autem rei phyſicæ cognitione imbutus eſt, apertè ſciens antiquum eſſe dogma, Similibus ſimilia cognoſci, quod quidem deſcendiſſe videtur à Pythagora, ſitum eſt autem apud Platonem in Timæo, dictum eſt autem longè antea ab ipſo Empedocle,*

Terram nam terrâ, atque undâ conſpeximus undam;
Aëre divinum nos aëra vidimus, igne
Clarum ignem; lite eſt lis triſtis; viſus amore
Eſt & amor;

intelliget, quòd Empedocles ſeipſum appellavit Deum, quoniam cùm ſolus conſervaſſet mentem à vitio puram & imperturbatam, eo qui in ſe erat Deo, Deum qui erat extrinſecùs comprehendit. Legendum autem in verſu Empedoclis, Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν. Ita Siculi loquebantur: & ita ſcriptum invenimus apud Philoſtratum de Vita Apollonii, libro & capite primo. Videndus Bullialdus in Commentariis ad Claudium Ptolemæum περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ, ubi de hoc Empedoclis & Platonis effato, *Simile à ſimili cognoſci.*

Καὶ τὰ ἑξῆς] Quæ vide ſuprà, & in Anthologia lib. I. Tit. εἰς Φιλοσόφους.

Ἐπιστροφῆς ἠξιοῦτο πλείονος] Hoc eſt, *omnes in illum ora obvertebant ſua.* Minùs rectè Aldobrandinus, *magno cultu dignatus eſt.*

Αὐτοῦ καθάπτεται] Ita Latinis *tangere*, pro σκώπτειν: quod ſuprà ex Terentio obſervaſſe me memini. 67

Κηλητὴς ἐπέων] Sic quoque editio Frobeniana, Stephanica, & Regius Codex. Aldobrandinus videtur legiſſe Κυλητὴς: vertit enim *Volutor.*

Ἡρακλείδης μὲν γὰρ τὰ περὶ τῆς ἄπνου διηγησάμενος] Heraclidem Ponticum ſignificat; non Heraclidem Sarapionis filium, qui *Lembus* cognominabatur. Vide nos ad Procœmium Laërtianum.

Εἴς τις ἔφη μέσων νυκτῶν φωνῆς ὑπερμεγέθους ἠκοῦσαι προσκαλουμένης Ἐμπεδοκλέα] Simile quid de Philolao narratur: Eurytum ſcilicet dicere, Paſtorem quemdam ſibi commemoraſſe cùm ſuper Philolai monumentum paſceret, ſe quemdam in ſepulchro canentem exaudiiſſe. Vide Jamblichum lib. I. de Vita Pythagoræ cap. 28. 68

Ἐπὶ τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς ἐναλίσθαι, καὶ ἀφανισθῆναι· βουλόμενον τὴν περὶ αὐτοῦ φήμην βεβαιῶσαι ὅτι γεγόνοι θεός] Notiſſimi ſunt in hanc rem Horatii verſus in Epiſtola ad Piſones: 69

--- Dicam; Siculique Poëtæ
Narrabo interitum. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Inſiluit. ſit jus, liceatque perire Poëtis.

Meminit hujuſce mortis Empedoclis Lucianus in Dialogo Menippi & Æaci: ΜΕΝΙΠΠΟΣ. ὁ δὲ σποδοῦ πλέως, ὥσπερ ἐγκρυφίας ἄρτος, ὁ ταῖς φλυκταίναις ὅλος ἐξηνθηκώς, τίς ἐστιν; ΑΙΑΚΟΣ. Ἐμπεδοκλῆς, ὦ Μένιππε, ἠμελήθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών. ΜΕΝ. ὦ χαλκόποδος βέλτιστε, τί παθὼν σαυτὸν εἰς τοὺς κρατῆρας ἐνέβαλες; ΕΜΠ. Μελαγχολία τις, ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. οὐ μὰ Δία, ἀλλὰ κενοδοξία, καὶ τῦφος, καὶ πολλὴ κόρυζα· ταῦτά σε ἀπηνθράκωσεν αὐταῖς κρηπῖσιν οὐκ ἄξιον ὄντα. πλὴν ἀλλ' οὐδέν σε τὸ σόφισμα ὠφέλησεν· ἐφωράθης γὰρ τεθνεώς. Meminit & in Morte Peregrini,

& in Vera Hiſtoria lib. II. & in Icaromenippo. Meminit & Tertullianus in libro de Anima cap. 31. his verbis: *Sed enim Empedocles, quia ſe Deum deliraverat, idcireo opinor dedignatus aliquem ſe heroum recordari,* Thamnus, & piſcis fui, *inquit, Cur non magis & pepo; tam inſulſus: & chamæleon; tam inflatus? Planè ut piſcis, ne aliquâ ſepulturâ conditiore putreſceret, aſſum ſe maluit, in Ætnam præcipitando.* Reſpexit hanc mortem & Ovidius in Ibin, his verſibus;

Aut tu Trinacrii ſalias ſuper ora gigantis,
Plurima quâ flammas Sicanis Ætna vomit.

Quo loco Vir doctiſſimus & nobiliſſimus eamdem mortem procul dubio intellexiſſe Ulpianum ait in L. Si quis filio D. de injuſto, rupto, irrito facto teſtamento, his verbis: *Quòd ſi qui tædio vitæ, vel valetudinis adverſæ impatientiâ, vel jactatione, ut quidam Philoſophi, mortem ſibi conſciverunt, in ea cauſa ſunt, ut eorum teſtamenta valeant.* Addit Accurſium idem animadvertiſſe. Id certè Accurſius ex Johanne animadvertit; & poſt Accurſium, Alciatus. Sed hæc Interpretatio menti Juriſconſulti omnino contraria eſt: ſi quis enim ex vanâ ambitione, & dum Deus haberi vellet, ut Empedocles, in Ætnam aut quemvis alium locum ſe projiceret, in ea cauſa non eſſet ut teſtamentum ejus valeret: non enim eſt ea cauſa εὔλογος ἐξαγωγὴ, ut Stoicorum verbis utar: qua de re nos ſuprà ad Zenonem Citieum. Vide l. 3. D. De bonis eorum qui ante ſententiam vel mortem ſibi conſciverunt, vel accuſatorem corruperunt. Valde eſt notabilis in hanc ſententiam Philoſtrati locus lib. VII. de Vita Apollonii cap. 5. Φιλοσοφίᾳ δὲ, οἶμαι, προσήκει, (Demetrium Cynicum loquentem inducit) ἢ πόλιν ἐλευθεροῦντα ἀποθανεῖν, ἢ γονεῦσι τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ παισὶ καὶ ἀδελφοῖς, καὶ τῇ ἄλλῃ ξυγγενείᾳ ἀμύνοντα, ἢ ὑπὲρ φίλων ἀγωνιζόμενον, οἱ ξυγγενείας αἱρετώτεροι σοφοῖς ἀνδράσιν· ἢ ἡμπολημένον ἐξ ἔρωτος. (ita legendum videtur) τὸ δὲ μὴ ἐπ' ἀληθέσι, κεκομψευμένοις δ' ἀποθανεῖν, καὶ παρασχεῖν τῷ Τυράννῳ Σοφοῦ δόξαν, (& ita videtur hoc loco legendum) πολλῷ βαρύτερον, ἢ εἴ τις, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἴξίονα, μετέωρος ἐπὶ τροχοῦ κνάμπτοιτο. *Philoſophiæ namque, ut arbitror, conveniens mors eſt, ſi civitatem ſuam in libertatem vendicans aliquis moriatur, aut parentes, & filios, agnatoſve ulciſcens, aut amicorum cauſâ decertans, quos cognatis præferunt Sapientes: Item ſi quis libidinis ergò veneat. Sin verò quis fictis de cauſis, & jactantiæ gratiâ mortem quærat, & ut Sapiens videatur ſeſe Tyranno ſubjiciat, multò dementior putari debet, quàm ſi in rota circumferatur, ſicut de Ixione Fabulæ narrant.* Igitur τὸ *jactatione* hoc loco de jactatione mentis, ſive de adverſa fortuna accipi debet. Ita apud præſtantiſſimum Poëtarum:

--- Multum ille & terris jactatus & alto,
Vi Superùm.

Et alibi: *Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!* Adde quod *jactationis* legitur in Pandectis Florentinis, non *jactatione*: & ità omnino legendum videtur. Ceterùm, κρατῆρες ſunt quas Latini *fauces*, ſive *ora* appellant. Lucretius in VI. ubi de Ætnâ:

In ſummo ſunt vertice item crateres, ut ipſi
Nominitant, nos quos fauces *perhibemus & ora:*

Ceterùm Peregrinus, ex Chriſtiano Philoſophus Cynicus, inſano gloriæ amore flagrans, exemplo Empedoclis, Olympiæ pyrâ exſtructâ, in totius Græciæ conventu, ſeſe flammis abſumendum dedit, ut auctor eſt Lucianus. Quare *Empedocles alter* dicitur Themiſtio in Oratione ad Jovinianum Imperatorem. ἀλλὰ καὶ τοὺς θεσμοὺς ἐξηγεῖται, οὐ φαυλότερον Ἐμπεδοκλέους, οὐ μὰ Δία ἐκείνου τοῦ παλαιοῦ. Id quod Petavius Themiſtii Interpres, at qui vir? ignoravit, docuit me Petrus Petitus in eruditiſſimis ſuis Miſcellaneis Obſervationibus; ubi eum vide.

Ὕστερον δὲ γνωσθῆναι, ἀναῤῥιπισθείσης αὐτοῦ μιᾶς τῶν κρηπίδων· χαλκᾶς γὰρ εἶβιστο ὑποδεῖσθαι] Atque hinc χαλκόπους Luciano dicitur dicto loco. Confer quæ habet Lucianus ibidem. Adde & Strabonem loco infrà memorando: ex cujus verbis, ὡς ἀνεῤῥιμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρὸς, legendum videtur hoc loco ἀναῤῥιφθείσης. Etiam Ælianus Variæ Hiſtoriæ XII. 32. Empedoclem calceos æneos geſtaſſe ſcribit: Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἀλουργεῖ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς. Item, Tertullianus in libro de Pallio cap. 4. *Audio enim & in purpura philoſophatum. Si Philoſophus in purpura, cur non & in baxa? Tyrium calceari niſi auro, minimè Græcatur. Dicet, atquin alius & ſericatus & crepidam æratus inceſſit? Dignè quidem, ut bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret, cymbalo inceſſit.* ad quem locum legendus Salmaſius, & Ferrarius in Tractatu de Re Veſtiaria, parte 2. libro IV. capite 10. Meminit & Suidas in Ἀμύκλας· ἀμύκλαι, inquit, κόσμιόν τι, ὅπερ ἐν ποσὶν εἶχεν Ἐμπεδοκλῆς· εἶχε γὰρ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ χαλκᾶς. Quæ verba non eum ſenſum habere videntur quem eis dat Caſaubonus, qui inde æneas illas Empedoclis crepidas ἀμύκλας vocatas exiſtimat: nihil enim aliud ſignificant quàm pedis indumentum eſſe, ſive ſit ex ære, ſive ex alia qualibet materia. Immo, ſi Suidam audimus, ne indumentum quidem pedis erat, ſed ornamentum: κόσμιον. idque ſatis veriſimile eſt: quò enim ærea calceamenta? Sed Comici, ut γελωτοποιοὶ, rem, ut fit, in majus auxerunt. Heſychius: ἀμυκλαῖδες, εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς Λακωνικοῦ. Sic legendum, ex Meurſio in Laconicis. De his crepidis Pollux VII. 22. ἀμυκλαῖδες δὲ, ἐλευθεριώτερον ὑπόδημα· δηλεῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. Quidni tamen ærea calceamenta habuerit Empedocles? cùm de Goliatho dicatur 1. Regum 17. 6. *ocreas æreas habebat in cruribus:* Et Vulcanus ſtanneas ocreas Achilli fabricaverat apud Homerum Iliados Σ. verſu 612. in quas Agenoris telum reſultavit Iliados Φ. verſu 593. Sed & Græci omnes Iliados H, Χαλκοκνημῖδες appellantur. Ceterùm hanc Empedoclis hiſtoriam reſpexiſſe videtur Johannes Chryſoſtomus Homiliâ VII. in Epiſtolam priorem Sancti Pauli ad Theſſalonicenſes: εἰπέ μοι, τί εὐκολώτερον, τὸ οἰκεῖον σῶμα ἀναλαβεῖν, ἢ τὸ ἀλλότριον; ἄλλοι πάλιν φασὶν ὑπὸ πυρὸς ἀναλίσκεσθαι, καὶ ἱματίων ἀνάστασιν γίνεσθαι, καὶ ὑποδημάτων· καὶ οὐ καταγελῶνται.

Πρὸς τοῦτο ὁ Παυσανίας ἀντέλεγε] Nec non & Strabo, cujus verba merentur adſcribi: ſunt autem libro VI. νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως (loquitur de his qui Ætnam conſcenderant) πολλὰ μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷά φασί τινες περὶ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι καθάλλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα, καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος, τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ὡς ἐφόρει χαλκᾶς· εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω, μικρὸν ἄπωθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερριμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός. οὔτε γὰρ πρόσιτον εἶναι τὸν τόπον, οὐθ' ὁρατόν· εἰκάζειν τε μηδὲ καταρριφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε, ὑπὸ τῆς ἀντιπνοίας τῶν ἐκ βάθους ἀνέμων, καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προαπαντᾷν εὔλογον πόρρωθεν πρὶν ἢ τῷ στομίῳ τοῦ κρατῆρος προσπελάσαι. εἰ δὲ καταρριφθείη, φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναρριφῆναι πάλιν, ὁποῖον παρελήφθη πρότερον. τὸ μὲν οὖν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐπιλειποῦσης ποτὲ τῆς ὕλης, οὐκ ἄλογον· οὐ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς τοσαύτης βίας ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλησιασμόν. *Hæc autem ex inſpectione ipſos cenſuiſſe multas fabulas eſſe petitas; maximè qualis à nonnullis de Empedocle narratur: eum deſiliſſe in craterem, ac veſtigium ſui caſûs reliquiſſe alterum calceorum, quos geſtabat æreos; hunc enim foris fuiſſe repertum non procul à labro crateris; ſcilicet ſurſum vi ignis ejectum: etenim locum illum neque adiri poſſe, neque conſpici; & conjecturam ſe facere, ne injici quidem poſſe eò quidquam, ob adverſam ventorum ex profundo ſpirationem, & calorem, quem conſentaneum ſit procul occurrere antequam ad os crateris appropinquetur. quòd ſi quid omnino injiciatur, multò antè ejus formam corruptum iri quâ erat injectum, quàm ipſum rurſus ejiceretur. neque verò abſurdum eſſe, deficiente aliquando materiâ, ſpiritus quoque & ignem aliquando ceſſare: ſed eam intermiſſionem tantam non eſſe, ut contra iſtam vim accedere homo aliquis poſſit.*

70 Διόδωρος δὲ ὁ Ἐφέσιος περὶ Ἀναξιμάνδρου γράφων] Non mihi aliunde notus.

Τραγικῶν ἀσκῶν τῦφον, καὶ σεμνὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα] Vide hîc Caſaubonum.

Τοῖς δὲ Σελινουντίοις] Populis Siciliæ.

71 Πῶς οὖν (φησὶν) εἰς τοὺς κρατῆρας ἤλατο, ὢν σύνεγγυς ὄντων οὐδὲ μενίαν ποτὲ ἐπεποίητο;] Inepta ratiocinatio.

72 Μηδὲ γὰρ ἄλλων πολλῶν] Quemadmodum Pompeii.

Ἀλλὰ διὰ παντός ἐστιν Ἡρακλείδης τοιοῦτος, παραδοξολόγος, καὶ ἐκ τῆς σελήνης πεπτωκέναι ἄνθρωπον λέγων.] Simile eſt de Heraclide Pontico Ciceronis teſtimonium lib. I. de Natura Deorum: Ex eadem Platonis ſchola Heraclides Ponticus puerilibus fabulis referſit libros. Plutarchus quoque in Vita Camilli, cum vocat μυθώδη καὶ πλασματίαν.

Γραπταὶ μὲν γάρ εἰσί τινες, καὶ νῦν περιφέρονται] Nota γραπταὶ pro γραφαὶ: id eſt, *effigies*, ſubauditur εἰκόνες. De nudis & velatis Statuis, Plinii hæc ſunt verba lib. XXXIV. cap. 5. *Græca res eſt, nihil velare: at contrà Romana ac militaris, thoracas addere.*

Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνός, ὁ καὶ περὶ τῶν Πυθαγορικῶν εἰπών] Neanthes Cyzicenus, qui temporibus Attali floruit, ut eſt apud Athenæum XV. 17. præter librum Περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, memoratum Stephano in Κραστός, ſcripſerat ſeorſim & Περὶ Πυθαγορικῶν, ut conſtat ex hoc loco. Ex hac Hiſtoria Pythagorica deſumpta eſſe rectè vidit Jonſius quæ de Pythagora ex Cleanthe refert Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. Theodoritus Therap. Serm. 1. Porphyrius in Vita Pythagoræ, Jamblichus itidem in Vita Pythagoræ, & Heſychius Mileſius in Empedocle. Quare quod apud Porphyrium, initio Vitæ Pythagoræ, legitur, Κλεάνθης δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Μυθικῶν Σύρον ἐκ Τύρου τῆς Συρίας, corruptum eſſe exiſtimo, & legendum Νεάνθης δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν Πυθαγορικῶν· præcipuè verò, cùm id ipſum ex Neanthe referat Clemens Stromat. I. Πυθαγόρας μὲν οὖν Μνησάρχου, Σάμιος, ὡς φησιν Ἱππόβοτος· ὡς δὲ Ἀριστόξενος ἐν τῷ Πυθαγόρου βίῳ, καὶ Ἀρίσταρχος, καὶ Θεόπομπος, Τυρρηνὸς ἦν· ὡς δὲ Νεάνθης, Σύριος ἢ Τύριος. & Theodoritus Serm. I. τὸν δὲ Πυθαγόραν Ἀριστόξενος καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Θεόπομπος Τυρρηνὸν εἶναί φασιν· ὁ δὲ Νεάνθης, Τύριον ὀνομάζει. Quamquam non ignoro Μυθικὰ ſcripſiſſe Cleanthem, in quibus citatur ab Athenæo, ut ſuprà ad Cleanthem obſervamus.

Ἔτι τε πολλὰς τῶν πολιτίδων ἀπροίκους ὑπαρχούσας 73
αὐτὸν προικίσαι, διὰ τὸν παρόντα πλοῦτον] Idem, & totidem verbis, Heſychius Mileſius; qui & præcedentia & ſequentia pleraque tranſcripſit.

Διὸ δὴ πορφύραν τε ἀναλαβὼν, καὶ στρόφιον ἐπιθέσθαι χρυσοῦν] Ælianus Var. Hiſt. XII. 32. ἀλουργεῖ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς.

Δημήτριος δὲ ὁ Τροιζήνιος ἐν τῷ κατὰ Σοφιστῶν βι- 74
βλίῳ] Sic Editio Stephanica. At Frobeniana & Codex Regius, Δημόκριτος. Vide nos ad Democriti Vitam, ubi de quarto Democrito. Utra lectio præferenda, fruſtrà quæras apud Laërtium in Demetrio & Democrito: neque enim aut iſtic Democriti Trœzenii, aut illic Demetrii meminit. Sed legendum omnino Δημήτριος, patet ex Athenæo IV. 7. Δίδυμος ὁ Γραμματικὸς (καλεῖ δὲ ταῦτον Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος βιβλιολάθαν, διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἐκδέδωκε συγγραμμάτων) &c. Idipſum patet & ex Auctore Homeri & Heſiodi ἀγῶνος, ubi teſtis adducitur Demetrius Trœzenius, qui patrem Homeri Δαήμονα appellatum dixerit.

Καθ' Ὅμηρον] Id eſt, *Homeri verbis utens.* Non placet Aldobrandini interpretatio, *ut tradit Homerus.*

Λέγεται αὐτὸν εἰς θάλατταν ὑπὸ γήρως ὀλισθήσαντα, τελευτῆσαι] Proba eſt hæc lectio; neque eam ſollicitamus: ſed tamen εἰς τὰν Αἴτναν in Epiſtola illa Telaugis (nam Doricè conſcripta erat) ſcriptum fuiſſe ſuſpicari quis poſſet: quod cùm ex illa Epiſtola in Laërtianum Codicem pro εἰς τὴν Αἴτνην irrepſiſſet, poſteà in εἰς θάλατταν deformatum fuerit. Favet huic ſuſpicioni quod legitur in ſequenti Diogenis Epigrammate,

Οὐκ ἐρέω δ' ὅτι σαυτὸν ἐκὼν βάλες ἐς ῥόον Αἴτνης·
Ἀλλὰ λαθεῖν ἐθέλων, ἔμπεσες οὐκ ἐθέλων.

quibus verſibus fuiſſe qui Empedoclem in Ætnam cecidiſſe dicerent, ſatis conſtat. At de hoc genere

mortis Empedoclis, niſi hoc loco εἰς τὴν Αἴτνην ſcripſerit Laërtius, apud ipſum nihil. Adde quòd Empedoclem tali morte obiiſſe, innuit Lucianus in Dialogo qui *Piſcator* inſcribitur: ubi Platoni ſciſcitanti, quo genere mortis puniendum Lucianum cenſeret, reſpondet Empedocles, ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. Conjecturam hanc noſtram probat vir doctiſſimus, Mericus Caſaubonus: cujus hæc ſunt verba: *Viri Clariſſimi conjecturam, quamvis ab ipſo modeſtè proponitur, εἰς τὴν Αἴτναν, pro εἰς θάλατταν, in Laërtii verbis, veram credo ego.*

75 Πῦρ ἀπὸ κρητήρων ἔκπιες] Ita apud Martialem:

--- ardentes bibit ore favillas.

Καὶ πῆς τὸ ζῆν] Id eſt, *immortalitatem*, ut rectè Brodæus. Plato: ὥσπερ εἰς ἕτερον ζῆν ἀποθνούμενος. Legit Caſauboni filius, καὶ πῆς τὸ ζῆν. Eum vide.

76 Στοιχεῖα μὲν εἶναι τέτταρα, πῦρ, ὕδωρ, γῆν, ἀέρα] Lucretius:

Adde etiam, qui conduplicant primordia rerum,
Aëra jungentes igni, terramque liquori:
Et qui quattuor ex rebus poſſe omnia rentur,
Ex igni, terrâ atque animâ, procreſcere, & imbri.
Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt,
Inſula quem triquetris terrarum geſſit in oris.

Vide Aldobrandinum. Illa autem elementa, ἀγέννητα exiſtimaſſe Empedoclem, diſcimus ex his Heſychii Gloſſographi verbis: ἀγέννητα. στοιχεῖα, παρὰ Ἐμπεδοκλεῖ.

Φιλίαν τε ἣ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος ᾧ διακρίνεται] Clemens Alexandrinus in Admonitione ad Gentes, ubi de Principiis diſſerit: Ἐμπεδοκλῆς γὰρ ὁ Ἀκραγαντῖνος, εἰς πλῆθος ἐμπεσὼν, πρὸς τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τούτοις νεῖκος καὶ φιλίαν καταριθμεῖται. Legendus Ariſtoteles lib. VIII. Phyſicorum, & hîc Aldobrandinus. Suidas in Μάνης, ubi de Mane, ſive Manete, ita enim hoc nomen flecti debere notat idem Suidas: διδάσκαλον δὲ ἔσχε Βουδδᾶν, τὸν πρώην καλούμενον τερέβινθον, ὃς παιδευθεὶς τὰ Ἑλλήνων, τὴν Ἐμπεδοκλέους ἠγάπησεν αἵρεσιν, δύο ἀρχὰς λέγοντος ἀντικειμένας ἀλλήλαις, νεῖκος, καὶ φιλίαν.

Φησὶ δ' οὕτω, Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, &c.] Sextus Empiricus contra Mathematicos pag. 433. ubi de rerum principiis: ἐκ τεσσάρων δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς,

Τέσσαρα γὰρ πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀΐδωνεύς·
Νῆστις θ', ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Nota varietatem lectionis. Cum Sexto conſentit Pſeudo-Heraclides in Allegoriis Homericis. Dignus eſt locus qui hîc adſcribatur: τί δ' ὁ Ἀκραγαντῖνος Ἐμπεδοκλῆς, οὐχὶ τὰ τέτταρα στοιχεῖα βουλόμενος ἡμῖν ὑποσημῆναι, τὴν Ὁμηρικὴν ἀλληγορίαν μεμίμηται;

Ζεὺς ἀργὴς, Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀΐδωνεύς·
Νῆστις θ', ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Ζῆνα μὲν, εἶπε, τὸν αἰθέρα· γῆν δὲ, τὴν Ἥραν· Ἀΐδωνέα δὲ, τὸν ἀέρα. τὸ δὲ δακρύοις τεγγόμενον κρούνωμα βρότειον, τὸ ὕδωρ.

Νῆστιν δὲ, τὸ ὕδωρ] Baptiſta Pius Annot. Poſter. cap. 92. nomen hoc ab Empedocle fictum putat, & factum à particula privativa νη, quòd lubrica ſit aqua; numquam conſiſtat, & in perpetuo ſit fluxu. Ego, à verbo νέω, *nato*, factum exiſtimo; à quo & *Nereus*, & *Nereides*.

Καὶ τὸν μὲν ἥλιον, &c. uſque ad φησὶ γοῦν] Conſule Aldobrandinum. 77

Καὶ τὸν μὲν ἥλιόν φησι πυρὸς ἄθροισμα μέγα] Et quem dicebat eſſe, ἀνταύγειαν τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρός. Verba ſunt Plutarchi libro II. de Placitis Philoſophorum cap. 20. ubi de Empedocle. Idem Plutarchus, in Tractatu de Pyth. Oraculo: ὑμεῖς δὲ, τοῦ μὲν Ἐμπεδοκλέους καταγελᾶτε, φάσκοντος τὸν ἥλιον περὶ γῆν ἀνακλάσει φωτὸς οὐρανίου γενόμενον, αὖθις

Ἀνταυγεῖν τὸν ὅλυμπον ἀταρβήτοισι προσώποις.

Φησὶ γοῦν, Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε Θάμνος τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς] Sic in Anthologia lib. I. Tit. εἰς Φιλοσόφους. Ubi Scholiaſtes: καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι φασὶ τὴν ὁδὸν Πυθαγόρου· quod à Philoſtrato habuit: cujus hæc ſunt verba lib. & cap. 1. de Vita Apollonii Tyanei: καὶ μὴν καὶ τὸν Ἀκραγαντῖνον Ἐμπεδοκλέα βαδίσαι ταύτην τὴν Φιλοσοφίαν: ſermo eſt de Philoſophia Pythagoræ. Citantur iidem verſus ab Athenæo lib. VIII. extremo: ſed ubi, pro ἔμπυρος, ſcriptum eſt ἔμπνοος. Apud Clementem; qui & eos citat Stromat. VI. legitur καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς· apud Cyrillum contra Julian. φαίδιμος ἰχθύς. Et ita apud H. Stephanum, in Collectaneis Philoſophicæ Poëſeos. ἔμπυρος ἰχθὺς, veram eſſe lectionem, docet locus ille Ariſtotelici libri de Reſpiratione: Ἐμπεδοκλῆς δὲ οὐ καλῶς τοῦτ' εἴρηκε, φάσκων τὰ θερμότητα καὶ πῦρ ἔχοντα μάλιστα πλεῖστον τῶν ζώων ἔνυδρα εἶναι, φεύγοντα τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐν τῇ φύσει θερμότητος, ὅπως ἐπειδὴ τοῦ ψυχροῦ ἐλλείπει, κατὰ τὸν τόπον ἀνισάζῃ ἐναντία ὄντα. *Empedocles autem non rectè hoc dixit, ſtatuens caliditſſima animalium, ignemque habentia plurimum, aquatilia eſſe; ejus, quæ in eorum natura ineſt, caliditatis exceſſum fugientia: ut quoniam frigido & humido deficiuntur, contraria illa ſibi inſita, loci beneficio ad mediocritatem redigant*: ut rectè monitum Petro Petito in Miſcellaneis Obſervationibus, ubi eum vide. Vide & Conradum Rittershuſium ad Oppiani Ἁλιευτικὰ, hanc lectionem ex Anthologia confirmantem. Eos ſuggillat Baſilius in Hexaëmeron: ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἐγένοντό ποτε ἰχθῦς, οὐκ ἂν εἰποιμι· ὅτι δὲ, ἐν ᾧ ταῦτα ἔγραφον τῶν ἰχθύων ἦσαν ἀλογώτεροι, καὶ πάνυ εὐτόνως διετεινάμην. Et Tertullianus in libro de Anima cap. 32. *Sed enim Empedocles, quia ſe Deum deliraverat, idcirco opinor dedignatus aliquem ſe Heroum recordari, Thamnus & piſcis fui, inquit. Cur non magis & pepo, tam inflatus; & chamæleon, tam inflatus? Planè ut piſcis, ne aliquâ ſepulturâ conditiore putreſceret, aſſum ſe maluit, in Ætnam præcipitando.* Primum citat Philoſtratus lib. & cap. 1. de Vita Apollonii. Hujus porrò metamorphoſeos meminit & Chryſoſtomus Homiliâ 2. in Johannem: καὶ τοὺς συνόντας ἔπειθεν, (Pythagoras) ὅτι δὴ ἡ τοῦ διδασκάλου ψυχὴ, ποτὲ μὲν θάμνος ἐγίνετο, ποτὲ δὲ κόρη, ποτὲ δὲ ἰχθύς. In quibus verbis obſervandum, Empedoclem Pythagoræ magiſtrum dici, qui fuit ejus diſcipulus.

Tu-

Τὰ μὲν οὖν περὶ φύσεως αὐτῷ καὶ οἱ Καθαρμοὶ εἰς ἔπη τείνουσι πεντακισχίλια.] Fragmenta ex Poëſi Philoſophica collegit H. Stephanus. Ea Collectanea auctiora fieri poſſent verſibus Empedoclis, quos Philoſtratus libro & cap. 1. de Vita Apollonii, & Pachymerius in Ariſtotelem adducunt: quod Voſſius in libello de Poëtis Græcis obſervabat. Exſtat hodie libellus de Sideribus octavi orbis, qui *Empedoclis Sphæra* inſcribitur: ſed quem non eſſe Empedoclis, illud evicerit, quòd ejus Phyſica fuerunt heroico verſu ſcripta; hic autem libellus Jambis conſtet. Demetrii Triclinii eſſe; cujus Scholia habemus in Sophoclem; exiſtimabat Voſſius dicto loco.

Ὁ δὲ ἰατρικὸς λόγος, &c.] Erat enim etiam Medicus, ut ſuprà Laërtius teſtatum reliquit: atque ut Medici meminit Plinius XX. 9. Pythagoreos, Medicinam coluiſſe, ſuprà ad Empedoclem, obſervamus ex Æliano.

EPICHARMUS.

78 Ἐπίχαρμος Ἡλοθαλοῦς, Κῶος] Suprà quoque in Pythagora, ex Heraclide Sarapionis filio, refert Laërtius Pythagoram librum ſcripſiſſe, cui titulus Ἡλοθαλῆς ὁ Ἐπιχάρμου τοῦ Κώου πατήρ. At apud Jamblichum de Vita Pythagoræ cap. 34. Thyrſus Epicharmi pater memoratur: καὶ Μητρόδωρός τε ὁ Θύρσου τοῦ πατρὸς Ἐπιχάρμου, καὶ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τὰ πλείονα πρὸς τὴν ἰατρικὴν μετενέγκας, ἐξηγούμενος τοὺς τοῦ πατρὸς λόγους. Tityrus, vel Chimarus, dicitur Suidæ: Ἐπίχαρμος; Τιτύρου ἢ Χειμάρου, καὶ Σικίδος, Συρακούσιος, ἢ ἐκ πόλεως Κράστου τῶν Σικανῶν· ὃς εὗρε τὴν Κωμῳδίαν ἐν Συρακούσαις ἅμα Φόρμῳ.

Ἐντεῦθεν δὲ, εἰς Συρακούσας.] Atque hinc eſt quòd *Siculus* dicitur Horatio. *Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.* Et Ariſtoteli in libello de Poëtica capite 3. διὸ καὶ ἀντιποιοῦνται, τῆς τε τραγῳδίας, καὶ τῆς Κωμῳδίας, οἱ Δωριεῖς. τῆς μὲν κωμῳδίας, οἱ Μεγαρεῖς· οἵτε ἐνταῦθα, ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης· καὶ οἱ ἐκ Σικελίας· ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής.

Κῶος] Suidas: τινὲς δὲ αὐτὸν Κῶον ἀνέγραψαν τῶν μετὰ Κάδμου εἰς Σικελίαν μετοικησάντων. ἄλλοι, Σάμιον· ἄλλοι, Μεγάρων τῶν ἐν Σικελίᾳ.

Συρηκοσίων] Corrige, Συρακοσίων. Sic rectè in Anthologia lib. III. Tit. εἰς Φιλοσόφους.

Οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν] Citatur ἐν Μεγαρίδι ab Hephæſtione: itemque ἐν Λόγῳ.

Καὶ παραστιχίδια τοῖς πλείστοις τῶν ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα.] Similiter Philoſtorgius, initialibus librorum ſuorum literis, duodecim libris ſuis nomen ſuum apposuerat. Id nos docuit Photius. Ὅτι ἐν δώδεκα λόγοις αὐτοῦ ἡ ἱστορία περαίνεται, ἀπαρτιζόντων αὐτοῦ τοῦνομα τῶν κατὰ τοὺς λόγους ἀρχομένων στοιχείων ἐν τάξει συντιθεμένων. Quod & alii plures factitarunt: de quibus nos fuſè ſuprà, libro v. in Vita Heraclidis.

Οὗτος ὑπομνήματα καταλέλοιπεν, ἐν οἷς φυσιολογεῖ, γνωμολογεῖ, ἰατρολογεῖ] Fragmenta ex ejus Philoſophica Poëſi collegit H. Stephanus. Fabulæ ejus multæ celebrantur. Voſſium vide in Syntagmate de Poëtis Græcis, multa de Epicharmo notatu digna obſervantem. In epithetis excelluiſſe dicit auctor περὶ ἑρμηνείας.

Ἐν οἷς φυσιολογεῖ.] Ex his φυσικῶν libris, fuit illud Epicharmi: νοῦς ὁρᾷ· νοῦς ἀκούει. τὰ δ' ἄλλα πάντα τυφλὰ καὶ κωφά.

Ἰατρολογεῖ.] Columella libro VII. capite 3. *Epicharmus autem Syracuſanus, qui pecudum medicinas diligentiſſimè conſcripſit, affirmat pugnacem arietem mitigari terebrâ ſecundum auriculas foratis cornibus, quà curvantur in flexu.*

Καὶ παραστιχίδια τοῖς πλείστοις τῶν Ὑπομνημάτων πεποίηκεν, οἷς διασαφεῖ, ὅτι αὐτοῦ ἐστι τὰ συγγράμματα.] Dixi ad Heraclidem. Nihil hîc vidit Aldobrandinus.

Βιοὺς δὲ ἔτη ἐννενήκοντα] Septem & nonaginta dicit Lucianus in Macrobiis: unde eſt, inquit Voſſius, quòd aliqui eum Perſicis temporibus, alii anteà, vixiſſe memorant. Sex annis ante bellum Perſicum vixiſſe, ſcribit Suidas: Multò ante Chonnidem & Magnetem, Ariſtoteles dicto capite 3. libelli de Poëtica.

ARCHYTAS.

Ὃς δὲ Ἀριστόξενος, Ἑστιαίου] Archytæ Vitam ſcripſerat Ariſtoxenus. Eam laudat Athenæus lib. & cap. XII. 79

Οὗτός ἐστιν ὁ Πλάτωνα ῥυσάμενος δι' ἐπιστολῆς, παρὰ Διονυσίου μέλλοντα ἀναιρεῖσθαι] Tzetzes Chiliad. XI. 362.

Ἐκ Πόλιδος Ναυάρχου μὲν, γένει δὲ Σπαρτιάτου,
Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον ὠνήσατο Ἀρχύτας,
Φιλόσοφος καὶ οὗτος μὲν, ἀλλ' ἐκ Πυθαγορείων, &c.

Qua de re & nos ſuprà, ad Platonem.

Καὶ δὴ ἑπτάκις τῶν πολιτῶν ἐστρατήγησε, τῶν ἄλλων μὴ πλέον ἐνιαυτοῦ στρατηγούντων, διὰ τὸ κωλύειν τὸν νόμον] ἑξάκις dicit Ælianus Var. Hiſtor. VII. 14. ubi de Philoſophis qui militarunt, & res publicas geſſerunt: Ἀρχύταν μὲν εἵλοντο ἑξάκις στρατηγὸν οἱ Ταραντῖνοι. Strabo libro VI. ubi de Tarentinis: ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τὴν Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν· διαφερόντως Ἀρχύτας, ὃς καὶ προέστη τῆς πόλεως πολὺν χρόνον. Suidas: τοῦ κοινοῦ δὲ τῶν Ἰταλιωτῶν προέστη, στρατηγὸς αἱρεθεὶς αὐτοκράτωρ ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ τῶν περὶ ἐκεῖνον τὸν τόπον Ἑλλήνων. Syneſius ad Pæonium: καὶ μάλα ἐν δίκῃ παρ' οἷς ἐνομοθέτει μὲν Χαρώνδας καὶ Ζάλευκος· ἐστρατήγουν δὲ Ἀρχύται καὶ Φιλόλαοι. Auctor Λόγου ἐρωτικοῦ, qui vulgò Demoſtheni tribuitur: τοῦτο δὲ Ἀρχύταν, τὸν τὴν Ταραντίνων πόλιν οὕτω καλῶς καὶ φιλανθρώπως διοικήσαντα, καὶ κύριον αὐτῆς καταστάντα, ὡς εἰς ἅπαντας τὴν ἐκείνου μνήμην διελθεῖν· ὃς ἐν ἀρχῇ καταφρονούμενος, ἐκ τοῦ Πλάτωνι πλησιάσαι, τοσαύτην ἔλαβεν ἐπίδοσιν.

Πρὸς τοῦτον καὶ Πλάτων γέγραφεν ἐπιστολὰς δύο] Exſtat utraque inter Platonis opera.

Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν] Nota ὑγιαίνειν. Lucianus, de Lapſu inter ſalutandum: ὁ μέντοι θεσπέσιος

Πυθαγόρας, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν τῶν αὐτοῦ ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, οὔτε τὸ, εὖ πράττειν προὔγραφεν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευεν. ἅπαντες γοῦν οἱ ἀπ' αὐτοῦ ἀλλήλοις ἐπιστέλλοντες, ὁπότε σπουδαῖόν τι γράφοιεν, ὑγιαίνειν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ παρεκέλευον. Vide nos ſuprà ad Platonem, & infrà ad Epicurum.

80 Καί τοι περὶ Δάμωνος] Doricè, pro καὶ οἱ περὶ Δάμωνος, id eſt, *Dameſcus*. quare diviſim legendum καὶ τοὶ. Dameſcus autem ille, idem videtur qui *Lamiſcus* dicitur in epiſtola Archytæ ad Dionyſium: quam in Platone habet Laërtius.

Περὶ δὲ τῶν Ὑπομνημάτων] Nulla ejus ſcripta commemorat Laërtius. ſcripſit tamen plurima. *De Decade*. Meminit Theo Smyrnæus cap. 49. de Muſica: Item: *de Sapientia*: teſte Jamblicho in Protreptico, cap. 3. qui & iſtius libri fragmentum profert. Τὸ Ἁρμονικὸν: cujus meminit Nicomachus libro I. de Arithmetica, ubi ex eo Opere inſignem locum profert. Περὶ τοῦ παντὸς, quem librum laudat Simplicius in Præfatione ad Prædicamenta Ariſtotelis. Citatur & in libro Περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης, nec non in libro Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνδρὸς καὶ εὐδαίμονος, à Stobæo. Item in libro Περὶ νοῦ καὶ αἰσθήσεως, & in Περὶ ὄντος ab eodem. Exſtat Fragmentum ex ejus libro, Περὶ τῶς ἠθικῶς παιδείας, ad calcem Diogenis Laërtii ab H. Stephano editum. Libri de Legibus, & libri de Univerſo, meminit ipſe in hac Epiſtola. Exſtat etiamnum liber Περὶ τοῦ παντὸς φύσεως: qui non alius videtur à libro περὶ τοῦ παντὸς, quem citat Simplicius.

Τοῖς Οἰκέλλῳ ἐκγόνοις] Sic Editio Stephanica. Baſileenſis, Οὐκέλῳ. Regiæ Schedæ Οἰκκέλῳ. Οἴκελλος Lucianus. Οἰκέλος, Sextus contra Mathemat. pag. 433. & Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. ultimo. Οἰκέλλος Philo libro Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Et ita vulgò dicitur. Corrigendus Cenſorinus libro de Die Natali cap. 3. *Sed prior illa ſententia, quâ ſemper humanum genus fuiſſe creditur, habet Pythagoram Samium, & Cereium Lucanum, & Archytam Tarentinum. Ocellum* lege, pro *Cereium*.

Καὶ τῶς τῶν πάντων γενέσιος] Placet lectio Editionis Stephanicæ τῶ παντὸς: quam confirmat locus Simplicii ſuprà memoratus, nec non Codex Palatinus.

Αἱ δέκα εὑρεθῇ] Corrige αἰ δέκα· & ita Stephani Editio.

81 Τῶν παλαιῶν προγόνων] Venuſtiùs apud Platonem τῶν πάλαι.

Μυραῖοι] Eſt apud Platonem μύριοι: *decem millia*. Myra, urbs eſt Lyciæ.

Περὶ δὲ τῆς φυλακῆς ἀμφότεροι συμφωνοῦμεν] *De cuſtodia* Commentariorum, Aldobrandinus interpretatur. Ampliùs cogitandum.

82 Δεύτερος, Μιτυληναῖος, Μουσικός] Is eſt, qui Archytas Harmoniacus dicitur Athenæo XIII. 8. Ἀρχύτας δὲ ὁ Ἁρμονιακὸς, ὡς φησι Χαμαιλέων, Ἀλκμᾶνα γεγονέναι τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμόνα, &c.

Τρίτος, περὶ γεωργίας συγγεγραφὼς] Archytam illum qui de Agricultura ſcripſit, non diverſum faciunt ab Archyta Tarentino, tum Varro de R. R. libro & cap. 1. tum Columella, itidem lib. & cap. 1. de R. R. Archytæ Tarentini dictum in deſides colonos ſuos, refert Jamblichus de Vita Pythagoræ, cap. 31. *Benè cum illis agi, quòd ille ipſis eſſet iratus:* quod ex libris ejus de Re Ruſtica ſumptum putamus.

Τέταρτος, Ἐπιγραμματοποιός] Præteritus à Voſſio in Elencho Græcorum Poëtarum. Nulla ejus in Anthologia exſtant Epigrammata. Fuit & Archytas Amphiſſenſis, Poëta: cujus meminit Plutarchus, in Quæſtionibus Græcis.

Ἔνιοι καὶ πέμπτον ἀρχιτέκτονά φασιν] Quibus ſextum addit Aldobrandinus, qui Athenæo libro I. 5. ὀψοφάγος appellatur. Ad Architectum Archytam, ſpectare videtur proverbium Ἀρχύτου πλαταγή, de quo Diogenianus III. 98. Ἀρχύτου πλαταγή· ἐπὶ τῶν ἡσυχάζειν οὐ δυναμένων. ὁ γὰρ Ἀρχύτας τέκτων ὢν, ἐπενόησε πλαταγήν, ἣν ἐδίδοσαν τοῖς παιδίοις ἵνα μηδὲν τῶν κατὰ οἰκίαν σκευῶν διασαλεύσωσιν. Sed Suidas refert ad Philoſophum: Ejus enim hæc ſunt verba in Ἀρχύτας Ταραντῖνος: καὶ παροιμία, Ἀρχύτου πλαταγή. ὅτι Ἀρχύτας πλαταγὴν εὗρεν, ἥ τις ἐστὶν εἶδος ὀργάνου, ἦχον, ἢ ψόφον, ἀποτελοῦντος. ὁ δὲ πλαταγὴν χαλκευσάμενος, ἐπλατάγει. Architecti Archytæ meminit Vitruvius in Præfatione libri VII. inter Architectos minùs nobiles, qui de machinationibus ſcripſerunt.

Περὶ δὲ τοῦ Μουσικοῦ φέρεται καὶ τόδε, ὡς ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι, εἶπε, Τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ διαγωνιζόμενον λαλεῖ] Heſychius Mileſius: Ὁ Μουσικὸς Ἀρχύτας ὀνειδιζόμενος ἐπὶ τῷ μὴ ἐξακούεσθαι, εἶπε, Τὸ γὰρ ὄργανον ὑπὲρ ἐμοῦ ὀνειδιζόμενον λαλεῖ.

Καὶ τοὺς αὐτίκα ληφθῆναι] Videtur quid deeſſe. Fortè ſcripſerat Laërtius, καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτίκα ληφθῆναι.

Οὗτος πρῶτος τὰ μηχανικὰ ταῖς μηχανικαῖς προσ- 83
χρησάμενος ἀρχαῖς ἐμεθώδευσε] Inſignis in hanc rem eſt locus Gellii X. 12. *Sed id quod Archytam Pythagoricum commentum eſſe atque feciſſe traditur, neque minùs admirabile, neque tamen vanum aque videri debet. Nam & plerique nobilium Græcorum, & Favorinus Philoſophus memoriarum veterum exſequentiſſimus, affirmatiſſimè ſcripſerunt, ſimulachrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam diſciplinâque mechanicâ factum volaſſe. Ita erat ſcilicet libramentis ſuſpenſum, & aurâ ſpiritus incluſâ atque occultâ concitum. Libet hercle ſuper re tam abhorrenti à fide, ipſius Favorini verba ponere:* Ἀρχύτας Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην, πετομένην, ἥ τις εἵστοτε καθίσειεν, οὐκέτι ἀνίστατο. Vide Vitruvium libro IX. capite 3.

Διαγράμματι γεωμετρικῷ, &c. καὶ γεωμετρίᾳ πρῶτος κύβον εὗρεν] Etiam ut Geometræ præſtantiſſimi memmit Horatius Ode 28. libri I.

Te maris & terræ numeroque carentis arenæ
Menſorem cohibent, Archyta,

Pulveris exigui prope littus parva Matinum
Munera; nec quidquam tibi prodeſt
Aërias tentaſſe domos, animoque rotundum
Percurriſſe polum morituro.

Etiam inter claros Mathematicos numerat eum Proclus lib. II. ad 1. Euclidis. Summum Arithmeticum vocat Theo Smyrnæus, in libro de Arithmetica. De eo quoque ſic Vitruvius libro IX. cap. 3. *Transferatur mens ad Archytæ Tarentini & Eratoſthenis Cyrenæi cogitata. Hi enim multa & grata à Mathematicis rebus hominibus invenerunt. Itaque cùm in ceteris inventionibus fuerint grati, in ejus rei concertationibus maximè ſunt ſuſpecti. Alius enim alia ratione explicare curavit, quod Delo imperaverat reſponſis Apollo, uti aræ ejus quantum haberet pedum quadratorum, id duplicaretur: & ita fore, ut hi qui eſſent in ea inſula, tunc religione liberarentur. Itaque Archytas hemicylindrorum deſcriptionibus; Eratoſthenes, meſolabi ratione idem explicaverunt.*

ALCMÆON.

Καὶ οὗτος Πυθαγόρου διήκουσε] Ariſtoteles Metaphyſ. I. 5. καὶ γὰρ ἐγένετο τὴν ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρᾳ.

Λέγων, Δύο τὰ πολλά ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων] Quod idem teſtificatur Ariſtoteles, loco ſuprà proximè memorato: φησὶ γὰρ εἶναι δύο τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων, λέγων τὰς ἐναντιότητας· οὐχ ὥσπερ οὗτοι, de Pythagoricis loquitur, διωρισμένας, ἀλλὰ τὰς τυχούσας· οἷον, λευκὸν, μέλαν· γλυκὺ, πικρόν· ἀγαθὸν, κακόν· μικρὸν, μέγα, &c.

Δοκεῖ δὲ πρῶτος φυσικὸν λόγον συγγεγραφέναι, καθά φησι Φαβωρῖνος] Id ipſum ait & Clemens Stromateon libro I. Ἀλκμαίων γ' οὖν Περίθου Κροτωνιάτης, πρῶτος φυσικὸν λόγον συνέταξεν· οἱ δὲ, Ἀναξαγόραν Ἡγησιβούλου Κλαζομένιον, πρῶτον διὰ γραφῆς ἐκδοῦναι βιβλίον ἱστοροῦσιν. & Theodoritus Sermone I. Ἀλκμὰν ὁ Περίθου Κροτωνιάτης, ὃν πρῶτόν φασι περὶ φύσεως συγγράψαι λόγον. Alcman & Alcmæon, idem eſt nomen. Ex ejus Phyſicis erat, quod ex eo retulit Ariſtoteles lib. I. de Hiſtoria animalium; capras auribus ſpirare: quo nomine eum mendacii inſimulat.

Καὶ τὴν σελήνην καθόλου ταύτην ἔχειν ἀΐδιον φύσιν] Clemens in Admonitione ad Gentes: ὁ γάρ τοι Κροτωνιάτης Ἀλκμαίων, θεοὺς ᾤετο τοὺς ἀστέρας εἶναι, ἐμψύχους ὄντας. Cicero I. de Natura Deorum: *Crotoniates autem Alcmæo, qui Soli & Lunæ, reliquiſque ſideribus, animoque præterea divinitatem dedit, non ſenſit ſeſe mortalibus rebus immortalitatem dare.*

Ἀλκμαίων Κροτωνιήτης] Legendum videtur, Κροτωνιάτης· Alcmæon enim, & ut Crotoniates, & ut Pythagoricus, (amabant Doricam linguam Pythagorici, ut ſuprà obſervamus) Doricâ dialecto videtur ſcripſiſſe. Κροτωνιήτης tamen omnes Editi & MSS. An Alcmæon in gratiam Pythagoræ præceptoris, qui Ionicè, ut Samius, ſcripſit, Jonicè quoque ſcripſerit? quemadmodum ferunt Hippocratem, Doricus cùm eſſet, in gratiam Democriti Ionis Ionicâ linguâ libros ſuos conſcripſiſſe, ut eſt apud Ælianum Var. Hiſt. IV. 20.

Ἦν δὲ Περίθου υἱὸς] Theodoritus ſimiliter: at Clementi Πέριθος dicitur: & ſuprà etiam, Laërtio.

Βροτίνῳ] Βροντίνος, & Βροτίνος, paſſim ſcriptum reperias. De illo, diximus ſuprà.

Καὶ Λέοντι] De quo Proclus in II. ad I. Euclidis, ubi de claris Mathematicis: Λεωδάμαντος δὲ νεώτερος ὁ Νεοκλείδης, καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Λέων, οἱ πολλὰ προσεπόρισαν τοῖς πρὸ αὐτῶν· ὥστε τὸν Λέοντα καὶ τὰ στοιχεῖα συνθεῖναι, τῷ τε πλήθει, καὶ τῇ χρείᾳ τῶν δεικνυμένων ἐπιμελέστερον· καὶ διορισμὸν εὑρεῖν, πότε δυνατόν ἐστι τὸ ζητούμενον πρόβλημα, καὶ πότε ἀδύνατον. De eodem Leonte, habes ſuprà in Vita Platonis; ubi nos videſis. De Bathyllo, nihil comperi.

Morbo pediculari obiiſſe Alcmæonem ſcripſit Antigonus Caryſtius Hiſtor. Mirab. cap. XCV. Ἐν δὲ τῷ σώματι τῶν ἀνθρώπων γίνεσθαι οἷον ἰόνθους μικρούς· τούτους δὲ ἐάν τις κεντήσῃ, ἐξέρχεσθαι φθεῖρας· καὶ ἐάν τις ἐάσῃ, εἰς νόσημα τοῦτο ἐμπίπτειν· ὥσπερ Ἀλκμαίωνι τῷ Φυσικῷ, καὶ Φερεκύδει τῷ Συρίῳ. *In hominis corpore exiſtere veluti puſtulas exiguas, quas ſi quis perforet, exire pediculos: & ſi quis omittat, in pedicularem morbum incidere; quo Alcmæon Phyſicus & Pherecydes Syrus confecti ſunt.* Sed, ut rectè ad hunc locum Meurſius obſervabat, memoriâ lapſus eſt Antigonus, qui de Alcmæone Phyſico dixit, quod de Alcmane Poëta dixerat Ariſtoteles. Locus Ariſtotelis eſt Hiſtor. Animal. V. 31. καὶ διεφθάρησάν τινες ἤδη τοῦτον τὸν τρόπον, ὥσπερ Ἀλκμᾶνά τε ποιητὴν, καὶ Φερεκύδην τὸν Σύριον. Plutarchus etiam, in Sylla, Poëtam Alcmanem inter eos recenſet qui phthiriaſi obierunt. Niſi potiùs exiſtimemus verba Antigoni mendoſa eſſe, & in iis legendum, ὥσπερ Ἀλκμᾶνι τῷ Μελικῷ, pro ὥσπερ Ἀλκμαίωνι τῷ Φυσικῷ. Similiter tamen apud Theodoritum Serm. I. & V. Ἀλκμὰν, pro Ἀλκμαίων, appellatur.

Ἔφη δὲ, τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, καὶ κινεῖσθαι αὐτὴν συνεχῶς ὡς τὸν ἥλιον] Theodoritus Serm. V. Θαλῆς τοίνυν κέκληκε τὴν ψυχὴν ἀκίνητον φύσιν· Ἀλκμὰν δὲ, αὐτὴν αὐτοκίνητον εἴρηκεν. συνεχῶς, non συνεχὲς, habent hîc ceteræ Editiones Laërtianæ: quod ideo obſervamus, quia primam diligentiam eſſe ducimus, nihil negligere.

HIPPASUS.

Ἵππασος, Μεταποντῖνος] Alii Crotoniatem faciunt. 84
Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 18. τὸν δὲ Ἵππασον, οἱ μὲν, Κροτωνιάτην φασίν. οἱ δὲ, Μεταποντῖνον. Ignem pro Deo coluit. Clemens Alexandrinus in Protreptico: τὸ πῦρ, θεὸν ὑπειλήφατον Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος, καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἡράκλειτος. Sed & animam igneam eſſe dicebat, ut eſt apud Theodoritum Therapeut. libro 5. Itemque apud Stobæum tomo I. libro I. titulo 46. ſed apud quem vitiosè Πήγασος, pro Ἵππασος. Quod de illo narrat Cœlius Aurelianus, tacere non convenit: *Ajunt Hippaſum,*

Pythagoricum Philoſophum, interrogatum quid ageret, reſpondiſſe, Nondum nihil; nondum quidem mihi invidetur.

Ἔφη δὲ χρόνον ὡρισμένον εἶναι τῆς τοῦ κόσμου μεταβολῆς, καὶ πεπερασμένον τὸ πᾶν καὶ ἀκίνητον.] Eadem habet, atque iiſdem verbis, Heſychius ὁ βιογράφος.

Φησὶ δ' αὐτὸν Δημήτριος ἐν Ὁμωνύμοις μηδὲν καταλιπεῖν σύγγραμμα.] Libros ſcripſerunt ejus Sectatores. Jamblichus in Nicomachi Arithmeticam. *οἱ δὲ περὶ Ἵππασον ἀκουσματικοὶ, ἀριθμὸν εἶπον παράδειγμα πρῶτον κοσμοποιΐας. καὶ πάλιν κριτικὸν κοσμουργοῦ θεοῦ ὄργανον. Hippaſi ſectatores, numerum dixerunt eſſe exemplar primum creationis mundi: & rurſus normam, ſecundum quam creator Deus judicavit de mundo à ſe condito.*

Καὶ ἕτερος γεγραφὼς ἐν ε βιβλίοις Λακώνων πολιτείαν· ἦν δὲ καὶ αὐτὸς Λάκων] Omiſſus à Voſſio in Syntagmate de Hiſtoriis Græcis: nec memoratus Meurſio in Laconicis libro IV. cap. 19. ubi de Scriptoribus qui de rebus Lacedæmoniorum ſcripſerunt, tractat.

PHILOLAUS.

Πυθαγορικός] Archytæ Tarentini auditor, teſte Tullio libro III. de Oratore.

Παρὰ τούτου Πλάτων ὠνήσασθαι τὰ βιβλία τὰ Πυθαγορικὰ Δίωνι γράφει] Non exſtat id in Epiſtolis Platonis ad Dionem, quæ hodie ſuperſunt. Habuit Laërtius à Satyro. Laërtius ipſe ſuprà, in Platone: λέγουσι δέ τινες (ὧν ἐστι καὶ Σάτυρος) ὅτι Δίωνι ἐπέστειλεν εἰς Σικελίαν ὠνήσασθαι τρία βιβλία Πυθαγορικὰ παρὰ Φιλολάου μνῶν ἑκατόν, &c. Ex quo loco legendum videtur apud Laërtium τρία βιβλία. Et Gellius, loco mox afferendo: *tres Philolai Pythagorici libros*, &c. Et Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 31. πρῶτος Φιλόλαος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μνῶν πριῆσθαι, Πλάτωνος κελεύσαντος, εἰς πενίαν τινα μεγάλην τε καὶ ἰσχυρὰν ἀφικομένου τοῦ Φιλολάου. Sed mox quoque Laërtius, Philolaum librum unum ſcripſiſſe teſtatur; quem Plato de Philolaï propinquis emerit: quare hîc nihil mutamus.

85 Δοκεῖ δὲ αὐτῷ πάντα ἀνάγκῃ καὶ ἁρμονίᾳ γίνεσθαι] Ejus autem de Deo ſententiam habes, apud Philonem Judæum, in libro περὶ Κοσμοποιΐας: μαρτυρεῖ δέ μου τῷ λόγῳ καὶ Φιλόλαος ἐν τούτοις. Ἔστι γάρ, φησὶν, ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς, εἷς ἀεὶ ὤν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὑτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων.

Καὶ τὴν γῆν κινεῖσθαι κατὰ κύκλον, πρῶτον εἰπεῖν] Atque hinc eſt, quòd Iſmaël Bullialdus, quos de Motu Terræ libros: doctos, Juppiter! & laborioſos; conſcripſit, *Philolaum* inſcripſit, ſive *De vero Mundi Syſtemate*. Ceterùm, de Philolao quaſi id ipſum quoque teſtatur Plutarchus libro 3. de Placitis Philoſophorum, capite 13. ubi de Motu terræ: οἱ μὲν ἄλλοι μένειν τὴν γῆν· Φιλόλαος δὲ ὁ Πυθαγόρειος, κύκλῳ περιφέρεσθαι περὶ τὸ πῦρ κατὰ κύκλον λοξὸν, ὁμοιοτρόπως ἡλίῳ καὶ σελήνῃ. Quod ſic videtur accipiendum, inquit Gaſſendus, ut Philolaus cenſuerit Terram percurrere Zodiacum, ac perinde ferri circa Solem: ut vulgò ferri circa Terram Sol & Luna exiſtimantur. De hac Pythagoreorum de motu Terræ opinione, non omittenda hæc Plutarchi in Numa: Νουμᾶς δὲ λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκύκλιον περιβάλλεσθαι τῷ ἀσβέστῳ πυρὶ φρουράν· ἀπομιμούμενος, οὐ τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ὡς Ἑστίας οὔσης, ἀλλὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου, οὗ μέσον οἱ Πυθαγορικοὶ τὸ πῦρ ἱδρῦσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦτο Ἑστίαν καλοῦσι, καὶ μονάδα. τὴν δὲ γῆν, οὔτε ἀκίνητον, οὔτε ἐν μέσῳ τῆς περιφορᾶς οὖσαν, ἀλλὰ κύκλῳ περὶ τὸ πῦρ ἀιωρουμένην, οὔτε τῶν τιμιωτάτων, οὔτε τῶν πραγμάτων τοῦ κόσμου μορίων ὑπάρχειν. ταῦτα δὲ καὶ Πλάτωνά φασι, πρεσβύτην γενόμενον, διανενοῆσθαι περὶ τῆς γῆς, ὡς ἑτέρας χώρας καθεστώσης, τὴν δὲ μέσην καὶ κυριωτάτην ἑτέρῳ τινὶ κρείττονι προσήκουσαν. *Ferunt Numam, eadem quoque Veſtæ ſacro igni orbicularem circumjeciſſe, ut ibi aſſervaretur: adumbrans, non effigiem Terræ; quaſi ea Veſta ſit; ſed univerſi mundi: cujus in medio, ignis ſedem locant Pythagorei; eamque* Veſtam *nominant, & unitatem. Terram verò non putant immobilem, neque mediam tenere regionem globi, ſed eſſe in gyrum circa ignem ſuſpenſam; neque numerari inter elementa mundi præcipua & prima. Eadem Platonem volunt, jam ſenem, de Terra ſenſiſſe, alio eam loco reponentem; medium verò domicilium alteri cuipiam attribuiſſe præcellentiori.* Eadem de Platone teſtificatur ipſe Plutarchus in Quæſtionibus Platonicis: cujus verba mox adducimus.

Οἱ δὲ, Ἱκέταν Συρακούσιόν φασι] Nicetam vocat Tullius Academ. Quæſt. IV. *Nicetas Syracuſius, ut ait Theophraſtus, cælum, ſolem, lunam, ſtellas; ſupera denique omnia, ſtare cenſet; neque præter terram rem ullam in mundo moveri: quæ cùm circum axem ſe ſumma celeritate convertat & torqueat, eadem effici omnia, quaſi ſtante terra cælum moveretur. atque hoc etiam Platonem in Timæo dicere quidam arbitrantur, ſed paullò obſcuriùs.* An ibi *Hicetam*, aut hîc Νικέταν, reponendum? Putarim ibi *Hicetam*, potiùs: quod Mureto quoque Var. XI. 14. videtur. Hicetas nomen proprium eſt, quo plurimi inter Siculos vocati ſunt, ut ex Hiſtoria conſtat. Etiam hoc dogma Cleanthes quidam Samius olim protulit: quo nomine violatæ religionis ab Ariſtarcho accuſatus fuit. Auctor Plutarchus in libro de Facie in orbe Lunæ: μόνον, εἶπεν, ὦ τὰν, μὴ κρίσιν ἡμῖν ἀσεβείας ἐπαγγείλῃς· ὥσπερ Ἀρίσταρχος ᾤετο δεῖν Κλεάνθη τὸν Σάμιον ἀσεβείας προκαλεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς κινοῦντα τοῦ κόσμου τὴν ἑστίαν, ὅτι φαινόμενα σῴζειν ἀνὴρ ἐπειρᾶτο, μένειν τὸν οὐρανὸν ὑποτιθέμενος, ἐξελίττεσθαι δὲ κατὰ λοξοῦ κύκλου τὴν γῆν, ἅμα καὶ περὶ τὸν αὐτῆς ἄξονα δινουμένην. *Heus tu, inquit, noli nos impietatis reos facere, eo pacto quo Ariſtarchus putavit Cleanthem Samium violatæ religionis à Græcis debuiſſe poſtulari, tamquam ſi Univerſi lares Veſtamque loco moviſſet: quòd is homo conatus ea quæ in cælo apparent tutari certis ratiocinationibus, poſuiſſet*

cœlum quieſcere, terram per obliquum evolvi circulum, & circa ſuum verſari interim axem. Sed in verbis Plutarchi legendum omnino, ὥσπερ Ἀρίσταρχον τὸν Σάμιον ᾤετο Κλάνθης δεῖν ἀσεβείας προκαλεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας. Conſtat quippe, Ariſtarchum Samium, terram credidiſſe moveri, Sole immoto. Meminit Archimedes in Pſammite paginâ 449. ταῦτα γὰρ ἐν ταῖς γραφομέναις παρὰ τῶν Ἀστρολόγων διακρούσας Ἀρίσταρχος ὁ Σάμιος, ὑποθέσεών τινων ἐξέδωκεν γράψας, ἐν αἷς, ἐκ τῶν ὑποκειμένων συμβαίνει τὸν κόσμον πολλαπλάσιον ἢ ὃν τοῦ νῦν εἰρημένου· ὑποτίθεται γὰρ τὰ μὲν ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, καὶ τὸν ἥλιον μένειν ἀκίνητον. ταὺν δὲ γᾶν περιφέρεσθαι περὶ τὸν ἥλιον, κατὰ κύκλου περιφέρειαν, ὃς ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ δρόμῳ κείμενος. Id eſt: Friderico Commandino interprete: *Hæc igitur in iis quæ ab Aſtrologis ſcripta ſunt, redarguens Ariſtarchus Samius, poſitiones quaſdam edidit: ex quibus ſequitur mundum proximè dicti mundi multiplicem eſſe. ponit enim ſtellas inerrantes atque Solem immobiles permanere: terram ipſam circumferri circa Solem, ſecundum circumferentiam circuli, qui eſt in medio curſu conſtitutus.* Et Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 410. οἵ γε μὴν τὴν τοῦ κόσμου κίνησιν ἀνελόντες, τὴν δὲ γῆν κινεῖσθαι δοξάσαντες, ὡς οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸν Μαθηματικὸν, οὐ κωλύονται νοεῖν χρόνον. *Qui quidem mundi motum ſuſtulerunt, terram autem moveri ſunt opinati: ut Ariſtarchus Mathematicus: nihil eis obſtare, quominus tempus mente concipiant.* Et Plutarchus ipſe in Quæſtionibus Platonicis: πῶς λέγει τὰς ψυχὰς ὁ Τίμαιος εἰς τε γῆν καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου σπαρῆναι; πότερον οὕτως ἐκίνει τὴν γῆν, ὥσπερ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς πέντε πλανήτας, οὓς ὄργανα χρόνου διὰ τὰς τροπὰς προσηγόρευε; καὶ ἔδει τὴν γῆν ἑλλομένην περὶ τὸν διὰ πάντων πόλον τεταγμένον, μὴ μεμηχανῆσθαι συνεχομένην καὶ μένουσαν, ἀλλὰ στρεφομένην καὶ ἀνειλουμένην νοεῖν; ὡς ὕστερον Ἀρίσταρχος καὶ Σέλευκος ἀπεδείκνυσαν· ὁ μὲν, ὑποτιθέμενος μόνον· ὁ δὲ Σέλευκος, καὶ ἀποφαινόμενος. Θεόφραστος δὲ καὶ προϊστορεῖ, τῷ Πλάτωνι, πρεσβυτέρῳ γενομένῳ, μεταμελεῖν ὡς οὐ προσήκουσαν ἀποδόντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός. *Quomodo ait Timæus, animas in Terram, Lunam, & quæ alia ſunt inſtrumenta temporis, diſperſas eſſe? An hoc modo moveri ſtatuebat Terram, quo Solem, Lunam, & quinque Planetas; quos converſionum cauſa appellat* inſtrumenta temporis? *& oportuit Terram, devinctam circa axem univerſi, non ita fabricatam intelligi, ut uno contenta loco maneret, ſed quæ converteretur & circumageretur? poſtmodò Ariſtarchus & Seleucus oſtenderunt. Sanè, hoc ille ita, ut ſupponeret tantùm: hic, etjam pronuntians. Theophraſtus porrò, etiam id narrat: Platonem, jam natu grandem, pœnitentiâ fuiſſe ductum, quod Terram in medio Univerſi, non ſuo loco, collocaviſſet.* Meminit & Pyrrho adverſus Mathematicos pag. 410. οἵ γε μὴν τὴν τοῦ κόσμου κίνησιν ἀνελόντες, τὴν δὲ γῆν κινεῖσθαι δοξάσαντες, ὡς οἱ περὶ Ἀρίσταρχον τὸν Μαθηματικὸν, οὐ κωλύονται νοεῖν χρόνον. *Et qui mundi quidem motum ſuſtulerunt, terram autem moveri ſunt opinati, ut Ariſtarchus Mathematicus, nihil eis obſtare quominus tempus mente concipiant.* Hujus Ariſtarchi Samii exſtat etiamnum libellus de magnitudinibus & diſtantiis Solis & Lunæ. Exſtat & ſub ejus nomine, Tractatus de Mundi Syſtemate: ſed qui Robervalii eſt: qui eum Ariſtarcho Samio affinxit. Hodie receptior eſt illa de circulari Terræ motu opinio: eamque præcipuè amplexi ſunt, Copernicus, Galilæus, Keplerus, Robervalius, Gaſſendus, Bullialdus.

Γέγραφε δὲ βιβλίον ἓν] Vide Caſaub.

Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον παραγενόμενον εἰς Σικελίαν πρὸς Διονύσιον, ὠνήσασθαι παρὰ τῶν συγγενῶν τοῦ Φιλολάου, &c.] Cujus rei meminit Gellius III. 17. *Memoriæ mandatum eſt, Platonem Philoſophum tenui admodum pecuniâ familiari fuiſſe: atque eum tamen tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariûm mercatum. Id ei precium donaſſe quidam ſcripſerunt amicum ejus Dionem Syracuſanum*, &c. *Timon amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit, quis* Σίλλος (meliùs Σίλλοι) *inſcribitur. In eo libro Platonem Philoſophum, quem dixeramus tenui admodum pecuniâ familiari fuiſſe, contumeliosè appellat, quòd impenſo precio librum Pythagoricæ diſciplinæ emiſſet, exque eo Timæum nobilem illum Dialogum continuaſſet*, &c. An potiùs *contexuiſſet?* Meminit & Tzetzes Chiliad. x. Hiſtor. 355.

Ὁ Πλάτων ὁ φιλόσοφος αὐτοῦ τοὺς Διαλόγους,
Τουτέστι τὰ συγγράμματα ἅπερ αὐτὸς ἐποίει,
Ἔχοντα ἐρωτήσεις τε ὁρισμοῦ καὶ ἀπαντήσεις,
Ἐπίτρασκε τῷ Δίωνι καὶ τῷ Διονυσίῳ,
Καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς θέλουσιν ἐκ Σικελῶν ὠνεῖσθαι.
Προῖκα καὶ ἀναργύρως δὲ οὐδὲν αὐτῶν ἐδίδου,
Οὐδὲ τῷ Δίωνι αὐτῷ, ὃς εὐηργέτει τοῦτον.
Καὶ τὸ τοῦ Φιλολάου δὲ, τὸ τοῦ Πυθαγορείου,
Ἀπὸ χηρῶν ὠνήσατο βιβλίον πενομένων.
Ὅρκια γὰρ ἦ δίδοσθαι ταῦτα Πυθαγορείοις,
Ἑτέροις μὴ πωλεῖσθαι δὲ Πυθαγορείων βίβλους.
Ὅμως ὡς χαριζόμενος τῷ Πλάτωνι ἐκεῖνος,
Ὠνεῖται τὸ βιβλίδιον ἐκ γυναικῶν, ὡς ἔφην,
Εἰς μνᾶς τελούσας ἑκατὸν, οὐχ ἥττονας εἰς μέτρον.
Καὶ τοῦτο δὲ χαρίζεται Πλάτωνι ὡς ποθοῦντι,
Ἀφ' οὗ γράφει τὸν Τίμαιον καὶ τὰ λοιπὰ ὁ Πλάτων.
Plato Philoſophus ſuos Dialogos;
Hoc eſt, Volumina quæ ipſe faciebat,
Habentia Interrogationes ſimul atque Reſponſiones;
Vendidit Dioni atque Dionyſio;
Et reliquis volentibus è Siculis, emere.
Gratis autem, & abſque argento, nihil horum dabat.
Neque Dioni ipſi, qui beneficiis illum afficiebat.
Et illum Philolai; illum, inquam, illius Pythagorici
A Viduis emit Librum pauperibus.
Jusjurandum enim interceſſerat datum iri libros illos Pythagoreis,
Ceteris autem numquam vendendos.
Tamen, ut rem ille gratam Platoni faceret,
Emit Libellum à Mulieribus, ut dixi,
Non minùs minis centum:
Et hunc donat Platoni: utpote illius cupido;
Ex quo ſcripſit Timæum & reliqua Plato.

Vide Chiliad. XI. Hiſt. 362.

Ἀργυρίου Ἀλεξανδρηνῶν μυρίων μ'] Decem millibus denariûm, dicit Gellius. Tzetzes, εἰς μυρίας τελούσας ἑκατόν. Similiter Jamblichus de Vita Pythagoræ: Ἐν γὰρ τοσαύταις γενεαῖς ἐτῶν οὐθεὶς οὐδενὶ φαίνεται τῶν Πυθαγορείων Ὑπομνημάτων περιτετευχὼς πρὸ τῆς Φιλολάου ἡλικίας· ἀλλ' οὗτος πρῶτος ἐξήνεγκε τὰ θρυλλούμενα ταῦτα τρία βιβλία, ἃ λέγεται Δίων ὁ Συρακούσιος ἑκατὸν μυρίων πριάσθαι, &c. De moneta Alexandrina, vide nos suprà, & Josephum Scaligerum in Libello de Re Nummaria.

Καὶ ἐντεῦθεν μεταγεγραφέναι τὸν Τίμαιον] Timæus ille Locrus, non leviter Pythagorica disciplina imbutus fuit. Hierocles statim initio Commentarii in Aurea Carmina Pythagoræ: ὡς φησιν ὁ Πλάτωνος Τίμαιος, τῶν Πυθαγορείων δογμάτων ὁ ἀκριβὴς διδάσκαλος.

Πρῶτον, ἐκδοῦναι τῶν Πυθαγορικῶν Περὶ φύσεως] Quidam ejus esse Carmina ille Aurea, quæ Pythagoræ nomine circumferuntur, existimarunt. Vide Augustinum in libris De Civitate Dei. Ceterûm, hujus libri περὶ φύσεως meminit Nicomachus Gerasenus Harmonices Manualis lib. I. ex quo etiam locum satis prolixum refert. ὁ Φιλόλαος, inquit, ὁ Πυθαγόρου διάδοχος, οὕτω πως ἐν τῷ πρώτῳ Φυσικῷ λέγων, &c. Et in θεολογουμένοις τῆς ἀριθμητικῆς capite περὶ τετράδος: Καὶ τέσσαρες ἀρχαὶ τοῦ ζώου τοῦ λογικοῦ, ὥσπερ καὶ Φιλόλαος ἐν τῷ Περὶ φύσεως λέγει. Meminit horum de Natura librorum & Theo Smyrnæus cap. 49. de Musica, & passim Jamblichus ad Nicomachi Arithmeticam.

Fuit præceptor Euryti. In ejus sepulcro audivit quemdam canentem pastor quidam. Auctor Jamblichus de Vita Pythagoræ. Vide doctissimum Tennulium in Notis ad Jamblichum de Arithmetica Nicomachi.

EUDOXUS.

86 Ἀστρόλογος] Suidas in Εὔδοξος: καὶ ἴσχε πρὸς ἀστρολογίαν ὑπερφυῶς. Cicero II. de Divinat. *Eudoxus, Platonis auditor, in Astrologia, judicio doctissimorum hominum, facilè princeps.* Gellius XVII. 21. *Neque multò postea Eudoxus Astrologus in terra Græcia nobilitatus est.* Hinc illa Cæsaris gloriatio apud Lucanum:

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Φάσεις ἀπλανῶν, καὶ ἐπισημασίας in Asia, Sicilia & Italia, observavit. Non tacendum quod de eo narrat Plutarchus in libro Quòd secundùm Epicurum suaviter vivi non potest: eum scilicet Phaëthontis modo comburi exoptasse, dummodò Solem propiùs inspicienti, liceret & figuram ejus & magnitudinem perdiscere.

Νομοθέτης] Laërtius infrà: ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐπιφανέστατος ἐγένετο, γράψας τοῖς ἰδίοις πολίταις νόμους. Plutarchus adversùs Colotem: Εὔδοξος δὲ Κνιδίοις, καὶ Ἀριστοτέλης Σταγειρίταις, Πλάτωνος ὄντες συνήθεις, νόμους ἔγραψαν. Igitur corrigendus Theodoritus Serm. IX. καὶ ἵνα τοὺς ἄλλους νομοθέτας παρίω, Ἄπιν τῶν Ἀργείων, καὶ Μνήσωνα τῶν Φωκέων καὶ τῶν Κυρηναίων, καὶ Παγώνδην τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τῶν Κνιδίων Ἀρχίαν, καὶ Εὔδοξον τῶν Μιλησίων, &c. Legendum, καὶ τῶν Κνιδίων Ἀρχίαν, καὶ Εὔδοξον τὸν Κνίδιον.

Τὰ δὲ ἰατρικὰ, Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου] Philistionis Locri, perveteris Medici, meminit Plutarchus Sympos. lib. VII. Quæst. I. Gellius Noctium Atticarum XVII. II. Nec alium esse existimamus, cujus ut Medici, meminit quoque Plinius XX. 12. & quem inter ὀψαρτυτικῶν Scriptores recenset Athenæus XII. 3. Ac de eodem accipimus hæc Rufi Ephesii verba, pag. 31. Φιλιστίων δὲ ὁ ἀπὸ Ἰταλίας, κατὰ τὸ ἐπιχώριον τοῖς ἐκεῖ Δωριεῦσιν, αἰετούς τινας ὀνομάζει φλέβας, τὰς διὰ κροτάφων ἐπὶ κεφαλὴν τεινούσας. Assentior autem Aldobrandino opinanti, Philistionem illum Siculum Medicum, non diversum esse à Philistione Locro. Æqualis Eudoxo fuit Philistus Syracusius: quare amicus quidam meus legebat hoc loco Φιλίστου τοῦ Σικελιώτου. Verùm Philistus ille Syracusius Historicus fuit, non Medicus.

Καλλίμαχος ἐν τοῖς Πίναξι] Qui liber Suidæ, in Καλλίμαχος, memoratur inter libros Callimachi: Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ'. Meminit quoque Athenæus VI. 10. XIII. 6. XIV. 13. & Auctor Etymologici in Πίναξ. De his Callimachi Tabulis, videndus omnino Jonsius lib. II. de Scriptoribus Histor. Philos. cap. 4. In his Tabularum libris, quæ scripsisset quisque Scriptor, memorabantur: quod titulus Tabularum Callimachi manifestum facit: καὶ ὧν συνέγραψαν. Quare; quæ est Casauboni ad librum VI. Athenæi observatio; Galenus ad librum Hippocratis de Articulis, Scriptum quoddam cui erat titulus Ἱπποκράτους, περὶ ἀδένων οὐλομελίης, negat esse magni Hippocratis, cùm aliis argumentis, tum etiam isto, quòd auctores Πινάκων nullam ejus inter libros Hippocratis fecissent mentionem.

Καὶ Πλάτωνος αὐτὸν ἀκοῦσαι] Suidas: Πλάτωνος ἡλικιώτης. Plutarchus: Πλάτωνος συνήθης. Proclus: ἑταῖρος δὲ τῶν περὶ Πλάτωνα γενόμενος. Cicero: *Eudoxus, Platonis auditor.* Rittershusius in Notis ad Porphyrium, pro *Platonis* legebat *Socratis*. Sed nihil mutandum docet locus Laërtii quem præ manibus habemus. Vide Vossium de Historicis Græcis I. 6. De Eudoxi adventu in Siciliam ut Platonem apud Dionysium inviseret, videndus Ælianus Var. Hist. VII. 17. Synesius in Dione, Eudoxum vocat, discipulorum Aristotelis facilè principem: falsò omnino.

Θεομέδοντι τῷ ἰατρῷ] Non mihi aliunde notus Medicus ille Theomedon. Θερμέδοντι, habent nonnulli Codices, teste Sambuco.

Εἰς Αἴγυπτον ἀπᾶραι μετὰ Χρυσίππου τοῦ ἰατροῦ] 87
Strabo lib. XVII. cum Platone dicit profectum. Verba ejus operæ precium est adscribere: ἐκεῖ οὖν ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων εἶκοι, loquitur de Ægypto, καὶ Πλάτωνος καὶ Εὐδόξου διατριβαί· συνανέβη γὰρ δὴ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο, καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι. Sed Laërtius in Platone, Platonem ait fuisse in hac pe-

regrinatione Euripidis comitem. De hoc Chryſippo Medico diximus ſuprà ad Chryſippum Philoſophum. Adde quæ de eo Jonſius lib. II. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ cap. 8. Eudoxi peregrinationis in Ægyptum, meminit & Diodorus Siculus libro I. extremo: his verbis: *παραπλησίως δὲ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀστρολογήσαντα παρ' αὐτοῖς Αἰγυπτίοις καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκδόντα, τυχεῖν ἀξιολόγου δόξης.*

Συστατικὰς φέροντα παρ' Ἀγησιλάου πρὸς Νέκταβιν] Νεκτάναβιν ceteræ Editiones, & Schedæ Regiæ.

Ξυρόμενόν τε ἥβην καὶ ὀφρῦν] Scaligero aſſentior, reſcribenti *ὑπήνην καὶ ὀφρῦν*. Eum videſis lib. II. de Emendat. Temp. pag. 69. Ita legiſſe videtur & Ambroſius, qui vertit, *mento attonſo atque ſupercilio*. ὀφρῦς, habet editio Stephanica. Presbyteros Ægyptios cilia raſiſſe, teſtatur quoque Syneſius in libello de Laude Calvitiei: his verbis: *ἤδη δὲ ἐγὼ κατενόησα καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεραπευτὰς τοῦ θεοῦ, μηδὲ τῶν ἐπιβλεφαρίδων ἀνεχομένους τριχῶν. Ego verò Presbyteros, etiam ab iis quæ in genis naſcuntur ciliis, abhorrere animadverti.* Herodotus, in Euterpe, totum corpus dicit. Ejus verba, quia Laërtianæ receptæ lectioni non parum favent, infrà ponere non gravabor. *οἱ δὲ ἱρέες ξυρεῦνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τρίτης ἡμέρας, ἵνα μήτε φθεῖρ, μήτε τι ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίγνηται σφι θεραπεύουσι τοὺς θεούς.*

Τὴν ὀκταετηρίδα κατά τινας συγγράψαι] Perperam uterque Interpres, *octo annorum hiſtoriam*. Eudoxi Octaëteris, Opus fuit Mathematicum, non Hiſtoricum. Cenſorinus de Die Natali cap. 18. *Hanc ὀκταετηρίδα vulgò creditum eſt ab Eudoxo Cnidio inſtitutam. Sed hanc Cleoſtratum Tenedium primum ferunt compoſuiſſe; & poſteà alios aliter, qui menſibus variè intercalandis ſuas ὀκταετηρίδας protulerunt: ut fecit Harpalus, Nauteles, Mneſiſtratus; item alii, in quis Doſitheus; cujus maximè ὀκταετηρὶς, Eudoxi inſcribitur.* Octaëterida Eudoxi laudat etiam Suidas: *ἔγραψέ τε πλεῖστα τοῦ εἴδους τούτου· καὶ ὀκταετηρίδα· ἔτι δὲ δι' ἐπῶν Ἀστρονομίαν.*

Συμπόσιον ἔχοντι τῷ Πλάτωνι αὐτὸν ἡμικύκλιον κατάκλησιν, πολλῶν ὄντων, εἰσηγήσασθαι] Quod hemicyclium, poſteà à figura ſemirotunda *τοῦ Sigma C* (nam ita pingebant Sigma, ut ex inſcriptionibus certum eſt) fuit appellatum. Vitiosè autem hîc in omnibus Editionibus *κατάκλησιν*. Legendum *κατάκλισιν*, quemadmodum ſcriptum exhibent Membranæ Regiæ: quam lectionem & Sambucus ad oram libri notavit.

88 *Φησὶ δ' αὐτὸν Νικόμαχος ὁ Ἀριστοτέλους τὴν ἡδονὴν λέγειν τὸ ἀγαθόν.*] De Eudoxo, ita Ariſtoteles in Moralibus ad Nicomachum lib. x. cap. 2. *Εὔδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τἀγαθὸν ᾤετο εἶναι, διὰ τὸ πάντ' ὀρᾶν ἐφιέμενα αὐτῆς, καὶ ἔλλογα, καὶ ἄλογα· ἐν πᾶσι δ' εἶναι τὸ αἱρετὸν, ἐπιεικές· καὶ τὸ μάλιστα, κράτιστον. τὸ δὲ πάντ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ φέρεσθαι, ὡς πᾶσιν ἄριστον μηνύειν· ἕκαστον γὰρ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν εὑρίσκειν, ὥσπερ καὶ τροφήν. τὸ δὴ πᾶσιν ἀγαθὸν, καὶ οὗ πάντ' ἐφίεται, τἀγαθὸν εἶναι. ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι, διὰ τὴν τοῦ ἤθους ἀρετὴν μᾶλλον, ἢ δι' αὐτούς· διαφερόντως γὰρ ἐδόκει σώφρων εἶναι. Eudoxus quidem Voluptatem bonum ipſum eſſe exiſtimabat, propterea quod omnia videbat eam appetere, tam quæ prædita eſſent ratione, quàm quæ eâ carerent: atque in omnibus quod eſt expetibile, id honeſtum; & quod maximè hujuſmodi, id præſtantiſſimum eſſe exiſtimabat: quòd autem omnia ad idem ferantur, omnibus id eſſe optimum indicare. Unumquemque enim quod ſibi bonum eſſet, invenire, non ſecus atque alimentum. Quod igitur omnibus eſſet bonum, quodque omnia appeterent, ipſum eſſe bonum conficiebat. cujus ſanè rationibus ob morum virtutem, magis quàm propter ſe ipſas, fides adhibebatur: præcipuè enim temperans eſſe videbatur.* Quare ex hoc Laërtii loco colligi poſſe Aldobrandinus exiſtimabat, Laërtium in ea fuiſſe ſententia ut exiſtimaret Nicomachum, Ariſtotelis filium, auctorem eſſe Moralium ad Nicomachum, quæ ſub Ariſtotelis nomine circumferuntur. Qua in ſententia fuiſſe putant nonnulli & Ciceronem; cujus hæc ſunt verba lib. v. de Finibus bonorum & malorum: *Quare teneamus Ariſtotelem, & ejus filium Nicomachum; cujus accuratè ſcripti de Moribus libri, dicuntur illi quidem eſſe Ariſtotelis, ſed non video cur non potuerit patris ſimilis eſſe filius.* Conſentiens tamen & una vox eſt Ariſtotelis Interpretum, horum librorum auctorem eſſe Ariſtotelem ipſum. Scripſit quidem Nicomachus de Moribus; ſed ſex tantùm libros, ut eſt apud Suidam. *Νικόμαχος*, inquit, *Σταγειρίτης φιλόσοφος, υἱὸς μὲν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, μαθητὴς δὲ Θεοφράστου· ὡς δέ τινες, καὶ παιδικά· ἔγραψεν Ἠθικῶν βιβλία ἓξ, καὶ Περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* Sunt autem libri de Moribus, Ariſtotelis ad Nicomachum, numero decem. Adde quòd ex Ariſtocle refert Euſebius, in libris de Præparatione Evangelica, Nicomachum pupillum educatum fuiſſe à Theophraſto, poſteaque in bello, cùm adoleſcentulus eſſet, diem ſuum obiiſſe. Eſt verò hoc Opus hominis in diſciplinis conſummatiſſimi. Orta ex eo videtur hæc opinio, quòd *Νικομάχεια Ἠθικὰ* inſcripti ſunt hi libri, quia eos Nicomacho filio pater *προσεφώνησε*· nomina autem hujuſmodi *κτητικὰ*, ut rectè Nunneſius ad Vitam Ariſtotelis obſervabat, tam in Auctore operis, quàm in eo cui dicatum eſt, dici poſſunt. Sic Alexander Aphrodiſæus in Commentariis ad lib. II. Topicorum, laudat *Εὐδήμεια ἀναλυτικὰ*, ἢ *Εὐδήμου ὑπὲρ ἀναλυτικῶν*, quaſi *τὰ Εὐδήμεια*, in Auctore uſurpentur.

Καὶ ἀστρολογούμενα] Quæ *Φαινόμενα* inſcripſerat Scriptor Vitæ Arati anonymus: *καὶ γὰρ Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἔγραψε Φαινόμενα, καὶ Λάσος ὁ Μάγνης.* Hipparchus in Aratum lib. I. *ἐμπειρότερον δὲ Εὔδοξος τὴν αὐτὴν τῷ Ἀράτῳ περὶ τῶν Φαινομένων σύνταξιν ἀναγέγραφεν.* Erat verò hoc Opus in libros duos diſtributum, quorum primo titulus, *Ἔνοπτρον*, alteri *Φαινόμενα*, ut rectè Meurſius ad Apollonium, ex eodem Hipparcho, obſervavit. Hipparchi verba ſunt: *ἀναφέρεται δὲ εἰς τὸν Εὔδοξον δύο βιβλία περὶ τῶν Φαινομένων, σύμφωνα κατὰ πάντα σχεδὸν ἀλλήλοις, πλὴν*

ὀλίγων σφόδρα. τὸ μὲν οὖν ἐν αὐτῶν ἐπιγράφεται ἘΝΟΠΤΡΟΝ· τὸ δὲ ἕτερον, ΦΑΙΝΌΜΕΝΑ. Ἔνοπτρον laudatur in eodem Hipparchi Commentariorum libro: καὶ γὰρ ὁ Εὔδοξος, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἐνόπτρᾳ, τὸν τροπικὸν τέμνεσθαί φησιν οὕτως, &c. Κάτοπτρον vocat Auctor Vitæ Arati anonymus: προετράπη ὑπ' αὐτοῦ τὰ Φαινόμενα γράψαι, τοῦ βασιλέως, Εὐδόξου ἐπιγραφόμενον βιβλίον ΚἈΤΟΠΤΡΟΝ, δόντος αὐτῷ. Scripta autem fuerunt hæc Phænomena δι' ἐπῶν, ſive carmine hexametro, ſi fides Suidæ.

Καὶ γεωμετρούμενα] In Codice Euclidis manu exarato, qui in Bibliotheca Julii Mazarini Cardinalis aſſervatur, quintus liber Euclidis Eudoxo tribuitur, his verbis: τοῦτο τὸ βιβλίον λέγεται εἶναι Εὐδόξου τοῦ Κνιδίου. Sed de Eudoxo noſtro, audiendus Proclus in II. ad 1. Euclidis: Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος, Λεόντος μὲν ὀλίγῳ νεώτερος, ἑταῖρος δὲ τῶν περὶ Πλάτωνα γενόμενος, πρῶτος τῶν καθόλου θεωρημάτων τὸ πλῆθος ηὔξησε, καὶ ταῖς τρισὶν ἀναλογίαις ἄλλας τρεῖς προσέθηκε. καὶ τὰ περὶ τὴν τομὴν, ἀρχὴν λαβόντα παρὰ Πλάτωνος, εἰς πλῆθος προήγαγεν, καὶ ταῖς ἀναλύσεσιν ἐπ' αὐτῶν χρησάμενος.

Καὶ ἕτερ' ἄττα ἀξιόλογα] Scripſit Γῆς περίοδον· qui liber mox citatur à Laërtio, ubi de eo nos plura.

Ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρας τρεῖς, Ἀκτίδα, Φιλτίδα, Δελφίδα] Suidas: ᾧ τρεῖς ἐγένοντο θυγατέρες, Ἀκτὶς, Δελφὶς, Φιλτίς.

89 Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς πρὸς Βάτωνα] Legerat Vetus Interpres, πρὸς Ἑκάτωνα: nam vertit *Eratoſthenes in libris ad Hecatonem.* Palatinus Codex habet, πρὸς Κάτωνα: quod ad Ἑκάτωνα propè accedit. An ſcripſerit Laërtius, πρὸς Πλάτωνα? Scripſerat Eratoſthenes ad Platonem: in quo libro citatur à Theone Smyrnæo, Mathematicorum cap. 1. Ἐρατοσθένης μὲν γὰρ, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλατωνικῷ, φησὶ ὅτι Δηλίοις, &c. & cap. 30. Ἐρατοσθένης δὲ ἐν τῷ Πλατωνικῷ φησι, μὴ ταυτὸν εἶναι διάστημα, &c. Atque inde eſt fortaſſe, quòd eum *Platonem alterum* vocarent. Suidas in Ἐρατοσθένης· οἱ δὲ καὶ δεύτερον, ἢ νέον Πλάτωνα, ἄλλοι πένταθλον ἐκάλεσαν. Batonis cujuſdam Sinopenſis meminit Athenæus x. 10. Βάτων ὁ Σινωπεὺς ἐν τοῖς Περὶ Γάνης τοῦ ποιητοῦ, φιλοπότην φησὶ γενέσθαι καὶ ἐρωτικώτατον τὸν Γάνην.

Τοῦτον δὲ μεθερμηνεύσαντα, &c.] Aliud agebat Aldobrandinus cùm vertit, *Ariſtoxenum verò interpretatum*, &c.

Τούτου διήκουσε Χρύσιππος Ἑρμέου, Κνίδιος] De quo, hoc tantùm ſcio.

Τούτου γέγονε παῖς Ἀριστογόρας, οὗ Κρύσιππος Ἀεθλίου μαθητής] Aëthlias ille, idemne ſit ac Aëthlius qui de Samiorum finibus ſcripſit, addubitat Jonſius. Diverſum eſſe ab Aëthlio de quo ſuprà Laërtius in Diogene, non dubitat.

90 Ἕτερος, Ῥόδιος, ἱστορίας γεγραφὼς] Cujus meminit Apollonius Hiſtoriæ Commentitiæ CXXIV. Εὔδοξος ὁ Ῥόδιος περὶ τὴν Κελτικὴν εἶναί τι ἔθνος φησὶν, ὃ τὴν ἡμέραν, οὐ βλέπει· τὴν δὲ νύκτα, ὁρᾷ. Item Etymologus in Ἀδρίας: Εὔδοξος δὲ ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Ἱστοριῶν, τὸ πέλαγος καὶ τὴν πόλιν ὀνομασθῆναι Ἀδρίαν φησὶν, ἀπὸ Ἀδρίου τοῦ Μεσσαπίου Παύσωνος.

Τρίτος, Σικελιώτης, παῖς Ἀγαθοκλέους, ποιητὴς Κωμῳδίας, &c.] De quo accipiendus Pollux VII. 33. τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο εἴρηκέ τις τῶν νέων Κωμῳδῶν Εὔδοξος, ἐν Ναυκλήρῳ δράματι. Fuit & Eudoxus Cyzicenus, de quo Strabo lib. II. & Plinius lib. itidem II. cap. 67.

Εὔδοξος ἐν γῆς Περιόδῳ] Multis id Opus libris conſtabat. Primum citat Laërtius in Pyrrhone; Sextus Empiricus Hypotypoſeon lib. I. ubi de decimo modo; & Stephanus Geographus in Ἀρμενία; & Athenæus lib. IX. Secundum idem Stephanus in Ἄσδυνις; & Clemens Alexandrinus in Protreptico. Quartus commemoratur eidem Stephano in Ἄβδηρα, & Scholiaſtæ Apollonii ad librum I. Apollonii. Sextum laudat idem Stephanus in Ἀζανία, in Αἴγιον, & in Ἄσινη, necnon Athenæus lib. VII. Septimum citat Apollonius Dyſcolus Hiſtoriæ Commentitiæ cap. 38. Octavum, Harpocration in Λιπάρα. Quare Περιόδους plurali numero Plutarchus I. contra Colotem hoc Opus appellavit. Strabo lib. II. τὴν περὶ τὸν Εὔδοξον Ἱστορίαν vocat: unde conjicere licet multa hiſtorica & ad gentium ritus pertinentia in eo fuiſſe aſperſa. Citatur ἁπλῶς Diogeni noſtro in Proœmio, & Scholiaſtæ Apollonii ad lib. IV.

Ἀκμάσαι κατὰ τὴν γ' καὶ ὁ Ὀλυμπιάδα] Florentinus κατὰ τὴν γ' καὶ ρ'. Euſebius in Chronicis floruiſſe dicit initio Olympiadis XCVII. hoc eſt, ſeptennio poſt Socratis mortem: quod verum eſſe non poteſt, cùm Platonis fuerit diſcipulus, ut viſum ſuprà. Veriùs igitur floruerit circa Olympiadem CIII. ut eſt apud Anonymum ἐν Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ. De Euſebii iſtac allucinatione, videndus Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 6. Vide & hîc Aldobrandinum.

Ὅτε δὲ συνεγένετο ἐν Αἰγύπτῳ Γ̓χόνουφι τῷ Ἡλιουπολίτῃ] Clemens Στρωματέων lib. I. ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχηδι τῷ Αἰγυπτίῳ μαθητεῦσαι· Πλάτων δὲ, Σεχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ· Εὔδοξος δὲ ὁ Κνίδιος, Κονούφιδι, τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Corrige Χονούφιδι. Ita Ægyptius ille Sophus dicitur Plutarcho in libro de Genio Socratis: & ita dici debet. τὸ jota ad latus τοῦ omega, ut fieri ſolebat, adpoſitum, cum ſequenti voce Χόνουφι coaluit apud Laërtium, apud quem reſcribendum, ex Clemente & Plutarcho, Χονούφιδι. Heliopolis, urbs eſt Ægypti. Etiam in Ægypto philoſophatum Eudoxum, ſcripſit Philoſtratus in ejus Vita. καὶ ἠξιοῦτο τῆς τῶν Σοφιστῶν ἐπωνυμίας καθ' Ἑλλήσποντον, καὶ Προποντίδα, κατά τε Μέμφιν, καὶ τὴν ὑπὲρ Μέμφιν Αἴγυπτον, ἣν Αἰθιοπία τε ὁρίζει, καὶ τῶν ἐκείνῃ Σοφῶν οἱ γυμνοί. *In Helleſponto, Propontide, Memphi, & Ægypto quæ ſupra Memphin, quam Æthiopia terminat Sophiſtarum cognomine dignus eſt habitus: & eorum quoque judicio, qui ibi Gymnoſophiſtæ appellantur.*

Ἐν Μέμφει λόγος, &c.] Verſus ſunt Ionici ἀπὸ τοῦ ἐλάσσονος pentametri catalectici, exceptis duobus mediis, qui tetrametri ſunt, cum duobus aliis trimetris Ithyphallicis. Hos ita reſtituebat Salmaſius ad Solinum pag. 441. 91

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίαν πρόσθε μοῖραν

Εὔδοξον

Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύροιο, κ' οὐδέν γ' ἔλεξε
Πόθεν, οὐ γὰρ βοὶ φωνὴ, φύσις οὐ δῶκε μόσχῳ
Ἀπίδι στόμ', ἀλλὰ
Παρὰ δ' αὐτῷ λέχριος στὰς ἐλίχμησε τὸ λῶπος,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν ὅσσον οὔπω.
Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος δὴ δεκάκις πέντε καὶ τρεῖς
Ἐσιδόντι παῖδας.

Annos, παῖδας *vocat Diogenes*, *quia anni* παῖδες *ſunt ſeculi* τῆς γενεᾶς, *ut dies menſis*, *menſes anni*. *Apim idem appellat* μόσχον, βόα, ταῦρον. Verba ſunt præſtantiſſimi Salmaſii. De Apidis Oraculo, habes apud Pauſaniam in Achaïcis, Plinium libro VIII. cap. 46. & Ammianum Marcellinum lib. XXII. Ceterùm Phanocritus de Eudoxo noſtro librum ſcripſerat. Id nos docet Athenæus VII. 2. φιλόσυκος ἦν Πλάτων ὁ φιλόσοφος, ὡς ἱστορεῖ Φανόκριτος ἐν τῷ Περὶ Εὐδόξου. Cùm enim Platonicus Philoſophus eſſet Eudoxus noſter, quin de eo accipiendus ſit Athenæus, nulla dubitatio eſt.

AD LIBRUM IX.

HERACLITUS.

1 Ἡράκλειτος Βλύσωνος, ἢ, ὥς τινες, Ἡρακίοντος] Manuſcriptus unus Bibliothecæ Regiæ Βλόσωνος. uterque, Ἡρακίωντος. Suidas: Βλοσύτωνος, ἢ Βλεύτωνος· οἱ δὲ Ὡρακίνου. Clemens Stromat. τῆς Βυύσωνος.

Ἐφέσιος] Epheſius quoque dicitur Ciceroni, Straboni, Columellæ, Gellio, Origeni, Suidæ, aliis. At Juſtinus Martyr in Exhortatione ad Græcos, non longè ab initio, Metapontinum facit. Ἡράκλειτος, inquit, ὁ Μεταπόντιος ἀρχὴν τῶν πάντων τὸ πῦρ εἶναι λέγει, ἐκ τοῦ πυρὸς γὰρ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ πῦρ τὰ πάντα τελευτᾶν. Sed rectè monet Sylburgius, locum eſſe mutilum, & legendum ex Clemente Alexandrino, & ex Theodorito, Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος, καθάπερ καὶ Ἵππασος ὁ Μεταπόντιος. Eum vide. Epheſius ſimpliciter dicitur Clementi Alexandrino Stromateon libro v. non ſemel.

Κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Schedæ Regiæ, κατὰ τὴν θ' καὶ ξ' Ὀλυμπιάδα.

Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει] Athenæus libro XIII. Πουλυμαθοσύνης τῆς, οὐ κρείσσονα οὐδὲν, Ἵππων ἔφη ὁ ἄθεος. ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεῖος, φησί· Πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. καὶ ὁ Τίμων ἔφη,

--- ἐν δὲ πλατυσμὸς
Πουλυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κρείσσονα ἄλλο. &c.

Gellius in Præfatione Operis, quæ pro capite ultimo libri ultimi edita eſt: *Ego verò cùm illud Heracliti Epheſii, viri ſummè nobilis, verbum cordi haberem; quod profectò ita eſt*, πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. Ita enim legitur in Codicibus antiquis. Meminit hujus dicti & Julianus Imperator in Oratione VI. πολυμαθία γὰρ, φασὶ, νόον οὐ διδάσκει. & Democrates in Sententiis: πολλοὶ πολυμαθέες νόον οὐκ ἔχουσι. πολυποίην, οὐ πολυμαθίην ἀσκέειν χρή. Simile eſt illud Comici,

Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ.

&,

Γράμματα μαθεῖν δεῖ, καὶ μαθόντα νοῦν ἔχειν.

Adde Minucium Felicem in Octavio: *unde apparet ingenium non dari facultatibus, nec ſtudio parari, ſed cum ipſa mentis formatione generari.* Corrigendus Clemens Alexandrinus Stromat. lib. I. καὶ ἐν τῷ Δημοδόκῳ (εἰ δὴ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα·) Μὴ δὲ ἡγοῦ τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν περὶ τὰς τέχνας κυπτάζοντας ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἄλλο τι· ἐπεὶ ἔγωγε ᾤμην καὶ ὀνειδος εἶναι· ᾔδει γὰρ, οἶμαι, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχει· ὃ διδάσκει καθ' Ἡράκλειτον. Legendum prorſus ᾔδει γὰρ, οἶμαι, ὡς ἄρα ἡ πολυμάθεια νόον οὐχὶ διδάσκει, καθ' Ἡράκλειτον. Sed & pro κυπτάζοντας, reponendum quoque κυπτάζοντα, ut rectè Sylburgius obſervabat.

Εἶναι γὰρ ἓν τὸ σοφὸν ἐπίστασθαι γνώμην, ὅτε ἦ ἐγκυβερνήσαι πάντα διὰ πάντων] Editio Stephani, ἧτε οἱ ἐγκυβερνήσει: quæ lectio magis placet. Eſt autem hic locus difficillimus; quem ſic interpretatur doctiſſ. Mericus Caſaubonus in Notis ad librum v. Marci Antonini: *Omnem ſapientiam in eo conſiſtere uno, ut Deum agnoſcamus unum, qui omnia, minima, maxima, nutu ſuo temperat, & providentiæ ſuæ rationibus accommodat.* Scilicet γνώμην, hoc loco *Deum* ſignificare contendit. Eum vide.

Ἐπὶ τῷ τὸν ἑταῖρον ἐκβαλεῖν Ἑρμόδωρον· ἐν οἷς φησιν, 2
Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀποθανεῖν, &c. οἱ τινες Ἑρμόδωρον ἑαυτῶν ὀνήστον ἐξέβαλον, λέγοντες, Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήστος ἔστω· εἰ δέ τις τοιοῦτος, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων] Ad verbum Strabo lib. XIII. ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ· (loquitur de Epheſo) τῶν μὲν παλαιῶν, Ἡράκλειτός τε ὁ Σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος· περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτός φησιν· Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵ τινες Ἑρμόδωρον, ἄνδρα ἑαυτῶν ὀνήστον, ἐξέβαλον, φάντες, Ἡμέων μηδεὶς ὀνήστος ἔστω· εἰ δὲ μή, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων. Δοκεῖ δὲ οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι. Et Cicero Tuſcul. v. *Eſt apud Heraclitum Phyſicum de Principe Epheſiorum Hermodoro. univerſos ait Epheſios eſſe morte multandos, quòd, cùm civitate expellerent Hermodorum, ita locuti ſunt; Nemo de nobis unus excellat: ſed, ſi quis exſtiterit, alio in loco, & apud alios ſit.* Meminit hujus dicti Heraclitei Jamblichus de Vita Pythagoræ cap. 30. ſed loco corruptiſſimo. οὐ γὰρ καθάπερ Ἡράκλειτος γράψειν Ἐφεσίοις ἔφη, τοὺς νόμους ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας. Legi poſſet: οὐ γὰρ, καθάπερ Ἡράκλειτος Ἐφεσίοις ἔφη, ἀπάγξασθαι τοὺς πολίτας ἡβηδὸν κελεύσας. Vide inter Epiſtolas Græcanicas, Epiſtolam Heracliti ad Hermodorum, & Darii ad Epheſios. Meminit Hermodori & Pomponius in l. 2. D. de Origine Juris, ubi de Legibus XII. Tab. *Quarum ferendarum auctorem fuiſſe Decemviris Hermodorum quemdam Epheſium, exulantem in Italia, quidam retulerunt.* Et Plinius XXXIV. 5. *Fuit & Hermodori Epheſii in comitio, Legum, quas Decemviri ſcribebant, Interpretis, publicè dicata ſtatua.* Maranus in Commentario 2. de Æquitate & Juſtitia, Hermodorum illum Epheſium, eumdem eſſe putabat ac Epheſinum illum

Legiſlatorem; fruſtrà huc uſque à doctis viris quæſitum; quem Alexander III. ſummus Pontifex, præſcriptionis auctorem facit capite 5. *Vigilanti*, de Præſcript. extr.

Ὀνῃστὸς] Vox Ionica, de qua nos ſuprà, & Caſaubonus ad Strabonem dicto loco.

Μετὰ τῶν παίδων ἠστραγάλιζε] Quò reſpexiſſe
3 videtur Lucianus in Vitarum Auctione: ΑΓΟΡ. τί γὰρ ὁ αἰὼν ἐστι; ΗΡΑΚΛ. παῖς παίζων, πεσσεύων, διαφερόμενος.

Μισανθρωπήσας, καὶ ἐκπατήσας] ἐκπατήσας, id eſt, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων, ut rectè Caſaubonus. Heracliti, ut μισανθρώπου, meminit quoque Plinius VII. 19. *Ferunt Craſſum, avum Craſſi in Parthis interempti, numquam riſiſſe, ob id* Agelaſtum *vocatum: ſicuti nec fleſſe multos. Socratem, clarum ſapientiâ, eodem ſemper viſum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam, torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales* apathes *Græci vocant, multos ejus generis experti: quodque mirum ſit, auctores maximæ ſapientiæ, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem in totius odium generis humani evectum.* Melancholico morbo correptum, alia quidem inchoata, alia verò aliter ſcripſiſſe, ait infrà Laërtius ex Theophraſto.

Πόας τιτούμενος καὶ βοτάνας] Videtur unum atque idem eſſe πόα & βοτάνη. Heſychius: πόα βοτάνη ἑκάστη. Quin & utraque vox eamdem habet originem: πόα enim, ἀπὸ τοῦ πάειν, & βοτάνη, ἀπὸ τοῦ βοτεῖν: quod utrumque *paſcere* ſignificat.

Περιτραπεὶς εἰς ὕδερον] Heſychius Mileſius περιπεσών.

καὶ τῶν ἰατρῶν αἰνιγματωδῶς ἐπυνθάνετο, εἰ δύναιντο ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιῆσαι] Quò reſpexit Aretæus libro II. de cauſis & ſignis morborum acutorum, ubi de καύσῳ, ſive de febre ardenti: ἢν δὲ ἐς ἄκρον ξηρότητος καὶ θερμασίης ἔκῃ ἡ φύσις, τὸ μὲν θερμὸν ἐς ψυχρὸν, ὁ δὲ αὐχμὸς εἰς ἐπομβρίην τρέπεται.

Αὐτὸν εἰς βούστησιν κατορύξας] Ita quoque editio princeps. Stephanica, & Codex Regius uterque, βούστασιν, rectiùs.

Ἔσβισεν ἐκ βλεφάρων] MSS. Regii, & Florentinus,
4 necnon Heſychius Mileſius, ἐν βλεφάροις.

Ὑγρὸν ἐξεραῦσαι] Editio Stephani ἐξαῦραι. Heſychius Mileſius ἐξερῆσαι. ἐξεραῦσαι, rectum eſt. Suidas: ἐξεράσατε τοὺς λίθους. ἐκκενώσατε, ἐκβάλλετε, ἀπορρίψατε· πεποίηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς ἔρας, ὅ ἐστι γῆς. Habuit Suidas ab Ariſtophanis Scholiaſte; cujus hæc ſunt verba ad Veſpas paginâ 501. ΕΞΕΡΑΣΩ ἀντὶ τοῦ εἰς γῆν μεταβαλῶ τὰς ψήφους· ἔρα γὰρ, ἡ γῆ. Et ad Acharn. pag. 388. ΕΞΕΡΑΣΑΤΕ. ἀντὶ τοῦ ἐκκενώσατε, ἐκβάλλετε, ἀπορρίψατε· πεποίηται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς ἔρας, τουτέστι τῆς γῆς. Inde ἐξέραμα, in illo Petri, epiſtola II. capite 2. 22. κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ ἴδιον ἐξέραμα. Quod ſumptum ex Proverbiorum XXVI. 2. ubi tamen Græci habent ἔμετον. Petri enim propria eſt vox ἐξέραμα: de qua legendus in Hierozoïco, θαυμαστόν τι χρῆμα, Samuel Bochartus, cap. de Canum cibo & potu, pag. 672.

Θεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν ἥλιον, καὶ κελεύειν τοὺς παῖδας βολίτοις καταπλάττειν, &c.] Tertullianus ad Martyras: *Heraclitus, qui ſe bubulo ſtercore oblitum exuſſit.* Marcus Antoninus lib. III. τῶν εἰς ἑαυτὸν ſect. 3. Ἡράκλειτος περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθεὶς, βολβίτῳ κατακεχρισμένος ἀπέθανεν. Tatianus Oratione ad Græcos: τούτου μὲν οὖν τὴν ἀμαθίαν ὁ θάνατος διήλεγξεν· ὕδρωπι γὰρ συσχεθεὶς, καὶ ἰατρικὴν, ὡς Φιλοσοφίαν, ἐπιτηδεύσας, βολβίτοις τε περιπλάσας ἑαυτὸν τῆς κάτρου κρατυνθείσης, συνολκάς τε τοῦ παντὸς ἀπεργασαμένης σώματος, σπασθεὶς ἐτελεύτησε. Adde Suidam in Ἡράκλειτος. βόλβιτος autem & βόλιτος, idem.

Ὅτε καὶ νέος ὢν ἔφασκε, μηδὲν εἶναι· τέλειος μέντοι 5
γενόμενος, πάντα ἐγνωκέναι] Ita Editio Frobeniana. At Stephanica, μηδὲν εἰδέναι, quod magis placet. Meminit Origenes in Philoſophicis: αὐτὸν μὲν γὰρ ἔφασκε τὰ πάντα εἰδέναι, τοὺς δὲ ἄλλους ἀνθρώπους οὐδέν. Stobæus Sermone XIX. ex Ariſtonis ſcriptis: Ἡράκλειτος νέος ὢν, πάντων γέγονε σοφώτερος, ὅτ' ἤδει ἑαυτὸν μηδὲν εἰδότα. Ariſto iſte ſcripſerat περὶ Ἡρακλείτου, ut mox videbimus. Notandum autem in hoc Laërtii loco, τέλειον pro *adulto* ſumi, ut ſæpè apud Paulum.

Ἤκουσέ τε οὐδενὸς, ἀλλ' αὐτὸν ἔφη διζήσεσθαι, καὶ μαθεῖν πάντα παρ' ἑαυτοῦ] Codex Regius διζήσασθαι. rectè: ſequitur enim μαθεῖν, non μανθάνειν. Hoc autem dictum Heracliti minùs cepiſſe Diogenem noſtrum, verè Caſaubonus obſervabat. Eum vide. Loco Plutarchi, quem refert Caſaubonus, addo locum Juliani Imperatoris in Oratione VI. οὐκοῦν, inquit, ὁ μὲν ἐν Δελφοῖς θεὸς, τὸ Γνῶθι σαυτὸν προαγορεύει; Ἡράκλειτος δὲ, Ἐδιζησάμην ἐμαυτόν. Etiam Tatianus Heraclitum ſe non alio magiſtro quàm ſemetipſo edoctum dixiſſe, teſtatur; his verbis: τὸν γὰρ Ἡράκλειτον οὐκ ἂν ἀποδεξαίμην, Ἐμαυτὸν ἐδιδαξάμην εἰπόντα, διὰ τὸ αὐτοδίδακτον εἶναι καὶ ὑπερήφανον. Idem teſtatur & Dio Chryſoſtomus Oratione 55. Heraclitum à ſemet edoctum fuiſſe ſcripſit. Ceterùm voce διζήσασθαι, pro *quærere* utitur Clemens Alexandrinus Stromateon libro I. non longè ab initio. ἃ δὲ αὐτοὶ διζησάμενοι, ἑαυτοὺς ἐξευρηκέναι φρυάττονται, &c.

Ξενοφάνους αὐτὸν ἀκηκοέναι] Addit Suidas & Hippaſum: τινὲς δὲ αὐτὸν ἔφασαν διακοῦσαι Ξενοφάνους καὶ Ἵππασου Πυθαγορίου. Ammonius, ad Ariſtotelis Cathegorias, ſtatim ab initio; Pyrrhonis diſcipulum facit: in quo fallitur. Fuit Heraclitus Pyrrhone antiquior.

Ἀρίστωνα ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείτου] Accipit Jonſius de Ariſtone Chio, Stoico Philoſopho: quòd condiſcipulus ejus Cleanthes ſimiliter δύο τῶν Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις ſcripſerit, teſte Laërtio in Cleanthe; quódque Sphærus, itidem Stoicus, quinque Diatribas de Heraclito ediderit, teſte eodem Laërtio: ita nimirum Stoici diverſi eamdem tractabant materiam; quod pluribus exemplis probat idem Jonſius. Verterunt autem Ambroſius & Aldobrandinus, *A-*

riſtonem in libro de Heraclito. At librum de Heraclito ab Ariſtone eſſe ſcriptum, difficulter inde probaveris. Cautiùs, vertendum fuiſſet, *Ariſtonem, eo loco ubi de Heraclito agit:* inquit Jonſius. Mihi, potiùs liber peculiaris eſſe videtur. Mox & Ariſtonem teſtem adducit Laërtius, ubi de dicto Socratis, cùm ille Heracliti volumen, ab Euripide ſibi allatum, legiſſet.

Τὸ δὲ φερόμενον αὐτοῦ βιβλίον, &c.] Heracliti libros commemorat Plutarchus in Commentario contra Coloten, τὸν Ζωροάστρην, τὸ Περὶ τῶν ἐν ᾅδου, τὸ Περὶ τῶν φυσικῶς ἀπορουμένων. Scripſerat & libros Περὶ πολιτείας, ut infrà habet Laërtius ex Diodoto Grammatico; qui Volumen Περὶ φύσεως Heracliti eſſe negabat.

Ἀνέθηκε δὲ αὐτὸ εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν] Quod
6 etiam, ſed plenius, refert Tatianus in Oratione contra Græcos. οὔτ' ἂν ἐπαινέσαιμι, inquit, de Heraclito verba faciens, κατακρύψαντα τὴν ποίησιν ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ναῷ, μυστηριωδῶς ὅπως ὕστερον ἡ ταύτης ἔκδοσις γένηται· καὶ γὰρ οἷς μέλον ἐστὶ περὶ τούτων, φασὶν Εὐριπίδην, τὸν Τραγῳδοποιὸν, κατιόντα, καὶ ἀναγινώσκοντα, διὰ μνήμης κατ' ὀλίγον τὸ Ἡρακλείτου σκότος σπουδαίως παραδεδωκέναι. *Neque hoc in eo laudaverim, quòd Carmina ſua in fano Dianæ occultavit, ut poſtea, veluti per myſterium, ederentur. Nam quibus iſta curæ ſunt, Euripidem, Poëtam Tragicum, ædem Dianæ frequentaſſe, & paulatim tenebras iſtas Heracliti relegendo, accuratè tradidiſſe produnt.* Obiter obſervabis, librum Heracliti Περὶ φύσεως, *poëſim* à Tatiano appellari: ut non immeritò à Lilio Giraldo Poëtis Heraclitus annumeretur. Etiam Suidas eum πολλὰ ποιητικῶς ſcripſiſſe ait: quod tamen pertinere potiùs ad dictionem ποιητικωτέραν, quæ proſæ conveniat, quàm ad Poëmata, exiſtimabat Voſſius in Syntagmate de Poëtis Græcis. *Clemens Alexandrinus in Protreptico ſcribit Heraclitum Epheſium, vaticinatum eſſe, in libris quos in templo Dianæ depoſuerat,* Νυκτιπόλοις, Μάγοις, Βάκχοις, Λήναις, Μύσταις. Verba ſunt doctiſſimi Cuperi in Inſcriptionibus ad Marmora antiqua, pag. 270. Sed de depoſitione librorum Heracliti in templo Dianæ, nihil apud Clementem Alexandrinum.

Ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράφειν, ὅπως οἱ δυνάμενοι προσίοιεν αὐτῷ· καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐκαταφρόκτον ᾖ] Clemens Stromat. v. καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις εὕροιμεν ἂν ὑπό τε Φιλοσόφων, ὑπό τε Ποιητῶν αἰνιγματωδῶς εἰρημένα· ὅπου γε καὶ ὅλα βιβλία ἐπικεκρυμμένην τὴν τοῦ συγγραφέως βούλησιν ἐπιδείκνυται· ὡς καὶ τὸ Ἡρακλείτου Περὶ φύσεως· ὃς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο, Σκοτεινὸς προσηγόρευται. *Et innumerabilia inveniemus tam apud Philoſophos quàm apud Poëtas dicta ænigmaticè; cùm etiam toti libri indicent abditam Scriptoris voluntatem: cujuſmodi eſt liber Heracliti de Natura; qui etiam propterea appellatus eſt* Σκοτεινός. Auctor Homericarum Allegor. ὁ γοῦν Σκοτεινὸς Ἡράκλειτος, ἀσαφῆ, καὶ διὰ συμβόλων εἰκάζεσθαι δυνάμενα θεολογεῖ τὰ φυσικά. δι' ἃν φησι. Θεοὶ θνητοὶ τ' ἄνθρωποι ἀθάνατοι, ζῶντες τὸν ἐκείνων θάνατον, βιώσκοντες τὴν ἐκείνων ζωήν· Καὶ πάλιν, Ποταμοῖς τοῖς αὐτοῖς ἐμβαίνομέν τε καὶ οὐκ ἐμβαίνομεν, εἶμέν τε καὶ οὐκ εἶμεν. ὅλον τε τὸ περὶ φύσεως αἰνιγματῶδες ἀλληγορεῖ. *Nam obſcurus Heraclitus de Phyſicis intricatè & ſymbolicè docet; ut, cùm inquit,* Dii, mortales homines, Immortales viventes illorum mortem, morientes illorum vitam. *Et alibi:* Fluvios eoſdem ingredimur, & non ingredimur: ſumus, & non ſumus. *Totum denique de Natura ejus opus ænigmaticè per allegorias accipiendum.* Seneca Epiſt. XII. *Ideò Heraclitus, cui cognomen* Scoteinon *fecit orationis obſcuritas,* &c. Tullius de Finibus bonorum & malorum libro II. *Et tamen vide, nè ſi ego non intelligam quid Epicurus loquatur, cùm Græcè, ut videor, luculenter ſciam, ſit aliqua culpa ejus qui ita loquatur, ut non intelligatur. quod duobus modis ſine reprehenſione fit: aut ſi de induſtria facias, ut Heraclitus qui cognomento* Σκοτεινὸς *perhibetur, quia de Natura nimis obſcurè memoravit,* &c. Et libro de Natura Deorum primo: *nec conſultò dicis occultè, tamquam Heraclitus.* Et libro III. *Sed omnia veſtri, Balbe, ſolent ad igneam vim referre; Heraclitum, ut opinor, ſequentes: quem ipſum non omnes interpretantur uno modo. qui quoniam quid diceret, intelligi noluit, omittamus.* Inde, *Clarus ob obſcuram linguam* dicitur Heraclitus Lucretio libro I. de Rerum natura. Quare & ejus libros interpungere difficile fuiſſe, ſcripſit Ariſtoteles Rhetoricorum libro 3. cap. 5. Verba ejus hic adſcribenda putavi: ſunt enim notatu digniſſima. ὅλως δὲ, δεῖ εὐανάγνωστον εἶναι τὸ γεγραμμένον, καὶ εὔφραστον. ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ, ὅπερ οἱ πολλοὶ σύνδεσμοι οὐκ ἔχουσιν. οὐδ' ἃ μὴ ῥᾴδιον διαστίξαι· ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου. τὰ γὰρ Ἡρακλείτου διαστίξαι ἔργον. διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι ποτέρῳ πρόσκειται τῷ ὕστερον, ἢ τῷ πρότερον. οἷον ἐν τῇ ἀρχῇ αὐτοῦ τοῦ συγγράμματος. φησὶ γὰρ, Τοῦ λόγου τοῦ δ' ἐόντος αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται· ἄδηλον γὰρ τὸ αἰεὶ, πρὸς ὁποτέρῳ διαστίξαι. *Omnino autem oportet facilè legi, & proferri poſſe, quod dictum eſt. Eſt verò idem quod multæ conjunctiones non habent. Nec quæ non facilè eſt interpungere: ut quæ ſunt Heracliti. Nam quæ ſunt Heracliti, interpungere operoſum eſt: quia incertum eſt utri adjaceat; poſteriorine, an priori. Ut in principio ipſius libri. Inquit enim,* Rationes hujus quæ eſt ſemper imperiti homines ſciunt. *Incertum eſt enim illud* ſemper *utri interpungas.* Auctor libri de Elocutione, qui vulgò Demetrio Phalereo tribuitur, obſcura fuiſſe Heracliti ſcripta propter diſſolutionem. ἄδηλος γὰρ ἡ ἑκάστου κῶλου ἀρχὴ διὰ τὴν λύσιν· ὥσπερ τὰ Ἡρακλείτου. καὶ γὰρ ταῦτα σκοτεινὰ ποιεῖ τὸ πλεῖστον ἡ λύσις. *Incerta enim ſingula membrorum principia propter diſſolutionem: quemadmodum Heracliti ſcripta: etenim hæc tenebricoſa efficit magna ex parte diſſolutio.* Ex hoc Heracliti libro Περὶ φύσεως, Meurſius, in Notis ad Heſychium Mileſium in Heraclito, cenſebat eſſe quod de Heraclito in Voce βιὸς refert Etymologus: ἔοικε δὲ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ὁμωνύμως λέγεσθαι βιὸς, τὸ τόξον, καὶ ἡ ζωή. Ἡράκλειτος οὖν ὁ Σκοτεινὸς, τῷ οὖν τόξῳ ὄνομα βιός· ἔργον δὲ, θάνατος. Hujus dicti; ut hoc obiter dicam; meminit & Euſtathius ad Iliad. α. pag. 41.

Τοῖς δ' ἔνι κυκηστὴς, &c.] κοκκυστὴς Stephani Editio; & Regii Codices; & Palatinus. Heſychius Mileſius, μιμητήν. Lego κυκητὴς, id eſt, *permixtor*. Ita Epicuro dictus Heraclitus. Noſter infrà, in Epicuro: Ἡράκλειτόν τε κυκητὴν ἐκάλει. Reſpiciebat videlicet Epicurus ad opinionem Heracliti, quâ ſtatuebat ἀλλακῶς εἰς κυκεῶνα πάντα συνειλεῖσθαι, ut eſt apud Lucianum in Vitarum Auctione. Ibi Heraclitus ait: λέγω δὲ τὰς ἐκπυρώσιας, καὶ τὴν τοῦ ὅλου συμφορήν. ταῦτ' ὀδύρομαι. καὶ ὅτι ἔμπεδον οὐδὲν, ἀλλάκτως (Jonicè pro ἀλλάπτως) εἰς κυκεῶνα πάντα συνειλέονται. καὶ ἔστι τοῦτο τέρψις, ἀτερψίη· γνῶσις, ἀγνωσίη· μέγα, μικρόν· ἄνω, κάτω, περιχορεύοντα, καὶ ἀμειβόμενα ἐν τῇ τοῦ αἰῶνος παιδιῇ. *Conflagrationes dico, mundique totius calamitatem. Iſta ſunt, quæ ego deploro: & quòd nihil ſtabile eſt: ſed omnia in cyceonem quodammodo convolvuntur: tum quòd eadem res delectat & offendit: eſtque cognitio, ignoratio; magnum, parvum; ſurſum, deorſum, feruntur omnia, perque vices in hoc ſeculi ludo mutantur.* Gaſſendus, qui *perturbatorem* interpretatur, reſpexiſſe putabat Epicurum ad acta ab Heraclito circa Epheſum: quod minùs placet. Sed cùm in κυκέω, κυκάω, & κυκεὼν, prima ſit brevis; id autem ex Homero, Ariſtophane, Apollonio, & Nonno conſtat; exiſtimabat Samuel Bochartus, hoc loci apud Timonem, vocem κοκκυστὴς retinendam.

Ἀντισθένης φησὶν ἐν Διαδοχαῖς] Ita omnes editi & manuſcripti Codices. Sed in ora Codicis Regii ſcriptum fuit ἐν ταῖς Διατριβαῖς. perperam.

Ἐκχωρῆσαι γὰρ τάδελφῷ τῆς βασιλείας] Vox βασιλείας non debet hoc loco ſumi pro regno, ſed pro quodam magiſtratu, ſic dicto apud Epheſios: cujus nominis Sacerdotium erat & apud Athenienſes, uti & apud Romanos *Rex Sacrificulus*.

Τοσαύτην δὲ δόξαν ἔσχε τὸ σύγγραμμα, ὡς καὶ αἱρετιστὰς ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι τοὺς κληθέντας Ἡρακλειτείους] Heracliteorum meminit Sextus Empiricus Hypot. I. 29. Etiam Laërtius infrà Pauſaniam quemdam commemorat, qui *Heraclitiſta* appellatus eſt.

7 Ἐκ πυρὸς τὰ πάντα συνεστάναι καὶ εἰς τοῦτο ἀναλύεσθαι] Habes mox infrà: πῦρ εἶναι στοιχεῖον, καὶ πυρὸς ἀμοιβήν. Cicero Acad. Quæſt. lib. IV. ubi de principiis rerum, quæ diverſi Phyſici poſuere: *Empedocles, hæc pervulgata & nota quatuor: Heraclitus, ignem.* Et lib. III. de Natura Deorum, loco citato: *Sed omnia veſtri, Balbe, ſolent ad igneam vim referre; Heraclitum, ut opinor, ſequentes.* Habuit Heraclitus ab Hippaſo Metapontino. Ariſtoteles Metaphyſ. lib. I. cap. 3. ubi etiam de rerum principiis: Ἵππασος δὲ πῦρ ὁ Μεταποντῖνος, καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. Plutarchus de Placitis Philoſophorum I. 3. Ἡράκλειτος καὶ Ἵππασος ὁ Μεταποντῖνος ἀρχὴν τῶν ὅλων τὸ πῦρ· ἐκ πυρὸς γὰρ τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς πῦρ πάντα τελευτᾶν λέγουσι. Sed & ignem pro Deo uterque habuit. Diſcimus ex Clemente in Protreptico: Παρμενίδης δὲ ὁ Ἐλεάτης θεοὺς εἰσηγήσατο τὸ πῦρ καὶ γῆν. θάτερον δὲ αὐτοῖν μόνοιν, τὸ πῦρ, θεὸν ὑπειλήφατον Ἵππασός τε ὁ Μεταποντῖνος, καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἡράκλειτος.

Πάντα τε γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην] Vide Aldobrand.

Καὶ διὰ τῆς ἐναντιοτροπῆς ἁρμόσθαι τὰ ὄντα] Ariſtoteles lib. VIII. de Moribus cap. 2. Εὐριπίδης μὲν φάσκων, Ἐρᾷν μὲν ὄμβρου γαῖαν ξηρανθεῖσαν· ἐρᾷν δὲ σεμνὸν οὐρανὸν πλησθέντα νοτεῖν ὄμβρου, πεσεῖν εἰς γαῖαν. καὶ Ἡράκλειτος, τὸ ἀντίζουν συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. Sequitur mox apud Laërtium, ubi de Heraclitiplacitis: γίνεσθαι πάντα κατ' ἐναντιότητα.

Καὶ πάντα ψυχῶν εἶναι καὶ δαιμόνων πλήρη] Dixi ad Procœmium Laërtianum, & ad Pythagoræ Vitam. Adde Ariſtotelem lib. I. de Partib. animal. capite 5. καὶ καθάπερ Ἡράκλειτός γέ φασι πρὸς τοὺς ξένους εἰπεῖν τοὺς βουλομένους αὐτῷ ἐντυχεῖν, οἱ ἐπειδὴ προσιόντες εἶδον αὐτὸν θερόμενον πρὸς τῷ ἰπνῷ, ἔστησαν· ἐκέλευσε γὰρ αὐτοὺς εἰσιέναι θαῤῥοῦντας· εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεούς. *Et quod Heraclitum dixiſſe ferunt ad eos qui, cùm alloqui eum vellent, quòd fortè in caſa furnaria quadam, caloris gratiâ, ſedentem vidiſſent, accedere temerarunt: ingredi eos fidenter juſſit: quoniam, inquit, nè huic quidem loco Dii deſunt immortales.* Quod Heracliti dictum in vulgatis Gellii Editionibus libro & capite ultimo hoc modo etiam citatum reperitur, *Introite, num & hic Dii ſunt.* At hæc verba Auctoris non eſſe, ſed Librarii, jam ſuprà monuimus.

Ὅτι τε ὁ ἥλιός ἐστι τὸ μέγεθος, οἷος φαίνεται] Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. II. cap. 21. quod eſt de magnitudine Solis, hanc opinionem tribuit Epicuro, aliam autem Heraclito. Verba ejus ſunt: Ἡράκλειτος εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου. Ἐπίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα, ἢ τηλικοῦτον ἡλίκος φαίνεται, μικρῷ μείζων ἢ ἐλάττων. Vide infrà, in Epicuro.

Λέγεται δὲ καὶ ψυχῆς πειρατέον, ὃν οὐκ ἂν ἐξεύροι ὁ πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδὸν, &c.] Legit Caſaubonus, λέγεται καὶ ψυχῆς πέρι εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἐξεύροι ὁ πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν. Ut ſit ſenſus, *De anima dixiſſe fertur, non poſſe ullâ viâ aut ratione inveniri,* (ſcilicet quid ſit) *adeo eſt obſcura ejus ratio.* At Lipſius lib. III. de Phyſiologia Stoicorum capite 9. legebat, λέγει δὲ καὶ ψυχῆς πέρι, ἑκάτεον· ὡς ἂν οὐκ ἐξεύροι ὁ πᾶσαν ἐπιπορευόμενος ὁδόν. id eſt, *De anima omittendum, quia nemo reperiet, etiamſi omnem viam ineat: adeo profundam eam rationem eſſe.*

Τήν τε οἴησιν, ἱερὰν νόσον ἔλεγε] Arrogantiam, οἴησιν rectè Aldobrandinus eſt interpretatus. Vide Mericum Caſaubonum in Notis ad Marcum Antoninum paginâ 16. Galenus libro XIII. Meth. δευσοποιόν τε πρᾶγμ' ἐστὶν ἀμάθεια σφέδρα, καὶ μᾶλλον ὅταν ἀλαζονείᾳ μιχθῇ.

Καὶ τὴν ὅρασιν, ψεύδεσθαι] Audi Sextum Empiricum adverſus Mathematicos libro VII. paginâ 161. ὁ δὲ Ἡράκλειτος, ἐπεὶ πάλιν ἐδόκει δυσὶν ὀργανῶσθαι ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν, αἰσθήσει τε καὶ λόγῳ, τούτων τὴν αἴσθησιν, παραπλησίως τοῖς προειρημένοις Φυσικοῖς, ἄπιστον εἶναι νενόμικε· τὸν δὲ λόγον ὑποτίθεται κριτήριον. ἀλλὰ τὴν μὲν αἴσθησιν ἐλέγχει, λέγων κατὰ λέξιν, Κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ καὶ ὦτα βαρβάρους ψυχὰς ἐχόντων· ὅπερ ἴσον

ἦν, τῶν βαρβάρων ἐστὶ ψυχῶν ταῖς ἀλόγοις αἰσθήσεσι πιστεύειν. τὸν δὲ λόγον, κριτὴν τῆς ἀληθείας ἀποφαίνεται, οὐ τὸν ὁποιονδήποτε, ἀλλὰ τὸν κοινὸν καὶ θεῖον. *Heraclitus autem, quoniam rurſus homo videbatur eſſe duobus inſtrumentis munitus ad cognoſcendam veritatem, nempe ſenſu & ratione, ex iis ſenſum, ſicut Phyſici illi de quibus priùs diximus, exiſtimavit non eſſe fide dignum. Rationem autem ponit eam eſſe quæ judicat. Sed ſenſum quidem refellit, dicens ad verbum, Mali ſunt teſtes hominibus oculi & aures barbaras habentium animas. Quod perinde eſt ac ſi dicas: Eſt barbararum animarum credere ſenſibus, qui ſunt rationis expertes. Rationem autem veritatis judicem pronuntiat, non quamcunque, ſed communem & divinam.* Viſum tamen auditu veriorem multò eſſe, affirmabat. Diſcimus ex Polybio libro XII. δυοῖν γὰρ ὄντων κατὰ φύσιν ὡσανεὶ τινῶν ὀργάνων ἡμῖν, οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν, ἀκοῆς καὶ ὁράσεως· ἀληθινωτέρας δ' οὔσης οὐ μικρῷ τῆς ὁράσεως κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· ὀφθαλμοὶ γὰρ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες, &c. Fabius in hanc rem libro XI. capite 2. *acrior eſt oculorum quàm aurium ſenſus.*

Λαμπρῶς τε ἐνίοτε ἐν τῷ συγγράμματι καὶ σοφῶς ἐκβάλλει, &c.] Legendum καὶ σαφῶς: ita in duobus Regiis. Et ita legerat Aldobrandinus, qui vertit *manifeſtè*. Sed pro ἐκβάλλει, &c. ſcriptum eſt, ἐκβόλως τε καὶ τὸν νωθέστατον ῥᾳδίως γνῶναι. Heſychius Mileſius: λαμπρὸς δὲ ἐν τοῖς συγγράμμασι, καὶ σαφὴς, ὥστε καὶ τὸν νωθέστατον ῥᾳδίως γνῶναι, καὶ δίαρμα ψυχῆς λαβεῖν· ἥ τε βραχύτης καὶ τὸ βάρος τῆς ἑρμηνείας, ἀσύγκριτον.

8 Καὶ ῥεῖν τὰ ὅλα ποταμοῦ δίκην] Socrates apud Platonem in Thæteto: παγκάλως ἄρα σοι εἴρηται, ὅτι ἐπιστήμην οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ αἴσθησις. καὶ εἰς ταυτὸν συμπέπτωκε, κατὰ μὲν Ὅμηρον καὶ Ἡράκλειτον, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον φῦλον, οἷον ῥεύματα (an ῥεύματι?) κινεῖσθαι τὰ πάντα, &c. *Egregiè igitur ipſe dicebas, Scientiam nihil aliud eſſe quàm ſenſum. In idem ſanè hæc concurrunt, ſecundùm Homerum quidem & Heraclitum, & omne id genus, univerſa decurrere, fluminis inſtar.* Plato in Cratylo: λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα ῥεῖ, καὶ οὐδὲν μένει· καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα, λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Seneca Epiſt. 58. *Ego ipſe dum loquor mutari iſta, mutatus ſum. Hoc eſt quod ait Heraclitus*, In idem flumen bis non deſcendimus. *Manet idem fluminis nomen, aqua tranſmiſſa eſt.* Ariſtoteles Metaphyſicorum libro 3. capite 5. ubi de Cratylo: καὶ Ἡρακλείτῳ ἐπετίμα, εἰπόντι, Δὶς τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι. αὐτὸς γὰρ ᾤετο, οὐδ' ἅπαξ. *Et Heraclitum reprehendebat, quòd dixiſſet, Bis in eumdem fluvium non deſcendere datum eſt. Ipſe enim exiſtimabat, ne ſemel quidem.* Ammonius in Scholiis ad Ariſtotelis Categorias, ſtatim ab initio, tribuit Pyrrhoni, à quo Heraclitum habuiſſe dicit· Πύῤῥων ὁ τῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, ἔλεγεν ἀκαταληψίαν εἶναι τοῖς οὖσι, τοιούτῳ χρώμενος παραδείγματι. ὥσπερ, φησὶν, εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν δὶς ἐμβῆναι ἀμήχανον: φθάνει γὰρ παραῤῥέυσας πρὶν δεύτερον εἰς αὐτὸν ἐμβαλεῖν, οὕτως οὐδὲ περὶ τῶν πραγμάτων, ἔστι τι σαφῶς ἀποφήνασθαι, ῥευστῆς οὔσης καὶ αὐτῶν τῆς φύσεως, καὶ ἐν τούτῳ τὸ εἶναι ἐχούσης, ἐν τῷ γίνεσθαι καὶ ἀπογίνεσθαι. ὅθεν ἐρωτώμενοι (Ἐφεκτικοὶ) κατένευον μόνον, ἀνένευον, οἰόμενοι φθάνειν ἀμειφθῆναι τὰ πράγματα, πρὶν ἀποκρίνασθαι. ὁ δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Ἡράκλειτος ἐπιτείνων τὸ ἄτοπον, ἔλεγεν ὅτι οὐδὲ ἅπαξ εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν ἐμβληθῆναι δυνατόν· πρὶν γὰρ τὸ σῶμα καταδῦναι, πλεῖστον ὕδωρ φθάνει παραῤῥεῦσαν. οὕτω δὲ ἔχειν καὶ τῶν πραγμάτων φύσιν. ἐν κινήσει γὰρ καὶ ῥοῇ τὸ εἶναι ἔχει ἅπαντα. Sed fallitur: quod ſuprà monuimus: vixit Heraclitus ante Pyrrhonem: & fuit Heracliti hoc effatum, *Omnia decurrere fluminis inſtar.* Adde locis allatis locos ſequentes. Sextus Hypot. III. 15. τὸν δὲ Ἡράκλειτον, ὀξείᾳ ποταμοῦ ῥεύσει τὴν εὐκινησίαν τῆς ἡμετέρας ὕλης ἀπεικάζειν. Plutarchus in Cauſis Naturalibus, quæſtione 2. ποταμοῖς γὰρ δὶς τοῖς αὐτοῖς οὐκ ἂν ἐμβαίης, ὥς φησιν Ἡράκλειτος. Marcus Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν libro V. hanc Heracliti ſententiam reſpexit, cùm ait, ἥ τε γὰρ οὐσία, οἷον ποταμὸς, ἐν διηνεκεῖ ῥεύσει. Plato in Thæteto, τοὺς ῥέοντας vocat, Heraclitum, ceteroſque Philoſophos, qui omnia fluere dicebant.

Καὶ ἕνα εἶναι τὸν κόσμον] Aliter Clemens Stromateon V. τὸν μέν τινα κόσμον, ἀΐδιον εἶναι δοκιμάσας· τὸν δέ τινα, φθειρόμενον, τὸν κατὰ τὴν διακόσμησιν εἰδώς· οὐχ ἕτερον ὄντα ἐκείνου πῶς ἔχοντος.

Καὶ πάλιν ἐκπυροῦσθαι κατά τινας περιόδους ἐναλλὰξ τὸν σύμπαντα αἰῶνα] Clemens dicto loco: οὐ παραπέμπομαι καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὃς φυσικῶς οὕτως τῆς τῶν πάντων ἀναλήψεως μέμνηται, ὡς ἐσομένης ποτὲ εἰς τὴν τοῦ πυρὸς οὐσίαν μεταβολῆς. σαφέστατα Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος ταύτης ἐστὶ τῆς δόξης. Heracliti ἐκπυρώσεως meminit Sextus Empiricus Hypotypoſeon I. 29. Marcus Antoninus libro III. ſectione 3. & quis non?

Τῶν δὲ ἐναντίων, τὸ μὲν ἐπὶ τὴν γένεσιν ἄγον, καλεῖσθαι πόλεμον καὶ ἔριν, &c.] Vide Aldobrandinum, hæc, & ſequentia, egregiè illuſtrantem. Totam autem hanc pagellam tranſcripſit ad verbum Heſychius Mileſius.

Τὴν δὲ σελήνην προσγειοτέραν οὖσαν, μὴ καθαροῦ 10
φέρεσθαι τόπον.] Corrige, μὴ διὰ καθαροῦ φέρεσθαι τόπου: quemadmodum habent Editiones Stephanicæ, & Regii Codices, nec non Heſychius Mileſius.

Καὶ μῆνας, καὶ ὥρας, καὶ ἐνιαυτοὺς, αἰτείους, ὑετούς τε καὶ πνεύματα] Deeſt τὸ αἰτείους in Baſileenſi Editione: & ſanè deeſſe poteſt ſine ſenſus detrimento. Editio Stephani, καὶ ὥρας ἑτείους, καὶ ἐνιαυτοὺς, ὑετούς τε καὶ πνεύματα, optimo ſenſu. Quam lectionem Junius quoque apud Heſychium Mileſium reponebat; pro eo quod ibi legitur καὶ ὥρας αἰτείους. Ingenioſè Bigotius noſter, αἰθρίας emendabat.

Καθά φησιν Ἀρίστων] ἐν τῷ Περὶ Ἡρακλείτου ſcili- 11
cet; de quo ſuprà.

Σέλευκος μέν τοί φησιν ὁ Γραμματικὸς] Seleuci 12
Grammatici plures fuere. Alexandrinus, cognomento *Homericus*, qui Romæ docuit; & Emiſenus; de quibus Suidas. Fuit & Seleucus Tarſenſis, qui Ἁλιευτικὰ ſcripſit, de quo eſt apud Athenæum I. 10.

& VII. 20. Accipiendus videtur Laërtius de Alexandrino : nam is Περὶ βίων pluribus libris ſcripſerat, quorum primum citat Harpocration in Ὀμηρίδαι.

Δηλίου τινὸς δεῖσθαι κολυμβητοῦ, &c.] Totum hunc locum tranſcripſit Suidas in Δηλίου κολυμβητοῦ.

Οἱ μὲν Μούσας] Scriptores plures qui libros ſuos *Muſas* inſcripſere recenſet Voſſius lib. I. de Hiſtoricis Græcis cap. 3. ubi de Herodoto. His Heraclitum noſtrum addas licet.

Διόδοτος δὲ] Diodotus Grammaticus ; de quo in ſequentibus.

Ἀκριβὲς οἰάκισμα πρὸς στάθμην βίου] Jambicus ſenarius, quod rectè Caſaubonus obſervavit.

Ἐπόθησε δὲ αὐτοῦ καὶ Δαρεῖος μετασχεῖν] Clemens Stromat. I. Ἡράκλειτος γὰρ ὁ Βαύσωνος Μελαγκόμαν τὸν τύραννον ἔπεισεν ἀποθέσθαι τὴν ἀρχήν. οὗτος βασιλέα Δαρεῖον παρακαλοῦντα ἥκειν εἰς Πέρσας, ὑπερεῖδεν. *Heraclitus enim, Bauſonis filius, perſuaſit Melanchomæ Tyranno ut deponeret Tyrannidem. Hic deſpexit Regem Darium, adhortantem ut veniret ad Perſas.*

13 Τῶν δὲ πλείστων ἐποχὴν ἔχοντα, &c.] Videndus omnino Sextus Empiricus Hypotypoſeon Pyrrhoniarum lib. I. cap. 29. cui titulus, ὅτι διαφέρει ἡ Σκεπτικὴ ἀγωγὴ τῆς Ἡρακλείτου φιλοσοφίας.

14 Ἕλλανες] Corrige Ἕλληνες.

Ἀνεπισήμαντοι] ἀνεπισήμαντος, eſt *non inſignitus notâ aliquâ, quâ notior fiat.* Polybius : οὐκ ἄξιον ἀνεπισήμαντον παραλιπεῖν τὸν Ἀσδρούβαν, ἄνδρα ἀγαθὸν γενόμενον. Fallitur Suidas qui in hoc Polybii loco ἀκλεᾶ & ἄδοξον exponit.

Ὑπερηφανίας] Lege ὑπερηφανίης.

15 Καταφρονούμενόν τε ὑπὸ τῶν Ἐφεσίων] Qui & ipſum exilio damnarunt. Athenagoras in legatione : Ἡράκλειτος δὲ καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἠλαύνετο· ὁ δὲ τῆς Ἀβδηριτῶν, ἐπικατηγορούμενος μεμηνέναι· nam ibi omnino legendum Δημόκριτος δὲ καὶ Ἡράκλειτος.

Ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῇ Σωκράτους Ἀπολογίᾳ] Cujus libri meminit Plutarchus ; itemque Laërtius noſter, non uno in loco. De eo, pluribus Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ I. 18.

Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς] Laërtius ſuprà, in Indice librorum Heraclidis Pontici : Ἡρακλείτου ἐξηγήσεις, δ'.

Κλεάνθης τε ὁ Ποντικὸς, &c.] Non mihi notus : neque Pauſanias Heraclitiſta : neque Nicomedes, & Dionyſius. Addubitabat Aldobrandinus, num Nicomedes iſte idem eſſet ac Nicomedes ille qui Περὶ Ὀρφέως tractavit : cujus operis librum primum citat Athenæus in XIV.

Καὶ Σφαῖρος ὁ Στωϊκὸς] Meminit ſuprà Laërtius in ejus Vita.

16 Σκυθῖνον, τὸν τῶν ἰάμβων ποιητὴν] Meminit hujus Jamborum Scriptoris Stephanus ὁ Γεωγράφος, in Τέως, ἀφ' οὗ ὁ Πρωταγόρας Τήϊος, καὶ Σκυθῖνος, ἰάμβων ποιητὴς Τήϊος. Item Athenæus XI. 2. Exſtat ejus περὶ φύσεως Fragmentum apud Stobæum in Eclogis Phyſicis cap. XI.

Διὰ μέτρου ἐκβαλεῖν] Verus Interpres, *metro jocari* : Aldobrandinus, *verſibus explodere.* perperam uterque. Verte, *poëtico excurſu explanare.* Laërtius ſuprà, in hac ipſa Vita : λαμπρῶς τε ἐνίοτε ἐν τῷ συγγράμματι καὶ σαφῶς ἐκβάλλει. Heſychius : ἐκβολὴ, λόγου παράβασις· Adde, quòd hîc ſermo eſt de Scriptoribus qui Heracliti Volumen explanaverunt. Ex hoc Laërtii loco malè intellecto, Scythinum adverſus Heraclitum ſcripſiſſe, ſcribit Voſſius in libello de Poëtis Græcis.

Ἡράκλειτος ἐγὼ· τί με ὦν κάτω ἕλκετ' ἄμουσοι ;] τιμαίῳ MSS. Regii. Heſychius Mileſius τί με ὦ, & ita in Anthologia editum. Sed ὦν rectum eſt. ὦν pro οὖν Ionicè. τί με ὦ tamen, malebat Grentemenilius.

Εἷς ἐμοὶ ἄνθρωπος, τρισμύριοι· οἱ δ' ἀνάριθμοι, Οὐδείς] Cicero in Bruto ſimile quid narrat de Antimacho : *Nec enim poſſet idem Demoſthenes dicere, quod dixiſſe Antimachum Clarium Poëtam ferunt, qui cùm convocatis auditoribus legeret eis magnum illud, quod noviſtis, Volumen ſuum, & eum legentem omnes prater Platonem reliquiſſent ; Legam, inquit, nihilominus : Plato enim mihi unus inſtar eſt multorum millium.* Item de Democrito & de Epicuro Seneca Epiſtolâ. 7. *Democritus ait*, Unus mihi pro populo eſt, & populus pro uno. *Bene & ille quiſquis fuit, (ambigitur enim de auctore) cùm quareretur ab illo, quò tanta diligentia artis ſpectaret ad pauciſſimos perventura : Satis ſunt, inquit*, mihi pauci ; ſatis eſt unus ; ſatis eſt nullus. *Egregiè hoc tertium. Epicurus, cùm uni ex conſortibus ſtudiorum ſuorum ſcriberet*, Hæc *inquit*, ego non multis, ſed tibi : ſatis enim magnum alter alteri theatrum ſumus.

Ταῦτ' ᾀδῶ] ᾄδω quoque Editio prior. Sed Stephanica & MSS. Regii αὐδῶ· & ita ſcriptum eſt in Anthologia ; & apud Heſychium Mileſium.

Ἐπ' ὀμφαλὸν εἵλεο βίβλον] Editio Stephanica, MSS. Regii, & Heſychius Mileſius, εἵλεε. At in Anthologia lib. I. Tit. εἰς Φιλοσόφους, ſcriptum eſt εἵλυε. Proba eſt utraque lectio. Quid ſit *librorum umbilicus* neminem paullò eruditiorem eſſe puto qui ignoret.

Δεύτερος, ποιητὴς Λυρικὸς, οὗ ἐστι τῶν δώδεκα θεῶν 17
ἐγκώμιον] Hujus Heracliti mentionem alibi non temerè reperias.

Τρίτος, Ἐλεγείας ποιητὴς, Ἁλικαρνασσεὺς, εἰς ὃν Καλλίμαχος πεποίηκεν οὕτως] Hujus meminit Strabo libro IV. ubi & Halicarnaſſeum & Callimachi ſocium fuiſſe itidem dicit. Malè in Anthologia libro III. Tit. εἰς Φιλοσόφους, hoc Callimachi Epigramma editum eſt, ut ſcriptum in Heraclitum Philoſophum.

Ἐμνήσθη δ' ὁσσάκις ἀμφότεροι Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατελύσαμεν] Lege ἐμνήσθην, & κατεδύσαμεν, quemadmodum ſcriptum eſt in Editione Stephanica, necnon in Anthologia.

Ἥλιον ἐν λέσχῃ κατεδύσαμεν] Dion Chryſoſtomus in Diogene I. ἀλλὰ κατιδύεις τὸν ἥλιον περὶ πάντων ἑρπτῶν. Virgilius Eclogâ IX.

---- *Sæpe ego longos*
Cantando puerum memini me condere Soles.

Ubi *condere Soles* eſt *ſepelire*, *finire*. Horatius:

Condit quiſque diem collibus in ſuis.

Idem Virgilius:

Ante diem clauſo componet Veſper olympo.

Verſui Callimachi ſimilis eſt verſus ille Perſii:

Tecum etenim longos memini conſumere Soles.

Ælianus libro 6. de Hiſtoria animalium cap. 58. ubi de Sacerdotibus Heliopolcos. τὸν ἥλιον ἐν ταῖς λέσχαις ἄγουσι σχολήν, dixit.

Τέφρα πάλαι σποδίη] Legebam olim τέφρα τε καὶ σποδίη. Nunc lego; ut in Anthologiâ editum eſt; utque hîc habent Editiones Stephanicæ & Regii Codices; τετράπαλαι. τετράπαλαι, ut τρίπαλαι, δεκάπαλαι, apud Ariſtophanem.

Τρίπαλαι κάθημαι βουλόμενος εὐεργετεῖν,

inquit ille: cui reſpondet alter;

Ἐγὼ δὲ δεκάπαλαι, ἢ καὶ χιλιόπαλαι, &c.

Hæ voces δεκάπαλαι & χιλιόπαλαι à ludente Comico fictæ ſunt: & falſus eſt Suidas in δεκάπαλαι, qui hanc vocem ἀντὶ τοῦ πρὸ πολλοῦ πάνυ à Scriptoribus Atticis uſurpari ſolitam ſcribit. At verò τρίπαλαι & τετράπαλαι vocabula fuere ab Athenienſibus uſurpari ſeriò ſolita. primum carpit Lucianus in Lexiphane.

Αἱ δὲ τεαὶ ζώουσιν ἀηδόνες] Dulces Elegiarum cantus.

Τέταρτος, Λέσβιος; γεγραφὼς Μακεδονικήν] Editio Stephanica, necnon MSS. Regii, & Palatinus, Ἱστορίαν γεγραφὼς Μακεδονικήν. atque ita prorſus legendum. De hoc Heraclito Lesbio nihil aliud inveni.

Πέμπτος, σπουδογελοῖος, ἀπὸ κιβαρῳδίας μεταβεβηκὼς εἰς τὸ εἶδος] Legendum videtur, εἰς τοῦτο τὸ εἶδος. Id eſt: *quintus, Ridiculorum, ſed quibus ſeria admixta ſunt, Scriptor, qui à Citharœdi profeſſione ad ſcriptionis hoc genus tranſiit.* Occurrit vox σπουδογελοῖος & apud Strabonem libro 16. ubi de Menedemo: & apud Stephanum Geographum, in γαδάρα: ubi de eodem.

His quinque Heraclitis quos memorat Laërtius, adde Heraclitum Tyrium, familiarem Antiochi, qui Clitomachum multos annos & Philonem audierat, & de quo Cicero lib. IV. Academ. Quæſt. Adde & Heraclitum Sicyonium, cujus ſecundum de Lapidibus librum laudat Plutarchus, libro de Fluminibus capite de Scamandro. nam hunc librum eſſe Plutarchi, docuimus in Amœnitatibus noſtris Juris Civilis: ſed alius, à Chæronenſi. Item, Heraclitum Perineum, de quo Suidas: θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτῳ Περινέῳ τρέχει. οὗτος ἐθαυμάσθη ἐπὶ τάχει. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δανειζομένων διὰ τὸν τόκον. Ita enim hunc locum legit Andreas Schottus, qui vertit, *Fœnus celeriùs currit Heraclito Perineo.* Codex Regius habet Ἡρακλεῖ τῷ Περινέῳ. Fuit & Heraclitus alius: auctor ſcilicet Allegoriarum Homericarum, quæ falsò Heraclidi Pontico tribuuntur, ut ſuprà ad Heraclidem pluribus oſtendimus, ubi nos vide. De eo Euſtathius ad Iliad. α' pag. 40. εἰ δὲ καὶ ἡ κλαγγὴ τῶν τοῦ Ἀπόλλωνος ὀϊστῶν ὡς ἡλίου, ἦχον δηλοῖ τινα ἐμμελῆ ἀποτελούμενον ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς σφαίρας ἐν τῷ κινεῖσθαι, ὁ Πυθαγόρας μὲν ἤθελε λυρεῖν, ἄλλοι δὲ ἀνέτρεψαν. ζητητέον καὶ ἐν τοῖς Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ὅμηρον. Ejuſdem Heracliti eſſe Περὶ ἀπίστων librum qui ex Bibliotheca Vaticana Romæ prodiit anno 1641. operâ Leonis Allatii, Leo Allatius veroſimiliter exiſtimabat. Hujus porrò, tam Scriptoris quàm libri, meminit Euſtathius ad Odyſſ. δ'. paginâ 1504. 56. ὁ Ἡράκλειτος, οὐχὶ ὁ Σκοτεινὸς, ἀλλ' ἕτερός τις, ὁ τοῖς ἀπίστοις προθέμενος ἐμφῆναι πίστιν.

XENOPHANES.

ΔΕΞΙΟΥ] Δεξίνου, Lucianus in Macrobiis. 18

Ὀρθομένους] Ὀρθομένους υἱὸς dicitur quoque Pſeudo-Origeni in Philoſ. & Theodorito θεραπ. Serm. IV.

Κολοφώνιος] Strabo libro XIV. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων, Μίμνερμος, αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας· καὶ Ξενοφάνης, ὁ Φυσικὸς, ὁ τοὺς Σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων.

Ἐπαινεῖται πρὸς τοῦ Τίμωνος· φησὶ γοῦν Ξενοφάνην ὑπότυφον, Ὁμηροπάτην, ἐπικόπτην] Apud Sextum Empiricum Hypotypoſeon lib. I. cap. 33. legitur hic verſus in nominandi caſu: ἐν πολλοῖς γὰρ αὐτὸν ἐπαινέσας τὸν Ξενοφάνην, loquitur de Timone, ὡς καὶ τοὺς Σίλλους αὐτῷ ἀναθεῖναι, ἐποίησεν αὐτὸν ὀδυράμενον, καὶ λέγοντα,

Ὡς καὶ ἐγὼν ὄφελον, &c.

διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ὑπάτυφον αὐτὸν λέγει, καὶ οὐ τέλειον (malim οὐ τελείως) ἄτυφον· δι' ὧν φησι,

Ξενοφάνης ὑπάτυφος Ὁμηροπάτης ἐπισκώπτης.

Et ita hîc legendum. Legendum quoque hoc loco, è Sexto, ὑπάτυφον· nam poſtquam citavit Sextus hunc verſum, ſubjungit, ὑπάτυφον μὲν γὰρ εἶπε τὸν κατά τι ἄτυφον. Et poſteà: Ὁμηροπάτην δὲ ἐπισκώπτην, ἐπεὶ τὴν παρ' Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσυρεν. ex quibus verbis etiam hoc loco reſcribendum Ὁμηροπάτην, ut habet Editio Stephanica. Pro ἐπικόπτην, malebat etiam Henricus Stephanus ἐπισκώπτην. primo, quia ita apud Sextum: deinde, quia ſtatim ſequitur apud Laërtium, γέγραφε δὲ καὶ ἐν Ἔπεσι, καὶ Ἐλεγείαις, καὶ Ἰάμβοις καθ' Ἡσίοδον καὶ Ὁμήρου, ἐπισκώπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα· ita enim in omnibus veteribus exemplaribus ſe vidiſſe ſcriptum affirmat. Joſephus Scaliger, ad oram libri, ἐπισκώπτην quoque emendaverat. Caſaubonus contrà, mavult ἐπικόπτην· nam ἐπικόπτειν, inquit, ut ἐνδατεῖσθαι, pro διασύρειν· & ita ſæpe apud Timonem in Sillis, & apud Laërtium ipſum in Menedemo & in Arceſila. Caſauboni rationibus addenda metri ratio, quæ τὸ ἐπισκώπτην non admittit. Ceterùm hîc Ξενοφάνης rectiùs legitur, quàm apud Sextum Ξενοφάνης.

Βότωνος Ἀθηναίου] Qui nobis ignotiſſimus.

Γέγραφε δὲ καὶ ἐν Ἔπεσι, καὶ Ἐλεγείαις, καὶ Ἰάμβους] Sillos quoque ſcripſiſſe, teſtatur Strabo loco citato: atque horum, teſte Voſſio in Syntagmate de Poëtis Græcis, meminit Ariſtophanis Scholiaſtes. Apud Hieronymum, in Chronico Euſebiano, *Scriptor Tragœdiarum* appellatur: *Simonides Lyricus & Phocylides clari habentur, & Xenophanes Phyſicus, Scri-*

ptor Tragœdiarum. Sed falsò omnino ; nihil enim tale de Xenophane ullus veterum : quod ipsum ante nos & Scaliger ad hunc Eusebii locum, & Vossius dicto Syntagmate, verissimè observarunt. An scripserit Hieronymus, *Xenophanes Physicus scriptor Elegeiarum* ? Ita sanè videtur. An verò Xenophanis nomen ibi νοθεύει ? nam de Xenophane jam in superioribus mentionem fecerat Eusebianus Hieronymus, his verbis : *Xenophanes Colophonius clarus habetur.* Xenophanes ἐν τῷ Συγγενικῷ citatur ab Athenæo lib. x. sed fortasse alius est à nostro. Elegeiarum nostri meminit suprà Laërtius noster in Pythagora, & Athenæus lib. VIII. non longè ab initio. Citatur ab eodem Athenæo II. 13. ἐν Παρῳδαῖς. An legendum Παρῳδίαις, & de Sillis intelligendum ? Silli parodiis, ut plurimùm, referti erant, ut ex Fragmentis Sillorum Timonis observare est. Carmina Xenophanis Philosophica collegit H. Stephanus.

Καθ' Ἡσίοδον καὶ Ὅμηρον, ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ περὶ θεῶν εἰρημένα] Meminit Sextus Empiricus adversùs Mathematicos pag. 341. ἔνθεν καὶ ὁ Ξενοφάνης διελέγχων τοὺς περὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον, φησί,

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος θ' Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Et pag. 57. Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος κατὰ τὸν Κολοφώνιον Ξενοφάνη,

Οἱ πλεῖστ' ἐφθέγξαντο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε, καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Etiam Pythagoram, cùm ad inferos descendisset, Hesiodi animam æreis vinculis columnæ religatam stridentemque vidisse ; Homeri verò ex arbore suspensam, serpentibusque septam, pro iis quæ de Diis dixissent, ex Hieronymo retulit suprà Diogenes noster in Pythagora.

Μακροβιώτατός τε γέγονεν, ὥς που καὶ αὐτός φησιν, Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι] Inde corrigendus Lucianus in Macrobiis, apud quem legitur, Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ Φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα. Quo tempore hos versus scribebat Xenophanes, natus erat annos nonaginta duo. Ergo ultra XCII. annum vixit. Vide magnum Scaligerum in Animadversionibus ad Chronicum Eusebii.

19 Βλητρίζοντες] Hesychius : βλητρισμὸς. ῥιπτασμὸς, καὶ ἅλυσμός. Ita legendum ex Meursii emendatione Atticar. Lect. lib. IV. cap. 20.

Κόσμους δ' ἀπείρους, ἀπαραλλάκτους δὲ] Origenes in Philosophicis : καὶ ἀπείρους ἡλίους εἶναι, καὶ σελήνας. Ceterùm hìc MSS. plures pro ἀπαραλλάκτους habent οὐ παραλλάκτους.

Περιέχον] *Aër ambiens.* Vertit Seneca, *hoc, quo circumdatè sumus, spatium.*

Οὐσίαν θεοῦ, σφαιροειδῆ, μηδὲν ὅμοιον ἔχουσαν ἀνθρώπῳ, &c.] Quod etiam testatur Sextus Empiricus Hypotypos. lib. I. cap. 33. ἐδογμάτιζε δὲ ὁ Ξενοφάνης παρὰ τὰς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων προλήψεις, ἓν εἶναι τὸ πᾶν, καὶ τὸν θεὸν συμφυῆ τοῖς πᾶσι· εἶναι δὲ σφαιροειδῆ, καὶ ἀπαθῆ, καὶ ἀμεταβλητον, καὶ λογικόν. Et Origenes in Philosophicis : φησὶ δὲ καὶ τὸν θεὸν εἶναι ἀΐδιον, καὶ ἕνα, καὶ ὅμοιον πάντη, καὶ πεπερασμένον, καὶ σφαιροειδῆ, καὶ πᾶσι τοῖς μορίοις αἰσθητικόν. Ciceronem adde in Lucullo : *Xenophanes paullò etiam antiquior, unum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse Deum, neque natum usquam quidquam, & conglobatâ figurâ.* Adde & Sextum : εὖ γ' οὖν καὶ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, διδάσκων ὅτι εἷς καὶ ἀσώματος ὁ θεὸς, ἐπιφέρει,

Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
Οὔτε δέμας θνητοῖσιν ὁμοίϊος, οὐδὲ νόημα.

Dictum ejus in Ægyptios silere non convenit. Εἰ μέν θεοί εἰσι, μὴ θρηνεῖτε αὐτούς· εἰ δὲ ἄνθρωποι, μὴ θύετε αὐτοῖς. Refert Plutarchus in Libello de Superstitione.

Ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον, φθαρτόν ἐστι] Πᾶν τοι γενόμενον, καταθανεῖν ὀφείλεται, inquit Comicus.

Ἔφη δὲ καὶ τὰ πολλὰ ἧττον νοῦ εἶναι] Verba mihi de mendo suspecta. An legendum ἧττον ἑνὸς, *multa minus posse quam unum* ? Ceterùm post ea verba, in Stephani Editionibus legere est ista, καὶ τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν, ἢ ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα, quæ hìc desiderantur.

Φησὶ δὲ Σωτίων πρῶτον αὐτὸν εἰπεῖν ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα, πλανώμενος] Sotioni adstipulatur Cicero in Lucullo : *Parmenides, Xenophanes, minùs bonis quamquam versibus, sed tamen illis versibus, increpant eorum arrogantiam quasi irati, qui, cùm sciri nihil possit, audeant se scire dicere.* Item Origenes in Philosophicis : οὗτος ἔφη πρῶτος ἀκαταληψίαν εἶναι πάντων, εἰπὼν οὕτως,

Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπὼν,
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε, δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

A Laërtio, qui Sotionem falli ait, stare videtur Sextus Empiricus, quem ea de re eruditè, ut solet, differentem, videsis adversùs Mathematicos pag. 156, & 157.

Καὶ ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Vetustiorem facit Sextus Empiricus adversùs Mathematicos pag. 51. Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ἐγένετο περὶ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα. Item Eusebius in Chronicis, qui eum refert ad Olymp. LVI. an. IV. minùs verè. Ex Athenæi lib. II. liquet scripsisse, postquam Darius in Græciam irrupisset. Etiam Origenes in Philosophicis : οὗτος ἕως Κύρου διέμεινεν. Tamen Clemens στρωματέων I. τῆς δὲ Ἐλεατικῆς ἀγωγῆς Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κατάρχει· ὃν φησι Τίμαιος κατὰ Γέρωνα τὸν Σικελίας δυνάστην, καὶ Ἐπίχαρμον τὸν ποιητὴν, γεγονέναι· Ἀπολλόδωρος δὲ, κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν Ὀλυμπιάδα γενόμενον, παρατετακέναι ἄχρι τῶν Δαρείου τε καὶ Κύρου χρόνων. Melius legeretur Κύρου τε καὶ Δαρείου χρόνων.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ Περὶ γήρως] Cujus libri meminit ipse Laërtius suprà in Demetrio, necnon in Anaxagora.

Καθάπερ καὶ Ἀναξαγόραν] Ipse Laërtius suprà in Anaxagora.

Δοκεῖ δὲ πεπρῶσθαι ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν Παρμενίσκου καὶ Ὁρισταίου] Parmenisci illius Pythagorici meminit Athenæus lib. XIV. Παρμενίσκος δὲ ὁ Μεταποντῖνος, ὡς φησι Σῖμος ἐν πέμπτῳ Δηλιάδος, καὶ γένει καὶ πλούτῳ πρωτεύων, εἰς Τροφωνίου καταβὰς, καὶ ἀνελθὼν,

ἀνελθὼν, οὐκ ἔτι γελᾶν ἐδύνατο : & quæ ſequuntur, & homo generant hominem, inquit Ariſtoteles Phyſic. II. 2. Pro ἐξ ἡλίου, ſcriptum eſt in Edit. Baſil. ἐξ ἰλύος· quam lectionem ſecutus eſt in Commentariis Aldobrandinus, & ſanè ita videtur ſcripſiſſe Laërtius: nam infrà, ex Zenonis Eleatis ſententia, γένεσιν ἀνθρώπων ἐκ γῆς εἶναι etiam teſtatur.

Restituendum hoc nomen apud Jamblichum lib. I. de Vita Pythagoræ capite extremo, ubi Pythagorici Metapontini recenſentur : ΜΕΤΑΠΟΝΤΙΝΟΙ. Βροντῖνος, Παρμίσκος, Ἀρεστάδας, &c. Corrige ex Athenæo & Laërtio Παρμενίσκος. An verò apud Laërtium reponendum ex Jamblicho Ἀρεστάδας, aut apud Jamblichum ex Laërtio Ὀρεστάδας, incertum eſt. Ut ſunt Jamblichi Codices depravatiſſimi, magis placet lectio Laërtiana.

Διισσήν τε ἔφη τὴν φιλοσοφίαν, &c.] Vide Caſ.

Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος Ξενοφάνης, Λέσβιος, ποιητὴς Ἰάμβων] Is eſt fortaſſe Xenophanes, qui *Phyſicus*, & *Scriptor Tragœdiarum* dicitur Euſebio in Chronicis. Sed, ut rectè ad Euſebii locum Vir magnus, ſi Iambos ſcripſit, non propterea tamen Tragœdias ſcripſiſſe conſequens eſt: neque ſi Tragœdias ſcripſiſſet, eumdem eſſe ac Phyſicum. Fuit & alius Xenophanes: Heracleopolites ſcilicet; de quo Fulgentius lib. I. Mythologicon.

Εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦθος, Ἡ δὲ βροτῶν δόξας, τῶν οὐκ ἔτι πίστις ἀληθής] Apud Proclum in Platonis Timæum lib. II. pro εὐπειθέος ſcriptum eſt εὐφέγγεος. Sed εὐπειθέος quoque, apud Sextum Empiricum adversùs Mathematicos pag. 158. apud quem, ut apud Proclum, legitur ταις οὐκ ἔτι πίστις ἀληθής. rectè. minùs rectè apud Laërtium τῶν οὐκ ἔτι.

Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ ποιημάτων φιλοσοφεῖ,] Suidas: ἔγραψε δὲ Φυσιολογίαν δι' ἐπῶν, καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην, ὧν μέμνηται Πλάτων.

Κριτήριον δὲ τὸν λόγον εἶπε· τάς τε αἰσθήσεις μὴ ἀκριβεῖς ὑπάρχειν· φησὶ γοῦν, Μή σε θεὸς πολύπειρον ὀδὸν, &c.] Qua de re, ita Sextus Empiricus adversùs Mathematicos pag. 157. ὁ δὲ γνώριμος αὐτοῦ (Xenophanis) Παρμενίδης, τοῦ μὲν δοξαστοῦ λόγου κατέγνω· φημὶ δὲ, τοῦ ἀσθενεῖς ἔχοντος ὑπολήψεις· τὸν δ' ἐπιστημονικὸν, τουτέστι τὸν ἀδιάπτωτον, ὑπέθετο κριτήριον, ἀποστὰς καὶ τῆς τῶν αἰσθήσεων πίστεως. ἐναρχόμενος γοῦν τοῦ Περὶ φύσεως, γράφει τὸν τρόπον τοῦτον,

Ἵπποι τοί με φέρουσιν, &c.
Μηδὲ σ' ἔθος πολύπειρον ὁδὸν κατὰ τήνδε βιάσθω
Νωμᾶν ἄσκοπον ὄμμα, καὶ ἠχήεσσαν ἀκοὴν,
Καὶ γλῶσσαν· κρῖνον δὲ λόγῳ πολύπειρον ἔλεγχον
Ἐξ ἐμέθεν ῥηθέντα· μόνος δέ γε θυμὸς ὁδοῖο
Λείπεται.

Obſerva varietatem lectionum. In Sextianis rectè Μηδὲ σ' ἔθος, pro eo quod malè apud Laërtium Μή σε θεός. ἀκουὴν legendum apud Sextum, metri cauſâ. Sed apud Laërtium etiam; vel metri cauſâ; legendum πολύδηριν ἔλεγχον, quemadmodum habent Editiones Stephanicæ, MSS. Regii, & Florentinus. πολύδειριν quoque Editio Baſileenſis. Legi poteſt & πολύπειρον, quemadmodum legitur apud Sextum: apud quem legendum videtur κρίναι δὲ λόγῳ, ut hîc; nam in ſequentibus, ubi Parmenidis verſus exponit, ſcriptum eſt κρῖνε δὲ λόγῳ, pro κρῖναι, vitiosè prorsùs; quod vel ipſa proſodia manifeſtum facit.

Εἰς τοῦτον καὶ Πλάτων τὸν διάλογον γέγραφε, Παρμενίδην ἐπιγράψας, ἢ Περὶ ἰδεῶν] *Magnus* appellatur à Platone in Sophiſta: quod etiam Clemens Stromat. v. obſervabat.

Κατὰ τὴν θ' καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Editio Stephani καὶ εἰκοστήν. Scaliger ad oram libri καὶ ἑβδομηκοστήν. Heraldus quoque οη' Adverſar. lib. I. cap. 2. Grentemenilius, veroſimiliùs, κατὰ τὴν ἑξηκοστήν. Eum vide. 23

Οἱ δὲ, Πυθαγόραν] Vide in Pythagora.

Λέγεται δὲ καὶ τοὺς νόμους θεῖναι τοῖς πολίταις] Meminit Plutarchus contra Colotem. Vide Caſaub.

Ὡς φησι Σπεύσιππος ἐν τῷ Περὶ Φιλοσόφων] Quem librum Laërtius, in indice librorum Speuſippi, non recenſet. Sed non infrequens eſſe Laërtio jam antea

PARMENIDES.

21 ΠΑρμενίδης Πύρητος, Ἐλεάτης.] Suidas, in Παρμενίδης: Παρμενίδης Πύρητος, Ἐλεάτης. Strabo libro VI. ubi de Eleâ: ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων, ἄνδρες Πυθαγόρειοι.

Διήκουσε Ξενοφάνους] Suidas: μαθητὴς γεγονὼς Ξενοφάνους τοῦ Κολοφωνίου. ὡς δὲ Θεόφραστος, Ἀναξιμάνδρου τοῦ Μιλησίου· αὐτοῦ δὲ διάδοχοι ἐγένοντο, Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ φιλόσοφος καὶ ἰατρὸς, καὶ Ζήνων ὁ Ἐλεάτης. Clemens Stromat. I. Παρμενίδης τοίνυν Ξενοφάνους ἀκουστὴς γίνεται· τούτου δὲ Ζήνων· εἶτα Λεύκιππος· εἶτα Δημόκριτος. Adde Sextum Empiricum loco infrà memorando.

Θεόφραστος ἐν τῇ Ἐπιτομῇ] Scripſit Theophraſtus Ἐπιτομὴν τῆς Πλάτωνος πολιτείας, β'. Νόμων Ἐπιτομὴν, ί. Περὶ φυσικῶν Ἐπιτομὴν, β'. Φυσικῶν Ἐπιτομὴν, ά. Ἐπιτομῶν Ἀριστοτέλους. De qua Epitome intelligendus Laërtius, non conſtat. Putarim de Phyſicorum Epitome. Ipſe Laërtius, infrà: Καθὰ μέμνηται καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς, πάντων σχεδὸν ἐκτιθέμενος τὰ δόγματα.

Καὶ ἀποθανόντι ἡρῶον ἱδρύσατο.] Ἡρῶον, hoc eſt, ſacellum pro monumento ædificatum. Suidas: ἡρῶον, μνημεῖον. Marinus in Vita Procli.

Πρῶτος δὲ οὗτος τὴν γῆν ἀπέφηνε σφαιροειδῆ, &c.] Quam primus quoque diviſit in 5. Zonas, teſte Poſidonio apud Strabonem lib. I. De ejus dogmatibus Origenes in Philoſophicis : Καὶ γὰρ καὶ Παρμενίδης ἓν μὲν τὸ πᾶν ὑποτίθεται, ἀΐδιόν τε, καὶ ἀγέννητον, καὶ σφαιροειδὲς· οὐδ' αὐτὸς ἐκφεύγων τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, πῦρ λέγων καὶ γῆν τὰς τοῦ παντὸς ἀρχὰς, τὴν μὲν γῆν, ὡς ὕλην· τὸ δὲ πῦρ, ὡς αἴτιον, καὶ ποιοῦν. τὸν κόσμον εἶπε φθείρεσθαι· ᾧ δὲ τρόπῳ, οὐκ εἶπεν. ὁ αὐτὸς δὲ εἶπεν ἀΐδιον εἶναι τὸ πᾶν, καὶ οὐ γενόμενον, καὶ σφαιροειδὲς, καὶ ὅμοιον, οὐκ ἔχον δὲ τύπον ἐν ἑαυτῷ, καὶ ἀκίνητον, καὶ πεπερασμένον. Clemens in Protrepti co: Παρμενίδης δὲ ὁ Ἐλεάτης θεοὺς εἰσηγήσατο, τὸ πῦρ καὶ γῆν.

22 Γένεσίν τε ἀνθρώπων ἐξ ἡλίου πρῶτον γενέσθαι] Sol

obſervavimus, omittere libros in Elenchis, eoſque alibi citare. In Elencho librorum Speuſippi enumerat tamen libros vicinæ appellationis hujus libri Περὶ Φιλοσόφων: ſcilicet librum Περὶ Φιλοσοφίας, & librum cui titulus Φιλόσοφος: qui poſtremus liber, hîc fortè intelligitur.

Καὶ πρῶτος ἐρωτῆσαι τὸν Ἀχιλλέα λόγον, ὡς Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ] Zenoni Eleati Ariſtoteles & Laërtius hoc tribuunt. Ariſtoteles Phyſicor. lib. VI. cap. 14. ubi de quatuor rationibus quibus Zeno Eleates motum tollebat: δεύτερος δὲ, ὁ καλούμενος Ἀχιλλεύς. ἔστι δ' οὗτος, ὅτι τὸ βραδύτερον οὐδέποτε καταληφθήσεται θέον ὑπὸ τοῦ ταχίστου· ἔμπροσθεν γὰρ ἀναγκαῖον ἐλθεῖν τὸ διῶκον, ὅθεν ὥρμησε τὸ φεῦγον· ὥστ' ἀεί τι προέχειν ἀνάγκαῖον τὸ βραδύτερον. *Secunda autem* (ratio) *ea quæ vocatur* Achilles. *Eſt autem hæc, quòd tardius numquam apprehendetur currens à velociſſimo: antè enim neceſſe eſt eat perſequens, unde impetum cæpit fugiens: quare ſemper aliquo id quod tardius eſt antecedere neceſſe eſt.* Laërtius mox in Zenone Eleate: οὗτος καὶ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησε· Φαβωρῖνος δέ φησι Παρμενίδην, καὶ ἄλλους συχνούς. Vulgus hoc Argumentum, quòd ſit inſuperabile veluti Achilles, ſic dictum putat. Falsò. A tali adſumptione nomen accepit: An Achilles currendo teſtudinem adſequi poteſt? Admodum. Atqui ſi motus eſt, Achilles teſtudinem non adſequetur: Non eſt igitur motus. Simplicius ad Ariſtotelis dictum locum: Ἀχιλλεὺς οὖν ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ παραληφθέντος ἐν αὐτῷ Ἀχιλλέως ἐκλήθη, ὃν ἀδύνατόν φησιν ὁ λόγος τὴν χελώνην διώκοντα καταλαβεῖν. Themiſtius ſimiliter: δεύτερός ἐστιν ὁ λόγος, ὁ καλούμενος Ἀχιλλεὺς, τετραγωδημένος καὶ τῷ ὀνόματι· οὐ γὰρ ὅπως φησὶν τὸν Ἕκτορα καταλήψεται ὁ ποδωκέστατος Ἀχιλλεὺς, ἀλλ' οὐδὲ τὴν βραδυτάτην χελώνην. Simile eſt quod à Plutarcho, in libello de Stoicorum repugnantiis, Stoicis objicitur de Adraſti equo inſectante teſtudinem. Ceterùm, Parmenidem Dialecticæ non imperitum fuiſſe, teſtatur Sextus Empiricus contra Mathematicos pag. 139. Παρμενίδης δὲ οὐκ ἂν δόξαι τῆς Διαλεκτικῆς ἀπείρως ἔχειν. De Achille, argumento, diximus quoque ſuprà ad Euclidem.

MELISSUS.

24 Μέλισσος, Ἰθαγενοῦς, Σάμιος] Editio prior, & Stephanica, necnon Schedæ Regiæ & Palatinæ, Ἰθαγενοῦς. Ἰθαγενὴς & Ἰθαγενὴς dici annotat Euſtathius. Apud Theodoritum autem in Therapeutice Serm. III. (quod Caſaubonus notavit) ſcriptum eſt Μέλισσος Ἰθαγένους, Μιλήσιος. Meliùs Ἰθαγένους· & ita apud Plutarchum in Pericle. An verò meliùs quoque Μιλήσιος? Minimè. Meliſſum fuiſſe Samium, etiam teſtatur graviſſimus auctor Plutarchus dicto loco; cujus verba in ſequenti Obſervatione adducimus.

Οὕτω ναύαρχος αἱρεθεὶς, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐθαυμάσθη, διὰ τὴν οἰκείαν ἀρετήν] Ælianus Var. Hiſt. lib. VII. cap. 14. quod eſt de Philoſophis qui militarunt & reſpublicas geſſerunt: Ἀρχύταν εἵλοντο ἑξάκις στρατηγὸν Ταραντῖνοι· Μέλισσος δὲ ἐναυάρχησε. Plutarchus contra Colotem: Μέλισσος δὲ τῆς πατρίδος στρατηγῶν, Ἀθηναίους κατεναυμάχησε. & in Pericle: πλεύσαντος γὰρ αὐτοῦ, Μέλισσος ὁ Ἰθαγένους, ἀνὴρ φιλόσοφος, στρατηγῶν τότε τῆς Σάμου, καταφρονήσας τῆς ὀλιγότητος τῶν νεῶν, ἢ τῆς ἀπειρίας τῶν στρατηγῶν, ἐπεισε τοὺς πολίτας ἐπιθέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις. Meminit & in Themiſtocle: καίτοι Στησίμβροτος Ἀναξαγόρου τε διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φησὶ, καὶ περὶ Μέλισσον σπουδάσαι τὸν Φυσικόν· οὐκ εὖ τῶν χρόνων ἁπτόμενος. Περικλεῖ γὰρ, ὃς πολὺ νεώτερος ἦν Θεμιστοκλέους, Μέλισσος μὲν ἀντεστρατήγει πολιορκοῦντι Σαμίους.

Ἔδοκει δὲ αὐτῷ τὸ πᾶν ἄπειρον εἶναι, καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀκίνητον, καὶ ἕν, ὅμοιον ἑαυτῷ, καὶ πλῆρες, &c.] Quæ ipſiſſima verba tranſcripſit Heſychius in Meliſſo. De Meliſſo autem, ſic Hermias in Philoſ. Gentil. Irriſione: ἀλλ' ἀνθίστανται τούτῳ (Anaxagoræ) Μέλισσος καὶ Παρμενίδης. ὅ γε μὴν Παρμενίδης καὶ ποιητικοῖς ἔπεσιν ἀνακηρύσσει τὴν οὐσίαν ἓν εἶναι, καὶ ἀΐδιον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀκίνητον, καὶ παντὶ ὅμοιον. Et Suidas in γεννητική. Μέλισσος ᾤετο τὸ μὴ γενόμενον οὐκ ἔχειν ἀρχήν. ψεῦδος δὲ ἐστι· πολλὰ γὰρ ἀγέννητα ὄντα, ἀρχὰς ἔχει. Similia habet Theodoritus Serm. III. Μέλισσος δὲ ὁ Ἰθαγένους ὁ Μιλήσιος, τούτου μὲν ἑταῖρος ἐγένετο. (Parmenidis ſcilicet) τὴν δὲ παραδοθεῖσαν διδασκαλίαν ἀκήρατον οὐκ ἐτήρησεν· ἄπειρον γὰρ οὗτος ἔφη τὸν κόσμον, ἐκείνων φάντων πεπερασμένον· quæ habuit à Platone: cujus hæc ſunt verba in Theæteto: ὀλίγου δ' ἐπελαθόμην, ὦ Θεόδωρε, ὅτι ἄλλοι αὖ ταναντία τούτοις ἀπεφήναντο· οἷον ἀκίνητον τελέθει τῷ παντὶ ὄνομα εἶναι· καὶ ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι, ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις, διϊσχυρίζονται. Vide Ariſtotelem lib. I. Phyſicorum cap. 2. & 3. & ad Ariſtotelem ejus Interpretes.

Κίνησίν τε μὴ εἶναι, δοκεῖν δὲ εἶναι] Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotypoſeon lib. III. cap. 7. τρεῖς δέ, οἶμαι, γεγόνασιν αἱ ἀνωτάτω περὶ κινήσεως στάσεις. ὁ μὲν γὰρ Βίας, καὶ τινες τῶν Φιλοσόφων, εἶναι κίνησιν ὑπολαμβάνουσιν· μὴ εἶναι δὲ, Παρμενίδης τε καὶ Μέλισσος, καὶ ἄλλοι τινές· μὴ μᾶλλον δὲ εἶναι, ἢ μὴ, κίνησιν ἔφασαν οἱ Σκεπτικοί. *Tres autem, ni fallor, fuerunt omnium antiquiſſimæ de Motu inter ſe diſcrepantes opiniones. Nam Bias, & aliqui Philoſophi, eſſe motum exiſtimant. at Parmenides & Meliſſus, & alii quidam, negant. Sceptici verò non magis eſſe motum, quàm non eſſe, dixerunt.* Et adversùs Mathemat. pag. 387. γνωστέον ὅτι τρεῖς γεγόνασι στάσεις κατὰ τὸ ἀνωτάτω περὶ κινήσεως. οἱ μὲν γάρ φασι κίνησιν εἶναι· οἱ δὲ, μὴ εἶναι· οἱ δὲ, οὐ μᾶλλον εἶναι ἢ μὴ εἶναι. καὶ εἶναι μὲν, ὅ, τε Βίας, τοῖς φαινομένοις προσέχων, καὶ οἱ πλείους τῶν Φυσικῶν, ὥσπερ οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Ἀναξαγόραν, Δημόκριτόν τε καὶ Ἐπίκουρον· οἷς καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου, ἔτι δὲ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς συναπεγράψαντο, καὶ ἄλλοι παμπληθεῖς. μὴ εἶναι δὲ, οἱ περὶ Παρμενίδην καὶ Μέλισσον, οὓς ὁ Ἀριστοτέλης Στασιώτας τε τῆς φύσεως καὶ Ἀφυσίκους κέκληκεν. Στασιώτας μὲν, ἀπὸ τῆς στάσεως· Ἀφυσίκους δὲ, ὅτι ἀρ-

χὴ κινήσεώς ἐστιν ἡ φύσις. *Sciendum eſt tres ad ſummum fuiſſe ſectas de Motu. Nam alii quidem dicunt eſſe Motum: alii verò non eſſe: alii autem non magis eſſe, quàm non eſſe. Et eſſe quidem, & Bias, attendens ea quæ cernuntur; & complures ex Phyſicis, ut Pythagoras, Empedocles & Anaxagoras, Democritusque & Epicurus: quorum ſententiæ ſubſcripſerunt Peripatetici & Stoici, & alii permulti. Non eſſe autem, Parmenides & Meliſſus, quos Ariſtoteles vocavit* Statorios & Aphyſicos. Statorios *quidem, à ſtatione; Aphyſicos autem, id eſt, non Naturales, quoniam natura eſt principium motûs.* Locus Philoſophi quem ſignat Empiricus, ubi *non Phyſici* Parmenides & Meliſſus appellantur, videtur eſſe in I. libro Phyſicorum cap. 2. initio. ἀνάγκη δὲ, inquit, ἤτοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν, ἢ πλείους. καὶ εἰ μίαν, ἤτοι ἀκίνητον, ὥσπερ φησὶ Παρμενίδης καὶ Μέλισσος· ἢ κινουμένην, ὥσπερ οἱ Φυσικοί. Ubi autem Στασιώτας illos appellat, nondum invenire potui.

ZENO ELEATES.

25 Τοῦτον Ἀπολλόδωρός φησιν εἶναι ἐν Χρονικοῖς Πύριθος, τὸν δὲ Παρμενίδην, φύσει μὲν, Τελευταγόρου· θέσει δὲ, Παρμενίδου.] Legendum omnino Πύῤῥητος, quemadmodum ſcriptum exhibent Editio Frobeniana & Stephanica: aut Πύρητος, quemadmodum habent Schedæ Regiæ. Sed & poſteà rectè Caſaubonus emendabat, θέσει δὲ, Πύῤῥητος. Laërtius ſuprà in Parmenide: Παρμενίδης, Πύρητος, Ἐλεάτης. Theodoritus Therapeut. Serm. IV. καὶ Παρμενίδης δὲ ὁ Πύῤῥητος ὁ Ἐλεάτης, ὁ Ξενοφάνους ἑταῖρος γενόμενος. Suidas in Παρμενίδης· Παρμενίδης, Πύρητος, Ἐλεάτης φιλόσοφος. At in Ζήνων, Zenonem Eleatem Teleutagoræ filium facit, non Parmenidem.

Ἀμφοτερογλώσσου] Apuleius in Apologia: *Zenonem illum antiquum, Veliâ oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſſimo artificio ambifariam diſſolverit.* Plutarchus in Pericle: διήκουσε δὲ Περικλῆς καὶ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, πραγματευομένου περὶ φύσιν ὡς Παρμενίδης· ἐλεγκτικὴν δέ τινα, καὶ δι' ἐναντιολογίας εἰς ἀπορίαν κατακλείουσαν ἐξασκήσαντος ἕξιν· ὥσπερ καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος εἴρηκε διὰ τούτων

Ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀπάτηλον
Ζήνωνος, πάντων ἐπιλήπτορος.

Id eſt: *audivit Pericles Zenonem quoque Eleatem, de natura, Parmenidis more, philoſophantem: qui impugnans quemlibet, uſum paraverat quemdam refutandi; qui deduceret ad perplexitatem. Quod Phliaſius Timon adfirmat quoque, his verbis,*

Omnia perſtringens, Zeno diſceptat, utraque
Ex parte invictus, ſed non fallax.

Vide Simplicium in primum Phyſicorum Ariſtotelis.

Οὐκ ἀλαπαδνὸν Ζήνωνος Πλατωνεπιλήπτορος] Legendum, ex Plutarcho, Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος, rectè vidit Caſaubonus.

Παύρων γε μὲν εἴσω] Codex Regius ἥσσω· & ita legit Aldobrandinus, qui vertit *paucis inferiorem.*

Ὃ δὴ Ζήνων διακηκοὼς Παρμενίδου, καὶ γέγονεν αὐτοῦ παιδικὰ· καὶ εὐμήκης ἦν, καθά φησι Πλάτων ἐν τῷ Παρμενίδῃ] Verba Platonis in Parmenide, hæc ſunt: ἔφη δὲ δὴ ὁ Ἀντιφῶν, λέγειν τὸν Πυθόδωρον, ὅτι ἀφίκοντό ποτε εἰς Παναθήναια τά μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης. τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην, εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιὸν, καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ, ἐγγὺς ἐτῶν τετταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ, καὶ χαρίεντα ἰδεῖν· καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γεγονέναι. *Dicebat ergo Antiphon, Pythodorum narraſſe, Zenonem atque Parmenidem veniſſe quondam ad magnorum Panathenæorum celebritatem: & Parmenidem jam ſenem, atque canum, aſpectu decorum fuiſſe, annos ferme quinque & ſexaginta ætatis agentem; Zenonem verò annos penè quadraginta natum; procero inſuper & grato corporis habitu: dicebatur autem in deliciis Parmenidi fuiſſe.* Meminit pulcritudinis Zenonis Eleatis & Apuleius in Apologia: *Zenonem illum antiquum, Veliâ oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſſimo artificio ambifariam diſſolverit: eum quoque Zenonem longè decoriſſimum fuiſſe, ut Plato autumat.* Videndus in XI. Athenæus, à quo graviter Plato reprehenditur, quòd nullâ compulſus neceſſitate, ſcripſerit Zenonem Parmenidis παιδικὰ fuiſſe.

Ὁ δ' αὐτὸς ἐν τῷ Σοφιστῇ καὶ Ἐλεατικὸν Παλαμήδην αὐτὸν καλεῖ] Nihil tale de Zenone Eleate in Sophiſta Platonis reperias: ſed nec alibi de illo tale quid apud Platonem. In Phædro quidem, meminit Palamedis Eleatis, his verbis: τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην λέγοντα οὐκ ἴσμεν τέχνῃ, ὥστε δοκεῖν φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ αὐτὰ ὅμοια καὶ ἀνόμοια, καὶ ἓν καὶ πολλὰ, μένοντά τε αὖ καὶ φερόμενα. *Enimvero Eleatem Palamedem artificio ſuo efficere ſolitum accepimus, ut eadem audientibus ſimilia & diſſimilia, unum & multa, manentia & fluentia viderentur.* Sed quæ non de Zenone Eleate, verùm de Alcidamante intelligenda ſunt, ſi fides Quintiliano. Ita enim ille libro III. Inſtitut. Oratoriarum capite I. ubi de Scriptoribus Artis Rhetoricæ: *& Hippias Elæus, & , quem Palamedem Plato appellat, Alcidamas Eleates.*

Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι Διαλεκτικῆς, ὥσπερ Ἐμπεδοκλέα Ῥητορικῆς] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos lib. VII. pag. 193. Παρμενίδης δὲ οὐκ ἂν δόξαι τῆς Διαλεκτικῆς ἀπείρως ἔχειν, ἐπείπερ πάλιν Ἀριστοτέλης τὸν γνώριμον αὐτοῦ Ζήνωνα, Διαλεκτικῆς ἀρχηγὸν ὑπειληφεν. Suidas: τοῦτόν φασιν εὑρετὴν εἶναι Διαλεκτικῆς, ὡς Ἐμπεδοκλέα τῆς Ῥητορικῆς. Laërtius in Proœmio: ἀπὸ δὲ Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου, τὸ Διαλεκτικόν. Tribuitur eidem & Dialogorum inventio. Laërtius in Platone: διαλόγους τοίνυν φασὶ πρῶτον γράψαι Ζήνωνα τὸν Ἐλεάτην. De Empedocle, dixi ad ejus Vitam.

Φέρεται δὲ αὐτοῦ βιβλία πολλῆς συνέσεως γέμοντα] 26
Suidas: ἔγραψεν Ἔριδας, Ἐξήγησιν τῶν Ἐμπεδοκλέους, Πρὸς τοὺς Φιλοσόφους, Περὶ φύσεως.

Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον τὸν τύραννον (οἱ δὲ, Διομέδοντα) συνελήφθη, &c.] Nearchum vocant Diodorus Siculus in Excerptis ab Henrico Valeſio publicatis, Philoſtratus lib. VII. Fabularum A-

polloniarum, & Valerius Maximus lib. & cap. III. Fuit autem Nearchus ille Myſus, & Eleatarum tyrannus. Demylum appellat Plutarchus in libro Περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων, & adverſus Colotem Epicureum, necnon Clemens Alexandrinus Stromat. lib. IV. Quare dictus Valeſius, ad Ammianum Marcellinum, reſcribendum hoc loco putabat, οἱ δὲ Δήμυλον. Sed Διομέδοντα habent omnes MSS. Laërtiani; omnes Editi; & Suidas in Ζήνων. Dionyſium vocat Tertullianus ſub finem Apologerici: *Zeno Eleates, conſultus à Dionyſio, Quidnam Philoſophia præſtaret: cùm reſpondiſſet, Contemptum mortis, flagellis Tyranni ſubjectus, ſententiam ſuam ad mortem uſque ſignabat.* Atqui antiquior Zeno Eleates Dionyſio Tyranno centum quinquaginta annis circiter. Ergo, aut hæc verba, *à Dionyſio*, inſititia ſunt; quod Rigaltio videbatur, quem de hoc loco per Epiſtolam olim conſului: aut *Demylo* ibi, pro *Dionyſio*, legendum; quod magis reor: aut Tertullianus erraverit neceſſe eſt; quod ei ſæpius evenit. Ammianus Marcellinus libro XIV. à Cyprio Rege Zenonem tortum ait: *Et ducebatur intrepidus*, (loquitur de Euſebio quodam) *temporum iniquitati inſultans; imitatus Zenonem illum veterem Stoicum, qui ut mentiretur quædam, laceratus diutiùs, avulſam ſedibus linguam ſuam cum cruento ſputamine in oculos interrogantis Cypriі Regis impegit.* In quo falſus eſt; non enim à Nicocreonte, Cypriorum Rege, tortus eſt Zeno Stoïcus: ſed Anaxarchus: de quo Diogenes noſter in Anaxarcho, Cicero Tuſcul. II. Ovidius in Ibin, Plinius VII. 23. & Plutarchus in Alexandro. Marcellinum decepiſſe videtur locus ille Ciceronis libro I. de Natura Deorum: *Anaxarchum Democriteum à Cyprio Tyranno excarnificatum accepimus, Zenonem Eleæ in tormentis necatum.* Exiſtimavit ſcilicet hoc voluiſſe Ciceronem, tam Anaxarchum quàm Zenonem à Cyprio Tyranno fuiſſe excarnificatos: quod tamen ex verbis Ciceronis non neceſſariò ſequitur. Zenonem Eleatem magno errore cum Zenone Citieo etiam eumdem facit Marcellinus: ſed fortè pro *Stoicum* ſcripſerat *Phyſicum:* niſi potiùs τὸ *Stoicum* additum fuit ab imperito Librario; quod Valeſio videbatur. Contrà, ex uno Zenone Eleate duos facit Valerius Maximus dicto loco; quod rectè monuit idem Valeſius ad Marcellinum. Hujus porrò Zenonis Eleatæ facti, præter Auctores ſuprà memoratos, meminit quoque Cicero libro II. Tuſculanarum Quæſtionum, & libro I. de Natura Deorum: item Philo Judæus in libro Quòd omnis probus liber, & Euſebius in libris de Præpar. Euang.

Καθά φησιν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ] Ἐν τῇ Σωτίωνος Ἐπιτομῇ, reponebat Caſaubonus ſuprà, ad Heraclidem. Nihil mutandum. Heraclides, Sarapionis filius, cognomento Lembus, Sotionis libros de Succeſſionibus in compendium quidem redegerat; ſed & Satyri libros de Vitis illuſtrium Virorum etiam contraxerat. Noſter ſuprà, in Pythagora: Ἡρακλείδης ἐν τῇ τοῦ Σατύρου Ἐπιτομῇ. & in Empedocle: Ἡρακλείδης ἐν τῇ Ἐπιτομῇ· Satyri ſcilicet, cujus Περὶ βίων Operis paullò antè memineram. Perperam autem Editio princeps hoc loco, ἐν τῇ Σατύρων Ἐπιμοτῇ.

Περὶ τῶν ὅπλων, ὧν ἤγεν εἰς Λιπάραν] An potiùs ὁπλιτῶν: niſi ἄγειν pro φέρειν eſt poſitum, inquit Caſaubonus. ἄγειν potiùs, pro φέρειν, poſitum exiſtimamus.

Σὺ ὁ τῆς πόλεως ἀλήτηριος.] Ita omnes Editi. Lege 27
ἀλιτήριος· & ita Schedæ Regiæ.

Καὶ τέλος, ἀποτραγόντα γλῶτταν, προσπτῦσαι αὐτῷ.] En tibi Plutarchi verba in libro contra Colotem: Ζήνων τοίνυν ὁ Παρμενίδου γνώριμος, ἐπιθέμενος Δημύλῳ τῷ τυράννῳ, καὶ δυστυχήσας περὶ τὴν πρᾶξιν, ἐν πυρὶ τὸν Παρμενίδου λόγον, ὥσπερ χρυσὸν ἀκήρατον καὶ δόκιμον παρέσχε. καὶ ἀπέδειξεν ἔργοις, ὅτι τὸ αἰσχρὸν ἀνδρὶ μεγάλῳ φοβερόν ἐστιν. ἀλγηδόνα δὲ, παῖδες, καὶ γύναια, καὶ γυναίων ψυχὰς ἔχοντες ἄνδρες, δεδίασι· τὴν γὰρ γλῶτταν αὐτοῦ διατρώγων, τῷ τυράννῳ προέπτυσεν. *Zeno Parmenidis diſcipulus, Demylo tyranno inſidiatus, re infeliciter geſta, doctrinam Parmenidis, velut aurum in igne, illæſam ac probam facto oſtendit. ſcilicet turpitudinem magno viro metuendam eſſe: dolorem à pueris & mulierculis, ac viris animum muliebrem gerentibus timeri. Linguam enim ſuam, dentibus amputatam, in tyrannum exſpuit.*

Καὶ γάρ οὗτος, τὴν πρότερον μὲν Ὑέλην, ὕστερον δὲ 28
Ἐλέαν, Φωκαέων οὖσαν ἀποικίαν, &c.] Strabo lib. VI. κάμψαντι δ' ἄλλος συνεχὴς κόλπος, ἐν ᾧ πόλις, ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαιεῖς Ὑέλην, οἱ δὲ Ἕλλην, ἀπὸ κρήνης τινός· οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν· ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι. δοκεῖ δέ μοι καὶ δι' ἐκείνους, καὶ ἔτι πρότερον, εὐνομηθῆναι. *Inde, ubi curſum flexeris, alius eſt contiguus ſinus: inque eo urbs, quam Phocæenſes cùm conderent* Hyelam, *alii* Ellam, *à fonte quodam: noſtro tempore* Eleam *appellant. Hæc eſt patria Parmenidis & Zenonis, Pythagoreorum. Videtur autem mihi, cùm propter hos viros, tum jam antè etiam, ea urbs bonis floruiſſe legibus.* Ex quo Strabonis loco hîc legendum Ὑέλην cenſebat Caſaubonus, cùm in Notis ad Laërtium, tum in Caſtigationibus ad Strabonem. Etiam Ὑέλη apud Herodotum. Velia dicitur hæc urbs Apuleio in Apologia, loco allato. Minùs rectè Lipſius atque Urſinus *Elia* reſcribendum ibi exiſtimarunt. Ita *Velia*, urbs Italiæ, quæ priùs *Elia*. Servius ad VI. Æneidos: *Velia autem dicta eſt a paludibus quibus cingitur, quas Græci ἕλη dicunt. Fuit ergo* Helia: *ſed accepit digammon, & facta* Velia, *ut* Enetus, Venetus. Stephanus quoque: Ἐλέα. πόλις Ἰταλίας, ὡς εἰρηται. ἐκαλεῖτο δὲ Βύλη. ὠνομάσθη δὲ Ἐλέα, ἀπὸ τοῦ παρῤῥέοντος ποταμοῦ, ἢ νῦν Βελέα. Sed ubi legendum putamus ἐκαλεῖτο δὲ Ὑλη, quemadmodum ſcriptum eſt apud Laërtium: aut Ὑέλη, quemadmodum habent Strabo atque Herodotus. Mendum inde ortum videtur, quòd primò ſcriptum fuerat Ὕλη, aut Ϝέλη, propter aſpirationem: veteres quippe Græci ante vocabula omnia quæ à vocali incipiunt, digamma præfigere ſolebant, ut docet Halicarnaſſeus Dionyſius lib. Ἀρχαιολ. primo. *Velia* quoque & *Helia* apud Plinium. Ceterùm, fuit & Ὑλη urbs Bœotiæ,

de qua Homerus Iliad. B. & Iliad. E. & Statius VII. Thebaïdos: quod fortaſſe quoque in cauſa fuit, cur Ὕλη, pro Ὕλα, ſcripſerint Librarii apud Laërtium.

Αὐτοῦ δὲ πατρίδα, πόλιν ἐντελῆ, &c. ἠγάπησε μᾶλλον τῆς Ἀθηναίων μεγαλαυχίας] *Nemo enim patriam quia magna eſt, amat, ſed quia ſua*, inquit Seneca Epiſtolâ 66.

Καὶ μόνον ἄνδρας ἀγαθοὺς τρέφειν ἐπισταμένην] Strabo dicto loco: ἐξ ἧς Παρμενίδης καὶ Ζήνων ἐγένοντο, ἄνδρες Πυθαγόρειοι. δοκεῖ δέ μοι καὶ δι' ἐκείνους, καὶ ἔτι πρότερον, εὐνομηθῆναι, Ex Elea fuere, & Alcidamas Rhetor, & Leucippus Philoſophus, & Papinius, Statii Poëtæ pater.

29 Οὗτος καὶ τὸν Ἀχιλλέα πρῶτος λόγον ἠρώτησε] Dixi ad Parmenidem.

Κόσμους εἶναι· κενόν τε μὴ εἶναι] κόσμον, minùs rectè apud Heſychium Mileſium; qui totum hunc Laërtii locum ad verbum tranſcripſit.

Ἤκμαζε δὲ οὗτος κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Ceteræ editiones κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. Minùs rectè, Suidas: Ζήνων, Τελευταγόρου, Ἐλεάτης, φιλόσοφος τῶν ἐγγιζόντων Πυθαγόρᾳ καὶ Δημοκρίτῳ κατὰ τοὺς χρόνους. ἦν γὰρ ἐπὶ τῆς ογ' Ὀλυμπιάδος, μαθητὴς Ξενοφάνους, ἢ Παρμενίδου. id eſt, Olympiade LXXVIII.

LEUCIPPUS.

30 Ὡς δέ τινες, Ἀβδηρίτης] Ita quoque infrà ſcriptum eſt in Vita Democriti, cùm in omnibus Editis, tum in manu exaratis: necnon apud Suidam: atque alibi paſſim. Inde apparet jam diu eſſe, quòd τὸ αὖ perinde ut τὸ *af* pronuntiatur: cui tamen pronuntiationi immane quantum reclamant delicatuli illi Græcæ linguæ Magiſtelli. Reſcribendum omnino utrobique Ἀβδηρίτης. Abderitem quoque Leucippum fecit Auctor Φιλοσόφου Ἱστορίας, quæ vulgò perperam Galeno tribuitur.

Κατ' ἐνίους δὲ, Μήλιος] Mileſius dicitur Clementi in Protreptico, necnon Epiphanio adverſus Hæreſes lib. III. An ibi legendum Μήλιος aut hîc Μιλήσιος, incertum eſt. Magis placet ut apud noſtrum legatur Μιλήσιος. atque ita legit Vetus Interpres, qui vertit *Mileſius*. Memini & alibi has voces confundi. Ita Diagoras Suidæ Μήλιος dicitur, qui Μιλήσιος Chryſoſtomo. Chryſoſtomi locus eſt in Homilia 4. in Epiſtolam priorem Pauli ad Corinthios: καὶ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος, καὶ Διόδωρος ὁ λεγόμενος ἄθεος, &c. Revera tamen Diagoras fuit Melius. Atque hinc eſt quòd in Ariſtophanis Nubibus Actu 3. Scenâ 1. Socrates vocatur Μήλιος: ut ſignificetur eſſe atheus, inſtar Diagoræ Melii. Vide ibi Scholiaſten paginâ 173.

Οὗτος ἤκουσε Ζήνωνος.] Cujus tamen dogmata non ſervavit. Origenes in Philoſophicis: Λεύκιππος δὲ Ζήνωνος ἑταῖρος, οὐ τὴν αὐτὴν δοξαν διετήρησεν. Legendum puto, οὐ τὴν αὐτοῦ δοξαν διετήρησεν.

Ἤρεσκε δὲ αὐτῷ, ἄπειρα εἶναι τὰ πάντα, καὶ εἰς ἀλλήλους μεταβάλλειν· τό, τε πᾶν εἶναι κενὸν, καὶ πλῆρες, &c.] Origenes ibidem: Λεύκιππος δὲ Ζήνωνος ἑταῖρος, οὐ τὴν αὐτοῦ δοξαν (ita legendum monuimus) διετήρησεν· ἀλλά φησιν ἄπειρα εἶναι, καὶ ἀεὶ κινούμενα, καὶ γένεσιν καὶ μεταβολὴν συνεχῶς οὖσαν. στοιχεῖα δὲ λέγει τὸ πλῆρες, καὶ κενόν· κόσμους δὲ γενέσθαι λέγει, ὅταν εἰς μετάκοινον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀθροισθῇ πολλὰ σώματα, καὶ συρρυῇ προσκρούοντα ἀλλήλοις, συμπλέκεσθαι τὰ ὁμοιοσχήμονα, καὶ παραπλήσια τὰς μορφὰς, καὶ περιπλεχθέντα εἰς ἕτερα γίνεσθαι· αὔξειν δὲ καὶ φθίνειν διὰ τὴν ἀνάγκην. τίς δ' ἂν εἴη ἡ ἀνάγκη, οὐ διώρισεν. Epiphanius dicto loco: Λεύκιππος ὁ Μιλήσιος, κατὰ δέ τινας Ἐλεάτης, καὶ οὗτος ἐριστικὸς ἐν ἀπείρῳ. Clemens loco itidem proximè memorato: ὁ Μιλήσιος Λεύκιππος καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος δίττας, ὡς ἔοικεν, καὶ αὐτὼ ἀρχὰς κατελειπέτην, τὸ πλῆρες, καὶ τὸ κενόν. Conſule Aldobrandinum: & Heſychium Mileſium adi, qui totum hunc Laërtii locum ad verbum tranſcripſit.

Σχῆμά τε αὐτῆς τυμπανοειδὲς εἶναι] Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. III. cap. 10. quod eſt de figura terræ: Θαλῆς, καὶ οἱ Στωϊκοὶ, καὶ οἱ ἀπ' αὐτῶν, σφαιροειδῆ τὴν γῆν· Ἀναξίμανδρος λίθῳ κίονι τὴν γῆν προσφερῆ τῶν ἐπιπέδων· Ἀναξιμένης, τραπεζοειδῆ· Λεύκιππος, τυμπανοειδῆ.

Πρῶτός τε ἀτόμους ἀρχὰς ὑπεστήσατο] Quod etiam teſtificatur Cicero I. de Natura Deorum: *Iſte enim flagitia Democriti, ſive etiam ante Leucippi, eſſe corpuſcula, quædam lævia, alia aſpera*, &c. Lactantius divinarum Inſtitutionum libro III. cap. 17. ubi de atomis: *Ubi enim ſunt, aut unde iſta corpuſcula? Cur illa nemo præter unum Leucippum ſomniavit? à quo Democritus eruditus, hereditatem ſtultitiæ reliquit Epicuro.* Meminit hujus Leucippei dogmatis & in libro de Ira Dei capite 10. ubi eum vide. Adde Auctorem Φιλοσόφου Ἱστορίας. τοῦτον δὲ (Zenonis) Λεύκιππος Ἀβδηρίτης ἀκουστὴς, τὴν τῶν ἀτόμων εὕρεσιν ἐπινενόηκε πρῶτος. Moſcho Phœnici tribuitur hæc inventio à Poſidonio apud Strabonem libro XVI. Verba Strabonis hæc ſunt: εἰ δὲ δεῖ Ποσειδωνίῳ πιστεῦσαι, καὶ τὸ περὶ τῶν ἀτόμων δόγμα παλαιὸν, ἐστὶν ἀνδρὸς Σιδονίου Μόσχου, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γεγονότος. Et apud Sextum Empiricum adverſus Mathematicos, pag. 367. his verbis: Δημόκριτος δὲ καὶ Ἐπίκουρος, ἀτόμους: ſermo eſt de variis Philoſophorum ſententiis, circa omnium principium: εἰ μή τι ἀρχαιοτέραν ταύτην θετέον τὴν δόξαν· καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ Στωϊκὸς Ποσειδώνιος, ἀπὸ Μόσχου τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος καταγομένην.

Κόσμους τε ἐκ τούτων ἀπείρους εἶναι] Theodoritus 31
Therapeut. Serm. IV. καὶ γὰρ δὴ τὸν κόσμον, Θαλῆς μὲν, καὶ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ Παρμενίδης, καὶ Μέλισσος, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ Πλάτων, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ Ζήνων ἕνα εἶναι ξυνωμολόγησαν· Ἀναξίμανδρος δὲ, καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Ἀρχέλαος, καὶ Ξενοφάνης, καὶ Διογένης, καὶ Λεύκιππος, καὶ Ἐπίκουρος πολλοὺς εἶναι καὶ ἀπείρους ἔδοξαν.

Τοῦτο δὲ εἰον ὑμῖν ὀφίστασθαι, περιέχοντα ἐν ἑαυτῷ παντοῖα σώματα] Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. II. cap. 7. Λεύκιππος καὶ Δημόκριτος χιτῶνα κύκλῳ, καὶ ὑμένα περιτείνουσι τῷ κόσμῳ. 32

Κατὰ τὴν ἐπέκρυσιν] Lege ἐπέκρυσιν, quemadmodum ſcriptum exhibent ceteræ Editiones, & Codex

Regius. Heſychius Mileſius habet ἐπικράτησιν.

Εἶτ' ἐκπηρωθέντα] Ita Editio Stephanica. Sed Frobeniana ἐκπυρωθέντα· & ſic quoque Schedæ Regiæ, necnon Heſychius Mileſius. & ita omnino legendum.

33 Κεκλίσθαι τὴν γῆν πρὸς μεσημβρίαν· τὰ δὲ πρὸς ἄρκτον ἀεί τε νίφεσθαι, καὶ κατάψυχρα εἶναι, καὶ πήγνυσθαι] Plutarchus de Placitis Philoſophorum lib. III. cap. 12. quod eſt de terræ inclinatione: Λεύκιππος παρεκπεσεῖν τὴν γῆν εἰς τὰ μεσημβρινὰ μέρη, διὰ τὴν ἐν τοῖς μεσημβρινοῖς ἀραιότητα, ἅτε δὴ πεπηγότων τῶν βορείων, διὰ τὸ κατεψύχθαι τοῖς κρυμοῖς, τῶν δὲ ἀντιθέτων πεπυρωμένων.

Κατά τινα ἀνάγκην, ἣ ὁποία ἐστὶν, διασαφεῖ] Legendum omnino οὐ διασαφεῖ, quemadmodum exhibet Editio Stephanica. Vitioſè quoque διασαφεῖ apud Heſychium Mileſium. Origenes loco ſuprà citato: τίς δ' ἂν εἴη ἡ ἀνάγκη, οὐ διώρισεν. Hanc Neceſſitatem, ἀντιτυπίαν vocaſſe Leucippum conjiciebat Aldobrandinus, quem vide.

Scripſerat Leucippus Περὶ νοῦ: qui liber citatur à Joanne Stobæo in Eclogis Phyſicis cap. 8. Theophraſtus τὸν Μέγαν Διάκοσμον illius fuiſſe dixit, teſte Laërtio in Democriti Vita.

DEMOCRITUS.

34 Δημόκριτος, Ἡγησιστράτου· οἱ δὲ, Ἀθηνοκρίτου· τινὲς, Δαμασίππου] Similiter Suidas: Δημόκριτος, Ἡγησιστράτου· οἱ δὲ, Ἀθηνοκρίτου, ἢ Δαμασίππου. Damaſippi filium facit Ælianus Var. Hiſt. IV. 20. & Theodoritus θεραπ. Serm. IV. & Pſeudo-Origenes in Philoſophicis.

Ἀβδηρίτης] Pomponius Mela lib. & cap. II. ubi de Abdera: *Sed ea magis id memorandum habet, quòd Democritum Phyſicum tulit: quàm quòd ita condita eſt.* Solinus capite X. *Inde non procul urbs Abdera, quam Diomedis ſoror & condidit, & à ſe ſic vocavit. Mox Democriti domus Phyſici: ac, ſi verum timere, ideo nobilior.*

Καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος. ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτοῦ, καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος] Meminit hujuſce hoſpitii & Valerius Maximus VIII. 7. *Democritus, cùm divitiis cenſeri poſſet, quæ tantæ fuerunt, ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit.*

Λέγειν Δημόκριτον περὶ Ἀναξαγόρου, &c. ἐχθρῶς ἔχοντα πρὸς αὐτὸν, &c.] Laërtius ipſe ſuprà, in Anaxagora: ἔδοξε δέ πως καὶ Δημοκρίτῳ ἀπεχθῶς ἐσχηκέναι, ἀποτυχὼν τῆς πρὸς αὐτὸν κοινολογίας. Anaxagoram tamen laudat Democritus apud Sextum in libris contra Mathematicos.

35 Ἀποδημῆσαι αὐτὸν εἰς Αἴγυπτον, &c.] Suidas: ἦλθε καὶ εἰς Πέρσας, καὶ Ἰνδοὺς, καὶ Αἰγυπτίους, καὶ τὰ παρ' ἑκάστοις ἐπαιδεύθη σοφά. Ælianus Var. Hiſt. IV. 20. καὶ πολλὴν ἐπῆλθε γῆν. ἦλθεν οὖν καὶ πρὸς τοὺς Χαλδαίους, καὶ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πρὸς τοὺς Μάγους, καὶ τοὺς Σοφιστὰς τῶν Ἰνδῶν. Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtor. libro I. circa finem: Πυθαγόραν τε τὰ κατὰ τὸν Ἱερὸν Λόγον, καὶ τὰ κατὰ Γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῷον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. ὑπολαμβάνουσι δὲ καὶ Δημόκριτον παρ' αὐτοῖς ἔτη διατρῖψαι πέντε, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι τῶν κατ' Ἀστρολογίαν. Heſychius Mileſius: οὗτος νειμάμενος τὴν οὐσίαν τῷ ἀδελφῷ, καὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλόμενος, τοῖς Γυμνοσοφισταῖς συνέμιξε, καὶ εἰς Ἰνδίαν ἀπῆρε, καὶ Αἰθιοπίαν. Magnam partem Aſiæ peragraſſe ſcribit Strabo lib. XV. & Julianus Imperator Epiſtolâ 37. Darium, Aſiæ Regem, ex uxoris morte mærentem, conſolatoriis quibuſdam ſermonibus recreaſſe. Sed de Democriti peregrinationibus audiendus ipſemet Democritus apud Clementem στρωματέων lib. I. Ἐγὼ δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα· καὶ ἀέρας τε καὶ γέας πλείστας εἶδον· καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα· καὶ γραμμέων συνθέσιος μετὰ ἀποδείξιος (corrige συνθέσιι & ἀποδείξι) οὐδεὶς κώς με παρήλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεόμενοι Ἀρπεδονάπται. σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεϊ ὀγδώκοντα ἐπὶ ξείνης ἐγενήθην. *Ego ex iis qui meo tempore fuerunt plurimas terras peragravi, ea quæ procul erant remota inquirens; & aëris & terræ vidi regiones plurimas, & homines doctos audivi plurimos; & in componendis cum demonſtratione libris nemo me adhuc ſuperavit, non qui Ægyptiorum vocantur Arpedonaptæ. Cum his autem poſtremo octoginta annis fui in terra aliena.* Addit Clemens: ἐπῆλθε γὰρ Βαβυλῶνά τε καὶ Περσίδα καὶ Αἴγυπτον, τοῖς τε Μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων. Subjungit Ælianus: διὰ ταῦτα καὶ Θεόφραστος αὐτὸν ἐπῄνει, ὅτι περιῆει, κρείττονα ἀγερμὸν ἀγείρων Μενελάου καὶ Ὀδυσσέως. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἠλῶντο, Φοινίκων ἐμπόρων μηδὲν διαφέροντες· χρήματα γὰρ ἤθροιζον, καὶ τῆς περιόδου, καὶ τοῦ περίπλου ταύτην εἶχον τὴν πρόφασιν. *Propterea laudatus eſt à Theophraſto, quòd circumiens, meliora collegerit quàm vel Menelaus vel Ulyſſes. Nam illi circumerrabant, non aliter quàm mercatores Phœnicia: pecunias enim cumulabant; & hæc cauſa illis fuit tum pedeſtrium, tum navalium itinerum.* Plinius in libri XXX. procœmio, ubi de Magica arte: *Quamquam animadverto ſummam literarum claritatem gloriamque ex ea ſcientia antiquitus & pene ſemper petitam. certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc diſcendam navigavere, exiliis veriùs quàm peregrinationibus ſuſceptis. hanc reverſi prædicavere. hanc in arcanis habuere. Democritus Apollonicem Captidenem & Dardanum è Phœnice illuſtravit, voluminibus Dardani in ſepulcrum ejus petitis, ſuis verò ex diſciplina eorum editis: quæ recepta ab aliis, hominum atque tranſiſſe per memoriam, æquè ac nihil in vita, mirandum eſt. In tantum fides iſtis faſque omne deeſt: adeo ut ii qui cetera in viro illo probant, hæc ejus eſſe opera inficientur: ſed fruſtra: hunc enim maximè affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat.* Peregrinatus eſt uſque ad octogeſimum annum: quod ipſemet teſtatur apud Euſebium de Præparatione Evangelica libro X. cap. 2. ἐγὼ δὲ καὶ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώπων πλείστην γῆν ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ μήκιστα καὶ ἀέρας τε καὶ γαίας πλείστας εἶδον, καὶ λογίων ἀνδρῶν πλείστων ἐπ-

ἥκουσα, καὶ γραμμέων συνθέσιος μετ' ἀποδείξεως, οὐδεὶς κάμοὶ παρήλλαξεν, οὐτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἀρσιπεδονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτεα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγεννήθην.

Τρίτον δὲ ὄντα ἀδελφὸν, νείμασθαι τὴν οὐσίαν. καὶ οἱ μὲν πλείους φασὶ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἑλέσθαι, &c.] Similiter Ælianus loco citato, τὴν παρὰ τοῦ Δαμασίππου τοῦ πατρὸς οὐσίαν εἰς τρία μέρη νεμηθεῖσαν τοῖς ἀδελφοῖς δι' αὐτοῦ τοῖς τρισὶ, τ' ἀργύριον μόνον λαβὼν ἐφόδιον τῆς ὁδοῦ, τὰ λοιπὰ τοῖς ἀδελφοῖς εἴασε. Paullò aliter Dio Chyſoſtomus Oratione LIV. ἄλλος δέ τις ἀνὴρ Ἀνδρίτης, οὐχ οὕτως ἀργύριον παρ' ἑτέρων ἐλάμβανεν, ἀλλὰ καὶ διέφθειρε τὴν οὐσίαν τὴν αὐτοῦ, συχνὴν οὖσαν· καὶ ἀπώλεσε, φιλοσοφῶν ἀναισθήτως δηλονότι, καὶ ζητῶν οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ. Et Valerius Maximus lib. VIII. cap. 7. *Democritus, cùm divitiis cenſeri poſſet; quæ tantæ fuerunt, ut pater ejus Xerxis exercitui epulum dare ex facili potuerit, quò magis vacuo animo ſtudiis eſſet operaturus, parvâ admodum ſummâ retentâ, patrimonium ſuum patriæ donavit.* Quod ait Valerius, parvam admodum hanc ſummam fuiſſe, minùs convenit cum eo quod ex Demetrio mox refert Laërtius, exceſſiſſe centum talenta. Ceterùm hoc Democriti factum aliter refert Horatius Epiſtolâ 12. libri primi:

Miramur, ſi Democriti pecus edit agellos,
Cultaque, dum peregre eſt animus ſine corpore velox.

Horatio ſimilia habet Origenes lib. II. contra Celſum, & Philo Judæus in Diſſertatione de Vita Speculativa. Fratres autem habuit Democritus Herodotum & Damaſum: quâ de re, in ſequentibus.

36 Καὶ μὴ σπουδάσαι γνωσθῆναι, δόξης καταφρονῶν] Ælianus Var. Hiſt. IV. 20. Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει τά τε ἄλλα γενέσθαι σοφὸν, καὶ δὴ καὶ ἐπιθυμῆσαι λαθεῖν, καὶ ἐν ἔργῳ θέσθαι σφόδρα πάνυ τοῦτο. *Democritum Abderitam fama eſt tum in aliis ſingulari fuiſſe ſapientiâ, tum in hoc, quòd ignorari & latere cupiebat.* Epicuri, qui Democriti fontibus hortulos ſuos irrigavit, hæc fuit, ut quibuſdam placet, ſententia, Λάθε βιώσας.

37 Εἴπερ οἱ Ἀντερασταὶ Πλάτωνός εἰσι, φησὶ Θράσυλλος, &c.] De hoc Platonis Dialogo, deque hoc Thraſyllo, ſuprà ad Platonem dixiſſe me memini. Citatur mox Thraſyllus ille ἐν τῷ Πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, *in his quæ ante Democriti lectionem legenda ſunt:* ſive, ut habent Stephani Editiones, ἐν τῷ Περὶ τῆς ἀναγνώσεως, &c.

Τῶν Περὶ Οἰνοπίδην] Is eſt Oenopides Chius, de quo Plutarchus lib. II. de Placitis Philoſophorum cap. 12. Πυθαγόρας πρῶτος ἐπινενοηκέναι λέγεται τὴν λόξωσιν τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου, ἥντινα Οἰνοπίδης ὁ Χῖος ὡς ἰδίαν ἐπίνοιαν σφετερίζεται. Et Diodorus Siculus lib. I. extremo, ubi de Sacerdotibus & Aſtrologis Ægyptiis: τόν τε Οἰνοπίδην ὁμοίως συνδιατρίψαντα τοῖς Ἱερεῦσι καὶ Ἀστρολόγοις, μαθεῖν ἄλλα τε, καὶ μάλιστα τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ὡς λοξὴν μὲν ἔχει τὴν πορείαν, ἐναντίαν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄστροις τὴν φορὰν ποιεῖται. Quos Plutarchi & Diodori locos addi velim iis quæ de Signiferi obliquitate ſuperiùs ad Zenonis Citiei Vitam obſervavi. Meminit hujus Oenopidis & Proclus in II. ad I. Euclidis: Οἰνοπίδης ὁ Χῖος, ὁ τὸν τοῦ μενίσκου τετραγωνισμὸν εὑρών. Meminit & Sextus Hypotyp. III. 4. & adversùs Mathemat. pag. 367. & Diodorus Siculus non ſemel Bibliothecæ Hiſtoricæ lib. I. & Ælianus Ποικίλης ἱστορίας X. 7.

Ὡς πεντάθλῳ ἔοικε ὁ φιλόσοφος] Vide Platonis locum in Rivalibus. πένταθλον vocabant Græci, qui quinque certaminibus certabat. Similiter Latini *quinquertionem.* Etiam Longinus Hyperidem ὡς πένταθλον vocat, ὃς γε τῶν μὲν πρωτείων ἐν ἅπασι τῶν ἄλλων ἀγωνιστῶν λείπεται, πρωτεύει τῶν ἰδιωτῶν.

Τὰ γὰρ φυσικὰ, &c.] Rectè ex Suida in πένταθλος ſupplet Caſaubonus, ἤσκητο γὰρ τὰ φυσικὰ, &c. Id viſum & Petro Fabro Sanjoriano Agoniſticorum lib. I. cap. 30. Atque hanc emendationem probat Voſſius in Diſſertatione de Gymnaſtica ſect. 78.

Τούτου ἐστὶ καὶ τὸ, Λόγος ἔργου σκιή] Ineptè Magnenus libri titulum putavit eſſe. Tribuitur hoc dictum Simonidi à Michaële Pſello in libello de Dæmonibus, non longè ab initio: εἰ γὰρ, κατὰ τὸν Σιμωνίδη, ὁ λόγος τῶν πραγμάτων εἰκών ἐστιν. Iſidorus Peluſiota lib. III. Epiſt. 232. refert ad Lacedæmonios: παρὰ Λακεδαιμονίοις, τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι εἰκότως ὁρισμένοις, τὸν αἰσχρῶς βεβιωκότα, οὐδὲ γνώμην ἀγαθὴν ἀποφήνασθαι ἐξῆν. *Apud Lacedæmonios, qui ſermones actionum umbras non immeritò definierunt, ei qui vixiſſet turpiter, ne bonam quidem ſententiam pronuntiare licebat.* Eadem habet Epiſtolâ 259. ejuſdem libri. Sed Democrito tribuitur quoque à Plutarcho, graviſſimo Scriptore, in libro de Puerorum Educatione: καὶ μέντοι καὶ τῆς αἰσχρολογίας ἀπακτέον τοὺς υἱεῖς· λόγος γὰρ ἔργου σκιή, κατὰ Δημόκριτον. Itemque à Scholiaſte Rhetoricorum Ariſtotelis. Corruptè autem apud Suidam, in πένταθλος, ſcriptum eſt, λόγος ἑρμοῦ αἰκίη.

Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ Σωκράτους Ἀπολογίᾳ] De hoc Demetrii Phalerei libro, dicebam ſuprà ad Heraclitum.

Πάντα δὲ δοκεῖν] Lege δοκεῖ cum Caſaubono. 38

Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος] De eo, nos ſuprà pluribus ad Empedoclem.

Ἐρημάζων ἐνίοτε, καὶ τοῖς ταῶοις ἐνδιατρίβων] Quæ ipſiſſima verba legas apud Heſychium Mileſium. Sed idem quoque de Democrito teſtatur Lucianus in Philopſeude. καθείρξας ἑαυτὸν εἰς μνῆμα ἔξω πυλῶν, ἐνταῦθα διετέλει γράφων καὶ συντάττων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν.

Ὑπὸ τἀδελφοῦ Δαμάσου] Meminit hujus Damaſi 39
Plinius XVIII. 35. *Tradunt eumdem Democritum, metente fratre ejus Damaſo, ardentiſſimo æſtu, oraſſe ut reliquæ ſegeti parceret.* Item Clemens Strom. VI. ὑποδεξαμένου γ' οὖν αὐτὸν (Democritum) φιλοφρόνως Δαμάσου τοῦ ἀδελφοῦ, τεκμηράμενος ἔκ τινων ἀστέρων, πολὺν ἐσόμενον προεῖπεν ὄμβρον. Emendandus Suidas in Δημόκριτος· καὶ τοῖς ἀδελφοῖς συνῆν Ἡροδότῳ καὶ Δαμάστῃ· & Heſychius Mileſius: ἐτρέφετό τε διὰ τὴν ἀπορίαν ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Δαμάσου. Legendum apud Suidam, καὶ Δαμάσῳ: & apud Heſychium, τοῦ ἀδελφοῦ. Alter Democriti frater fuit He-

todotus, ut diſcimus ex Ælian. Variæ Hiſtoriæ XV. 20.

Ὡς δὲ προειπών τινα τῶν μελλόντων εὐδοκίμησε] Clemens Alexandrinus Στρωματέων lib. VI. Δημόκριτος δὲ ἐκ τῆς τῶν μεταρσίων παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων, Σοφίαν ἐπωνομάσθη. *Democritus autem, quòd ex ſublimium rerum obſervatione multa prædiceret, cognomen* Sapientiæ *invenit.*

Νόμου δὲ ὄντος, τὸν ἀναλώσαντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν, μὴ ἀξιοῦσθαι ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι, &c. ἀναγνῶναι αὐτοῖς τὸν Μέγαν Διάκοσμον] Athenæus lib. XV. 19. paullò aliter narrat: nam accuſatum à civibus ſuis Democritum, ait hunc librum ſuum, qui Μέγας Διάκοσμος inſcribebatur, & alterum Περὶ τῶν ἐν ᾅδου, Judicibus exhibuiſſe; ſicque abſolutum ac dimiſſum fuiſſe: καὶ Δημόκριτον δ' Ἀβδηρίται δημοσίᾳ κρίνοντες, ὡς κατεφθαρκότα τὰ πατρῷα, ἐπεὶ ἀνάγνους αὐτοῖς τὸν Μέγαν Διάκοσμον, καὶ τὰ Περὶ τῶν ἐν ᾅδου, εἰπὼν εἰς ταῦτα ἀνηλωκέναι, ἀφείθη. Vetus Commentator Horatii ad Epiſtolam 12. libri primi: *Democritus, Abderites Philoſophus, atomorum inventor, & errorum multorum, dum Philoſophiæ intentus eſſet, neglexit agros ſuos; adeo ut vicinorum pecora ibi liberè paſcerentur: tandem dementiæ apud Judicem reus factus, obtulit Libros de re Phyſica à ſe conſcriptos; ob quam cauſam liberatus eſt, & præmium accepit.*

40 Ἀριστόξενος δ' ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς] Codex Palatinus ἐν τοις Φυσικοῖς. τὸ Ἱστορικοῖς genuina eſt lectio. Scripſerat Ariſtoxenus Ὑπομνήματα ἱστορικά. Suidas in Ἀριστόξενος: συνετάξατο δὲ Μουσικά τε καὶ Φιλόσοφα, καὶ Ἱστορίας, καὶ παντὸς εἴδους καὶ παιδείας.

Ἀμύκλαν δὲ καὶ Κλεινίαν τοὺς Πυθαγορικούς] Cliniæ Pythagorici meminit Baſilius in Oratione ad Adoleſcentes, de Literarum profanarum utilitate; cujus verba, ad Pythagoram, tranſcripſimus. Meminit & Jamblichus de Vita Pythagoræ capite ultimo: unde Tarentinum fuiſſe diſcimus. Amyclas Heracleotes; unus ex Platonis ſodalibus; inter claros Mathematicos refertur à Proclo in II. ad I. Euclidis.

Πάντων γὰρ σχεδὸν τῶν ἀρχαίων μεμνημένος ὁ Πλάτων, οὐδαμοῦ Δημοκρίτου διαμνημονεύει] Ita Andreas Laurentius libro VIII. Anatomiæ, Quæſt. 30. Ariſtotelem ingratum appellat, quòd cùm multa ab Hippocrate ſumpſerit, nullibi ejus mentionem fecerit. Sed fallitur: eum nominat libro de Rep. VII. cap. 4. immò & honorificè appellat, his verbis: δεῖ δὲ μᾶλλον μὴ εἰς τὸ πλῆθος, εἰς δὲ δύναμιν ἀποβλέπειν· ἔστι γάρ τι καὶ πόλεως ἔργον· ὥστε τὴν δυναμένην τοῦτο μάλιστα ἀποτελεῖν, ταύτην οἰητέον εἶναι μεγίστην. οἷον Ἱπποκράτην, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἰατρὸν εἶναι μείζω φήσειεν ἄν τις. De Platonis malignitate, videndus Athenæus XI. 15.

Δῆλον εἰδὼς ὡς πρὸς τὸν ἄριστον οὕτω τῶν Φιλοσόφων ἔσοιτο] Poſt vocem ἔσοιτο, addendum ὁ ἀγὼν, rectè exiſtimavit Caſaubonus, quem vide.

Ἀμφίνεον λέσχην] Ut non immeritò ſcripſerit Callimachus Librum, cui titulus Πίνακ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων. Meminit Suidas in Καλλίμαχος, & Anonymus in Vita Callimachi, quæ Callimachi operibus præponi ſolet. Ex hoc Callimachi Opere eſſe putat Jonſius, quod habet Favorinus in Lexico: (habuit autem Favorinus ab Heſychio) ἀσκληρές. ἰσόπλευρον παρὰ Δημοκρίτῳ. Gloſſis illis Democriti annumeranda vox σοῦς, quam ſignificare Democrito τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων, diſcimus ex Ariſtotele lib. IV. de Cælo cap. 6. Sed Democritum tamen minimè obſcurè ſcripſiſſe, teſtis eſt Cicero lib. II. de Divinatione: *Valde Heraclitus obſcurus; minimè Democritus.* Hegeſianacta Grammaticum Περὶ τῆς Δημοκρίτου λέξεως ſcripſiſſe, diſcimus ex Hermolao, Stephani Abbreviatore, in Τρωϊάς.

Γέγονε δὲ τοῖς χρόνοις, &c.] Gellius XVI. 21. *Inter* 41
hæc tempora nobiles celebreſque erant, Sophocles, deinde Euripides, Tragici Poëtæ; & Hippocrates Medicus, & Democritus Philoſophus: quibus Socrates Athenienſis natu quidem poſterior fuit; ſed quibuſdam temporibus iiſdem vixerunt. Mortuus eſt Democritus juxta Diodorum Siculum lib. XIV. & Anonymum in Olympiadum Deſcriptione, anno primo Olympiadis 94. vel anno quarto juxta Euſebium in Chronicis.

Συντετάχθαι δὲ φησι τὸν Μικρὸν Διάκοσμον ἔτεσιν ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τριάκοντα καὶ ἑπτακοσίοις] Eâ Epochâ antiqui Scriptores in annis ſuis numerandis utebantur. Exempla paſſim obvia.

Ὡς δὲ Θράσυλλος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τὰ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων] Editio Stephani, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ τῆς ἀναγνώσεως, &c. Plures fuere Thraſylli. Thraſyllum illum, qui de legendis Democriti libris Librum ſcripſerat, eum eſſe Thraſyllum exiſtimat Jonſius, qui tempore Tiberii Imperatoris vixit: de quo Juvenalis Scholiaſtes ad Satiram VI. *Thraſyllus, multarum artium ſcientiam profeſſus, poſtremò ſe dedit Platonicæ ſectæ: ac deinde Matheſi: quâ præcipuè viguit apud Tiberium.* Videtur de Platonis libris aut genere, etiam ſcripſiſſe. Nam Platonis proſapiam à Neptuno derivans Laërtius in Platone, id ait Thraſylli teſtimonio.

Μέμνηται δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ ἑνὸς δόξης, &c.] Caſ. 42
καὶ τῆς περὶ τοῦ ἑνὸς δόξης.

Ἐλθόντος Ἱπποκράτους πρὸς αὐτὸν, &c.] Exſtant hodie Hippocratis de ſua ad Democritum profectione Epiſtolæ; ſed ſuppoſititiæ; licèt perantiquæ. De primo eorum congreſſu, ita Ælianus Var. Hiſt. IV. 20. κατεγέλα δὲ πάντων ὁ Δημόκριτος, καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς μαίνεσθαι, ὅθεν καὶ Γελάσινον αὐτὸν ἐκάλουν οἱ πολῖται. λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τὸν Ἱπποκράτην περὶ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ὑπὲρ τοῦ Δημοκρίτου δόξαν λαβεῖν, ὡς μαινομένου· προϊούσης δὲ αὐτοῖς τῆς συνουσίας εἰς ὑπερβολὴν θαυμάσαι τὸν ἄνδρα. λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα τὸν Ἱπποκράτην, ἀλλ' οὖν καὶ τοῦ Δημοκρίτου χώριν, τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα. Ex quibus verbis, Coos Doricè locutos apparet. Certè eorum civitas inter duodecim Ioniæ civitates ab eodem Ælian. Var. Hiſt. VIII. 5. non recenſetur. Immò & inter quinque Doricas à Scholiaſte Theocriti ad Idyllium XVII. recenſetur: ἡ τῶν Δωριέων πεντάπολις, Λίνδος,

Λίνδος, Ἄλυσος (lege Ἴλυσος) Κάμηρος, (corrige Κάμειρος) Κῶς, Κνίδος. Atque etiam quod hodie exſtat, ad Artaxerxem Coorum, ſuppoſititium Reſponſum, Doricè conſcriptum eſt. Fruſtrà igitur locum Æliani ſollicitat doctiſſimus Schefferus. Democriti diſcipulum Hippocratem, quoſdam credidiſſe, refert Celſus in Præfatione: & Suidas in Ἱπποκράτης.

Καὶ θερσάμενον τὸ γάλα, εἰπεῖν καὶ αἰγὸς πρωτοτόκου καὶ μελαίνης] Caſaubonus ex Suida, εἰπεῖν εἶναι αἰγός. Mihi placet nihil mutare. ſubauditur εἶναι. Quæ ſit autem differentia inter lac capræ candidæ & lac nigræ, dixerit Democritus. Illud ſolùm dicam, lac nigræ ſalubrius cenſeri: quod & Ariſtoteles de lacte mulierum tradit lib. III. de Hiſtoria Animalium cap. 21. Videndus Geſnerus in Tractatu de Lacte. Etiam lac vaccæ nigræ commendat Hippocrates libro I. περὶ γυναικ. Μετὰ δὲ ταῦτα πιπίσκειν βοὸς μελαίνης γάλα, ἀσιτεύσασα, εἰ εἴη τε εἴη, ἡμέρας μ'. Eadem habet & libro περὶ γυναικ. φυσ. Neque enim illis aſſentior, qui ibi, ex Galeno in Exegeſi, βοὸς Μελανίδος, vel Μελανοῦς, id eſt, *vaccæ ex urbe Melanis*, legendum cenſent. Vide tamen Foëſium in Μέλαιναν ῥίζαν.

Τῇ δ' ἐχομένῃ] Florens Chriſtianus, ad oram libri, legendum monuerat ἑπομένῃ, ſive potiùs ἑρχομένῃ. Sed ἐχομένῃ rectum eſt: & ſic quoque apud Suidam. Heſychius: ἐχόμενα τρίβου. πλησίον, ἐγγυτάτω. Idem: ἐχόμενοι, ἐγγίζοντες.

43 Τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι, &c. καὶ κελεῦσαι αὐτῷ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ὁσημέραι· τούτους δὴ ταῖς μισπροσφέρων, &c.] Qua de re audiendus Athenæus, qui rem paullò aliter narrat libro II. Δημόκριτον τόνδε τὸν Ἀβδηρίτην λόγος ἔχει, διὰ γῆρας ἐξάξαι αὐτὸν διεγνωκότα τοῦ ζῆν, καὶ ὑφαιροῦντα τῆς τροφῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐπεὶ αἱ τῶν Θεσμοφορίων ἡμέραι ἐνέστησαν, δεηθεισῶν τῶν οἰκείων γυναικῶν μὴ ἀποθνήσκειν κατὰ τὴν πανήγυριν, ὅπως ἑορτάσωσι, πεισθῆναι, κελεύσαντα μέλιτος ἀγγεῖον αὐτῷ πλησίον παρατεθῆναι· καὶ διαζῆσαι ἡμέρας ἱκανὰς τὸν ἄνδρα τῇ ἀπὸ τοῦ μέλιτος ἀναφορᾷ μόνῃ χρώμενον· καὶ μετὰ τὰς ἡμέρας βασταχθέντος τοῦ μέλιτος ἀποθανεῖν. ἔχαιρε δὲ ὁ Δημόκριτος αἰεὶ τῷ μέλιτι· καὶ πρὸς τὸν πυθόμενον, πῶς ἂν ὑγιῶς τις διάγοι, ἔφη, εἰ τὰ μὲν ἐντὸς μέλιτι βρέχοι, τὰ δ' ἐκτὸς, ἐλαίῳ. *Democritum Abderiten ob tadium ſenectutis, cùm mortem ſibi conſciſcere decreviſſet, fama eſt, de quotidiano cibo aliquid detrahentem, inſtantibus jam feſtis diebus Theſmophoriorum, roganti bus domeſticis mulieribus ne per id celebritatis tempus moreretur, ſibi ut liceret ſolennes ac feſtivos illos dies agere, annuiſſe, & mellis vas ſibi juſſiſſe propiùs admoveri; atque ſic in multos dies vitam prorogaſſe, ſolo mellis odore & halitu continuatam; interriſſeque diebus poſt aliquot aſportato melle, quo ſemper is delectatus fuerat: adeò ut cuidam percontanti, quâ ratione vitam ſanus degeret, is reſponderit, ſi corporis interiora melle rigaret, exteriora oleo.* Laërtii locum deſcripſit Suidas in Δημόκριτος.

Ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι, (τρεῖς δὲ ἦσαν)] Tzetzes in Chiliadibus III. 61.

Τοῦτον οὖν τὸν Δημόκριτον, πάνσοφον ὑπηργμένον,
Ἄλλα μυρία λέγουσι δρᾶσαι τῶν τερατείων,
Καί γε τὸν ᾅδην κατασχεῖν τρεῖς ὅλας ἐφ' ἡμέρας·
Ἄρτων θερμοῖς ἐν ἀσθμασι τοῦτον ξενοδοχοῦντα.

De numero dierum per quos celebrabantur Theſmophoria, conſule hîc Caſaubonum, & Meurſium in Græcia Feriata.

Ὡς φησιν Ἵππαρχος] Exſtat Hipparchi Mathematici ingens hoc Elogium apud Theodorum Meliteniotam, in Procœmio in Aſtronomiam. Ubi de Græcis qui in Mathematicis claruerunt, & longo intervallo poſt ſe relictos Chaldæos & Ægyptios ſuperarunt: καὶ μάλιστα πάντων, ὁ πάντων μάλιστα φιλόπονός τε καὶ φιλαλήθης ἀνὴρ, Ἵππαρχος, ὡς φησι Πτολεμαῖος. Sed an ille ſit, de quo hîc Laërtius, ampliùs cogitandum.

Ἐννέα πρὸς τοῖς ἑκατὸν ἔτη βιούς] Lucianus & Phlegon in Longævis, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα. quare Meurſius de Archont. Athen. III. 13. reſcribebat hoc loco ῥϐ' ἔτη βιούς. Diodorus Siculus Bibliothecæ Hiſtor. lib. XIV. ἐννενήκοντα dicit. Sed ibi corruptum numerum exiſtimamus. Inediâ obiiſſe, teſtantur quoque Phlegon & Lucianus dictis locis. Idem teſtatur & Lucretius lib. III.

Denique Democritum poſtquam matura vetuſtas
Admonuit memorem, motus langueſcere mentis,
Sponte ſuâ leto caput obvius obtulit ipſe.

At Marcus Antoninus φθειριάσει· Ejus enim ſunt hæc verba libro III. Περὶ τῶν εἰς ἑαυτὸν ſect. 3. Ἡράκλειτος, περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθείς, βολβίτῳ κατακεχρισμένος ἀπέθανεν. Δημόκριτον δὲ οἱ φθεῖρες· Σωκράτην δὲ, ἄλλοι φθεῖρες, ἀπέκτειναν. quæ ſic convertit Xylander: *Heraclitus, multa de natura rerum & incendio finem univerſo allaturo quum diſputaſſet, ipſe intercute aquâ diſtentus, ſtercore bubulo oblitus mortem obiit. Democritum pediculi, Socratem cicuta abſumpſit.* Dum hiſtoriam ſequitur vir doctiſſimus, à ſenſu Marci immane quantum aberrat! Ludit ille ambiguo verborum ſenſu. Democritum, inquit, pediculi occiderunt; Socratem, pediculorum aliud genus: Sycophantæ ſcilicet; Anytus, Melitus, Lycon, ejus accuſatores. Id verbum Ariſtophanes quoque in Pace de vili hominum genere, quales ſolent eſſe Delatores, qui accuſatoriam vitam vivunt; uſurpavit:

Πρῶτον ῥάκια τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνθρώπων κατέπαυσεν,
Εἰς τὰ ῥάκια σκώπτοντας αἰεὶ, καὶ τοῖς φθειροῖ πολεμοῦντας.

Ubi Scholiaſtes: Καὶ τοῖς φθειρσίν· ἀντὶ τοὺς ἐντελεῖς καὶ ἀδόξους ἄνδρας. Etiam Plautus in Curculione:

Item genus eſt Lenonium, inter homines, meo quidem animo,
Uti muſcæ, cimices, culices, pedeſque, puliceſque.
Odio & malo & moleſtiæ; bono uſuique eſtis nulli.

Simili loquendi modo Pantilius *cimex* dicitur Horatio libro I. Satirâ. 10. Forte autem φθεῖρας Marcus

vocavit Sycophantas ac Delatores, quia, non ſecus ac pediculi, delectantur humano ſanguine. Sed ad Democritum ut redeam, ejus nomen; verè ut dicam; corruptum puto in Marci loco allato; cùm eum φθειριάσει conſumptum, nemo alius ſcripſerit: non ipſe Helladius, qui, in Chreſtomathia apud Photium, eos qui hoc morbo perierunt recenſet, his verbis: τρεῖς ἱστοροῦνται φθειριάσει τελευτᾶναι (ἔστι δὲ νόσημα μὲν τῶν σπανίων· γίνεται δὲ ὅταν εἰς φθεῖρας ἀναλυθῇ ἅπαν τὸ σῶμα.) ἀλλὰ τῶν ἐκ τῆς νόσου ταύτης τελευτώντων, τῶν μὲν Ἡρώων, Ἄκαστός ἐστιν ὁ Πελίου. δεύτερος, ὁ Σύρος Φερεκύδης, ὁ τὴν γενεαλογίαν συγγράψας, ὃν καὶ λέγουσι γενικῶς τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν· τρίτος, ὁ Ῥωμαίων πολλάκις ὑπατεύσας Σύλλας, &c. Nec Plutarchus in Sylla: qui his tribus, quatuor alios accenſet: Alemanem, Calliſthenem, Mutium, & Eunum. Φερεκύδην hoc morbo periiſſe, non unus ſcribit: ſed hæc lectio ab edita longiùs recedit, quàm ut à nobis comprobari poſſit.

Ἡμεῖς τε εἰς αὐτὸν ἐν τῇ Παμμέτρῳ τοῦτον ἐποιήσαμεν τὸν τρόπον, Καὶ τίς, ἔφυ Σοφὸς, &c.] Refert hoc Epigramma Tzetzes loco proximè memorato; ſed corruptè:

Ἐπιγραμματογράφος τέ τις γράφει τὸ τοῦ ᾄδου.

(Laërtium ſignificat)

Καὶ τίς Σοφὸς ὧδε, &c.

Οὓς θάνατον παριόντα, &c.

Emendandum ex Laërtio, Καὶ τίς ἔφυ Σοφὸς ὧδε, &c, Οὓς θάνατον παρεόντα.

Τοιοῦτος μὲν ὁ βίος τἀνδρὸς] De Democrito, multa omiſit Laërtius, quæ hîc referre operæ pretium exiſtimo.

I. Inveniſſe dicitur fornicem, & quemadmodum ebur poliretur; & quemadmodum decoctus calculus in ſmaragdum converteretur. Seneca Epiſt. xc. *Democritus, inquit,* (Poſidonius) *inveniſſe dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio ſaxo alligaretur. Hoc dicam falſum eſſe: neceſſe eſt enim ante Democritum, & pontes, & portas fuiſſe, quarum ferè ſumma curvantur. Excidit porrò vobis eumdem Democritum inveniſſe quemadmodum ebur poliretur; quemadmodum decoctus calculus in ſmaragdum converteretur: quâ hodieque coctura inventi lapides coctiles colorantur.*

II. Semper in publico riſit. Seneca lib. II. de Ira cap. 10. *Heraclitus quoties prodierat, & tantum circa ſe malè viventium, immo malè pereuntium, viderat, flebat, miſerebatur omnium qui ſibi læti felicesque occurrebant, miti animo, ſed nimis imbecillo: & ipſe inter deplorandos erat. Democritum contrà, ajunt numquam ſine riſu in publico fuiſſe: adeo nihil illi videbatur ſerium eorum quæ ſeriò gerebantur.* Et in libro de Tranquillitate capite 15. *In hoc itaque flectendi ſumus, ut omnia vulgi vitia non inviſa nobis, ſed ridicula videantur: & Democritum potiùs imitemur, quàm Heraclitum. Hic enim quoties in publicum proceſſerat, flebat; ille, ridebat: huic omnia quæ agimus, miſeriæ; illi, ineptiæ videbantur.* Adde Ælianum Var. Hiſt. IV. 20. & Juvenalem Sat. X.

III. Oculis ſuâ ſponte ſe privavit. Gellius X. 17. *Democritum Philoſophum, in monumentis Hiſtoriæ Græcæ ſcriptum eſt, virum præter alios venerandum, auctoritateque antiquâ præditum, luminibus oculorum ſuâ ſponte ſe privaſſe; quia exiſtimaret cogitationes commentationeſque animi ſui in contemplandis Naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, ſi eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberaſſet:* & quæ ſequuntur, quæ vide. Tertullianus in Apologetico: *Democritus oculis ſe privavit, quòd mulieres ſine cupiditate intueri non poſſet.* Himerius apud Photium: ἐκὼν δὲ ἐνόσει σῶμα Δημόκριτος, ἵνα ὑγιαίνῃ τὰ κρείττονα. Sed falſum id eſſe ſcribit graviſſimus auctor Plutarchus in libro Περὶ πολυπραγμοσύνης· ἐκεῖνο μὲν ψεῦδός ἐστι, τὸ Δημόκριτον ἑκουσίως σβέσαι τὰς ὄψεις, ἀπερεισάμενον εἰς ἴσοπτρα πυρωθέντα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν ἀνάκλασιν δεξάμενον, ὅπως μὴ παρέχωσι θόρυβον, τὴν διάνοιαν ἔξω καλοῦσαι πολλάκις, ἀλλ' ἐῶσιν ἔνδον οἰκουρεῖν καὶ διατρίβειν πρὸς τοῖς νοητοῖς, ὥσπερ παρόδιοι θυρίδες ἐμφραγεῖσαι. Ut de re dubia, ſcribit Cicero, lib. 5. de Finibus bonorum & malorum: *Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum magos adiit? cur tantas regiones Barbarorum pedibus obiit? tot maria tranſmiſit, cur hæc eadem Democritus; qui (verè, falſòne, quæreremus) dicitur oculis ſe privaſſe, certè ut quàm minimè animus à cogitationibus abduceretur?*

IV. Plinius libro XVIII. cap. 28. *Ferunt Democritum, qui primus intellexit, oſtenditque terris cæli ſocietatem, ſpernentibus hanc curam ejus opulentiſſimis civium, præviſa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, quâ diximus ratione, oſtendemuſque jam plenius; magna tum vilitate propter ſpem olivæ, coëmiſſe in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem & quietem doctrinarum ei ſciebant imprimis cordi eſſe. atque ut apparuit cauſa, & ingens divitiarum curſus, reſtituiſſe mercem anxiæ & avidæ dominorum pœnitentiæ; contentum ita probaſſe opes ſibi in facili, cùm vellet, fore.* Vide nos ſuprà ad Thaletem, cui hoc factum tribuunt Ariſtoteles, Cicero & Laërtius.

V. Coitum, parvam epilepſiam appellabat. Clemens Alexandrinus Pædagog. lib. II. μικρὰν ἐπιληψίαν τὴν συνουσίαν ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε Σοφιστής. Hæc enim verba, ὁ Ἀβδηρίτης Σοφιστὴς, de Democrito accipienda, non de Protagora, docet Galenus Commentario primo in librum tertium Epidemiorum Hippocratis. Τίς γάρ, inquit, ἀνάγκη γράφειν, Δημόκριτον μὲν εἰρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν, Effatum hoc Hippocrati tribuit Gellius XIX. 2. *Hippocrates autem, divina vir ſcientia, de coitu venereo ita exiſtimabat, partem eſſe quamdam morbi teterrimi, quem noſtri* comitialem *dixerunt: namque ipſius verba hæc tradunt,* τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν. Item Macrobius in Saturnalibus libro II. cap. ultimo. Sed cùm hæc verba in Scriptis Hippocratis quæ hodie exſtant, non reperiantur, memoriâ lapſum Gellium exiſtimamus. Macrobium enim, qui Gellii verba ad verbum exſcripſit, nihil moror. Si enim effatum hoc fuiſſet Hippocra-

tis, non id Democrito tribuiſſet Hippocratis enarrator Galenus. Potuit tamen ipſum etiam ad Hippocratem referri; quando & ad Eryximachum à Stobæo refertur: qui tamen non diſſimilem ſententiam tribuit Democrito. *ξυνουσίη. ἀποπληξίη μικρή.*

VI. Veritatem dixit in profundo penitus eſſe abſtruſam. Cicero Acad. IV. Seneca Quæſt. Natur. libro VII. cap. 32. Lactantius lib. III. cap. 27. & Laërtius infrà in Pyrrhone.

VII. Aliis operosè hominem definientibus, dixit, *eſſe id quod omnes ſcimus.* Refert Empiricus lib. I. adversùs Logicos, & libro II. Hypot. cap. 5.

VIII. Cùm Darium conſolari non poſſet, cui paullò ante uxor pulcherrima exceſſerat è vita, ſe illi mortuam reſuſcitaturum dixit, ſi vellet res ad hoc neceſſarias ſuppeditare: cúmque Darius eum juberet, nulla ſumptus ratione habita, quidquid opus eſſet accipere, promiſſaque præſtare: tum pauliſper cunctatus, dixit, cetera quidem ſibi abunde ſuppetere, unum deeſſe; neque id quemadmodum haberi poſſet, intelligere: Darium tamen, ut qui totius Aſiæ Rex eſſet, facilè fortaſſe conſequuturum: at cùm rogaret ille quid tandem tam magnum eſſet, quod ſolus Rex conſequi poſſet, tum Democritum reſpondiſſe ajunt, ſi tumulo uxoris inſcriberet nomina trium luctus expertium; ſic demum illam ab inferis eſſe redituram: fore enim ut ejus mortis conſuetudine erubeſceret. Tum Darius, cùm hæreret, neminemque reperiret cui triſte aliquid non accidiſſet, Democritus pro ſua conſuetudine ridens, Et tu, inquit, ineptiſſime omnium, non vereris lugere; quaſi unus tanti mali particeps, cùm neminem eorum qui umquam fuerunt, ſine privato aliquo dolore vixiſſe reperias? Rem narrat Julianus Imperator in epiſtola 37.

IX. Deum eſſe mentem ajebat, ipſamque in ſphæra ignea eſſe, & eſſe mundi animam. Cyrillus contra Julianum libro I. *Θαλῆς μὲν οὖν ὁ Μιλήσιος νοῦν τοῦ κόσμου φησὶν εἶναι τὸν Θεόν. Δημόκριτος δὲ, ὁ Ἀβδηρίτης, συμφέρεται μὲν κατά τι, προσεπάγει δέ τι καὶ ἕτερον· νοῦν μὲν γὰρ εἶναι τὸν Θεὸν ἰσχυρίζεται καὶ αὐτὸς, πλὴν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ, καὶ αὐτὸν εἶναι τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν.*

X. Plinius XXVIII. 7. *Venerem damnavit Democritus: ut in qua homo alius exiret ab homine.*

44 *Ἀρχὰς εἶναι ἀτόμους καὶ κενόν*] Nihil teſtatius apud Scriptores hoc Democriti dogmate: quare in re non ambigua Scriptorum teſtimoniis ſupersedemus. *Inane* tamen propriè principium appellari non debet, ſed *Atomus* tantùm: qua de re Gaſſendus in Phyſiologia Epicuri, & nos infrà ad Epicurum.

Τὰ δ' ἄλλα πάντα νενομίσθαι δοξάζεσθαι] *Id eſt, reliquaque ex iis fieri.* Verba ſunt Ampliſſimi Gaulmini ad Theodorum Prodromum pag. 557. Verùm, quod pace tanti viri liceat dixiſſe; verba Laërtii longè aliud ſignificant, nimirum, præter Atomos atque Inane; quæ quidem ſunt principia, & verè exiſtunt; reliqua omnia ſita eſſe in opinione, & ex hominum inſtituto tantùm eſſe. Sextus Empiricus adverſùs Mathematicos pag. 163. *Δημόκριτος δὲ, ὅτι μὲν ἀναιρεῖ τὰ φαινόμενα ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τούτων λέγει μηδὲν φαίνεσθαι κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλὰ μόνον κατὰ δόξαν· ἀληθὲς δὲ ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν, τὸ ἀτόμους εἶναι καὶ κενόν. νόμῳ γὰρ, φησί, γλυκὺ, καὶ νόμῳ πικρὸν, νόμῳ θερμὸν, νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ χροιή. αἰτίη* (lege *ἐτεῇ*) *δὲ, ἄτομα καὶ κενόν. ὅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά· οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον, καὶ τὸ κενόν.* *Democritus autem ea quidem tollit quæ apparent ſenſibus: & ex iis dicit nihil verè apparere, ſed ſolùm ex opinione. verum autem eſſe in iis quæ ſunt: eſſe autem atomos & inane. Opinione enim eſt, inquit, dulce, & opinione amarum; opinione calidum, & opinione frigidum; opinione color: verè autem Atomi & Inane. Quæ autem eſſe exiſtimantur & reputantur ſenſilia, ea non ſunt revera: ſola autem ſunt Atomi & Inane.* Qui locus Sexti locum Laërtii mirè illuſtrat. Confer & cap. xxx. lib. I. Hypotypoſeon, & quæ habet Plutarchus contra Colotem, & Laërtius in Pyrrh. Adde locum Galeni eximium libro I. de Elementis, ſecundùm Hippocratem pag. 46. *νόμῳ γὰρ χροιὴ, νόμῳ πικρὸν, νόμῳ γλυκύ. ἐτεῇ δὲ, ἄτομον καὶ κενὸν ὁ Δημόκριτός φησιν ἐκ τῆς συνόδου τῶν ἀτόμων γίνεσθαι νομίζων ἁπάσας τὰς αἰσθητὰς ποιότητας, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς αἰσθανομένους αὐτῶν, φύσει δὲ οὐδὲν εἶναι λευκὸν, ἢ μέλαν, ἢ ξανθὸν, ἢ ἐρυθρὸν, ἢ πικρὸν, ἢ γλυκύ· τὸ γὰρ δὴ νόμῳ ταυτὸ βούλεται τῷ οἷον νομιστὶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὐ κατὰ τὴν αὐτῶν πραγμάτων τὴν φύσιν*: & quæ ſequuntur. Sed & ipſe Laërtius ſibi ipſi lucem affert. Ita enim ille in ſequentibus: *ποιητὰ δὲ νόμιμα εἶναι· φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν.* ubi planè cæcutierunt Interpretes. *ποιητὰ* vocat res omnes factas, quas Atomis & inani opponit, *πάντων ποιητικῶν* ſcilicet, id eſt, rerum omnium principiis, & ex quibus cetera fiunt. Niſi potiùs ſcripſerit Laërtius, *αἰσθητὰ δὲ νόμιμα εἶναι· φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν.* Id ſuadere videntur Sexti verba proximè allata: *ὅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά· οὐκ ἔστι δὲ κατὰ ἀλήθειαν ταῦτα· ἀλλὰ τὰ ἄτομα μόνον, καὶ τὸ κενόν.* Et hæc ejuſdem Sexti, itidem adverſùs Mathematicos paginâ 135. *οἵ γέ τοι περὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Πλάτωνα πᾶν αἰσθητὸν ἀναιροῦντες, συναναιροῦσι καὶ τὴν φωνήν.* Tamen *ποιητὰ* ſcriptum eſt etiam apud Heſychium Mileſium. Legi quoque poſſet *ποιότητας νόμιμα εἶναι*, id eſt, *qualitates res eſſe quæ opinione tantum exiſtant.* Plutarchus in libro contra Colotem: *ἐγκλητέος οὖν ὁ Δημόκριτος, οὐχὶ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἀρχαῖς ὁμολογῶν, ἀλλὰ λαμβάνων ἀρχὰς αἷς ταῦτα συμβέβηκεν. ἔδει γὰρ ἀμεταβλήτα μὴ εἶσθαι τὰ πρῶτα, θέμενον δὲ, μὴ συνορᾶν ὅτι ποιότητος οἴχεται πάσης γένεσις. Reprehendendus ergo Democritus, non quòd ſit ea conſeſſus quæ principiis eveniunt: ſed quòd principia poſuit quibus iſthæc accidunt. Non enim debuit immutabilia ponere principia: aut his poſitis, non ſentire tolli omnis generationem qualitatis.* Laërtius noſter infrà, in Pyrrhone: *Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβάλλων, ἵνα φησὶ νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ θερμόν· ἐτεῇ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. καὶ πάλιν, Ἐτεῇ δὲ οὐδὲν ἴδμεν· ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια.* Ceterùm *νομίζεσθαι* idem eſſe ac *δοξάζεσθαι*, nemo neſcit: quare

legendum omnino in loco Laërtii quem præ manibus habemus, τὰ δ' ἄλλα πάντα νενομίσθαι, ἢ δοξάζεσθαι, quemadmodum legitur in verbis Empirici suprà allatis: ὅπερ νομίζεται μὲν εἶναι καὶ δοξάζεται τὰ αἰσθητά. Aut, quod potiùs reor, ejicienda vox δόξάζεσθαι, quæ fuisse videtur interpretamentum vocis νενομίσθαι, à Librario ad oram appositum: idque suadent omnino Hesychii Milesii Codices, in quibus hæc vox desideratur.

Ἀπείρους τε εἶναι κόσμους, καὶ γενητοὺς, καὶ φθαρτούς.] Origenes in Philosophicis: ἀπείρους δὲ εἶναι κόσμους, καὶ μεγέθει διαφέροντας· ἔν τισι δὲ μὴ εἶναι ἥλιον, μηδὲ σελήνην. ἔν τισι δὲ μείζω τῶν παρ' ἡμῖν, καὶ ἓν τισι πλείω· εἶναι δὲ τῶν κόσμων ἄνισα τὰ διαστήματα· καὶ τῇ μὲν πλείους, τῇ δὲ ἐλάττους· καὶ τοὺς μὲν αὔξεσθαι, τοὺς δὲ ἀκμάζειν, τοὺς δὲ φθίνειν. καὶ τῇ μὲν γίνεσθαι, τῇ δὲ λείπειν· φθείρεσθαι δὲ αὐτοὺς ὑπ' ἀλλήλων προσπίπτοντας· εἶναι δὲ ἐνίους κόσμους ἐρήμους ζώων καὶ φυτῶν, καὶ παντὸς ὑγροῦ· τοῦ δὲ παρ' ἡμῖν κόσμου πρότερον τὴν γῆν τῶν ἄστρων γενέσθαι· εἶναι δὲ τὴν μὲν σελήνην κάτω, ἔπειτα τὸν ἥλιον, εἶτα τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας· τοὺς δὲ πλάνητας οὐδ' αὐτοὺς ἔχειν ἴσον ὕψος, ἀκμάζειν δὲ κόσμον ἕως ἂν μηκέτι δύνηται ἔξωθέν τι προσλαμβάνειν. Ælianus Var. Hist. lib. IV. cap. 29. Οὐ γὰρ δὴ δύναμαι πείθειν ἐμαυτὸν, μὴ γελᾶν ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, εἴγε ἀπείρους ἀκούων εἶναί τινας κόσμους λέγοντος Δημοκρίτου ἐν τοῖς συγγράμμασιν, οὐδὲ ἠνιᾶτο μηδὲ τοῦ ἑνὸς καὶ κοινοῦ κρατῶν. πόσον δὲ ἐπ' αὐτῷ Δημόκριτος ἐγέλασε καὶ αὐτὸς, τί δεῖ καὶ λέγειν; ᾧ ἔργον τοῦτο ἦν. *Id est, Non possum mihi temperare quominus rideam Alexandrum, Philippi filium: si quidem quum audiret Democritum in quibusdam libris infinitos mundos constituere, indoluit, quòd ipse necdum unius dominium teneret. Quantum verò deriserit eum Democritus, quid est referre, cùm hoc ei fuerit & consuetum, & proprium?* An autem Alexandri Magni jam Imperatoris tempora attigerit Democritus, beneficio longissimæ ætatis; nam suprà centum vixit annos; si de tempore nativitatis ejus constaret, sciremus; nam super ea re variant Scriptores, ut suprà Laërtius observabat. Non attigisse, verosimile est.

Μηδὲν τε ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, μηδὲ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι] Plutarchus adversus Colotem; ubi de sententiis Democriti: ἐκ μὲν γὰρ τοῦ μὴ ὄντος οὐκ εἶναι γένεσιν, ἐκ δὲ τῶν ὄντων μηδὲν ἂν γενέσθαι, τῷ μήτε πάσχειν, μήτε μεταβάλλειν τὰς ἀτόμους ὑπὸ στερρότητος. Eamdem fuisse sententiam & Diogenis Apolloniatæ, mox videbimus Sed & Persius III.

De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.

Legendus Gassendus in Animadversionibus ad librum X. Laërtii de Physiologia Epicuri.

Καὶ τὰς ἀτόμους δὲ ἀπείρους εἶναι κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος, &c.] Quò respexit Lucianus in Vitarum Auctione, ubi Democritus ait: κενὰ δὲ τὰ πάντα, καὶ ἀτόμων φορὴ, καὶ ἀπειρία. Videndus Gassendus loco suprà memorato.

Διὰ τὴν στερρότητα,] De atomorum soliditate, egregiè, ut cetera, idem Gassendus ibidem.

Τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐκ τοιούτων λείων καὶ περιφερῶν ὄγκων] Editio Frobeniana ἐκ τοιούτων τινῶν: Stephanica, δινῶν. Utraque malè. Legendum prorsus λείων, quemadmodum hîc legitur. De atomis levibus & asperis, hamatis & uncinatis, alius erit dicendi locus.

Ὁρᾶν δ' ἡμᾶς κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις] *A corporibus enim solidis, & à certis figuris vult fluere imagines*, inquit Tullius II. de Divinatione, ubi de Democrito. Vide eumdem & libro XV. Epistolarum, Epistolâ 16. & ad Atticum libro II. Epistolâ 3. & libro I. de Finibus.

Πάντα τε κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι, τῆς δίνης αἰτίας 45
οὔσης τῆς γενέσεως πάντων, ἣν ἀνάγκην λέγει] Quam sententiam improbat Sextus adversus Mathematicos pag. 329. his verbis: ὥστε κατ' ἀνάγκην μὲν καὶ ὑπὸ δίνης, ὡς ἔλεγον οἱ περὶ τὸν Δημόκριτον, οὐκ ἂν κινοῖτο ὁ κόσμος. In ea fuisse Democritum testificatur quoque Cicero in libro de Fato: *Hoc Democritus auctor atomorum accipere maluit, necessitate omnia fieri, quam à corporibus individuis naturales motus avellere.*

Τέλος δὲ εἶναι τὴν εὐθυμίαν, &c. καλεῖ δ' αὐτὴν καὶ εὐεστὼ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὀνόμασι] Cicero de Finibus bonorum & malorum libro V. ubi de Democrito: *agros deseruit incultos, quid quærens aliud nisi beatam vitam! quam etiamsi in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturæ consequi volebat, ut esset bono animo, id enim ille summum bonum, εὐθυμίαν, & sæpe ἀταραξίαν appellat, id est, animum terrore liberum.* Clemens Strom. libro II. Δημόκριτος μὲν ἐν τῷ Περὶ τέλους τὴν εὐθυμίαν, ἣν καὶ εὐεστὼ προσηγόρευσεν, βίου τέλος εἶναι ἔφη· καὶ πολλάκις ἐπέλεγε, Τέρψις γὰρ καὶ ἀτερπίη οὖρος τῶν περιηκμακότων. Theodoritus θεραπευτ. Serm. XI. ὁ μὲν οὖν Ἐπίκουρος, τὸ ἥδιστα ζῆν ὡρίσατο τέλος. τέλεον γὰρ ἀγαθὸν μόνην ἡγεῖτο τὴν ἡδονήν. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ τῶν τούτου δογμάτων πατὴρ ἀντὶ τῆς ἡδονῆς τὴν εὐθυμίαν τέθεικεν· ὀνομάτων, οὐ δογμάτων, ἐναλλαγὴν ποιησάμενος. Ita legendus hîc locus. Perperam vulgò legitur τὴν ἐπιθυμίαν. Obiter autem observandum, quod ait Theodoritus, Democriti de fine sententiam, non re, sed verbis tantùm discrepare à sententia Epicuri, qui finem in Voluptate ponebat, his Laërtii verbis adversari, οὐ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῇ ἡδονῇ, ὡς ἔνιοι παρακούσαντες ἐξεδέξαντο. Pergamus. Addit Clemens dicto loco: Ἑκάτιός δὲ, αὐτάρκειαν· καὶ δὴ Ἀπολλόδοτος ὁ Κυζικηνὸς, τὴν ψυχαγωγίαν. καθάπερ Ναυσιφάνης τὴν κατάπληξιν· ταύτην γὰρ ἔφη ὑπὸ Δημοκρίτου ἀθαμβίην λέγεσθαι· ubi legendum omnino ἀκαταπληξίαν. Strabo libro I. προστιθέασι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων μεταβολὰς, ἐπιπλέον τὴν ἀθαυμαστίαν ἡμῖν κατασκευάζειν ἐθέλοντες, ἣν ὑμνεῖ Δημόκριτος, καὶ οἱ ἄλλοι Φιλόσοφοι πάντες. Ergo Democritus τὴν εὐθυμίαν, & εὐεστὼ, & ἀταραξίην, & ἀθαμβίην, & ἀθαυμαστίην appellabat: & hoc est quod ait Laërtius, multis nominibus eam indigitasse. De voce εὐεστὼ Suidas in εὐεστώ· τὸ εὖ ἐστὼ, εὐδιμονία καλεῖται· ὥσπερ τὸ ἀεὶ ἐστὼ, ἐπὶ τῆς ἀϊδιότητος. Lege unicâ voce εὐεστώ, & ἀειεστώ. Ille ipse Suidas in ἀειεστώ· Ἀειεστώ. Ἀν-

τιφῶν τὴν ἀϊδιότητα, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ ἑστάναι· ὥσπερ καὶ εὐέστω ἡ εὐδαιμονία καλεῖται. ἡ λέξις παρὰ τῷ Διογενιανῷ ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ. Habuit hæc Suidas ab Harpocratione, cujus verba ſunt in Lexico Rhetorum: καὶ εὐέστω ἡ εὐδαιμονία καλεῖται. ἡ λεξις παρὰ τῷ Διογενιανῷ ἐν Ἀληθείας δευτέρῳ. Heſychius: εὖ ἔστω, εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι. εὐδαιμονία, ἐπὶ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον· ἢ ἀπὸ τοῦ δαψιλεῖν τὰ πρὸς τὸ ἐσθίειν εὐετήρια. Lege ſimiliter unica voce εὐέστω.

Καθ' ἣν γαληνῶς καὶ εὐσταθῶς ἡ ψυχὴ διάγει, ὑπὸ μηδενὸς ταραττομένη φόβου, ἢ δεισιδαιμονίας, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους] Similiter Tranquillitatem deſcribit Seneca, in libro de Tranquillitate animi cap. 2. *Hunc ſtabilem animi ſedem Græci* εὐθυμίαν *vocant, de qua Democriti volumen egregium eſt. ego* Tranquillitatem *voco: nec enim imitari & transferre verba ad illorum formam neceſſe eſt: res ipſa, de qua agitur, aliquo ſignanda nomine eſt, quod appellationis Græcæ vim debet habere, non faciem. Ergo quærimus, quomodo animus ſemper æqualis, ſecundoque curſu eat, propitiuſque ſibi ſit, & ſua lætus adſpiciat; & hoc gaudium non interrumpat, ſed placido ſtatu maneat, nec attollens ſe umquam, nec deprimens. id Tranquillitas erit.* τυραννουμένη habet Suidas, qui totum hunc locum exſcripſit, in Voce εὐέστω. Sed ταραττομένη quoque ſcriptum eſt apud Heſychium Mileſium, qui & ipſe locum Diogenis tranſcripſit.

Φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν] Quod ipſe ἐντεῦθεν appellabat. Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon lib. I. cap. 30. ubi de differentia Sceptices & Philoſophiæ Democriteæ: προδηλοτάτη δὲ γίγνεται ἡ διάκρισις, ὅταν ὁ Δημόκριτος λέγῃ, ἐντεῦθεν δὲ ἄτομα καὶ κενόν· ἐντεῦθεν μὲν γὰρ λέγει, ἀντὶ τοῦ ἀληθείᾳ· κατ' ἀλήθειαν δὲ ὑφεστάναι λέγων τάς τε ἀτόμους, &c. Adde Laërt. in Pyrrhone.

Τὰ δὲ βιβλία αὐτοῦ καὶ Θράσυλλος ἀναγέγραφε κατὰ τάξιν, ὥσπερεὶ καὶ τὰ Πλάτωνος, κατὰ τετραλογίαν] Vide nos ſuprà ad Platonem.

Πυθαγόρης] Cujus libri meminit & Laërtius ſuprà, his verbis: ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου μέμνηται, θαυμάζων αὐτὸν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ συγγράμματι. quæ verba non cepere Interpretes.

Περὶ τῶν ἐν ᾅδου] Si quid video, ſcripſerat Laërtius ἐν ᾅδου, quemadmodum ſcriptum eſt apud Suidam, in Τριτογένεια, & apud Athenæum IV. 19. loco à nobis ſuprà allato. Item, apud Proclum, Commentario in Remp. Platonis necdum edito. Δημόκριτος ὁ Φυσικὸς ἐν τοῖς Περὶ τοῦ ᾅδου γράμμασι. Quæ Procli verba ab Alexandro Moro, viro doctiſſimo juxtà atque eloquentiſſimo, ita afferuntur. γράμμα & σύγγραμμα idem eſt: qua de re videndus Caſaubonus ad Suetonium. Etiam Περὶ τῶν ἐν ᾅδου ſcripſerat Heraclitus, ut ſuprà ad ejus vitam obſervavimus. Reſpexit hunc Democriti librum Auctor Epiſtolæ quæ ſub Senatûs Populique Abderitani nomine ad Hippocratem ſcripta eſt: ζητεῖ δὲ ὁ ἀνὴρ καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου, καὶ γράφει ταῦτα.

Τριτογένεια, (τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι τρία γίνεται ἐξ αὐτῆς, ὧ πάντα τὰ ἀνθρώπινα συνέχει)] Τριτογένεια, id eſt, *Pallas*. Hunc Democriti librum; quod neminem puto animadverſiſſe; reſpexit Iſaacius Tzetzes ad Lycophronis Alexandram; ubi de variis vocis Τριτογενείας etymologiis agens, ait: Τριγέννητος· ἡ Ἀθηνᾶ, μυθικῶς, ὅτι ἐν τῷ Τρίτωνι, ποταμῷ Λιβύας, ἐγεννήθη, ὡς Ὅμηρός φησι, καὶ οὐ μυθικῶς·

---- Διὸς θυγάτηρ, κυδίστη Τριτογένεια.

καὶ Αἰσχύλος, μυθικῶς·

Εἶτ' ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου σπόρου,
Τρίτωνος ἐν τόποις Λιβυστικοῖς.

ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτη δὴ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. ἢ ὅτι ἐκ τῆς τριτοῦς, ἤγουν τῆς κεφαλῆς, τοῦ Διὸς ἐγεννήθη. τριτὼ γὰρ Βοιωτικοῖς ἡ κεφαλή. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστι τῇ σελήνῃ· ἡ δὲ σελήνη ἀπὸ συνόδου τριταία φαίνεται. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστι τῇ ψυχῇ· τριμερὴς δὲ ἡ ψυχή· ἔχει γὰρ θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, καὶ λογικόν. ἢ ὅτι ἡ αὐτὴ ἐστι τῷ ἀέρι· τρίτος δὲ ὁ ἀήρ· γεννᾶται γὰρ καὶ μεταπίπτει ἔαρι, θέρει, χειμῶνι· τὸ γὰρ παλαιὸν τριμερὴς ἦν ὁ χρόνος. ἢ ὅτι αὐτή ἐστι τῇ φρονήσει· γεννηθεῖσα δὲ ἐκ τῆς τριτοῦς καὶ ἐκ τῆς κεφαλῆς (meliùs legeretur, ut ſuprà, ἤγουν τῆς κεφαλῆς) τρεῖν παρέχει τοῖς ἐναντίοις. ἢ ὅτι, κατὰ Δημόκριτον, τρία ταῦτα χαρίζεται, βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, πράττειν δικαίως. Et apertiùs Euſtath. ad Iliad. θ'. paginâ 696. 37. Τριτογένεια δὲ ἀλληγορικῶς ἡ φρόνησις, ἐπεὶ κατὰ Δημόκριτον τρία γίνεται ταῦτα ἐξ αὐτῆς, τὸ εὖ λογίζεσθαι, τὸ λέγειν καλῶς τὸ νοηθέν, καὶ τὸ ὀρθῶς πράττειν αὐτὸ τελείας γὰρ ὄντως φρονήσεως, τὸ νοῆσαι, τὸ εἰπεῖν, καὶ τὸ ποιῆσαι πάντα καλῶς.

Περὶ ἀνδραγαθίας] Lege ἀνδραγαθίης. Ita rectè Schedæ Regiæ: in quibus rectè quoque ſequentes librorum Democriteorum tituli Ionicè efferuntur: Περὶ Εὐθυμίης, Περὶ Γεωμετρίης, Περὶ Ποιήσιος, &c. nam Abderites ille noſter ἰώνιζεν.

Ἀμαλθείας κέρας] Quo titulo non pauci alii libros ſcripſere. Gellius in Præfatione; ubi de variis Librorum inſcriptionibus: *namque alii* Muſarum *inſcripſerunt: alii*, Silvarum: *ille*, κηρίον: *alius*, κέρας Ἀμαλθείας, &c. Plinius, itidem in Præfatione: *Inſcriptionis apud Græcos mira felicitas: κηρίον inſcripſere, quod volebant intelligi* favum: *alii*, κέρας Ἀμαλθείας; *quod* Copiæ cornu, &c.

Περὶ εὐθυμίης, Ὑπομνημάτων, ἢ οἴκων· ἡ γὰρ Εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται] Conjungit Codex Regius, Περὶ εὐθυμίης ὑπομνημάτων ἢ οἴκων. Scripſerat Democritus & librum Περὶ τέλους, qui fortè diverſus non fuit à libro Περὶ εὐθυμίης. Meminit Clemens Alexandrinus loco citato: Δημόκριτος μὲν ἐν τῷ Περὶ τέλους, τὴν εὐθυμίαν, ἣν εὐέστω προσηγόρευσεν, βίου τέλος εἶναι ἔφη. Libri Περὶ εὐθυμίης principium retulit Seneca, in libro de Tranquillitate animi: *Hoc ſecutum puto Democritum ita cœpiſſe, Qui tranquille volet vivere, nec privatim agat multa, nec publicè.* Græca habes apud Stobæum Serm. CI. qui eſt de Felicitate: τὸν εὐθυμεῖσθαι μέλλοντα, χρὴ μὴ πολλὰ πράσσειν, (lege πρήσσειν) μήτε ἰδίᾳ, μήτε ξυνῇ, μηδ' ὅσ' ἂν προσῇ ὑπέρ τε δύναμιν αἱρεῖσθαι τὴν ἑωϋτοῦ καὶ φύσιν· ἀλλὰ τοσαύτην ἔχειν φυλακὴν, ὥστε καὶ τῆς τύχης ἐπιβαλούσης, καὶ ἐς τὸ δέον ὑφηγεομένης τῷ δοκεῖν κατατίθεσθαι, καὶ

μὴ πλέω προσάπτεσθαι τῶν δυνατῶν· ἡ γὰρ εὐογκία ἀσφαλέστερον τῆς μεγαλογκίης. *Tranquillum futurum, non multa agere oportet; neque privatim; neque publicè; nec omnia quæ adfuerint ſuprà facultatem & naturam ſuam ſibi ſumere: ſed tantam ſui curam habere; ut quamvis præſentem fortunam, & quidquid opinio deſiderat ſuppeditaturam, declinet, ac non plura aſſumat quàm quibus ferendo eſt: molis enim commoditas tutior eſt quàm ejus magnitudo.* Refert & hoc Democriti dictum laudatque Marcus Antoninus lib. IV. ſect. 16. ὀλίγα πρῆσσε, φησίν, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν. Meminit & Plutarchus in libro de Tranquillitate: ſed illud damnans: ὁ μὲν οὖν εἰπὼν ὅτι δεῖ τὸν εὐθυμεῖν μέλλοντα, μήτε πολλὰ πρήσσειν, μήτε ἰδίᾳ, μήτε ξυνῇ, πρῶτον μὲν ἡμῖν πολυτελῆ τὴν εὐθυμίαν καθίστησι, γινομένην ὠνίον ἀπραξίας. Sed cur liber iſte Democriti, *Domus* inſcriptus fuit? Puto, quia in eo Democritus ſcripſerat, eum qui tranquillè vellet vivere, neque privatim, neque publicè multa debere agere, ſed domi tantum rem familiarem curare. Id ſuadere videntur verba Plutarchi citato loco; ubi dictum Democriti improbans, ait, ἔπειτα, καὶ ψεῦδός ἐστι τὸ εὐθυμεῖν τοὺς μὴ πολλὰ πράσσοντας· ἔδει γὰρ εὐθυμοτέρας εἶναι γυναῖκας ἀνδρῶν, οἰκουρίαν τὰ πολλὰ συνούσας. *Deinde, id quoque falſum eſt, animo tranquillo eſſe eos qui non agant multa: oporteret enim mulieres viris eſſe animo quietiore, plerumque domi in re familiari curanda deſidentes.* Firmant conjecturam noſtram verba Heſychii Grammatici ſuperiùs allata: εὐεστώ· εὐθηνία, ἀπὸ τοῦ εὖ εἶναι· καὶ εὐδαιμονία, ἐπὶ τοῦ εὖ ἑστάναι τὸν οἶκον. Johannes Chryſoſtomus Magnenus, in Democrito Reviviſcente, *Domos* hîc interpretatur libros de Oeconomica Diſciplina. Sed & noſtræ favet Interpretationi, quod à Columella libro VII. de Re Ruſtica cap. 5. ubi de medicina ovilli pecoris, citatur Dolus Mendeſius in Hypomnematis: quæ quidem Hypomnemata, ſub nomine Democriti falſò prodi ait. Hæc obſervaveram, cùm monuit me per literas Stephanus Monachius, legendum ſibi videri in hoc Laërtii loco, Ὑπομνημάτων Ἠθικῶν, pro eo quod legitur, Ὑπομνημάτων, ἢ οἴκων: quâ emendatione, nihil felicius, nihil aptius excogitari poterat. Nam hîc ſermo eſt de libris Ethicis Democriti. ἔστι δὲ Ἠθικὰ μὲν τάδε. Πυθαγόρης, &c. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ Ἠθικά. Minima autem eſt mutatio τοῦ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ ΗΘΙΚΩΝ, εἰς τὸ, ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ Η ΟΙΚΩΝ.

Ἡ γὰρ Εὐεστὼ οὐχ εὑρίσκεται] Meminerint legentes id referre Laërtium ex Thraſyllo. Igitur jam Thraſylli temporibus perierat Volumen illud Democriti, cujus titulus Εὐεστώ. Inde apparet diverſum fuiſſe à libro Περὶ εὐθυμίης, quem ad Senecæ ævum perveniſſe, ex ſuprà allatis Senecæ verbis, apparet.

Μέγας Διάκοσμος] Palmarium Democriti Opus; de quo ſuprà. Eſt autem *diákoſmos*; ut rectè Salmaſius ad Epictetum & Simplicium; διάθεσις, diſpoſitio & ordinatio partium, ſecundum ſitus & loca. Nam κόσμος, non ornamentum tantùm ſignificat; ſed poſitionem, ordinem, θέσιν καὶ τάξιν. Heſychius: κόσμος, τάξις. Inde Μέγας Διάκοσμος, & Μικρὸς Διάκοσμος Democriti. Et Pythagoreorum διακόσμησις, ſive διακόσμησις ψυχῆς: animæ ordinatio, diviſa in tres partes. Theages de Virtutibus: ἔχει δὲ καὶ ὁ τᾶς ψυχᾶς διάκοσμος οὕτως· τὸ μὲν γάρ τοι αὐτᾶς ἐστι λογισμὸς, τὸ δὲ θύμωσις, τὸ δὲ ἐπιθυμία. Hæc, & plura, Salmaſius dicto loco.

Οὓς οἱ περὶ Θεόφραστον Λευκίππου φασὶν εἶναι] Scripſerat Theophraſtus Περὶ Δημοκρίτου librum ſingularem, cujus meminit Noſter in Syllabo Librorum ejus. In eo libro, quod hîc ex Theophraſto refertur, ſcilicet, Magnum Diacoſmum Leucippi eſſe, non Democriti; ſcripſiſſe Theophraſtum veroſimile eſt, & verum arbitror. Ut legitimus Democriti partus, citatur ab Epicuro infrà, in Epiſtola ad Herodotum. Ut γνήσιον, agnoſcit quoque Suidas in Δημόκριτος. γνήσια δὲ αὐτοῦ, inquit, βιβλία εἰσὶ δύο· ὅ, τε Μέγας Διάκοσμος, καὶ τὸ Περὶ φύσεως κόσμου.

Κοσμογραφίη] A Strabone, ipſo Operis initio, reponitur Democritus in Philoſophorum numero qui primi poſt Homerum Geographiam attigerunt.

Περὶ τῶν πλανήτων] Spectat ad hunc librum quod ait Seneca Natural. Quæſt. libro ultimo cap. 3. *Democritus quoque, ſubtiliſſimus antiquorum omnium, ſuſpicari ait ſe, plures ſtellas eſſe quæ currant: ſed nec numerum illarum poſuit, nec nomina, nondum comprehenſis quinque ſiderum curſibus.*

Περὶ ἀνθρώπου φύσεως] Exſtat etiamnum περὶ φύσιος ἀνθρώπου Epiſtola Democriti ad Hippocratem; ſed ſuppoſititia. Δημόκριτος ὁ Φυσικὸς dicitur Democritus Scholiaſtæ Apollonii pag. 185. F.

Περὶ χυμῶν] Quo titulo exſtat Tractatus ſub nomine Hippocratis. An fuerit Democriti? Certè ejus eſſe librum de Morbo ſacro, qui hodie exſtat inter opera Hippocratis, exiſtimabat Cæſalpinus lib. V. Art. Med. cap. 1. necnon Antonius Ponce Santa-Cruz in Prælectionibus Valliſoletanis, ſeu Commentariis in hunc librum. Utriuſque rationes, ſi tanti eſt, vide apud utrumque.

Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν] Ῥύσμων habent quidam MSS. Codices, teſte Sambuco. *De differentibus rugis* vertit Aldobrandinus. Igitur legerat Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσῶν. Cur autem verterit Ambroſius *De differentibus fragoribus*, divinare non poſſum. ῥυσμῶν, vera eſt lectio. Eſt autem ῥυσμὸς vox Abderitana & Democritica, quæ *formam* & *typum* ſignificat. Id nos docet Suidas in ῥυσμός· ῥυσμὸς, inquit, κατὰ Ἀβδηριτικὴν διάλεκτον, σημαίνει τὸ σχῆμα. καὶ ἑτέρωις δὲ λέξεσιν οὐχ Ἑλληνικαῖς οἱ περὶ τὸν Ἀβδηρίτην Δημόκριτον χρῶνται. Φασὶ γὰρ τροπὴν, καὶ διαθηγήν· καὶ σημαίνει τούτοις ἡ μὲν τροπὴ, τὴν θέσιν· ἡ δὲ διαθηγὴ, τὴν τάξιν. Ergo Περὶ τῶν διαφερόντων ῥυσμῶν verti debet, *De differentibus figuris.* Quod de variis atomorum figuris accipiendum, oſtendit locus ille Ariſtotelis lib. primo Metaphyſicorum cap. 4. ad quem reſpexit Suidas: Λεύκιππος δὲ, καὶ ὁ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος, στοιχεῖα μὲν τὸ πλῆρες καὶ τὸ Κενὸν εἶναί φασι· λέγοντες οἷον, τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ μὴ ὄν. τούτων δὲ τὸ πλῆρες καὶ στερεὸν, τὸ ὄν· τὸ δὲ κενὸν γε καὶ μανὸν, τὸ μὴ ὄν. διὸ καὶ οὐδὲν 47

μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασιν, ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος. αἴτια δὲ τῶν ὄντων ταῦτα, ὡς ὕλη. καὶ καθάπερ οἱ ἐν ποιοῦντες τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν, τὰ ἄλλα τοῖς πάθεσιν αὐτῆς γεννῶσι, τὸ μανὸν καὶ τὸ πυκνὸν ἀρχὰς τιθέμενοι τῶν παθημάτων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οὗτοι τὰς διαφορὰς αἰτίας τῶν ἄλλων εἶναί φασι. ταύτας μέν τοι τρεῖς εἶναι λέγουσι, σχῆμά τε, καὶ τάξιν, καὶ θέσιν· διαφέρειν γάρ φασι τὸ ὂν, ῥυσμῷ καὶ διαθιγῇ καὶ τροπῇ μόνον. τούτων δὲ, ὁ μὲν ῥυσμὸς σχῆμά ἐστιν· ἡ δὲ διαθιγὴ, τάξις· ἡ δὲ τροπὴ, θέσις. Etiam Dionyſius in Περιηγήσει vocem ῥυσμὸς eâ notione uſurpavit, in his verſibus,

Τοίη μὲν Λιβύης μορφὴ καὶ σχῆμα τέτυκται.
Εἰ δὲ καὶ Εὐρώπης ἐθέλεις τύπον, οὗτι σε κεύσω.
Ὡυτὸς μὲν Λιβύης ῥυσμὸς πέλει, ἀλλὰ μετ' ἄρκτους
Ἔστραπται, καὶ τοῖος ἐπ' ἀντολίην πάλιν ἕρπει,
Οἷος καὶ νοτίης Λιβύης ἐπὶ τέρμα βέβηκεν.

Ad quem locum Euſtathius: ὅτι τὸν αὐτὸν εἶναι ῥυσμὸν φησι τῇ Εὐρώπῃ, οἷός ἐστι καὶ ὁ τῆς Λιβύης. (Atque inde, ut hoc obiter moneam, legendum videtur apud Dionyſium, Ὡυτὸς μὲν Λιβύη, id eſt, τῆς Εὐρώπης ῥυσμὸς ὁ αὐτὸς τῇ Λιβύῃ ἐστί.) Pergit Euſtathius: ῥυσμὸν δὲ, τὴν ἔκτασιν λέγει, τὴν θέσιν, τὴν διάστασιν, ἢ, ὡς αὐτὸς εἶπε, τὸν τύπον. ταὐτὸν γὰρ εἰπεῖν, Εὐρώπης τύπον, καὶ Λιβύης ῥυσμόν. καὶ προϊὼν δὲ τὴν τοικύτην λέξιν ἐρεῖ ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τῷ,

Σχῆμα δέ τοι Ἀσίης ῥυσμὸς πέλει ἀμφοτεράων.

Ἔστι δὲ καὶ ἐκεῖ ῥυσμὸς, τὸ σχῆμα, ὁ τύπος, ἡ θέσις. Addit nominis originem: γίνεται δὲ ὁ ῥυσμὸς ἐκ τοῦ ῥύω, τὸ ἑλκύω· ἐξ οὗ καὶ τόξου ῥυτὴρ, ὁ τοξότης· καὶ ῥυτὴρ δὲ, ὁ χαλινός. διὸ καὶ ὁ Διονύσιος ἐν τοῖς ἑξῆς εἰπὼν ῥυσμὸν, εἶτα, οἷον ἐτυμολογῶν τὴν λέξιν, ἑρεῖ, ἑλκόμενον κατὰ βίαιον· ὡς ταυτὸν ὂν εἰπεῖν, ῥυσμὸν, καὶ ἑλκυσμόν. Ita nos Galli, oris lineamenta, *tractus vultûs*, & ipſam effigiem, *protractum* appellamus. Et Itali *ritratto*. Igitur damnandus ipſe, qui hanc hujus vocis damnat originem, Philoponus. Verba ejus ſunt ad primum Ariſtotelis de Anima: ῥυσμὸς, λέξις ἐστὶν Ἀβδηριτική. σημαίνει δὲ τὸ σχῆμα, καὶ δηλονότι οὐκ ἀνεκτέον, τῶν πειρωμένων αὐτὴν ἐτυμολογεῖν· οἷον, παρὰ τὸ ῥυΐσκεσθαι· εἰ μὲν γὰρ τὸ σφαιρικὸν μόνον σχῆμα ῥυσμὸς ἐλέγετο, πιθανοὶ μὲν ἦσαν ἐτυμολογοῦντες. νῦν δὲ πᾶν σχῆμα, ῥυσμόν φασιν. Ceterum, in Commentario in Dionyſium, quem penes ſe habet Bochartus ineditum, pro ῥυσμὸς, legitur in uno loco, ὁρισμὸς, & in altero, ῥυθμὸς· & redditur, ἔκτασις καὶ περιγραφή. Malè: ne dicam peſſimè. Addo Callimachum uſurpaſſe vocem ῥυσμὸν in Epigrammate.

οὐκ ἀπὸ ῥυσμοῦ
Εἰκάζω. φαρὸς δ' ἴχνια φὼρ ἔμαθον.

Item, Hippocratem libro de Anatome: νεφροὶ ὁμοιόῤῥυσμοι, τὴν χροιὴν δὲ ἐναλίγκιοι μήλοισιν. Ita interpungenda hæc verba: quæ Cornarus & Foësius, minus rectè reddiderunt: *renes colore conſimiles, malorum ſpeciem præ ſe ferunt*. Vocibus, non vulgaris ſignificationis, uſum Democritum apparet ex pleriſque ejus librorum Titulis, à Laërtio memoratis. Quò referendum videtur quod ait Heſychius, συγγόνη, σύστασις, Δημόκριτος: & quod ſcripſit Erotianus in Collectione vocum Hippocratis: καὶ ὁ Δημόκριτος δὲ, φλεβοπαλίαν καλεῖ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν. Φλεβοπαλίαν, id eſt, τὸν τῶν φλεβῶν παλμόν.

Περὶ ἀμειψιῤῥυσμιῶν] Horum verborum interpretationem omiſit Vetus Interpres. *De rugarum permutatione* vertit Aldobrandinus. Igitur legerat Περὶ Ἀμειψιρυσῶν. Vertendum exiſtimo, ex ſuperiori Obſervatione, *De mutationibus figurarum*. Verti poſſet quoque, *De fluxuum permutationibus*. Sextus Empiricus adversùs Mathem. pag. 163. ubi de Democrito: Ἐν δὲ τῷ Περὶ ἰδεῶν, γιγνώσκειν τε χρὴ, φησὶν, ἄνθρωπον τῷδε τῷ κανόνι, ὅτι αἰτίης ἀπήλλακται. Καὶ πάλιν· Δηλοῖ μὲν δὴ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὅτι αἰτίη (legendum ἑτεῇ) οὐδὲν ἴσμεν περὶ οὐδενός· ἀλλ' ἐπιρυσμίη ἑκάστοισιν ἡ δόξις. (ſcrib. τῆς δόξης) Heſychius: ἐπιρύσμιαν· ἐπιῤῥέον.

Κρατυντήρια, ὅπερ ἐστὶν, ἐπικρατικὰ τῶν προειρημένων] In quibus citatur apud Sextum adverſùs Mathemat. pag. 163. ἐπικραντικὰ legebat Joſephus Scaliger ad oram libri. Sed legendum omnino ἐπικριτικὰ, quemadmodum habent hîc Membranæ Regiæ. ἐπικρίνειν, eſt *judicio confirmare*.

Περὶ λοιμῶν κανὼν, α', β', γ'.] Editio Baſileenſis, Περὶ λογικῶν: quod malebat Gaſſendus; quia, quæ ex hoc opere citat Sextus adverſùs Mathematicos pag. 163. Logica eſſe prorſus videntur, & ad peſtem nihil attinentia. Verba Sexti hæc ſunt: ἐν δὲ τοῖς Κανόσι, δύο φησὶν εἶναι γνώσεις· τὴν μὲν εἶναι διὰ τῶν αἰσθήσεων· τὴν δὲ, διὰ τῆς διανοίας, &c. Etiam Magius Miſcell. IV. 9. legendum exiſtimabat Περὶ λοιμῶν, ἢ λογικῶν κακῶν. *De peſtibus, aut de Rationabilium* (id eſt, hominum) *morbis*. Sed non dubium eſt quin λοιμῶν retineri debeat. Atque hanc lectionem adſtruit Gellius; cujus hæc ſunt verba lib. IV. Noctium Atticarum cap. 13. *Ergo nuperrimè in Libro Theophraſti ſcriptum inveni, viperarum morſibus tibicinem ſcite modulatéque adhibitum mederi. Refert etiam idem Democriti Liber qui inſcribitur* Περὶ λοιμῶν, ἢ λοιμικῶν κακῶν: *in quo docet plurimis hominum morſibus medicinam fuiſſe incentiones tibiarum*.

Αἰτίαι περὶ σπερμάτων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν] Petronius: *Omnium herbarum ſuccos Democritus expreſſit: & ne lapidum virgultorumque vis lateret, ætatem inter experimenta conſumpſit*. Plinius XXV. 2. *Homerus & alias nominatim herbas celebrat, quas ſuis locis dicemus. Ab eo Pythagoras, clarus ſapientiâ, primus volumen de earum effectu compoſuit; Apollini, Æſculapioque, & in totum Diis immortalibus inventione & origine aſſignatâ. Compoſuit & Democritus; ambo peragratis Perſidis, Arabiæ, Æthiopiæ, Ægyptique Magis*. Et XXIV. 17. *In promiſſo herbarum mirabilium, occurrit aliqua dicere & de Magicis. Quæ enim mirabiliores ſunt? Primi eas in noſtro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus; conſectati Magos*.

Περὶ τῆς λίθου] Suprà, ex Seneca, Democritum inveniſſe vidimus quemadmodum decoctus calculus in ſmaragdum converteretur. Adde locum Petronii

ſuprà allatum. Item hunc Plinii lib. xxxvii. cap. 10. *Aſpilatem Democritus in Arabia gigni tradit, ignei coloris: eam oportere cameli pilo ſpleneticis alligari; invenirique in nido Arabicarum alitum: & aliam eodem nomine ibi in Leucopetra naſci, argentei coloris, radiantem, contra lymphatum habendam.* Eſt autem ἡ λίθος, *magnes.*

Περὶ Γεωμετρίας, Γεωμετρικόν] Lego, Περὶ Γεωμετρίης, ἢ Γεωμετρικόν. Ita infrà, Περὶ διαίτης, ἢ Διαιτητικὸν· & Περὶ Γεωργίης, ἢ Γεωργικόν.

48 Μέγας ἐνιαυτὸς, ἢ Ἀστρονομίη, Παράπηγμα] Legendum Μέγας ἐνιαυτὸς, ἢ Ἀστρονομίης παράπηγμα. Unum idemque fuit Scriptum; cui titulus Μέγας ἐνιαυτὸς, & Ἀστρονομίης παράπηγμα. Ἀστρολογίης παράπηγμα, Tabula fuit, quæ Aſtrologiam continebat magni illius anni quem compoſuerat Democritus. Qui periodos ex multis annis compoſitas ediderunt Aſtrologi, earum παράπηγμα ſimul etiam publicare ſolebant; hoc eſt, Tabulâ in publico adfixâ Canonem proponere ortuum & occaſuum Stellarum inerrantium, defectuum Solis & Lunæ, æquinoctiorum & ſolſtitiorum, variarum cæli tempeſtatum, & ſimilium. Vitruvius IX. 7. *Siderum occaſus & ortus, tempeſtatumque ſignificatus, Eudoxus, Euctemon, Callippus, Meton, Phainus, Hipparchus, Aratus, ceterique ex Aſtrologia, Parapegmatorum diſciplinis infixerunt, & eas poſteris explicatas reliquerunt.* Vide Salmaſium ad Solinum pag. 741. Citatur Democritus ἐν τῷ περὶ Ἀστρονομίης Scholiaſtæ Apollonii pag. 117. B.

Ἄμιλλα, Κλεψύδρα] Ceteræ Editiones Ἄμιλλα κλεψύδρας. quod Magnenus in Democrito Reviviſcente interpretatur *Certamen Clepſydræ*, ſive *Examen motûs Clepſydræ cum motu Cæli.*

Πολογραφίη] Ipſe Democritus in Epiſtola ad Hippocratem: ἐπῆλθες ἡμῖν ὡς μεμνόσιν, ὦ Ἱππόκρατες, ἐλλέβορον δώσων, πεισθεὶς ἀνοήτοις ἀνδράσι, παρ' οἷς ὁ πόνος τῆς ἀρετῆς μανίη κρίνεται. ἐτυγχάνομεν δὲ τότε, περὶ κόσμου διαθέσεως, καὶ πολογραφίης· ἔτι δὲ ἄστρων οὐρανίων, ξυγγράφοντες.

Περὶ ποιήσεως] Ex quo libro deſumptum eſſe non dubitamus quod de Poëta ex Democrito refert Clemens libro VI. Στρωματέων extremo: εἶτα περὶ μὲν Ποιητικῆς Πλάτων, Κοῦφον γάρ τι χρῆμα καὶ ἱερὸν Ποιητὴς, γράφει· καὶ οὐχ οἷός τε ποιεῖν, πρὶν ἂν ἔνθεός τε καὶ ἔκφρων γένηται. Καὶ ὁ Δημόκριτος ὁμοίως, Ποιητὴς δὲ ἅσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἱεροῦ πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστίν.

Περὶ εὐφώνων καὶ δυσφώνων πραγμάτων] Ita quoque Editio Stephanica. Quantò meliùs Frobeniana & MS. Regius, γραμμάτων. Sic legerat & Aldobrandinus, qui convertit *de literis bene maleque ſonantibus.*

Περὶ Ὁμήρου.] Ex eo Democriti libro eſſe ſuſpicamur, quod ex Democrito ad XV. Odyſſeæ refert Euſtathius, matrem Eumæi, qui Ulyſſis ſues paſcebat, *Peniam* vocatam fuiſſe. Et quod de Homero ſcripſit Dion Chryſoſtomus Oratione LIII. ὁ μὲν Δημόκριτος, περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· Ὅμηρος, φύσεως λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων.

Περὶ ῥημάτων Ὀνομαστικόν] Meliùs legeretur Περὶ ῥημάτων, ἢ Ὀνομαστικόν. Legi poſſet & Περὶ ῥημάτων, Ὀνομαστικὸν, diviſim, quemadmodum editum eſt in Editione Baſileenſi.

Πρόγνωσις, Περὶ διαίτης, ἢ Διαιτητικὸν, ἢ ἰατρικὴ γνώμη] Democriti, ut Medici, meminit Cornelius Celſus in Præfatione: *Multos ex Sapientiæ Profeſſoribus peritos Medicinæ fuiſſe accepimus; clariſſimos verò ex his, Pythagoram, & Empedoclem, & Democritum.* Legendum autem hîc, ἰητρικὴ γνώμη, ut habet Codex Florentinus. *De morbis ac remediis oculorum Demoſthenes Philoſophus librum edidit, qui inſcribitur* Ophthalmicus: *ejus principium ſi habetis, habemus: ſimulque finem Ciceronis pro Rege Dejotaro.* Verba ſunt Gerberti, primùm Remorum, deinde Ravennatis Archiepiſcopi; & tandem Pontificis Romani, ſub nomine Silveſtri II. in epiſtola IX. ad Giſilbertum Abbatem: in quibus fortè legendum *Democritus Philoſophus.*

Περὶ γεωργίης, ἢ Γεωμετρικόν] Emendandum non dubitamus, Περὶ γεωργίης, ἢ Γεωργικόν. Jam ſuperiùs τοῦ Γεωμετρικοῦ meminit. Democritus frequens citatur Conſtantino in Geoponicis. Meminit inter Philoſophos qui de Re Ruſtica ſcripſere, Varro I. 2. de R. R. & Columella itidem I. 2. Sed nominatim citatur eo ipſo in libro à Columella XI. 3. *Democritus*, inquit, *in eo libro quem* Georgicon *appellavit, parum prudenter cenſet eos facere, qui hortis extruant munimenta.* Qui locus noſtram adſtruit emendationem.

Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων] Euſebius Præparat. X. 4. Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίων λόγους 49
Ἠθικοὺς πεποιῆσθαι λέγεται. Quod habuit à Clemente Strom. I. Δημόκριτος τοὺς Βαβυλωνίους Ἠθικοὺς πεποίηται· λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου στήλην ἑρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγγράμμασι. De quo obſcuriſſimo loco, legendus omnino doctiſſimus Reineſius Var. Lect. I. 22. ubi & Babylonem; de qua hoc loco Laërtius; de Babylone Ægypti oppido, memorato apud Strabonem lib. XVII. interpretatur: tum quia ἱερὰ γράμματα in ſolis Ægyptiorum rebus nominantur, tum quia ſequitur apud Laërtium, Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων· ita enim legitur in omnibus Editionibus, Aldobrandinianâ exceptâ. In qua, malè, Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ὠκεανοῦ περίπλους. ſunt quippe diverſi librorum tituli Ὠκεανοῦ περίπλους, & Περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Hæc verba Ὠκεανοῦ περίπλους, in Editione Baſileenſi deſiderantur.

Χέρνιβα, ἢ Προβλήματα] Χέρνικα, ceteræ Editiones: pro quo χειροκίνητα reſcribendum putabat Caſaubonus ex his Plinii verbis lib. XXIV. cap. 17. *Democriti certè Chirocineta eſſe conſtat. At in his ille poſt Pythagoram Magorum ſtudioſiſſimus, quantò portentoſiora tradit!* Legendum utrobique χειρόκμητα, ex optima emendatione Salmaſii: itemque apud Vitruvium. Locus Vitruvii eſt lib. IX. cap. 3. Verba ejus hæc ſunt, ex ejuſdem emendatione: *Multas res attendens, admiror etiam Democriti de rerum natura Volumina, & ejus Commentarium quod inſcribitur*

ſcribitur Χειρομήτων, *in quo utebatur annulo, ſignans cerâ molli quæ eſſet expertus.* Antiqui Critici locis dubiis, & de quibus ampliùs quærendum eſſet, aut etiam notabilibus, adfigebant fruſtula ex cera, quæ παραπλάσματα dicebantur. Heſychius: παραπλάσματα· τὰ κηρία, τὰ ἐπιτιθέμενα τοῖς ζητήμασιν ἐν τοῖς βιβλίοις. Et alio loco: παρεῤῥυπωμένα βιβλία, οἷς κηροὺς προσπλάσσομεν, πρὸς τὸ ζητῆσαί τινα. Democritus in eo Commentario quo rerum naturalium arcana & abdita ſcrutabatur, iis paradoxis quæ ipſe vera expertus erat, notas illas è cera adfigere ſolebat, & annulo ſuo ſignatas. Annulus autem χειρόκμητον dicebatur; hoc eſt, manu ſculptum; manu elaboratum. Heſychius: χειρόκμητα· χειροποιητά, ἤγουν ὑπὸ χειρῶν γεγενημένα. Eudemus Rhetor in Lexico: χειρόκμητα· ἀπὸ χειρῶν γεγλυμμένα, ἢ κατειργασμένα. Suidas: χειρόκμητα. ἀπὸ χειρῶν γεγλυμμένα, ἢ κατεξεσμένα. Hinc igitur libro Democriti titulus Χειρόκμητα, vel Χειροκμήτων, quòd totus eſſet ex illis quæſtionibus quas ipſe experimento veras eſſe didicerat, & quibus propterea cerulas annulo ſuo ſignatas adpoſuerat. Verba ſunt Salmaſii ad Solinum pag. 1100. ubi & aliam hujuſce tituli rationem reddit, quòd ſcilicet omnia quæ in illo libello tractabat Democritus, manu ipſiuſmet facta erant, & experimento proprio comprobata. Quod magis placet: verè enim ut dicam, loca à Salmaſio allata quibus probare conatur χειρόκμητον de annulo ſignatorio uſurpari, id non probant. Neque ſi id probarent, inde ſequeretur χειρόκμητα appellari, quæ annulo ſignata eſſent. At χειρόκμητα, de iis rebus quæ manu propriâ factæ ſunt, uſurpari, docent verba Heſychii Grammatici & Eudemi Rhetoris ſuperiùs allata. Adde quòd ex Petronii verbis; etiam ſuprà allatis; ætatem Democritum inter experimenta conſumpſiſſe certum eſt. Sed obſtare videtur, quod ait Plinius dicto loco, Democritum in hoc libello portentoſiſſima multa tradidiſſe. Quomodo enim tot portentis refertus erat libellus ille, ſi rebus conſtabat quas ipſe Auctor experimento veras eſſe didicerat? Sed potuit & alias res continere: & potuit quoque Auctor Lectoribus imponere, ut erat Magicæ arti addictiſſimus; quod in ſequenti Obſervatione monſtrabitur. Scripſiſſe Zoſimum, Alexandrinum Philoſophum, τὰ χυμευτικά, hoc eſt, libros de arte fuſoria, ad ſororem ſuam Theoſebiam; quæ aliter Χειρόκμητα à quibuſdam inſcribebantur; auctor eſt Suidas in Ζώσιμος.

Τὰ δ' ἄλλα ὅσα τινὲς ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν, &c.] Exempli gratiâ, liber de Vi & Natura Chamæleontis, qui Democrito à Plinio tribuitur in Naturalis Hiſtoriæ viceſimo octavo, cap. 18. ſed quem Democrito planè indignum cenſet Gellius Noctium Atticarum x. 12. Sed & Doli Mendeſii, qui Ægyptiæ gentis auctor eſt memorabilis, Commenta, ſive ὑπομνήματα, ſub nomine Democriti falſò produntur, inquit Columella lib. VII. de R. R. cap. 5. *Multa autem*, inquit Gellius ibidem, *videntur ab hominibus malè ſolertibus hujuſcemodi commenta, nobilitatis, auctoritatiſque ejus perfugio utentibus.* Verùm de his Democriti libris audiendus ille idem Plinius in Proœmio libri XXX. ubi de Magica arte: *Certè Pythagoras, Empedocles, Democritus, Plato, ad hanc diſcendam navigavere, exiliis veriùs quàm peregrinationibus ſuſceptis: hanc reverſi prædicavere: hanc in arcanis habuere. Democritus Apollonicem Capridenem & Dardanum è Phœnice illuſtravit, voluminibus Dardani è ſepulchro ejus petitis; ſuis verò ex diſciplina eorum editis: quæ recepta ab aliis, hominum atque tranſiſſe per memoriam, æquè ac nihil in vita, mirandum eſt. In tantum fides iſtis faſque omne deeſt: adeo ut ii qui cetera in viro illo probant, hæc ejus eſſe opera inficientur: ſed fruſtra: hunc enim maximè affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat.* Scripſit Democritus & Περὶ ἰδεῶν· cujus libri, memorati à Sexto Empirico adversùs Mathematicos pag. 163. nulla hîc facta eſt à Diogene mentio. Scripſiſſe & Epiſtolas teſtatur Suidas in Δημόκριτος· ubi præter illas Epiſtolas, Magnum Diacoſmum, & librum de Natura Mundi, opus aliud nullum, ut genuinum, agnoſcere videtur. γνήσια δὲ, inquit, αὐτοῦ βιβλία εἰσὶ δύο· ὅ, τε Μέγας Διάκοσμος, καὶ τὸ Περὶ φύσεως κόσμου· ἔγραψε δὲ καὶ Ἐπιστολάς. Ab Etymologo in νένωται, citatur Democritus ἐν τῷ περὶ παθῶν. Et in libro περὶ ἀντιπαθῶν, à Columella, libro XI. extremo; ubi de erucis. *Sed Democritus in eo libro qui Græcè inſcribitur* Περὶ ἀντιπαθῶν, *affirmat has ipſas beſtiolas enecari, ſi mulier quæ in menſtruis eſt, ſolutis crinibus & nudo pede, unam quamque aream ter circumeat: poſt hoc enim, decidere omnes vermiculos: & ita emori.* Exſtat ſub Democriti nomine, de Arte Sacra, ſive de Rebus Naturalibus & Myſticis libellus, ex venerandæ Græcæ vetuſtatis de Arte Chymica reliquiis erutus, cum Syneſii & Pelagii, antiquorum Philoſophorum, Commentariis. Item, Phyſicorum & Myſticorum liber, cum eorumdem Commentariis: ſed quos Democriti non eſſe, non dubitamus. Doctiſſimus Jacobus Sponius in præfatione ad novos aphoriſmos Hippocratis, quos, quæ ſua eſt humanitas, mihi nuncupavit, ſcripſit Democritum, Hippocratis coævum, hanc brevem in aphoriſmis docendi methodum miratum, conatum eſſe, teſte Oribaſio, ſelectarum ſententiarum librum ſimiliter ſcribere: ſed rem totam perficiendi deſperatione abjeciſſe: quod apud Oribaſium fruſtra quæras. Sed & ſelectarum ſententiarum liber, liber fuit Epicuri, non Democriti.

Γεγόνασι δὲ Δημόκριτοι ἑξ.] Fuere præterea, Democritus Naxiorum triremibus Præfectus; de quo Herodotus lib. VIII. Democritus, Demophontis filius, Anagyraſius, ab Athenienſibus ad Philippum Legatus; de quo Demoſthenes in Oratione pro Cteſiphonte. Democritus, Nicomedienſis Philoſophus; de quo in Argumento ad Athenæum. Democritus quidam, Plutarchi familiaris, & quem cum Agia loquentem introducit Plutarchus Sympoſ. II. 9, 10. Democritus Platonicus; de quo Porphyrius in Vita Plotini. Et Democritus Sicyonius, quem Allieno Proconſuli commendat accuratè Tullius epiſtolâ pe-

nultimâ libri decimitertii Epiſtolarum ad Familiares. Et Democritus Chymicus; cujus exſtant Φυσικὰ καὶ Μυστικὰ in Bibliotheca Regia, codice 618. folio 20. Latinè edita fuere Patavii anno 1572.

Δεύτερος, Χῖος Μουσικὸς, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον] Cujus meminit Suidas in χιάζειν· Πραξιδάμας Δημόκριτον τὸν Χῖον, καὶ Θεοξενίδην τὸν Σίφνιον, πρώτους ἐπὶ χρώματος τάξαι τὴν ἰδίαν ποίησιν, ὡς Σωκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδοθέαν, ὡς παρ' Ἀριστοφάνει τεταγμένον. ὑποτείνει δέ τις αὐτὸν βωμολοχεῦσαι, αὐτὸς δείξας ἐν ἁρμονίαις χιάζων, ἢ σιφνιάζων. Item Pollux libro IV. capite 9. quod eſt de harmoniis: Τὸ μέντοι σιφνιάζειν καὶ χιάζειν, τὸ περιέργοις μέλεσι χρῆσθαι, ἀπὸ Δημοκρίτου τοῦ Χίου, καὶ Φιλοξένου τοῦ Σιφνίου, ὃς καὶ Ὑπερτονίδης ἐκαλεῖτο. Ubi, ex Suida, pro Ὑπερτονίδης, legendum fortè Θεοξενίδης. Meminit & Ariſtoteles Rhetoric. III. 9. ὁμοίως δὲ καὶ αἱ περίοδοι αἱ μακραὶ οὖσαι, λόγος γίνεται, καὶ ἀναβολῇ ὅμοιον· ὥστε γίνεται ὃ ἔσκωψε Δημόκριτος ὁ Χῖος εἰς Μελανιππίδην, ποιήσαντα ἀντὶ τῶν ἀντιστρόφων ἀναβολάς.

Οἵτ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων, &c. Sunt autem ἀναβολαὶ, proœmia Muſicorum: quâ voce utitur Pindarus Pythior. Ode I. ſtatim ab initio: ἀμβολὰς τεύχῃς ἐλελιζομένα· (Lyram Apollinis alloquitur) inde ἀναβάλλεσθαι apud Homerum Odyſſ. α'. pro *chordas pollice prætentare*.

Ἤτοι ὁ φορμίζων ἀναβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

Τρίτος, ἀνδριαντοποιὸς, οὗ μέμνηται Ἀντίγονος] Is eſt, ut puto, Democritus Sicyonius, de quo Pauſanias Ἠλιακῶν II. Ἵππωνα Ἠλεῖον πυγμῇ παῖδας κρατήσαντα ἐποίησε Δημόκριτος Σικυώνιος, ὃς ἐς πέμπτον διδάσκαλον ἀνήκει τὸν Ἀττικὸν Κριτίαν. Πτολίχος μὲν γὰρ ἔμαθεν ὁ Κορκυραῖος παρ' αὐτῷ Κριτίᾳ· Πτολίχου δὲ ἦν μαθητὴς Ἀμφίων· Πίσων δὲ, ἀνὴρ ἐκ Καλαυρείας, ἐδιδάχθη παρ' Ἀμφίονος· ὁ δὲ παρὰ τῷ Πίσωνι Δημόκριτος. *Hipponem Eleum pugilatu pueros vincentem fecit Democritus Sicyonius, qui ad quintum à ſe retro Magiſtrum Atticum Critian refertur. Ptolichus enim Corcyræus ab ipſo didicit Critia: is Amphionem docuit: Amphionis diſcipulus fuit Piſon è Calaurea; à quo artem Democritus didicit.* Meminit Democriti Statuarii etiam Plinius XXXIV. 8. cujus Diaïphoron laudat. Alius ab hoc Democrito Sicyonio, Statuario, videtur eſſe Democritus Sicyonius, quem accuratè Allieno Proconſuli commendat Tullius Epiſt. penult. libro XIII. & de quo ſuprà. De Statuario accipio, quæ de Democrito refert Vitruvius in Præfat. libri VII. *Primùm Agatharchus Athenis, Æſchylo docente, tragœdiam ſcenam fecit, & de ea Commentarium reliquit. Ex eo moniti Democritus & Anaxagoras, de eadem re ſcripſerunt, quemadmodum oporteat ad aciem oculorum, radiorumque extenſionem certo loco centro conſtituto ad lineas ratione naturali reſpondere: uti de incerta re certæ imagines ædificiorum in ſcenarum picturis redderent ſpeciem: & qua in directis planiſque frontibus ſint figuratæ, alia abſcedentia, alia prominentia eſſe videantur.*

Τέταρτος, περὶ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ γεγραφὼς, καὶ τῆς πόλεως Σαμοθράκης] De eo Athenæus XII. 5. Καὶ περὶ αὐτῶν δὲ τῶν Ἐφεσίων Δημόκριτος Ἐφέσιος, ἐν τῷ προτέρῳ περὶ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ νεοῦ, &c. Ita Menodotus Samius ſcripſerat Περὶ τῶν κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Σαμίας Ἥρας, teſte eodem Athenæo XIV. 20. Sed & alii de aliis templis; de quibus Vitruvius Præfatione libri VII. de Architectura: ſed ubi; quod notatu dignum; Democriti noſtri Epheſii non meminit. Meminit quidem ibi Demetrii cujusdam, Dianæ ſervi, qui unà cum Pæonio Epheſio, à Teſiphonte Gnoſſio & filio ejus Metagene, inſtitutas Epheſi Dianæ ædes, dicitur perfeciſſe. Cùm autem alibi Demetrius ille non occurrat; non apud Laërtium qui Demetrios viginti numeravit; non apud Jonſium, qui plures; ſuſpicari quis poſſet legendum apud Vitruvium, *Democritus*, non *Demetrius*: quas voces promiſcuè ſcriptas in libris Veterum non ſemel offendimus: qua de re nos ſuprà ad Vitam Empedoclis: ubi in Frobeniana Editione, necnon in Codice Regio, perperam Δημόκριτος ὁ Τροιζήνιος ſcriptum eſt, pro Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος. Eſt autem vero ſimile, Architectum illum qui Dianæ Epheſiæ templum perfecit, de arte ſua, atque illo Templo, volumina ſcripſiſſe. Tamen cùm Vitruviani Codices omnes habeant τὸ *Demetrius*, receptam lectionem retinendam exiſtimamus.

Πέμπτος, ποιητὴς Ἐπιγραμμάτων σαφὴς καὶ ἀνθηρός] Hujus eſt Epigramma, quod ſub nomine Democriti lib. VII. Anthologiæ in Venerem ἀναδυομένην legitur: elegans omnino & amœnum: unde meritò Poëtam dilucidum & floridum Diogenes noſter Democritum illum appellarit.

Ἕκτος, Περγαμηνὸς, ἀπὸ Ῥητορικῶν λόγων] Non mihi aliunde notus. Fuit & Democritus Nicomedenſis, unus ex Deipnoſophiſtis apud Athenæum.

PROTAGORAS.

Πρωταγόρας Ἀρτέμωνος, &c.] Ita apud Suidam. Mæandri filius eſt Philoſtrato. Sic enim ille in ejus Vita: πατὴρ μὲν ἦν αὐτῷ Μαίανδρος· πλούτῳ κατεσκευασμένος παρὰ πολλοὺς τῶν ἐν τῇ Θράκῃ. δεξάμενος δὲ τὸν Πέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις, τὴν ξυνουσίαν τῶν Μάγων τῷ παιδὶ παρ' αὐτοῦ εὕρετο· οὐ γὰρ παιδεύουσι τοὺς μὴ Πέρσας Πέρσαι Μάγοι, ἢν μὴ ὁ βασιλεὺς ἔφῃ· *Pater ei Mæander fuit, qui divitiis majoribus inſtructus quam plerique qui in Thracia degebant. Cùm verò Xerxem domo ac muneribus excepiſſet, ejus beneficio familiaritatem cum Magis filio comparavit. Non enim Perſarum Magi inſtituunt eos qui Perſæ non ſunt, niſi Rex permiſerit.* At Democriti filium facit Ælianus Var. Hiſt. I. 23. ſi fides ejus Interpreti. *Veterum Græcorum ætate*, inquit, *gloriâ floruerunt, Gorgias Leontinus Philolai filius, & Protagoras filius Democriti.* Sed Græca Æliani longè aliud ſonant: ἐν τοῖς Ἕλλησι τοῖς πάλαι, μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπε Γοργίας ὁ Λεοντῖνος Φιλολάου, καὶ Πρωταγόρας Δημοκρίτου· hoc eſt, *Inter Græcos veteres præ Philolao gloriâ excelluit Gorgias Leontinus; præ Democrito, Protagoras.* Sequitur apud Ælianum, τῇ δὲ σοφίᾳ τοσοῦτον ἐλείποντο, ὅσον ἀνδρῶν

παῖδες· quod interpretationem noſtram omnino adſtruit. Adde quòd Gorgias Leontinus filius fuit Charmantidis, ut eſt apud Suidam in Γοργίας.

Δίνων ἐν Περσικοῖς] Δίων, ceteræ Editiones, itemque Schedæ Regiæ. Sed Δίνων, ſive Δείνων, (nam utroque modo id nomen effertur) germana eſt lectio. Dinonem Perſica ſcripſiſſe conſtat. Athenæus libro II. Δείνων ἐν τῇ Περσικῇ πραγματείᾳ. Cornelius Nepos in Vita Cononis: *Contra ea Dinon Hiſtoricus, cui nos plurimum de Perſicis rebus credimus, effugiſſe Cononem ſcribit.*

Ἀβδηρίτης, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τοῖς Περὶ νόμων] Abderitem fuiſſe, teſtatur quoque Cicero I. de Natura Deorum, Fabius III. 1. Gellius V. 3. Sextus adverſus Mathematicos pag. 148. Minutius Felix, Stephanus in Ἄβδηρα, Philoſtratus in ejus Vita, Suidas in Πρόδικος & in Πρωταγόρας, & alii. Libri Heraclidis Pontici Περὶ νόμων meminit ſuprà Laërtius in Indice librorum Heraclidis.

Εὔπολις ἐν Κόλαξι] In qua Fabula citatur ab Athenæo, & à Julio Polluce, non ſemel.

Τήϊος] Suidas: τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ Τήϊον ἔγραψαν.

Οὗτος, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, λόγους ἀναγινώσκοντες ἠρανίζοντο] Suidas: Πρόδικος, Κεῖος, ἀπὸ Κέω τῆς νήσου, πόλεως δὲ Ἰουλίδος. Φιλόσοφος, Φυσικὸς, καὶ Σοφιστής. σύγχρονος Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου, καὶ Γοργίου, μαθητὴς Πρωταγόρου τοῦ Ἀβδηρίτου &c. πρῶτος δὲ οὗτος τὴν πεντηκοντάδραχμον ἐπίδειξιν ἐποιήσατο. Plato in Theage: ἔπειτα εἰ ἄρα τῆς μὲν πολιτικῶν ἀνδρῶν συνουσίας Θεάγης οὐδὲ καταφρονεῖ, ἄλλους δέ τινας ζητεῖ οἳ παιδεύειν ἐπαγγέλλονται οἵοί τε εἶναι νέους ἀνθρώπους, ἔστιν ἐνταῦθα, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι πολλοί, οἳ οὕτω σοφοί εἰσιν, ὥστε εἰς τὰς πόλεις ἰόντες, πείθουσι τῶν νέων τοὺς γενναιοτάτους τε καὶ πλουσιωτάτους, οἷς ἔξεστι τῶν πολιτῶν ᾧ ἂν βούληται προῖκα συνεῖναι, τούτους πείθουσιν, ἀπολείποντας τὰς ἐκείνων συνουσίας αὐτοῖς συνεῖναι, προσκατατιθέντας ἀργύριον πάνυ πολὺν μισθὸν, καὶ χάριν πρὸς τούτοις εἰδέναι. *Verùm, ſi civilium virorum conſuetudines Theages iſte contemnit, aliòſque quærit qui inſtituere juventam profitentur, eſt hic Prodicus Chius, & Gorgias Leontinus, & Polus Agrigentinus, aliique permulti, qui adeò ſapientes ſunt, ut cùm urbes adeunt, nobiliſſimos & ditiſſimos alliciant ad ſe juvenes: quibus cùm vel optimorum quorumcumque familiaritate gratis uti liceret, eorum aſſuetudine relictâ, perſuaſi ad illos conferunt ſe, pretium, atque id ingens, offerentes ultrà, & gratiam inſuper maximam habentes.* Ita Platonis verba Latinè reddidit Marſilius Ficinus. Sed malè illi Prodicus *Chius* dicitur, qui *Ceius* debuit appellari. Χῖος eſt, *Chius*: Κεῖος, *Ceius*; ab Inſula quæ Κέως dicta eſt. A Κέως eſt Κεῖος triſyllabum, & craſi Κεῖος. A Κεῖος autem, Latini *Cius*, vel *Ceus*, aut *Ceius*, ducunt. Similis error Codices Quintiliani libro III. capite I. invaſit: *Thraſymachus Chalcedonius cum hoc, & Prodicus Chius, & Abderites Protagoras.* Corrige *Cius*. Simile quid ſuprà ad Ariſtonis Chii Vitam obſervaſſe me memini. Ceterùm, hæc verba ὁ Κεῖος, non agnoſcunt Editio Frobenii & Aldobrandini Interpretatio. ea agnoſcunt Regiæ Membranæ.

Καὶ Πλάτων ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ φησὶ βαρύφωνον εἶναι τὸν Πρόδικον] Quorſum hæc? Spuria ſunt; noli dubitare; & ad hæc verba, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, &c. à Librario inepto addita, qui apud Platonem in Protagora legerat, καίπερ λιταρῶς ἔχων ἀκούειν τοῦ Προδίκου· πάνσοφος γάρ μοι δοκεῖ ἀνὴρ εἶναι καὶ θεῖος· ἀλλὰ διὰ τὴν βαρύτητα τῆς φωνῆς βόμβος τις ἐν τῷ οἰκήματι γιγνόμενος, ἀσαφῆ ἐποίει τὰ λεγόμενα. *Quamquam vehementer audire Prodicum affectabam; ſapientiſſimus enim, divinuſque vir mihi eſſe videtur: ſed ſonitus quidam ex vocis ipſius gravitate ſub fornice continuè revolutus, verba ſingula confundebat.* Similia de Prodico, in ejus Vita, habet Philoſtratus: πρεσβεύων δὲ παρὰ Ἀθηναίοις, παρελθὼν ἐς τὸ βουλευτήριον, ἱκανώτατος ἔδοξεν ἀνθρώπων, καίτοι δυσήκοον καὶ βαρὺ φθεγγόμενος. *Cùm Legatus eſſet apud Athenienſes, profectus in Senatum, vir omnium exactiſſimus eſt habitus, licet diſſonè & injucundè loqueretur.*

Ἐκαλεῖτό τε Σοφία] Immò Λόγος vocabatur: Democritus verò Σοφία. Ælianus Var. Hiſt. IV. 20. οἱ Ἀβδηρῖται ἐκάλουν τὸν Δημόκριτον Φιλοσοφίαν· τὸν τὲ Πρωταγόραν, Λόγον. Clemens Στρωματέων ſexto: Δημόκριτος δὲ ἐκ τῆς τῶν μετεωρίων παρατηρήσεως πολλὰ προλέγων, Σοφία ἐπωνομάσθη. Suidas in Δημόκριτος: ἐκλήθη δὲ Σοφία ὁ Δημόκριτος, καὶ Γελασῖνος. Et in Πρωταγόρας· καὶ μισθὸν ἔπραξε τοὺς μαθητὰς, μνᾶς ἑκατόν· διὸ καὶ ἐπεκλήθη Λόγος ἔμμισθος. Quare hæc verba ἐκαλεῖτό τε Σοφία addita apud Laërtium à Sciolo ad oram vocis Δημόκριτον non dubitandum. Laërtium τοῖς παραβεβλημένοις refertum eſſe, non ſemel à nobis jam obſervatum. Rectè porrò apud Ælianum doctiſſimus Schefferus Σοφίαν, pro Φιλοσοφίαν, reponebat.

Πρῶτος ἔφη δύο λόγους εἶναι περὶ παντὸς πράγματος ἀντικειμένους] Clemens Stromat. VI. καὶ ἐπειδὴ Ἕλληνές φασι, Πρωταγόρου προκατάρξαντος, παντὶ λόγῳ λόγον ἀντικείμενον παρασκευάσασθαι. Ita legendus hic locus. Malè vulgò ἀντικεῖσθαι, παρασκευασθαι. De Protagora, id ipſum quoque teſtificatur Stephani Abbreviator Hermolaus in Ἄβδηρα· πλεῖστοι δ' Ἀβδηρῖται ὑπὸ τῶν Πινακογράφων ἀναγράφονται, Νικαίνετος Ἐποποιὸς, καὶ Πρωταγόρας, ὃν Εὔδοξος ἱστορεῖ τὸν ἧσσω καὶ κρείσσω λόγον πεποιηκέναι, καὶ τοὺς μαθητὰς δεδειχέναι τὸν αὐτὸν ψέγειν καὶ ἐπαινεῖν. 51

Πάντων χρημάτων μέτρον, ἄνθρωπος· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν] Sextus adverſus Mathematicos pag. 148. καὶ Πρωταγόραν δὲ τὸν Ἀβδηρίτην ἐγκατέλεξάν τινες τῷ χορῷ τῶν ἀναιρούντων τὸ κριτήριον Φιλοσόφων· ἐπεί φησι πάσας τὰς φαντασίας καὶ τὰς δόξας ἀληθεῖς ὑπάρχειν, καὶ τῶν πρός τι εἶναι τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὸ πᾶν τὸ φανὲν ἢ δοξαν τινὶ, εὐθέως πρὸς ἐκεῖνον ὑπάρχειν· ἐνωρχόμενος γοῦν τῶν καταβαλλόντων, ἀνεφώνησε, Πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ἄνθρωπος· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι, &c. Et Pyrrhoniarum Hypotypoſeon lib. I. capite 32. Καὶ ὁ Πρωταγόρας δὲ βούλεται πάντων χρημάτων εἶναι μέτρον τὸν ἄνθρωπον· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι. μέτρον μὲν λέγων τὸ κριτήριον· χρημάτων δὲ, τῶν

πραγμάτων. ὡς δυνάμει φάσκειν πάντων πραγμάτων κριτήριον εἶναι τὸν ἄνθρωπον· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δὲ οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστι, &c. Ariſtocles apud Euſebium libro XIV. Præparat. Euangel. cap. 20. ubi de Protagora: οὗτος γὰρ ἔφη μέτρον εἶναι πάντων χρημάτων τὸν ἄνθρωπον· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δ' οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν: & quæ ſequuntur, quæ vide. Vide & Platonem in Theæteto, hanc Protagoræ opinionem refellentem.

Καὶ πάντα εἶναι ἀληθῆ] Cicero lib. IV. Academ. Quæſt. *Aliud judicium Protagoræ eſt, qui putat id cuique verum eſſe, quod cuique videatur.* Meminit & Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 209. Et hanc Protagoræ ſententiam pluribus confutat Plato in Theæteto, necnon Ariſtoteles Metaphyſ. lib. III. capite 5.

Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τοῦτον ἤρξατο τὸν τρόπον, Περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, εἴθ' ὡς οὐκ εἰσὶν, &c.] Suidas: τοῦ δὲ Πρωταγόρου τὰ βιβλία ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκαύθη, διότι λόγον ποτὲ εἶπεν οὕτως ἀρξάμενος· Περὶ θεῶν, οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσιν, οὔτε ὡς οὐκ εἰσι. Corrige: εἴτε ὡς εἰσιν, εἴτε ὡς οὐκ εἰσι. Meminit Cicero lib. I. de Natura Deorum: *Quid? Diagoras, atheos qui dictus eſt, poſteaque Theodorus, nonne apertè Deorum naturam ſuſtulerunt? Nam Abderites quidem Protagoras, cujus à te modo mentio facta eſt, Sophiſtes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri ſui ſic poſuiſſet*, De Diis, neque ut ſint, neque ut non ſint, habeo dicere, *Athenienſium juſſu urbe atque agro eſt exterminatus, librique ejus in Concione combuſti.* Item Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 319. ὁ δὲ Πρωταγόρας Γήτωρ, ὑπογράψας, Περὶ Θεῶν, οὔτε εἰ εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινές εἰσι, δύναμαι λέγειν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. Et Chryſoſtomus Homiliâ IV. in Pauli Epiſtolam primam ad Corinthios: καὶ γὰρ Πρωταγόρας παρ' αὐτοῖς, ἐπειδὴ ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι οὐκ οἶδα θεοὺς, οὐχ ὅτι τὴν οἰκουμένην περιῶν καὶ κηρύττων, ἀλλ' ἐν μιᾷ πόλει, περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευσε. Id autem ex Perſica diſciplina hauſiſſe Protagoram, ſcribit in ejus vita Philoſtratus: τὸ δὲ ἀπορεῖν φάσκειν εἴτε εἰσὶ θεοὶ, εἴτε οὐκ εἰσὶ, δοκεῖ μοι Πρωταγόρας ἐκ τῆς Περσικῆς παιδεύσεως παρανομῆσαι. Μάγοι γὰρ ἐπιθειάζουσι μὲν, οἷς ἀφανῶς δρῶσι· τὴν δὲ ἐκ φανεροῦ δόξαν τοῦ θείου καταλύουσιν, οὐ βουλόμενοι δοκεῖν παρ' αὐτοῦ δύνασθαι. *Quòd autem dictitaret Protagoras ſe dubitare, Deine eſſent, an non, mihi videtur ex Perſica diſciplina perverſè profanéque locutus. Magi enim numen celebrant, ubi occultè operantur: ſed palam de Numine opinionem rejiciunt, cùm videri nolint ſe ejus beneficio quid poſſe.*

52 Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, ἐξεβλήθη πρὸς Ἀθηναίων· καὶ τὰ βιβλία αὐτοῦ κατέκαυσαν ἐν τῇ ἀγορᾷ] Sextus ibidem: παρ' ἣν αἰτίαν θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένων τῶν Ἀθηναίων, διαφυγὼν, καὶ κατὰ θάλατταν πταίσας, ἀπέθανε. μέμνηται δὲ ταύτης τῆς ἱστορίας καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Σίλλων, ταῦτα διεξερχόμενος. (ſequentes verſus in ordinem redegimus)

--- Ὡς καὶ μετέπειτα Σοφιστῶν
Οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ, οὔτ' ἀσκόπῳ, οὔτ' ἀκυλίστῳ
Πρωταγόρῃ. ἔθελον δὲ τέφρην συγγράμματι θεῖναι,
Ὅττι Θεοὺς κατέγραψ' οὔτ' εἰδέναι, οὔτε δύνασθαι
Ὁπποῖοί τινές εἰσι καὶ οἵτινες ἀθρήσασθαι,
Πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιειμένος. τὰ μὲν οὖ εἰ
Χραίσμησ' · ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίτιο, ὄφρα μὴ οὕτως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν ποτὸν, ἄϊδι δύῃ (Meliùs ἄϊδα.)

Et Minutius Felix in Octavio: *Cùm Abderitem Protagoram Athenienſes Viri, conſultè potius quam profanè de divinitate diſputantem, & expulerint ſuis finibus, & in Concione ejus Scripta deuſſerint*, &c. Joſephus libro II. contra Appionem: καὶ Πρωταγόρας, εἰ μὴ θᾶττον ἔφυγε, συλληφθεὶς ἂν ἐτεθνήκει, γράψαι τι δόξας οὐχ ὁμολογούμενον τοῖς Ἀθηναίοις περὶ θεῶν. Euſebius de Præparat. Euangelica XIV. 19. Τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγος ἔχει κεκλῆσθαι ἄθεον. γράφων γέ τοι καὶ αὐτὸς περὶ Θεῶν, εἰσβολῇ τοιᾷδε ἐχρήσατο· Περὶ μὲν οὖν Θεῶν οὐκ οἶδα, οὔθ' ὡς εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν· πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με ἕκαστον τούτων εἰδέναι. τοῦτον Ἀθηναῖοι φυγῇ ζημιώσαντες, τοὺς βίβλους αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ κατέκαυσαν. Meminit & Suidas: τοῦ δὲ Πρωταγόρου τὰ βιβλία ὑπὸ Ἀθηναίων ἐκαύθη, διότι λόγον ποτὲ εἶπεν οὕτως ἀρξάμενος, Περὶ θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσὶν, οὔτε ὡς οὐκ εἰσί. Et Philoſtratus in ejus Vita: διὰ μὲν δὴ τοῦτο πάσης γῆς ὑπὸ Ἀθηναίων ἠλάθη, ὡς μέν τινες, κριθείς· ὡς δὲ ἐνίοις δοκεῖ, ψήφου ἐνεχθείσης μὴ κριθέντι. νήσους δὲ ἐξ Ἠπείρων ἀμειβων, καὶ τὰς τῶν Ἀθηναίων τριήρεις φυλαττόμενος πάσαις θαλάτταις ἐνεσπαρμένας, κατέδυ πλέων ἐν ἀκατίῳ μικρῷ. *Propterea certè omni ſolo ab Athenienſibus expulſus, cùm judicio, ut quidam volunt, condemnatus fuiſſet: ut verò aliis videtur, cum ſententia, indictâ causâ, data eſſet. Ex continenti in inſulas tranſmiſſurus, cùm Athenienſium triremes, toto mari diſperſas, caveret, ſubterfugiens parvâ cymbâ navigavit.*

Οὗτος πρῶτος μισθὸν εἰσεπράξατο μνᾶς ἑκατὸν] Suidas ſimiliter. Fabius III. 1. à Protagora Euathlum diſcipulum artem didiciſſe ſcribit decem denariorum millibus. Meminit hujus διδάκτρου & Gellius V. 3. *Is tamen Protagoras, inſincerus quidem Philoſophus, ſed acerrimus Sophiſtarum fuit. pecuniam quippe ingentem cum à Diſcipulis acciperet annuam, pollicebatur ſe id docere, quarum verborum induſtria cauſæ infirmior fieret ſortior. quam rem Græcè ita dicebat, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.* Et Plato in Theæteto: οἶδα γὰρ ἄνδρα ἕνα Πρωταγόραν, πλεῖω χρήματα κτησάμενον ἀπὸ ταύτης τῆς σοφίας, ἢ Φειδίαν γε, ὃς οὕτω περιφανῶς καλὰ ἔργα εἰργάζετο, καὶ ἄλλους δέκα τῶν ἀνδριαντοποιῶν. *Novi enim virum unum Protagoram, qui plures ob hanc ſapientiam pecunias cumulavit, quam aut Phidias ille, cujus tam conſpicua pulcráque opera exſtant, aut decem alii Sculptores.* Videndus Plato in Protagora. Adde Philoſtratum in ejus Vita. τὸ δὲ μισθοῦ, inquit, διαλέγεσθαι, πρῶτος μὲν εὗρε. Subjungit Philoſtratus: πρῶτος δὲ παρέδωκεν Ἕλλησι πρᾶγμα οὐ μεμπτόν· ᾧ γὰρ σὺν δαπάνῃ σπουδάζομεν, μᾶλλον ἀσπαζόμεθα τῶν προῖκα. *Ac proinde primus rem non reprehenſibilem Græcis tradidit. nam*

ea ſtudia quæ ſumptu comparamus, longè cupidiùs complectimur quàm ea quæ gratis exequimur. Scripſerat Protagoras librum, cui titulus Δικη ὑπὲρ μισθοῦ. Memînit Noſter infrà in Elencho librorum Protagoræ.

Καὶ λόγων ἀγῶνας ἐποιήσατο, &c.] ἐθεάσατο, ceteræ Editiones: pro quo Caſaubonus ἔθετο reponebat. ἐποιήσατο rectum eſt: & ita Codex Regius. Ita quoque apud Suidam: cujus locum juvat adſcribere: καὶ ἐπεκλήθη πρῶτος οὗτος Σοφιστής. πρῶτος δὲ οὗτος τοὺς ἐριστικοὺς λόγους ὧρε, καὶ ἀγῶνα λόγων ἐποιήσατο.

53 Καὶ πρῶτος κατέλιξε τὰς πρὸς τὰς θέσεις ἐπιχειρήσεις] κατέδειξε, meliùs ceteræ Editiones. ἐπέδειξε habent Regiæ Membranæ.

Ἀρτεμίδωρος ὁ Διαλεκτικὸς ἐν τῷ πρὸς Χρύσιππον] De Philoſophis qui *Dialectici* fuere nuncupati, legendus Jonſius.

Καὶ πρῶτος τὴν καλουμένην τύλην, ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, εὗρεν] κοτύλην, legerat Suidas: quod rectè Caſaubonus animadvertit: ita enim ille in κοτύλη: καὶ ἐφ' ἧς τὰ φορτία βαστάζουσιν, ἣν πρῶτος ἐφεῦρε Πρωταγόρας· Φορτοφόρος γάρ ἦν. Sed inciderat in vitioſos Codices: quin enim τύλην legi debeat, nulla dubitatio eſt. Eſt verò τύλη hoc loco, *culcita, lodix.* Ita Lucilius in Epigrammate lib. II. Anthol. Tit. εἰς Κλέπτας.

Εἰσιδὲν Ἀντίοχος τὴν Λυσιμάχου ποτὲ τύλην·
Κ' οὐκ ἔτι τὴν τύλην εἰσιδὲ Λυσίμαχος.

Ubi Scholiaſtes τύλην, exponit στρῶμα. Pollucem videſis x. 8. & Suidam in τύλη. Aliàs τύλη idem eſt quod τύλος & τύλωμα, id eſt *callus*; qualis evenire ſolet eorum humeris qui crebrò onera bajulant: ὁποῖος πολλάκις ἐπὶ τοῦ ὤμου γίνεται τοῖς ἀχθοφόροις, ἐκ τοῦ βαστάζειν τι συνεχῶς, inquit Ariſtophanis Scholiaſtes ad Acharn. Hujus ſignificationis meminit & Pollux VII. 26. τύλη δ' ἐκαλεῖτο, ἢ ἐπὶ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν (Bajulorum) ὑπὸ τῶν ἀχθέων γινομένη τριβή. Quæ poſtrema hujus vocis ſignificatio, cùm de Bajulis hoc loco ſermo eſſet, Aldobrandinum interpretem in errorem induxit.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ παιδείας] Cujus libri meminit ſuprà Noſter in Indice librorum Ariſtotelicorum.

Φορμοφόρος γὰρ ἦν, ὡς καὶ Ἐπίκουρός που φησί· καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἤρθη πρὸς Δημόκριτον, ξύλα δεδωκὼς ἐφεῖς] Id Epicurus ſcripſit in Epiſtola quadam. Teſtatur Athenæus libro VIII. 13. his verbis: Ἐν δὲ τῇ αὐτῇ Ἐπιστολῇ ὁ Ἐπίκουρος, καὶ Πρωταγόραν φησὶ τὸν Σοφιστὴν, ἐκ φορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου, πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου· θαυμασθέντα δ' ὑπ' ἐκείνου ἐπὶ ξύλων τινῶν ἰδίᾳ συνθέσει, ἀπὸ ταύτης τῆς ἀρχῆς ἀναληφθῆναι ὑπ' αὐτοῦ, καὶ διδάσκειν ἐν κώμῃ τινὶ γράμματα, ἀφ' ὧν ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν ὁρμῆσαι. Meminit hujus hiſtoriæ & Gellius V. 3. Verba hæc ſunt, quæ ſuper ea re fecit elegantiſſima: *Protagoram, virum in ſtudiis doctrinarum egregium, cujus nomen Plato libro illi ſuo incluto inſcripſit, adoleſcentem ajunt, victûs quærendi gratiâ, in mercedem miſſum, vecturáſque onerum corpore ſuo factitaviſſe: quod genus Graci βαστάζοντας vocant, Latinè* Bajulos *appellamus. Is de proximo rure in Abderam oppidum, cujus popularis fuit, caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdutos portabat. Tum ſortè Democritus, civitatis ejuſdem civis, homo ante alios virtutis & Philoſophiæ gratiâ venerandus, cùm egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili facilè atque expeditè incedentem: & propè accedit; & vinculum poſturamque ligni ſcite peritèque factam conſiderat, petitque ut paulum acquieſcat. quod ubi Protagoras, uti erat petitum, fecit, atque itidem Democritus acervum illum & quaſi orbem caudicum brevi vinculo comprehenſum, ratione quadam quaſi geometricâ librari continerique animadvertit, interrogavit quis id lignum ita compoſuiſſet: & cùm ille à ſe compoſitum dixiſſet, deſideravit uti ſolveret, ac denuò in modum eumdem collocaret: at poſtquam ille ſolvit, ac ſimiliter compoſuit; tum Democritus, animi aciem ſolertiamque hominis non docti demiratus, Mi Adoleſcens, inquit, cùm ingenium bene faciendi habeas, ſunt majora melioraque quæ facere mecum poſſis: abduxitque eum ſtatim, ſecumque habuit, & ſumptum miniſtravit, & philoſophiam docuit, & eſſe eum fecit quantus poſteà fuit.* Adde Suidam in Πρωταγόρας· οὗτος πρότερον ἦν φορτοβαστάκτης· ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ, ἡράσθη λόγων, καὶ φιλοσοφήσας, ἐπὶ ῥητορείαν ἐτράπη. Rectè porro Caſaubonus δεδεκὼς hoc loco apud Noſtrum emendabat. Notabis obiter, φορτοφόρος apud Suidam ſcriptum eſſe. Sed φορμοφόρος rectum eſt: & ita apud Athenæum loco allato: itemque apud Laërtium: cujus hæc ſunt verba infrà in Epicuro: φορμοφόρον τε Πρωταγόραν (ἱκάλει) καὶ γραφέα Δημοκρίτου, καὶ ἐν κώμαις γράμματα διδάσκειν· quæ Heſychius Mileſius ſimiliter deſcripſit. Igitur ita quoque reponendum apud Suidam. Suidas ipſe in φορμοφόρος· φορμοφόρος ἦν Πρωταγόρας ὁ Φιλόσοφος.

Διείλέ τε τὸν λόγον πρῶτος εἰς τέτταρα, εὐχωλὴν, &c.] Eadem legas apud Suidam. Fabius III. 4. *Protagoram tranſeo, qui interrogandi, reſpondendi, mandandi, precandi, quod εὐχωλὴν dixit, partes ſolas putat.*

Εἰς τῶν τετρακοσίων] Πεντακοσίους novi, ex Pol- 54
luce VIII. 8. 5. & Βουλὴν τοὺς ἑξακοσίους, è Sexto contra Mathemat. pag. 43. τετρακοσίους, non novi.

Τὰ σωζόμενα αὐτοῦ βιβλία τάδε.] Omiſit Laërtius 55
librum Περὶ τοῦ ὄντος, *de Ente*, qui ætate Porphyrii etiamnum exſtabat. Teſtatur Porphyrius ipſe, libro primo τῆς φιλολογίας ἀκροάσεως, apud Euſeb. de Præparat. Euangelica x. 3. Memoratur autem & Sexto Empirico adverſus Mathematicos libro VII. pag. 149. ἐν γὰρ τῷ ἐπιγραφομένῳ περὶ τοῦ μὴ ὄντος, ἢ περὶ φύσεως, τρία κατὰ τὸ ἑξῆς κεφάλαια κατασκευάζει Πρωταγόρας· & cætera, quæ vide. Ubi obiter notandum, Sextum librum Protagoræ appellare Περὶ τοῦ μὴ ὄντος, quem Porphyrius vocat Περὶ τοῦ ὄντος. Omiſit Laërtius & librum de Diis, de quo ipſemet ſuprà, hac ipſa in Vita: cujus meminit quoque Sextus Empiricus adverſus Mathematicos. pag. 319.

Περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως] Convertit Aldobran-

dinus, *De prima commendatione:* ac proinde videtur legiſſe, συστάσεως.

Πλέοντος αὐτοῦ εἰς Σικελίαν, τὴν ναῦν καταποντισθῆναι] Meminit Sextus loco ſuprà memorato.

56 Βιώσαντα ἔτη πρὸς τὰ ἐνενήκοντα. Ἀπολλόδωρος δέ φησιν ἑβδομήκοντα· σοφιστεῦσαι δὲ τεσσαράκοντα, καὶ ἀκμάζειν κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα] Quod à Platone habuit Apollodorus: cujus hæc ſunt verba in Menone: οἶμαι γὰρ αὐτὸν ἀποθανεῖν (Protagoram) ἐγγὺς ἑβδομήκοντα ἔτη γεγονότα· τετταράκοντα δὲ ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα.

Καί σε, Πρωταγόρη] Legendum, Καί σεῦ. Ita optimè Codex Regius.

Λέγεται δὲ ποτε αὐτὸν ἀπαιτοῦντα τὸν μισθὸν Εὐαθλον τὸν μαθητὴν, ἐκείνου εἰπόντος, Ἀλλ' οὐδέπω νενίκηκα, &c.] Paullò aliter apud Gellium lib. v. cap. 10. cujus locum, quamquam prolixiorem, infrà ponere non gravabor; eſt enim elegantiſſimus: *Euathlus Adoleſcens dives, eloquentiæ diſcendæ cauſarumque orandi cupiens fuit. Is in diſciplinam Protagoræ ſe dedit, daturumque promiſit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat: dimidiumque ejus jam tunc dedit ſtatim priùs quàm diſceret; pepigitque ut reliquum dimidium daret, quo primo die cauſam apud Judices oraſſet, & viciſſet. Poſtea cùm diutulè Auditor Aſſectatorque Protagoræ fuiſſet, & in ſtudio quidem Facundiæ abunde promoviſſet, cauſas tamen non reciperet, tempuſque jam longum tranſcurreret, & facere id videretur ne reliquum mercedis daret; capit conſilium Protagoras, ut tum exiſtimabat, aſtutum. Petere inſtituit ex pacto mercedem: litem cum Euathlo conteſtatur. Et cùm ad Judices conjiciendæ conſiſtendæque cauſæ gratiâ veniſſent, tum Protagoras ſic exordius eſt; Diſce, inquit, ſtultiſſime Adoleſcens, utroque id modo fore ut reddas quod peto, ſive contra te pronuntiatum erit, ſive pro te. Nam ſi contra te lis data erit, merces mihi ex ſententia debebitur, quia ego vicero: ſin verò ſecundùm te judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea reſpondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni iſſe obviam, ſi verba non ipſe facerem, atque alio patrono uterer. Sed majus mihi in iſta victoria prolubium eſt, cùm te non in cauſa tantùm, ſed in argumento quoque iſto vinco. Diſce igitur tu quoque, Magiſter ſapientiſſime, utroque modo fieri utì non reddam quod petis, ſive contra me pronuntiatum erit, ſive pro me. Nam ſi Judices pro cauſa mea ſenſerint, nihil tibi ex ſententia debebitur, quia ego vicero: ſin contra me pronuntiaverint, nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero. Tum Judices dubioſum hoc inexplicabileque eſſe, quod utrimque dicebatur, rati, ne ſententia ſua, utramcumque in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet, rem injudicatam reliquerunt, cauſamque in diem longiſſimam diſtulerunt. Sic ab adoleſcente Diſcipulo Magiſter diſciplinæ eloquentiæ inclutus ſuo ſibi argumento confutatus eſt, & captionis verſute excogitatæ fruſtratus eſt.* Narrat eamdem hiſtoriam Apuleius in Floridis, his verbis: *Protagoras quidam Sophiſta fuit longè multiſcius, & cum primis Rhetoricæ repertis perfacundus, Democriti Phyſici civis æquævus. Inde ei ſuppeditata doctrina eſt. Eum Protagoram ajunt cum ſuo ſibi diſcipulo Euathlo mercedem nimis uberem conditione temerariâ pepigiſſe; ut ſibi tum demum id argenti daret, ſi primo tirocinio agendi penes Judices viciſſet. Igitur Euathlus poſtquam cuncta illa exorabula Judicantium, & diſcipula adverſantium, & artificia dicentium, verſutus alioquin & ingeniatus ad aſtutiam, facilè perdidicit; contentus ſcire quod cupierat, cœpit nolle quod pepigerat: ſed callidè nectendis moris fruſtrari Magiſtrum, diutuleque nec aſſerere velle, nec reddere, uſque dum Protagoras eum ad Judices provocatum, expoſitâque conditione quâ docendum receperat, anceps argumentum ambiſariam propoſuit. Nam, ſive ego vicero, inquit, ſolvere mercedem debebis, condemnatus: ſeu tu viceris, nihilominus reddere debebis, ut pactus: quippe qui hanc primam cauſam penes Judices viceris. Ita ſi vincis, in conditionem incidiſti: ſi vinceris, in damnationem. Quid quæris? Ratio concluſa Judicibus acriter & invincibiliter videbatur. Enimverò Euathlus; utpote tanti veteratoris perfectiſſimus diſcipulus; biceps illud argumentum retorſit. Nam, ſi ita eſt, inquit, neutro modo quod petis debeo: aut enim vinco, & judicio dimittor: aut vincor, & pacto abſolvor, ex quo non debeo mercedem, ſi hanc primam cauſam fuero penes Judices victus. Ita me omni modo liberat, ſi vinco, conditio; ſi vincor, ſententia.* Simile quid de Corace narrat Sextus Empiricus adversùs Mathematicos pag. 81. νεανίας πόθῳ Ῥητορικῆς κατασχεθείς, προσῆλθεν αὐτῷ, τὸν ὁρισθησόμενον ὑπ' αὐτοῦ μισθὸν δώσειν ἐπαγγελλόμενος, ἂν τὴν πρώτην νικήσῃ δίκην. συμφωνίας δὲ γενομένης, καὶ τοῦ μειρακίου ἱκανὴν ἔξιν ἐμφαίνοντος ἤδη, ὁ μὲν Κόραξ ἀπῄτει τὸν μισθόν· ὁ δ' ἀντέλεγεν. ἀμφότεροι δὲ παρελθόντες εἰς τὸ δικαστήριον, ἐκρίνοντο. ὅτε καὶ πρῶτόν φασι τὸν Κόρακα τοιαύτῃ τινὶ χρῆσθαι ἐπιχειρήσει, λέγοντα, ὡς ἐάν τε νικήσῃ, ἐάν τε μὴ, λαβεῖν ὀφείλει τὸν μισθόν· νικήσας μὲν, ὅτι ἐνίκησεν· λειφθεὶς δὲ, κατὰ τὸν τῆς συμφωνίας λόγον· ὡμολόγησε γὰρ αὐτῷ ὁ ἀντίδικος ἀποδώσειν τὸν μισθὸν, ἐὰν τὴν πρώτην νικήσῃ δίκην, ἣν αὐτόθεν νικήσας, ὀφείλει τὴν ὑπόσχεσιν χρεολυτεῖν. θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, ὡς δίκαια λέγοντος αὐτοῦ, παραλαβὼν τοὺς λόγους ὁ νεανίας, τῷ αὐτῷ ἐπιχειρήματι, μηδὲν μεταθεὶς, ἐχρῆτο. ἐάν τε γὰρ νικήσω, φησὶν, ἐάν τε νικηθῶ, οὐκ ὀφείλω τὸν μισθὸν ἀποδοῦναι Κόρακι· νικήσας μὲν, ὅτι ἐνίκησα· λειφθεὶς δὲ, κατὰ τὸν τῆς συμφωνίας λόγον· ὑπεσχόμην γὰρ τὸν μισθὸν, ἐὰν τὴν πρώτην νικήσω δίκην· λειφθεὶς δὲ, οὐκ ἀποδώσω. εἰς ἐποχὴν δὲ καὶ ἀπορίαν ἐλθόντες οἱ δικασταὶ, διὰ τὴν ἰσοσθένειαν τῶν Ῥητορικῶν λόγων, ἀμφοτέρους ἐξέβαλον τοῦ δικαστηρίου, ἐπιφωνήσαντες τὸ, Ἐκ κακοῦ κόρακος, (delenda videtur particula Ex) κακὸν ᾠόν. *Cùm Adoleſcens teneretur deſiderio Rhetoricæ, ad eum* (Coracem) *acceſſit, promittens ſe ei daturum mercedem quæ ab ipſo fuiſſet conſtituta, ſi primam viciſſet litem. Pacto autem convento, & jam oſtendente Adoleſcente ſe ſatis eruditum, Corax quidem poſcebat mercedem: ille autem contradicebat: ambo autem ad Tribunal accedentes, litigabant. Quo*

tempore dicunt primum Coracem tali uſum eſſe argumentatione; dicendo, quòd ſeu vicerit, ſeu non vicerit, debeat accipere mercedem: ſi vicerit quidem, quia vicit: ſi autem victus ſit, propter pactum conventum: ſpopondit enim Adverſarius ſe ei daturum mercedem, ſi viciſſet primam litem, quam ex eo quòd vicerit, debet ex promiſſo ſe liberare debito. Cum autem ſtrepitum edidiſſent Judices, ut qui juſta diceret, reſpondens Adoleſcens, eodem argumento, nihil mutans, uſus eſt: Nam ſive vicero, inquit, ſive victus fuero, non debeo dare mercedem Coraci. Si vicerim quidem, quia vici: ſi victus autem fuero, ex pacto convento: promiſi enim me daturum mercedem, ſi primam litem vicero; victus autem, non reddam. Aſſenſionem autem ſuſtinentes, & rei exitum non invenientes Judices, propterea quòd Rhetoricæ Orationes eſſent ejuſdem ponderis, utrumque à Tribunali ejecerunt, acclamantes, Mali Corvi malum ovum. Corax ille Rhetor fuit Siculus, & Protagora antiquior. Id diſcere eſt ex Quintiliano lib. III. cap. 1. Dictum hoc, *Mali Corvi malum ovum*, de Johanne Roberto, Anteceſſore Aurelianenſi, Coraſii diſcipulo, uſurpavit Cujacius in Mercatore libro II. cap. 29. Sed Græcè melius extuliſſet: alluſiſſet enim ad vocem *Coraſius*.

Γεγονε δὲ καὶ ἄλλος Πρωταγόρας, &c.] Fuit & Protagoras, Euagoræ filius; de quo Xenophon Ἑλλην. II. 4. & Pauſanias in Atticis. Fuit & Protagoras Cyzicenus; cui Nicander Alexipharmaca ſua nuncupavit.

DIOGENES.

57 Ἀπολλωνιάτης] Viginti quinque fuere Apolloniæ. Ex qua Diogenes Phyſicus fuerit, difficile dictu abſque Stephano eſſet, à quo didicimus fuiſſe ex Apollonia quæ erat in Creta: εἰκοστὴ τρίτη, Κρήτης, ἡ πάλαι Ἐλεύθερα, Κλείνου πατρίς· ἐκ ταύτης ὁ Φυσικὸς Διογένης. Smyrnæus aliis dicitur. Immo & ipſi Laërtio in Anaxarchi quæ ſequitur Vitâ: qui hujus rei meminiſſe hîc debuit: ſed ibi fortaſſe hæc verba τοῦ Σμυρναίου addita fuere à Librario.

Στοιχεῖον εἶναι τὸν ἀέρα, &c.] Cicero I. de Natura Deorum: *Quid? aër, quo Diogenes Apolloniates utitur Deo, quem ſenſum habere poteſt? aut quam formam Dei?* Euſebius lib. I. de Præparat. Evangelica cap. 8. Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης ἀέρα ὑφίσταται στοιχεῖον· κινεῖσθαι δὲ τὰ πάντα, ἀπείρους τε εἶναι τοὺς κόσμους. κοσμοποιεῖ δὲ οὕτως· ὅτι τοῦ παντὸς κινουμένου, καὶ ἢ μὲν ἀραιοῦ, ἢ δὲ πυκνοῦ γινομένου, ὅπου συνεκύρησε τὸ πυκνὸν, συστροφὴν ποιῆσαι, καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· τὰ κουφότατα τὴν ἄνω τάξιν λαβόντα, τὸν ἥλιον ἀποτελέσαι. *Diogenes Apolloniata Aërem elementum ponit: moveri autem univerſa, & infinitos eſſe mundos affirmat. Ceterum ejuſmodi ſomniat eorum molitionem: ſcilicet cùm Univerſum ita moveretur, ut rarius hîc, alibi denſius fieret, ubicumque major denſitas contingeret, ibi convolutionem quamdam effeciſſe, tum ſimilem in modum cetera: quæ autem omnium leviſſimæ partes eſſent, eas regione ſuperiori occupatâ Solem produxiſſe.* Habuit autem Diogenes Apolloniata hanc de aëre ſententiam ab Anaximene. Clemens in Admonitione ad Gentes: στοιχεῖα μὲν οὖν ἀρχὰς ἀπέλειπον ἐξυμνήσαντες, Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, τὸ ὕδωρ· καὶ Ἀναξιμένης, ὁ καὶ αὐτὸς Μιλήσιος, τὸν ἀέρα· ᾧ Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης κατηκολούθησεν. *Principia itaque à ſe laudata reliquerant, Thales Mileſius aquam; & Anaximenes, qui & ipſe quoque fuit Mileſius, aërem: quem Diogenes Apollonias eſt poſtea conſecutus.*

Τόν τε ἀέρα πυκνούμενον καὶ ἀραιούμενον, γεννητικὸν εἶναι τῶν κόσμων] Lipſius in Manuductione I. 8. legendum cenſet τῶν ἐν κόσμῳ· qui & ibidem hos Apollinaris Sidonii verſus, in Epithalamio Polemonii & Araneolæ dicto, de Diogene noſtro Apolloniate accipit:

Quartus Anaxagoras Thalëtica dogmata ſervat, &c.
Junior huic junctus reſidet Collega: ſed idem
Materiam cunctis creaturis æra credens,
Judicat inde Deum, faceret quo cuncta, tuliſſe.

Οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίνεσθαι, οὐδὲ εἰς τὸ μὴὸν φθείρεσθαι] Quod habuit à Democrito. Vide ſuprà in Democrito.

Λόγου παντὸς ἀρχόμενον, δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφισβήτητον παρέχεσθαι· τὴν δὲ ἑρμηνείαν, ἁπλῆν καὶ σεμνήν] Quod ipſum jam ſuprà retulerat Laërtius in Vita Diogenis Cynici extrema: ubi nos vide.

ANAXARCHUS.

Ἀβδηρίτης] Etiam Abderites dicitur Plutarcho Sympoſ. VII. 5. 58

Οὗτος ἤκουσε Διομένους τοῦ Σμυρναίου] Corrige Διογένους. Euſebius de Præparat. Evang. XIV. 17. Ξενοφάνους δὲ ἀκουστὴς γέγονε Παρμενίδης, τούτου Μέλισσος· οὗ Ζήνων, οὗ Λεύκιππος, οὗ Δημόκριτος, οὗ Πρωταγόρας καὶ Νεσσᾶς, οὗ Διογένης, οὗ Ἀνάξαρχος. Epiphanius adversùs Hæreſes III. Διογένης ὁ Σμυρναῖος, κατὰ δέ τινας Κυρηναῖος, τὰ αὐτὰ τῷ Πρωταγόρᾳ ἐδόξασε. Clemens Stromat. I. Δημοκρίτου δὲ ἀκουσταὶ, Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης, καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος· οὗ Διογένης ὁ Σμυρναῖος, οὗ Ἀνάξαρχος. Notandum autem Diogenem Smyrnæum à Laërtio hoc loco appellari, qui ſuprà *Apolloniates* eidem dictus fuit: non enim diverſi ſunt Smyrnæus & Apolloniates. Is, & *Cyrenæus* quibuſdam dicebatur, teſte Epiphanio loco citato.

Οἱ δὲ, Μητροδώρου τοῦ Χίου] Suidas in Δημόκριτος· μαθητὴς δὲ αὐτοῦ διεφάνης ἐγένετο, Μητρόδωρος ὁ Χῖος· οὗ πάλιν ἀκροαταὶ, Ἀνάξαρχος, καὶ Ἱπποκράτης ὁ ἰατρός· Corrigendus in Πύρρων· καὶ διήκουσε Βρύσωνος τοῦ Κλεινομάχου μαθητοῦ· εἶτα Ἀλεξάνδρου, τοῦ Μητροδώρου μαθητοῦ τοῦ Χίου· οὗ διδάσκαλος ἦν Μητρόδωρος ὁ Ἀβδηρίτης. Lege εἶτα Ἀναξάρχου, τοῦ Μητροδώρου μαθητοῦ τοῦ Χίου· οὗ διδάσκαλος ἦν Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης.

Ὡς ἔλεγε μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι οὐδὲν οἶδε] Cicero Acad. Quæſt. lib. IV. *Chius Metrodorus initio libri qui eſt de Natura: Nego, inquit, ſcire nos, ſciamuſne aliquid, an nihil ſciamus; ne id ipſum qui-*

dem neſcire, aut ſcire, ſcire nos; nec, omnino ſitne aliquid, an nihil ſit. Inter eos qui κριτήριον ſuſtulerunt, etiam Metrodorus ab Empirico recenſetur adverſus Mathemat. pag. 146. & 153. Ceterum & hoc dictum tribuitur Socrati ab eodem Laërtio in Vita Socratis. Additicium hoc loci videtur eſſe: neque enim de Metrodori dogmatibus ſermo erat.

Νέσσου τοῦ Χίου] Νισου, Editio Frobeniana; nec non Regiæ Membranæ. Stephanica, Νασσᾶ. Νεσσᾶς, dicitur Euſebio loco proximè memorato.

Ὁ δ' οὖν Ἀνάξαρχος καὶ Ἀλεξάνδρῳ συνῆν] Sequitur mox, καί ποτε ἐν συμποσίῳ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐρωτήσαντος, &c. Alexandri Paraſitum vocat Lucianus in Paraſito. Talentis centum ab Alexandro fuit donatus, Plutarcho teſte in Apophthegmatis. Sub quo militaſſe, ſcribit Ælianus Var. Hiſt. IX. 30. Quod de eo refert Arrianus lib. IV. de Expedit. Alexandri, infrà ponere non gravabor: εἰσὶ δὲ Ἀνάξαρχον τὸν Σοφιστὴν ἐλθεῖν μὲν παρ' Ἀλέξανδρον κληθέντα, ὡς παραμυθησόμενον· εὑρόντα δὲ κείμενον, καὶ ἐπιστένοντα, ἐπιγελάσαντα, ἀγνοεῖν, φάναι, διότι ἐπὶ τῷδε οἱ πάλαι Σοφοὶ ἄνδρες τὴν Δίκην πάρεδρον τῷ Διὶ ἐποίησαν, ὡς ὅ, τι ἂν πρὸς τοῦ Διὸς κυρωθῇ, τοῦτο ξὺν δίκῃ πεπραγμένον. καὶ οὖν καὶ τὰ ἐκ βασιλέως μεγάλου γιγνόμενα, δίκαια χρῆναι νομίζεσθαι, πρῶτα μὲν πρὸς αὐτοῦ βασιλέως, ἔπειτα πρὸς τῶν ἄλλων ἀνθρώπων· ταῦτα εἰπόντα παραμυθήσασθαι μὲν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ τότε. *Sunt qui ſcribant Anaxarchum Sophiſtam conſolandi ejus cauſâ accerſitum, ad eum veniſſe: quumque jacentem, atque ſuſpirantem offendiſſet, arridentem dixiſſe, Ignorare ipſum cur veteres Sapientes Juſtitiam Jovi aſſidentem fecerint; nimirum, quia quidquid à Jove decernitur, id juſtè factum eſſe cenſeri debeat. oportere igitur, quæ à magno Rege fierent, juſta exiſtimari, primùm quidem ab ipſo Rege, deinde à ceteris mortalibus. Atque hoc quidem dicto nonnihil ſolatii Alexandro attuliſſe.* Addit Arrianus: κυκλὸν δὲ μέγα, ὡς ἐγὼ φημί, ἐξεργάσασθαι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ μεῖζον ἔτι ἢ ὅτῳ τότε ξυνείχετο, εἴπερ οὖν σοφοῦ ἀνδρὸς τηνδε ἔγνω τὴν δόξαν, ὡς οὐ τὰ δίκαια ἄρα χρὴ σπουδῇ ἐπιλεγόμενον πράττειν τὸν βασιλέα, ἀλλὰ ὅ, τι ἂν καὶ ὁπωσοῦν ἐκ βασιλέως πραχθῇ, τοῦτο δίκαιον νομίζειν. *Ego verò majoris errati quàm prioris auctorem Alexandro Anaxarchum fuiſſe cenſeo, ſi illam viri ſapientis ſententiam eſſe ſtatuit. Non oportere nimirum Regem ſummo ſtudio delectuque adhibito juſta agere: ſed quidquid aut qualecumque ſit quod Rex faciat, juſtum cenſeri debere.*

Συλλαβὼν αὐτὸν, καὶ εἰς ὄλμον βαλὼν, ἐκέλευσε σιδηροῖς ὑπέροις τύπτεσθαι, &c.] Ovidius in Ibin:

Aut, ut Anaxarchus, pila minuaris in altâ,
Factaque pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.

Ad quem locum Vetus Scholiaſtes: *Anaxarchus in mortario poſitus fuit, & ſicut ſinapi contritus.* Plutarchus in Tractatu de Virtute morali; ubi de Anaxarcho: ὁ μὲν γὰρ (Nicocreon) ὑπέροις σιδηροῖς κατέπτισε καὶ κατέκοπτεν ἐκεῖνον. Tertullianus in Apologetico: *Anaxarchus, cum in exitium ptiſanæ pilo tunderetur, Tunde, tunde, ajebat, Anaxarchi ſollem; Anaxarchum enim non tundis.* Origenes contra Celſum lib. VII. γενναῖος μὲν οὖν ὁ Ἀνάξαρχος, λέγων τῷ τῆς Κύπρου τυράννῳ Νικοκρέοντι, Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον. μονογενὲς δὲ τοῦτο περὶ Ἀναξάρχου ἴσκασι θαυμαζόμενον Ἕλληνες. Celſus contra Chriſtianos ibidem: Ἀνάξαρχον γοῦν, ſubauditur εἴχετε) ὃς εἰς ὄλμον ἐμβληθεὶς, καὶ παρκνομώτατα συντριβόμενος, εὖ μάλα κατέφρονει τῆς κολάσεως, λέγων, Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐτὸν γὰρ οὐ πτίσσεις. θείου τινὸς, ὡς ἀληθῶς, πνεύματος ἡ φωνή. ἀλλὰ καὶ τούτῳ φθόσαντί τινες ἐκωλύθησαν Φυσικοί. Clemens Stromat. IV. τὰ γὰρ Ἀναξάρχου σιωπῶ, Πτίσσε, ἐπιβοῶντος, τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις· ὀπηνίκα πρὸς τοῦ Τυράννου ὑπέροις σιδηροῖς ἐπτίσσετο. Gregorius Nazianzenus Epiſt. 58. ὁ μὲν Ἀνάξαρχος, ἐν ὅλμῳ κοπτομένων αὐτοῦ κρεῶν, οὕτω τοῦ Τυράννου κελεύοντος, πτίσσειν τὸν Ἀναξάρχου θύλακον διεκελεύετο τοῖς βασανισταῖς· Τί τοῦτο; λέγων· τὸ μοχθηρὸν ἡμῶν σαρκίον· ὡς Ἀναξάρχου γε οὐ πτισσομένου τῆς φιλοσόφου ψυχῆς. Theodoritus Serm. VIII. οὐδὲ γε Ἀνάξαρχος ἐκεῖνος, ὃς ὑπέροις πτισσόμενος σιδηροῖς, ἔλεγεν, ὡς φασι, Πτίσσε, πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· Ἀνάξαρχον γὰρ οὐ πτίσσεις. Meminit & Dio Chryſoſtomus Orat. XXXVII. ἕτερος δὲ τις ζῶν, ἐμπεσών, αἰσθανόμενος, πτίσσε, πτίσσ', ἔφη, τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· Ἀνάξαρχον γὰρ, &c. Nemeſius de Natura Hominis cap. 30. ſed qui tormenti cauſam aliam reddit: Ἀνάξαρχος ὁ Φιλόσοφος ὑπομείνας πτίσσεσθαι ὑπὸ Νικοκρέοντος τοῦ Τυράννου ὑπὲρ τοῦ μὴ προδοῦναι τοὺς φίλους. Ex his omnibus locis legendum apparet in hoc Laërtii loco, Πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, non Πτύσσε· & poſteà: Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πτίσσεις, non verò οὐ πλήττεις. Quam lectionem adſtruit & qui in ſequenti Obſervatione à nobis proferetur, Philonis Judæi locus: & quod in Tertulliano legitur: *Cùm in exitium, ptiſanæ pilo tunderetur.* *ptiſana* enim ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, ut rectè Ariſtophanis Scholiaſtes ad Acharnenſes. πτίσσειν, ἐστι τὸ κριθὰς, ἢ ἄλλο τι, λεπίζειν καὶ καθαρπεισῖν. ἔνθεν καὶ πτισάνη λέγεται, λελεπισμένη καὶ κεκαθαρμένη κοιθή. Quæ verba deſcripſit Suidas in περιεπτισμένοι. Athenæus quoque libro X. cap. 21. πεποίηται δὲ πτισσάνης τοὔνομα ἀπὸ τοῦ πτίσσειν καὶ ἀνεῖν. Sed illud de voce ἀνεῖν, falſum eſt, & contra analogiam. Legendum videtur, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, καθαρίζειν. Eandem lectionem adſtruunt & hæc Euſtathii ad Odyſſeam B. pag. 1450. editionis Romanæ: πτίσσε, πτίσσε, τὸν Ἀναξάρχου θύλακον. Sed ubi legendum θυλάκιον, docent verba Euſtathii quæ præceſſere: καὶ κατὰ τὸ ὑποκοριστικὸν δὲ, οὐδὲ ἧττον. Obiter emendandus Syneſius. Addit Euſtathius: Φιλοσοφίας ὄφελος τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν ἀναχωρῆσαι τοῦ θυλακίου τῶν κρεϋλλίων, ἤγουν τοῦ σώματος. Οὕτω δὲ πάντως χρεία καὶ ὁ τοῦ Ἀναξάρχου θύλακος. Hæc φιλοσοφίας ὄφελος τὸ, μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν ἀναχωρῆσαι τοῦ θυλακίου, ſunt è Syneſio, epiſtolâ 132. ſed ubi male vulgò legitur, κρεϋλίων. Quod, quid ſit, ignorare ſe dicit Interpres Naogeorgus. κρεϋλλιον eſt diminutivum vocis κρέας; ut βρεφύλλιον vocis βρέφος. Recte igitur Suidas τὸ σῶμα eſſe ait.

Κελεύ-

Κελεύσαντος δὲ τοῦ Νικοκρέοντος, καὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐκτμηθῆναι, λόγος ἀποτραγόντα ἐμπτῦσαι αὐτῷ] Quod etiam teſtatur Philo Judæus in libro Quòd omnis probus liber: τοιγαροῦν ὁ μὲν κρεμάμενος καὶ κατατεινόμενος ὑπὲρ τοῦ τι τῶν ἀῤῥήτων ἐκλαλῆσαι· πυρὸς, σιδήρου, τῶν ἐν τῇ φύσει κραταιοτάτων, φανεὶς δυνατώτερος, ἀποτρώγων τοῖς ὀδοῦσι τὴν γλῶτταν, εἰς τὸν βασανιστὴν ἠκόντισεν, ἵνα μηδ' ἄκων λόγον ἡσυχῇ φθέγξηται βιασθείς. ὁ δὲ πληκτικώτατα εἶπε, Πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου ἀσκόν· Ἀνάξαρχον γὰρ οὐκ ἂν δύναιο. Ubi obiter obſervandum, Philonem minùs propriè ἀσκὸν dixiſſe, quod alii Scriptores θύλακον appellarunt: eſt enim θύλακος, ſeu θυλάκιον, *ſiliqua, loculamentum; folliculus leguminum.* Gloſſarium Vetus: θυλάκιον ὀσπρίου, *ſiliqua:* quæ vox optimè convenit cum voce πτίσσειν. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharnenſes; & ex eo Suidas in περιεπτισμένοι· πτίσσειν ἐστὶ τὸ κριθὰς ἢ ἄλλο τι λεπίζειν, καὶ καθαροποιεῖν. Addunt: ἔνθεν καὶ πτισσάνη λέγεται, λελεπισμένη, περιεζεσμένη, καὶ κεκαθαρμένη κριθή: ut non impropriè de Anaxarcho dixerit Vetus Ovidii Scholiaſtes, dicto loco: *Anaxarchus in mortario poſitus fuit, & ſicut ſinapi contritus,* ἀσκὸς autem nihil ad πτίσσειν. Cetèrùm de Anaxarcho idem quod Laërtius & Philo, teſtatur Valerius Maximus III. 3. *Anaxarchus, cùm à Tyranno Cypriorum Nicocreonte torqueretur, nec ulla vi inhiberi poſſet quòminùs amariſſimorum eum maledictorum verberibus invicem ipſe torqueret, ad ultimum amputationem linguæ minitanti, Non erit, inquit, effeminate adoleſcens, hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis: protinúſque dentibus abſciſſam & commanducatam linguam in os ejus irâ patens exput. Multorum autem aures illa lingua, & in primis Alexandri Regis, admiratione ſui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, ambitum maris, ſiderum motus, totius denique mundi naturam prudentiſſimè & facundiſſimè exprompſit: pane tamen occidit glorioſiùs quàm viguit; quia tam forti fine illuſtrem profeſſionis actum comprobavit, Anaxarchique non vitam modò deſeruit, ſed mortem reddidit clariorem.* Et Plinius lib. 7. capite 23. *Patientia corporis; ut eſt crebra ſors calamitatum; innumera documenta peperit: clariſſimum in fœminis, Leænæ meretricis, quæ torta non indicavit Harmodium & Ariſtogitonem Tyrannicidas: in viris, Anaxarchi, qui ſimili de cauſa cùm torqueretur, præroſam dentibus linguam, unàque ſpem indicii, in Tyranni os exſpuit.*

Πτίσσετε, Νικοκρέων, ἔτι καὶ μάλα, θύλακός ἐστι] Editio utraque altera: Πτύσσετε μᾶλλον ἔτι, καὶ μᾶλλον, θύλακός ἐστι. optimâ lectione. quippe ibi μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον, eſt *magis, & magis.* quo de loquendi modo, vide hîc Mericum Caſaubonum. Sed pro πτύσσετε, reponendum πτίσσετε ex ſuperiùs citatis locis. Ita quoque apud Nemeſium.

Καί σε διαστεῖλαι ὀλίγον τὰ δυσνεφῆ τάδε λέξει] διαστείλας, Palatinus & Florentinus. Legebat Tanaquillus Faber veriſimili conjecturâ,

Καί σε διαστείλασ' ὄπιθεν τάδε δυσκλία λέξει
Ῥήματα Περσεφόνη, &c.

Id eſt, *Et te diſtringens mox hæc probroſa dicet verba Proſerpina, Malè pereas,* &c. At Mericus Caſaub.

Καί σε διαστείλας ὀλίγου διά, φεῦ, τάδε λέξει
Ῥήματα Περσεφόνη.

Eum vide.

Ἔῤῥεε μύλωσθρε κακή] Abſunt hæc verba à Baſilenſi Editione. Habet Editio Stephanica. ἔρρε μελωθρὲ κακή. Sambuciani Codices, ἔῤῥε μύλωτρε κάκαι. Legendum, ἔῤῥε μυλωθρὲ κακέ· id eſt, *abi, molitor improbe,* ut rectè convertit Aldobrandinus.

Οὗτος διὰ τὴν ἀπάθειαν καὶ εὐκολίαν τοῦ βίου, Εὐδαιμονικὸς ἐκαλεῖτο] Ita dicitur Sexto Empirico adverſus Mathematicos pag. 146. necnon Ælianо Variæ Hiſt. lib. IX. cap. 37. Ita dicitur & Plutarcho in Oratione prima de Fortuna, ſive de Virtute Alexandri; ſed loco corrupto: καὶ πῶς μὲν εἶχε πρὸς Ἀριστοτέλην, εἴρηται, loquitur de Alexandro, καὶ ὅτε τὸν μὲν ἁρμονικὸν Ἀνάξαρχον, ἐντιμότατον τῶν φίλων ἐνόμιζε. Reſcribendum omninò, καὶ ὅτι τὸν Εὐδαιμονικὸν Ἀνάξαρχον. Anaxarchum noſtrum magnâ apud Alexandrum fuiſſe auctoritate, ex ſuperioribus conſtat. Adde quòd in Plutarchi loco ſermo eſt de Philoſophis, quos Alexander adamavit. Philoſophorum qui Εὐδαιμονικοὶ vocarentur, meminit ſuprà Laërtius in Proœmio. 60

Τὸν γοῦν Ἀλέξανδρον, οἰόμενον εἶναι θεὸν, ἐπέτρεψεν] Regiæ Membranæ, ἐπίστρεψεν: & quidem rectiùs. Mericus Caſaubonus, ἀπέτρεψεν: optimo ſenſu.

Ἔπειδή γὰρ ἐκ τινος πληγῆς εἶδεν αὐτῷ καταῤῥέον αἷμα, δείξας τῇ χειρὶ πρὸς αὐτὸν, φησὶ, Τοῦτ' μὲν αἷμα, καὶ οὐκ ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥεῖ μακάρεσσι θεοῖσι.] Seneca Pater Suaſoriâ I. tribuit hoc dictum Calliſtheni; Athenæus verò lib. VI. Dioxippo Pancratiaſtæ: Seneca, filius, ipſi Alexandro. Verba ejus hæc ſunt in epiſtola 59. *Alexander cùm jam in India vagaretur, & gentes, ne finitimis quidem ſatis notas, bello vaſtaret; in obſidione cujuſdam urbis, dum circuit muros, & dum imbecilliſſima mœnium quærit, ſagittâ ictus, diu perſedere, & incæpta agere perſeveravit. Deinde cùm repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret, & crus equo ſuſpenſum paulatim obtorpuiſſet, coactus abſiſtere, Omnes, inquit, jurant me Jovis eſſe filium, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat.* Ælianus dicto loco, Alexandrum qui Deus videri volebat, ab Anaxarcho deriſum etiam narrat; ſed alio dicterio. Verba Æliani ſunt: Ἀνάξαρχος, ὁ ἐπικληθεὶς Εὐδαιμονικὸς, κατεγέλα Ἀλεξάνδρου, ἑαυτὸν ἐκθεοῦντος. ἐπεὶ δὲ ἐνόσησέ ποτε Ἀλέξανδρος, εἶτα προσέταξεν αὐτῷ ὁ ἰατρὸς ῥόφημα σκευασθῆναι, γελάσας ὁ Ἀνάξαρχος, Τοῦ μέν τοι θεοῦ ἡμῶν, εἶπεν, ἐν τρυβλίου ῥοφήματι αἱ ἐλπίδες κεῖνται. *Anaxarchus, cognomento Eudæmonicus, ridebat Alexandrum, quòd ſeipſum Deum faceret. Cùm autem aliquando in morbum incidiſſet Alexander, & ei Medicus ſorbitionem fieri imperaret, ridens Anaxarchus, At noſtro Deo, inquit, in catini ſorbitione ſpes ſita eſt.*

Πλούταρχος δὲ αὐτὸν Ἀλέξανδρον τοῦτο λέξαι πρὸς τοὺς φίλους φησὶν] In libro de Fortuna Alexandri, in Vita Alexandri, & in Apophthegmatibus. Item Seneca filius, loco allato.

Ἀλλὰ καὶ ἄλλοτε προπίνοντα αὐτῷ τὸν Ἀνάξαρχον, δεῖξαι τὴν κύλικα, καὶ εἰπεῖν, Βληθήσεται δὴ θεῶν βροτησίᾳ χερί] Refert aliter, & verosimiliùs, Plutarchus in Præfatione libri IX. Sympoſiacon: καὶ Ἀνάξαρχος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου μήλοις βαλλόμενος παρὰ δεῖπνον, ἐπαναστὰς καὶ εἰπών, Βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί. Eſt autem hic verſus ex Euripidis Oreſte; ubi interrogativè ita ſcribitur, Βεβλήσεταί τις θεῶν βροτησίᾳ χερί; quare & hoc loco ita reſcribendus: & ita quoque Editio Stephanica; interrogatione exceptâ. Malè Editio Frobeniana, Βληθήσεται δή τις θεῶν βροτησίᾳ χειρί. Notabis autem diphthongum αι in βεβλήσεται in hoc Euripidis verſu corripi: cujus licentiæ plura alia exempla collegit Iſaacus Caſaubonus in Lectionibus Theocriticis cap. 18. quamquam & Synizeſis ω poteſt eſſe in θεῶν. Cetera narrat Plutarchus in libello περὶ εὐθυμίας, Alexandrum, cùm audiviſſet ex Anaxarcho, plures eſſe mundos, fleviſſe: & quærentibus ecquid ei accidiſſet, reſpondiſſe: Annon defleri dignum, quod infinitis exiſtentibus mundis, nos uno nondum potiti ſumus?

PYRRHO.

61 Ἠλεῖος] Vitiosè in Origenis Philoſophicis dicitur ὁ Καδμεῖος: quæ vox nihili eſt. Scripſerat Origenes ὁ Ἠλεῖος: ſive potiùs, ὁ Ἀκαδημαϊκός. Nonnullos exſtitiſſe, qui Academicam Philoſophiam à Sceptica diverſam non eſſe exiſtimarent, diſces è Sexto Empirico, Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro 7. capite 33.

ΠΛΕΙΣΤΑΡΧΟΥ μὲν υἱὸς] Πιστοκράτους filium vocat Pauſanias Ἠλιακῶν II. Κατὰ δὲ τῆς στοᾶς τὸ ἐς τὴν ἀγορὰν, ἕστηκε Πύῤῥωνος τοῦ Πιστοκράτους εἰκών, σοφιστοῦ τε ἀνδρὸς, καὶ ἐς βέβαιον ὁμολογίαν ἐπὶ οὐδενὶ λόγῳ καταστάντος. ἔστι δὲ καὶ μνῆμα τῷ Πύῤῥωνι οὐ πόῤῥω τοῦ Ἠλείων ἄστεως. Potior videtur lectio Laërtiana: quam adſtruunt & Suidæ Codices in Πύῤῥων.

Πρότερον ἦν ζωγράφος] Suidas: καὶ πρότερον μὲν ἦν ζωγράφος. Ipſe Laërtius mox infrà: Ἀντίγονος δέ φησιν ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Πύῤῥωνος τάδε περὶ αὐτοῦ, ὅτι τὴν ἀρχὴν ἄδοξός τε ἦν, καὶ πένης, καὶ ζωγράφος. σώζεσθαι τε αὐτοῦ ἐν Ἠλίδι ἐν τῷ γυμνασίῳ λαμπαδιστὰς μετρίως ἔχοντας. Ariſtocles, apud Euſebium lib. XIV. de Præparat. Euangel. cap. 18. ὁ μὲν οὖν Πύῤῥων Ἀναξάρχου τινὸς ἐγένετο μαθητὴς, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἦν ζωγράφος, οὐδ' οὕτως εὐτυχής. Adde Lucianum in Bis Accuſato: apud quem Pictura λειποταξίου Pyrrhonem accuſat.

Καὶ ἤκουσε Δρύσωνος τοῦ Στίλπωνος] Lege, Βρύσωνος. Suidas: ὕστερον δὲ ὥρμησεν ἐπὶ φιλοσοφίας, καὶ διήκουσε Βρύσωνος τοῦ Κλεινομάχου μαθητοῦ. Sequitur apud Suidam: εἶτα Ἀλεξάνδρου τοῦ Μητροδώρου μαθητοῦ τοῦ Χίου· οὗ διδάσκαλος ἦν Μητρόδωρος ὁ Ἀβδηρίτης: pro eo quod hîc legitur apud Noſtrum, ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Διαδοχαῖς· εἶτα Ἀναξάρχου τοῦ Μητροδώρου μαθητοῦ τοῦ Χίου· οὗ διδάσκαλος ἦν Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης, jam ſuprà monuimus.

Ἀσκάνιος ὁ Ἀβδηρίτης] Neſcio qui fuerit, albus an ater homo.

Οὐδὲν γὰρ ἔφασκεν, οὔτε καλὸν, οὔτε αἰσχρὸν, οὔτε δίκαιον, οὔτε ἄδικον] Totidem verbis Heſychius Mileſius. Suidas: ἐδόξασε δὲ μηδὲν φύσει αἰσχρὸν ἢ καλὸν, ἀλλὰ ἔθει καὶ λόγῳ. Habuit autem hoc Pyrrho ab Archelao; ad cujus Vitam, vide nos ſuprà.

Καὶ ὅσα, μηδὲν, &c.] Lege, καὶ ὅσα τοιαῦτα μηδὲν, &c. quemadmodum habetur in Editione Stephanica. 62

Καθά φασιν οἱ περὶ τὸν Καρύστιον Ἀντίγονον] Qui tamen Antigonus Caryſtius circa Pyrrhonis tempora vivebat; quique ejus Vitam conſcripſit. Ariſtocles, apud Euſebium libro XIV. de Præparatione Euangelica cap. 18. ubi de Pyrrhone: Ἀντίγονος γὰρ ὁ Καρύστιος κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενόμενος χρόνους, καὶ ἀναγράψας αὐτῶν τὸν βίον, φησὶ τὸν Πύῤῥωνα, &c. Lego, ἀναγράψας αὐτοῦ τὸν βίον.

Αἰνεσίδημος δὲ] Floruit Æneſidemus Alexandriæ, quæ eſt in Ægypto. Scepticorum ſectam reſtauravit. Vixit paullò ante Ariſtoclem. Ariſtocles ipſe apud Euſebium dicto loco; ubi de Scepticis: μηδενὸς δ' ἐπιστραφέντος αὐτῶν, ὡς εἰ μηδὲ ἐγένοντο τοπαράπαν, χθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον, Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. Pyrrhoniorum libros VIII. ſcripſit, quos Lucio quidam Tuberoni, ſive Neroni, nobili Romano, ejuſdem ſectæ Philoſopho nuncupavit. Horum Excerpta habes apud Photium in Bibliotheca Cod. CCXII. ubi ὁ ἐξ Αἰγῶν dicitur. Gnoſſius dicitur infrà Laërtio, in Timone.

Ἐκπατεῖν τε αὐτὸν, καὶ ἐρημάζειν] Id eſt, *Hominum vitaſſe commercia, & in ſolitudine degere conſuevisſe.* Laërtius ſuprà, in Heraclito: καὶ τέλος, μισανθρωπήσας, καὶ ἐκπατήσας, ἐν τοῖς ὄρεσι διητᾶτο, πόας σιτούμενος καὶ βοτάνας. 63

Ἀεί τε εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ καταστήματι] Ita Socrates toto die perſtabat immobilis. In Gymnoſophiſtis id quoque notavit Plinius libro VII. capite 2. *Philoſophos*, inquit, *eorum, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum perſtare, contuentes Solem immobilibus oculis; ferventibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtere.*

Φησὶ] Antigonus Caryſtius, ſcilicet.

Καὶ συνεπαρεύετο οἷς τισιν ἤθελεν] συνεῤῥέμβετο habet uterque Codex Regiæ Bibliothecæ: & ita quoque ſcriptum eſt apud Heſychium Mileſium, qui Laërtium noſtrum more ſuo tranſcripſit.

Ναυσιφάνην] Nauſiphanem Teïum, Epicuri auditorem; de quo infrà.

Οὕτω δὲ αὐτὸν ὑπὸ τῆς πατρίδος τιμηθῆναι, ὥστε καὶ Ἀρχιερέα καταστῆσαι αὐτὸν, &c.] Heſychius Mileſius: καὶ Ἀρχιερεὺς κατέστη, καὶ δι' ἐκεῖνον πᾶσι τοῖς Φιλοσόφοις ἀτέλεια ἐψηφίσθη. Atque inde Franciſcus Mothæus Væærius rectè colligebat, falſum eſſe quod de Pyrrhone noſtro ſcripſerat Caryſtius Antigonus; nihil quidquam vitaſſe; nihil caviſſe; omnia ſubiiſſe; plauſtra ſi ſors obtuliſſet, & præ-

rupta loca, & canes, non declinaſſe: non enim veroſimile eſt tantum honorem viro tam imprudenter ſingula agenti detuliſſe Eleos.

Καὶ ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως ἐν τῷ Πύθωνι] ἐν τῷ Πύῤῥωνι malebat Grentemenilius. Sed ἐν τῷ Πύθωνι etiam in ſequentibus: καὶ ὁ Τίμων δὲ διασαφεῖ τὴν διάθεσιν αὐτοῦ, ἐν οἷς πρὸς Πύθωνα διέξεισιν. & poſteà: σημαίνει οὖν ἡ φωνὴ (καθά φησιν ὁ Τίμων ἐν τῷ Πύθωνι) τὸ μηδὲν ὁρίζειν, &c. & deinde: ὅθεν καὶ ὁ Τίμων ἐν τῷ Πύθωνί φησι μὴ ἐκβεβηκέναι τὴν συνήθειαν. Euſebius quoque de Præparat. Euangel. XIV. 18. Οὗτε μὴν Τίμων, ἐν τῷ Πύθωνι, διηγεῖται μακρόν τινα κατατείνας λόγον, ὡς ἐντύχοι τῷ Πύῤῥωνι βαδίζοντι Πυθοῖδε, παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, &c. Quare nihil mutandum.

65 Ἔκλυσιν εὗρες] Ita quoque Frobeniana: ſed Stephanica ἔκδυσιν: itémque Regiæ Membranæ. Utráque lectio proba eſt.

Ἑλλάδ' ἔχουσι, πόθεν δὲ καὶ εἰς ὅ, τι κυρεῖ ἕκαστα] Cal. πόθεν τε καὶ εἰς ὃ κυρεῖ τὰ ἕκαστα.

Ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς] In quo libro citatur & infrà ab eodem Laërtio: ſed cujus tamen ipſe non meminit in Elencho librorum Timonis: ſicut neque proximè memorati libri quem Πύθωνα auctor inſcripſit. Meminit Sextus Empiricus, ſed loco corrupto. Locum infrà emendamus ad Timonis Vitam.

Ῥᾷστα μεθ' ἡσυχίη] μεθ' ἡσυχίας ceteræ Editiones, & MS. unus Regiæ Bibliothecæ. Alter, μεθ' ἡσυχίης: ita quoque & Palatinus & Florentinus. Quam lectionem aſtruit & Sextus; apud quem ῥᾴστα quoque legitur optimè.

Μοῦνος ἐν ἀνθρώποισι θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύων] θεοῦ τρόπον: id eſt, *Solis inſtar*: quod ſcire, abſque Sexto Empirico eſſet, potuiſſet nemo. Ita ille adverſus Mathematicos pag. 61. Τίμωνος δὲ τοῦ Φλιασίου, τὸν Πύῤῥωνα ἡλίῳ ἀπεικάζοντος, ἐν οἷς φησι,

Μοῦνος δ' ἀνθρώποισι Θεοῦ τρόπον ἡγεμονεύεις,
Οὓς περὶ πᾶσαν ἐλὼν γαῖαν ἀνιστρέφεται,
Δεικνὺς ἐὐτόρνου σφαίρας πυρικαύτορα κύκλον.

Obiter varietatem lectionum obſervabis.

Ἀθηναῖοι δὲ καὶ πολιτείᾳ αὐτὸν ἐτίμησαν, (καθά φησι Διοκλῆς) ἐπὶ τῷ Κότυν τὸν Θρᾷκα διαχρήσασθαι] Athenienſes, non hunc honorem Pyrrhoni Eleo, ſed Pythoni Ænio, Platonis Diſcipulo, ob interfectum Cotym, detulerunt. Clarè id narrat Plutarchus in Politicis, in libro De laudando ſeipſo: & in libro contra Colotem. Item Demoſthenes κατὰ Ἀριστοκράτους, & Philoſtratus in Vita Apollonii libro VII. Rem illam notiſſimam, tum Laërtium, tum Diocłem ignoraſſe, non eſt veroſimile. Quare nullus dubito hæc verba addita fuiſſe à Lectore quodam ad oram loci qui proximè præceſſit, in quo de Pythone mentio: καὶ ὁ Τίμων περὶ αὐτοῦ φησιν οὕτως ἐν τῷ Πύθωνι. & maximè, cùm ibi quoque de honore quo Pyrrhonem cives ſui affecerunt, mentio injecta fuiſſet. Plenus Laërtius eſt τῶν παραβεβλημένων.

66 Καθά φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ Πλούτου καὶ Πενίας] Quo in opere citatur à Plutarcho in Vita Demoſthenis: ὁ δὲ Ἐρατοσθένης ἐν τοῖς πλούτου. Legendum, ἐν τῷ Περὶ πλούτου· non verò, ut viro de literis bene merito, Gerardo Johanni Voſſio, libro I. de Hiſtoricis Græcis capite 17. videbatur, ἐν τῷ Περίπλῳ.

Καὶ τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας καθάροι ἀδιαφόρως] Id eſt, *utenſilia domûs promiſcuè tergebat atque mundabat.* Legendum autem ἐκάθαιρεν: quemadmodum apud Heſychium ſcriptum eſt.

Καὶ χολήσας τι περὶ τῆς ἀδελφῆς, Φίλιστα δὲ ἐκαλεῖτο, πρὸς τὸν, &c.] Quod ipſum, & plenius, narrat Ariſtocles apud Euſebium: Φιλίστης δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θυούσης, ἔπειτα τῶν φίλων τινὸς ὑποσχομένου τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, καὶ μὴ παρασχομένου· τοῦ μέντοι Πύῤῥωνος πριαμένου, καὶ ἀγανακτοῦντος, ἐπειδήπερ ὁ φίλος ἔλεγεν, ὡς οὐ ποιήσαιτο σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐδ' ἄξια τῆς ἀπαθείας· εἰπεῖν αὐτὸν, Ἐν γοῦν γυναικὶ οὐ δεῖ τὴν ἀπόδειξιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. καίτοι δικαίως ἂν εἶπεν ὁ φίλος, ὅτι ματαία καὶ ἐν γυναικὶ, καὶ κυνὶ, καὶ πᾶσιν. *Præterea, cùm Philiſta, ejus ſoror, ſacrificium adornaret, quemdam ex amicis, qui res ad illud neceſſarias pollicitus fuerat, promiſſis non ſtetiſſe. Pyrrhonem igitur eos ſumptus facere coactum, graviter id acerbéque cùm ferret, ex ſuo illo amico audiſſe, parùm ſe omnino ſuorum ex decretorum præſcripto facere, atque ab omni perturbatione vacuum oſtendere. Tum enimvero Pyrrhonem homini repoſuiſſe, Hujus rei fidem in mulierculæ cauſa fieri non debere. Cui ſanè amicus ille ſuus meritò reſponderet, In muliere, in cane, in reliquis omnibus inane totum hoc diſputandi genus futurum.*

Καὶ κυνός ποτε ἐπενεχθέντος διασοβηθέντα, εἰπεῖν πρὸς τὸν αἰτιασάμενον, Ὡς χαλεπὸν εἴη ὁλοσχερῶς ἐκδῦναι τὸν ἄνθρωπον] Toties memoratus Ariſtocles, apud Euſebium loco toties memorato: Ἀντίγονος γάρ ὁ Καρύστιος κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενόμενος χρόνους, καὶ ἀναγράψας αὐτοῦ τὸν βίον, φησὶ τὸν Πύῤῥωνα διωκόμενον ὑπὸ κυνὸς, ἀναφυγεῖν ἐπί τι δένδρον· σκωπτόμενον δ' ὑπὸ τῶν παρόντων, εἰπεῖν, ὡς χαλεπὸν εἴη τὸν ἄνθρωπον ἐκδῦναι. Iiſdem verbis Aphthonius in Progymnaſmatis: ὁ Πύῤῥων διωκόμενος ὑπὸ κυνὸς ἀνέφυγεν ἐπί τι δένδρον· σκωπτόμενος δ' ὑπὸ παρόντων, εἶπεν, ὡς χαλεπὸν εἴη τὸν ἄνθρωπον ἐκδῦναι. *Hominem exuere* dixit & Minutius Felix in Octavio; ſed alio ſenſu: *Hercules, ut hominem exuat, Oetæis ignibus concrematur.* Et alio quoque ſenſu, *feminam exuere.* Seneca epiſt. 95. *Quia feminam exuerunt, damnatæ morbis viribus.* Etiam Paulus ad Coloſſ. III. 9. ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον.

Ἀλλὰ καὶ Φίλων ὁ Ἀθηναῖος, γνώριμος αὐτοῦ γεγονώς] γνώριμος, id eſt, *Diſcipulus*: quod ſuprà non ſemel obſervavi. Philon ille, cujus & infrà mentionem facit Laërtius, à Luciano in Dialogo qui *Vitarum Auctio* inſcribitur introductus eſt: ΕΡΜ. τίς λοιπὸς ἡμῖν καταλέλειπται; ὁ Σκεπτικὸς οὗτος. σὺ ὁ Πυῤῥίας πρόσιθι, καὶ ἀποκρίνου κατὰ τάχος· ἤδη μὲν ὑπορρέουσιν οἱ πολλοὶ, καὶ ἐν ὀλίγοις ἡ πρᾶσις ἔσται· ὅμως δὲ τίς καὶ τοῦτον ὠνεῖται; ΑΓΟΡ. ἔγωγε· ἀλλ' οὖν πρῶτον εἰπέ μοι, σὺ τί ἐπίστασαι; ΦΙ. οὐδέν. ΑΓΟΡ. πῶς τοῦτο ἔφησθα; ΦΙ. ὅτι οὐδὲν ὅλως εἶναί μοι δοκεῖ. ΑΓΟΡ. οὐδὲ ἡμεῖς ἄρα ἐσμέν τινες; 67

ΦΙ. οὐδὲ τοῦτο οἶδα, ΑΓΟ. οὐδ' ὅτι σὺ τὶς ἂν τυγχάνεις; ΦΙ. πολὺ μᾶλλον ἔτι τοῦτ' ἀγνοῶ: & quæ ſequuntur. *Pyrrhiam* vocat Philonem, quia Pyrrhonis erat ſectator. Malè autem in Editione Salmuriensi pro ΦΙ. quod eſt ΦΙΛΩΝ, ſcriptum eſt ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ. quod nomen & in titulo Dialogi in Editione utraque Baſileenſi legitur: Διὸς, Ἑρμοῦ, Ἀγοραστοῦ, Πυθαγόρου, Δημοκρίτου, Ἡρακλείτου, Σωκράτους, Διογένους, (excidit Ἀριστίππου, Ἀριστοτέλους, Ἐπικούρου) Χρυσίππου καὶ Φιλοσόφου· ἢ Βίων Πράσις. Legendum, καὶ Φίλωνος. Philoſophi tamen cujuſdam, qui *Philoſophus* vocabatur, meminit Suidas in Φιλόσοφος; ſed qui Platonicus fuit, non Scepticus: qualis erat qui à Luciano in Vitarum Auctione introducitur. Verba Suidæ; quia de illo Philoſopho altum apud Veteres ſilentium; minimè hîc prætereunda exiſtimamus: Φιλόσοφος, ὃς τοῦ Πλάτωνος Νόμους διεῖλεν εἰς βιβλία ιβ'. τὸ γὰρ ιγ' αὐτὸς προσθεῖναι λέγεται· καὶ ἦν Σωκράτους καὶ αὐτοῦ Πλάτωνος ἀκουστὴς, σχολάσας τοῖς μετεώροις· ὧν δὲ κατὰ Φίλιππον τὸν Μακεδόνα, συνεγράψατο τάδε, Περὶ τῆς ἀποστάσεως ἡλίου καὶ σελήνης, &c.

Ἐμέμνητο μάλιστα μὲν Δημοκρίτου] Tamen in ejus libris nihil boni Pyrrhonem reperiſſe, ait apud Euſebium Ariſtocles: τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐντυχὼν, χρηστὸν μὲν οὐδὲν οὔτε εὗρεν, οὔτε ἔγραψε. Legendum videtur, ὅτι χρηστὸν οὐδὲν εὗρεν, ἔγραψε· aut, χρηστὸν μὲν οὐδὲν εὗρον, ἐπέγραψε.

Εἶτα δὲ καὶ Ὁμήρου, θαυμάζων αὐτὸν] Homeri ſtudioſum fuiſſe, teſtatur quoque Sextus adversùs Mathematicos pag. 56. τῶν δὲ Γραμματικῆς κατηγόρων, ὁ μὲν Πύρρων παρ' ἕκαστα τὴν Ὁμηρικὴν διετύλισσε ποίησιν· οὐ πάντως διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, ἀλλὰ τάχα μὲν ψυχαγωγίας χάριν, καὶ ὡς εἰ Κωμῳδῶν ἠκροᾶτο· τάχα δὲ καὶ τοὺς ποιητικοὺς παρατηρῶν τρόπους καὶ χαρακτῆρας· λέγεται γὰρ αὐτὸν καὶ ποίησιν εἰς τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον γράψαντα, μυρίοις χρυσοῖς τετιμῆσθαι. *Ex Grammaticæ autem accuſatoribus, Pyrrho quidem in ſingulis Homericam evolvit poëſim, non omnino propter priùs dictam cauſam, ſed fortè quidem gratiâ delectationis, & perinde ac ſi audiret Comœdos: fortaſſe autem etiam poëticos obſervans tropos & figuras. Dicitur enim, cùm Poëma ſcripſiſſet ad Regem Alexandrum, decies mille aureorum munere fuiſſe honoratus.* Et pag. 54. αὐτοὺς δὲ εὑρήσομεν τοὺς τῆς Γραμματικῆς κατηγόρους, Πύρρωνά τε καὶ Ἐπίκουρον, ἐξομολογουμένους τὸ ἀναγκαῖον αὐτῆς. ὧν ὁ μὲν Πύρρων ἱστορεῖται τὴν Ὁμηρικὴν διὰ παντὸς ποίησιν ἀναγινώσκων· μὴ ἂν ποτε τοῦτο ποιήσας, εἴπερ μὴ ἐγίνωσκεν αὐτὴν χρησίμην, καὶ διὰ τοῦτο τὴν Γραμματικὴν ἀναγκαίαν. *Inveniemus autem ipſos etiam accuſatores Grammaticæ, Pyrrhonem & Epicurum, confiteri ejus neceſſitatem. Ex quibus narratur quidem Pyrrho perpetuò legiſſe Poëſim Homericam; hoc numquam facturus, niſi cognoviſſet utilem eſſe Grammaticam, & propterea neceſſariam.*

Καὶ συνεχὲς λέγων, Οἵπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν] Verſus Homericus 146. Iliad. Z. quem de Cauniis feſtivè olim uſurpavit feſtivus Stratonicus. Strabo lib. XIV. Στρατόνικος ὁ Κιθαριστὴς, ἰδὼν ἐπιμελῶς κλωροὺς τοὺς Καυνίους, τοῦτ' εἶναι ἔφη τὸ τοῦ Ποιητοῦ,

Οἵπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.

Μεμφομένων δὲ, ὡς σκάπτοιτο αὐτῶν ἡ πόλις ὡς νοσερὰ, Ἐγὼ, ἔφη, ταύτην θαρρήσαιμι λέγειν νοσεράν, ὅπου καὶ οἱ νεκροὶ περιπατοῦσι; Meminit & Stephani Abbreviator Hermolaus in Καῦνος, & Euſtathius ad memoratum Homeri locum.

Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ· τί δὴ ὀλοφύρεαι αὔτως;] Regiæ Membranæ, καὶ σὺ τί δή. Legendum καὶ σύ τιη, quemadmodum apud Homerum Iliad. Φ. 106. legitur. Et ita quoque hîc Editio Sambuciana.

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων] Quem Homeri verſum notiſſimum, cùm Alexandri abs ſe animum alienatum Calliſthenes percepiſſet, dixiſſe refert Plutarchus in Alexandro. Eumdem & Callianax, Medicus Herophileus, ægro, qui mori metuebat, occinit. Refert id Galenus Commentario IV. ad Hippocratis Epidemicorum libros; quo loco præcipit Medicos cautos eſſe debere in verbis quæ cum ægrotis habent: ἔνιοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἰσχάτως εἰσὶν ἀβέλτεροι, τοιοῦτοί τινες ὄντες, οἷον ὁ Ζεῦξις φησι ὑπὸ Βακχείου γεγράφθαι, Καλλιάνακτα γεγονέναι τὸν Ἡροφίλειον, ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασιν Ἡροφίλου τε καὶ τῶν ἀπὸ τῆς οἰκείας αὐτοῦ· νοσοῦντος γάρ τινος, εἶτ' εἰπόντος τῷ Καλλιάνακτι, Τεθνήξομαι; φασὶν αὐτὸν ἐπιφωνῆσαι τόδε τὸ ἔπος,

Εἰ μή σε Λήθω καλλίπαις γενήσατο.

ἑτέρῳ δὲ ταυτὸ τοῦτ' εἰπόντι, φάναι,

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Δείξας ἐν τῷ πλοίῳ χοιρίδιον ἐσθίον, καὶ εἰπὼν, ὡς 68
χρὴ τὸν Σοφὸν ἐν τοιαύτῃ καθεστάναι ἀταραξίᾳ] At porcellus ille grunnitus magnos, verberatus, edidiſſet. id bene viſum Michaëli Montano; qui & ipſe Scepticen; quam ceteris Philoſophorum Sectis prætuliſſe videtur; ſcriptis ſuis non mediocriter illuſtravit.

Μόνος δὲ Νουμήνιος καὶ δογματίσαι φησὶν αὐτὸν] Diverſus à Numenio Apameenſi Syro, Philoſopho Pythagorico & Platonico.

Εὐρύλοχος] Hujus Eurylochi, extra hunc locum, mentio, quod ſciam, apud Veteres non occurrit.

Ἀποῤῥήξας θοιμάτιον] Ἀποῤῥίψας, Codex uterque 69
Regius.

Ἦν οὖν πολεμιώτατος τοῖς Σοφισταῖς, ὡς καὶ Τίμωνά φασιν] Ita quoque Editio princeps. Stephanica, & Schedæ Regiæ, ὡς καὶ Τίμων φησί· & ita videtur legendum.

Ὁ δὲ Φίλων τὰ πλεῖστα διελέγετο] Editio prior, ὁ δὲ Τίμων. Legendum omninò ὁ δὲ Φίλων, qui ſequitur, probat Timonis verſus:

Οὐκ ἐμπαζόμενον δύξης ἐρίδων τε Φίλωνα.

Ἢ τὸν ἀπ' ἀνθρώπων ἀπόσχολον] Placet Caſauboni emendatio, ἀπάνθρωπον καὶ ἀπόσχολον.

Αὐτολαλητὸν] Αὐτολαλητὴν Editio Stephani, & Regiæ Membranæ. Ceterùm, hæc appoſita ἀπάνθρωπος & αὐτολαλητὸς, de Pyrrhone potiùs quàm de Philone à Timone uſurpata, non invitus crediderim: ſiquidem Pyrrhonem hominum vitaſſe conſuetudinem, ac ſecum loqui conſueviſſe, conſtat ex ſuperioribus.

Διήκουε τοῦ Πύῤῥωνος Ἑκαταῖός τε ὁ Ἀβδηρίτης] Quem alium eſſe ab Hecatæo Abderita Hiſtorico ſuſpicatur Jonſius; quamquam & eumdem eſſe poſſe fateatur, cùm tempora non repugnent.

Καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος, &c.] Ariſtocles: ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων Φλιάσιος· ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ, συνέγραψεν ἀργαλέας Παῤῥῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς Σίλλους γράψας, καὶ λέγων,

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κακ' ἐλέγχεα, &c.

Ναυσιφάνης Τήϊος, οὗ φασί τινες ἀκοῦσαι Ἐπίκουρον] Vertit Aldobrandinus, *quem dicunt quidam Epicuri auditorem fuiſſe*, ac proinde legerat ὃν φασί τινες ἀκοῦσαι Ἐπικούρου. Legendum prorſus, οὗ φασί τινες ἀκοῦσαι Ἐπίκουρον. Clemens Stromat. 1. Δημοκρίτου δὲ ἀκουσταὶ, Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης, καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος· οὗ Διογένης ὁ Σμυρναῖος· οὗ Ἀνάξαρχος· τούτου δὲ Πύῤῥων· οὗ Ναυσιφάνης· τούτου φασὶν ἔνιοι μαθητὴν Ἐπίκουρον γενέσθαι. Laërtius ipſe infrà, in Epicuro: καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς περὶ Ναυσιφάνους λέγειν· ταῦτα ἤγαγεν αὐτὸν εἰς ἔκστασιν τοιαύτην, ὥστε μοι λοιδορεῖσθαι, καὶ ἀποκαλεῖν διδάσκαλον. Ibi nos vide. Pyrrhonis auditor fuit & Theodorus ἄθεος, teſte Suida in Θεόδωρος. Et Heraclitus, teſte Ammonio ad Ariſtotelis Cathegorias. Sed fallitur Ammonius: qua de re nos ſuprà ad Heraclitum.

Πυῤῥώνειοι μὲν, ἀπὸ τοῦ διδασκάλου, &c. Ζητητικὴ μὲν οὖν Φιλοσοφία, &c.] Delenda videtur vox Φιλοσοφία, & legendum Ζητητικοὶ, Σκεπτικοὶ, Ἀπορητικοί. Ita certè apud Suidam legitur; qui totum hunc locum, uſque ad hæc verba οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ξενοφάνης, ad verbum deſcripſit. Illa autem Ζητητικὴ, Σκεπτικὴ, Ἀπορητικὴ, huc migraſſe videntur è Sexto: cujus hæc ſunt verba Hypotypoſeon 1. 3. ἡ Σκεπτικὴ τοίνυν ἀγωγὴ καλεῖται μὲν καὶ Ζητητικὴ, ἀπὸ τῆς ἐνεργείας τῆς κατὰ τὸ ζητεῖν καὶ σκέπτεσθαι· καὶ Ἐφεκτικὴ, ἀπὸ τοῦ μετὰ τὴν ζήτησιν περὶ τῶν σκεπτομένων γινομένου πάθους· καὶ Ἀπορητικὴ, ἤτοι ἀπὸ τοῦ περὶ παντὸς ἀπορεῖν, καὶ ζητεῖν, ὡς ἔνιοί φασιν· ἢ ἀπὸ τοῦ ἀμηχανεῖν πρὸς συγκατάθεσιν ἢ ἄρνησιν· καὶ Πυῤῥώνειος, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἡμῖν Πύῤῥωνα, σωματικώτερον καὶ ἐπιφανέστερον τῶν πρὸ αὐτοῦ προσεληλυθέναι τῇ σκέψει. Zeteticorum Philoſophorum meminit quoque Philo Judæus in libro de Confuſione dialectorum: καὶ μάλιστα κατὰ τοὺς Ζητητικοὺς τῶν φιλοσόφων, οἳ τοῦ παντὸς κέντρον εἶναι τὴν γῆν ἀνωμολόγησαν. Sed alii videntur eſſe Zetetici Philoſophi illi à noſtris.

Οἷον δόγματος] Modus loquendi Juriſconſultis familiaris; quod Caſaubonus hoc loco obſervabat. Ita in L. Si Uſusfructus D. Quibus modis Uſusf. amittitur, Modeſtinus ait, quaſi morte intercidere uſumfructum. De Pyrrhonia ſecta in hanc mentem Ariſtocles apud Euſebium: ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην εἴτε αἵρεσιν, εἴτε ἀγωγὴν λόγων, εἴτε ὅπῃ καὶ ὅπως ἐθέλῃ τις καλεῖν αὐτὴν, οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη, δῆλον. ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἶμαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτὴν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς. *Et quidem hujus vel Sectæ, vel Diſciplinæ, vel quocumque nomine hanc appellare libeat, qui laudator eſſe velit, neminem futurum ſatis conſtat. Ego verò ne Philoſophiam quidem eam vocarim, cùm ipſa philoſophandi principia funditus convellat.* De eo autem, an Scepticus aliqua dogmata habeat, videndus Sextus Empiricus in 1. Hypotypoſeon cap. 7. huic quæſtioni deſtinato: qui & capite 8. An ſectam habeat Scepticus, diſputat.

Πυῤῥώνειοι δὲ, ἀπὸ Πύῤῥωνος] Spuria ſunt hæc, ac proinde ejicienda: proximè quippe dictum à Laërtio, Πυῤῥώνειοι μὲν, ἀπὸ τοῦ διδασκάλου. Id rectè vidit Caſaubonus; cujus ſententia Suidæ confirmatur auctoritate, qui totum hunc locum retulit, quique hæc verba non retulit. E Sexto Empirico huc migrarunt. Sexti locum ſuprà retulimus. 70

Θεοδόσιος δὲ ἐν τοῖς Σκεπτικοῖς Κεφαλαίοις] Hujus Theodoſii, horumque Scepticorum Capitum meminit Suidas in Θεοδόσιος· Θεοδόσιος φιλόσοφος. ἔγραψε Σφαιρικὰ, ἐν βιβλίοις τρισίν· Ὑπόμνημα εἰς τὰ Θεύδια κεφάλαια· Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν, δύο· Ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους Ἐφόδιον· Διαγραφὰς οἰκιῶν, ἐν βιβλίοις γ'· Σκεπτικὰ Κεφάλαια ἀστρολογικὰ περὶ οἰκήσεων. Lege cum nota diſtinctionis, Σκεπτικὰ Κεφάλαια· Ἀστρολογικὰ· Περὶ οἰκήσεων. Is eſt Theodoſius Tripolites, cujus exſtant libri tres *de Figura Sphærica*, quos Græcè edidit & Latinè vertit Johannes Pena, Mathematicus Regius, & quorum, loco allato, meminit Suidas. Exſtant manu ſcripti etiamnunc libri illi duo *De diebus & noctibus*, in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Eos Latinè Argentorati edi curavit Petrus Daſypodius anno 1572. Exſtare & librum Περὶ οἰκήσεων in Bibliotheca Florentina, manu exaratum, docuit me Emericus Bigotius. Quamquam autem Theodoſius hic inſcribatur *Tripolites*, non dubitat tamen Voſſius, in Commentario de Scientiis Mathematicis, quin idem ſit ac Bithynus ille Theodoſius, profeſſione Philoſophus; quem Mathematicis diſciplinis, uti & filios ejus, præſtitiſſe, ſcribit Strabo lib. XII. Ut Pompeii Magni tempore vixiſſe videatur. Nec obſtat, inquit ille, quòd dicatur Bithynus: nam fortaſſe ex Bithynia Tripolin in Africam abiit, atque ibi ſedem fixit. Quo modo Hipparchus eidem Straboni eſt Bithynus, qui Ptolemæo, & aliis, eſt Rhodius. Fallitur vir doctiſſimus. Theodoſius hic noſter Tripolites longè poſterior fuit Bithyno; ſiquidem, teſte Suida, ſcripſit in Capitula Theudæ, quem paullò ante Sextum Empiricum; hoc eſt, circa Marci tempora; vixiſſe, diſces ex Diogene noſtro infrà, in Vita Timonis. Ceterùm, Suidas alium facere videtur Theodoſium Tripoliten, à Theodoſio illo noſtro qui Σκεπτικὰ Κεφάλαια ſcripſerat. Eum vide.

Οὐ φησι δεῖν Πυῤῥώνειον καλεῖσθαι τὴν Σκεπτικήν. εἰ γὰρ τὸ καθ' ἑκάτερον, &c.] Apud Suidam: οὐ φησι Πυῤῥώνειον καλεῖσθαι τὸν Σκεπτικόν· εἰ γὰρ τὸ καθ' ἕτερον. Etiam ἕτερον MSS. Regii; ſed in quorum uno annotata eſt prior lectio, manu recentiori.

Ὁμωτρόπως] Ὁμότροπος, Suidas: item Regius uter-

que Codex. Tamen in uno, ὁμοτρόπως ſuprà adnotatum invenimus.

71 Καὶ οὐδὲν ὁρικῶς δογματίζει] Ὁριστικῶς, Suidas.

Τοῖς ἀνθρώποισι νοῦς, Γλαῦκε Λεπτίνεω ὦ παῖ, Γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐπ' ἡμέρην ἄγει] Scriptum eſt apud Suidam, Τοῖς ἀνθρώποις νοῦς γίνεται θνητοῖς ὁ κοίνην Ζεὺς ἡμέρην ἄγει. Legendum utrobique, Τοῖς ἀνθρώποισι νοῦς, ὦ Γλαῦκε, παῖ Λεπτίνεω, Γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει. Eſt autem referenda vox ὁκοίην, non ad νοῦς; ut eam uterque Interpres retulit; ſed ad ἡμέρην. Homerus ſimiliter; à quo Archilochus hanc ſententiam habuit:

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Nam & ibi vox οἷον, ad ἦμαρ, non ad νόος, referenda: quod rectè, poſt doctiſſimum Mericum Caſaubonum in Diſſertatione ſuper hac ipſa Homeri ſententia, monuit doctiſſimus Jacobus Duportus in Homeri Gnomologia. Sententiæ, cùm Homericæ, tum Archilochiæ, meminit Sextus adverſus Mathematicos pag. 162. ἐμφαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον πολὺ πρόσθεν Ὅμηρος, εἰπών,

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

καὶ Ἀρχίλοχος δὲ φησι τοὺς ἀνθρώπους τοιαῦτα φρονεῖν, ὁποίην (corrige ὁκοίην) Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.

Εὐριπίδης δὲ] In Supplicibus. Ceterùm, ſequentes verſus ita emendabat Theodorus Canterus Var. Lect. 1. 6.

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
Φρονεῖν λέγουσι; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα·
Δρῶμέν τε τοιαῦθ' ἂν σὺ τυγχάνῃς θέλων.

Paullò aliter Caſaubonus hîc. Eos autem ita Latinè reddebat Hugo Grotius, in Excerptis ex Euripide:

Miſeros quid Homines, ô Deûm Rex & Pater,
Sapere arbitramur? pendet è nutu tuo
Res noſtra, facimuſque illa quæ viſum tibi.

72 Ἐν οἷς Ξενοφάνης μέν φησι, Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν, οὐδέ τις ἔσται Εἰδώς] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 146. ubi de iis qui κριτήριον ſuſtulerunt: ἐν τούτοις δὲ εἰσὶ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Σκέψεως, ὧν Ξενοφάνης μὲν κατά τινας εἰπὼν πάντα ἀκατάληπτα, ἐπὶ ταύτης ἐστὶ τῆς φορᾶς, ἐν οἷς γράφει,

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν, οὐδέ τις ἔσται
Εἰδώς, ἀμφὶ θεῶν τε, καὶ ἅσσα λέγω περὶ πάντων.
Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπών,
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε, δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

διὰ τούτων γὰρ σαφὲς μὲν ἔοικε λέγειν τ' ἀληθὲς καὶ τὸ γνώριμον, καθὸ λέγεται,

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.

Meminit & pag. 157. adverſus Mathematicos: Ξενοφάνης δὲ κατὰ τοὺς ὡς ἕτερος αὐτὸν ἐξηγουμένους, ὅταν λέγῃ,

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν· οὐδέ τις ἔσται, &c.

φαίνεται μὴ πᾶσαν καταλῆψιν ἀναιρεῖν· ἀλλὰ τὴν ἐπιστημονικήν τε καὶ ἀδιάπτωτον· ἀπολείπειν δὲ τὴν δοξαστήν· τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει, τὸ, δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται· ὥστε κριτήριον γίνεσθαι κατὰ τοῦτον, τὸν δοξαστὸν λόγον, τουτέστι, τὸν τοῦ εἰκότος, ἀλλὰ μὴ τὸν τοῦ παγίου ἐχόμενον. Obſervat Caſaubonus, legi apud Plutarchum,

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ', οὔτε τις ἔσται
Εἰδώς.

Priorem lectionem, germanam lectionem eſſe exiſtimamus.

Ζήνων δὲ τὴν κίνησιν ἀναιρεῖ, λέγων, Τὸ κινούμενον οὔτε ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται, οὔτε ἐν ᾧ μή ἐστι] Sextus adverſus Mathematicos pag. 421. καὶ μὴν καὶ ὁ περὶ τῆς κινήσεως λόγος ποικίλως ἄπορος δέδεικται, διὰ τὸ μήτε ἐν ᾧ τί ἐστι τόπῳ δύνασθαι κινεῖσθαι, μήτε ἐν ᾧ μή ἐστι.

Δημόκριτος δὲ τὰς ποιότητας ἐκβαλών· ἵνα φησὶ, Νόμῳ ψυχρὸν, νόμῳ θερμόν· αἰτίῃ δὲ ἄτομα καὶ κενόν. Καὶ πάλιν, Αἰτίῃ δὲ οὐδὲν ἴδμεν] De hac Democriti ſententia, diximus ſuprà pluribus ad Democritum; ubi & hoc loco, ἐτεῇ legendum monuimus. Addo hunc Ariſtotelis locum è libro III. Metaphyſicorum cap. 5. διὸ Δημόκριτός γέ φησιν, ἤτοι οὐθὲν εἶναι ἀληθὲς, ἢ ἡμῖν γ' ἄδηλον. *Propter quod Democritus, aut nihil eſſe verum, aut nobis ignotum eſſe ait.*

Ἐν βυθῷ γὰρ ἡ ἀλήθεια] Cicero Academ. Quæſt. lib. v. *Naturam accuſa, quæ in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abſtruſerit.* Lactantius libro III. Inſtitutionum cap. 27. *Anaxagoras pronuntiat circumfuſa eſſe tenebris omnia. Empedocles, anguſtas eſſe ſenſuum semitas queritur: tamquam illi ad cogitandum rhedâ & quadrigis opus eſſet. Democritus quaſi in puteo quodam, ſic alto ut fundus ſit nullus, veritatem jacere demerſam. nimirum ſtultè, ut cetera. non enim tanquam in puteo demerſa eſt veritas: quò vel deſcendere, vel etiam cadere illi licebat: ſed tamquam in ſummo montis excelſi vertice: vel potiùs in cælo: quod eſt veriſſimum. quid enim eſt, cur eam potiùs in imum depreſſam diceret, quàm in ſummum levatam? niſi ſortè mentem quoque in pedibus, aut in imis calcibus conſtituere malebat potiùs, quàm in pectore, aut in capite.* Vide ſuprà in Democrito. Vulgò, τὸ ἐν βυθῷ *in puteo* interpretatur: non malè: eſt enim *puteus*, ἀπὸ τοῦ βυθοῦ. Vide Origines noſtras Italicas in voce *Pò*.

Καὶ Πλάτωνα τὸ μὲν ἀληθὲς θεοῖς τε καὶ θεῶν παισὶν ἐγχωρεῖν· τὸν δὲ εἰκότα λόγον ζητεῖν.] Hic locus, ubi Plato inter Philoſophos (non quidem nomine, ſed re) Scepticos à Laërtio recenſetur, me admonet, ut locum in Bibliotheca Photii corruptiſſimum indicem. Ita ille ibi, ubi de Æneſidemi libris: οἱ μὲν τοῦ Αἰνησιδήμου λόγοι πρὸς τοιοῦτον ἀγῶνα κανονίζονται· ὅτι δὲ ματαιότης αὐτῶν, καὶ πολλὴ λέσχη ἡ σπουδὴ, Πλάτωνί τε καὶ πολλοῖς ἄλλοις τῶν πρὸ ἡμῶν τὸν ἔλεγχον ἔδοσαν, καὶ ὅτι μηδὲν εἰς δόγμα συντελεῖ. Vocem Πλάτωνι in mendo cubare, nemo non videt: non enim adverſus Æneſidemi libros ſcripſit Plato; neque per ætatem ſcribere potuit. An ſcripſerit Photius Πλατωνικοῖς? Οὐδὲν ὁρίζω, ut Scepticorum noſtrorum verba uſurpem. Ceterùm, an Platonica Diſciplina à Sceptica differat, tractantem egregiè Sextum Empiricum vide Hypotyp. 1. 33.

73 Καὶ Εὐριπίδην λέγειν, Τίς δ' οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν· Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν νομίζεται βροτοῖς;] Citat hos Euripidis verſus & Sextus Pyrrhonearum Hypotypoſeon libro III. capite 24. ſed paullò aliter: καὶ τὸν θάνατον δὲ αὐτὸν οἱ μὲν δεινὸν καὶ φευκτὸν εἶναι νομίζουσιν· οἱ δὲ οὐ τοιοῦτον· ὁ γοῦν Εὐριπίδης φησὶν,

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν·
Τὸ κατθανεῖν δὲ, ζῆν κάτω νομίζεται;

Citantur & ab Origene libro VII. contra Celſum, hoc modo:

Τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
Τὸ κατθανεῖν δὲ, ζῆν;

Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas, eos ait eſſe ex Hippolyto Euripidis: quod de Euripidis Hippolyto Καλυπτομένῳ, vel de Hippolyto Στεφανηφόρῳ, qui periere, intelligendum: non enim comparent in Euripidis Hippolyto qui hodie exſtat. Ceterùm, poſterior verſus ſic apud illum Enarratorem legitur,

Τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν·

qui & aliter quoque apud Sextum. Sed apud Stobæum ſimiliter ac apud Laërtium. Euripidis locum reſpexit Tullius, cùm ſcripſit, *Veſtra verò quæ dicitur vita, mors eſt.* Decet hoc loco non ſileri, quod de Pyrrhone noſtro refert Stobæus Sermone CXVIII. Πύῤῥων ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν ζῆν, ἢ τεθνάναι· καί τις ἔφη πρὸς αὐτὸν, Τί οὖν σὺ οὐκ ἀποθνήσκεις; ὁ δὲ, Ὅτι, εἶπεν, οὐδὲν διαφέρει. *Pyrrhon ajebat, nihil intereſſe inter vitam & mortem. Et cùm quidam ad eum diceret, Cur igitur ipſe non moreris? Quia nihil intereſt, reſpondit.*

Ἀλλὰ καὶ Ἐμπεδοκλέα, οὕτως ἐπεὶ οὐδ' ὁρατὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστά, Οὔτε νόῳ περιληπτά.] Emendat Caſaubonus,

Οὕτως οὔτ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστά,
Οὔτε νόῳ περιληπτά,

optimè: & ita MSS. noſtri. Ita quoque hi verſus leguntur apud Sextum adverſus Mathematicos pag. 160. niſi quòd ἐπὶ δερκτὰ diviſim ibi vitiosè ſcriptum eſt. Vox οὕτως apud Plutarchum, in libro de Puerorum educatione, malè quoque ab Empedoclis verbis ſeparatur: quod benè Caſaubono obſervatum; qui & rectè monet pertinere ad Empedoclis verba quod apud Tullium legimus in Lucullo: *Et tamen iſti Phyſici rarò admodum cùm hærent aliquo loco, exclamant quaſi mente concitati. Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur, abſtruſa eſſe omnia, nihil nos ſentire, nihil cernere: nihil omnino quale ſit, poſſe reperiri.*

Καὶ ἐπάνω, Αὐτὸ μόνον πεισθὲν τῷ προσέκυρσεν ἑκάστος] Regiæ Membranæ, πεισθὲν τὸ τῷ. Lege,

Αὐτὸ μόνον πεισθέντες, ὅτῳ προσέκυρσεν ἑκάστος:

quemadmodum legere eſt apud Sextum dicto loco.

Ἔτι μὲν Ἡράκλειτον, Μὴ εἰκῇ περὶ τῶν μεγίστων συμβαλλώμεθα] Cujus tamen Philoſophiam à Sceptica Inſtitutione longe differre, oſtendit Sextus Hypotypoſeon lib. I. cap. 29.

Καὶ Ἱπποκράτην ἔπειτα ἐνδιαστῶς καὶ ἀνθρωπίνως ἀποφαίνεσθαι] Corrige, ἐνδοιαστῶς: quemadmodum habent libri manuſcripti, & ceteri editi. An verò celebre ſit Hippocrati ſententias ſuas ambiguè efferre, alius viderit. Certè ejus Aphoriſmos, βίβλον, ut ait Suidas, ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσαν σύνεσιν, de rebus quæ ὡς ἐπιτοπολὺ accidunt, accipiendos nemo eſt qui neſciat. Hippocrati addere poſſumus Ariſtotelem; qui & ipſe his verbis, ἴσως, τάχα, ἔοικε, δοκεῖ εἶναι, plerumque; licèt Dogmaticus; ſua decreta profert. Poſſumus addere & Juriſconſultos; quibus τὸ *videtur* frequens in ore: quem tamen loquendi modum non eſſe dubitantis, oſtendit magnus Cujacius in libro Obſervationum; libro ſimiliter ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντι σύνεσιν. Etiam *apud Avicennam idem de eodem dicitur*, eſt, & non eſt, *& omnia per* fortaſſe *ſolvuntur.* Verba ſunt Symphoriani Campegii in Apologetica Diſceptatione, An ſanguis mitti debeat in Cauſone, & ſub cane, aut prope canem, *&c.*

Καὶ πρὶν, Ὅμηρον] Seneca epiſtolâ 88. ubi de Homero: *Modò Stoicum illum faciunt, virtutem ſolùm probantem, & voluptates refugientem: modò Epicureum, laudantem ſtatum quietæ civitatis, & inter convivia, cantuſque, vitam exigentis: modò Peripateticum, bonorum tria genera inducentem: modò Academicum, incerta omnia dicentem.*

Ἐπέων δὲ πολὺς νόμος ἔνθα καὶ ἔνθα] Iliad. Υ. 249. Heſiodus ſimiliter in Operibus lib. II.

Ἀχρεῖος δ' ἔσται ἐπέων νόμος.

Legendum autem utrobique, νομὸς, accentu in ultima: id eſt, νέμησις, *partitio; diſtributio in utramque partem.* νόμος accentu in penultima, quæ vox *legem* ſignificat, apud Homerum non reperitur: quod, præter Grammaticos, notavit etiam Joſephus libro II. contra Appionem.

Διετέλουν δὲ οἱ Σκεπτικοὶ κατὰ τὰ τῶν αἱρέσεων δόγματα πάντα ἀνατρέποντες, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἀποφαίνοντες δογματικῶς &c.] Totum hunc Laërtii locum, uſque ad παραλλάττοντα ἀπεφαίνετο, non nominato auctore, ut fermè ſolet, deſcripſit Suidas in οὐδὲν μᾶλλον. Eum ibi vide, & ex Laërtio emenda.

Αὐτοὶ δὲ οὐδὲν ἀποφαίνοντες δογματικῶς· ἕως δὲ τοῦ προφέρεσθαι τὰ τῶν ἄλλων, καὶ διηγεῖσθαι, μηδὲν ὁρίζοντες, μηδ' αὐτὸ τοῦτο] Qua de re audiendus Gellius libro XI. capite 5. *Quos Pyrrhonios Philoſophos vocamus, ii Græco cognomento* Σκεπτικοὶ *appellantur. id fermè ſignificat quaſi* Quæſitores & Conſideratores: *nihil enim decernunt; nihil conſtituunt: ſed in quærendo ſemper conſiderandòque ſunt, quidnam ſit omnium rerum de quo decerni conſtituique poſſit: ac ne videre quoque planè quicquam, neque audire ſeſe putant: ſed ita pati afficique quaſi videant vel audiant. eáque ipſa quæ affectiones iſtas in ſeſe efficiant, qualia & cujuſmodi ſint, cunctantur atque inſiſtunt: omniumque rerum fidem veritatémque mixtis confuſiſque ſignis veri atque falſi ita incomprehenſibilem videri aiunt, ut quiſquis homo eſt non præceps, neque judicii ſui prodigus, his uti verbis debeat; quibus auctorem Philoſophiæ iſtius Pyrrhonem eſſe uſum, tradunt: οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκεῖνος, ἢ οὐδετέρως. Judicia enim rei cujuſque & ſinceras proprietates, negant poſſe noſci & percipi: idque*

ipſum docere atque oſtendere multis modis conantur. ſuper qua re Favorinus quoque ſubtiliſſimè argutiſſimèque decem libros compoſuit, quos Πυῤῥωνείων τρόπων *inſcribit. Vetus autem quæſtio, & à multis Scriptoribus Gracis tractata eſt, an quid & quantum, Pyrrhonios & Academicos Philoſophos interſit: utrique enim* Σκεπτικοὶ, Ἐφεκτικοὶ, Ἀπορητικοὶ, *dicuntur: quoniam utrique nihil affirmant, nihilque comprehendi putant: ſed ex omnibus rebus proinde viſa fieri dicunt, quas* φαντασίας *appellant: non ut rerum ipſarum natura eſt: ſed affectio animi corporiſve eſt eorum, ad quos ea viſa perveniunt. Itaque omnes omnino res quæ ſenſus hominum movent,* τῶν πρός τι εἶναι *dicunt. Id verbum ſignificat, nihil eſſe quicquam quod ex ſeſe conſtet, nec quod habeat vim propriam & naturam, ſed omnia prorſum ad aliquid referri, taliáque videri eſſe, qualis ſit eorum ſpecies dum videntur, qualiáque apud ſenſus noſtros, quò pervenerunt, creantur, non apud ſeſe, unde profecta ſunt. Cùm hæc autem conſimiliter, tam Pyrrhonii dicant quam Academici, differre tamen inter ſeſe, & propter alia quædam, & vel maximè propterea exiſtimati ſunt, quòd Academici quidem ipſum illud nihil poſſe comprehendi, quaſi comprehendunt; & nihil poſſe decerni, quaſi decernunt: Pyrrhonii, ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quòd nihil eſſe verum videtur.*

Οὐδὲν ὁρίζομεν] Sextus Pyrrh. Hypotypoſ. I. 23. Ὁρίζειν εἶναι νομίζομεν, οὐχὶ τὸ ἁπλῶς λέγειν τι, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα ἄδηλον προφέρεσθαι μετὰ συγκαταθέσεως. οὕτω γὰρ οὐδὲν ὁρίζων ὁ Σκεπτικὸς τάχα εὑρεθήσεται, οὐδὲ αὐτὸ τὸ, Οὐδὲν ὁρίζω· οὐ γάρ ἐστι δογματικὴ ὑπόληψις, τουτέστιν ἀδήλῳ συγκατάθεσις, ἀλλὰ φωνὴ πάθους ἡμετέρου δηλωτική. ὅταν οὖν εἴπῃ ὁ Σκεπτικὸς, Οὐδὲν ὁρίζω, τοῦτό φησιν, Ἐγὼ οὕτω πέπονθα νῦν, ὡς μηδὲν τῶν ὑπὸ τὴν ζήτησιν τήνδε πεπτωκότων, τιθέναι δογματικῶς ἢ ἀναιρεῖν· τοῦτο δέ φησιν, λέγων τὸ ἑαυτῷ φαινόμενον περὶ τῶν προκειμένων, οὐκ ἀπαγγελτικῶς μετὰ πεποιθήσεως ἀποφαινόμενος, ἀλλ' ὡς πάσχει διηγούμενος. DEFINIRE *eſſe putamus, non ſimpliciter dicere aliquid, ſed rem incertam pronuntiare cum aſſenſu. Ita enim nihil definire Scepticus forſitan reperietur, ne hoc quidem,* NIHIL DEFINIO: *non eſt enim dogmatica opinio, id eſt, quâ incertæ rei aſſentiamur, ſed vox noſtræ affectionis index. Cùm ergo dicit Scepticus,* NIHIL DEFINIO, *hoc dicit, Ego ita nunc affectus ſum, ut nihil eorum quæ ſub hanc quæſtionem cadunt; ponam dogmaticè aut tollam. Hoc autem ait, dicens quid ſibi appareat de rebus propoſitis, non enuntiativè cum perſuaſione pronuntians, ſed affectionem ſuam exprimens.*

Ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῆς Οὐδὲν μᾶλλον, καὶ τῆς Παντὶ λόγῳ λόγος ἀντίκειται] De eo quod dicunt Sceptici Οὐδὲν μᾶλλον, ſive Οὐ μᾶλλον, ſive etiam Τί μᾶλλον τοδὲ ἢ τοδί; (his enim tribus modis hoc efferunt) legendus Sextus Empiricus dicto libro I. Hypotypoſeon capite decimo nono. De eo autem quod dicunt, Παντὶ λόγῳ λόγος ἀντίκειται, ſive potiùs, Παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται, (excidiſſe enim hîc vocem ἴσος exiſtimo; quamquam eam non agnoſcit Suidas, qui totum hunc locum, ut monuimus, retulit in Οὐδὲν μᾶλλον) egregiè, more ſuo, diſſerit idem Sextus cap. 27. ubi & videndus.

Καὶ ταῖς ὁμοίαις] Verbi gratiâ, Ἐπέχω, Πάντα ἐστὶν ἀόριστα, Πάντα ἐστὶν ἀκατάληπτα, Ἀκαταληπτῶ, Οὐ καταλαμβάνω: de quibus Sextus Pyrrh. Hypotypoſ. lib. I. cap. 22, 24, 25, & 26.

Ὡς ὅταν φῶμεν] λέγωμεν, Regius, Florentinus, Palatinus; necnon Suidas. 75

Κατ' ἴσον τοῖς καθαρτικοῖς, ἃ τὴν ὕλην προεκκρίναντα, καὶ αὐτὰ ὑπεκκρίνεται καὶ ἐξαπόλλυται] Quam comparationem fatuam vocat, qui & eam ſic refutat, Ariſtocles apud Euſebium: ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ παντάπασίν ἐστιν ἠλίθιον, ἐπειδὰν λέγωσιν, ὅτι καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα συνεκκρίνει μετὰ τῶν περιττωμάτων καὶ ἑαυτά, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πάντα ἀξιῶν εἶναι λόγος ἄδηλα, μετὰ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖ καὶ ἑαυτόν. εἰ γὰρ αὐτὸς αὑτὸν ἐλέγχοι, ληροῖεν ἂν οἱ χρώμενοι τούτῳ. βέλτιον οὖν ἡσυχίαν ἄγειν αὐτοὺς, καὶ μηδὲ τὸ στόμα διαίρειν. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅμοιον ἔχει τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, καὶ ὁ τούτων λόγος. τὸ μὲν γὰρ φάρμακον ἐκκρίνεται, καὶ τοῖς σώμασιν οὐχ ὑπομένει· τὸν μέντοι λόγον ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑπάρχειν δεῖ τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ πιστευόμενον αἰεί· μόνος γὰρ οὗτος εἴη ἂν ὁ ποιῶν ἀσυγκαταθέτους. *Quod enim addunt, extremæ cujuſdam ſtultitiæ eſt: Quemadmodum pharmaca, in quibus purgandi vis eſt, ſeſe cum excrementis ipſis pariter ac ſimul excernunt: ita quæ ratio incerta eſſe omnia conficiat, eam ſe quoque, perinde ut reliqua, funditus convellere. Nam ſi refutat ipſa ſeſe, inſulsè faciet, eâ qui utetur. Quieſcant igitur iſti, ac ne hiſcant quidem. Tametſi nec pharmaco illi quo purgamur, iſtorum ratio ſimile quicquam habet. Nam ita pharmacum excernitur, ut in corpore minimè reſideat: hæc ratio & eadem hæreat in mente ſemper, & fidem à nobis perpetuam impetret, neceſſe eſt, quod ea nos ſola ne cuiquam aſſentiamur, efficiat.* Vide Sextum contra Math. pag. 308. 76

Μόνον οὖν διακονίαις ἐχρῶντο τοῖς λόγοις] Ita Codex unus Regiæ Bibliothecæ, alter, & Editio utraque, διακόνοις: & quidem rectiùs. 77

Ἔστιν οὖν ὁ Πυῤῥώνειος λόγος, μνήμη τις τῶν φαινομένων ἢ τῶν ὑποσοῦν νοουμένων] Galeſius; teſte Caſaubono; μήνυσις τῶν φαινομένων. Nihil verius. 78

Καθά φησιν Αἰνεσίδημος ἐν τῇ εἰς τὰ Πυῤῥώνεια Ὑποτυπώσει] Cujus Libri meminit quoque Ariſtocles apud Euſebium: ὁπόταν γε μὴν Αἰνησίδημος, ἐν τῇ Ὑποτυπώσει, τοὺς ἐννέα διεξίῃ τρόπους. Ubi, ἰδοῦ πάρεργον, obſervabis, apud Euſebium, quemadmodum apud Photium dicto loco, eſſe Αἰνησίδημος, non, ut apud Noſtrum, Αἰνεσίδημος. Ceterùm, & hoc titulo libros tres ſcripſit Sextus Empiricus, qui etiamnum exſtant.

Κατὰ δέκα τόπους, &c.] De quibus librum ſcripſerat Plutarchus, teſte Lampria, in Indice librorum patris. τρόπους hîc habent ceteræ Editiones, & MSS. Regii: & ita apud Sextum Pyrrhoniarum Hypotypoſeon libro I. cap. 14. περὶ τῶν δέκα τρόπων· quod caput, *verè aureum* meritò vocat, qui Pyrrhoniam ſectam plurimis ſcriptis, iiſque eruditis juxtà 79

&

& ingenioſis, illuſtravit, Vaïerius Motheus. τρόπους, ſimiliter legas apud Ariſtoclem, in Excerptis Euſebianis: ubi, ut hoc obiter dicam, novem tantùm τρόπους ſtatuiſſe Æneſidemum ait. Sed puto ſcriptum fuiſſe δέκα. Ad rem redeo. τόπους quoque apud Lampriam: Περὶ τῶν Πύῤῥωνος δέκα τόπων. Utraque lectio proba eſt. Sextus Hypotypoſeon I. 14. παραδίδονται τοίνυν συνήθως παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις Σκεπτικοῖς τρόποι δι' ὧν ἡ ἐποχὴ συναγέσθαι δοκεῖ, δέκα τὸν ἀριθμὸν οὓς καὶ ΛΟΓΟΥΣ, καὶ ΤΟΠΟΥΣ συνωνύμους, καλοῦσιν. Ita emendo. Vulgò καὶ τύπους.

Τούτους δὲ τοὺς δέκα τόπους καθ' οὓς τίθησιν ἓν πρῶτον, &c.] Hunc locum corruptum eſſe cenſet Caſaubonus, & verba illa καθ' οὓς ex ſuperiori verſu ineptè repetita. Sed nec iis ſublatis, inquit, reliqua ſatis benè habebunt. Legendum igitur exiſtimat, τούτων δὲ τῶν δέκα τόπων, οὓς τίθησιν, εἷς πρῶτος, ὁ, &c.

Ὡς τὰ πυρίβια] Negat tamen Ariſtoteles in libro de Miſtorum affectionibus; qui vulgò quartus Meteororum inſcribitur, animalia ulla reperiri quæ in aëre ſolùm aut igni vivant. Qua in re ſibi adverſari videtur: nam in libro v. Hiſtoriarum de Animalibus, refert in Inſula Cypro beſtiolas quaſdam inveniri quæ in ærariis fornacibus gignantur, pérque ignem ſaliant atque ambulent. Hanc de pyraſtis in Cypriis fornacibus hiſtoriam à Philoſopho recitatam, ſunt qui fabuloſam exiſtiment; quia Galenus, qui eas fornaces viſit, de ea re nihil ſcriptum reliquit: ſed hoc plebeium ſimul & temerarium argumentum refellit; qui eam hiſtoriam veram eſſe contendit; Julius Scaliger in Exercitatione XXIII. contra Cardanum.

Καὶ ὁ Ἀράβιος φοινιξ] Quem fabuloſum Docti exiſtimant. De eo Plinius, Tacitus, Achilles Tatius, Lactantius, alii. Vide Bochartum in Hierozoïco Part. II. pag. 817.

Τὰ δ' ἐξ ἐπιπλοκῆς] συμπλοκῆς, meliùs apud Sextum; ubi de primo modo: περὶ μὲν οὖν τὰς γενέσεις, ὅτι τῶν ζώων, τὰ μὲν χωρὶς μίξεως γίνεται, τὰ δ' ἐκ συμπλοκῆς: & quæ ſequuntur, quæ vide: ſunt enim lectu digniſſima; & maximè Laërtium noſtrum illuſtrant.

80 Ὡς κίρκοι μὲν, ὀξύτατοι] ὀξύτατοι, accipit hîc Caſaubonus pro ὠκύτατοι. Certum eſt, ὀξὺ, pro ὠκὺ, poſſe accipi. Sextus Empiricus Hypotypoſeon III. 15. τὸν δὲ Ἡράκλειτον, ὀξέος ποταμοῦ ῥύσει τὴν εὐκινησίαντῆς ἡμετέρας ὕλης ἀπεικάζειν. Anacreon Ode VII.

Διὰ δ' ὀξέων μ' ἀναύρων, &c.

Id eſt, *per rapidos torrentes*. Sed fruſtrà hoc loci hanc vocem ea notione Caſaubonus accipiebat: nam legendum prorſus ὀξυδερκέστατοι, cùm de ſenſibus ſermo ſit; quod hæc manifeſtò oſtendunt, διὸ καὶ τῇ αἰσθήσει διαφέρει, & quæ ſequuntur.

Ὀφρυηκώτατοι] Editio Baſileenſis, ὀσφυηκότατοι. Lege, ὀσφρητικώτατοι, quemadmodum ſcriptum exhibent Editio Stephanica, & MSS. Regii. De acri Canum odoratu Virgilius:

--- & odora Canum vis.

Καὶ τῇ μὲν αἰγὶ τὸν θαλλὸν εἶναι εὐώδιμον, ἀνθρώπῳ δὲ, πικρόν] τὸν θαλλὸν, id eſt, *oleæ ramum*. Scholiaſtes Theocriti ad Idyll. IV. θαλλὸς, ἁπλῶς λέγεται, πᾶν τὸ τεθηλός· κυρίως δὲ, ὁ τῆς ἐλαίας βλαστός. Hinc Nanium, meretrix, *Capra* vocitata: quia amatorem quemdam ſuum, *Thallum* nomine, exediſſet. Suidas in Νάνιον: Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, αἴγα λέγεσθαί φησι ταύτην ἑταίραν, διὰ τὸ Θάλλον τὸν κάπηλον καταφαγεῖν. χαίρουσι γὰρ αἶγες τῷ θαλλῷ. De Nico, meretrice, id narrat Machon Comicus, apud Athenæum in decimotertio.

Καὶ τὸ κώνειον ὄρτυγι μὲν τρόφιμον, ἀνθρώπῳ δὲ θανάσιμον] Sextus: τὸ γοῦν κώνειον πιαίνει τοὺς ὄρτυγας, καὶ ὁ ὑοσκύαμος τοὺς ὗς. Id de ſturnis tradit Galenus libro III. de Simplicium facultatibus: ἐπεὶ τόγε κώνειον, οὐ μόνον οὐ καταψύξει τοὺς ψάρας, οὐδὲ ἀνιαιρεῖ, καθάπερ ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τρέφει, καὶ θερμαίνει δηλονότι. Et Baſilius Homiliâ v. in Hexameron: τὸ μὲν γὰρ κώνειον, οἱ ψάρες βόσκονται, διὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ σώματος, τὴν ἐκ τοῦ δηλητηρίου ἀποδιδράσκοντες. λεπτοὺς γὰρ ἔχοντες τοὺς ἀπὸ τῆς κυρδίας πόρους φθάνουσιν ἐκπέψαι τὸ καταποθὲν πρὶν τὴν ἀπ' αὐτοῦ ψύξιν τοῦ καιρίου καθάψασθαι. *Cicutam ſturni depaſcuntur: exitialiſque medicamenti noxam, corporis conſtitutionis beneficio effugiunt. Nam meatus, qui à corde pertingunt, tenues habent: quòd fit, ut prius quod hujus hauſerunt, concoquant, quàm ejus refrigeratio ad vitalia pervenire potuit.* Habuit verò ratiocinationem Baſilius à Galeno: quem videſis dicto loco. Habet autem eadem Euſtathius Antiochenus in Hexameron, quæ Baſilius dicto loco. Similiter ictericis mel amarum videtur. Elleborum quoque capreas & coturnices impinguat. Lucretius libro IV.

Sic etenim nobis veratrum eſt acre venenum:
At capreis adipes & coturnicibus auget.

Δεύτερος, ὁ παρὰ τὰς τῶν ἀνθρώπων φύσεις, κατὰ ἔθνη καὶ συγκρίσεις] De nationibus, non hîc quæſtio, ſed de proprietatibus temperamentorum: quare omnino legendum, κατὰ ἰδιοσυγκρισίας. & ita apud Sextum Hypotypoſeon libro I. cap. 14. ubi de ſecundo modo: κατὰ δὲ ἰδιοσυγκρισίας διαφέρομεν· ὡς ἐνίοις κρέα βόεια πετραίων ἰχθυδίων ῥᾷον πέττειν, &c. poſt quæ, hiſtorias de Demophonte & de Androne refert, quas hîc recenſet Laërtius.

Δημοφῶν γ' οὖν ὁ Ἀλεξάνδρου τραπεζοκόμος, ἐν σκιᾷ ἐθάλπετο, ἐν ἡλίῳ δὲ ἐρρίγου] τραπεζοποιὸς dicitur Sexto; qui rem paullò plenius narrat. Δημοφῶν μὲν, ὁ Ἀλεξάνδρου τραπεζοποιὸς, ἐν ἡλίῳ γενόμενος, ἢ ἐν βαλανείῳ, ἐρρίγου· ἐν σκιᾷ δὲ, ἐθάλπετο. Eſt autem τραπεζοποιὸς, qui nobis *Maiſtre d'Hôtel*: hoc eſt, qui convivium curat. Heſychius: τραπεζοποιός· οὐχ ὁ μάγειρος, ἀλλ' ὁ τῆς πάσης περὶ τὰ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενος. Etymologiſta: τραπεζοποιός. ὁ περὶ τὸ συμπόσιον πάντων ἐπιμελούμενος· τραπεζῶν, σκευῶν, ἀκουσμάτων. οὕτω Μένανδρος. Ea voce utitur ea notione Syneſius in Oratione de Regno pag. 23. & Chryſoſtomus Homiliâ 71. in Matthæum. Eſt verò τραπεζοκόμος, qui Latinis *Structor*; nobis, *Eſcuier Tranchant*. Athenæus libro IV. 21. ζητητέον δὲ, εἰ καὶ ὁ τραπεζοκόμος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τραπεζοποιῷ.

Γόβας γὰρ ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς Ὁμοιότησι τὸν αὐτὸν εἶναί φησι τραπεζοκόμον, καὶ τὸν ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενον Στρούκτορα. &c. Ἐκάλουν δὲ τραπεζοποιὸν, τὸν τραπεζῶν ἐπιμελητὴν, καὶ τῆς ἄλλης εὐκοσμίας, &c. Sed promiscuè usurpantur.

81 Ἄνδρων δὲ ὁ Ἀργεῖος, ὡς φησιν Ἀριστοτέλης, διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὧδευεν ἄποτος] Sextus Hypotyposeon I. cap. 14. ubi de secundo modo: Ἄνδρων δὲ ὁ Ἀργεῖος οὕτως ἄδιψος ἦν, ὡς διὰ τῆς ἀνύδρου Λιβύης ὁδεύειν αὐτὸν, μὴ ἐπιζητοῦντα ποτόν. Hoc autem Aristoteles tradiderat in libro de Ebrietate: quod nos docet Apollonius Dyscolus Historiæ Commentitiæ cap. XXV. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ μέθης, Ἄνδρων, φησὶν, Ἀργεῖος ἐσθίων πολλὰ, καὶ ἁλμυρὰ, καὶ ξηρὰ, δι' ὅλου βίου ἄδιψος καὶ ἄποτος διετέλεσεν· ἔτι δὲ πορευθεὶς εἰς Ἄμμωνα, διὰ τῆς ἀνύδρου ὁδοῦ, ἅλφιτα ξηρὰ σιτούμενος, οὐ προσηνέγκατο ὑγρόν. τοῦτο δὲ ἐποίησε δι' ὅλου τοῦ βίου.

Καὶ ὁ μὲν ἰατρικῆς, ὁ δὲ γεωργίας, ἄλλος ἐμπορείας ὀρέγεται] Plenius apud Sextum: ὁ μὲν γὰρ Πίνδαρός φησι,

Ἄλλοπόδων μέν τιν' ἐυφράνουσιν ἵππων καὶ στέφανοι·
Τοὺς δ' ἐν πολυχρύσοις θαλάμοις βιοτά·
Τέρπεται δὲ καί τις ἐπ' οἴδμα ἅλιον ναὶ θοᾷ σῶς διαστείβων.

ὁ δὲ Ποιητὴς λέγει,

Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

& quæ sequuntur. Pindari versus; ut legendi nobis videntur; non ut apud Sextum leguntur; descripsimus.

82 Τέταρτος, ὁ παρὰ τὰς διαθέσεις, καὶ κοινῶς, παραλλαγάς.] Lego, è Sexto Empirico, καὶ κοινῶς, περιστάσεις. Ita enim ille; ubi de quarto modo: ἔστι δ' οὗτος ὁ παρὰ τὰς περιστάσεις καλούμενος· περιστάσεις λεγόντων ἡμῶν τὰς διαθέσεις.

Θέων δὲ ὁ Τιθωρεὺς ὁ Στωϊκὸς, κοιμώμενος περιεπάτει ἐν τῇ ὑπνῳ] Simile quid de se narrat Galenus libro II. de Motu musculorum, his verbis: ἐν ᾧ γὰρ ἂν τι τοιούτων (σχήματι) καταστήσας τὸ κῶλον, τοῖς τονικῶς ἐνεργοῦσιν ἀμφ' αὐτὸ μυσὶν, ἐπιτρέψεις τὴν φυλακὴν τοῦ σχήματος, ὧδε φυλάττουσιν, ὥστε καὶ καθήμενοι πολλάκις ἐκοιμήθησάν τινες, καὶ περιπατοῦντες ἔνιοι. καὶ τοῦτο ἐγὼ μὲν ἀκούων, ἔμπροσθεν οὐκ ἐπίστευον· ὡς δὲ δεῆσάν ποτε δι' ὅλης νυκτὸς ὁδοιπορῆσαι, τῇ πείρᾳ ταληθὲς ἔμαθον· ἠναγκάσθην πιστεύειν. σχεδὸν γάρ τι στάδιον ὅλον διῆλθον κοιμώμενός τε καὶ ὄναρ θεωρῶν, καὶ οὐ πρότερον ἐπηγέρθην πρὶν προσπταῖσαι λίθῳ. *In quascumque enim talium* (figurâ) *constituens membrum, musculis circa ipsum tonicè agentibus, commiseris, figuram sic servant; adeo ut sedentes sæpe quidam dormierint, & nonnulli deambulantes: & hæc equidem audiens anteà, non credebam. Cùm autem fuit opus aliquando per totam noctem iter facere, experientiâ rem ipsam edoctus, coactus sum credere: fermè enim stadium integrum dormiendo peregi, & somnia videns: nec priùs excitatus sum quàm in lapidem impegerim.* Cursoribus publicis id frequenter accidit. De noctambulis illis; ita enim hos vocant; legendus Aristoteles libro de Insomniis capite ultimo, & Johannes Huartes, Scriptor Hispanus, libro cui titulus, *Examen Ingeniorum*. Legendum autem in verbis Laërtii, Τιθωρεὺς, docebit te Stephanus Geographus in Τιθωρεία.

Καὶ Περικλέους δοῦλος ἐπὶ τοῦ τέγους ἄκρου] Eum esse puto, cujus meminit Plinius XXII. 17. *Vernula, charus Pericli Athenienſium Principi, cùm is in arce templum ædificaret, repſiſſetque ſuper altitudinem faſtigii, & inde cecidiſſet, hac herba* (Parthenio) *dicitur ſanatus, monſtratâ Pericli ſomno à Minerva. Quare* parthenium *vocari cœpta eſt: aſſignatúrque ei Deæ. Hic eſt Vernula, cujus effigies ex ære fuſa eſt, & nobilis ille Splanchnoptes. Mneſicles* vocabatur. auctor Plutarchus in Pericle: τὰ δὲ προπύλαια τῆς Ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. τύχη δὲ θαυμαστὴ συμβᾶσα περὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐμήνυσε τὴν θεὸν οὐκ ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τοῦ ἔργου καὶ συνεπιτελοῦσαν. ὁ γὰρ ἐνεργότατος καὶ προθυμότατος τῶν τεχνιτῶν, ἀποσφαλεὶς, ἐξ ὕψους ἔπεσε, καὶ διέκειτο μοχθηρῶς, ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος. ἀθυμοῦντος δὲ τοῦ Περικλέους, ἡ θεὸς ὄναρ φανεῖσα συνέταξε θεραπείαν, ἣ χρώμενος ὁ Περικλῆς, ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἰάσατο τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγιείας Ἀθηνᾶς ἀνέστησεν ἐν Ἀκροπόλει παρὰ τὸν βωμὸν, ὃς καὶ πρότερον ἦν, ὡς λέγουσιν. *Arcis abſoluta propylæa inter quinquennium fuerunt, architecto Mneſicle. Mirifica verò fortuna quæ in hac ædificatione accidit, ſignificavit non invitâ Deâ, ſed propitiâ & ſecundâ, perpetratam. Promptiſſimus enim & maximè ſedulus artifex, cùm offendiſſet, delapſus ex alto eſt; atque ita fuit afflictus, ut haberetur à Medicis pro deplorato. Minerva in ſomnio ſe inopi conſilii Pericli offerens, præſcripſit Medicinam, quâ uſus ille hominem citò & facilè curavit. quamobrem Salutaris Minervæ ſignum æreum in arce poſuit juxta aram, quam antè memorant ibi fuiſſe.*

Καὶ τὰς μυθικὰς πίστεις] Editio princeps, καὶ τὰς 83
μουσικὰς πίστεις. quam lectionem secutus est Aldobrandinus; nam vertit, *ex muſicis argumentis*. Sed omnino retinendum, τὸ μυθικὰς. Sextus; ubi de decimo modo: (ille enim decimus modus, qui Laërtio quintus) δέκατός ἐστι τρόπος, ὃς καὶ μάλιστα συνέχει πρὸς τὰ Ἠθικὰ· ἐ παρὰ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰ ἔθη, καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὰς μυθικὰς πίστεις, καὶ τὰς δογματικὰς ὑπολήψεις. Et posteà: μυθικὴ δὲ πίστις ἐστὶ, πραγμάτων ἀγενήτων τε καὶ πεπλασμένων παραδοχή.

Καὶ τεχνικὰς συνθήκας] Emendo, καὶ ἐθνικὰς συνθήκας, è Sexti verbis suprà allatis.

Περὶ τῶν τ' ἀγαθοῦ] Lege cum Stephanica Editione, περὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν.

Τὸ γοῦν αὐτὸ παρ' οἷς μὲν δίκαιον, παρ' οἷς δὲ ἄδικον] Qua de re pluribus Sextus Hypotyp. III. 24.

Πέρσαι μὲν οὖν οὐκ ἄτοπον ἡγοῦνται θυγατρὶ μίγνυσθαι, &c.] Sextus I. Hypotyposeon ubi de decimo modo: καὶ παρ' ἡμῖν μὲν ἀπηγορεῦσθαι μητράσι μίγνυσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Πέρσαις ἔθος εἶναι μάλιστα οὕτως γαμεῖν. Vide nos suprà ad Laërtii Procœmium. Vide & Agathiam lib. II.

Καὶ Μασσαγέται μὲν (ὡς φησι καὶ Εὔδοξος ἐν τῇ

πρώτη τῆς Περιόδου) κοινὰς ἔχουσι τὰς γυναῖκας. Ἕλληνες δὲ, οὔ.] Sextus ibidem: καὶ παρ' ἡμῖν τὸ μὲν μοιχεύειν ἀπειρῆσθαι· παρὰ δὲ Μασσαγέταις, ἀδιαφορίας ἔθει παραδεδόσθαι, ὡς Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἱστορεῖ ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Περιόδου. Et lib. III. cap. 24. νόμος δὲ παρ' ἡμῖν κελεύει μιᾷ συνοικεῖν ἕκαστον· Θρακῶν δὲ καὶ Γαιτούλων (Λιβύων δὲ ἔθνος τοῦτο) πολλαῖς ἕκαστος συνοικεῖ.

84 Κίλικές τε λῃστείᾳ ἔχαιρον, ἀλλ' οὐχ Ἕλληνες] Zenobius Centur. IV. 53. Κιλίκιος ὄλεθρος. οἱ Κίλικες λῃστείαις χρώμενοι, ἐπ' ὠμότητι διεβέβληντο· καὶ οἱ Ἀττικοὶ δὲ τὰς πικρὰς τιμωρίας, Κιλικίους καλοῦσιν. Hesychius: Κιλίκιος ὄλεθρος. πονηρός· πονηροὶ γὰρ οἱ Κίλικες. Et posteà: Κιλικίους. πικρὰς τιμωρίας. Sextus Empiricus Hypotyp. III. 24. τό τε λῃστεύειν, παρ' ἡμῖν μὲν παράνομον καὶ ἄδικόν ἐστι· παρὰ δὲ πολλοῖς τῶν Βαρβάρων, οὐκ ἄτοπον. φασὶ δέ ὅτι καὶ εὐκλεὲς τοῦτο οἱ Κίλικες ἐνόμιζον εἶναι· ὡς καὶ τοὺς ἐν λῃστείᾳ τελευτήσαντας τιμῆς ἀξίους εἶναι δοκεῖν. καὶ ὁ Νέστωρ δὲ παρὰ τῷ Ποιητῇ, μετὰ τὸ φιλοφρονήσασθαι τοὺς περὶ τὸν Τηλέμαχον, φησὶ πρὸς αὐτούς,

--- ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε
Οἷά τε λῃστῆρες.

καίτοι εἰ ἄτοπον ἦν τὸ λῃστεύειν, οὐκ ἂν οὕτως αὐτοὺς φιλοφρονησάμενος, διὰ τὸ ὑποπτεύειν μὴ ἄρα τοιοῦτοί τινες εἶεν, &c.

Θάπτουσι δὲ Αἰγύπτιοι μὲν, ταριχεύοντες· Ῥωμαῖοι δὲ, καίοντες· Παίονες δὲ, εἰς τὰς λίμνας ῥιπτοῦντες] Sextus Pyrrhon. Hypotypos. III. 24. ἔνιοι δὲ καίουσι τοὺς τετελευτηκότας· ὧν οἱ μὲν ἀναλαβόντες αὐτῶν τὰ ὀστέα, κηδεύουσιν· οἱ δὲ ἀφροντίστως καταλείπουσιν ἐρριμμένα. Πέρσας δέ φασιν ἀνασκολοπίζειν τοὺς ἀποθανόντας καὶ νίτρῳ ταριχεύειν, εἶθ' οὕτω τελαμῶσι συνειλεῖν. *Aliqui etiam mortuos comburunt: ex quibus alii ossa eorum sumentes, recondita asservant; alii temere projecta relinquunt. A Persis autem ajunt suspendi mortuos, & nitro condiri, ac tum demum fasciis involvi.* Lucianus, in libello de Luctu: ὁ μὲν Ἕλλην, ἔκαυσεν. ὁ δὲ Πέρσης, ἔθαψεν. ὁ δὲ Ἰνδὸς, ὑάλῳ περιχρίει. (Legendum ex Herodoto & Diodoro Siculo, περιχεύει) ὁ δὲ Σκύθης, κατεσθίει. ταριχεύει δὲ ὁ Αἰγύπτιος. *Græcus, cadavera exurit; Persa, defodit: Indus, vitro incrustat: Scytha, devorat: condit Ægyptius.* Videsis quæ in hanc rem ex Nicolai libro de Moribus Gentium profert Stobæus Serm. CXX. qui est de Sepultura. Notabis obiter, Romanos corpora mortuorum etiam terræ mandasse.

Καὶ τὸ ἡμέτερον χρῶμα, ἀλλοῖον ὑπὸ τῇ μεσημβρίᾳ φαίνεται, καὶ ὁ ἥλιος] Καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα, legerat Aldobrandinus: convertit quippe, *Et corpus nostrum, atque adeo Sol, meridie non idem videtur.* Retinendam vocem χρῶμα, docent hæc Sexti verba; ubi de sexto modo: τὸ γοῦν ἡμέτερον χρῶμα ἀλλοῖον μὲν ὁρᾶται ἐν ἀλεεινῷ ἀέρι, ἀλλοῖον δὲ ἐν τῷ ψυχρῷ· καὶ οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν ὁποῖόν ἐστι τῇ φύσει τὸ χρῶμα ἡμῶν, ἀλλ' ὁποῖον σὺν ἑκάστῳ τούτων θεωρεῖται. *Num color noster diversus cernitur in calido aëre ab eo qui in frigido cernitur. nec dicere possimus qualis sit naturâ color noster, sed qualem eum cum utrolibet horum contemplemur.* In verbis Laërtii, pro καὶ ὁ ἥλιος, legendum videtur, καὶ ὑπὸ δείλην, aut quid simile. recepta lectio omnino mendosa est. Legebat Mericus Casaubonus: καὶ τὸ ἡμέτερον χρῶμα ἀλλοῖον ὑπὸ τῇ μεσημβρίᾳ φαίνεται, καὶ ἀλλοῖον ὑπὸ τὴν δύσιν. καὶ ὁ ἐν ἀέρι ὑπὸ δυοῖν κουφιζόμενος λίθος, &c. Eum vide.

Καὶ ὁ ἐν ἀέρι ὑπὸ δυοῖν κουφιζόμενος λίθος, ἐν ὕ- 85
δατι ῥᾳδίως μετατίθεται] Sextus: καὶ τὸ σῶμα ὑπὸ ὕδατος μὲν περιεχόμενον, κοῦφόν ἐστιν· ὑπὸ δὲ ἀέρος, βαρύ.

Ἑβδομος, ὁ παρὰ τὰς ὑποστάσεις, καὶ ποιὰς θέσεις, καὶ τοὺς τόπους, καὶ τὰ ἐν τοῖς τόποις] Regii Codices, ἀποστάσεις. Lege omnino, παρὰ τὰς διαστάσεις. Sextus: πέμπτος ἐστὶ λόγος, ὁ παρὰ τὰς θέσεις καὶ τὰ διαστήματα, καὶ τοὺς τόπους. Sexto Empirico est quintus locus, qui Laërtio septimus.

Κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὰ δοκοῦντα εἶναι μεγάλα, μικρὰ φαίνεται.] Exstat Plotini liber hoc titulo, Πῶς τὰ πόρρω ὁρώμενα, μικρὰ φαίνεται.

Τὰ τετράγωνα, στρογγύλα] Petronius Arbiter:

Fallunt nos oculi, vagique sensus
Oppressâ ratione mentiuntur.
Nam turris propè quæ quadrata surgit,
Attritis procul angulis rotatur, &c.

Sextus: καὶ ὁ αὐτὸς πύργος πόρρωθεν μὲν φαίνεται στρογγύλος· ἐγγύθεν δὲ, τετράγωνος. Tertullianus de Anima cap. XVII. *Itaque mendacium visui objicitur, quòd remos in aqua inflexos, vel infractos, adseverat adversus conscientiam integritatis, quòd turrem quadrangulatam, de longinquo rotundam persuadeat*, &c. Chrysostomus Homiliâ VII. in Pauli Epistolam primam ad Corinthios: καὶ γὰρ ὁρῶντες πύργον πόρρωθεν τετράγωνον, στρογγύλον εἶναι νομίζομεν. ἔστι δὲ ὀφθαλμῶν ἀπάτη τὰ τῆς τοιαύτης ὑπολήψεως. Tractat hæc Seneca Naturalium Quæstionum libro I. cap. 5. ubi & hunc citat versum Neronis, *Colla Cytheriacæ splendent agitata columbæ.* Consule Bochartum in libro de Animalibus Scripturæ Sacræ Part. II. capite de columbæ pennis pag. 10.

Ὁ γοῦν ἥλιος παρὰ τὸ διάστημα πόρρωθεν φαίνεται] Deest quid. An scripserat Diogenes, παρὰ τὸ διάστημα διπόδης φαίνεται? Sol bipedalis nobis apparet. Mericus Casaubonus Laërtium scripsisse putabat, παρὰ τὸ διάστημα, παῦρόν τι φαίνεται: id est: *parvum quid apparet.* Minùs feliciter: falsum est enim, Solem nobis quid parvum apparere: deinde, τὸ παῦρον pro μικρὸν nusquam usurpatur. παῦρον, est *paucum.*

Καὶ τὰ ὄρη πόρρωθεν ἀεροειδῆ καὶ λεῖα, ἐγγύθεν δὲ, τραχέα.] Emendabat, aut potiùs emendare conabatur, Mericus Casaubonus, ἀρτοειδῆ, καὶ λεῖα, &c. Quid enim panis forma cum montibus? An legendum, ἀερονηχῆ? id est, velut nubes in aëre natantes. Suidas: ἀερονηχεῖς τὰς ἐν τῷ ἀέρι νηχομένας νεφέλας. Ἀριστοφάνης. Ita montes procul nobis apparent.

Ὅ, τε τῆς περιστερᾶς τράχηλος, παρὰ τὴν στροφήν.] 86
Sextus: καὶ οἱ τράχηλοι δὲ τῶν περιστερῶν παρὰ τὰς διαφόρους ἐπικλίσεις διάφοροι φαίνονται κατὰ χρῶμα. Carneades quoque, ut probaret incertos esse sensus

noſtros, columbarum colla proferebat ad ſingulas converſiones colorem mutantia. Teſtatur id Hieronymus ad Pammachium, contra errores Johannis Hieroſolymitani. Etiam Arceſilas, apud Martianum lib. II. collum columbarum intuens, hac permotus varietatis incertitudine, ampliùs adſtruere ἀκαταληψίαν cœpit.

Ὁ γοῦν οἶνος, μετρίως μὲν ληφθείς, ῥώννυσι· πλείων δὲ, παρίησιν, &c.] Sextus ſimiliter; ubi de ſeptimo modo: καὶ ὁ οἶνος σύμμετρος μὲν πινόμενος, ῥώννυσιν ἡμᾶς· πλείων δὲ λαμβανόμενος, παραλύει τὸ σῶμα. καὶ ἡ τροφὴ παραπλησίως παρὰ τὴν ποσότητα, διάφορον ἐπιδείκνυται δύναμιν· πολλάκις γοῦν διὰ τὸ πολὺ προσενεχθῆναι, καθαίρει τὸ σῶμα, διά τε ἀπεψιῶν καὶ χολερικῶν παθῶν.

87 Σέξτος] Sextus Empiricus; de quo infrà in Timone.

Τὸν ἔνατον Φαβωρῖνος, ἡ.] Fuit Favorinus ſectæ addictus Pyrrhoniæ. Quin et Galenus in libro contra Academicos, eum ait eò uſque Epochen produxiſſe, ut negaret vel illud intellectu comprehendi, Solem eſſe. Scripſit decem libros Πυῤῥωνείων τρόπων, quorum honorificè meminit Gellius lib. XI. cap. 5. Πυῤῥωνείους λόγους eos vocat Philoſtratus in ejus Vita; ubi eos valde laudat.

Ὁ κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σύμβλησιν, &c. ὡς πρός τι] Gellius XI. 5. ubi de Scepticis: *Itaque omnes omnino res quæ ſenſus hominum movent, τῶν πρός τι eſſe dicunt. Id verbum ſignificat, nihil eſſe quidquam quod ex ſeſe conſtet, nec quod habeat vim propriam & naturam; ſed omnia prorſum ad aliquid ferri, taliaque videri eſſe, qualis ſit eorum ſpecies dum videntur, qualiaque apud ſenſus noſtros, quò pervenerunt, creantur; non apud ſeſe, unde profecta ſunt.* Confer quæ habet Sextus de octavo modo.

88 Οἱ δὲ περὶ Ἀγρίππαν τούτοις ἄλλους πέντε προσεισάγουσι] Hos Agrippæ Sectatores, νεωτέρους Σκεπτικοὺς vocat Empiricus lib. I. Hypotypoſeon cap. 15. Οἱ δὲ νεώτεροι Σκεπτικοὶ παραδιδόασι τρόπους τῆς ἐποχῆς πέντε τούσδε. πρῶτον, τὸν ἀπὸ τῆς διαφωνίας· δεύτερον δὲ, εἰς ἄπειρον ἐκβάλλοντα· τρίτον, τὸν ἀπὸ τοῦ πρός τι· τέταρτον, τὸν ὑποθετικόν· πέμπτον, τὸν διάλληλον.

Καὶ τὸν δι' ἀλλήλων] Τὸν διάλληλον, Sextus.

89 Ὁ δὲ πρός τι, οὐδὲν φησι καθ' ἑαυτὸ λαμβάνεσθαι, ἀλλὰ μεθ' ἑτέρου] Κατὰ πάντα λαμβάνεσθαι, &c. Regii Codices, & Palatinus.

Ὁ δ' ἐξ ὑποθέσεως τρόπος] De quo pluribus Sextus adverſus Mathemat. pag. 289.

90 Ἀνῄρουν δ' οὗτοι καὶ πᾶσαν ἀπόδειξιν, καὶ κριτήριον, καὶ σημεῖον, καὶ αἴτιον, καὶ κίνησιν, καὶ μάθησιν, καὶ γένεσιν, καὶ τὸ φύσει τι εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν] Omnia denique tollebant. quò reſpexit Quintilianus XII. 2. cùm ait; *Pyrrho quidem quas in hoc opere partes habere poteſt; cui judices eſſe, apud quos verba faciat, & reum pro quo loquatur, & Senatum in quo ſit dicenda ſententia, non licebit?*

Καὶ κίνησιν] Tamen de Æneſidemo, Philoſopho Sceptico, Sextus adverſus Mathematicos pag. 386. οἱ δὲ πλείους, ἐν οἷς εἰσι καὶ οἱ περὶ τὸν Αἰνησίδημον, διττήν τινα κατὰ τὸ ἀνωτάτω κίνησιν ἀπολείπουσι· μίαν μὲν, τὴν μεταβλητικήν· δευτέραν δὲ, τὴν μεταβατικήν. *Plures autem, in quibus eſt etiam Æneſidemus, duplicem relinquunt motum in ſumma: unum quidem, mutationis; alterum verò, tranſitûs.*

Ἢ καὶ ἑνὸς μόνου διισταζομένου] Διαστιζομένου, Regiæ Schedæ.

Εὐήθεις δὲ τοὺς Δογματικοὺς ἀπέφαινον] Sed & vi- 91
ciſſim Dogmatici Scepticos ſtultos eſſe aſſerebant. Audiendus Epictetus apud Arrianum lib. I. cap. 5. adverſus Academicos: ἂν τις, φησὶν, ἐνίστηται πρὸς τὰ ἄγαν ἐκφανῆ, πρὸς τοῦτον οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν λόγον, δι' οὗ μεταπείσει τις αὐτόν. τοῦτο δ' οὔτε παρὰ τὴν ἐκείνου γίνεται δύναμιν, οὔτε παρὰ τοῦ διδάσκοντος ἀσθένειαν· ἀλλ' ὅταν ἀπαχθεὶς ἀπολιθωθῇ, πῶς ἔτι χρήσεταί τις αὐτῷ διὰ λόγου; ἀπολιθώσεις δ' εἰσὶ δίτται· ἡ μὲν, τοῦ νοητικοῦ ἀπολίθωσις· ἡ δὲ, ἐντρεπτικοῦ· ὅταν τις παρατεταγμένος ἢ, μὴ ἐπινεύειν τοῖς ἐναργέσι, μηδ' ἀπὸ τῶν μαχομένων ἀφίστασθαι, &c. *Si quis, inquit, res evidentiſſimas oppugnat, adverſus hunc nulla facilè ratio reperietur, quâ deducatur à ſententia ſua. Neque verò illud accidit, vel facultate illius, vel imbecillitate docentis: ſed cùm quis captus atque in lapidem converſus fuerit, quonam ille pacto deinceps oratione tractabitur? Sunt autem converſionis in lapidem duo genera: unum rationis, alterum reformidationis; cùm quis ita eſt obfirmato animo, ut rebus evidentibus aſſentiendum eſſe non putet, nec à pugnantibus recedendum.* Et lib. II. cap. 20. ἐσθίων, ποῦ φέρεις τὴν χεῖρα; εἰς τὸ στόμα, ἢ εἰς τὸν ὀφθαλμόν; λουόμενος, ποῦ ἐμβαίνεις; πότε τὴν χύτραν εἶπες λεπάδα, ἢ τὴν τορύνην ὀβελίσκον; Εἴ τινος αὐτῶν δοῦλος ἦμην, εἰ καὶ ἤδει με καθ' ἡμέραν ὑπ' αὐτοῦ ἐκδέρεσθαι, ἐγὼ ἂν ἠτρίβλουν αὐτόν. βάλε ἐλάδιον, παιδάριον, εἰς τὸ βαλανεῖον· ἔβαλον ἂν γάριον, καὶ ἀπελθὼν κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ κατέχεον. Τί τοῦτο; φαντασία μοι ἐγένετο ἐλαίου ἀδιάκριτος ὁμοιοτάτη, νὴ τὴν σὴν τύχην. δὸς ὧδε τὴν πτισσάνην· ἤνεγκα ἂν αὐτῷ γερμίσας παροψίδα ὀξυγάρου. οὐκ ἤτησα τὴν πτισσάνην; ναὶ, κύριε· τοῦτο πτισσάνη ἐστί. τοῦτο οὐκ ἔστιν ὀξύγαρον; τί μᾶλλον πτισσάνη; λάβε καὶ ὄσφρανθητι, λάβε καὶ γεῦσαι. πόθεν οὖν οἶδας, εἰ αἱ αἰσθήσεις ἡμᾶς ψεύδονται; τρεῖς, τέσσαρας τῶν συνδούλων εἰ ἴσχον ὁμογνώμονας, ἀπάγξασθαι ἂν αὐτὸν ἐποίησα ῥηγνύμενον, ἢ μεταθέσθαι. *Inter comedendum, quò manum applicas? an ori, an oculo? Cùm lavas, quò ingrederis? Numquid ollam patinam dicis, aut cochleare veru? Si alicujus eorum ſervus eſſem, etiamſi quotidie vapulandus eſſem, tamen eum torquerem. Puer, conjicito oleum in balneum: caperem garum, & in caput ejus effunderem. Quid iſtud? Phantaſia; per tuam fortunam juro; perculit animum meum, garum oleo ita eſſe ſimile, ut ab eo diſcerni non poſſit. Age, affer ptiſanam. Afferrem illi patinam oxygaro plenam. Non petii ptiſanam? Petiſti, Domine. hæc ptiſana eſt. Non hoc eſt oxygarum? Quî verò magis quam ptiſana? Cape, olfac: cape, guſta. Unde ergo noſti, ſi nos ſenſus decipiant? Si tres aut quatuor conſervos aſſenſores haberem, aut ad laqueum illum adigerem, aut à ſententia deducerem.* Ariſtoclem adde, apud

Eusebium: ἐπεὶ νῦν γε μεμήνασι ; loquitur de Pyrrhoniis ; πόρρω τέχνης ἅμα μὲν ἡμῖν διακελευόμενοι μὴ δεξάζειν, ἅμα δὲ κελεύοντες αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν. *Nam insaniunt illi profectò, dum suæ ipsorum artis oblìti, nos opinari quicquam jubent simul atque vetant ; idemque pronuntiant aliquid de rebus, qui tamen nihil pronuntiandum esse statuunt.*

Οὐ σκέψεως, ἀλλὰ θέσεως, ἔχει λόγον] Sic Sextus θέσιν usurpat sæpius : ut pag. 307. adversus Mathematicos : ἐπεὶ ψιλὴν θέσιν λόγων ποιοῦνται. Et pag. 275. λήμματα δὲ καλοῦμεν, οὐ θέματά τινα, ἃ συναρπάζομεν· ἀλλ' ἅπερ ὁ προσδιαλεγόμενος, τῷ ἐμφανῆ εἶναι, δίδωσι καὶ παραχωρεῖ.

94 Ἀνήρουν δὲ καὶ τὸ κριτήριον] Quâ de re Sextus non uno loco.

Εἰ δὲ κέκριται, ἓν τῶν κατὰ μέρος γενήσεται κρινόμενον.] MSS. Regii ἐν τῷ κατὰ μέρος. ἓν τῶν magis placet : sed si ita legas, legendum videtur κρινομένων.

Τῶν μὲν, τὸν ἄνθρωπον κριτήριον εἶναι λεγόντων] Ut
95 Protagoras, qui πάντων χρημάτων μέτρον εἶναι ἄνθρωπον dixit : quod suprà ad ejus Vitam observabamus : quamquam ille à quibusdam inter Philosophos qui κριτήριον sustulerunt, numeretur, Empirico teste, quem vide adversus Mathemat. pag. 148.

Τῶν δὲ, τὰς αἰσθήσεις] Quos sensus, rationis expertes operationes vocat Sextus contra Mathemat. pag. 146. καὶ τῶν ἀπολειπόντων κριτήριον τρεῖς αἱ ἀνωτάτω γεγόνασι στάσεις. οἱ μὲν γὰρ ἐν λόγῳ τοῦτο ἀπέλιπον· οἱ δὲ, ἐν ταῖς ἀλόγοις ἐνεργείαις· οἱ δὲ, ἐν ἀμφοτέροις.

Ἄλλων, τὸν λόγον] Ut Empedocles. Testatur Sextus adversus Mathemat. pag. 160. ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ λέγοντες κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, κριτήριον εἶναι τῆς ἀληθείας, οὐ τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. Qua in sententia fuit & Heraclitus. Sextus ibidem pag. 161. ὁ δὲ Ἡράκλειτος, ἐπεὶ πάλιν ἐδόκει δυσὶν ὀργανῶσθαι ὁ ἄνθρωπος πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας γνῶσιν, αἰσθήσει τε καὶ λόγῳ, τούτων τὴν αἴσθησιν παραπλησίως τοῖς προειρημένοις φυσικοῖς ἄπιστον εἶναι γενόμενος· τὸν δὲ λόγον ὑποτίθεται κριτήριον. ἀλλὰ τὴν μὲν αἴσθησιν ἐλέγχει, λέγων κατὰ λέξιν, Κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ, καὶ, ὦτα βαρβάρους ψυχὰς ἐχόντων· ὅπερ ἴσον ἦν, Τῶν βαρβάρων ἐστὶ ψυχῶν ταῖς ἀλόγοις αἰσθήσεσι πιστεύειν. τὸν δὲ λόγον κριτὴν τῆς ἀληθείας ἀποφαίνεται, οὐ τὸν ὁποιονδήποτε, ἀλλὰ τὸν κοινὸν καὶ θεῖον, &c. *Heraclitus autem, quoniam rursus videbatur esse homo duobus instrumentis munitus ad cognoscendam veritatem ; nempe Sensu & Ratione ; ex iis Sensum, sicut ii quos prius diximus, existimavit non esse fide dignum : Rationem autem ponit eam esse quæ judicat. Sed Sensum quidem refellit ; dicens ad verbum*, Mali sunt testes hominibus oculi, & , aures barbaras habentium animas. *Quod perinde est ac si dicas*, Est barbararum animarum credere sensibus rationis expertibus. *Rationem autem veritatis judicem pronuntiat, non quamcumque, sed communem & divinum.*

Ἐνίων, τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν] Vide Sextum.

Αἱ δὲ αἰσθήσεις ψεύδονται] De errore sensuum, Septimius in libro de Anima cap. 17. & Sextus passim.

Σημεῖόν τε οὐκ εἶναι] Ἐνδεικτικὸν scilicet : ὑπομνη- 96
στικὸν enim relinquebant. Legendus omnino Sextus lib. VII. adversus Mathematicos ; ubi de signo, & de non manifestarum rerum differentiis.

Καὶ τὸ μὲν αἰσθητὸν κατὰ διαφοράν· τὸ δὲ σημεῖον, τῶν πρός τι] Sextus adversus Mathemat. pag. 249. τῶν οὖν ὄντων, φασὶν οἱ ἀπὸ τῆς Σκέψεως, τὰ μέν ἐστι κατὰ διαφοράν· τὰ δὲ, πρός τι πῶς ἔχοντα. καὶ κατὰ διαφορὰν μὲν, ὁπόσα κατ' ἰδίαν ὑπόστασιν καὶ ἀπολύτως νοεῖται· οἷον, λευκὸν, μέλαν, γλυκὺ, πικρὸν, πᾶν τὸ τούτοις παραπλήσιον· ψιλοῖς γὰρ αὐτοῖς καὶ κατὰ περιγραφὴν ἐπιβάλλομεν, καὶ δίχα τοῦ ἑτέρου τι συνεπινοεῖν. πρός τι δ' ἔστι τὰ κατὰ τὴν ὡς πρὸς ἕτερον σχέσιν νοούμενα, καὶ οὐκέτι ἀπολελυμένως λαμβανόμενα· τουτέστι, κατ' ἰδίαν· οἷον, τὸ λευκότερον, καὶ μελάντερον, καὶ γλυκύτερον, καὶ πικρότερον, καὶ πᾶν εἴ τι τῆς αὐτῆς ἐστιν ἰδέας. οὐ γὰρ ὃν τρόπον τὸ λευκὸν ἢ τὸ μέλαν, ἢ τὸ πικρὸν κατ' ἰδίαν ἐνοεῖτο περιγραφὴν, οὕτω καὶ τὸ λευκότερον ἢ μελάντερόν ἐστιν· ἀλλ' ἵνα τοῦτο νοήσωμεν, συνεπιβάλλειν δεῖ καὶ ἑκείνῳ, τῷ οὐ λευκότερόν ἐστιν, ἢ τῷ οὐ μελάντερόν ἐστιν. καὶ ἐπὶ τοῦ γλυκυτέρου καὶ πικροτέρου ὁ αὐτὸς λόγος. *Ex iis ergo quæ sunt, ajunt Sceptici, alia quidem sunt ex differentia, alia autem quæ quodammodo referuntur ad aliquid. Et ex differentia quidem sunt, quæ ex propria intelliguntur substantia, & absolutè ; ut, album, nigrum, dulce, amarum, & quidquid est his simile : ad ea enim nuda & per se sola nos applicamus, & ex circumscriptione, & absque eo quòd aliquid aliud simul cogitemus. Ad aliquid autem referuntur, quæ intelliguntur ex habitudine & relatione ad alterum, & non sumuntur absolutè, hoc est, seorsum ac separatim ; ut, albius, & nigrius, & dulcius, & amarius, & quicquid est ejus generis. Non enim quomodo album, aut nigrum, aut amarum, ex propria intelligebatur circumscriptione, ita etiam albius aut nigrius ; sed ut hoc intelligamus, simul quoque adjicere oportet & illud, Non est albius, aut illud, Non est nigrius : & in dulciori & amariori eadem est ratio.*

Φαινόμενον δὲ ἀφανοῦς οὐκ ἔστιν, ὅτι τὸ σημεῖον, τῶν 97
πρός τι ὄν, συγκαταλαμβάνεσθαι ὀφείλει τῷ οὗ ἐστι σημεῖον] Sextus adversus Math. pag. 250. τοίνυν ἐπεὶ καὶ τὸ σημεῖον τῶν πρός τί ἐστιν, ὡς παρεμυθησάμεθα, συγκαταληφθήσεται τῷ σημείῳ τὸ οὗ ἐστι σημεῖον· τὸ συγκαταλαμβανόμενον δὲ αὐτῷ οὐκ ἔσται σημεῖον αὐτοῦ. & quæ sequuntur.

Ἀναιροῦσι δὲ τὸ αἴτιον ὧδε. τὸ αἴτιον τῶν πρός τί ἐστι· πρὸς γὰρ τῷ αἰτιατῷ ἐστι· τὰ δὲ πρός τι ἐπινοεῖται μόνον, ὑπάρχει δὲ οὔ.] Sextus contra Mathemat. pag. 343. τὸ αἴτιον τοίνυν, φασὶ, τῶν πρός τί ἐστι· τινὸς γάρ ἐστιν αἴτιον· καὶ οἷον τὸ σμιλίον τινος μέν ἐστιν αἴτιον, καθάπερ τῆς τομῆς· τινὶ δὲ, καθάπερ τῷ σαρκί. τὸ δὲ γε πρός τι, ἐπινοεῖται μόνον, ἀλλ' οὐχ ὑπάρχει, καθὼς ἐν τοῖς περὶ ἀποδείξεως παρεστήσαμεν. καὶ τὸ αἴτιον ἄρα ἐπινοηθήσεται μόνον, οὐχ ὑπάρξει δὲ, &c. *Causa ergo, inquiunt, est ex iis quæ rela-*

euntur ad aliquid: eſt enim alicujus cauſa. Ita ſcalpellium eſt alicujus cauſa, nempe ſectionis: alicui autem, nempe carni. Quod autem refertur ad aliquid, mente tantum cogitatur: non eſt autem; ut oſtendimus cùm ageremus de Demonſtratione. Ergo Cauſa quoque mente tantum cogitabitur, non erit autem. Locus ubi ea de re egit, cùm de Demonſtratione ageret, eſt pag. 303. Legendum autem in loco Laërtiano, πρὸς γὰρ τὸ αἴτιατον.

98 Οὔτε γὰρ γενέσει, οὔτε φθορᾷ, οὔτε ἄλλο τι] Meliùs Editio Stephani, γένεσις, φθορά. Sextus contra Mathemat. pag. 344. ἀλλὰ μὴν οὐκ ἔχει τὸ αἴτιον οὗ ἐστιν αἴτιον, διὰ τὸ μήτε γένεσιν, μήτε φθορὰν, μήτε ποίησιν, μήτε κοινῶς κίνησιν ὑπάρχειν.

Καὶ μὴν εἰ ἔστιν αἴτιον, ἤτοι σῶμα σώματός ἐστιν αἴτιον, ἢ ἀσώματον ἀσωμάτου, &c.] Sextus ibidem pag. 344. καὶ μὴν εἰ ἔστιν αἴτιον, ἤτοι σῶμα σώματός ἐστιν αἴτιον, ἢ ἀσώματον ἀσωμάτου, ἢ σῶμα ἀσωμάτου, ἢ ἀσώματον σώματος. οὔτε δὲ σῶμα σώματος, ὡς παραστήσομεν· οὔτε ἀσώματον ἀσωμάτου, οὔτε σῶμα ἀσωμάτου, οὔτε ἐναλλὰξ ἀσώματον σώματος. οὐκ ἄρα ἐστὶν αἴτιον. *Praterea, ſi eſt Cauſa, aut corpus eſt cauſa corporis, aut incorporeum incorporei; aut corpus incorporei, aut incorporeum corporis. Sed nec corpus eſt cauſa corporis, ut oſtendemus; neque incorporeum incorporei, neque corpus incorporei, neque contrà incorporeum corporis: Non eſt ergo Cauſa.*

99 Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κίνησίς ἐστι· τὸ γὰρ κινούμενον, ἤτοι ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται, ἢ ἐν ᾧ μή ἐστιν, &c.] Dixi ſuprà ad hæc verba ex hac ipſa Pyrrhonis Vita, Ζήνων δὲ τὴν κίνησιν ἀναιρεῖ, λέγων, Τὸ κινούμενον οὔτε ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ κινεῖται, οὔτε ἐν ᾧ μή ἐστι.

100 Ἀνήρουν δὲ καὶ μάθησιν, &c.] Qua de re Sextus adverſus Mathematicos pag. 474. & ſequentibus.

101 Φύσει τε μὴ εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν· εἰ γὰρ τί ἐστι φύσει ἀγαθὸν καὶ κακὸν, πᾶσιν ὀφείλει ἀγαθὸν ἢ κακὸν ὑπάρχειν, &c.] Sextus contra Mathemat. pag. 450. εἰ ἔστι τι φύσει ἀγαθὸν, τοῦτο πρὸς ἅπαντάς ἐστιν ἀγαθόν· καὶ εἴ ἔστι τι φύσει κακὸν, τοῦτο πρὸς ἅπαντάς ἐστι κακὸν, &c.

Ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ὑφ' οὗ μὲν δοξάζεται ἀγαθὸν, ὡς ἡ ἡδονὴ ὑπὸ Ἐπικούρου· ὑφ' οὗ δὲ κακὸν, ὑπὸ Ἀντισθένους] Similiter Sextus loco proximè memorato. εἰ γὰρ πᾶν τὸ ὑπό τινος δοξαζόμενον ἀγαθὸν λέγομεν ἀγαθὸν, ἐπεὶ ταυτὸν ὑπὸ ἑτέρου δοξάζεται κακὸν, καὶ ὑπὸ ἄλλου ἀγαθὸν, καὶ ὑπὸ διαφέροντος δοξάζεται ἀδιάφορον, δώσομεν τὸ αὐτὸ ἅμα καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ἀδιάφορον ὑπάρχειν. οἷον, τὴν ἡδονὴν ὁ μὲν Ἐπίκουρος ἀγαθὸν εἶναί φησιν· ὁ δὲ εἰπὼν, Μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην, κακόν· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἀδιάφορον, καὶ οὐ προηγμένον.

102 Αὐτὸς μὲν γὰρ ὁ Πύρρων οὐδὲν ἀπέλιπεν] Ariſtocles: ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐν γραφῇ καταλέλοιπεν. Poëma ad Alexandrum ſcripſiſſe; pro quo mille aureos acceperit; ait Sextus. Sexti locum ſuprà adduximus.

Οἱ μέντοι συνήθεις αὐτοῦ], De Pyrrhonis quodam Familiari, rem non tacendam narrat Athenæus x. 4. Πύρρων δ' ὁ Ἠλεῖος, τῶν γνωρίμων τινὸς αὐτὸν ὑποδεξαμένου, πολυτελῶς δὲ, Εἰς τὸ λοιπὸν, εἶπεν, οὐχ ἥξω πρός σε, ἂν οὕτως ὑποδέχῃ, ἵνα μήτε ἐγώ σε ἀηδῶς ὁρῶ καταδαπανώμενον οὐκ ἀναγκαίως, μήτε σὺ θλιβόμενος κακοπαθῇς· μᾶλλον γὰρ ἡμᾶς τῇ μεθ' ἑαυτῶν συνουσίᾳ προσῆκόν ἐστιν εὐεργετεῖν, ἢ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων, ὧν οἱ διακονοῦντες τὰ πλεῖστα δαπανῶσι. *Pyrrhon Eleus à Familiari quodam ſuo magnificè & ſumptuoſè tractatus, Poſthac, inquit, ad te non accedam, ſi ita epulari pergas, ne illibenter videam te, ubi neceſſum non eſt, impenſam facere, ac ne tibi gravato incommodus & moleſtus ſit hic ſumptus: magis enim decet mutua nos conſuetudine noſtram in amicos benevolentiam declarare, quam ferculorum multitudine, quorum majorem partem miniſtri abſumant.*

Οἷς ἀντιλέγοντες οἱ Δογματικοί, φασιν αὐτοὺς καταλαμβάνεσθαι καὶ δογματίζειν· ἐν ᾧ γὰρ δοκοῦσι διαλέγχειν, καταλαμβάνονται] Eadem legere eſt apud Sextum pag. 219. contra Mathematicos: ἀλλ' εἰώθασιν ἀνθυποφέροντες οἱ Δογματικοὶ ζητεῖν πῶς ποτε καὶ ὁ Σκεπτικὸς τὸ μηδὲν εἶναι κριτήριον ἀποφαίνεται· ἤτοι γὰρ ἀκρίτως τοῦτο λέγει, ἢ μετὰ κριτηρίου. καὶ εἰ μὲν ἀκρίτως, ἄπιστος γενήσεται· εἰ δὲ μετὰ κριτηρίου, περιτραπήσεται· καὶ λέγων μηδὲν εἶναι κριτήριον, ὁμολογήσει εἷς τὴν τούτου παράστασιν κριτήριον παραλαμβάνειν.

Τὸ μὲν γὰρ ὅτι ὁρῶμεν, ὁμολογοῦμεν, καὶ τὸ ὅτι τόδε νοοῦμεν, γινώσκομεν· πῶς δὲ ὁρῶμεν, ἢ πῶς νοοῦμεν, ἀγνοοῦμεν, &c.] Sextus: φαίνεται ἡμῖν γλυκάζειν τὸ μέλι· τοῦτο συγχωροῦμεν· γλυκαζόμεθα γὰρ αἰσθητικῶς· εἰ δὲ καὶ γλυκύ ἐστιν, ὅσον ἐπὶ τῷ λόγῳ, ζητοῦμεν: & cetera, quæ vide Hypotypoſeon libro I. cap. 10. ubi τοὺς ἀπὸ Σκέψεως phænomena minimè tollere oſtendit. 103

Ἀλλὰ τὸ φαινόμενον παντὶ σθένει, οὗπερ ἂν ἔλθῃ] Quem Timonis verſum adducit & Sextus adverſus Mathemat. pag. 143. 105

Καὶ ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων] An liber integer, an pars libri? iſtud potiùs. Id ipſum de Tractatu κατὰ Σοφίας, & de alio περὶ Ζητήσεως; de quibus mox; ſtatuendum exiſtimo.

Αἰνησίδημος ἐν τῷ πρώτῳ Πυῤῥωνείων λόγων] Citatur in IV. à Sexto adverſus Mathematicos paginâ 258. De his Æneſidemi libris diximus ſuprà. Meminit & Laërtius infrà, in Timone. 106

Ζεῦξις ὁ Αἰνησιδήμου γνώριμος ἐν τῷ Περὶ διττῶν λόγων] Accipio de Zeuxi Medico, qui præfuit Scholæ Herophileæ, ut eſt apud Strabonem lib. XII. quique citatur Galeno in Expoſitione Vocum Hippocratis, Voce κάμμωρον, & in libris κατὰ τόπους. Et in commentario 2. ad librum 3. Hippocratis de morbis vulgaribus. Plures Medici Pyrrhoniſmum profeſſi ſunt; Timon Phliaſius; Menodotus Nicomedienſis; Sextus Saturninus; ut eſt apud Laërtium noſtrum in Timone. Item, Sextus Empiricus. Præter nomen Empirici, id ipſum teſtatur ipſe Sextus adverſus Mathemat. pag. 51. his verbis: τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν τῆς ἐπιστήμης Ἀσκληπίον κεκραυνῶσθαι λέγουσιν. Quin & Galenus ipſe, ſe Pyrrhonium futurum fuiſſe ſcribit, abſque Geometria fuiſſet, & Arithmetice & Logiſtice. Verba ejus ſunt in libro de libris propriis: καὶ νὴ τοὺς θεοὺς, ὅσον ἐπὶ τοῖς διδα-

σκάλοις εἰς τὴν τῶν Πυῤῥωνείων ἀποριῶν ἐνεπεπτώκειν ἂν καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ καὶ τὰ κατὰ Γεωμετρίαν, Ἀριθμητικήν τε, καὶ Λογιστικὴν κατέχων, ἐν αἷς ἐπὶ πλεῖστον ὑπὸ τῷ πατρὶ παιδευόμενος ἐξ ἀρχῆς προελήλυθειν, ἀπὸ πάππου τε καὶ προπάππου διαδεδεγμένων τὴν θεωρίαν. Ceterùm de Zeuxi illo, meminit & Laërtius infrà, in Timonis quæ ſequitur Vita.

Ἀντίοχος ὁ Λαοδικεύς] Ἀντίλοχος, MSS. quidam: & ita legit Aldobrandinus. Vide infrà, in Timone.

Ἀπελλᾶς ἐν τῷ Ἀγρίππᾳ] Hic eſt ille Agrippa, Philoſophus Scepticus, de quo ſuprà in hac ipſa Vita: οἱ δὲ περὶ Ἀγρίππαν τούτοις ἄλλους πέντε προσεισάγουσι. Sed quis ille Apellas? Fateor me neſcire. De nomine *Apellas* vide nos ſuprà ad Chryſippi Vitam.

Ἔστιν οὖν κριτήριον κατὰ τοὺς Σκεπτικοὺς τὸ φαινόμενον] Sextus Hypotypoſeon lib. I. cap. XI. κριτήριον τοίνυν φαμὲν εἶναι τῆς Σκεπτικῆς ἀγωγῆς τὸ φαινόμενον, δυνάμει τὴν φαντασίαν οὕτω καλοῦντες.

107 Τέλος δὲ οἱ Σκεπτικοί φασι τὴν Ἐποχὴν, ἢ σκιᾶς τρόπον ἐπακολουθεῖ ἡ ἀταραξία] Sextus Hypotyp. I. 12. paullò aliter: φαμὲν δὲ ἄχρι νῦν τέλος εἶναι τοῦ Σκεπτικοῦ τὴν ἐν τοῖς κατὰ δόξαν ἀταραξίαν, καὶ ἐν τοῖς κατηναγκασμένοις μετριοπάθειαν: & quæ ſequuntur; quæ vide; ſunt enim lectu digniſſima. Et tandem: ἐπισχοῦσι δὲ αὐτοῖς οἷον τυχικῶς, ἡ ἀταραξία παρηκολούθησεν, ὡς σκιὰ σώματι. ſed & poſteà: τινὲς δὲ τῶν δοκίμων Σκεπτικῶν προσέθηκαν τούτοις καὶ τὴν ἐν τοῖς ζητήσεσιν Ἐποχήν.

Ὡς φασιν οἵ τε περὶ τὸν Τίμωνα καὶ Αἰνεσίδημον] At verò Æneſidemus, omnino Finem non eſſe exiſtimabat. Photius, ubi de libro ejus VIII. ὁ δ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι, καὶ ὄγδοος, κατὰ τοῦ Τέλους ἐνίσταται, μήτε τὴν εὐδαιμονίαν, μήτε τὴν ἡδονὴν, μήτε τὴν φρόνησιν, μήτ' ἄλλο τι Τέλος ἐπιχωρῶν εἶναι, ὅπερ ἄν τις τῶν κατὰ φιλοσοφίαν αἱρέσεων δοξάσειεν· ἀλλ' ἁπλῶς οὐκ εἶναι Τέλος τὸ πᾶσιν ὑμνούμενον.

Ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην, οὐ δυνάμεθα φεύγειν· ὡς τὸ πεινῆν, διψῆν, ἀλγεῖν] Sextus, dicto loco: οὐ μὴν ἀόχλητον πάντη τὸν Σκεπτικὸν εἶναι νομίζομεν, ἀλλ' ὀχλεῖσθαί φαμεν ὑπὸ τῶν κατηναγκασμένων. καὶ γὰρ ῥιγοῦν ποτε ὁμολογοῦμεν, καὶ διψῆν, καὶ τοιουτότροπά τινα πάσχειν. ἀλλὰ καὶ ἐν τούτοις οἱ μὲν ἰδιῶται διττοῖς συνέχονται περιστάσεσιν, ὑπό τε τῶν παθῶν αὐτῶν, καὶ οὐχ ἧττον ὑπὸ τοῦ τὰς περιστάσεις ταύτας κακὰς εἶναι φύσει δοκεῖν. ὁ δὲ Σκεπτικὸς, τὸ προδοξάζειν ὅτι ἐστὶ κακὸν τούτων ἕκαστον ὡς πρὸς τὴν φύσιν περιαιρῶν, μετριώτερον καὶ ἐν τούτοις ἀπαλλάσσει. διὰ τοῦτο οὖν ἐν μὲν τοῖς δοξαστοῖς, ἀταραξίαν τέλος εἶναί φαμεν τοῦ Σκεπτικοῦ· ἐν δὲ τοῖς κατηναγκασμένοις, μετριοπάθειαν. *Neque tamen omnino quietum eſſe, & ab omni moleſtia abeſſe Scepticum exiſtimamus, ſed externorum quorumdam impulſu inquietari dicimus. Nam algere nonnumquam eum & ſitire, & hujuſmodi alia pati fatemur. Sed in his etiam vulgo hominum duo contingunt adverſa, & ex iis quæ patitur, & quòd ea quæ ſibi accidere videt, mala eſſe naturâ judicet. At verò Scepticus non addens illam opinationem, videlicet horum unumquodque naturâ malum eſſe, hac etiam ſert moderatiùs quàm alii. Propterea igitur in illis quidem quæ ex opinatione pendent, ataraxiam dicimus finem eſſe Sceptici: at in coactis, metriopathiam.*

Τινὲς δὲ, καὶ τὴν ἀπάθειαν] μετριοπάθειαν dixit Sextus. Ceterùm, præter Pyrrhonem Eleum, fuit & Liparæus, de quo Plutarchus in Quæſt. Rom. &, ſi credimus Gaſſendo, Pyrrhon, ad quem conſolatoriam de Doſithei patris morte Epicurus ſcripſit, ut eſt apud eumdem Plutarchum in libro Quòd non poteſt ſuaviter vivi ſecundùm Epicurum. Ita enim illum appellat Gaſſendus lib. I. de Vita & moribus Epicuri cap. 8. In vulgatis Plutarchi Codicibus, Πύρσων, non Πύῤῥων, appellatur.

TIMON.

Τίμων Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς, ὁ παρ' ἡμῶν, ἐν τῷ 109
πρώτῳ τῶν εἰς τοὺς Σίλλους Ὑπομνημάτων, ἃ προσφωνεῖ Τιβερίῳ Καίσαρι] Vox Τίμων tituli locum occupare debet: deinde legendum, Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς ὁ πρὸ ἡμῶν· hoc eſt, *qui anteceſſit ſeculum noſtrum; qui ante tempora noſtra vixit.* Voſſium vide lib. II. de Hiſtoricis Græcis cap. 13. necnon Inſtitut. Poëtic. lib. II. cap. 20. & Jonſium Hiſtor. Philoſ. lib. & cap. III. In Editione Stephanica, pro Τίμων legitur Σίμων. Sed legendum omnino Τίμων: quæ vox, ut diximus, lemma eſt.

Φλιάσιον δὲ τὸ γένος] Hermolaus, Stephani Abbreviator, in Φλιοῦς· καὶ Τίμων ὁ περὶ Σίλλων γεγραφὼς, Φλιάσιος ἐχρημάτισε. Suidas in σιλλαίνει: σιλλογράφος ἦν Τίμων Φλιάσιος, Φιλόσοφος, τῆς Πύῤῥωνος ἀγωγῆς.

Νέον δὲ καταλειφθέντα χορεύειν] Ariſtocles apud Euſebium, ubi de Pyrrhone: ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ, συνέγραψεν ἀργαλέας παῤῥῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας.

Καὶ ἰατρικὴν ἐδίδαξε, καὶ διάδοχον τοῦ βίου κατέλιπε] τοῦ βίου, id eſt, τέχνης ἰατρικῆς. *Artem* enim βίος quoque ſignificat, ut benè monitum Heſiodi Scholiaſtæ in illud Heſiodi;

Ὥ τινι μὴ βίος ἔνδον ἐπήτανος κατάκειται.

Sed διάδοχον τοῦ βίου κατέλιπε, rectè etiam interpretari poſſis, *bonorum ſucceſſorem reliquit.* Similiter apud Athenæum libro XIII. ubi de Sophocle Tragico: Ἀρχίππην ἠγάπησε τὴν ἑταίραν, καὶ τοῦ βίου κληρονόμον κατέλιπεν. *Archippam meretricem amavit, & bonorum ſuorum heredem reliquit.*

Ποιήματα συνέγραφε, καὶ Ἔπη, καὶ Τραγῳδίας, καὶ Σατύρους, καὶ Δράματα Κωμικὰ τριάκοντα, Τραγικὰ δὲ ἑξήκοντα, Σίλλους τε, καὶ Κιναίδους] Citatur ſuprà ἐν Πύθωνι. item ἐν Ἰνδαλμοῖς. Prius Opus, verſibus hexametris ſcriptum fuit; poſterius, elegiacis. Corrigendus ὁδοῦ πάρεργον Sextus contra Mathematicos pag. 442. καθάπερ καὶ ὁ Τίμων ἐν τοῖσδε δήμοις ἔοικε δηλοῦν. Legendum omnino, ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς.

Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ καταλογάδην βιβλία] Quos 110
inter fortè, libri περὶ Αἰσθήσεων, & περὶ Ζητήσεως,

& κατὰ Σοφίας; quorum mentio ſuprà. item, liber qui *Arceſilai Epulum funebre* inſcribebatur; cujus infrà mentio.

Τῶν δὲ Σίλλων τρία ἐστίν] Suidas: Τίμων Φλιάσιος, καὶ αὐτὸς Φιλόσοφος τῆς Πύῤῥωνος ἀγωγῆς, ὁ γράψας τοὺς καλουμένους Σίλλους, ἤτοι ψόγους τῶν Φιλοσόφων, βιβλία γ'. In hos Sillos; præter memoratum Apollonidem Nicenum, Scripſerat & Sotion Alexandrinus. Auctor Athenæus lib. VIII. 3. ὡς Σωτίων ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς περὶ Τίμωνος Σίλλων. His libris de Timonis Sillis, Sotionem Philoſophos purgaſſe, quos Timon convitiis ſuis maculaverat, ſuſpicatur Jonſius Hiſtor. Philoſoph. libro II. cap. 10. ita adverſùs Didymi Sillos, quorum meminit Ammianus Marcellinus libro XXII. his verbis, *Chalcenterus Didymus, multiplicis ſcientiæ cæpti memorabilis, qui in illis ſex libris; ubi nonnumquam imperfectè Tullium reprehendit; Sillographos imitatus, Scriptores maledicos; judicio doctarum aurium incuſatur, ut immania frementem leonem putredulis vocibus vanus catulus longiùs circumlatrans.* Adverſùs, inquam, hos Sillos Didymi, ſcripſerat Suetonius Tranquillus. Teſtatur Suidas in Τραγκυλλος: ubi Suetonii libros recenſens, ait, Περὶ τοῦ Κικέρωνος πολιτείας, α'. ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ. Ex Sillis Timonis, verſus aliquot profert Ariſtocles in octavo τῶν περὶ Φιλοσοφίας, apud Euſebium libro 14. capite 18. Præparationis Euangelicæ, & apud Theodoritum περὶ ἀρχῆς.

Ἐν οἷς, ὡς ἂν Σκεπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορεῖ καὶ σιλλαίνει τοὺς Δογματικούς] Atque inde nomen Sillis. Pollux II. 4. 7. Ἱππόκρατης δὲ ὀφθαλμὸν ἰλλαίνειν φησὶ, τὸν διάστροφον γενόμενον καὶ ἀνίλλωμα, τὸ ἀνάβλεμμα· οἱ δὲ καὶ ἴλλους τοὺς ὀφθαλμοὺς Ἰωνικῶς ὠνόμασαν· σιλλαίνειν δὲ τὸ ἐπιχλευασμῷ σείειν τοὺς ὀφθαλμούς, ὅθεν καὶ τὸ χλευαστικὸν ποίημα Σίλλος. Voſſius Inſtit. Poëtic. libro II. capite 20. & capite 19. vocem Σίλλοι factam volebat ex Σιληνοί· ut, quemadmodum à Satyris drama dictum Σατυροι, ita à Sillis dicti ſint Σιλληνοί. Favent Voſſianæ etymologiæ Sancti Patres, qui Sillos Xenophanis, de quibus in Obſervatione ſequenti; *Sillenos* vocant. Scribebantur Silli, tum carmine heroïco, tum etiam elegiaco, & iambico, ut diſcimus ex Diogene noſtro in Xenophanis Vita.

Ἐν παῤῥῳδίας εἴδει] Quod paſſim in eorum Fragmentis obſervare eſt. Hæc Fragmenta, cum ceteris Timonis verſibus, collegere H. Stephanus & Daniel Heinſius.

Φαίνεται γοῦν ἀνακρίνων Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον, &c.] Qui & ipſe Sillos ſcripſerat. Euſtathius in Iliad. B. pag. 204. Edit. Rom. οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται ἐνταῦθα, ὅτι οὐ μόνον Ξενοφάνης πεποίηκε Σίλλους, ἐν οἷς εὐδοκίμησεν, ἀλλὰ καὶ τούτου εἴδους πρῶτος κατῆρξεν Ὅμηρος. Ejus quoque, ut Σιλλογράφου, meminit Strabo libro XIV. Corrigendus Apuleius in Floridis: *Canit Empedocles Carmina; Plato, Dialogos; Socrates, Hymnos; Epicharmus, modos; Xenophon, Hiſtorias; Xenocrates, Satyras.* Lege cum Caſaubono, *Xenophanes, Sillos.*

112 Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε Σοφισταί] Homerica imitatio. Dixerat Homerus Iliados β'.

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.

Τοῦτον ἐγὼ καὶ ἑτερόφθαλμον ἥκουσα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς αὑτὸν Κύκλωπα ἐκάλει.] Philippus verò, Alexandri pater; qui & ipſe defioculus erat; excandeſcebat, ſi quis, præſente illo, *Cyclopem*, vel *oculum*, nominaſſet. Refert auctor libelli περὶ ἑρμηνείας, qui Demetrio Phalereo tribuitur.

Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος Τίμων ὁ μισάνθρωπος] Qui & ipſe Philoſophus fuit, ſi fides Suidæ. Τίμων, inquit, ὁ μισάνθρωπος, καὶ αὐτὸς Φιλόσοφος, ἀποστρεφόμενος πᾶσαν αἵρεσιν. quod ideo obſervo, quia addit Laërtius ὁ δ' οὖν Φιλόσοφος, &c. *Philoſophi* nomine, Timonem τὸν μισάνθρωπον à Timone Phliaſio diſtinguens. Sequitur apud Suidam: Τίμων Φλιάσιος, καὶ αὐτὸς φιλόσοφος τῆς Πύῤῥωνος ἀγωγῆς, &c. Putarim ſcripſiſſe Suidam; Τίμων ὁ μισάνθρωπος. καὶ ἄλλος, Φιλόσοφος, ἀποστρεφόμενος πᾶσαν αἵρεσιν, Τίμων Φλιάσιος, τῆς Πύῤῥωνος ἀγωγῆς, &c. De Timone, hominum oſore, legendus Lucianus in Dialogo, cui titulus Τίμων ἢ μισάνθρωπος. Præter hos duos Timones, fuit & Timon Ægyptius, pater Helenæ pictricis, tempore belli Iſſici; de quo Photius Eclog. CXC. Ceterùm, Timoni τῷ μισανθρώπῳ tribuit vetus Commentator Horatianum illud,

--- ut quidam memoratur Athenis,
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic ſolitus: Populus me ſibilat: at mihi plaudo
Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.

De Timone, inquit, *Athenienſi dicit, qui cùm odium generi humano indixiſſet, ipſe pecuniâ ſuâ lætatus eſt.*

Μετεδίδου δὲ τῶν Τραγῳδιῶν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ὁμήρῳ] 113
Homero ſcilicet juniori, Myrûs filio, uno ex VII. Tragicis qui Pleiadis nomine ſignabantur. Meminit Scholiaſtes Hephæſtionis paginâ 93. ἐπὶ τῶν χρόνων Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου, (vixit iiſdem temporibus Timon noſter, ut ſuprà retulit Laërtius) ἑπτὰ ἄριστοι γεγόνασι Τραγικοί, οὓς Πλειάδας ἐκάλεσαν, διὰ τὸ λαμπροὺς εἶναι ἐν τῇ Τραγικῇ, ὥσπερ ἄστρα τὰ ἐν τῇ πλειάδι. Εἰσὶ δὲ οὗτοι, Ὅμηρος, οὐχ ὁ Ποιητὴς, ἀλλ' ὁ Μυροῦς, τῆς Βυζαντίας πατρίδος, &c. Ita rectè emendat Gerardus Johannes Voſſius, pro eo quod vulgo legitur Ὁμηροῦς. Suidas in Σωσίθεος: τῶν τῆς πλειάδος εἷς· ἀνταγωνιστὴς Ὁμήρου τοῦ Τραγικοῦ, τοῦ υἱοῦ Μυροῦς τῆς Βυζαντίας. Et in Μυρώ: Μυρὼ, Βυζαντία· ποιήτρια Ἐπῶν, καὶ Ἐλεγείων, καὶ Μελῶν, Ὁμήρου τοῦ Τραγικοῦ θυγάτηρ, (corrige μήτηρ) γυνὴ Ἀνδρομάχου, ἐπικληθέντος Φιλοσόφου. Patriâ fuit Hieropolitanus ex Caria, teſte Stephano in Ἱεράπολις. Alexander autem ille de quo hîc Laërtius, accipiendus de Alexandro Ætolo, Grammatico, qui & ipſe in ſeptem Tragicorum Pleiade repoſitus fuit, Suida teſte.

Φασὶ δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ, πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφαλῆ κτήσαιτο· τὸν δὲ εἰπεῖν, Εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διορθωμένοις] Atque hoc dictum illi, qui & ipſe inter Homeri Correctores. Nam ut Homeri quædam erat διορθωσις Ἀριστάρχειος & Ἀριστοφάνειος, ita & Ἀράτειος: quem-

quemadmodum in Arati Vita refert Hipparchus. *Ipſe etiam Aratus à Correctoribus multa vulnera accepit, ut ibidem legere eſt:* ἐλύμηναν δὲ πολλοὶ τοῦτο τὸ Ποίημα· Ζωγράφοι, καὶ Ἀστρονόμοι, καὶ Γραμματικοὶ, καὶ Γεωμέτραι· ἕκαστος αὐτῶν πρὸς τὸ βούλημα τὸ ἴδιον γραφὰς καὶ ἐξηγήσεις ποιούμενοι. Verba ſunt præſtantiſſimi Gerardi Johannis Voſſii libro I. de Arte Grammatica pag. 6. Hoc dictum de Homeri exemplaribus ad Aratum; temporum ſupinâ ignorantiâ, Timoni Nicæenſi; de quo ſuprà; & quem ſuos ad Sillos Timonis Phliaſii Commentarios Tiberio Cæſari inſcripſiſſe ait Laërtius; tribuit poſt Guillandinum Hofmannus; quo nomine rectè uterque à Reineſio Epiſtolâ XV. reprehenditur. Sed & ipſe Reineſius reprehendendus; quemadmodum & Voſſius in libro de Hiſt. Græcis, & Schottus ad Diogenianum Centuriâ VIII. 18. qui Timonem quemdam Nicæenſem exſtitiſſe exiſtimarunt. Ceterùm, rectè hoc loci obſervabat Caſaubonus ex Joſepho, Homerum ſua Poëmata ſcripta non reliquiſſe, ſed διαμνημονευόμενα, multò pòſt ſcripta fuiſſe. Locus Joſephi eſt in libro I. contra Appionem: ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου ποιήσεως πρεσβύτερον· οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον φκίνεται γενόμενος. καὶ φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην ἐπὶ τῶν ᾀσμάτων ὕστερον συντεθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ σχεῖν τὰς διαφωνίας. *Conſtat autem quòd apud Græcos nullum invenitur Scriptum poëmatis Homeri vetuſtius: & hunc etiam poſt bella Trojana fuiſſe manifeſtum eſt. Et ajunt, neque ſcriptum ſuum Poëma reliquiſſe; ſed cantibus memoriâ reſervatum, poſteà fuiſſe compoſitum; & propterea multas in ſe habere diſſonantias.*

114 Ζωπύρῳ τῷ Ῥήτορι] Zopyri, Clazomenii Rhetoris meminit Quintilianus libro III. capite 6. quem non alium ab hoc Zopyro eſſe exiſtimamus. Citatur Zopyrus quidam Stephano in Ἀφροδισιάς: ſed alius ab hoc Rhetore.

Ζωπύρῳ τῷ Ῥήτορι ἀναγιγνώσκοντι &c.] Ingenioſè Mericus Caſaubonus, ἀναγιγνώσκων τι. Verba ejus ſunt: *Cùm Timon Zopyro Rhetori aliquid à ſe compoſitum legeret; & inter legendum, dum folia vertit, aut evolvit, paginas aliquot caſu præteriiſſet, (hoc enim eſt,* ἐπιτυλίττειν) *in lectione tamen perſtitiſſe, nec ſententiæ hiatum diu percepiſſe: quo nullum majus ἀπροσεξίας argumentum potuit adferri. Ut qui ſcilicet, nihil ageret ſeriò, ſed omnia quaſi aliud agens, & eventi prorſus incurioſus.* τοσοῦτον ἦν ἀδιάφορος, *inſert Laërtius:* adeò ille erga res omnes indifferens animus: *aut,* adeò ille indifferenter affectus. *Ad hanc enim periodum pertinent iſta, quæ ſequentis initium faciunt interpretes.*

Τοσοῦτον ἦν ἀδιάφορος, ἀλλὰ καὶ εὔρους, ὡς μηδὲ ἀριστᾶν συγχωρεῖν.] Habent MSS. nonnulli, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον ἦν ἀδιάφορος, ὡς μηδὲ ἀριστᾶν συγχωρεῖν. συγχρονεῖν, habet Editio princeps, & Membranæ Regiæ. Mericus Caſaubonus vocem εὔρους, de ventris εὐρόϊα interpretatur. *Aliud,* inquit, εὔρους *ventris; aliud* διάῤῥοια. *hoc, ex affectio præter naturam corpore: iſtud, ex naturali temperamento. Antonino autem Pio, Imperatori laudatiſſimo, inter cetera, non ſine cauſa laudi datum quòd parciore victu ſic corpus aſſuefeciſſet, ut ne neceſſitas ἀποκρίσεως τῶν περιττωμάτων, tempus negotiis dicatum intercideret.* εὔρους quidem, eſt quod dicit ille: & quam εὐκοιλίαν vocat Cicero in epiſtola quadam ad Tironem. Sed quid hoc ad præcedentia, τοσοῦτον ἦν ἀδιάφορος? ad ea enim id referri debere, docet vox ἀλλά. Deinde, συγχωρεῖν, pro ἀναχωρεῖν, non dicitur. Et ut dicatur: quid hæc ſibi volunt, ἀριστᾶν συγχωρεῖν? Verè ut dicam, locus mihi mendoſus videtur.

Διὰ τῶν Κερκώπων ἰόντα] *Per medios aſſentatores euntem*, vertit Aldobrandinus. Optimè: ſequitur enim, καὶ σὺ δεῦρο, ἐνθάπερ ἡμεῖς οἱ ἐλεύθεροι. Κέρκωψ autem, *adulatorem* etiam ſignificat: κερκωπίζειν, *adulari*, Suidas: κέρκωπες· πανοῦργοι, δόλιοι, ἀπατεῶνες, κόλακες. Zenobius Centur. IV. 50. κερκωπίζειν· ἡ παροιμία ἀπὸ τῶν προσαινόντων τῇ κέρκῳ ita legendum, non τὴν κέρκον, ut vulgò legitur) ζώων μετενήνεκται. Eadem, atque iiſdem verbis, legere eſt apud Suidam. Similiter Syneſius Epiſt. 100. ad Pylæmenem, κέρκωπα opponit τῷ ἐλευθέρῳ· ἑτέρως δὲ, inquit, οὐκ ἔστι πλουτεῖν ἐν ταῖς καθ' ὑμᾶς ἀγοραῖς, μὴ πάντα μιγνύντα καὶ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κέρκωπα ἀντ' ἐλευθέρου γινόμενον.

Συνῆλθεν Ἀτταγᾶς τε καὶ Νουμήνιος] Senarius proverbialis, qui de duobus furibus, & generaliter de duobus hominibus nequam, cùm ſimul coeunt, uſurpari ſolet. Diogenianus Centur. VIII. 18. συνῆλθον ἀτταβᾶς τε καὶ νουμήνιος· ἐπὶ δύο κλεπτῶν τοῦτο. Corrige ἀτταγᾶς. Eadem legere eſt apud Apoſtolium. Scriptor quidam anonymus, qui Græcè pro Imaginibus ſcripſit, ſed qui Latinè citatur à Baronio tom. IX. ad A. 754. 34. *Cùm itaque in hunc modum obſcœnum illud par coiiſſet, atque attagas, ut vulgò dici conſuevit, numenio ſe adjunxiſſet.* Sermo eſt de Conſtantino Copronymo Imperatore, & Conſtantino, Patriarcha Conſtantinopolitano. Meminit & Suidas, ſed loco mutilo: ἀτταγᾶς, inquit, νουμηνία· παροιμία ἐπὶ τῶν· ἀτταγᾶς εἶδος ὄρνεου &c. Corrige, ἀτταγᾶς, νουμηνίας· παροιμία ἐπὶ τῶν κλεπτῶν. vel ἐπὶ κλεπτῶν. νουμήνιος & νουμηνίας, idem. Joſephus Scaliger in Proverbiis Metricis:

Συνῆλθον ἀτταγᾶς τε καὶ νουμηνίας.

Eraſmus, qui verba Suidæ vertit, *Attagenis noviluniis*, immane quantùm fallitur. Sunt autem ἀτταγᾶς & νουμήνιος, aves; non homines, ut putavit idem Eraſmus. De attaga, exempla paſſim obvia. eſt enim ἀτταγᾶς, idem ac ἀττηγήν: nam qui vulgò cæteris Græcis dicebatur ἀττηγήν, Atticis erat ἀτταγᾶς, ut diſcimus ex Athenæo IX. 9. ἀτταγᾶς igitur, eſt *attagen*, de quo plurima mentio apud Scriptores. Avem eſſe, quæ paludibus, & humidis locis gaudeat, teſtatur Ariſtophanes in Veſpis:

Τὸν πηλὸν, ὥσπερ ἀτταγᾶς, τυρβάσεις βαδίζων.

Item ejus Scholiaſtes ad Aves, & ex eo Suidas in ἀτταγᾶς. Quod notatu dignum: nam inter κνιστικοὺς, hoc eſt, *pulveratrices*, ab Ariſtotele lib. IX. de Hiſtor. Animal. cap. 49. & ab Alexandro Myn-

dio apud Athenæum IX. 9. numeratur. Ex montibus ad loca humida deſcendere, ibidemque morari cenſent Bellonius & Jonſtonus. De numenio, quòd ſcilicet avis quoque ſit, teſtatur Heſychius. νουμήνιος, inquit, ὄρνεον, ὅμοιον ἀτταγᾷ· καὶ ὁ τροχίλος. Avem illam eſſe quæ nobis, *corlieu* dicitur, Geſnerus veroſimiliter exiſtimabat: & νουμήνιον appellatam ſcribit, quia roſtrum ejus novæ lunæ cornua imitatur. Ita de Phœbo quodam Martialis II. 35.

Cùm ſint cruræ tibi, ſimilent quæ cornua Lunæ.

Unde & Italis *falcinello*: à falce nimirum, quam etiam roſtro repræſentant. Alii de gallinagine, (ita beccaſſiam noſtram Latini appellarunt) accipiendum putant: quia ſcilicet, gallinagini ſimilem eſſe attagenem dicit Ariſtoteles de Hiſtor. Animal. IX. 26. cui attageni ſimilem eſſe numenium docet Heſychius. Ad attagenem quod attinet, conſtat inter omnes Ornithologos, avem illam eſſe, quam nos, & Itali, *francolinum*, ſeu *francolinam* appellamus; & quam hodie Græcoromæi, teſte Bellonio, *taginari* vocant: quæ vox, ut hoc obiter dicam, à voce ταγηνάριον formata eſt, quâ attagenem vulgari ſermone vocitari Suidas quoque obſervabat. τοῦτον, inquit, τὸν ἀτταγᾶν ἡ συνήθεια ταγηνάριον καλεῖ. Pro ἀτταγηνάριον ſcilicet, per aphæreſim τοῦ ατ. Sed cùm francolinus noſter ex genere avium rapacium minimè ſit, quare attagenis nomine fures, & nequam homines, nuncupari ſoliti ſint, ambigere quis meritò poſſit. Ego cauſam hanc eſſe exiſtimo, quia, cùm variis maculis, variiſque punctis alas diſtinctas habeat, de Servis fugitivis, & στιγματίαις uſurpabatur; qui quidem plerumque fures ſunt & nequam.

A pedibus didicere manus peccarè proterva.
Non miror furem, qui fugitivus erat.

inquit Bilbilitanus. De illis Servis vocem *attagenis* uſurpari ſolitam, teſtis eſt Ariſtophanes ad Aves:

Εἰ δὲ τυγχάνει τις ἡμῶν δραπέτης ἐστιγμένος,
Ἀτταγᾶς οὗτος παρ' ἡμῖν ποικίλος κικλήσκεται.

Ad quem locum Scholiaſtes: ὁ ἀτταγᾶς γὰρ, κατάστικτός ἐστιν ποικίλοις πτεροῖς. Sed apertiùs Suidas: ἔστι γὰρ ὁ ἀτταγᾶς κατάστικτος ποικίλοις πτεροῖς· λέγεται δὲ, ἐπὶ δούλων κατεστιγμένων, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄρνεον κατάστικτον. Stigmatis, ſeu punctis, in fronte, ſeu alia corporis parte, Servi olim candente ferro notabantur, præſertim ſi aufugere conſueviſſent, qui propterea & στιγματίαι, & *literati* dicebantur, *ut hoc ſaltem modo latitantes poſſent agnoſci*, quemadmodum loquuntur Imperatores Honorius & Arcadius, ubi de Fabricenſibus, quorum brachiis, tironum exemplo, ſtigmata infigebantur. Sed & ſtigmata, ſunt ſigna plagarum, ut ea Papias interpretatur. quare, cùm attagen ſit, non ſolùm, πτεροποίκιλος, ut eum Ariſtophanes appellat, id eſt, *pennis diverſicoloribus*; ſed etiam ὅλος κατάγραφος τὰ περὶ τὸ νῶτον, *toto dorſo variis colorum notis diſtincto*, ut eum Alexander Myndius deſcribit, ea quoque de cauſa & Servos fugitivos, ut quorum dorſum plagarum ictibus κατάστικτον eſt, & ut loquitur Plautus, *tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium*, dictos *attagenas* veroſimile eſt. Idem ſtatuendum de numenio; ſi quidem, Heſychio teſte, attagæ ſimilis eſt. Quare in dicto loco Heſychii legendum olim exiſtimabam, νουμήνιος· ὄρνεον ὅμοιον ἀτταγᾷ, ὃ καὶ ποικίλος. & ad verſum Ariſtophanis doctiſſimum Grammaticum reſpexiſſe putabam,

Ἀτταγᾶς οὗτος παρ' ἡμῖν ποικίλος κικλήσκεται.

Nam & ποικίλος abſolutè, attagen, à varietate plumarum, dici potuit; quemadmodum piſcis quidam, qui hoc nomine ab Oppiano nuncupatur. Etiam cardueles eadem de cauſſa ποικιλίδες appellantur. Εἰσὶ ποικίλοι τὴν χροιὰν, ὅθεν καὶ ποικιλίδες λέγονται, inquit Theocriti Scholiaſtes ad Idyll. III. 14. Certè vox τροχίλος apud Heſychium locum habere non poteſt, ſi eam de regulo, ut vulgò accipitur, accipias. regulo enim nihil ſimile cum attaga, cui ſimilis numenius. Attagen, major eſt perdice, ut teſtatur Alexander Myndius: regulo corpus non multò amplius quàm locuſtæ, ut ſcribit Ariſtoteles de Hiſtor. Animal. VIII. 3. Attagen, vario eſt colore: regulus, ruffo: unde *burrichio* Andinis noſtris dicitur. Sed nunc in loco Heſychii placet nihil mutare. Nam & τροχίλος de ave quadam, quæ, ut attagas, paluſtris eſt, uſurpatur, & quæ tantâ nonnumquam celeritate currit, utì curſus ejus volatu velocior ſit, ut eſt apud Jonſtonum. Atque inde ei nomen; ἀπὸ τοῦ τρέχειν videlicet. Hæc eſt, quæ in faucibus crocodili hirudines inhærentes legit; quod regulo falſò vulgò tribuitur. Qua de re Herodotus libro II. Ariſtoteles Hiſtor. Animal. IX. 6. & Ælianus VIII. 25. Geſnerus putat eſſe ex genere gallinularum aquatilium. Quam ſententiam confirmare videntur hæc Ariſtophanis in Acharnenſibus Act. IV. Sc. 1.

ΔΙ. Ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον,
Τί φέρεις; ΒΟΙΩΤ. ὅσ' ἐστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς,
Ὀρίγανον, γλαχῶ, ψιάθους, θρυαλλίδας,
Νάσσας, κολοιοὺς, ἀτταγᾶς, φαλαρίδας,
Τροχίλους, κολύμβους.

Item hæc in Pace: Κἀκ Βοιωτῶν γε φορίοντας ἰδεῖν, χῆνας, νήττας, φάττας, τροχίλους. Vario colore ab Ornithologis deſcribitur: quod bellè convenit cum eo quod ait Heſychius, νουμήνιον ſimilem eſſe attagæ, quem verſicolorem eſſe in ſuperioribus abunde probavimus.

Ἵνα ὑμᾶς ἀναπεπταμένους ὁρῶν, γελῶ] Vertit Aldobrandinus; *ut volitantes vos cernens viderem.* Ambroſius, *ut vos in aperto intuens, viderem.* Magis placet poſterior interpretatio. immo ſola placet. ἀναπεπταμένους, id eſt, *expanſos, apertos, patentes.* Gallicè diceremus, *à découvert.* 115

Τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρκεσιλάου Περιδείπνῳ.] περίδειπνον, eſt *cœna parentalis.* Vide nos ſuprà ad hæc è Platonis Vita, Σπεύσιππος δὲ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Πλάτωνος Περιδείπνῳ. Pyrrhonem Arceſilaus æmulabatur, teſte Laërtio in Arceſilao: ut de eo ſeparatim ſcripſiſſe Timonem, Pyrrhonis diſcipulum, non ſit mirum.

Τούτου διάδοχος, ὡς μὲν Μηνόδοτός φησι, γέγονεν οὐδείς· ἀλλὰ διέλιπεν ἡ ἀγωγὴ, &c.] *Pyrrho, Ariſto, Herillus, jam diu abjecti*, inquit Cicero libro II. de

Finibus. Ariſtocles apud Euſebium; ubi de Pyrrhone & Timone: μηδενὸς δ' ἐπιστραφέντος αὐτῶν, ὡς εἰ μηδὲ ἐγένοντο τοπαράπαν, ἐχθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ κατ' Αἴγυπτον, Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. De Menodoto mox dicemus.

Πτολεμαῖος ὁ Κυρηναῖος] Ptolemæum, Philoſophum Peripateticum novi è Sexto, adverſus Grammaticos pag. 13. Pyrrhonium, non novi.

Καθά φησι Φύλαρχος ἱστορῶν] De Phylarcho Hiſtorico, habes apud Voſſium de Hiſtoricis Græcis I. 17.

Διήκουσαν αὐτοῦ Διοσκουρίδης, &c.] Quibus adde Pyrrhonem Phliaſium. Suidas: Πύρρων Φλιάσιος, Τιμάρχου παῖς, μαθητὴς Τίμωνος Φιλοσόφου.

Νιώλοχος Ῥόδιος, &c.] Sic Editio prior. at Νικόλοχος MSS. Regii, & Editio Stephanica: & ita legendum videtur. Sed non magis mihi notus Nicolochus ille Rhodius, ſive Niolochus, quàm Dioſcorides Cyprius, Euphranor Seleucenſis, Praylus è Troade, Eubulus Alexandreus, Ptolemæus, Sarpedon, & Heraclides; de quibus hoc loco Laërtius.

Μηδὲ λόγου τοὺς πολίτας ἀξιώσας] καταξιώσας, Regiæ Membranæ, & Stephanica Editio.

116 Αἰνησίδημος Κνώσιος, ὃς καὶ Πυῤῥωνείων λόγων ὀκτὼ συνέγραψε βιβλία] Alexandrinus videtur fuiſſe Ariſtocli apud Euſebium, loco ſuperiùs, nec ſemel, memorato: ἐχθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον, Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. Diſcrimen Laërtium inter & Ariſtoclem ſic benè compoſuit Caſaubonus. Æneſidemus patriâ fuit Gnoſſius; floruit verò Alexandriæ. ἐξ Αἰγῶν dicitur Photio, ut ſuprà monuimus; pro quo tentabam ἐξ Αἰγύπτου, propter Ariſtoclis locum ſuprà à nobis ex Euſebio allatum. De his Æneſidemi Pyrrhonicorum Sermonum octo libris, diximus ſuprà; ubi nos vide.

Οὗ Ζεύξιππος ὁ Πολίτης] Non mihi aliunde notus Zeuxippus ille Polites.

Οὗ Ζεῦξις ὁ Γνιδόπους] De eo, ſuprà.

Οὗ Ἀντίοχος Λαοδικεὺς ἀπὸ Λύκου] Sic uterque MS. Regius. Sed in uno, Ἀντίγονος erat adnotatum: & ita Editio Stephanica, necnon Frobeniana, pro quo Ἀντίλοχος, aut Ἀντίλογος, H. Stephanus reſcribebat.

Τούτο δὲ Μηνόδοτος ὁ Νικομηδεὺς, ἰατρὸς Ἐμπειρικός] Menodoti, ut Empirici Medici, meminit pluribus verbis Galenus in libro de Adumbrata Figura Empirici, quem juvenis, ante annum ætatis XXXVII. tempore M. Antonini, ſcripſit, vel ipſo Galeno teſte in libro de libris propriis, capite I. Eum & inter Empiricos laudat Auctor libri qui *Introductio*, ſeu *Medicus*, inſcribitur, & Galeno vulgò tribuitur.

Καὶ Θειώδας Λαοδικεύς.] MSS. Regii Θειόδας. Aldobrandinus videtur legiſſe Θειώδης. Θεῦτας, dicitur Galeno dicto loco; ubi inter Empiricos eum recenſet. Sed & apud Galenum, & apud Laërtium, legendum omnino Θευδᾶς· quod nomen formatum eſt ex Θεόδωρος, quemadmodum Ἀπολλᾶς ex Ἀπολλόδωρος; Ζηνᾶς, ex Ζηνόδωρος, &c. Theudæ cujuſdam mentio & apud Lucam in Actis Apoſtolorum, & apud Joſephum lib. XX. cap. 2. Ceterùm, Theudas ille noſter Laodicenſis librum ſcripſerat, cui titulus *Doctrina Partium*, teſte eodem Galeno. In Theudam illum ſcripſit Theodoſius Pyrrhonius Σκεπτικὰ Κεφάλαια; de quibus ſuprà, in Pyrrhone. Scripſerat quoque Galenus, vel ipſomet teſte, in Tractatu de Libris propriis; librum, hoc titulo, τῆς Θευδᾶ (corrige Θευδᾶ) εἰσαγωγῆς Ὑπομνήματα ε'. *Theudæ Introductionis Commentarii* V. Et alterum, hoc titulo, Πρὸς τὰ ἀντειρημένα τῆς διαφωνίας τῶν Ἐμπειρικῶν, τοῦ τε Θευδᾶ (corrige ſimiliter Θευδᾶ) κεφάλαια Ὑπομνήματα, γ'. *Contra objecta de diſſenſione Empiricorum, & Theudæ ſummarii Commentarii* III.

Ἡρόδοτος, Ἀρίειος, Ταρσεύς] Arei illius; qui & ipſe Tarſenſis fuit; ut Medici Aſclepiadei, meminit non ſemel Galenus in libris κατὰ τόπους. Herodoti librum *Medicum* citat Galenus VI. Epid. ſect. II. com. 43. quare ei à nonnullis tribuitur Liber qui *Introductio*, ſeu *Medicus*, inſcribitur; quique vulgò Galeno adſcribitur, ut ſuprà à nobis obſervatum. Apud Sextum Empiricum libro I. Pyrrhoniarum Hypotypoſeon Permedotus quidam inter Scepticos recenſetur. Περὶ δὲ, εἰ ἐστὶν εἰλικρινῶς Σκεπτικὸς, πλατύτερον μὲν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι διαλαμβάνομεν. νῦν δὲ ὡς ἐν ὑποτυπώσει διαλαμβάνομεν κατὰ Περμηδότον καὶ Ὀνήσιμον. οὗτοι γὰρ μάλιστα ταύτης προέστησαν τῆς στάσεως. Sed ubi, & hoc Laërtii loco, legendum putamus, κατὰ Πρόδοτον. Legi poſſet & κατὰ Μηνόδοτον, ex ſuperioribus verbis Laërtii.

Ἡροδότου δὲ διήκουσε Σέξτος ὁ Ἐμπειρικὸς] Herodotum etiam Sexti Chæronenſis magiſtrum facit Suidas: ſed quem Philadelphenſem, non Tarſenſem, appellat. Μαθητὴς, inquit, Ἡροδότου τοῦ Φιλαδελφέως. Legendum τοῦ Φιλαδελφηνοῦ, ſive Φιλαδελφέως. Ita enim dici τὸν πολίτην τῆς Φιλαδελφείας, diſces è Stephanò in Φιλαδέλφεια. Legi poſſet & τοῦ Φιλαδέλφου, id eſt, *Philadelphi filii*.

Οὗ καὶ τὰ δέκα τῶν Σκεπτικῶν, καὶ ἄλλα κάλλιστα.] Suidas, Sextum Chæronenſem, Plutarchi ſorore genitum, Herodoti Philadelphæi diſcipulum fuiſſe, ait; ſectæque Pyrrhoniæ; & decem libros Scepticos conſcripſiſſe. Σέξτος Χαιρωνεὺς, ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου, γεγονὼς κατὰ Μάρκον Ἀντωνῖνον τὸν Καίσαρα Φιλόσοφος, μαθητὴς Ἡροδότου τοῦ Φιλαδελφαίου· ἦν δὲ Πυῤῥωνείου ἀγωγῆς· καὶ τοσοῦτον πρὸς τιμῆς τῷ βασιλεῖ ἦν, ὥστε καὶ συνδικάζειν αὐτῷ. ἔγραψεν Ὑποτυπώσεις, καὶ Σκεπτικὰ (ita legendum, non ut vulgò ἐπισκεπτικὰ) βιβλία δέκα. Quare Sextum illum Chæronenſem; ſive Sextum è Bœotia, ut eum Philoſtratus appellat in Vita Attici; non alium eſſe ab hoc noſtro Empirico, cujus etiamnum adverſus reliquas Philoſophorum ſectas libros habemus, nonnulli exiſtimarunt. Diverſum tamen faciunt, Viri doctiſſimi ad Capitolinum in Marco, Iſaacius Caſaubonus & Claudius Salmaſius. Caſaubonus quidem, tum quia nuſquam aliter Empiricus quàm ὁ Σέξτος Ἐμπειρικὸς in MS. quem habuit, nominatur; tum etiam quia ille Empiricus, nullius dogmatis approbator; ne

dum auctor; omnium fuit everſor. At Marcus in primo τῶν εἰς ἑαυτὸν, doctum ſe à Sexto ait, (Chæronenſem autem intelligit) τὸ καταληπτικῶς, καὶ ὁδῷ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικὸν, τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων. Salmaſius verò, tum quia idem Suidas paullò pòſt alium Sextum commemorat, Philoſophum Afrum, quem Σκεπτικὰ Πυῤῥώνεια libris decem conſcripſiſſe ait, quémque in MSS. Suidæ Codicibus Ἐμπειρικὸν vocari teſtatur: tum quia Empirici mentionem faciat, Sexto Chæronenſi æqualis, Galenus: ut videatur Empiricus paullò antiquior Chæronenſi. Etiam Jonſius libro III. capite 12. Hiſtoriæ Philoſophicæ, Sextum Chæronenſem & Empiricum diverſos facit; non una de cauſa. I. quia Suidas Sextos hoſce diverſos recenſet. II. quia diverſos habuere præceptores. III. quia diverſæ fuere ſectæ juxta omnes, ſi Suidam excipias; Sextus enim ſororis Plutarchi filius, Stoicus fuit, ut conſtat ex his Capitolini verbis in Marco. *Audivit & Sextum Chæronenſem Plutarchi nepotem*, (nota hanc vocem in ſignificatione *ſororis filii*) *Junium Ruſticum, Claudium Maximum, & Cinnam Catullum, Stoicos.* Empiricus verò, Pyrrhonius fuit, omnium conſenſu. His eorum adducti rationibus, diverſos eſſe Chæronenſem & Empiricum non dubitamus. Exiſtimamus verò, tum hæc verba, μαθητὴς Ἡροδότου τοῦ Φιλαδελφαίου· ἦν δὲ Πυῤῥωνείου ἀγωγῆς, tum illa, καὶ Σκεπτικὰ βιβλία δέκα, addita fuiſſe apud Suidam à Lectore quopiam, qui Chæronenſem Sextum eumdem eſſe credebat ac Empiricum. Exiſtimamus quoque Herodotum illum Philadelphenſem non alium eſſe ab Herodoto Sexti Empirici præceptore: ac propterea legendum in ſuperioribus verbis Laërtii, Ἡρόδοτος Ἀρίεως Ταρσέως, non Ταρσεὺς: ut patriâ fuerit Philadelphenſis, patre verò Arieo Tarſenſi. Certè Arieus ille Galeno, in libris κατὰ τόπους, dicitur Tarſenſis; quod ſuprà obſervabamus. Sextum Empiricum, Galeni æqualem, vel eo paullò juniorem fuiſſe, obſervat Jonſius dicto loco. Præter hos decem libros τῶν Σκεπτικῶν; quorum hic meminit Laërtius; quique hodie exſtant; ſcripſit & tres libros Πυῤῥωνείων Ὑποτυπώσεων, qui etiam exſtant. Scripſit & alia pulcherrima, inquit Laërtius. Citat ſe ἐν τοῖς Περὶ ψυχῆς Ὑπομνήμασι, paginâ 136. adverſus Mathematicos. Ἐν τοῖς Πυῤῥωνείοις, ibidem, & paginâ ſequenti, nec non pag. 56. Ἐν τοῖς Περὶ τῆς Σκεπτικῆς ἀγωγῆς, pag. 143. Ἐν τοῖς Ἐμπειρικοῖς Ὑπομνήμασιν, pag. 13. Ἐν τῷ Πρὸς τοὺς Γραμματικούς, καὶ ἐν τῷ Πρὸς τοὺς Φυσικούς, pag. 104. Ἐν τοῖς Σκεπτικοῖς Ὑπομνήμασι, pag. 135. Sed quorum librorum pars major partes ſunt potiùs librorum, quàm integri libri. Medicum fuiſſe Sextum Empiricum ſuperiùs jam obſervavimus. Hîc nunc obſervamus, præter Laërtium & Suidam & Galenum; ſi fides Salmaſio; Veterum neminem illius meminiſſe: quod planè mirum; cùm ejus Libris nihil ſit elegantius, nihil doctius, nihil abſolutius. In eos ut Obſervationes ſcriberem, me olim impenſiùs hortabatur; rei literariæ, ut videbatur, amans Buningenius, Reipublicæ Batavæ apud nos Legatus. Doctis viris morem gerere equidem velim: an poſſim; dubito. Hæc obſervaveram, cùm incidi in locum Agathiæ, ubi mentio Sexti Empirici: locus eſt libro II. verba ſunt: ἠβούλετο μὲν γὰρ (ſermo eſt de Uranio quodam Syro, pſeudophiloſopho) τὴν ἐφεκτικὴν καλουμένην ζηλοῦν ἐμπειρίαν, κατά τε Πύῤῥωνα καὶ Σέξτον τὰς ἀποκρίσεις ποιεῖσθαι· καὶ τέλος ἔχειν τὴν ἀταραξίαν, τῷ μηδὲν ὁτιοῦν οἴεσθαι λῆπτὸν καθεστάναι.

Σέξτου δὲ διήκουσε Σατορνῖνος ὁ Κυθῆνας Ἐμπειρικὸς καὶ αὐτός.] Sic quoque Editio Baſileenſis & Stephanica. MSS. Regii, Σατουῤῥῖνος ὁ Κυθήνας. Caſſius quidam, ut Pyrrhonius Philoſophus, memoratur à Galeno in libro quo figuram Empirici adumbravit: ſed cùm Laërtius ejus non meminerit, veroſimile eſt non adeo illuſtrem eum fuiſſe. Scepticæ addictus fuiſſe videtur & Cornelius Celſus, ex Quintiliani verbis libro primo, capite primo: *Scripſit non parum multa Cornelius Celſus, Scepticos ſequutus, non ſine cultu ac nitore.* Pyrrhoniam Sectam jam ſuo tempore extinctam, & Pyrrhoniorum pleroſque libros intercidiſſe, ſcribit Julianus Imperator in Fragmento, pag. 551.

AD LIBRUM X.

EPICURUS.

DEcimum hunc Laërtii librum; hoc eſt, Vitam Epicuri; mei cauſſà Latinè vertit, & Notis accuratis & Commentariis luculentis illuſtravit, Petrus Gaſſendus, vir omnium Sectarum; Epicureæ imprimis; peritiſſimus. Eò brevior ero in hujus libri expoſitione. Quid enim de Epicuri Decretis quiſquam proferre poſſit, quod Gaſſendus non viderit? poſt quem tacere modeſtiſſimum foret: niſi quædam in Textus Laërtiani enarratione vir mihi amiciſſimus non tam omiſiſſet, quàm mihi reliquiſſet. 1

Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης] Menander Comicus Anthologiæ libro III. ubi Epicurum cum Themiſtocle confert; qui & ipſe patrem nomine Neoclem habuit:

Χαῖρε Νεοκλείδα δίδυμον γένος· ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφρεσύνας.

Athenæus, ὁ Ἐγραμματοποιὸς, apud Laërtium, infrà:

Τοῦτο Νεοκλῆος πινυτὸν τέκος, ἢ παρὰ Μουσῶν
Ἔλκυεν, ἢ Πυθοῦς ἐξ ἱερᾶς τριπόδων.

Adde Strabonem, & Ciceronem, & Conſtantinum Imperatorem, locis mox memorandis. De Chæreſtrata, teſtatur Suidas: Ἐπίκουρος, Νεοκλέους, Ἀθηναῖος, Γαργήττιος τὸν δῆμον, μητρὸς Χαιρεστράτης.

Ἀθηναῖος] Lucretius lib. VI. ubi de Epicuro:

Primæ frugiferos fœtus Mortalibus ægris
Dididerunt quondam præclaro nomine Athenæ;
Et recreaverunt vitam; legeſque rogarunt;
Et primæ dederunt ſolatia dulcia vitæ;
Cùm genuere virum, tali cum corde repertum,
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

Τὸν δῆμον Γαργήττιος] Hermolaus, Stephani Abbreviator: Γαργηττός· πόλις, καὶ δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς· ὁ δημότης, Γαργήττιος· Ἐπίκουρος Νεοκλέους, Γαργήττιος. Cicero Epiſtolarum lib. xv. Epiſtola 15. ad Caſſium, qui Epicuri ſectam ſequebatur: *Num te ne fugiat, Catius Inſuber Epicureus, qui nuper eſt mortuus, quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus, εἴδωλα, hic ſpectra nominat.* Ælianus ποικίλ. ἱστορ. IV. 13. Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος ἐλεγεν, ᾧ ὀλίγον οὐχ ἱκανὸν, ἀλλὰ τοῦτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. Statius lib. II. Silvarum:

Hic, ſeu ſidereas exercet Pollius artes,
Seu volvit monitus, quos dat Gargettius Auctor.

Γαργήτειος, vitiosè ſcriptum eſt apud Suidam pro Γαργήττιος.

Κληρουχησάντων Ἀθηναίων τὴν Σάμον, ἐκεῖ τραφῆναι ὀκτωκαιδεκαέτη ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας] Strabo lib. XIV. ait partim Sami, partim Tei, educatum, paupertatem egiſſe Athenis, cùm Menander Comicus unà adoleſceret. Ἀθηναῖοι δὲ πρότερον μὲν πεμψάντες στρατηγὸν Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν Ποιητὴν, πολιορκίαν κακῶς διέθηκαν ἀπειθοῦντας τοὺς Σαμίους· ὕστερον δὲ καὶ κληρούχους ἔπεμψαν δισχιλίους ἐξ ἑαυτῶν, ὧν ἦν καὶ Νεοκλῆς, ὁ Ἐπικούρου τοῦ Φιλοσόφου πατὴρ, Γραμματοδιδάσκαλος, ὡς φασί· καὶ δὴ καὶ τραφῆναι φασὶν ἐνθάδε, καὶ ἐν Τέῳ, καὶ ἐφηβεῦσαι Ἀθήνησι· γενέσθαι δ' αὐτῷ συνέφηβον Μένανδρον τὸν Κωμικόν. *Athenienſes, prius quidem miſſo Pericle Prætore, & unà Sophocle Poeta, rebellantes Samios obſidione gravi adflixerunt. Poſt etiam duo civium millia eò in coloniam miſerunt: è quibus fuit Neocles, Epicuri Philoſophi pater; quem Ludimagiſtrum ajunt fuiſſe. Ajunt & Epicurum Sami educatum, atque etiam Tei, & pubertatem egiſſe Athenis, & æqualem habuiſſe Menandrum Comicum.* Meminit hujus Samiæ commorationis Tullius libro I. de Natura Deorum; ubi de Epicuro, qui gloriabatur ſe Magiſtrum habuiſſe nullum. *Pamphilum quemdam Platonis auditorem ait à ſe Sami auditum. Ibi enim adoleſcens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam pater ejus Neocles agripeta venerat. Sed cùm agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, Ludi Magiſter fuit.* Et Suidas: πρῶτον μὲν ἐν Σάμῳ διατρίψας σὺν τοῖς γονεῦσιν, &c. Hinc eſt quòd Samius dicitur Conſtantino Porphyrogennetæ lib. I. de Mathemat. *Ex hac* (Samo) *prodierunt Viri ſapientiæ laude inſignes; Pythagoras Samius, Mneſarchi filius; & Epicurus Neoclis; & Meliſſus; aliique non pauci.* Et Timoni in hoc verſu, qui mox à Laërtio memoratur:

Ὕστατος αὖ Φυσικῶν, καὶ κύντατος ἐκ Σάμου ἐλθών.

2 Eadem de cauſâ & Lampſacenum quodammodo fuiſſe ait Strabo lib. XIII. quia ſcilicet Lampſaci commoratus eſt, & præſtantiſſimorum ibi virorum uſus eſt amicitiâ, Idomenei & Leontei.

Ἐφάψασθαί τε Φιλοσοφίας αὐτός φασιν, ἔτη γεγονὼς τέτταρα καὶ δέκα] Duodecim dicit Suidas. Φιλοσοφίας δὲ ἤρξατο ἀπὸ ἐνιαυτῶν ιβ'. Idem mox dicit & Laërtius.

Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ Ἐπικούρου βίου] Hic eſt quem Κηποτύραννον infrà Laërtius appellat: qui & eum Zenonis Sidonii magiſtrum fuiſſe ait. Inde ætatem ejus cognoſcimus: nam Zenonem Sidonium, & Cicero, & Atticus, Athenis audiverunt; ut indicat ipſe Cicero libro II. & v. de Finibus, & lib. III. Tuſcul. Quæſt. & lib. I. Academ.

Καταγνόντα τῶν Σοφιστῶν καὶ Γραμματιστῶν] Regius uterque, καταγνόντα τῶν Γραμματιστῶν: quam lectionem meritò amplexus eſt Gaſſendus: nam & ita ſcriptum eſt apud Sextum Empiricum: cujus verba in proxima Obſervatione adducimus.

Ἐπειδὴ μὴ ἐδυνήθησαν ἑρμηνεῦσαι αὐτοῦ τὰ περὶ τοῦ παρ' Ἡσιόδῳ χάους] Quod etiam; atque luculentiùs; teſtatur Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 383. libro IX. ὁ μὲν εἰπών,

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος πάντων ἕδος,

ἐξ αὐτοῦ περιτρέπεται· ἐρομένου γάρ τινος αὐτὸν, ἐκ τίνες γέγονε τὸ χάος, οὐκ ἔξει λέγειν. Καὶ τοῦτο φασὶν ἔνιοι αἴτιον γεγονέναι Ἐπικούρῳ τῆς ἐπὶ τὸ φιλοσοφεῖν ὁρμῆς· κομιδῆ γὰρ μειρακίσκος ὢν, ἤρετο τὸν ἐπαναγινώσκοντα αὐτῷ Γραμματιστὴν, (ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ') ἐκ τίνος τὸ χάος ἐγένετο, εἴπερ πρῶτον ἐγένετο· τούτου δὲ εἰπόντος μὴ αὐτοῦ ἔργον εἶναι τὰ τοιαῦτα διδάσκειν, ἀλλὰ τῶν καλουμένων Φιλοσόφων· τοίνυν ἔφησεν ὁ Ἐπίκουρος, ἐπ' ἐκείνους μοι βαδιστέον ἐστὶν, εἵπερ αὐτοὶ τῶν ὄντων ἀληθείαν ἴσασιν. *Quia enim dixit,*

Exortum primum Chaos eſt, dein pectore lata
Tellus, cunctorum ſedes,

ex ſe ipſo evertitur. Nam ſi quiſquam eum roget ex quo ortum ſit Chaos, non poterit dicere. Idque nonnulli dicunt fuiſſe cauſam Epicuro cur ſe contulerit ad Philoſophiam. Nam cùm eſſet valde adoleſcens, rogavit Grammaticum, illud ſibi prælegentem, (Primùm quidem chaos creatum fuit) *ex quonam Chaos exortum eſſet, ſi quidem primum exortum erat? Dicente illo, talia dicere non eſſe ſui muneris, ſed illorum eſſe, qui vocarentur* Philoſophi. *Igitur, inquit Epicurus, ad illos mihi accedendum eſt, quando ipſi ſunt, qui rerum veritatem perſpectam habent.*

Γραμματοδιδάσκαλον αὐτὸν γεγενῆσθαι] Exemplo patris: qua de re & nos ſuprà ex Strabone & Cicerone; & Laërtius infrà.

Περιτυγχάντα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις, ἐπὶ Φιλοσοφίαν αἴξαι] ἦξαι, reponebat Junius ex Heſychio Mileſio, apud quem ita legitur. Rectè: atque hanc lectionem ſecutus eſt Gaſſendus. Sed & ἦξαι legi poteſt: quod Attici pro αἴξαι uſurparunt; quodque apud Ariſtophanem reperire eſt, ut ſuperiùs ad Solonis Vitam obſervabamus.

Ὕστατος αὖ Φυσικῶν, καὶ ὕστατος ἐκ Σάμου ἐλθών] Legendum cum MSS. ceteriſque Editionibus, καὶ κύντατος, ut rectè monitum Gaſſendo: non quia repugnet metri ratio, ut ipſe ait: non enim repugnat. Aliud agebat vir doctus cùm hæc ſcripſit. 3

Καὶ οἱ ἀδελφοὶ τρεῖς ὄντες, Νεοκλῆς, Χαιρέδημος, Ἀριστόβουλος] Duos tantùm commemorat Suidas in Ἐπίκουρος, Neoclem & Chæredemum: ſed ubi videtur Ariſtobuli nomen excidiſſe: nam poſteà Epicuro

tres fratres fuiſſe ait ipſe Suidas. Ariſtobulum quoque cum Chæredemo, eos inter quos defunctos ſcriptis celebravit Epicurus, nominat Plutarchus in libello An rectè dictum ſit Λάθε βιώσας: quod dictum; ut hoc obiter dicam; ad Neoclem illum, Epicuri fratrem, referri ſcribit Suidas in Νεοκλῆς. Νεοκλῆς, inquit, Ἀθηναῖος φιλόσοφος, ἀδελφὸς Ἐπικούρου, ἔγραψεν ὑπὲρ τῆς ἰδίας αἱρέσεως· καὶ Νεοκλέους ἐστὶ τὸ, Λάθε βιώσας. Ad Pythagoram refert Marinus in Vita Procli: οἱ Πυθαγόρειοι, Τὸ Λάθε βιώσας παράγγελμα τοῦ καθηγεμόνος ἀσάλευτον φυλάττοντες. Julianus Imperator, ad ipſum Epicurum. Locus eſt in Epiſtola ad Themiſtium. Ceterùm, de tribus illis Epicuri fratribus, videſis Gaſſendum in libro de Vita & moribus Epicuri.

Καθά φησι Φιλόδημος ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς τῶν Φιλοσόφων συντάξεως] Hujus Philodemi plures Veterum meminere. Strabo lib. XVI. ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς, καὶ Μελέαγρος, καὶ Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος, καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς Ῥήτωρ. Cicero de Finibus libro II. extremo: *Syronem dicis & Philodamum*, (meliùs *Philodemum*) *cùm optimos viros, tum doctiſſimos homines.* Et in Oratione contra L. Piſonem: *Eſt quidam Græcus, qui cum iſto vivit, homo, verè ut dicam; ſic enim cognovi; humanus; ſed tam diu quàm diu cum aliis eſt, aut ipſe ſecum.* Ad quem locum Aſconius Pedanius: *Philodemum ſignificat, qui fuit Epicureus illa ætate nobiliſſimus: cujus & Poëmata ſunt laſciva.* Horatius lib. I. Sat. II.

Gallis hanc, Philodemus ait: ſibi, quæ neque magno
Stet pretio, neque cunctetur cùm eſt juſſa, venire.

Ad quos verſus Vetus Commentator: *Philodemus fuit Poëta Epicureus, qui Græcè ſcripſit multa Epigrammata.* Exſtant hodie in Anthologia aliquot ex illis Epigrammatis: quibus ego judico nihil terſius, nihil elegantius, nihil rotundius. Meminit S. Ambroſius libro III. Epiſtolarum Epiſtolâ 25. ad Vercellenſem Eccleſiam, Paſtoris ſolatio deſtitutam, Philomari cujuſdam Epicurei Philoſophi, pro cujus nomine nomen Philodami fortaſſe reſcribendum; qui quidem Philodamus non alius eſt à Philodemo, ut ex loco Ciceronis ſuperiùs allato manifeſtum eſt. Ambroſii verba, ſi quis ea requirat, infrà apponam. *Ipſe quoque Epicurus, quem iſti magis ſequendum quàm Apoſtolos putant, aſſertor voluptatis, etſi neget invectricem mali eſſe voluptatem, non negat tamen ex ea fieri quædam, ex quibus generentur mala. Denique nec luxurioſorum vitam reprehenſibilem videri quæ repletur delectationibus, niſi vel doloris vel mortis quatiatur metu. Atque hic quàm alienus à vero ſit, etiam hinc deprehenditur, quod voluptatem in Homine, Deo auctore creatam aſſerit principaliter; ſicut Philomarus, ejus Sectator, in Epitomis ſuis diſputat, & huic allegat Stoicos eſſe auctores ſententiæ.*

Ἀλλὰ καὶ δοῦλος, Μῦς ὄνομα] Meminit ejus honorificè Gellius II. 18. *Sed & Theophraſti Peripatetici ſervus Pompylus; & Zenonis Stoici ſervus, qui* Perſeus *vocatus eſt; & Epicuri, cui nomen* Mys *fuit, Philoſophi non incelebres vixerunt.* Item Macrobius, Gellii ſimia, Saturnal. libro I. capite XI. Liberum eum dimiſit Epicurus in Teſtamento. Apollonium Myn, Medicum Herophileum celebrat Strabo libro XIV. Myn, Cælatorem commemorat Pauſanias lib. I. & Myn, Europenſem lib. IX. Fuit & Mys, pugil. Suidas: Μῦς. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ πύκτης. Fuit & P. Decius, Q. F. Mus, collega T. Manlii Torquati in tertio conſulatu. quod ideo moneo, ne Muris nomen novum aut inauditum videatur. Etiam Ebræis עכבור *Achbor*; quod *murem* ſonat; virile nomen eſt, Geneſ. XXXVI. 38. & IV. Regum XXII. 14.

Καθά φησι Μυρωνιανὸς ἐν τοῖς Ἱστορικοῖς Κεφαλαίοις] De hoc Myroniano, deque Hiſtoricis ejus Capitulis, diximus ſuprà ad Epimenidem.

Διότιμος δὲ ὁ Στωϊκὸς δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν, πικρότατα αὐτὸν διαβέβληκεν, Ἐπιστολὰς φέρων πεντήκοντα ἀσελγεῖς, ὡς Ἐπικούρου] Quo nomine accuſatus à Zenone Sidonio, capitis damnatus eſt. Refert Athenæus XIII. 9. ex Demetrio Magnete: Διότιμος, (ita legendum rectè monent Viri docti, non Θεότιμος, ut vulgò legitur) ὁ γράψας τὰ κατ' Ἐπικούρου βιβλία ὑπὸ Ζήνωνος τοῦ Ἐπικουρείου ἐξαιτηθείς, ἀνηρέθη, ὡς φησι Δημήτριος ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις. Etiam crimine illo ἀσελγείας Epicurum Tullius liberat libro III. Tuſcul. Quæſt. *Quid? Ergo tu Epicurum exiſtimas iſta turpia ſcilicet voluiſſe, aut libidinoſas ejus fuiſſe ſententias? Ego verò minimè. Video enim ab eo dici multa ſevere; multa præclarè.*

Καὶ Σωτίων ἐν τοῖς δώδεκα τῶν ἐπιγραφομένων Διοκλείων ἐλέγχων, ἃ ἐστι περὶ τῆς κδ'.] Eum eſſe putat Jonſius qui Sotion Alexandrinus dicitur, & cujus Περὶ διαδοχῶν τῶν Φιλοσόφων librum toties teſtem adducit Diogenes noſter. Legendum porrò cum Gaſſendo, ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν ἐπιγραφομένων. Eum vide.

Καὶ σὺν τῷ πατρὶ γράμματα διδάσκειν λυπροῦ τινος μισθαρίου] Diximus ſuprà, ex Tullio & ex Strabone. 4

Ἀεοντίᾳ τε συνεῖναι τῇ ἑταίρᾳ] Legendum omnino Ἀεοντίῳ, quemadmodum ſcriptum exhibent MSS. Regii; & quemadmodum meretricem illam appellat Plutarchus in Λάθε βιώσας, & in I. contra Colotem, Athenæus lib. XIII. & Cicero I. de Natura Deorum. Ἀεόντιον eadem formâ dicitur, quâ Μύρτιον, Κλωνάριον, Μουσάριον, Χελιδόνιον, in Dialogis Meretriciis apud Lucianum; & Ἐρώτιον, Μαρμάριον, Νικίδιον, inferiùs apud Diogenem noſtrum. Ita Παυδράσιον, femina illa appellatur, cui libros ſuos Pappus nuncupavit. Similiter apud Methodium, in Dialogo de Virginitate, ex Interlocutoribus una, Παρθένιον nuncupatur: quod Virginis nomen in Παρθένιος, viri nomen, mutari minimè debuit. Obſervat autem Etymologus, ὑποκοριστικοῖς illis quæ ἀπὸ τῶν κορῶν; à puellis; nomen ſumpſere, meretrices ſolitas appellari. ὑποκοριστικὸν, inquit, ἐλαττώσεως ῥῆμα. καὶ ὑποκορισμὸς, μείωσις μεγέθους. εἴρηται δὲ, ἀπὸ τοῦ ταῖς κόραις ἐοικέναι· αὗται γὰρ φιλοῦσιν ἐκλύτῳ φύσει κεχρημέναι εἰς κολακείας τρόπον πάντας μικροπρεπῶς προάγειν, εἰς νεότητος κομιδῆ ἐνδείξιν· πολλὰ τοιοῦτα παίζεται ἐν κωμῳδίᾳ, μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν ὀνομάτων, καὶ μάλιστα εἰ τύχοι ἑταιρῶν προφέρισθαι ὀνόματα, ὡς ἡ

Κλωνάριον, καὶ Μουτάριον, καὶ Λεόντιον, καὶ τὰ τοιαῦτα. Sed ad Leontium, Epicuri amicam, ut redeam, fuit & ejus Diſcipula, teſte Athenæo lib. XIII. 6. οὗτος οὖν Ἐπίκουρος οὐ Λεόντιον εἶχεν ἐρωμένην, τὴν ἐπὶ ἑταιρείᾳ διαβόητον γενομένην, ἡ δὲ οὐκ ὅτε φιλοσοφεῖν ἤρξατο, ἐπαύσατο ἑταιροῦσα, πᾶσί τε τοῖς Ἐπικουρείοις συνῆν ἐν τοῖς κήποις. Ἐπικούρῳ δὲ ἀναφωνοῦν, ὡς ἐκεῖνον πολλὴν φροντίδα ποιούμενον αὐτῆς, τοῦτ' ἐμφανίζειν διὰ τῶν πρὸς Ἕρμαρχον ἐπιστολῶν. Quin & ipſa librum ſcripſit adverſus Theophraſtum. Meminit Cicero lib. I. de Natura Deorum: *Iſtiſne fidentes ſomniis, non modò Epicurus & Metrodorus & Hermachus contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque, dixerunt; ſed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt, ſcito quidem illa ſermone & Attico: ſed tamen.* Et Plinius in Præfatione: *Ceu verò neſciam, adverſùs Theophraſtum, hominem in eloquentia tantum ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam feminam; & proverbium inde natum, ſuſpendio arborem elegendi.* Sed & libro XXXV. capite XI. ſcribit cogitantem à Theodoro depictam fuiſſe: quod ipſum argumento eſt Philoſophicis meditationibus fuiſſe deditam. Filiam habuit Danaen; & ipſam meretricem; Sophronis Epheſii amaſiam, teſte Athenæo ibidem. De Leontario porrò videnda hiſtoria noſtra Mulierum Philoſopharum.

Τὰ δὲ Δημοκρίτου περὶ τῶν ἀτόμων, καὶ Ἀριστίππου περὶ τῆς ἡδονῆς, ὡς ἴδια λέγειν] Atque hinc eſſe puto, quòd Lucianus ἐν Βίων Πράσει Epicurum Democriti atque Ariſtippi Diſcipulum faciat. Similiter Themiſtius ad librum III. φυσικῆς ἀκροάσεως doctrinam de Atomis à Democrito accepiſſe ait, eamque interpolaſſe ut ſua videretur. Democriti fontibus hortulos ſuos Epicurum irrigaſſe, prope notius eſt quàm ut indicandum ſit. Vide tamen Ciceronem libro I. & IV. de Finibus, & libro I. de Natura Deorum, & Plutarchum in II. contra Colotem. Ceterùm ad Ariſtippum quod attinet, non omittendum Pſeudo-Acronem ad Epiſtolam primam libri primi Epiſtolarum Horatii; quia ſummum bonum in voluptate conſtituebat; Epicureum eum appellare.

Μὴ εἶναί τε γνησίως ἀστὸν, ὡς Τιμοκράτης φησὶ καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ Περὶ Ἐπικούρου ἐφηβείας] Is eſt Herodotus Epicuri familiaris, ad quem Epicuri exſtat hîc Epiſtola. Quis verò ſit Timocrates ille, incertum eſt, nam duo fuere eo nomine Epicuri Diſcipuli; Timocrates Lampſacenus, Metrodori frater; & Timocrates, Demetrii filius, Potamius; de quibus poſteà.

Μίθρην τε αἰσχρῶς κολακεύειν τὸν Ἀυσιμάχου διοικητὴν, ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς Παιῶνα καὶ ἄνακτα καλοῦντα] Μίθρον editio Stephanica. Nihil mutandum: atque ita infra; ubi de libris Epicuri: Περὶ νότων δόξαι, πρὸς Μίθρην. Meminit & ſuprà in Ariſtippo; ubi Lyſimachi Procuratorem appellat. Non alium eſſe exiſtimamus à Mithre Syrio, de quo Plutarchus in I. & II. contra Colotem. Eſt autem *Mithres*, nomen Perſicum, quo *Sol* ſignificatur. Ita explicant, Herodotus, Strabo, Plutarchus, Julianus ὁ παραβάτης, Hieronymus, Martianus Capella, Lutatius in Statium, Heſychius, Maximus in Dionyſium Areopagitam, Suidas, Pachymeres, Nicetas ad Gregorium Nazianzenum, & quis non?

Τοὺς ἔκπυστα αὐτοῦ τὰ κρύφια ποιήσαντας] De arcanis Epicureorum, Clemens Alexandrinus Στρωματέων lib. V. οὐ μόνοι ἄρα Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων τὰ πολλὰ ἐπεκρύπτοντο, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἐπικούρειοί φασί τινα καὶ παρ' αὐτοῖς ἀπόῤῥητα εἶναι, καὶ μὴ πᾶσιν ἐπιτρέπειν ἐντυγχάνειν τούτοις τοῖς γράμμασιν. *Non ſoli autem Pythagorei & Plato multa occultabant, ſed etiam Epicurei dicunt quædam eſſe apud ſe arcana, nec cuivis ſe permittere ut ea legat.*

Καὶ κολακεύειν] Athenæus VII. 6. Περὶ δὲ τοῦ Ἐπικούρου Τίμων ἐν τρίτῃ Σίλλων φησὶ,

Γαστρὶ χαριζόμενος, τῆς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν.

Ταύτης γὰρ ἕνεκεν ὁ ἀνὴρ καὶ τῆς ἄλλης τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἐκολάκευε καὶ Γ' δομενέα καὶ Μητρόδωρον.

Παιὰν ἄναξ, Λεοντάριον, οἷον κροτοθρούβου ἡμᾶς ἐνέπλησεν ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιστόλιον.] Exſcripſit hunc locum Suidas in κροτοθρούβου, ſed paullò aliter quàm hîc legitur. Παιὰν ἄναξ, φίλον Λεοντάριον, οἷον κροτοθρούβου ἡμᾶς ἐνέπλησας, ἀναγνόντας σου τὸ ἐπιστόλιον. Legendum apud Suidam, ex Laërtio, ἀναγνόντας σοι τὸ Ἐπιστόλιον: quamquam & σοι quoque ſcriptum exhibet Laërtii Editio Frobeniana. Sed legendum item apud Laërtium, ex Suida, ἐνέπλησας; & addenda vox φίλον ante vocem Λεοντάριον: quam etiam agnoſcunt Editiones Frobeniana & Stephanica. Hanc Epicuri Epiſtolam reſpexit Plutarchus, cùm in libello de Auditione ſcribit, καὶ γὰρ Ἐπίκουρος ἐπὶ τοῖς τῶν φίλων ἐπιστολίοις, κροτοθρούβους γίγεσθαι παρ' αὐτῶν λέγων, ἀηδὴς ἐστιν. Et in libro contra Colotem: τίνι προσείπωμεν ἀξίως ὀνόματι τοὺς ὑμετέρους βρόμους, καὶ ὀλολυγμοὺς, καὶ κραυθορύβους, καὶ σεβάσεις, καὶ ἐπιθειάσεις, αἷς προτρέπεσθε καὶ καθυμνεῖτε τὸν ἐπὶ ἡδονὰς παρακαλοῦντα. Ceterùm, eruditè ad hunc Laërtii locum, ex Cleomede, Caſaubonus obſervat, Epicurum mirificè ſolitum delectari inter ſcribendum iſtiuſmodi exclamationibus. Addit vir eximius, hunc Quintiliani ex Dialogo de Oratoribus locum eximium: *Peripatetici aptos & in omnem diſputationem paratos jam locos dabunt; Academici, pugnacitatem; Plato, altitudinem; Xenophon, jucunditatem. Nè Epicuri quidem & Metrodori honeſtas quaſdam exclamationes aſſumere, hiſque, prout res poſcit, uti, alienum erit Oratori.* Sed & Epicurus aliis quibuſdam peculiaribus vocabulis utebatur, ut exprimeret animi ad voluptates ruentis impetus. Athenæus lib. XII. ἵνα μοι τοὺς καταιγισμοὺς λέγω, καὶ τὰ ἐπεντρώμματα, ἅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τοὺς γαργαλισμοὺς, καὶ νύγματα, ἃ ἐν τῷ Περὶ τέλους εἴρηκε. Vide Caſaubonum ad hunc Laërtii locum. Vide & Epiſtolam Leontii ad Lamiam, lib. II. Alciphronis; ubi Epicuri octuagenarii erga ſe amorem, ejuſque ad ſe literas amatorias, deridet.

Λεοντάριον] ὑποκορισμὸς, Epicuro familiaris. Plutarchus contra Colotem: Κολώτης, ὃν Ἐπίκουρος εἰώθει Κολωτάριον ὑποκορίζεσθαι, καὶ Κολωτάριον.

Πρὸς δὲ Θεμίσταν τὴν Λέοντος γυναῖκα] Legendum Λεοντέως, quemadmodum Gaſſendus edidit. Clemens

Στρωματέων IV. καὶ μὴν καὶ Θεμιστὼ (an Θεμίστη?) ἡ Ζωΐλου, ἡ Λαμψακηνὴ, ἡ Λεοντέως γυνὴ τοῦ Λαμψακηνοῦ, τὰ Ἐπικούρεια ἐφιλοσόφει, καθάπερ Μνῖα, ἡ Θεανοῦς θυγάτηρ, τὰ Πυθαγόρεια. Laërtius ipſe infrà: Λεοντεύς τε Λαμψακηνὸς ὁμοίως, καὶ ἡ τούτου γυνὴ Θεμίστα, πρὸς ἣν καὶ γέγραφεν ὁ Ἐπίκουρος. Et poſteà: ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι Ἐπίκουροι τρεῖς, ὅ, τε Λεοντέως υἱὸς καὶ Θεμίστας. &c. Etiam Λεοντεὺς dicitur Plutarcho in II. contra Colotem. Themiſtæ meminit honorificè Cicero in L. Piſonem: *Tu eruditior quàm Piſo; prudentior quàm Cotta; abundantior conſilio, ingenio, ſapientiâ, quàm Craſſus*, &c. *Neque verò contempſiſti, licèt ſis Themiſtâ ſapientior.* Item Lactantius Divin. Inſtitut. III. 25. *Denique nullas umquam mulieres philoſophari docuerunt, præter unam ex omni memoria Themiſten.* At Didymus in libro de Philoſophia Pythagorica, apud Clementem Alexandrinum, ſolam Theano ex mulieribus philoſophatam ait. Uterque falſò. Ipſe in libris Veterum mulieres philoſophas ſexaginta quinque reperi: quarum plurimæ ante Lactantium & Didymum vixerunt. Vide Hiſtoriam noſtram Mulierum Philoſopharum.

Καθά φησι Θεόδωρος ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν πρὸς Ἐπίκουρον] Θεόδοτος, ceteræ Editiones. Sed Θεόδωρος germana eſt lectio. Noſter ſuprà, in Ariſtippo: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ἐν τῷ Περὶ αἱρέσεων ἐκάκισεν αὐτόν.

6 Καὶ ἄλλαις δὲ πολλαῖς ἑτέραις γράφειν] Marmario, Hediæ, Erotio, Nicidio, Boïdio: de quibus mox Noſter, & Plutarchus in I. contra Colotem, & in Λάθε βιώσας. Pro ἑτέραις, legendum, ἑταίραις, nemo non vidit; nemo non videt.

Ἧς καὶ Μητρόδωρον ἐρασθῆναι] Quam & in concubinam habuit. Laërtius infrà: καὶ Λεόντιον τὴν Ἀττικὴν ἑταίραν ἀναλαβών, εἶχε παλλακήν.

Ἐν τε τῷ Περὶ τέλους γράφειν οὕτως, Οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω τι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, &c.] Quod ferè iiſdem verbis refert Athenæus XII. 12. οὐ μόνος δὲ Ἀρίστιππος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ τὴν κατὰ κίνησιν ἡδονὴν ἠσπάζοντο, ἀλλὰ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ· καίτοι ἵνα μὴ τοὺς ΚΑΤΑΙΓΙΣΜΟΥΣ λέγω, καὶ τὰ ΕΠΕΝΤΡΩΜΑΤΑ, ἅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τοὺς ΓΑΡΓΑΛΙΣΜΟΥΣ, καὶ ΝΥΓΜΑΤΑ· ἃ ἐν τῷ Περὶ τέλους εἴρηκε, τούτων μνησθήσομαι· φησὶ γὰρ, Οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν διὰ τῶν χειλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ καὶ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. Meminit & Cicero in III. Tuſculanarum. *Quid tergiverſamur, Epicure; nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem, cùm os perfricuiſti, ſoles dicere? Sunt hæc tua verba, necne? In eo quidem libro, qui continet omnem diſciplinam tuam, (fungar enim jam interpretis munere, ne quis me putet fingere) dicis hæc, Nec equidem habeo quod intelligam bonum, detrahens eas voluptates, quæ ſapore percipiuntur: detrahens eas, quæ auditu & cantibus: detrahens eas etiam, quæ ex formis percipiuntur oculis; ſuaves motiones, ſive quæ aliæ voluptates in toto homine gignuntur quolibet è ſenſu.* An legendum apud Laërtium διὰ χυλῶν, quemadmodum apud Athenæum legitur? An potiùs ex Laërtio emendandus Athenæus, cùm verterit Tullius, *quæ ſapore percipiuntur.* Laërtianam Lectionem Athenæanæ præferebat Bochartus. Neque enim labia, inquiebat, ſed lingua & palatum ſunt propria ſaporum ſedes. Et χυλὸν, pro cibo uſurpat Epicurus in Epiſtola ad Menœceum: οἵτε λιτοὶ χυλοὶ ἴσην πολυτελῆ διαίτῃ τὴν ἡδονὴν περιφέρουσιν.

Παιδείαν δὲ πᾶσαν, μακάριε φεῦγε] Meminit Quintilianus Inſtitut. lib. II. cap. 18. *Nam de Epicuro, qui Diſciplinas omnes fugit, nihil miror.* Et lib. XII. cap. 2. *Nam Epicurus in primis nos à ſe ipſe dimittit, qui fugere omnem Diſciplinam navigatione quam velociſſima jubet.* Plutarchus in libro de Audiendis Poëtis: ποτέρων οὖν τῶν νέων, ὥσπερ τῶν Ἰθακησίων, κηρῷ τινι τὰ ὦτα ἀτέγκτῳ καταπλάσαντες, ἀναγκάζωμεν αὐτοὺς τὸ Ἐπικούρειον ἀκάτιον ἀραμένους, Ποιητικὴν φεύγειν, καὶ παρεξελαύνειν; Et in libro Quod non poſſit ſuaviter vivi ſecundum Epicurum: ταύτας μέν τοι τὰς τηλικαύτας καὶ τοσαύτας ἡδονὰς, ὥσπερ ἀενάους ἐκτρέποντες οὗτοι καὶ ἀποστρέφοντες, οὐκ ἐῶσι γεύεσθαι τοὺς πλησιάσαντας αὐτοῖς, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν ἀπ' αὐτῶν κελεύουσιν. Πυθοκλέους δὲ πάντες καὶ πᾶσαι δέονται δι' Ἐπικούρου καὶ ἀντιβολοῦσιν, ὅπως οὐ ζηλώσῃ τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν. Ἀπελλῆν δέ τινα θαυμάζοντες καὶ ὑπερασπιζόμενοι, γράφουσιν, ὅτι τῶν μαθημάτων ἀποσχόμενος ἐξ ἀρχῆς καθαρὸν ἑαυτὸν ἐτήρησε. In margine Codicis MS. Laërtiani ſcriptum fuit hoc loco τε κατι δι ἐραμεν: unde Gaſſendus legendum veriſſimè conjicit, τὸ ἀκάτιον ἀράμενος· quas voces, poſt illas μακάριε φεῦγε, etiam in textum recepit. Ceterùm pro μακάριε φεῦγε, eſt qui legat hoc loci μακρὰν φεῦγε. Sed nihil mutandum docent verba Athenæi XIII. 6. Καὶ πρῶτόν γε μνησθήσομαι τοῦ φιλαληθεστάτου Ἐπικούρου ὅστις ἐγκυκλίου παιδείας ἀμύητος ὢν ἐμακάριζε καὶ τοὺς ὁμοίως αὐτῷ ἐπὶ Φιλοσοφίαν παρερχομένους, τοιαῦτα φωνὰς προϊέμενος, Μακαρίζω σε, ὦ οὗτος, ὅτι καθαρὸς πάσης αἰτίας ἐπὶ Φιλοσοφίαν ὥρμησας· ὅθεν αὐτὸν καὶ ὁ Τίμων φησὶν,

Γραμματοδιδασκαλίδην, ἀναγωγότατον ζωόντων.

Ἐπίκτητός τε κυναιδολόγον αὐτὸν καλεῖ, καὶ τὰ μάλιστα λοιδορεῖ.] Nihil tale hodie in Arriani ad Epictetum Diſſertationibus; quamquam multa ibi adverſus Epicurum & Epicureos. Vide caput 7. libri III. & caput 20. libri II. Niſi fortè reſpexerit Laërtius locum Arriani libro 3. cap. 24. ubi Epicureos Cinædis jungit Epictetus. εὐκ αἰσθάνῃ τίνων ἀνθρώπων φωνὴν ἀφῆκας; ὅτι Ἐπικουρείων καὶ κιναίδων. *Non animadvertis, quorum hominum vocem protuleris? Epicureorum, & cinædorum.*

Μνᾶν τε ἀναλίσκειν ἡμερησίαν εἰς τὴν τράπεζαν] Epicuri coquum talenta quatuor emeruiſſe biennio & menſibus decem, narrat ex Damoxeno Comico Athenæus Deipnoſophiſtarum III. 22. 7

Καὶ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἐν Μιτυλήνῃ Φιλοσόφους.] Sexto Empirico in libris contra Mathematicos, ſtatim ab initio, citatur Epictetus ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν Μιτυ-

Μιτυλήνῃ Φιλοσόφους Ἐπιστολῇ. unde ſuſpicari licet, ſcripſiſſe hîc Laërtium καὶ ἐν τῇ, non vero καὶ ἐν ταῖς. Scholam habuit Epicurus in Mitylene, ut infrà dicitur.

Ἑταίρας καὶ ἄλλας, Μαρμάριον, καὶ Ἡδεῖαν, καὶ Ἐρώτιον, καὶ Νικίδιον] Νικήδιον, ſcriptum eſt apud Plutarchum in 1. contra Colotem: ſed ubi ſcribendum, Νικίδιον: Eſt enim ὑποκοριστικὸν τοῦ Νίκιον: quod apud Athenæum IV. 14. eſt Scorti nomen. De his Meretricibus, diximus ſuprà. Cæterùm, rectè hîc Caſaubonus emendat, ἑταίρας τε ἄλλας.

Καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς περὶ Ναυσιφάνους λέγειν, Ταῦτα ἤγαγεν αὐτὸν εἰς ἔκστασιν τοιαύτην, ὥστε μοι λοιδορεῖσθαι, καὶ ἀποκαλεῖν ἑαυτόν μου διδάσκαλον] Epicurum tamen Nauſiphanis fuiſſe diſcipulum, non unus dixit. Noſter ſuprà, in Pyrrhone: Ναυσιφάνης Τήϊος, οὗ φασί τινες ἀκοῦσαι Ἐπίκουρον: ita enim ibi legendum ex Clemente Alexandrino, ad hunc locum obſervabamus. Ciceronem adde lib. I. de Natura Deorum, ubi de Epicuro: *In Nauſiphane Democritéo tenetur: quem cum à ſe neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis.* Item Sextum Empiricum adverſus Mathemat. ſtatim ab initio: ubi quoque de Epicuro: οὐκ ἀπέοικε δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς Ναυσιφάνην, τὸν Πύρρωνος ἀκουστὴν, ἔχθραν· πολλοὺς γὰρ τῶν νέων συνεῖχε, καὶ τῶν μαθημάτων σπουδκίως ἐπεμελεῖτο, μάλιστα δὲ Ῥητορικῆς. γενόμενος οὖν τούτου μαθητὴς ὁ Ἐπίκουρος, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν αὐτοδίδακτος εἶναι καὶ αὐτοφυὴς Φιλόσοφος, ἠρεῖτο ἐκ παντὸς τρόπου, τήν τε περὶ αὐτοῦ φήμην ἐξαλείφειν ἐσπευδε, πολύς τε ἐγίνετο τῶν μαθημάτων κατήγορος ἐν οἷς ἐκεῖνος ἐσεμνύνετο. *Eſt etiam ſatis veriſimile, quòd id fecerit propter inimicitias quæ ei intercedebant cum Nauſiphane, Pyrrhonis auditore. Multos enim apud ſe habebat adoleſcentes, & Diſciplinarum valde erat ſtudioſus; maximè autem Rhetoricæ. Cum ergo Epicurus ejus fuiſſet Diſcipulus, ut videretur eſſe non ab alio quàm à ſeipſo edoctus, ſuoque ingenio & induſtriâ exſtitiſſe Philoſophus, omnino ibat inficias, ejuſque famam & exiſtimationem delere contendebat, & in reprehendendis infectandisque Diſciplinis, in quibus ille gloriabatur, multum verſabatur.*

Πλεύμονά τε αὐτὸν ἐκάλει.] Cauſam reddit Sextus Empiricus dicto loco. φησὶ γοῦν ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν Μιτυλήνῃ Φιλοσόφους Ἐπιστολῇ, Οἶμαι δὲ ἔγωγε τοὺς βαρυστόνους καὶ μαθητήν με δόξειν τοῦ Πλεύμονος εἶναι, μετὰ μειρακίων τινῶν κραιπαλώντων ἀκούσαντα· νῦν Πλεύμονα καλῶν τὸν Ναυσιφάνην, ὡς ἀναίσθητον.

Καὶ ἀγράμματον, καὶ ἀπατεῶνα, καὶ πόρνον.] Πονηρὸν ἄνθρωπον, Sextus, ibidem.

Τούς τε περὶ Πλάτωνα, Διονυσοκόλακας] Moram Platonis in aula Dionyſii notans videlicet. Laërtium adi in Diogene Cynico. Cæterùm, occurrit vox Διονυσοκόλακες & apud Athenæum XII. 9. καὶ ἔκτοτε οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες, Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν, &c.

Καὶ αὐτὸν Πλάτωνα, χρυσοῦν.] Faſtum; ut puto; innuere volens, quem faſtu alio Diogenes calcârat, inquit Gaſſendus lib. V. de Vita & moribus Epicuri cap. 3. quem vide in Notis ad hanc Epicuri Vitam. Ego Platonem ab Epicuro ita appellatum credidi-

8

rim, propter ejus divitias. Similiter Tullius in Epiſtola ad Trebatium Juriſconſultum: *moriar, ni, quæ tua gloria eſt, puto te malle à Cæſare conſuli, quam inaurari.* Divitem autem fuiſſe Platonem, etiam S. Hieronymus teſtatum reliquit. *Sed & ipſe Plato cum eſſet dives, & thoros ejus lutatis pedibus Diogenes conculcaret,* &c. Verba ejus ſunt lib. II. adverſus Jovinianum.

Καὶ Ἀριστοτέλην, ἄσωτον, καταφαγόντα τὴν πατρῴαν οὐσίαν, στρατεύεσθαι, καὶ φαρμακοπωλεῖν] Id vero Epicurus ſcripſerat in Epiſtola Περὶ ἐπιτηδευμάτων: hoc eſt, de Vitæ rationibus, ſive inſtitutis. Diſcimus ex Athenæo lib. VIII. Deipnoſoph. & Euſebio lib. XV. Præparat. Evangel. cap. 2. Athenæi verba ſunt: καί τοι καὶ Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον ταῦτ' εἰπόντα περὶ αὐτοῦ, ἐν τῇ Περὶ ἐπιτηδευμάτων Ἐπιστολῇ, ὅτι καταφαγὼν τὰ πατρῷα ἐπὶ στρατείαν ὥρμησε, καὶ ὅτι ἐν ταύτῃ κακῶς πράττων ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἦλθεν. Euſebii vero hæc: ex Ariſtocle Peripatetico in libro de Philoſophia ſeptimo: πῶς γάρ, οἱόν τε, καθάπερ φησὶν Ἐπίκουρος ἐν τῇ Περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων Ἐπιστολῇ, νέον μὲν ὄντα καταφαγεῖν αὐτὸν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τὸ στρατεύεσθαι συνελθόντα; κακῶς δὲ πράττοντα ἐν τούτοις, ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἐλθεῖν.

Φορμοφόρον τε Πρωταγόραν, καὶ γραφέα Δημόκριτον] Corrige, Δημοκρίτου. Sic Athenæus libro VIII. ὁ Ἐπίκουρος καὶ Πρωταγόραν φησὶ τὸν Σοφιστὴν, ἐκ φορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου πρῶτον μὲν γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου, &c. Sic quoque apud Heſychium Mileſium; qui Laërtium tranſcripſit. Sic denique MSS. Codices. Id viſum & Gaſſendo noſtro; & ante eum Meurſio, ad nominatum Heſychium. De voce φορμοφόρος, diximus ad Protagoram.

Ἡράκλειτόν τε, κυκητήν.] Reſpiciens ad opinionem Heracliti, εἰς κυκεῶνα πάντα συνείλεσθαι· de qua Lucianus in Vitarum Auctione: non vero ad acta ab Heraclito circa Epheſum, ut Gaſſendus de Vita Epicuri lib. V. cap. 3. exiſtimabat. Vide nos ſuprà ad Heraclitum.

Καὶ Δημόκριτον, Ληρόκριτον] Legitur apud Heſychium Mileſium Λημόκριτον: hoc eſt, *gramiis laborantem:* & ita hîc quoque omnino legendum. Cicero Tuſcul. V. *Democritus luminibus amiſſis, alba ſcilicet & atra diſcernere non poterat: at verò bona, mala; æqua, iniqua; honeſta, turpia; utilia, inutilia; magna, parva poterat: & ſine varietate colorum licebat vivere beato.*

Καὶ Ἀντίδωρον, Σανιδώρων.] Legendum Σανιδώρων, ut legitur apud Heſychium: id eſt, *donis adblandientem.* Hujus Antidori meminit Plutarchus lib. I. contra Colotem. item Laërtius, in Heraclide; ſed ubi vitioſè ſcriptum eſt Ἀντόδωρος Ἐπικούρειος, pro Ἀντίδωρος Ἐπικούρειος. Ejus nomine, librum ſcripſit Epicurus. Vide infrà, in Indice librorum Epicuri.

Τούς τε Κυζικηνούς, ἐχθροὺς τῆς Ἑλλάδος.] De Philoſophis, non de nationibus, hîc ſermo eſt: quare Κυρηναικούς legebat Gaſſendus de Vita Epicuri V. 3. Κυνικούς Reineſius Var. Lect. III. 2. quæ poſterior emendatio magis placet, cùm Cynici voluptatis eſ-

ſent hoſtes acerrimi, quam & Cyrenaici, & Epicurei, licèt non eâdem viâ, ſequebantur. Adde, inter decreta Epicuri eſſe, μὴ Κυνιεῖν, *Cynicorum rationem non eſſe ſequendam*; ut infrà habes in Effatis de Sapiente.

Καὶ τοὺς Διαλεκτικοὺς, πολυφθονερούς] Megaricos intelligit; homines φιλονεικοτάτους: contra quos ſcripſiſſe Epicurum, diſcimus ex Syllabo ejus librorum. Megarici, *Dialectici* vocabantur: qua de re nos ſuprà pluribus ad Euclidem.

Πύῤῥωνα δὲ, ἀμαθῆ καὶ ἀπαίδευτον] Propter ejus ἀπροσεξίαν.

9 Τοῦ δ' ἀνδρὸς μάρτυρες ἱκανοί] Baſileenſis Editio, & Regiæ Schedæ, τῶν γὰρ ἀνδρῶν: unde Gaſſendus emendabat τῷ γὰρ ἀνδρί.

Οἵτε φίλοι, τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι.] *Neque verò* (amicitias) *oratione ſolùm, ſed multò magis vitâ, & factis, & moribus comprobavit. Quod quàm magnum ſit, Veterum Fabulæ declarant; in quibus tam multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur, ut ad Oreſtem pervenias profectus à Theſeo. At verò Epicurus, una in domo, & eâ quidem anguſtâ, quàm magnos, quantáque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges! quod ſit etiamnum ab Epicureis:* inquit Tullius lib. I. de Finibus; ubi de Epicuro. Et Academic. IV. *Suſtinuero Epicureos tot meos familiares, tam bonos, tam inter ſe amantes viros.* Narrat Plutarchus in Demetrio, cùm Demetrius Athenas obſideret, eſſetque in urbe fames ingens, Epicurum eos qui eſſent è ſecta ſua, ſuſtinuiſſe, fabaſque cum iis ad numerum partitum.

Ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι δύνασθαι] Similem loquendi modum uſurpavit Joannes Evangeliſta: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ὅσα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἅτινα ἐὰν γράφηται καθ' ἕν, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία.

Οἵ τε γνώριμοι πάντες, ταῖς δογματικαῖς αὐτοῦ σειρῆσι προσκατασχεθέντες.] Seneca Epiſt. 33. *Apud iſtos,* (Epicureos) *quidquid dicit Hermachus; quidquid Metrodorus; ad unum refertur. Omnia quæ quiſquam in illo contubernio locutus eſt, unius ductu & auſpiciis dicta ſunt.* Themiſtius quoque Orat. IV. ea quæ ab Epicuro ſunt conſtituta, non ſecus quàm Solonis leges Athenienſi, aut Lycurgi Lacedæmonio, ſervari ait. Adde locum inſignem Numenii Pythagorici, apud Euſebium Præparationis Evangelicæ lib. XIV. cap. 5. καὶ γάρ μοι δόκει, ὅτι μὴ πᾶν ἐπαθόν τε καὶ ἔδρων· ſermo eſt de Platonicis: σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ πάντα πάντη πᾶσαν ὁμοδοξίαν· καί τοι ἄξιος ἦν αὐτοῖς ὁ Πλάτων, οὐκ ἀμείνων μὲν Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, οὐ μέντοι ἴσως οὐδὲ φαυλότερος ἐκείνου· ᾧ συνακολουθοῦντες, σεφθέντες τε οἱ γνώριμοι, ἐγένοντο πολυτιμητίζεσθαι αἰτιώτατοι τὸν Πυθαγόραν. τοῦτο δὲ οἱ Ἐπικούρειοι, οὐκ ὤφελον μέν, μαθόντες δ' οὖν, ἐν οὐδενὶ μὲν ὤφθησαν Ἐπικούρῳ ἐναντία θέμενοι οὐδαμῶς, ὁμολογήσαντες δὲ εἶναι Σοφῷ συνδεδεμένοι, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπέλαυσαν τῆς προσηκούσης εἰκότως· ὑπῆρξέ τε ἐκ τούτου ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Ἐπικουρείοις, μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν πῶς ἐναντίον οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε Ἐπικούρῳ μηδὲν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον. ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δὲ ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται τὸ καινοτομηθέν. καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς οὐδὲ τολμᾷ. κατὰ πολλὴν δὲ εἰρήνην αὐτοῖς ἤρεμεῖ τὰ δόγματα, ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις αἰεί ποτε συμφωνίας· ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ, ἀστασιαστοτάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν, μίαν γνώμην ἐχούσῃ· ἀφ' ἧς ἦσαν, καὶ εἰσὶ, καὶ ὡς ἔοικεν ἔσονται φιλακόλουθοι. τὰ δὲ τῶν Στωϊκῶν ἐστασίασται, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδέπω τελευτῶντα καὶ νῦν, &c. *Dolet enim profectò mihi, eos omnia molitos non eſſe, ut plenam ſibi atque integram in omnibus cum Platone conſenſionem deſenderent. Et ea quidem Plato dignus erat, qui magno illo Pythagoræ ut melior non fuerit, non fuit tamen fortaſſe deterior: quem Diſcipuli quòd ſequuti omnes ac venerati fuerint, id etiam egére potiſſimum, ut ſummo apud omnes in pretio habeatur. Hoc ipſum Epicurei, perperam illi quidem, ſed tamen cùm intelligerent, nullâ umquam in re ab Epicuro diſſidere viſi ſunt, ſed potiùs eadem omnino ſe cum Sapiente ſuo ſentire profeſſi, jure propterea id nominis habuere. Quin etiam, qui longiſſimo deinceps intervallo conſequuti Epicurei ſunt, ii nec abs ſeſe mutuò, nec ab eodem Epicuro tantillùm; quod quidem meminiſſe attineat; diſceſſere. Immo ſceleris apud eos, vel potiùs impietatis, ille damnetur, qui novi quippiam invexerit. Quare nemo prorſus id audeat. Sed eorum dogmata ob conſtantem illam omnium inter ſe perpetuamque concordiam, in altiſſima quadam & tranquilliſſima pace verſantur. Ita hæc Epicuri Secta veræ cuidam Reip. perſimilis eſt, quam ab omni ſeditione remotiſſimam, mens quædam una communis, unaque ſententia moderetur. Quam illius diſciplinam & anteà ſequuti ſunt multi perlibenter, & ſequuntur etiamnum: atque adeo, ut ſimillimum veri eſt, in poſterum ſequentur. At Stoicos inter, factiones exſtitere, quæ ab ipſis eorum commiſſæ principibus, ad nos uſque propagatæ ſunt.* Sed ad Laërtium noſtrum ut redeam, hæc verba οἵ τε γνώριμοι πάντες, ταῖς δογματικαῖς αὐτοῦ σειρῆσι προσκατασχεθέντες, ita convertit Aldobrandinus, *tum Diſcipuli omnes illius decretis, quaſi detenti catenis*: ac proinde videtur legiſſe, σειραῖς, non σειρῆσι.

Πλὴν Μητροδώρου τοῦ Στρατονικέως πρὸς Καρνεάδην ἀποχωρήσαντος] Carneades Academicus, ne natus quidem erat moriente Epicuro: ſiquidem mortuus eſt anno IV. Olympiadis CLX. natus annos octoginta quinque, ut ſuprà ex Apollodoro retulit Laërtius in ejus Vita; vel, ut Cicero habet, nonaginta; hoc eſt, anno ultra quinquageſimum à morte Epicuri, quæ contigit Olymp. CXXVII. Fuit quidem alter Carneades Epicuri æqualis; de quo Cicero lib. V. de Finibus extremo: *Et quidem Arceſilas tuus, etſi fuit in diſſerendo pertinacior, tamen noſter fuit. erat enim Polemonis. is cum arderet podagræ doloribus, viſiſſetque hominem Carneades, Epicuri perfamiliaris, & triſtis exiret, Mane, quæſo, inquit, Carneade noſter: Nihil illinc huc pervenit. oſtendit pedes & pectus.* Sed præterquam quòd fuit Epicuri perfamiliaris, ut

ex Ciceronis verbis conſtat; adeo ut proinde fieri ad ipſum non potuerit celebris defectio, inquit Gaſſendus de Vita Epicuri IV. 8. conſtat Metrodorum Stratoniceum auditorem ejus non fuiſſe, ſed Carneadis illius qui mediam primus conſtituit Academiam. De eo Cicero lib. IV. Academ. *Bene autem noſſe Carneadem Stratoniceus Metrodorus putabatur.* Et lib. I. de Oratore: *Erat etiam Metrodorus, qui cum illis* (de Clitomacho, & Æſchine ſermo eſt) *unà ipſum illum Carneadem diligentius audierat.* Pergit Gaſſendus: Si Metrodorus vivo Epicuro ab eo defeciſſet, quæſitum non fuiſſet ab Arceſila; qui quidem 12. annis Epicuro ſupervixit; cur homines à ceteris ad Epicureos, ab Epicureis verò ad ceteros non migrarent, ut eſt apud Laërtium in Arceſila? Gaſſendi argumentis addendum quod Jonſius obſervabat, non poſſe Metrodorum Stratoniceuſem fuiſſe Epicuri familiarem, cùm Stratonice urbs, è quâ Metrodorus oriundus, paullò ante mortem Epicuri à Seleuco Nicanore in honorem Stratonices uxoris condita fuerit. Exiſtimabat vero Gaſſendus, Laërtium ſic accipiendum, quaſi voluerit dicere, ex omnibus qui Epicureæ ſectæ aliquando nomen dediſſent, neminem umquam defeciſſe præter Metrodorum Stratoniceum, qui ex Epicuri caſtris ad Carneadem Academicum tranſiit. Huic interpretationi non invitus accederem, niſi obſtaret quod ſequitur apud Laërtium; τάχα βαρυνθέντος ταις ἀνυπερβλήτοις αὐτοῦ χρηστότησιν: quæ verba; quidquid dicat Gaſſendus, ea ſcilicet accipienda eſſe de bonitate quam Epicurus, tametſi mortuus, ſpirabat adhuc in ſumma illa conſenſione, caritate, & ſui memoria apud Sectatores; ſuadent Laërtium de Carneade & Metrodoro ſic locutum, quaſi Epicuri ætate vixiſſent.

Ἥτε διαδοχὴ, πασῶν σχιζὸν ἐκλιπουσῶν τῶν ἄλλων, ἑσαεὶ διαμένουσα, καὶ ἀνηρίθμους ἀρχὰς ἀπολύουσα ἄλλην ἐξ ἄλλης τῶν γνωρίμων] Exſtat in hanc rem locus inſignis apud Suidam, in Ἐπίκουρος: καὶ διέμεινεν ἡ αὐτοῦ Σχολὴ ἕως Καίσαρος τοῦ πρώτου ἔτη σλζ. ἐν οἷς Διάδοχοι αὐτῆς ἐγένοντο ιδ'. *Ejuſque Schola permanſit uſque ad primum Cæſarem annos* 237. *quibus ipſius Scholæ quatuordecim Succeſſores fuerunt.* Luciani temporibus Epicureorum Sectam viguiſſe, teſtis eſt ipſe Lucianus, his verbis in Eunucho: συντέτακται μὲν, ὦ Παμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως, M. Antoninum intelligit, μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς Φιλοσόφοις· Στωϊκοις λέγω, καὶ Πλατωνικῆς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. ἔδει δὲ, ἀποθανόντος αὐτῶν τινος, ἄλλον ἀντικαθίστασθαι δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων· καὶ τὰ ἆθλα, οὐ βοεῖη τις κατὰ τὸν Ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι (ſupple δραχμαὶ) κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. *Scis, Pamphile, ſalarium; idque neutiquam exiguum; ab Imperatore fuiſſe conſtitutum ſingulis Philoſophorum generibus; puta Stoicis, Platonicis, Epicureis; præterea Peripateticis: ita ut unicuique Sectæ præmium eſſet æquale. Ceterùm, demortuo ex his quopiam, alius in ejus locum ſubrogandus erat, qui eſſet Optimatum calculis comprobatus. Porrò præmium, non erat pellis bubula juxta Poëtam; nec porcellus; verùm ſingulos in annos decem millia drachmarum. quæ accipiunt, uti doceant juventutem.* In verbis Laërtii, pro ἀπολύουσα; quæ vox locum habere ibi non poteſt; reſcripſit Gaſſendus ἀποδιδοῦσα.

Καὶ ἡ πρὸς ἀδελφοὺς εὐποιΐα] Unde eum viciſſim fratres magnâ reverentiâ proſecuti ſunt. Auctor Plutarchus in libello de Fraterno amore. φαίνεται δὲ πολλὴ καὶ πρὸς Ἐπίκουρον αἰδὼς τῶν ἀδελφῶν, δι' εὔνοιαν αὐτοῦ καὶ κηδεμονίαν εἴς τε τὰ ἄλλα, καὶ Φιλοσοφίαν τὴν ἐκείνου συνευθουσιώντων. καὶ γὰρ εἰ διήμαρτον δόξης εὐθὺς ἐκ παίδων πεπεισμένοι, καὶ λέγοντες, ὡς οὐδεὶς γέγονεν Ἐπικούρου σοφώτερος, ἄξιόν ἐστι θαυμάζειν, καὶ τοῦ διατιθέντος οὕτως, καὶ τῶν διατιθεμένων. *Conſpicua eſt etiam magna fratrum erga Epicurum reverentia, ipſius erga eos curâ & benevolentiâ parta, cùm aliis in rebus, tum quod philoſophandi rationem ejus quaſi divino quodam perciti furore ſectati ſunt; ſtatim à teneris unguiculis pro certo hoc habentes, & profitentes, Neminem exſtitiſſe Epicuro ſapientiorem: tamen dignum eſt mirari, & eum qui ipſos ſic animavit, & ipſos ita affectos.*

Καθόλου δὲ ἡ πρὸς πάντας αὐτοῦ φιλανθρωπία] Cicero Tuſcul. II. *Epicurus, homo minimè malus, vel potiùs vir optimus.*

Τῆς μὲν γὰρ πρὸς θεοὺς ὁσιότητος] Qua de re conſulendus omnino Gaſſendus lib. IV. de Vita & moribus Epicuri cap. 3. & 4.

Ὑπερβολὴ γὰρ ἐπιεικείας, οὐδὲ πολιτείας ἥψατο] Sed nec mirum; cùm ſtatueret πολιτεύεσθαι non oportere. Vide Ciceronem lib. VIII. Epiſtolarum epiſt. 12. ad Trebatium; & Plutarchum in Pyrrho; & Laërtium infrà.

Καὶ χαλεπωτάτων δὲ καιρῶν κατασχόντων τηνικάδε τὴν Ἑλλάδα, &c.] Difficillima autem illa tempora; quæ eſt Gaſſendi conjectura; videntur potiſſimùm fuiſſe, quibus Demetrius obſedit Athenas circa annum Epicuri XLIV. His temporibus magna fames civitatem oppreſſit. Eam deſcribens Plutarchus in Demetrio, ait patrem & filium uno in domicilio rebus ſuis deploratis ſediſſe; cùm vero ex tecto mus mortuus eſſet delapſus, ambos exiliiſſe, de eoque inter ſe decertaſſe. Addit, τότε καὶ τὸν Φιλόσοφον Ἐπίκουρον ἱστοροῦσι διαθρέψαι τοὺς συνήθεις, κυάμους πρὸς ἀριθμὸν μετ' αὐτῶν διανεμόμενον. *Tunc etiam Epicurum Philoſophum eos qui eſſent è Secta ſua, memoriæ tradunt ſuſtinuiſſe, ſabarum numerum cum iis partitum.* Ceterùm, hoc loco apud Laërtium rectè emendabat Caſaubonus. καὶ τὸ χυλεπώτατον: hiante alioqui ſententia.

Καὶ συνεβίουν αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, καθά φησι καὶ Ἀπολλόδωρος· ὃν καὶ ὀγδοήκοντα μνῶν πρίασθαι.] Petronius: *Ipſe pater veri, doctis Epicurus in hortis,* &c. Inde οἱ ἀπὸ τῶν κήπων Epicurei dicuntur Sexto Empirico. Similiter Themiſtius Orat. IV. ὅτῳ μέλει ὁ κῆπος, pro *Epicureo Philoſopho* uſurpavit. Horum hortorum meminit Plinius lib. XIX. cap. 4. cujus verba placet adſcribere: *Jam quidem in ipſa urbe delicias, agros, villaſque poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus, otii magiſter. Uſque ad eum, moris non*

fuerat in oppidis habitari rura. Meminit Pauſanias in Atticis urbis regiunculæ quam *Hortos* fuiſſe appellatam ait. Eam veriſimili conjecturâ; propter Plinii verba ſuperius allata; de Hortis Epicuri accipiebat Gaſſendus lib. I. de Vita Epicuri cap. 6. ubi & pretium minarum LXXX. quibus Hortos illos comparaſſe Epicurum ſcribit Laërtius, aureorum Solatorum quingentorum quinquaginta, quales nobis uſui ſunt, eſſe obſervabat.

11 Διοκλῆς δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῆς Ἐπιδρομῆς] Diocles Magnes, auctor Περὶ βίων φιλοσόφων: quos libros frequens citat Laërtius. Hanc ejus Ἐπιδρομὴν τῶν φιλοσόφων etiam ſuprà in Zenone Cittieo citavit.

Εὐτελέστατα καὶ λιτότατα διαιτώμενοι] Corrige διαιτωμένους.

Κοτύλῃ γοῦν, φησὶν, οἰνιδίου ἠρκοῦντο· τὸ δὲ πᾶν ὕδωρ, ἧν αὐτοῖς πάτον.] Quod etiam teſtatur Seneca Epiſt. 21. his verbis: *Eò libentius Epicuri dicta commemoro, ut iſtis qui ad illa confugient, ſpe mala inducti, qui velamentum ſeipſos ſuorum vitiorum habituros exiſtimant, probem, quocumque ierint, honeſtè eſſe vivendum. Cùm adierint hos Hortulos, & inſcriptum Hortulis: Hoſpes hîc benè manebis: hîc ſummum bonum voluptas eſt: paratus erit iſtius domicilii Cuſtos, hoſpitalis, humanus, & te polentâ excipiet, & aquam quoque largè adminiſtrabit, & dicet: Ecquid benè acceptus es? Non irritant, inquam, hi Hortuli famem, ſed exſtinguunt: nec majorem ipſis potionibus ſitim faciunt, ſed naturali & gratuito remedio ſedant. in hac voluptate conſenui.*

Τόν τε Ἐπίκουρον μὴ ἀξιοῦν εἰς τὸ κοινὸν κατατίθεσθαι τὰς οὐσίας, καθάπερ τὸν Πυθαγόραν, κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγοντα· ἀπιστούντων γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον, &c.] Magiſtri exemplum non ſequuti ſunt Polyſtratus & Hippoclides, Epicurei. De his enim, ita Valerius Maximus lib. I. cap. 8. *Hoc loco aptè referuntur Polyſtratus & Hippoclides, Philoſophi; eodem die nati; ejuſdem præceptoris Epicuri ſectam ſecuti; patrimonii etiam poſſidendi, alendæque Scholæ communione conjuncti; eodemque momento temporis ultima ſenectute exſtincti. Tam æqualem fortunæ pariter, atque amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cæleſtis Concordiæ ſinu genitam, nutritam, atque finitam putet?*

Ὑδάτι μόνον ἀρκεῖσθαι, καὶ ἄρτῳ λιτῷ] Etiam de Epicuro, Cicero lib. v. Tuſcul. *Hic verò ipſe, quàm parvo eſt contentus?* Et Seneca Epiſt. 18. *Et quidem gloriatur non toto aſſe ſe paſci: Metrodorum, qui non tantum profecerit, toto.* Sed & de ejus frugalitate, Porphyrius lib. I. de Abſtinentia ab animatis: καθόλου δὲ ὀρθῶς ὁ Ἐπίκουρος ἔφασκεν, εὐλαβητέον εἶναι τροφὴν, ἣν ἀπολαῦσαι μὲν ποθοῦμεν καὶ διώκομεν, συντελεσθεῖσαν δ' ἐν ἀχαρίστῳ τίθεμεν.

Καὶ πέμψον μοι τυροῦ, φησὶ, κυθριδίου] Reſcripſit Gaſſendus Κυθηριδίου: id eſt, ἐκ τοῦ Κυθήρου: quod, teſte Heſychio, oppidum fuit ex tribu Pandionide: unde fortè, inquit Gaſſendus, caſeus adferri ſolitus. Reſcriberem potius Κυθνίου: id eſt, ex Cythno inſula. Cythnii caſei meminit Stephanus in Κύθνος, & Julius Pollux VI. 10. 1. Legebam olim Γυθιαίου, aut Γυθικοῦ, id eſt, *ex Cythio*: unde caſeum adferri etiam ſolitum, diſcimus ex Luciano in Dialogis Meretriciis, Dialogo Dorionis & Myrtales. καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου. Et poſteà: οὐ σανδάλια Παταρικά, καὶ τυρὸν Γυθικόν. Et deinde: κρόμμυα γὰρ αὐτῇ οἶσεις ἐκ Κύπρου, καὶ τυρὸν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς. Legi poſſit & χυθριδίου, id eſt, *in ollis aſſervato*: aut χυδαίου, id eſt, *vili*: quo ſenſu dicitur χυδαῖος ἄρτος viliſſimus panis: quæ eſt Iſaaci Voſſii Viri undecumque doctiſſimi, & patre Johanne Gerardo Voſſio digniſſimi filii, conjectura, in Epiſtola quam de hoc Laërtii loco olim ad me ſcripſit. Legi poſſit & Κυθηρίου, ex Heraclide cujus hæc ſunt verba, in libello de Politiis, ubi de politica Cytheriorum: Κυθήριοι, ὄψῳ τυρῷ χρῶνται, καὶ σύκοις.

Τοιοῦτος ἦν ὁ τὴν ἡδονὴν εἶναι τέλος δογματίζων] Petronius, ex optima Scaligeri & Gaſſendi emendatione:

Ipſe pater Veri, doctis Epicurus in Hortis,
Juſſit; & hoc vitam dixit habere telos.

Ἄνθρωποι μοχθεῖτε τὰ χείρονα] Meliùs, τί χείρονα; 12
quemadmodum habet Editio Stephanica.

Μάλιστα δὲ ἀπεδέχετο, φησὶ Διοκλῆς, τὸν ἀρχαῖον Ἀναξαγόραν, &c.] Meliùs fortè legeretur τῶν ἀρχαίων: quamquam plures Anaxagoras exſtitiſſe non ignoremus; quorum antiquior Anaxagoras ille Clazomenius, de quo hîc ſermo eſt.

Ἐγύμναζε δὲ, φησὶ, τοὺς γνωρίμους, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα] Huc ſpectant hæc Ciceronis ad Torquatum: *Quis enim veſtrûm non edidicit Epicuri κυρίας δόξας, id eſt, maximè ratas ſententias?* Ipſe Epicurus infrà, in Epiſtola ad Pythoclem: καὶ διὰ μνήμης ἔχων, &c.

Τοῦτον Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς Ἀυσιφάνους ἀκοῦσαι 13
φησὶ καὶ Πραξιφάνους] Sic Editio princeps. at Stephanica, Ναυσιφάνους ἀκοῦσαι, &c. Item, uterque Codex Regius: ſed in quorum altero adnotatum reperimus, Ἀυσιφάνους. Ἀυσιφάνους, malebat Gaſſendus; quia paullò pòſt Epicurus dicatur ἀκοῦσαι Ναυσιφάνους. Verùm hæc ratio nihili eſt.

Αὐτὸς γὲ οὗ φησιν, ἀλλ' ἑαυτοῦ] Cicero de Natura Deorum. I. *Iſta enim à vobis quaſi dictata reddúntur: quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt, cùm quidem gloriaretur, ut videmus in ſcriptis, ſe magiſtrum habuiſſe nullum, quod & non prædicanti tamen facilè equidem credam, ſicut mali ædificii domino gloriantí ſe architectum non habuiſſe: nihil enim olet ex Academia; nihil ex Lyceo; nihil ex puerilibus quidem Diſciplinis.* Sextus Empiricus adverſus Mathematicos, ſtatim ab initio: γενόμενος οὖν τούτου (Nauſiphanis) μαθητὴς ὁ Ἐπίκουρος, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν αὐτοδίδακτος εἶναι καὶ αὐτοφυὴς Φιλόσοφος, ἠρνεῖτο ἐκ παντὸς τρόπου, τήν τε περὶ αὐτοῦ φήμην ἐξαλείφειν ἔσπευδε, &c. Adde Plutarchum libro II. adverſus Colotem.

Ἐν τῇ πρὸς Εὐρύδικον Ἐπιστολῇ] Regius Codex recentior, Εὐρύλοχον: quæ lectio non diſplicet; cùm Eurylochi nomine liber Epicuri fuerit inſcriptus; ut infrà in Indice librorum Epicuri videbitur.

Ἀλλ' οὐδὲ Δεύκιππόν τινα γεγενῆσθαι Φιλόσοφον]

Hoc eſt, Epicurum adeò ſublimè ſenſiſſe de Democrito, ut non putarit Magiſtrum ullum, ac ne Leucippum quidem fuiſſe, à quo ſuas illas opiniones ipſe adeò ſolers ac induſtrius Democritus accepiſſet. Ita hunc locum accipit Gaſſendus lib. v. de Vita Epicuri cap. 6.

Δημήτριος δέ φησιν ὁ Μάγνης, καὶ Ξενοκράτους αὐτὸν ἀκοῦσαι] Quod etiam ait Cicero lib. I. de Natura Deorum. *Xenocratem audire potuit: quem virum, Dii immortales! & ſunt qui putant audiviſſe. ipſe non vult. credo plus nemini.*

Κέχρηται δὲ λέξει κυρίᾳ κατὰ τῶν πραγμάτων, ἣν ὅτι ἰδιωτάτη ἐστὶν, Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς αἰτιᾶται] ἰδιωτάτη. hoc eſt, *popularis, plebeia.* ab ἴδιος, ſunt ἰδίωμα & ἰδιώτης. Minùs rectè Gaſſendus libro VII. de Vita Epicuri cap. 7. vertebat *quòd maximè propria, ſeu familariſſima, eſſet.* Sed potiùs legendum ἰδιοτικωτάτη.

Σαφὴς δ' ἦν οὕτως, ὡς καὶ ἐν τῷ Περὶ τῆς Ῥητορικῆς ἄξιοῖ μηδὲν ἄλλο ἢ σαφηνείαν ἀπαιτεῖν] De Epicuro, Cicero lib. I. de Finibus: *Vide quantum fallare, Torquate. Oratio me iſtius Philoſophi non offendit: nam & complectitur verbis quod vult; & dicit planè quod intelligam.* Et deinde: *Epicurus necnon vult, ſi poteſt, planè & apertè loqui.* Plura in hanc rem collegit Gaſſendus lib. VIII. de Vita Epicuri cap. 9.

14 Καὶ ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς ἀντὶ τοῦ Χαίρειν, Εὖ πράττειν, καὶ Σπουδαίως ζῆν ἄριστον] Εὖ διάγειν Epiſtolis ſuis Epicurum ſcripſiſſe; Platonem verò εὖ πράττειν, ſuprà in Platone Laërtius ipſe teſtatur. Unde Suidas in εὖ διάγειν· οὕτως ἐπέγραφεν Ἐπίκουρος· χαίρειν δὲ, ὁ Κλέων, καὶ Εὖ πράττειν ὁ Πλάτων. Quare nos ad dictum Laërtii locum, hîc legendum exiſtimabamus, καὶ ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς ἀντὶ τοῦ χαίρειν καὶ Εὖ πράττειν, Εὖ διάγειν καὶ Σπουδαίως ζῆν: & pro ἄριστον, quæ vox hic locum habere non poteſt, ἔγραφεν, aut ἤρεσκον. Ibi nos vide. Lucianus, ubi de lapſu inter ſalutandum, Epicurum Epiſtolis ſuis σπουδαιοτέραις præmiſiſſe ait, μάλιστα ὑγιαίνειν. Verba ejus ſunt: Ἐπίκουρος, ἀνὴρ πάνυ χαίρων τῷ χαίρειν, καὶ τὴν ἡδονὴν πρὸ ἁπάντων αἱρούμενος, ἐν ταῖς σπουδαιοτέραις Ἐπιστολαῖς (εἰσὶ δ' αὗται ὀλίγαι) καὶ ἐν ταῖς πρὸς φιλτάτους μάλιστα, ὑγιαίνειν ἐυθὺς ἐν τῇ ἀρχῇ προσττάττει.

Οἱ δέ φασιν ἐν τῷ Ἐπικούρου βίῳ τὸν Κανόνα γράψαι αὐτὸν ἐκ τοῦ Ναυσιφάνους Τρίποδος] *Tripus*, liber ille fuit inſcriptus à Nauſiphane. Simili titulo librum fecerat Andron Epheſius; de quo nos pluribus ad Thaletis Vitam; quò legentes remittimus.

Ἀλλὰ καὶ Παμφίλου τοῦ Πλατωνικοῦ ἐν Σάμῳ] Cicero I. de Nat. Deorum: *Pamphilum quemdam Platonis auditorem ait* (Epicurus) *à ſe Sami auditum. ibi enim adoleſcens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam pater ejus Neocles agripeta venerat. Sed cùm agellus eum non ſatis aleret, ut opinor, Ludi Magiſter fuit. Sed hunc Platonicum mirificè contemnit Epicurus. ita metuit, ne quid umquam didiciſſe videatur.* Suidas: ἀκούσας δὲ Ναυσιφάνους τοῦ Δημοκριτείου, καὶ Παμφίλου τοῦ Πλατωνικοῦ μαθητοῦ· Plutarchus in libro cui titulus. Non poſſe ſuaviter vivi ſecundùm Epicurum: τί δὲ οὐκ ἔμελλεν αὐτὸν οὕτως σπαργῶν περιμανῶς καὶ σφαδάζων πρὸς δόξαν, ὥστε μὴ μόνον ἀπολέγεσθαι τοὺς καθηγητὰς, μηδὲ Δημοκράτει (Corrige Δημοκρίτῳ) τῷ τὰ δόγματα ῥήμασιν αὐτοῖς ὑφαιρουμένῳ ζυγομαχεῖν περὶ συλλαβῶν καὶ κεραιῶν. Σοφὸν δὲ μηδένα φάναι πλὴν αὐτοῦ γεγονέναι ἐπὶ τῶν μαθητῶν. Lucretius:

Pectore parta ſuo, quæſitáque præmia liquit.

Huc pertinent Athenæi verſus ex Epigrammate quod ſuprà Laërtius protulit:

Τοῦτο Νεοκλῆος πινυτὸν τέκος ἢ παρὰ Μουσῶν
Ἔκλυεν, ἢ Πυθοῦς ἐξ ἱερῶν τριπόδων.

Ἄρξασθαί τε φιλοσοφεῖν ἐτῶν ὑπάρχοντα δυοκαίδεκα] Diximus ſuperiùs.

Ἐγεννήθη δὲ (φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς) κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ρθ'. καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, &c.] Fallitur ergo Suidas; cujus hæc ſunt verba: γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ρθ' Ὀλυμπιάδος μετὰ ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς τῆς Πλάτωνος τελευτῆς, καὶ παρέτεινεν ἐπὶ τῶν διαδόχων Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ. Sed ibi reſcribendum omnino ἐπὶ τῆς ρθ', ut veriſſimè Gaſſendus emendabat. At Euſebio quid faciemus, qui Epicurum florentem facit Olympiade CXII. quo tempore vix pueritiam exegerat?

Ἔτεσιν, ὕστερον τῆς Πλάτωνος τελευτῆς] Qui fuit decimus ſextus annus Alexandri Macedonis.

Ἐν Μιτυλήνῃ καὶ Λαμψάκῳ, πρῶτον συστήσασθαι 15
σχολὴν ἔτη πέντε· ἔπειθ' οὕτως εἰς Ἀθήνας μετελθεῖν] Suidas: πρῶτον μὲν ἐν Σάμῳ διατρίψας σὺν τοῖς γονεῦσιν, εἶτα σχολαρχήσας ἐν Μιτυλήνῃ ἐνιαυτὸν ἦν· εἶτα ἐν Λαμψάκῳ. καὶ οὕτως ἐν Ἀθήναις, ἐν ἰδίῳ κήπῳ· ubi pro ἐνιαυτὸν ἦν, legendum rectè monet Scholiaſtes ἐνιαυτὸν ἕνα. Sed & poſtea legendum exiſtimamus εἶτα δ' ἐν Λαμψάκῳ, id eſt, *Lampſaci quatuor:* ut Suidas à Laërtio non diſcrepet.

Εἰς Ἀθήνας μετελθεῖν.] Archonte Anaxicrate, ut ſuprà Laërtius retulit.

Καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐπὶ Πυθαράτου] Atqui ſuprà dixit natum Epicurum, anno tertio centeſimæ nonæ Olympiadis. Mortuus igitur ſit annos novem antequam naſceretur. Quare hîc legendum prorſus κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος: quemadmodum Caſaubonus ad Theophraſti Characteres pag. 98. emendabat. & Jacobus Palmerius ad hunc Laërtii locum. Et ſic quoque hîc Codices Regii; & Joſephus Scaliger ad oram libri: ut eam lectionem merito in textum receperit Gaſſendus.

Ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντος δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα] Id ipſum teſtatur Tullius, in libello de Fato: quod bellè Caſaubonus hîc obſervavit. *Ita & ſemper verum fuit: morietur Epicurus, cùm duos & ſeptuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato.*

Ἕρμαχον Ἀγεμάρχου] Ἀγεμάρτου, Codex Regius. Infrà, in Teſtamento Epicuri, ſcriptum eſt Ἕρμαχος Ἀγεμόρτου: & ita ibi Regiæ Membranæ. Sed Ἀγεμάρχου quoque habet Editio Stephanica, & Frobeniana.

Θερμὴν ἐς πύελον] Apud Heſychium Mileſium 16
ſcriptum eſt, Χαλκῆν. Sed omnino θερμὴν utrobique

legendum, propter vocem ψυχρὸν quæ ſequitur.

Κατὰ ταῦτα δίδωμι.] Reſcribit Gaſſendus, Κατὰ ταῦτα διατίθεμαι. Δίδωμι. Eum vide in Notis ad hanc Vitam. τὸ διατίθεμαι, poteſt ſubintelligi.

Βατῆθεν.] Id eſt, ex oppido Bate, in φυλῇ Ægeïde. Heſychius: Βατῆθεν· ἐκ δήμου Βατῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Corrige Βατῆθεν, ἐκ δήμου Βατῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. Stephanus: Βατή· δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ὅθεν ἦν Ἄβρων, ὁ Καλλίου Ἐξηγητής, περὶ ἑορτῶν καὶ θυσιῶν γεγραφώς. τὸ ἐθνικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Βατῆθεν.

Ποταμίῳ.] id eſt, *ex oppido Potamo*, in φυλῇ Leontide. Varinus: Ποταμός. δῆμος τῆς Λεοντίδος, οὗ ὁ δημότης Ποτάμιος. Vide Meurſium de Populis Atticæ.

Κατὰ τὴν ἐν τῷ Μητρῴῳ ἀναγεγραμμένην ἑκατέρῳ δόσιν.] Fuit Μητρῷον, Templum matris Deûm: quod ſuprà à nobis obſervatum. In eo, Athenienſes leges ſuas adſervabant. Suidas in μητραγύρτης: ἐχρῶντο δὲ τῷ Μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ. In eo, & donationes & teſtamenta recondebant, majoris ſecuritatis causâ. Ita Romani cuſtodiæ templorum teſtamenta ſua credebant. Vide Valeſium ad Harpocrationem pag. 272.

17 Τὴν δὲ οἰκίαν τὴν ἐν Μελίτῃ.] Melitus, Demus fuit Atticæ. Vide Heſychium in Μελιτέων οἶκος, & Harpocrationem in Μελίτη, & Scholiaſten Ariſtophanis ad Ranas. Ceterùm, hujus Epicureæ domus in Melite meminit Cicero epiſtolâ 19. libri v. ad Atticum, ſi Gaſſendo fides. *De Patrone, & tuis condiſcipulis, quæ de parietinis in Melite laboravi, ea tibi grata eſſe gaudeo.* Ita enim hunc locum emendat Gaſſendus in Vita Epicuri. Gaſſendianæ emendationis rationes qui noſſe cupit, legat epiſtolam primam libri ad Familiares decimi tertii, & epiſtolam undecimam libri ad Atticum quinti. Sed vulgatam lectionem, *Etiam atque etiam valete, Patron, & tui condiſcipuli. Quæ de Tarentinis in militia laboravi, ea tibi grata eſſe gaudeo*, tuetur Johannes Georgius Grævius noſter: quem vide omnino ad hunc Ciceronis locum. Non diſplicet mihi Gaſſendiana emendatio: imo valde placet.

18 Σκοπούμενοι, εἰς τε τὰ ἐναγίσματα.] Legendum conjunctim σκοπούμεναί εἴς τε, patet ex Ciceronis verbis in ſequenti Obſervatione afferendis.

Ὥστε καὶ εἰς τὴν γινομένην σύνοδον ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι, τῶν συμφιλοσοφούντων ἡμῖν, εἰς τὴν ἡμῶν τε καὶ Μητροδώρου μνήμην καταστεγμένην.] Quò reſpexit Cicero libro II. de Finibus. *Quæro autem quid ſit, quod cum reliqui nihil ſit omnino quod pertineat ad nos, tam accuratè, tamque diligenter caveat & ſanciat,* (Epicurus) *ut Amynomachus & Timocrates, heredes ſui, de Hermachi ſententia dent, quod ſatis ſit ad diem agendum natalem ſuum quotannis menſe Gamelione: itemque omnibus menſibus viceſimo die Lunæ, dent ad eorum Epulas, qui una ſecum philoſophati ſint, ut & ſui & Metrodori memoria colatur. Hæc ego non poſſum dicere non eſſe hominis & belli & humani: ſapientis verò nullo modo: Phyſici præſertim; quem ſe ille eſſe vult, putare ullum eſſe cujuſquam diem natalem. Quid? verène poteſt eſſe dies, ſapius, qui ſemel fuit? Certè non poteſt. An ejuſdem modi? ne id quidem, niſi cùm multa annorum interceſſerint millia, & omnium ſiderum eodem, unde profecta ſint, fiat ad unum tempus reverſio. Nullus eſt igitur cujuſquam dies natalis. At habetur. Et ego ſcilicet id neſciebam. Sed ut ſit, etiam poſt mortem coletur? idque teſtamento cavebit is, qui vobis quaſi oraculum ediderit, nihil poſt mortem ad nos pertinere? Hæc non erat ejus, qui innumerabiles mundos, infinitaſque regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, mente peragraviſſet. Nunquid tale Democritus? Ut alios omittam, hunc appello, quem ille unum ſecutus eſt. Quòd ſi dies notandus fuit, eumne potiùs, quo natus: an eum, quo ſapiens factus eſt? Non potuit, inquies, fieri ſapiens, niſi natus eſſet. Iſto modo ne ſi avia quidem ejus nata non eſſet. Res tota, Torquate, non doctorum hominum, velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis.* Ea de re ſcribens Plinius xxxv. 2. annis à morte Epicuri 350. ait: *Natali ejus viceſimâ Lunâ ſacrificant, feriasque omni menſe cuſtodiunt, quas* Icadas *vocant.* Hinc Εἰκαδισταὶ dicti Epicurei. Athenæus Dipnoſophiſtarum VII. 13. Ἐπικούρειος δέ τις Εἰκαδιστὴς τῶν συνδειπνούντων, &c. Sunt qui putant ita dictos ἀπὸ τῆς εἰκόνος, quia Epicuri imagine Epicureorum nullus deſtituebatur, ut eſt apud Plinium dicto loco: *vultus Epicuri per cubicula geſtant, ac circumferunt ſecum.* Et apud Ciceronem libro v. de Finibus, ſub perſona Attici: *Nec tamen Epicuri licet oblivi ſci, ſi cupiam, cujus imaginem non modò in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis & annulis habent.* Sed illi immane quantùm falluntur: nam ab εἰκὼν dici Εἰκαδιστὰς Analogia non patitur. Ab εἰκὼν, dicendum εἰκονιστάς. Neque hujus non ſanæ opinionis hoc loco meminiſſem, niſi eam, non improbans, retuliſſet Gaſſendus lib. II. de Vita Epicuri capite 4. Ceterùm in verbis Laërtianis, pro ὥστε καὶ, rectè Caſaubonus reponebat ἔτι δὲ καὶ, ex his Ciceronis; *itemque omnibus menſibus.*

Τοῦ υἱοῦ τοῦ Μητροδώρου Ἐπικούρου.] Qui omiſſus 19
infrà à Laërtio, ubi de ὁμωνύμοις Epicuris.

Νικάνορος.] Hujus Nicanoris nomen, inter Epicuri 20
Diſcipulos, non alibi, credo, facilè invenies.

Ἐὰν δέ τι τῶν ἀνθρωπίνων περὶ Ἑρμάχου γίνηται.] Si- 21
militer Latini, *ſi quid humanitus accidat*, occurrit paſſim is loquendi modus in Pandectis.

Ἤδη δὲ τελευτῶν, γράφει πρὸς Ἰδομενέα τὴν δὲ Ἐπιστολήν, &c.] Ad Hermachum ſcriptam fuiſſe hanc 22
Epiſtolam, ſcribit Cicero lib. II. de Finibus. *Audi; ne longè abeam; moriens quid dicat Epicurus: & intellige facta ejus cum dictis diſcrepare.* EPICURUS HERMACHO S. Cùm ageremus, *inquit*, vitæ beatum, & eumdem ſupremum diem, ſcribebamus hæc: Tanti autem morbi aderant veſicæ & viſcerum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſet accedere. *Ecce miſerum hominem, ſi dolor ſummum malum eſt. dici aliter non poteſt. Sed audiamus ipſum.* Compenſabatur tamen, *inquit*, cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam ex memoria rationum,

inventorumque noſtrorum. Sed tu, ut dignum eſt tuâ erga me & erga Philoſophiam voluntate, ab adoleſcentia ſuſceptâ, fac ut Metrodori tueare liberos: &c. quæ vide. Fortaſſe ſcripta fuit ad utrumque; propter τὸ ὑμῖν, inquit Gaſſendus in Apologia Epicuri libro & cap. II. vel ad Idomeneum potiùs, quàm ad Hermachum; quòd Metrodori liberi ſatis fuiſſent teſtamento commendati. Addit Gaſſendus; Hermachum, ſucceſſorem proximum, non videri fuiſſe abſentem, cùm etiam Epicuri mortem literis miſſis deſcripſerit. Addit, & illum à puericia ad Rhetoricam potiùs quàm ad Philoſophiam ſeſe comparaſſe, ut conſtat ex Laërtio. Ceterùm, Epicurei hujuſce dicti meminit & Seneca Epiſt. 29. his verbis: *Quid porrò non æquè incredibile videtur, aliquem in ſummis cruciatibus poſitum dicere*, Beatus ſum? *Atqui hæc vox in ipſa officina Voluptatis eſt audita.* Beatiſſimum, *inquit*, & ultimum diem ago, *Epicurus: cùm illum hinc urinæ difficultas torqueret, hinc inſanabilis exulcerati dolor ventris.*

Μαθητὰς δὲ ἔσχε πολλοὺς μὲν, σφόδρα δὲ ἐλλογίμους, Μητρόδωρον Ἀθηναῖον, καὶ Τιμοκράτην, καὶ Σάνδην Λαμψακηνόν.] Metrodorum fuiſſe Lampſacenum, ait Strabo lib. XIII. ἐκ Λαμψάκου δὲ, Χάρων τε ὁ Συγγραφεὺς, καὶ Ἀθείμαντος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Ῥήτωρ, καὶ Μητρόδωρος, ὁ τοῦ Ἐπικούρου ἑταῖρος. Non fuiſſe Athenienſem, ſcribit Cicero libro V. Tuſculanarum Quæſtionum. *Quî enim beatior Epicurus quòd in patria vivebat, quàm Metrodorus, quòd Athenis.* Quare legebat hoc loco Caſaubonus, Μητροδώρου, Ἀθηναῖον: quaſi *Athenæus* nomen eſſet Philoſophi Epicurei. Gaſſendus verò libro de Vita Epicuri I. capite 8. voces illas Ἀθηναῖον, καὶ Τιμοκράτην, καὶ Σάνδην, ut ſpurias expungendas cenſebat. Quippe eas ſi detraxeris, inquit, reliqua optimè cohærent: ſi admiſeris, prorſus diſſonant. Metrodorus ſcilicet fuit, quem verè dicas Λαμψακηνὸν, & cui alia omnia, quæ ſequuntur, conveniant: non verò Sandes, de quo, præter cetera, falſum eſt Epicurum in teſtamento meminiſſe, ut hoc loco dicitur. Et quamvis Caſaubonus putet Ἀθηναῖον eſſe poſſe nomen viri proprium, mirum tamen quomodo uſquam aliàs, tam de Athenæo, quàm de Sande, ut Epicureis, aliquid audiatur, cùm hîc Laërtius recenſeat illuſtriores Epicuri diſcipulos. His certè detractis, tres iidem; puta Metrodorus, Polyænus, Hermachus; continuâ ſerie deſcribuntur; quos etiam Seneca Epiſtola VI. ut ἐλλογίμους Epicuri μαθητὰς, conjunxit. Ad Timocratem quod ſpectat, ille obiter; ubi de Metrodoro; ut illius frater, poſteà memoratur; ac proinde eo loci prærer rem interpoſitus videtur. Hactenus Gaſſendus: cujus opinioni lubens accedo: quamquam Jonſius libro I. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ capite 20. receptam Laërtii ſcripturam tueatur; & Metrodorum fuiſſe Athenienſem contendat; quia ſcilicet, vel ipſo Laertio teſte, Timocrates, hujus Metrodori frater, fuit Ποτάμιος: erat autem Ποταμοὶ populus Athenienſis, Leontidis tribus, ut ſuprà docuimus. Ad Ciceronis verò & Strabonis auctoritatem quod attinet, qui Metrodorum faciunt Lampſacenum; reſpondet Jonſius, Lampſacenum, & dictum, & habitum, quia Epicurum Lampſaci docentem diu audiverat, ibique habitaverat: unde & Strabo Epicurum, qui Athenis natus eſt, quodammodo Lampſacenum eſſe dicit. Sed ſit ut hoc verum, & aliis rationibus Gaſſendi emendatio nititur, quæ me; iterum dico; in ejus ſententiam non invitum trahunt. Pæne omiſeram, Gaſſendum, in Notis ad hanc noſtram Epicuri Vitam, ἐλλόγιμον hîc pro ἐλλογίμους legere: tum quòd Metrodorus revera celeberrimus omnium Epicuri Diſcipulorum fuerit, tum quòd, tametſi alii quoque ἐλλόγιμοι recenſendi fuerint, nimis tamen multa de Metrodoro interponuntur, ut hoc accuſandi caſu comprehendi poſſint. Adde quòd peractâ Metrodori mentione, non ſequitur καὶ Πολύαινον, ut neceſſe foret; ſed Ἦν δὲ καὶ Πολύαινος.

Μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐν τῷ τρίτῳ Τιμοκράτης] Placet mirum in modum Gaſſendi emendatio, ἐν τῷ τρίτῳ Τιμοκράτει. Scripſerat Epicurus tres libros Timocratis nomine inſcriptos, quorum infrà meminit Laërtius in Indice librorum Epicuri. 23

Ἦν τε ἀκατάπληκτος πρός τε τὰς ὀχλήσεις καὶ τὸν θάνατον] Sitim tamen minùs æquo animo tuliſſe cùm intercute morbo laboraret, ſcribit Cornelius Celſus: cujus hæc ſunt verba lib. III. cap. 21. *Metrodorum tamen, Epicuri Diſcipulum, cùm hoc morbo tenturetur, neque animo ferret neceſſariam ſitim, ubi diu abſtinuerat, bibere ſolitum, deinde evomere.*

Φασὶ δὲ καὶ πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν αὐτοῦ τελευτῆσαι, πεντηκοστὸν τρίτον ἔτος ἄγοντος] Optimè Gaſſendus, poſt Ambroſium, ἄγοντα: ad Metrodorum enim hæc referri debent.

Εἶχε δὲ καὶ τὸν προειρημένον οἰκεῖόν τινα, ἀδελφὸν τοῦ Μητροδώρου, Τιμοκράτην.] Quem Timocratem, Metrodori fratrem, Adramyttenum fuiſſe, minùs rectè putat Voſſius lib. IV. de Hiſtoricis Græcis cap. 3. cùm Timocrates ille Adramyttenus alius omnino ſit ab hoc noſtro Timocrate: quemadmodum & diverſus eſt Timocrates ille Heracleota Epicureus, tempore M. Antonini, apud Lucianum in Ψευδομάντι. Verba ſunt Jonſii lib. I. de Scriptoribus Hiſtoriæ cap. 20. Citatur à Laërtio, in hac ipſa Vita, Timocrates ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Εὐφραντοῖς: qui non alius eſt à noſtro. Sed an diverſus non ſit Timocrates ille, qui ab eodem Laërtio in Zenone Cittieo citatur ἐν τῷ Δίωνι, ampliùs cogitandum, inquit Voſſius. Adverſus hunc noſtrum Timocratem ſcripſit frater ejus Metrodorus: nam Metrodori librum πρὸς Τιμοκράτην laudat in hac Vita Laërtius. Etiam Proclus ad Heſiodi Operum & Dierum librum primum, Timocratem & Metrodorum fratres ſcriptis inter ſe certaſſe ait: Τιμοκράτην δὲ καὶ Μητρόδωρον, τοὺς Ἐπικουρείους, ἀδελφοὺς ὄντας, καὶ προσκρούσαντας ἀλλήλοις ἐκδοῦναι κατ' ἀλλήλων συγγράμματα. Ciceronem adde lib. I. de Natura Deorum: *Accuſat Timocratem fratrem ſuum Metrodorus, quod dubitet omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri.* Et Plutarchum in libro, Quòd non poſſit vivi ſuaviter ſecundum Epicurum:

ἢ γὰρ οὐ τούτοις ἔοικε τὰ Μητροδώρου, πρὸς τὸν ἀδελφὸν γράφοντος; Οὐδὲν δεῖ σώζειν τοὺς Ἕλληνας, οὐδ' ἐπὶ σοφίᾳ στεφάνων παρ' αὐτῶν τυγχάνειν, ἀλλ' ἐσθίειν, καὶ πίνειν οἶνον, Τιμόκρατες, ἀβλαβῶς τῇ γαστρὶ καὶ κεχαρισμένως, &c. quæ ipſiſſima verba adducit & in libro contra Colotem: niſi quòd pro τῇ γαστρὶ, ſcriptum eſt ibi τῇ σαρκί: minùs rectè, ut videtur. Adde & Athenæum libro XII. καὶ Μητρώδορος ἐν ταῖς Ἐπιστολαῖς φησὶν, ὦ φυσιολόγε Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἀπαρτίαν ἔχει σπουδήν.

24 Πρὸς τοὺς Διαλεκτικούς] Megaricos.

Πρὸς τοὺς Σοφιστὰς ἐννέα] Meminit Plutarchus in libro Quod non vivitur jucundè ſecundum Epicurum. ὡς φησι Μητρόδωρος ἐν τοῖς Πρὸς τοὺς Σοφιστάς. Ad hos novem Metrodori contra Sophiſtas libros, ſcripſerat Galenus. Teſtatur id ipſe Galenus in libro de libris propriis cap. 17. ſed loco corrupto: Περὶ τῶν πρὸς τοὺς Σοφιστὰς, ἐν. Μητροδώρου Ἐπιστολὴ πρὸς Κέλσον Ἐπικουρείων. Ἐπιστολὴ Πουδεντιανοῦ Ἐπικουρείου. Legendum ex certiſſima Jonſii conjectura, Περὶ τῶν πρὸς τοὺς Σοφιστὰς ἐννέα Μητροδώρου. Ἐπιστολὴ πρὸς Κέλσον Ἐπικούρειον, &c. Duo Epicurei Celſi exſtitere: unus, qui vixit ſub Nerone; alter, qui ſub Hadriano, & poſt Hadrianum. Origenes libro I. contra Celſum: δύο δὲ παρειλήφαμεν Κέλσους γεγονέναι Ἐπικουρείους· τὸν μὲν, πρότερον, κατὰ Νέρωνα· τοῦτον δὲ, κατ' Ἀδριανὸν, καὶ κατωτέρω. Ad neutrum igitur ſcribere potuit Metrodorus. De variis Metrodoris, legendus Jonſius lib. I. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ cap. 20. Hos inter, fuit & Metrodorus alius, itidem Lampſacenus; Anaxagoræ familiaris; de quo ſuprà in Anaxagora. Ceterum omiſit Diogenes noſter in Elencho librorum Metrodori, librum Περὶ Ποιητῶν, quem citat Plutarchus in Commentario Quod non vivitur ſuaviter ſecundum Epicurum: & librum Περὶ φιλοσοφίας, memoratum eidem Plutarcho in librum contra Colotem extremo, ὃ δὲ Μητρόδωρος ἐν τῷ Περὶ Φιλοσοφίας, &c. ſed qui forſan diverſus non eſt à libro Περὶ τῆς ἐπὶ Σοφίαν πορείας, quem recenſuit hoc loco Laërtius. Emendabimus obiter Plutarchum in dicto Commentario Quod non vivitur ſuaviter ſecundum Epicurum: ὁ δὲ Μητρόδωρος ἀντίκρυς περὶ Φιλοσοφίας εἰρηκεν, ὡς εἰ μὴ καθηγήσατο Δημόκριτος, οὐκ ἂν προῆλθεν Ἐπίκουρος ἐπὶ τὴν σοφίαν. ſcriptum fuiſſe exiſtimamus, ὁ δὲ Μητρόδωρος ἀντικρὺς ἐν τῷ περὶ Φιλοσοφίας, &c. Omiſit Laërtius & librum contra Timarchum, cujus meminit & Plutarchus in libello contra Colotem: & librum Περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων, memoratum Clementi Alexandrino in II. Στρωματέων.

Ἦν καὶ Πολύαινος Ἀθηνοδώρου Λαμψακηνός, &c.] Meminit, ut magni Mathematici, Cicero lib. IV. Academ. Quæſt. *Ne illud quidem Phyſici eſt credere aliquid eſſe minimum. Quod profectò numquam putaviſſet*, (Epicurus) *ſi à Polyæno familiari ſuo Geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam dedocere.* Etiam Plutarchus, in utroque libro contra Colotem, hujus Polyæni meminit: nec ſemel.

Ἕρμαρχος] Cujus plurima mentio in Epicuri teſtamento.

Περὶ τῶν μαθητῶν] Argutè Caſaubonus, Περὶ τῶν μαθημάτων. 25

Ἐτελεύτα δὲ παρὰ Λυσίᾳ] An ſcripſerit Laërtius παραλύσει? Ita exiſtimo: nihil tamen muto.

Λεοντεύς τε Λαμψακηνός] Plutarchus contra Colotem II. καὶ Λεοντεὺς εἰς τῶν ἐπ' ἄκρον Ἐπικούρου μαθητῶν, πρὸς Λυκόφρονα γράφων, &c. De Leonteo illo, vide nos ſuprà. Etiam Lampſacenum fuiſſe, teſtatur Strabo lib. XIII.

Ἔτι τε Κολώτης] Scripſerat librum hoc titulo, Ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων Φιλοσόφων δόγματα, οὐδὲ ζῆν ἐστιν. quem Regi Ptolemæo nuncupaverat. Huic libro duos oppoſuit Plutarchus: primum, Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον; alterum, Πρὸς Κολώτην. In hoc; quod ſupra notavimus; notat Plutarchus, ſolitum Epicurum *Colotaram* & *Colotarium*, eum ὑποκορίζεσθαι.

Καὶ Ἰδομενεύς] Clarus literis quas ad eum ſcripſit Epicurus. Qua de re Senecâ Epiſt. XXI. *Exemplum enim Epicuri referam. Cùm Idomeneo ſcriberet, & illum à vitâ ſpecioſâ ad fidelem ſtabilemque gloriam revocaret, rigidæ tunc potentiæ magiſtrum, & magna tractantem*, Si gloriâ, *inquit*, tangeris, notiorem te Epiſtolæ meæ facient, quàm omnia iſta quæ colis, & propter quæ coleris. *Quis Idomeneus noſſet, niſi Epicurus illum ſuis literis incidiſſet? Omnes illos Megiſtanas, & Satrapas, & Regem ipſum, ex quo Idomenei titulus petebatur, oblivio altâ ſuppreſſit.*

Καὶ αὐτοὶ Λαμψακηνοί] Idomeneum fuiſſe Lampſacenum, teſtatur & Strabo lib. XIII.

Καὶ Πολύστρατος, ὁ διαδεξάμενος Ἕρμαρχον] Polyſtrati Epicurei meminit Valerius Maximus, loco à nobis ſuperiùs memorato, ubi de Epicureorum amicitia agebamus. Sed an idem ſit ac Polyſtratus ille Hermachi in Schola Epicuri ſucceſſor, aliis examinandum relinquo.

Ὃν διεδέξατο Διονύσιος] Accipio de Dionyſio τῷ μετακεμένῳ, de quo ſuprà in ejus Vita.

Ὃν Βασιλίδης] Baſilidem Stoicum novi è Sexto Empirico contra Mathem. pag. 267. & Baſilidem Grammaticum, Homeri Enarratorem, ex Etymologo. At Baſilidem Epicureum, niſi ex hoc Laërtii loco, non novi.

Καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κηποτύραννος] Sic dictum putat Gaſſendus, quod ſic in hortis Epicuri regnaret, quemadmodum in Judiciis regnaſſe Demoſthenes dictus eſt. Optimè. Ita Virgilius:

Thucydides Tyrannus Atticæ febris.

id eſt, (ut rectè Pithœus) qui in Attica peſte deſcribenda regnum oris exercuit. Sic Anacreon:

Ἄγε ζωγράφων ἄριστε,
Ῥοδίης Τύραννε τέχνης.

Similiter *regnum loquendi* Manilius dixit: *Regem ſermonum* Lucianus: *regnum forenſe*, & *regnare in foro*, Cicero.

Οἳς ὑπὲρ τετρακόσια συνέγραψε βιβλία] Quos inter Περὶ τοῦ Ἐπικούρου βίου: quem librum ſuprà memoravit Laërtius.

Δύ-

Δύο τε Πτολεμαῖοι Ἀλεξανδρεῖς, &c.] Non mihi noti aliunde.

Ζήνων τε ὁ Σιδώνιος] Diximus ad Zenonem Cittieum.

26 Καὶ Δημήτριος, ὁ ἐπικληθεὶς Λάκων] Diſcipulus Protarchi Epicurei Bargyleenſis, teſte Strabone lib. XIV. Ἐκ δὲ τῶν Βαργυλίων ἀνὴρ ἐλλόγιμος ἦν ὁ Ἐπικούρειος Πρώταρχος, ὁ Δημητρίου καθηγησάμενος, τοῦ Λάκωνος προσαγορευθέντος. Meminit, ut Epicurei celebris, Sextus Empiricus contra Mathemat. pag. 285. Δημήτριος δὲ ὁ Λάκων, τῶν κατὰ τὴν Ἐπικούρειον αἵρεσιν ἐπιφανῶν, &c. Citatur eidem Sexto lib. III. Pyrrhoniarum Hypotyp. cap. 17. & adverſus Mathemat. p. 417. Citatur & Erotiano in Voce κλαγγώδη· Δημήτριος μὲν ὁ Ἐπικούρειος κλαγγώδη ὄμματα ἐνόμισε τὰ εὐκίνητα, δεινῶς ἁμαρτάνων.

Διογένης τε ὁ Ταρσεύς, ὁ τὰς ἐπιλέκτους Σχολὰς συγγράψας] Veteres Græci σχολὰς vocabant *Diſputationes*. Cicero Tuſcul. I. *Itaque dierum quinque Scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli.* Ibidem: *Ut jam etiam Scholas Græcorum more auderemus.* Vocabant & σχόλια breves quaſdam Annotationes. Hujuſmodi fuere Scholiorum libri centum ab Amelio Philoſopho ſcripti, quorum meminit Porphyrius in Plotini Vita. Ejuſdem argumenti fuiſſe videntur libri ἐπιλέκτων Σχολῶν à Diogene Tarſenſi compoſiti; inquit Valeſius ad lib. IV. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebii. Harum Selectarum Scholarum librum primum, quintum & viceſimum, citat Noſter in hac ipſa Vita. Meminit & Strabo lib. XIV. τῶν δ' ἄλλων Φιλοσόφων,

Οὓς κὲν ἐϋγνοίην, καὶ τοὔνομα μυθησαίμην,
Πλουτιάδης τε ἐγένετο, καὶ Διογένης τῶν περιπολιζόντων, καὶ Σχολὰς διατιθεμένων εὐφυῶς. Quæ verba non aſſecutus eſt Interpres; qui vertit, *Plutiades, & Diogenes, qui urbes profecti Scholas dextrè inſtituerunt.* Scripſerat idem Diogenes Tarſenſis Ἐπιτομὴν τῶν Ἐπικούρου Ἠθικῶν δογμάτων, teſte hîc eodem Laërtio. Vide ſuprà in Diogene Cynico.

Ὠρίων] Non mihi aliunde notus. Fuit hoc nomine Etymologus quidam recentior, memoratus ſæpe auctori Magni Etymologici. Ejus Etymologiarum libros in Italia exſtare audio.

Ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι Ἐπίκουροι, τρεῖς] Præter hos tres Epicuros, fuere & tres alii: Epicurus, Metrodori filius; de quo Epicurus noſter in Teſtamento: Epicurus, Lachetis pater; de quo Thucydides: & Epicurus, Demophili ſocius; de quo Plutarchus.

Γέγονε δὲ πολυγραφώτατος, πάντας ὑπερβαλλόμενος πλήθει βιβλίων, &c.] Chryſippo excepto. Ipſe Laërtius in Proœmio: πολλὰ δὲ Ζήνων, πλείω Ξενοφάνης, πλείω Δημόκριτος, πλείω Ἀριστοτέλης, πλείω Ἐπίκουρος, πλείω Χρύσιππος. Huc ſpectat quod ait Origenes contra Celſum lib. I. neminem, quæ Epicuri ſunt, omnia noſſe poſſe.

Ἐζήλου δὲ αὐτὸν Χρύσιππον, &c.] Vide ſuprà ad Chryſippum. Vide & Heſychium Mileſium, qui integrum hunc locum ad verbum exſcripſit.

Εἰ γάρ τι γράψαι ὁ Ἐπίκουρος] Caſaub. γράψαι, quemadmodum legitur in Editione Stephanica. γράψαιτο, Gaſſendus.

Καὶ τὸ ἐπελθὸν καὶ ἀδιόρθωτα εἴλκε τῷ ἐπείγεσθαι] 27
Ἀδιόρθωτον, Gaſſendus, & Editio Stephani. Manuſcripti: καὶ τὰ αὐτὰ, καὶ ἀδιόρθωτα, &c. Junius: καὶ τὸ μὴ ἐπελθεῖν, καὶ ἀδιόρθωτον εἴλκε τῷ μὴ ἐπείγεσθαι. Locus obſcurus.

Καθάπερ καὶ παρὰ Ζήνωνί ἐστιν εὑρεῖν καὶ παρὰ Ἀριστοτέλει.] Iniquè facit Laërtius, inquit Nunneſius in Notis ad Vitam Ariſtotelis, qui Ariſtoteli eamdem notam, quam Stoicis inurat: cùm Stoici, ut ſcribit Galenus, teſtimoniis Poëtarum ſua paſſim confirmarent; immo & integris Poëmatis aliquando ſua aſſererent. quod nuſquam ab Ariſtotele factum videmus. Sed ut ſuam ſententiam, & veritatem magis confirmet, aliorum decreta, & argumenta, quibus illa confirmarent, profert, ac diligenter refellit. neque omnia quidem, ſed ea tantùm quæ εὔλογα viderentur, & aut rationum pondere, aut philoſophorum auctoritate, poterant aliquem conturbare. Ceterùm hæc Laërtii verba, καθάπερ καὶ παρὰ Ζήνωνί ἐστιν εὑρεῖν, καὶ παρὰ Ἀριστοτέλει, non cepit Bajuletus. Exiſtimavit enim iis ſignificari, ſcriptum inveniri apud Zenonem atque Ariſtotelem, Chryſippum eadem ſæpe ſcripſiſſe, & ea quæ ſibi illico in mentem veniebant; & feſtinatione parum emendata; teſtimoniaque in ejus libris tot ineſſe, ut eis ſolis referti eſſent. Eſt autem error ille longè graviſſimus; cùm enim obiit Ariſtoteles, necdum natus erat. Bajuletum videſis in ſuo de Eruditorum libris Judicio, tomo capite

Περὶ Φύσεως, λζ'.] Meminit Galenus Commentario in librum I. Hippocratis de Natura humana. Citatur inferiùs à Laërtio, primus, undecimus, duodecimus, decimus quartus, & decimus quintus.

Περὶ ἀτόμων καὶ κενοῦ] Quem Cleomedes lib. II. cap. 1. videtur appellare τὰς τῶν ὅλων ἀρχὰς, inquit Gaſſendus in Apologia.

Ἐπιτομὴ τῶν πρὸς τοὺς Φυσικούς] Duplex autem fuit; magna, & parva. Parva, ſcripta eſt ad Herodotum. Vide infrà.

Πρὸς τοὺς Μεγαρικοὺς διαπορίαι] Διαπορίαι, ſimpliciter, dicuntur Plutarcho lib. adverſus Colotem, extremo.

Κυρίαι δόξαι] De his Cicero de Finibus lib. II. *In alio vero libro, ubi breviter comprehenſis graviſſimis ſententiis, quaſi oracula edidiſſe Sapientia dicitur,* (Epicurus) *ſcribit his verbis, quæ nota tibi profectò, Torquate, ſunt: quis enim veſtrum non edidicit Epicuri κυρίας δόξας, id eſt, maximè ratas? quia graviſſima ſint ad beatè vivendum breviter enuntiatæ Sententiæ.* Et lib. VII. de Natura Deorum: *In illis ſelectis ejus* (Epicuri) *brevibuſque Sententiis, quas appellatis κυρίας δόξας, hæc, ut opinor, prior Sententia eſt, Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* τὰς ῥητὰς λέξεις, vocat Empiricus contra Mathematicos pag. 320. τάχα δὲ, inquit, οἱ ἀπὸ τῶν κήπων, ὡς αἱ ῥηταὶ τοῦ Ἐπικούρου λέξεις μαρτυροῦσι, θεὸν ἀπολείπουσι. Non

prætereundum quod de eo libro refert Anonymus apud Suidam : εἶχε δὲ τὸ βιβλίον τὰς Ἐπικούρου δόξας, ἃς ἐκεῖνοι κυρίας οὕτω καλοῦσιν· Ἐπικούρου κυκὰ γνωρίσματα· ἐν αἷς καὶ τόδε ἦν, ὅτι καὶ τόδε τὸ πᾶν φέρεται τύχῃ τινι, οὐ μὴν βουλήσει, καὶ κρίσει θεῶν.

Περὶ αἱρέσεων] Vertit uterque Interpres *de Sectis* : item Jonſius lib. I. cap. 20. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ. At Gaſſendus, *de Electionibus* : quòd in hoc libro Epicurus proſequutus non videatur Sectarum hiſtoriam, ſed moralem inſtitutionem, quæ circa delectum rerum occupabatur, ut Laërtius ipſe indicat ſub finem Epiſtolæ ad Menœceum : ubi & docet genus Ethicum totum eſſe περὶ αἱρέσεως καὶ φυγῆς. Adde quòd in MSS. Regiæ Bibliothecæ conjungitur hic liber cum ſequenti ; ſic, Περὶ αἱρέσεων καὶ περὶ φυτῶν. In quibuſdam ſcriptum eſt Περὶ αἱρέσεως καὶ φυτῶν. Quare non diſplicet Gaſſendiana emendatio Περὶ αἱρέσεων καὶ φυγῶν, id eſt, *de Electione & fuga* : imm... , mirum in modum placet.

Περὶ τέλους] Citatur à Plutarcho in Commentario, contra Colotem. *De finibus bonorum & malorum* Cicero appellat ; quod rectè Gaſſendus obſervabat.

Περὶ κριτηρίου, ἢ κανών] Vertit Cicero lib. I. de Natura Deorum, *de Regula & Judicio.*

Χαιρέδημος, ἢ Περὶ θεῶν] Chæredemus ille, cujus nomine librum de Diis Epicurus inſcripſit, fuit ejus frater, ut diſcere eſt ex Laërtio ſuprà, initio hujuſce Vitæ. Ejus, & Metrodori, & Ariſtobuli, mortuorum, memoriam ſcriptis eum coluiſſe, obſervat Plutarchus in libello de Occultè vivendo ; his verbis ; ubi de Epicuro : τί δὲ αἱ τοσοῦται μυριάδες στίχων ἐπὶ Μητροδώρου, ἐπὶ Ἀριστόβουλον, ἐπὶ Χαιρέδημον γραφόμεναι καὶ συνταττόμεναι φιλοπόνως ; ἵνα μὴ ἀποθανόντες λάθωσιν. Etiam Ariſtobuli, fratris, & Metrodori, Diſcipuli, nomine, libros inſcripſerat ; de quibus mox Laërtius.

Περὶ ὁσιότητος, ἢ Ἡγησιάναξ] Meminit hujus Hegeſianactis Plutarchus in Commentario, Quòd non poteſt vivi ſuaviter ſecundùm Epicurum : ταῦτα γὰρ ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς Ἐπίκουρος εἴρηκε, καὶ περὶ τῆς Ἡγησιάνακτος τελευτῆς, πρὸς Δοσίθεον γράφων τὸν πατέρα, καὶ Πύρσωνα τὸν ἀδελφὸν τοῦ τεθνηκότος. Hujus autem libri de Sanctitate meminit Tullius lib. I. de Natura Deorum : *At etiam de Sanctitate ; de pietate adverſus Deos, libros ſcripſit.*

Περὶ βίων, δ'.] *De vita & moribus* interpretatur Gaſſendus ; quem vide. Etiam infrà, Περὶ βιωτικῶν.

28 Νεοκλῆς, πρὸς Θεμίσταν] Neocles ille, frater fuit Epicuri. De eo nos ſuprà ; quemadmodum & de Themiſta.

Συμπόσιον] Citatur à Plutarcho Sympoſiac. lib I. Quæſt. 1. & libro Quòd non poſſit vivi ſuaviter ſecundùm Epicurum. Meminit & Athenæus lib. V.

Περὶ ἁφῆς] Accipit Gaſſendus de Atomorum tangibilitate : quippe Inane appellabat Epicurus τὸ ἀναφές.

Περὶ φαντασίας] Quo nomine intelligitur ; ut rectè hoc loco Gaſſendus animadvertit ; impreſſio ejus, quod apparet in facultate cognoſcente ; non verò ipſa facultas, ut vulgò hæc vox in Scholis accipitur.

Περὶ δώρων καὶ χάριτος] Meminit Sextus Empiricus contra Mathemat. pag. XI. ἐν γοῦν τῷ Περὶ δώρων καὶ χάριτος ἱκανῶς πεῖρᾶται διδάσκειν, (Epicurus) ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τοῖς Σοφοῖς μανθάνειν γράμματα.

Πολυμήδης] Epicuri ; ut videtur Gaſſendo, familiaris.

Περὶ νότων δόξαι, πρὸς Μίθρην] Περὶ νόσων, Gaſſendus ; quem videſis hoc loci ; & in Apologia.

Καλλιστόλας] Et hunc etiam ex Epicuri familiaribus fuiſſe, veroſimiliter exiſtimat Gaſſendus.

Περὶ βασιλείας] Citatur à Plutarcho in Commentario Quòd non poteſt vivi ſuaviter, &c.

Ἀναξιμένης] Rectè Gaſſendus accipit de Anaximene Lampſaceno ; de quo Strabo libro XIV. cujus verba ſuprà retulimus.

Ἐπιστολαί] Vide omnino Gaſſendum.

Ceterum præter hos memoratos à Laërtio Epicuri libros, ſcripſerat Epicurus & librum Περὶ Ῥητορικῆς, commemoratum à Scholiaſte Hermogenis ; his verbis : ὁ δὲ γε Ἐπίκουρος ἐν τῷ Περὶ Ῥητορικῆς, αὐθαδέστερον οἶμαι λέγων, φησὶν αὐτὸς μόνος εὑρηκέναι τέχνην πολιτικῶν λόγων. Item, libros Πρὸς Θεόφραστον ; quorum ſecundus citatur à Plutarcho in libro contra Colotem. Ariſtoteli infenſum fuiſſe Epicurum, ſcribit Sextus Empiricus in Præfatione contra Mathematicos. Etiam alibi Ariſtotelicis Epicureos contradicere ; ut Epicureis Stoicos ; ille nos docet. Quod & Proclus Commentario III. in I. Euclidis animadvertit : ut proinde mirum non ſit ſcripſiſſe Epicurum adverſus Theophraſtum, Ariſtotelis præcipuum Diſcipulum, & Scholæ ejus ſucceſſorem. Scripſit Epicurus & librum de Voluptate, teſte Cicerone libro II. de Divinatione. Hunc ſignificaſſe Laërtium putabat Gaſſendus, cùm ſcripſit ſuprà, Democriti de Atomis libros & Ariſtippi de Voluptate ſuos eſſe dixiſſe. Scripſit & alia ; quæ vide apud Gaſſendum in Apologia Epicuri libro I. cap. ultimo.

Μίκν δὲ αὐτῶν, εἰ δοκεῖ ἐν αὐτοῖς, ἐκθέσθαι πειράσομαι, &c.] Locus corruptus. Lege cum Caſaubono. Ἐπιτομὴν δὲ αὐτῶν, εἰ δοκεῖ, ἐκθέσθαι πειράσομαι· vel cum Gaſſendo, Συντομίαν δὲ αὐτῶν, εἰ δοκεῖ, ἐκθέσθαι πειράσομαι. Hæc porrò verba ἐν αὐτοῖς, rectè in MSS. & in ceteris editionibus, deſiderantur.

Ὥστε σε πανταχόθεν καταμαθεῖν τὸν ἄνδρα] Mulierem illam compellat Laërtius, cui opus ſuum dicavit ; de qua vide nos ſuprà ad Procœmium Laërtii, & ad Platonis Vitam. 29

Ἐν ἐνὶ τῷ ἐπιγραφομένῳ Κανών] Quo nomine &c. Statuam & Librum fecerat Polycletus. De Statua, teſtatur Plinius libro XXXIV. capite 8. ubi de Polycleti Statuis : *Fecit & quem* Canona *Artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam : ſoluſque hominum artem ipſe feciſſe, artis opere judicatur.* Et Galenus in libro de Temperamentis : καί που τις ἀνδριὰς ἐπαινεῖται, Πολυκλείτου 30

Κανὼν ὀνομαζόμενος, ἐκ τοῦ πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τὴν πρὸς ἄλληλα συμμετρίαν ἔχειν, ὀνόματος τοιούτου τυχών. Meminit & Ælianus Variarum Hiſtoriarum XIV. 8. ſed obſcuriùs: Δύο εἰκόνας εἰργάσατο Πολύκλειτος κατὰ τὸ αὐτό. τὴν μὲν, τοῖς ὄχλοις χαριζόμενος· τὴν δὲ, κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης. De Statua, & de Libro ſimul, teſtatur Galenus libro V. de Placitis Hippocratis & Platonis: καθάπερ ἐν τῷ Πολυκλείτου Κανόνι γέγραπται· πάσας γὰρ ἐκδιδάξας ἡμᾶς ἐν ἐκείνῳ τῷ συγγράμματι τὰς συμμετρίας τοῦ σώματος, ὁ Πολύκλειτος ἔργῳ τὸν λόγον ἐβεβαίωσε, δημιουργήσας ἀνδριάντα κατὰ τὰ τοῦ λόγου προστάγματα, καὶ καλέσας δὴ καὶ αὐτὸν τὸν ἀνδριάντα, καθάπερ καὶ τὸ σύγγραμμα, Κανόνα.

Καὶ ταῖς Ἐπιστολαῖς κατὰ στοιχεῖον] κατὰ στοιχεῖον, hoc eſt στοιχειωδῶς, ut infrà loquitur Laërtius: καὶ ταῦτα δὲ περὶ τῆς διαιρέσεως, καὶ τοῦ κριτηρίου στοιχειωδῶς. Στοιχείωσις, eſt διατύπωσις, ἢ πρώτη μάθησις, ut ait Heſychius. Horatius libro I. epiſt. I.

Reſtat ut his ego me ipſe regam, ſolerque elementis.

Male Aldobrandinus, *literarum ordine.*

31 Τὴν Διαλεκτικὴν, ὡς παρέλκουσαν, ἀποδοκιμάζουσιν] Audiendus Sextus Empiricus contra Mathematicos paginâ 140. Ἐπὶ τὸ Λογικὸν κατηνέχθησαν μέρος, οἱ περὶ Παυθοΐδην, καὶ Ἀλεξῖνον, καὶ Εὐβουλίδην, καὶ Βρίσωνα, Διονυσόδωρόν τε καὶ Εὐθύδημον Θούριον. ὧν μέμνηται καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ· τῶν δὲ διμερῆ τὴν Φιλοσοφίαν ὑποστησαμένων, Ξενοφάνης μὲν ὁ Κολοφώνιος τὸ Φυσικὸν ἅμα καὶ Λογικὸν, ὥς φασί τινες, μετῆρχετο. Ἀρχέλαος δὲ ὁ Ἀθηναῖος, τὸ Φυσικὸν καὶ Ἠθικόν· μεθ' οὗ τινες καὶ τὸν Ἐπίκουρον τάττουσιν, ὡς καὶ τὴν Λογικὴν θεωρίαν ἐκβαλόντα. Ἄλλοι δὲ ἦσαν, οἱ φασι μὴ κοινῶς αὐτὸν τὴν Λογικὴν παρῃτῆσθαι, μόνην δὲ τὴν τῶν Στωϊκῶν· ὥστε δυνάμει, τριμερῆ πάλιν ἀπολείπειν τὴν Φιλοσοφίαν. *Ad Logicam autem deluti ſunt partem Panthoïdes, & Alexinus, & Eubulides, & Briſon, & Dionyſodorus, & Euthydemus Thurius; quorum Plato quoque meminit in Euthydemo. Ex iis autem qui ſtatuerunt Philoſophiam habere duas partes, Xenophanes quidem Colophonius perſecutus eſt, ut dicunt nonnulli, Naturalem ſimul partem & Logicam. Archelaus autem Athenienſis, & Naturalem, & eam quæ verſatur in moribus, cum quo ponunt etiam nonnulli Epicurum, ut qui Logicam expelleret contemplationem. Alii autem fuerunt, qui dicebant non eum communiter recuſare Logicam, ſed ſolùm Logicam Stoïcorum: adeò ut poteſtatè relinquat tres partes habere Philoſophiam.*

32 Ὅθεν καὶ περὶ τῶν δήλων ἀπὸ τῶν φαινομένων χρῆ σημειοῦσθαι] Quod οὐκ ἀντιμαρτύρησιν Epicurei appellant. Id nos docuit Sextus Empiricus adverſus Mathemat. pag. 177. cujus verba mox adducimus.

33 Οἷον τὸ, Τοιοῦτόν ἐστιν ἄνθρωπος. ἅμα γὰρ τῷ ῥηθῆναι ἄνθρωπος, εὐθὺς κατὰ πρόληψιν καὶ ὁ τύπος αὐτοῦ νοεῖται] Appoſitè in hanc ſententiam Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 187. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἐπίκουρον, καὶ δεικτικῶς ᾠήθησαν δύνασθαι τὴν ἐπίνοιαν τοῦ ἀνθρώπου παρίστασθαι, λέγοντες, ἄνθρωπός ἐστι, τοιουτονὶ μόρφωμα μετ' ἐμψυχίας. *Epicurei autem exiſtimarunt ſe poſſe vel judicando ſtatuere hominis notionem, dicentes, Homo eſt, id quod eſt tali forma præditum cum animatione.*

Δεῖ γὰρ κατὰ πρόληψιν ἐγνωκέναι ποτὲ ἵππου καὶ βοὸς μορφήν· &c.] Sextus ibidem, pag. 186. εἰπερ οὖν καταληπτόν ἐστι τουτὶ τὸ κριτήριον, πολὺ πρότερον ὀφείλει ἐπινοεῖσθαι παρ' ὅσον πάσης καταλήψεως ἐπίνοια προηγεῖται. *Si ergo comprehendi poteſt hoc quod judicat, longè priùs debet haberi ejus notio, quandoquidem omnem comprehenſionem præcedit notio.*

Καὶ τὸ Δοξαστόν.] Δοξασθὲν. Giphanius. Cave quid mutes.

Τὴν δὲ δόξαν, καὶ ὑπόληψιν λέγουσιν· ἀληθῆ τέ 34
φασι καὶ ψευδῆ, &c.] Quod etiam teſtificatur Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 177. οὐκοῦν τῶν δοξῶν, κατὰ τὸν Ἐπίκουρον, αἱ μὲν ἀληθεῖς εἰσιν, αἱ δὲ ψευδεῖς· ἀληθεῖς μὲν, αἵτε ἐπιμαρτυρούμεναι, καὶ οὐκ ἀντιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας· ψευδεῖς δὲ αἵτε ἀντιμαρτυρούμεναι, καὶ οὐκ ἐπιμαρτυρούμεναι πρὸς τῆς ἐναργείας. ἔστι δὲ ἐπιμαρτύρησις μὲν, κατάληψις δι' ἐναργείας τοῦ τὸ δοξαζόμενον τοιοῦτον εἶναι, ὁποῖόν ποτε ἐδοξάζετο· οἷον Πλάτωνος μακρόθεν προσιόντος, εἰκάζω μὲν καὶ δοξάζω παρὰ τὸ διάστημα, ὅτι Πλάτων ἐστί· προσπελάσαντος δὲ αὐτοῦ, προσεμαρτυρήθη ὅτι Πλάτων ἐστὶ, συναιρεθέντος τοῦ διαστήματος· καὶ ἐπιμαρτυρήθη δι' αὐτῆς τῆς ἐναργείας. Οὐκ ἀντιμαρτύρησις δέ ἐστιν, ἀκολουθία τοῦ ὑποσταθέντος καὶ δοξασθέντος ἀδήλου τῷ φαινομένῳ· οἷον ὁ Ἐπίκουρος λέγων εἶναι κενὸν, ὅπερ ἐστὶν ἄδηλον πιστοῦται δι' ἐναργοῦς πράγματος τοῦτο, τῆς κινήσεως· μὴ ὄντος γὰρ κενοῦ, οὐδὲ κίνησις ὤφειλεν εἶναι, τόπον μὴ ἔχοντος τοῦ κινουμένου σώματος εἰς ὃν περιστήσεται, διὰ τὸ πάντα πλήρη εἶναι καὶ ναστά &c. *Ex Epicuri ergo ſententia, opinionum aliæ quidem ſunt veræ, aliæ verò falſæ. Veræ quidem, quibus adteſtatur evidentia: falſæ verò, adverſus quas fertur teſtimonium, & non adteſtatur evidentia. Eſt autem adteſtatio quidem, comprehenſio per evidentiam, quòd id quod opinamur, tale ſit quale opinamur. ut Platone procul accedente, conjicio quidem & opinor ex intervallo quòd ſit Plato. Cùm autem ipſe appropinquarit, fit adteſtatio quòd ſit Plato, ſublato intervallo: tulit autem teſtimonium ipſa evidentia. Adverſùs aliquid autem non ferre teſtimonium, eſt conſequentia ejus quod conſtituitur & quod venit in opinionem, quod eſt incertum & non evidens, per id quod apparet: ut Epicurus dicens eſſe Inane, quod quidem eſt incertum & non evidens, hoc probat per rem evidentem, nempe per motum. Nam ſi non ſit Inane, nec debet eſſe motus, cùm corpus quod movetur; non habet locum in quo ſe ſiſtat, cùm omnia ſint plena & ſolida.*

Ἐπιστολὴ Ἡροδότῳ.] Hujus Epiſtolæ meminit Epicurus ipſe infrà in Epiſtola ad Pythoclem, necnon Achilles Tatius in Prolegomenis ad Arati Phænomena.

Τὸν τύπον τῆς ὅλης πραγματείας τὸν κατεστοιχει- 35
ωμένον δεῖ μνημονεύειν] Emenda, τῷ τύπῳ ὅλης πραγματείας τῶν κατεστοιχειωμένων. MSS. Regii habent κατεστοιχειωμένων.

Βαδιστέον μὲν οὖν καὶ ἐπ' ἐκεῖνα, καὶ συνεχῶς ἐν τῇ 36

μνήμη τοσοῦτον ποιητέον] Gaſſendus rectè, καὶ ἐπέκεινα συνεχῶς ἐν τῇ μνήμῃ τοσοῦτον ποιητέον. Eum vide.

37 Τοῖς οἰκειωμένοις Φυσιολογίᾳ] Ita apud M. Antoninum libro I. τῶν εἰς ἑαυτὸν ſect. 3. οἰκειωθῆναι Φιλοσοφίᾳ.

38 Συνοραῖν ἤδη] Gaſſendus, συνοραῖν δεῖ.

Οὐδὲν γίγνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος] Addit Gaſſendus, καὶ οὐδὲν φθείρεται εἰς τὸ μὴ ὄν. ingeniosè prorſus. Eum vide; & nos ſuprà, ad Democritum.

39 Καὶ μὴν καὶ τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν, οἷον νῦν ἐστι, καὶ ἀεὶ τοιοῦτον ἔσται] Euſebius Præparationis Evangelicæ lib. I. capite 8. Ἐπίκουρος, Νεοκλέους, Ἀθηναῖος, τὸν περὶ θεῶν τύφον πειρᾶται καταστέλλειν· ἀλλὰ καὶ οὐθὲν, φησὶ, γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ὅτι τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν καὶ ἔσται τοιοῦτον· ὅτι οὐδὲν ξένον ἀποτελεῖται ἐν τῷ παντὶ, παρὰ τὸν ἤδη γεγενημένον χρόνον ἄπειρον. ὅτι πᾶν ἐστι σῶμα, καὶ οὐ μόνον ἀμετάβλητον, ἀλλὰ καὶ ἄπειρον· ὅτι τέλος τῶν ἀγαθῶν ἡδονή. Conſule Gaſſendum; qui in ſequentibus rectè emendat καὶ παρὰ τὸ πᾶν, pro eo quod vulgò legitur παρὰ γὰρ τὸ πᾶν.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐπιτομῇ, &c.] Aliter legit hunc locum Gaſſendus. Eum videſis.

40 Εἰ μὴ ἦν ὁ κενὸν καὶ χώραν καὶ ἀναφῆ φύσιν ὀνομάζομεν] Egregiè, ut ſolet, Sextus adverſus Mathematicos pag. 380. ubi de loco: διὸ προληπτέον, ὅτι κατὰ τὸν Ἐπίκουρον τῆς ἀναφοῦς καλουμένης φύσεως, τὸ μέντοι ὀνομάζεσθαι κενὸν· τὸ δὲ, Τόπος· τὸ δὲ, Χώρα· μεταλαμβανόμενον δὲ κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς τῶν ὀνομάτων. ἐπείπερ ἡ αὐτὴ φύσις ἔρημος μὲν καθεστηκυῖα παντὸς σώματος, Κενὸν προσαγορεύεται· καταλαμβανομένη δὲ ὑπὸ σώματος, Τόπος καλεῖται· χωρούντων δὲ δι' αὐτῆς σωμάτων, Χώρα γίνεται· κοινῶς μέντοι φύσις ἀναφὴς εἴρηται παρὰ τῷ Ἐπικούρῳ, διὰ τὸ ἐστερῆσθαι κατὰ ἀντίβασιν ἁφῆς. *Quamobrem prius ſumendum eſt, quòd ex ſententia Epicuri, non tactilis quæ vocatur Natura, alia quidem appellatur* Inane, *alia verò* Locus, *alia verò* Regio; *pro variis applicationibus mutatis & variè ſumptis nominibus. Quandoquidem eadem Natura, ab omni quidem corpore deſerta, appellatur* Inane: *ſi autem à corpore comprehendatur*, Locus: *corporibus autem per eam tranſeuntibus*, Regio. *Communiter quidem certè apud Epicurum dicta eſt* Natura non tactilis: *propter privationem incurſus in tactum.* Ceterùm in textu Laërtii, emendat Gaſſendus, εἰ δὲ μὴ ἦν, ὃ καὶ Κενόν.

Παρὰ δὲ ταῦτα οὐθὲν οὔτε ἐπινοηθῆναι δύναται, &c.] παρὰ δὲ ταῦτα οὐθὲν ἐπινοηθῆναι δύναται, Gaſſendus: qui & mox legit, εἰ μὲν αὐτὰ ἦν, ὡς καθ' αὑτὰς φύσεις.

Συμπτώματα, ἢ συμβεβηκότα] *Conjuncta & eventa* Lucretius appellat. Conſule Gaſſendum. Adde locum Sexti Empirici adverſus Mathematicos 417. Ἐπίκουρος δὲ, ὡς αὐτὸν Δημήτριος ὁ Λάκων ἐξηγεῖται, τὸν χρόνον, σύμπτωμα συμπτωμάτων εἶναί λέγει, παρεπόμενον ἡμέραις τε καὶ νυξὶ, καὶ ὥραις καὶ πάθεσι, καὶ ἀπαθείαις καὶ κινήσεσι καὶ μονῇσι· πάντα γὰρ ταῦτα συμπτώματά ἐστί τισι συμβεβηκότα· καὶ ὁ χρόνος πᾶσι τούτοις συμπαρεπόμενος, εἰκότως ἂν λεχθείη σύμπτωμα συμπτωμάτων. *Epicurus autem, ut ipſe Demetrius Lacon exponit tempus, dicens id eſſe accidens accidentium, conſequens & dies & noctes, & horas & affectiones, & imparibilitates, & motus, & manſiones. Omnia enim hæc accidentia aliquibus accidunt, & Tempus hæc omnia conſequens, meritò dici poterit accidens accidentium.*

Καὶ μὴν καὶ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων ἄπειρόν ἐστι τὸ Πᾶν, καὶ τῷ μεγέθει τοῦ Κενοῦ.] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 363. ὁ δὲ Ἐπίκουρος ἀδιαφόρως τήν τε τῶν σωμάτων καὶ τὴν τοῦ κενοῦ φύσιν ὅλον τε καὶ πᾶν προσαγορεύειν εἴωθεν. ὁτὲ μὲν γάρ φησιν, ὅτι ἡ τῶν ὅλων φύσις, σώματά ἐστι καὶ κενόν. ὁτὲ δὲ, ὅτι τὸ πᾶν κατὰ ἀμφότερα ἄπειρόν ἐστι, κατά τε σώματα καὶ τὸ κενόν· τουτέστι, κατά τε τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων, καὶ κατὰ μέγεθος τοῦ κενοῦ, ἀντιπαρηκουσῶν ἀλλήλαις τῶν καθ' ἑκάτερον ἀπειριῶν. *Epicurus autem, citra ullum diſcrimen, Corporum & Inanis naturam ſolitus eſt appellare Totum & Univerſum. Nam aliquandò quidem dicit, quòd totius natura ſunt Corpora & Inane: aliquando autem, quòd Univerſum in ambobus eſt infinitum, nempe in Corporibus & Inani: hoc eſt, & in multitudine Corporum, & in magnitudine Inanis, in utroque ex adverſo ſe inter ſe porrigentibus Infinitatibus.* 41

Οὐκ ἂν εἶχε τὰ ἄπειρα σώματα ὅπου ἐνέστη] Scaliger ad oram libri, ἂν ἔστη. Optimè: atque eam lectionem amplexus eſt Gaſſendus. 42

Κινοῦνταί τε συνεχῶς αἱ ἄτομοι] De Motu Atomorum, videndus omnino Gaſſendus ad hunc locum. 43

Φησὶ δὲ ἐνδοτέρω καὶ ἰσοταχῶς κινεῖσθαι τοῦ κενοῦ] Cujus Epicureæ ſententiæ meminit Sextus Empiricus adverſus Mathematicos paginâ 402. πάλιν ὑποκείσθω πηχυαῖον διάστημα, καὶ φερέσθω τινὰ σώματα ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἰσοταχῶς, ὡς αἱ κατ' Ἐπίκουρον ἄτομοι. *Rurſus ponatur ſpatium cubitale; & ferantur aliqua corpora ab utroque extremo pari celeritate, ut ex Epicuri ſententia Atomi.*

Καὶ αἱ μὲν, εἰς μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων διίστανται· αἱ δὲ, αὐτὸν, &c.] Totum hunc locum ſic legit Gaſſendus: καὶ αἱ μὲν, εἰς μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων διίστανται· αἱ δὲ, σχεδὸν τὸν παλμὸν ἴσχευσιν, ὅταν τύχωσι, τὴν περιπλοκὴν κεκλιμέναι, ἢ στεγαζόμεναι ὑπὸ τῶν περιπλεκτῶν. ἤτε γὰρ τοῦ κενοῦ φύσις, ἡ διορίζουσα ἑκάστην αὐτὴν, τοῦτο παρασκευάζει, τὴν ὑπερεισιν οὐχοιά τε οὖσα ποιεῖσθαι· ἤτε στερεότης ἀνυπέρβλητος, &c. ἀρχὴ δὲ τούτων οὐκ ἔστιν ἰδίων τῶν ἀτόμων, &c.

Ἐν ταῖς δώδεκα Στοιχειώσεσι] Quem Epicuri librum omiſit Laërtius ſuprà in Indice Librorum ejus. 44

Ἀλλὰ μὴν καὶ κόσμοι ἄπειροί εἰσιν, εἴθ' ὁμοιοι τούτῳ, εἴτ' ἀνόμοιοι] Gaſſendus ex fide MSS. Codicum: εἴθ' ὁμοιοι τούτῳ, οἵτ' ἀνόμοιοι. Et deinde; ex conjectura: δι' ἀπείρου φέρονται, καὶ πόρρω τούτου, καὶ ἄλλυδις ἄλλαι, εἰς ἀπεργασίαν κόσμων ἀπείρων συνέρχονται. Οὐ γὰρ, &c. Mundos infinitos, præter Epicurum noſtrum, dixerunt Anaximander, Anaximenes, Archelaus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Democritus, Zeno Eleates, Anaxarchus, 45

Metrodorus uterque; alii. Qua de opinione eruditè hîc Gaſſendus noſter. Quia autem infinitos mundos ſtatuebant Epicurei, hinc factum eſſe, ut Lucretius, Epicureus, τὸ *cælos* numero multitudinis; quæ vox ἐνικῶς ſemper dicitur, teſte Cornelio Frontone apud Gellium libro XIX. capite 8, Tanaquillus Faber ad Lucretium obſervabat. Ingeniosè. τὸ *cæli* tamen πληθυντικῶς occurrit in hoc verſu vetuſtiſſimi Poëtæ,

Iupiter in cælis, Cæſar regit omnia terris.

Ὡς ἄρτι ἀποδείχθη] Id eſt, *ut paullò antè oſtenſum eſt.* Minùs rectè Aldobrandinus, *ut nuper.*

46 Κατὰ τὰς κατεργασίας] Vox κατὰ deſideratur in ceteris Editionibus. Caſaubonus emendat, ἐς τὰς κατεργασίας. rectè. τὸ ἐς omiſſum fuit propter ultimam ſyllabam præcedentis vocis ἐπιτηδειότητες.

Τούτους δὲ τοὺς τύπους εἴδωλα προσαγορεύομεν] *Imagines* Cicero appellat, Catius *ſpectra*, Lucretius *ſimulacra* & *effigies*, Quintilianus *figuras*. Vide Gaſſendum.

47 Κατὰ τοὺς διὰ λόγου θεωρητοὺς χρόνους κατὰ τὸ φερόμενον σῶμα] Gaſſendus veroſimiliter, ſi non verè, κατὰ τοὺς διὰ λόγου θεωρητοὺς χρόνους τὸ ἀντικοπτόμενον σῶμα, &c. Sed & in ſequentibus plurima immutat. Eum vide.

48 Ἂν βλέπῃ τίς τινα τρόπον τὰς ἐνεργείας] Legendum cum MS. Regiæ Bibliothecæ, τὰς ἐναργείας. Vitiosè quoquè infrà, τὰ κατὰ ἐνεργείας, pro ἐναργείας.

Συμπαθείας] συνηθείας, Editio Princeps. συμπαθείας vera eſt lectio.

49 Δεῖ δὲ καὶ νομίζειν] Rectè. Non rectè ceteræ Editiones, εἰ δεῖ.

Ἐπεισιόντος τινὸς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, τὰς μορφὰς ὁρᾶν ἡμᾶς, καὶ διανοεῖσθαι] Gellius v. 16. *Epicurus affluere* (an *effluere?*) *ſemper ex omnibus corporibus ſimulacra quædam corporum ipſorum, eáque ſeſe in oculos inferre, atque ita fieri ſenſum videndi putat.* Macrobius Saturnal. VII. 14. *Epicurus ab omnibus corporibus jugi fluore quædam ſimulacra manare, nec umquam tantulam moram intervenire, quin ultro ferantur inani figura cohærentes corporum exuviæ, quarum receptacula in noſtris oculis ſunt, & ideo ad deputatam ſibi à natura ſedem proprii ſenſus recurrant*, &c. *Quia in audiendo, guſtando, & odorando, atque tangendo, nihil è nobis emittimus, ſed extrinſecus accipimus, quod ſenſum ſui moveat: quippe & vox ad aures ultro venit; & auræ in nares influunt; & palato ingeritur, quod gignat ſaporem, & corpori noſtro applicantur tactu ſentienda. Hinc putavit & ex oculis noſtris nihil foras proficiſci, ſed imagines rerum in oculos ultro manare.* Huc reſpexit Cicero lib. II. ad Atticum Epiſtola 3. *Vides enim cetera: nam ſi κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, valde laborarent εἴδωλα in angustiis. nunc fit lepidè illa ἐγχυσις radiorum.*

Ἀπὸ χροῶν τε καὶ ὁμοιομόρφων] Gaſſendus, καὶ ὁμοιομόρφων. Eum vide; ubi de colore & luce, ſine quibus imagines non ſunt; neque viſum movent.

50 Καὶ ἣν ἂν λάβωμεν φαντασίαν] καὶ ἣν ἀναλάβωμεν Codices Regii. Gaſſendus optimè καταλάβωμεν. Quæ ſequuntur, luxata ſunt. His Medicinam adhibere conatur Gaſſendus; quem videſis.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἀκούειν γίνεται πνεύματός τινος 52
φερομένου ἀπὸ τοῦ φωνοῦντος, ἢ ἠχοῦντος, ἢ ψοφοῦντος, &c. Pεύματος, pro πνεύματος, reſcribit Gaſſendus, certiſſimâ conjecturâ: ſequitur enim τὸ δὲ ῥεῦμα τοῦτο, &c. Adde Plutarchum de Placitis Philoſophorum lib. IV. cap. 19. Ἐπίκουρος τὴν φωνὴν εἶναι, ῥεῦμα ἐκπεμπόμενον ἀπὸ τῶν φωνούντων, ἢ ἠχούντων, ἢ ψοφούντων· τοῦτο δὲ ῥεῦμα εἰς ὁμοιοσχήμονα θρύπτεσθαι θραύσματα· ὁμοιοσχήμονα δὲ λέγεται τὰ στρογγύλα τοῖς στρογγύλοις, καὶ σκαληνὰ, καὶ τρίγωνα τοῖς ὁμοιογενέσι. τούτων δ' ἐμπιπτόντων ταῖς ἀκοαῖς, ἀποτελεῖσθαι τὴν αἴσθησιν τῆς φωνῆς. φανερὸν δὲ τοῦτο γίνεσθαι ἀπὸ τῶν αὐλῶν ἐκρεόντων, καὶ τῶν ἐμφυσώντων κναφέων τοῖς ἱματίοις. *Epicurus, vocem eſſe fluxum emiſſum à rebus vocalibus, aut ſonantibus, aut ſtrepentibus: eum fluxum in fruſta confringi ejuſdem formæ, conformia dicuntur teretia teretibus, inæqualium laterum, & triangula cum ſui generis formis comparata. His conformibus fruſtis in aures incidentibus ſentiri vocem. Hoc manifeſtum fieri ex utribus qui perfluunt, & ex fullonibus qui veſtes inflant.* De eo quòd auditio peragitur per incurrentem conſimiliter ſonum, legendus hîc Gaſſendus.

Πολλὴν γὰρ ἔνδειαν ἕξει τοῦτο πάσχων ὑπ' ἐκείνης] 53
Totum hunc locum ſic legit Gaſſendus: σχηματίζεσθαι (πολλὴν γὰρ ἔνδειαν ἕξειε τοῦτο πάσχων ὑπ' ἐκείνης) ἀλλ' εὐθὺς, &c. καὶ τὸ πάθος τὸ ἀκουστικὸν ἡμῖν παρασκευάζεσθαι. Sed & idem paullò ſuprà, poſt vocem συμπαθείας, addit, καὶ ἐνότητος: ex ſuperioribus ſcilicet, ἅμα τινὰ διασώζοντας συμπάθειαν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἑνότητα, &c. atque etiam ex Lucretio.

Καὶ μὴν καὶ τὴν ὀσμὴν νομιστέον, ὥσπερ καὶ τὴν ἀκοὴν, &c.] Appoſitè emendabat Gaſſendus, ὡς εἶπον κατὰ τὴν ἀκοὴν: quod ſiat comparatio odoris cum voce aut ſono, non cum ipſo ſenſu auditus, quîcum ipſe olfaciendi ſenſus potiùs foret comparandus.

Πιότης γὰρ πᾶσα μεταβάλλει, &c.] Plurima de 54
ſuo hîc addit Gaſſendus, ut commodum ex his verbis, quæ mendoſa proculdubio ſunt, eliciat ſenſum. Eum vide.

Ὁ τὰς μεταβολὰς οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν ποιήσεται.] Ποιήσαιτο concinniùs legeretur, quemadmodum legit Gaſſendus.

Οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλὰ κατὰ μεταθέσεις ἐν πολλοῖς, τινῶν δὲ καὶ πρὸς ὅλους καὶ ἀφ' ὅλου.] Rectiùs ceteræ Editiones, καὶ προσόδους καὶ ἀφόδους, ut ex Lucretiano verſu videre eſt:

Quorum abitu aut aditu, mutatoque ordine mutant.

Quam lectionem amplexus eſt & Gaſſendus: qui & hoc loco pro ἐν πολλοῖς, emendat μὲν πολλῶν: tum propter particulam δὲ, quæ ſequitur, tum quia diſtributio hîc ſit Atomorum.

Οὗτον ἀναγκαῖον τὰ μὴ μετατιθέμενα ἄφθαρτα εἶναι] Sextus, adverſus Mathematicos pag. 332. ubi de Diis:

εἰ γὰρ ἅπαξ ποτὲ ἦσαν, καὶ νῦν εἰσιν· ὥσπερ εἰ ἄτομοι ἦσαν, καὶ νῦν εἰσιν· ἄφθαρτα γὰρ καὶ ἀγέννητα τὰ τοιαῦτά ἐστι, κατὰ τὴν ἔννοιαν τῶν σωμάτων. *Nam ſi ſemel aliquando fuerunt, nunc quoque ſunt, ut ſi fuerunt Atomi, nunc quoque ſunt: in eos enim non cadit ortus & interitus, convenienter notioni corporum.*

Καὶ τὴν τοῦ μεταβάλλοντος φύσιν οὐκ ἔχοντα, ὄγκους δὲ καὶ σχηματισμοὺς ἰδίους· τοῦτο γάρ, &c.] Et multa hîc addit, mutatque Gaſſendus: totum hunc locum videlicet ſic conſtituens: καὶ ὁμοῦ τοὺς τὴν τοῦ μεταβάλλοντος φύσιν οὐκ ἔχοντας ὄγκους τε, καὶ σχηματισμοὺς ἰδίους· τούτους γὰρ, &c. Et poſteà: αὐτὸ τὸ σχῆμα καὶ τὸ μέγεθος ἐνυπάρχον λαμβάνεται· αἱ δὲ ποιότητες οὐκ ἐνυπάρχουσαι καὶ μὴ ἰδίαι, ἐν τῷ μεταβάλλοντι οὐχ ὥσπερ ἐκεῖναι καταλείπονται, ἀλλ' ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἀπόλλυνται.

55 Ἱκανὰ οὖν τὰ ὑπολειπόμενα ταῦτα τὰς τῶν συγκρίσεων διαφορὰς ποιεῖν· ἐπειδήπερ ὑπολείπεσθαί γέ τινα ἀναγκαῖον, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν φθείρεσθαι] Gaſſendus: Ἱκανὰ οὖν τὰ ὑπολειπόμενα ταῦτα (ἅμα καὶ τὸ βάρος) τὰς τῶν συγκρίσεων διαφορὰς ποιεῖν, &c. καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν μηδὲν φθείρεσθαι. Sed & poſteà legit, Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ δεῖ: ſenſu poſtulante; ſicque ſuadentibus MSS. Regiis; qui habent ἀλλὰ μὴν οὐδὲ. Et deinde: οὔτε ἀφίχθαι μέλλει καὶ πρὸς ἡμᾶς ὁρατὰς ἀτόμους· τὸ γὰρ οὔτε, &c.

56 Ὥστε οὐ μόνον τὴν εἰς ἄπειρον τομὴν ἐπὶ τοὐλαττον ἀναιρετέον, ἵνα μὴ πάντα ἀσθενῆ ποιῶμεν] Quemadmodum Stoici. Sextus contra Mathematicos p. 404. Πρὸς μὲν οὖν εἰς ἄπειρον τέμνεσθαι λέγοντας, τά τε σώματα καὶ τοὺς τόπους, καὶ τοὺς χρόνους, οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ταῦθ' ἱκανῶς λέγειν· εἰ δὲ πάντα εἰς ἀμερῆ καταλήγειν ὑπειληφότες, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον, νεανικωτέραις μᾶλλον ἐνέχονται ταῖς ἀπορίαις. *Atque hæc quidem convenit dicere adverſus eos qui dicunt, & corpora, & loca, & tempora, ſecari in infinitum: ii autem ſunt Stoici. Qui autem dicunt omnia deſinere in individua, ut Epicurei, implicantur majoribus dubitationibus.*

Καὶ ταῖς περιλήψεσιν τῶν ἀθρόων] Emendabat Gaſſendus καὶ ὡς ἐν ταῖς περιλήψεσι τῶν ὑγρῶν. ita ſcilicet ſuadere videntur, tum hæc quæ præcedunt verba, πάντα ἀσθενῆ ποιῶμεν, tum illa quæ ſequuntur, τὰ ὄντα θλίβοντες καταναλίσκειν.

Μηδὲ τοὐλαττον] Lege cum Gaſſendo, μηδ' ἐπὶ τοὐλαττον· & poſteà ἔν τινι cum MSS. non ut vulgo, ἔν τισι· propter vocem μέγεθος, quæ ſequitur, quæ ſingularis eſt numeri.

57 Πηλίκοι γάρ τινες, &c.] Gaſſendus: Εἴτε γὰρ πηλίκοι τινὲς ἄπειροι ὦσιν ὄγκοι, εἴτε καὶ οὗτοι ἐξ ὧν ὁπηλικοιοῦν ποτε ὦσιν, δῆλον, ὡς ἄπειρον ἂν καὶ τὸ μέγεθος. Et deinde: Ἄκρον δὲ ἔχοντος τοῦ πεπερασμένου διαληπτὸν, εἰ μὴ καὶ τὸ καθ' ἑαυτὸ θεωρητέον, οὐκ ἔστι μὲν καὶ τὸ ἐξῆς τούτου τοιοῦτον νοεῖν, καὶ οὕτω κατὰ τὸ ἐξῆς εἰς τοὐμπροσθεν βαδίζοντα, εἰς τὸ ἄπειρον οὐκ ἂν ὑπάρξει ποτὲ εἰς τοιοῦτόν τι ἀφικνεῖσθαι τῇ ἐννοίᾳ.

58 Τό τε ἐλάχιστον, &c.] Locus manifeſtò corruptus: de quo conſule Gaſſendum: qui, ex Regiis Membranis, pro πάντων, rectè hoc loco πάντως reponebat.

Τὸ ἴσον ἡμῖν, &c.] Gaſſendus: τὸ δ' ἐπὶ μέσον. Et poſteà: Ἐξῆς τε καταμετροῦμεν πάντα ἀπὸ τοῦ πρώτου καταρχόμενοι· καὶ οὐ μὲν τὸ αὐτὸ οὔτε μέρεσι μερῶν ἅπτομεν, ἀλλὰ τῇ ἰδιότητι τῇ ἑαυτῶν, τὰ μεγέθη καταμετροῦμεν, τὰ πλείω πλείοσι, καὶ τὰ ἐλάττω ἐλάττοσι.

Ἀναλογίᾳ δὲ τῇ αὐτῇ κεχρῆσθαι.] Emenda cum 59
Gaſſendo, κέχρηται.

Ἐπείπερ καὶ ὅτι μέγεθος ἔχει ἡ ἄτομος, &c.] Gaſſendus: ἐπείπερ καί τι μέγεθος ἔχει ἄτομος, καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἀναλογίαν κατηγορήσαμεν, μικρόν τι ὡς μόνον μακρὸν ἐκβάλλοντες. Et poſteà: ἔτι τε τὰ ἐλάχιστα καὶ ἀμιγῆ πρῶτα δεῖ νομίζειν τὸ τῶν μηκῶν καταμέτρημα.

Τῇ διαλόγου θεωρίᾳ ἐπὶ τῶν ἀεράτων.] Sic quoque malè Palatinus: & pejùs Editio princeps, διάλογον. Caſaubonus optimè τῇ διὰ λόγου: & ita ſcriptum exhibent Membranæ Regiæ. Et ita Gaſſendus edidit.

Ὑπάρχουσα] Gaſſendus, ἐνυπάρχουσα.

Οὐ δεῖ κατηγορεῖν τὸ ἄνω ἢ κάτω· ἴσμεν τοι τὸ ὑπὲρ 60
κεφαλῆς, ὅθεν ἂν θῶμεν εἰς ἄπειρον ἀγειν ὂν, &c.] Ita Regius Codex veteſtior. At recentior: εἰς μὲν ἂν στῶμεν εἰς ἄπειρον ἄγειν ὄν. Editio Frobeniana, & Stephanica: οὐ δεῖ κατηγορεῖν· τὸ ἄνω ἢ κάτω μέν τοι τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς· ὅθεν ἂν τὸ μὲν εἰς ἄπειρον ἄγειν. Gaſſendus: οὐ δεῖ κατηγορεῖν τὸ ἄνω ἢ κάτω ὡς ἂν εἴη τι μὲν ἀνωτάτω, τὶ δὲ κατωτάτω, τὸ μὲν τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς νοηθέντος εἰς ἄπειρον μηδέποτε φέρεσθαι· τὸ δὲ ὑποκάτω νοηθέντος μὴ εἰς ἄπειρον ἄγεσθαι, ὡς ἅμα ἂν εἴη ἄνω τε καὶ κάτω πρὸς τὸ αὐτό.

Οὔτε γὰρ τὰ βαρέα θᾶττον αἰσθήσεται τῶν μικρῶν 61
καὶ κούφων, &c.] Multa quoque hîc Gaſſendus, more ſuo, delet, addit, immutat: ſicque totum hunc locum legit: οὔτε γὰρ αἱ βαρεῖς θᾶττον αἰσθήσονται τῶν κούφων, ὅταν γε δὴ μηδὲν ἀπαντοῦ αὐταῖς. Et poſteà: οὐθ' ἡ κάτω διὰ τῶν ἰδίων βαρῶν τῇ ταχύτητι διαφέρει. Ἐφ' ὁπόσον γὰρ ἡ ἄτομος οὐκ ἂν κατίσχῃ ἑκατέρωθεν, ἐπὶ τοσοῦτον ἅμα νοήματι τὴν φορὰν σχήσει.

Ἀλλὰ μὲν καὶ κατὰ τὰς συγκρίσεις] Ceteræ Edi- 62
tiones, ἀλλὰ μηδὲ κατά. Codex Regius uterque, & Florentinus, ἀλλὰ μὴν καί. Palatinus, ἀλλὰ μὲν καί. Gaſſendus, ἀλλὰ μὴν καὶ μηδὲ κατὰ τὰς συγκρίσεις. Et poſteà: κατὰ τὸν αἰσθητὸν συνεχῆ χρόνον, καὶ τῷ ἤτε ἐφ' ἕνα, ἤτε ἐπὶ πλείους κατὰ τοὺς λόγῳ θεωρητοὺς χρόνους, ἀλλὰ ῥητέον μόνον, ὅτι ἀντικόπτουσιν, ἕως ἂν, &c.

Ὅτι ἡ ψυχὴ σῶμά ἐστι λεπτομερὲς, παρ' ὅλον τὸ 63
ἄθροισμα παρεσπαρμένον] Sextus, adverſus Mathematicos paginâ 321. καὶ γὰρ οὐδὲ τὰς ψυχὰς ἔνεστιν ὑπονοῆσαι κάτω φερομένας· λεπτομερεῖς γὰρ οὖσαι καὶ οὐχ ἧττον πυρώδεις, ἢ πνευματώδεις, εἰς τοὺς ἄνω μᾶλλον τόπους κουφοφοροῦσι· καὶ καθ' αὑτὰς δὲ διαμένουσι· καὶ οὐχ, ὡς ἔλεγεν ὁ Ἐπίκουρος, ἀπολυθεῖσαι τῶν σωμάτων, κάπνου δίκην σκίδναν-

ται, &c. *Neque enim licet animas ſuſpicari deorſum ferri. Nam cùm ſint ſubtiles, & non minùs ignea quam ſpirituales, ſua levitate magis feruntur in loca ſuperiora. Quin etiam per ſe permanent. Neque, ut dicebat Epicurus; ſolutæ à corporibus diſperguntur inſtar fumi.* Ceterùm, præter Epicurum, non ſolùm Philoſophorum plurimi, verùm ex Sanctis Patribus nonnulli, corpoream animam eſſe exiſtimarunt: qua de opinione legendus omnino Gaſſendus hoc loco. Epicurus ipſe, infrà: οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν, ματαιάζουσιν. ἄθροισμα, *maſſam*, ſeu *corpus*, Gaſſendus interpretatur.

Τοῦτο δὲ πᾶν αἱ δυνάμεις τῆς ψυχῆς δῆλον.] Gaſſendus, δηλοῦσι. Et poſteà, ὧν λοιπῶν, pro eo quod ſimpliciter legitur, ὧν.

64 Ἐστεγάζετο πῶς.] Etiam Poſidonius apud Achillem Tatium, Epicureos ait, τὰς ψυχὰς ὑπὸ σωμάτων συνέχεσθαι. διακρατεῖσθαι, dixit Sextus Empiricus.

Κατὰ τὴν κίνησιν σύμπτωμα, &c.] Ita optimè Codex Regius recentior. Perperam Editio Baſileenſis & Stephanica, δύνησιν. Mox, κατὰ δὲ τὴν legit Gaſſendus, pro κατὰ τὴν: ita ſcilicet ſenſu exigente.

65 Διὸ δὴ καὶ ἐνυπάρχουσα ἡ ψυχή.] Gaſſendus: ἐνυπαρχούσης τῆς ψυχῆς.

Ἀλλὰ ἂν καὶ ταύτη ξυναπόλληται, &c.] Gaſſendus: ἀλλὰ ἂν καὶ ταύτη ξυναπόλλυται ὀξὺ καὶ ἡ αἴσθησις τοῦ στεγάζοντος λυθέντος, εἴθ' ὅλου, εἴτε καὶ μέρους τινὸς, ἐν ᾧπερ διαμένη.

Καὶ μὴν καὶ λυομένου τοῦ ὅλου ἀθροίσματος, ἡ ψυχὴ διασπείρεται.] Sextus, dicto loco: καὶ οὐχ, ὡς ἔλεγεν ὁ Ἐπίκουρος, ἀπολυθεῖσαι τῶν σωμάτων (ψυχαὶ) κάπνου δίκην σκίδνανται. Habuit Epicurus hanc comparationem à Cebete; qui apud Platonem, in Phædro, contra Socratem de diſceſſu animæ à corpore diſſerens, ait, ὥσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπταμένη.

66 Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε λέγει ἐν ἄλλοις, &c.] Gaſſendus: (τόδε μὲν λέγει καὶ ἐν ἄλλοις.) Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ ἀτόμων αὐτὴ σύγκειται, λειοτάτων τε, καὶ στρογγυλωτάτων, οὐ πολλῷ τινι διαφερουσῶν τῶν τοῦ πυρός. Procul dubio legendum οὐ πολλῷ τινι, non, ut vulgò ſcriptum eſt, πολλῷ τινι: fuit enim Democriti ſententia, πῦρ τε καὶ θερμὸν, ψυχὴν εἶναι, ut eſt apud Ariſtotelem lib. I. de Anima cap. 2. Additur apud Ariſtotelem, ex ſententia Democriti, ἀπείρων γὰρ ὄντων σχημάτων, καὶ ἀτόμων τὰ σφαιροειδῆ πῦρ, καὶ ψυχὴν εἶναι.

Καὶ ἐξ ἀτόμων αὐτὴν συγκεῖσθαι λειοτάτων καὶ στρογγυλωτάτων.] Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon III. 23. φησὶ τὴν φυχὴν, (Ἐπίκουρος) ἐπεὶ καὶ πάντα, ἐξ ἀτόμων συνεστάναι. Huc reſpexiſſe vult Dionyſius Gothofredus Alfenum Juriſconſultum in L. 76. D. de Judiciis: *Quod ſi quis putaret, partibus commutatis, aliam rem fieri: fore, ut ex ejus ratione nos ipſi non iidem eſſemus, qui ab hinc anno fuiſſemus: propterea quod, ut Philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſiſterimus*, (aliàs *conſiſteremus*, & rectiùs) *hæc cotidie ex noſtro corpore decederent, aliaque extrinſecus in earum locum accederent. quapropter cujus rei ſpecies conſiſteret, rem quoque eamdem eſſe exiſtimari.* Ibi enim corpus hominis pro ipſo homine ſumitur. At Cujacius *Philoſophos* hoc loco, non de Epicuro, aut Democrito aut Leucippo; qui ex atomis exiſtimarunt fieri quæ ſunt, quæque cernuntur omnia; ſed de Heraclitiis & Stoicis accipit, qui corpora noſtra rapi dixerunt fluminum more, & in aſſidua diminutione atque adjectione eſſe; nec quemquam eſſe manè qui fuit pridie. Eum videſis Obſervat. lib. XXIII. cap. ultimo.

Παρεσαθρεῖ.] Codices Regii, παρεσαρθρεῖ. Gaſſendus, παρέζεται.

Τὸ δὲ λογικὸν, ἐν τῷ θώρακι.] Tertullianus de Anima capite XV. ubi de variis Philoſophorum & Medicorum ſententiis circa ſedem τοῦ ἡγεμονικοῦ: *Nec in ſuperciliorum meditullio, ut Strato Phyſicus: nec in tota lorica pectoris, ut Epicurus.* Plutarchus de Placitis Philoſophorum libro IV. capite 4. Δημόκριτος, Ἐπίκουρος, διμερῆ τὴν ψυχὴν, τὸ μὲν λογικὸν ἔχουσαν ἐν τῷ θώρακι κατιδρυμένον, τὸ δὲ ἄλογον καθ' ὅλην τὴν σύγκρισιν τοῦ σώματος διεσπαρμένον. Et cap. 5. Παρμενίδης ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι, καὶ Ἐπίκουρος. Vide nos ſuprà ad Zenonem Cittieum.

Ὕπνον τε γίνεσθαι τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν, τῶν παρ' ὅλην τὴν σύγκρισιν παρεσπαρμένων, &c.] Gaſſendus: ὕπνος τε γίνεται. Et poſteà: ἥτε καὶ συμπιπτόντων τινῶν. Poſt hæc verba τοῖς ἐσπαρμένοις, addit, τὰ μὲν ἐξωθούντων, τὰ δὲ συνταραττόντων: ex Lucretio videlicet: cujus hi ſunt verſus lib. IV.

Principio, Somnus fit, ubi 'ſt diſtracta per artus
Vis animæ, partimque foras ejecta receſſit,
Et partim contruſa magis conceſſit in altum:
Diſſolvuntur enim tum demum membra, fluuntque.
Nam dubium non eſt, animai quin opera ſit
Senſus hic in nobis, quem cùm ſopor impedit eſſe,
Tum nobis animam perturbatum eſſe putandum eſt,
Ejectamque foras; non omnem; namque jaceret
Æterno corpus perfuſum frigore leti, &c.

Τό, τε σπέρμα, ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων φέρεσθαί γε δεῖ, &c.] Emendat Gaſſendus: τό, τε σπέρμα, ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων φέρεται· καὶ τῷ γε δεῖ προσκατανοεῖν ὅτι πῶς ἀσώματον. Λέγω δὲ κατὰ τὴν πλείστην ὁμιλίαν τοῦ ὀνόματος, ἐπὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸ νοηθέντος ἀσωμάτου. 67

Ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων.] Quæ fuit Democriti opinio. Plutarchus de Placitis Philoſ. lib. V. cap. 3. ubi de ſeminis natura: Ἐπίκουρος, ψυχῆς καὶ σώματος ἀπόσπασμα. Δημόκριτος, ἀφ' ὅλων τῶν σωμάτων καὶ τῶν κυριωτάτων μερῶν ὁ γόνος τῶν σαρκικῶν ἰνῶν. Idem viſum & magno Hippocrati: cujus hæc ſunt verba in libello de Genitura: ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν.

Μνημονεύων τῶν ἐν ἀρχῇ ῥηθέντων, &c.] Gaſſendus: μνημονεύων τε καὶ τῶν ἐν ἀρχῇ, &c. Et poſteà: εἰς τὸ τὰ κατὰ μέρος. 68

Ὡς ἂν εἰς αὐτὰ βεβηκότα, &c.] Iſaacus Caſau-

bonus, ex Galeſio, ὡσανεὶ συμβεβηκότα. Gaſſendus: ὡσανεὶ αὐτοῦ συμβεβηκότα, ἤτοι πάντα ἢ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἤτοι καὶ ἐν τοῖς αἰσθήσεσιν ἄλλοις γνωστοῖς, οὐθ' ὡς καθ' ἑαυτάς. Et deinde: οὐθ' ἕτερα τὰ ἐπέρχοντα, pro eo quod legitur ὡς οὐθ' ἕτερα τὰ προϋπάρχοντα, Mericus Caſaubonus, Iſaaci filius.

69 Καθ' ὅλου μὲν τούτων] καθ' ὅλου ἐκ τούτων, Gaſſendus. Idem mox legit, ἰδίαν, non ἀΐδιον: & ita in ſequentibus aliquoties. Eum vide.

Οὐχ οἷόν τ' εἶναι] Gaſſendus: οὐχ οἷόν τι μέν. Et mox: ἤτοι τῶν καθ' ὅλου μεγεθῶν, ἃ συστῇ ἐκ τινων ἐλαττόνων. Et mox: ἰδίαν, pro ἀΐδιον.

70 Καὶ οὐκ ἀΐδιον παρακολουθεῖν, &c.] Gaſſendus: καὶ οὐκ ἴδια παρακολουθεῖν, ὧν μέν τοι ἀόρατα ἦν τινα, καὶ ἀσώματα.

Κατὰ τὸ ἀθρόον, &c.] Gaſſendus: καὶ τὸ ἀθρόον. Et mox: ἰδίων, pro ἀΐδίων. Et mox: παρακολουθοῦν τὸ ἀθρόον ἑκάστοις, pro παρακολουθοῦντος τοῦ ἀθρόου ἕκαστα. Ac præterea, ſemel, iterumque, & tertium, ἰδίων, pro ἀΐδίων. Et ταῦτα καὶ τὰ, pro πάντα τὰ. Et ἰδίως, pro ἀΐδίων.

72 Καὶ μὴν καὶ τὸ δέ γε δεῖ] Ceteræ Editiones, καὶ μὴν καὶ τό γε δή. Gaſſendus, καὶ μὴν καὶ τό γε δεῖ.

Ἀνάγοντες ἐπὶ τὰς βλεπομένας παρ' ἡμῖν αὐτοῖς προλήψεις] Ceteræ Editiones, προλήψεις. Gaſſendus: ἀνάγοντες ἐπ' τὰς τῶν βλεπομένων παρ' ἡμῖν αὐτοῖς προλήψεις. Et aliquantò poſt, τούτῳ, pro τοῦτο: propter adverbium συγγενικῶς. Ac rurſus, κατ' αὐτοῦ, pro καθ' ἑαυτοῦ.

73 Ἰδιόν τι σύμπτωμα περὶ ταῦτα πάλιν αὐτὸ τοῦτο ἐνοοῦντες καλὸ χρόνον ὀνομάζομεν] Sextus Empiricus adverſus Mathematicos pag. 418. ἀλλὰ γὰρ ἐκ τούτων φανερὸν, ὅτι ὁ Ἐπίκουρος ἀσώματον οἴεται τὸν χρόνον ὑπάρχειν· οὐ παραπλησίως δὲ τοῖς Στωϊκοῖς. ἐκεῖνοι γάρ, ὡς λέλεκται, ἀσώματόν τι καθ' αὐτὸ νοούμενον ὑποστήσαντο τὸν χρόνον. Ἐπίκουρος δὲ, συμβεβηκός τισιν. *Verumenimvero ex his eſt perſpicuum, quòd Epicurus tempus opinatur eſſe incorporeum; ſed non eo modo quo Stoici. Nam illi quidem, ut dictum eſt, ſtatuerunt tempus eſſe quidpiam incorporeum, ſi per ſe intelligatur. Epicurus autem, ut quod aliquibus accidat.*

Φησὶ δὲ καὶ ἐν τῇ β' τοῦτο Περὶ φύσεως] Lege cum MSS. Regiis, φησὶ δὲ τοῦτο καὶ ἐν τῇ β' Περὶ φύσεως.

74 Καὶ ἐν ἄλλοις τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι] Legit Gaſſendus, φησὶ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις: deletque, τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι: quæ remittit inferiùs: quòd intempeſtivè hîc interſerantur, omniaque conturbent. Eamdem ob cauſam, verba illa ἐν τῇ ιβ' περὶ τούτου φησὶν, quæ illico interſeruntur poſt vocem αὐτοὺς, præmiſſis vocibus τοῦτο δὲ, reponit poſt vocem ἔχειν. Sed alia & mutat & addit. hoc ſcilicet modo: φησὶ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις. Verba ſunt Laërtii. Hæc verò, Epicuri, Ἔτι δὲ καὶ τοὺς κόσμους οὔτε ἐξ ἀνάγκης δεῖ νομίζειν ἕνα σχηματισμὸν ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ διαφόρους αὐτούς. τοὺς μὲν, σφαιροειδεῖς, καὶ ὠοειδεῖς ἄλλους, καὶ ἀλλοιοσχήμονας ἑτέρους· οὐ μέντοι πᾶν σχῆμα ἔχειν. Καὶ μὴν καὶ τὴν γῆν τῷ ἀέρι ἐποχεῖσθαι, ὡς συγγενῆ οὖσαν, ὥσπερ καὶ τὰ ζῶα τῇ γῇ· οὐδὲ γὰρ τὰ ζῶα εἶναι ἐξ ἀνάγκης ἀποκριθέντα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου, οὐδὲ προσπεπτωκότα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Audax ſanè emendatio; ſed neceſſaria, ſi ſenſum commodum ex textu Laërtiano elicere velis.

Ὡς μὲν τῷ τοιούτῳ, καὶ οὐκ ἂν, &c.] Gaſſendus: ὡς ἐν τῷ μὲν τοιούτῳ ἐμπεριελήφθη τὰ τοιαῦτα σπέρματα, ἐξ ὧν ζῷά τε, καὶ φυτὰ, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα θεωρούμενα συνίσταται· ἐν δὲ τῷ τοιούτῳ, οὐκ ἂν ἐδυνήθη ἐμπεριληφθῆναι, ὥστε ταῦτα συνίστασθαι, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐντραφῆναι· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς γῆς νομιστέον.

Καὶ ἐν μέν τισι περιόδοις καὶ χρόνοις ἀπὸ τῶν ἀπὸ 75
τοῦ ἀπείρου, ἐν δέ τισι κατ' ἐλάττους, &c.] Gaſſendus: καὶ ἐν μέν τισι κατὰ μείζους χρόνους τοῦτο ἀποπεραίνειν, ἐν δὲ τισι κατ' ἐλάττους: nimiâ ſanè licentiâ; quod ipſe Gaſſendus non diffitetur. Sed is videndus, ejuſque rationes perpendendæ.

Ὅθεν καὶ τὰ ὀνόματα ἐξ ἀρχῆς μὴ θέσει γενέσθαι, ἀλλ' αὐτὰς τὰς φύσεις τῶν ἀνθρώπων καθ' ἕκαστα ἔθνη ἴδια πασχούσας πάθη, καὶ ἴδια λαμβανούσας φαντάσματα] Similiter Stoicis nomina ſunt φύσει. Ariſtoteli, ſunt θέσει· qua de re diximus ſuprà ad Zenonem Cittieum, quò legentes remitto. Videndus & hîc Gaſſendus; & Bullialdus in Commentario ad Claudii Ptolemæi Tractatum περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ, pag. 78. & ſequentibus.

Οὐ γὰρ συμφωνοῦσι πραγματεῖαι καὶ φροντίδες, καὶ 77
ὀργαὶ, καὶ χάριτες μακαριότητι] Atque hoc eſt quod ait Lucretius de Natura divina:

Nam privata dolore omni, ſejuncta periclis,
Ipſa ſuis pollens opibus, nihil indiga noſtri,
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur irâ.

Et Seneca libro & capite IV. de Beneficiis, ex ſententia Epicuri: *Deus nihil agit, nec magis illum beneficia, quàm injuriæ tangunt.* Adde Ciceronem libro I. in Piſonem, ubi quoque De Epicuri circa Deos opinione: *Dii neque propitii cuiquam eſſe ſolent, neque irati*, & Lactantium libro de Ira Dei capite 4. *De ſchola Epicuri eſt, ſicut iram in Deo non eſſe, ita nec gratiam quidem. Nam cum putaret Epicurus alienum eſſe à Deo malum facere, atque nocere, quod ex affectu iracundiæ plerumque naſcitur, ademit ei etiam beneficentiam, quoniam videbat conſequens eſſe, ut ſi habeat iram Deus, habeat & gratiam. Itaque ne vitium concederet, etiam virtutis fecit expertem.*

Μήτε αὖ λυπηρὰ ἅμα, &c.] Gaſſendus: μήτε αὖ λυπηροῦ ἅμα τούτου, καὶ ἀνεστραμμένου τὸ τὴν μακαριότητα κεκτημένου. Et paullò poſt: ἐξ ὧν μηδ' ὑπεναντίαι γίνωνται, pro, ἐὰν μηδ' ὑπεναντίαι ἐξ αὐτῶν. Emericus Caſaubonus, μήτε αὖ πυρὸς ἄμμα ὄντα συνεστραμμένα τὴν μακαριότητα. Id eſt, *Neque rurſus credibile eſt, quæ natura ſua beata ſunt, quaſi quæ ſint ignis accenſus, & convertantur unà, hos motus ſponte ſua in ſe recepiſſe.* Eum vide.

Ἐνταῦθα] Gaſſendus ἐντεῦθεν. Et poſtea: καὶ ἐν τῷ 78
μάλιστά τινες φύσεις, &c. interpoſito ſcilicet μάλιστα, ut ſit aliqua ſententiæ cohæſio.

Πρὸς τὴν εἰς τοῦτο ἀκρίβειαν, &c.] Gaſſendus: πῶς τούτοις ἀκριβοῦν, κατὰ τὸ, Εἶναι μὲν ἐν τοῖς τοιούτοις

αὐτοις τὸ Πλεοναχῶς, καὶ τὸ Ἐνδεχομένως καὶ τὸ Ἄλλως πῶς ἔχειν.

Καὶ τοῦτο καταλαβεῖν] Gaſſendus καὶ γὰρ τοῦτο.

79 Μὴ δυνήσεται] Sic Palatinus. Florentinus, & Stephani Editio, μὴ δύνηται. Gaſſendus: δύναται: & mox, κατὰ τὴν: pro καὶ τήν.

Τοιούτων τρόπων ὥσπερ] Gaſſendus, τοιούτων ὥσπερ. Mox verò, παρ' ἡμῖν: pro κατὰ μέρος: quæ verba hîc locum habere non poſſunt. Et poſteà, ἀκρίβειαν, pro χρείαν ἀκρίβειαν.

80 Ἀφρονοῦντας τῶν οὐδὲ μοναχῶς ἔχον ἢ γινόμενον γνωριζόντων, &c.] Gaſſendus: καταφρονοῦντας δὲ τῶν οὔτε τὸ μοναχῶς ἔχον ἢ γινομενον γνωριζόντων, οὔτε τὸ πλεοναχῶς συμβαῖνον, μόνον δὲ τὴν ἐκ τῶν ἀποστημάτων φαντασίαν παραδιδόντων, ἔτι τε ἀγνοούντων ἐν ποίοις ἐστὶν, ἢ οὐκ ἔστιν ἀπαρακτῆσαι. Et poſteà: καὶ ἐπὶ τοῦτο: pro καὶ ἐφ' οἷοις.

81 Ἐν τῷ ταῦτα μακάριά τε δοξάζειν, καὶ ἄφθαρτα, &c.] Gaſſendus: ἐν τῷ τὰ μακάριά τε δοξάζειν, καὶ ἄφθαρτα εἶναι, καὶ ὑπεναντίας ἅμα ἔχειν τούτοις καὶ βουλήσεις καὶ πράξεις, καὶ πάθη. καὶ ἐν τῷ κἀκῶν, &c.

Εἴτε κατὰ ταύτην τὴν ἀναισθησίαν, &c.] Gaſſendus: (καὶ κατὰ ταύτην μὲν ἀναισθησίαν τὴν ἐν τῷ τεθνάναι φοβουμένους, ὥσπερ ὄντας καὶ ἔτι αὐτοὺς) καὶ ἐν τῷ, &c.

Μὴ δόξαις ταῦτα πάσχειν] Gaſſendus: μὴ δόξαις ὀρθὰς ἴσχειν. Et poſteà: ὥστε μὴ ὁρίζοντάς τι ὄντως δεινόν. Et deinde: τῷ εἶναι ἃ ἐδόξαζον: pro τῷ εἰ καὶ ἐδόξαζον.

82 Καὶ ὁ φόβος ἐγίνετο] Gaſſendus: καὶ ὁ φόβος γίνεται. Et poſtea: ὅσα φοβεῖ, non verò καὶ ὅσα φοβεῖ.

Ταῦτά σοι, ὦ Ἡρόδοτε, ἴστι κεφαλαιωδέστατα ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐπιτετμημένα] Atque hinc eſt quòd ipſe Epicurus, infrà in Epiſtola ad Pythoclem, vocat *parvam Epitomen* hanc Epiſtolam ad Herodotum. Codex Florentinus habet, ἐπὶ κεφαλαιωδέστατα ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων φύσεως ἐπιτεταγμένα.

83 Δυνατὸς, κατασχέθη] Gaſſendus: κατὰ τὸ δυνατὸν κατασχεθείς.

Ἀσύγκριτον] Palat. & Florent. ἀσύμβλητον.

Καὶ γὰρ καὶ καθαρὰν ἀφ' ἑαυτοῦ ποιήσει] Gaſſendus: Καὶ γὰρ καὶ καθαρὰ ἀφ' ἑαυτοῦ ποιήσει πολλὰ τῶν κατὰ μέρος ἐξακριβουμένων κατὰ τὴν ὅλην, &c.

Καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐν μνήματι θέμενος] Codex Florentinus: ἐν μνήμῃ τιθέμενος. Gaſſendus: ἐν μνήμῃ τιθεμένοις, vel τιθέμενα. Atque, ita etiam Caſaubonus.

Συνεχῶς βοηθήσει] Gaſſendus: συνεχῶς ἑαυτῷ βοηθήσει. Et poſteà: καὶ τοὺς τελείως, pro ἢ καὶ τελείως. & ἀναβάντας, pro ἀναλύοντας.

Περιοδῶν] περιοδειῶν, Palatinus Codex, & Regiæ Membranæ, & Stephanica Editio: quam lectionem alteri prætulit Gaſſendus; qui & mox περιοδείαν legit, non περίοδον.

Ὅσα δὲ μὴ παντελῶς, &c.] Gaſſendus: Ὅσοι δὲ καὶ παντελῶς αὐτῶν ἀποτετελεσμενοι ἐν τούτοις εἰσὶν, οἱ καὶ κατὰ τὸν ἄνευ φθόγγου τρόπον, &c.

Περὶ τῶν μετεώρων] Rectè Gaſſendus obſervabat, hac voce, hoc loco, non ea ſolùm comprehendi quæ in aëre apparent ac fiunt, ſed illa etiam maximè quæ in æthere, ſeu cœlo viſuntur: videlicet ſidera, & quæ varia iis accidunt.

Βαστάζειν] Caſaub. βαστάζεις. Gaſſendus: βαστάζοιντο. 84

Καὶ τοῖς εἰς ἀσχολίας βαθυτέρας τῶν ἐγκυκλίων τινὸς ἐμπεπλεγμένοις] Hæc deſiderantur in Frobeniana Editione. Agnoſcuntur à ceteris Editionibus, necnon à MSS. 85

Καὶ διὰ μνήμης ἔχον] Exercuiſſe Epicurum diſcipulos ſuos, ſua Scripta ut memoriæ mandarent, ſuprà vidimus. Infrà: ταῦτα δὴ πάντα μνημόνευσον.

Νομίζειν] Gaſſendus: νομίζειν δεῖ. Et mox βεβαίαν; pro βέβαιον, propter πίστιν. ſed nihil opus. βέβαιος Atticis θηλυκῶς uſurpatur. Noſter infrà §. 134. ἀβέβαιον αἰτίαν.

Ὑπάρχειν] Gaſſendus, ὑπάρχει. Et non multò 86 pòſt, κενὰ, non καινὰ. Optimè. κενὰ, etiam Regiæ Membranæ. Adde, quòd mox ſequitur, καὶ κενῆς δόξης.

Ἀσείστως κατὰ πάντων, κατὰ πλεοναχὸν τρόπον ἐκ- 87 καθαιρομένων, &c.] Gaſſendus: ἀσείστως κατὰ πλεοναχὸν τροπον ἐκκαθαιρόμενα.

Φέρειν τῶν παρ' ἡμῖν τινα φαινομένων] Gaſſendus: φέρειν δεῖ ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γινομένων.

Τῷ δὲ κόσμῳ ἐν ᾧ λῆγον] Gaſſendus: ὁ δὲ κόσμος 88 ἐν ᾧ λήγει.

Κόσμος ἐστὶ περιοχή τις οὐρανοῦ, ἄστρα τε καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ φαινόμενα περιέχουσα] De mundi definitione, diximus ſuprà ad Zenonem Cittieum.

Καὶ οὗ λυομένου, &c.] Gaſſendus: (οὗ καὶ λυομένου ἐν αὐτῷ σύγχυσιν λήψεται.) Et poſteà: καὶ λήγουσα ἢ ἐν περιαγομένῳ, ἢ ἐν στάσιν ἔχοντι.

Καὶ ἐν κόσμῳ καὶ μετακοσμίῳ] Gaſſendus ſimpli- 89 citer, καὶ ἐν μετακοσμίῳ. Et poſteà, καὶ ἐν πολυκένῳ; pro eo quod ſimpliciter ſcriptum eſt ἐν πολυκένῳ. Et deinde: καὶ ἐν μεγάλῳ εἰλικρινεῖ κενῷ: pro καὶ οὐκ ἐν μεγάλῳ εἰλικρινεῖ, καὶ κενῷ. Et rurſus: καίτοι οὐ καθάπερ τινές φασιν. In Florentino Codice ſcriptum eſt καθάπερ τινὰ φύσιν.

Δεινόν] MSS. Regii δινον: & ita omnino legendum 90 patet ex Obſervatione ſequenti.

Καθάπερ τῶν Φυσικῶν καλουμένων φησί τις] Videtur eſſe Leucippus, ut rectè Gaſſendus conjiciebat. Laërtius ſuprà, in Vita Leucippi: ἤρεσκεν αὐτῷ, φέρεσθαι κατ' ἀποτομὴν ἐκ τῆς ἀπείρου πολλὰ σώματα παντοῖα τοῖς σχήμασιν εἰς μέγα κενόν· ἅπερ ἀθροισθέντα δίνην ἀπεργάζεσθαι μίαν, καθ' ἣν προσκρούοντα καὶ παντοδαπῶς κυκλούμενα, διακρίνεσθαι χωρὶς τὰ ὅμοια πρὸς τὰ ὅμοια.

Οὐ καθ' αὑτά] Malè ceteræ Editiones, & MSS. Regii, καθ' αὐτά. Vide Gaſſendum.

Κατὰ προσκρίσεις] Sic rectè MSS. Regiæ Bibliothecæ. Minùs rectè ceteræ Editiones, τα κατὰ προσκρίσεις.

Ἢ τὸ συναμφότερον] Gaſſendus: ἤτοι συναμφοτέρων: qui & verba illa καὶ ὅσα γε δὴ σάζει, quæ vulgò habentur poſt vocem κόσμου, reponit poſt iſta, ὁμοίως δὲ καὶ γῆ, καὶ θάλαττα.

Τὸ δὲ μέγεθος ἡλίου τε καὶ τῶν λοιπῶν ἄστρων κατὰ 91

μέντοι πρὸς ἡμᾶς, τηλικοῦτόν ἐστιν, ἡλίκον ὁποῖον φαίνεται] Cicero Academ. IV. ubi de Sole: *Epicurus autem poſſe putet etiam minorem eſſe eum, quàm videatur, ſed non multò. ne majorem quidem multò putat eſſe, vel tantum eſſe quantus videatur: ut oculi aut nihil, aut non multùm mentiantur.* Plutarchus de Placitis Philoſophorum II. 21. ubi de magnitudine Solis: Ἐπίκουρος, τηλικοῦτον ἡλίκος φαίνεται, μικρῷ μείζων ἢ ἐλάττων. Sudat hîc multùm Gaſſendus, fruſtraque laborat, ut Epicurum ſuum inſcitiæ culpâ in Aſtronomicis abſolvat. Abſolvere autem præcipuè conatur propter hæc verba, κατὰ μέντοι πρὸς ἡμᾶς. eum vide. *Epicurus in phyſicis totus eſt alienus.* inquit alicubi Marcus Tullius. Ceterùm pro, ἡλίκον ὁποῖον φαίνεται, legit Gaſſendus hoc loco, ἡλίκον φαίνεται. Veroſimile eſt Scriptorem Librarium in margine addidiſſe καὶ τοῖον, ὁποῖον, propter id quod ſequitur de Solis colore: quæ verba cùm in textum poſteà irrepſiſſent, excidiſſe videtur καὶ τοῖον, propter horum verborum cum ſequenti ὁποῖον ſimilitudinem. Codex Florentinus; quod valde notandum; vocem ὁποῖον non agnoſcit.

Ἢ τηλικοῦτον οὐχ ἅμα.] Gaſſendus: καὶ τηλικοῦτον οὐχ ὑπάρχει.

92 Ἀνατολὰς καὶ δύσεις, &c. δύνασθαι] Gaſſendus: ἀνατολαὶ καὶ δύσεις, &c. δύνανται. Et poſteà: καθ' ἑκατέρους, non καὶ καθ' ἑτέρους. καθ' ἑκαθέρους, Regiæ Membranæ. Malè. Sed de ortu & occaſu ſiderum ex Epicuri & aliorum philoſophorum ſententia, videndus omninò toties memoratus & toties memorandus, ὁ φιλοσοφικώτατος Gaſſendus.

Κατ' ἐκφάνειαν] Emenda κατ' ἐμφάνειαν.

93 Εἶτα τῇ θερμασίᾳ κατά τινα ἐπινέμησιν τοῦ πυρὸς] Vertit uterque interpres: *Ignis calore, per quamdam diſtributionem.* Quantò meliùs Gaſſendus! *ob calorem, atque idcirco aviditatem pabuli, in conſequentia versùs occaſum loca ad depaſtionem procedente.* Ceterùm, ſic locus ille legitur in Editione Baſileenſi: εἶτα τῇ θερμασίᾳ τοῦ πυρὸς ἀεὶ, &c.

Ἢ καὶ ὕλης ἀεὶ ἐπιτηδείως ἐχομένης καὶ ἐμπιπραμένης] Regius Codex uterque: ἐπιτηδείως ἐμπιπραμένης. Florentinus: ἐπιτηδείως ἐχομένης, καὶ ἐμπιπραμένης. Gaſſendus: ἢ καὶ ὕλης ἀεὶ ἐπιτηδείως ἐχομένης, καὶ τῆς μὲν ἐμπιπραμένης: propter id quod ſequitur, τῆς δὲ καταλιπούσης.

Μὴ φοβούμενος τὰς ἀνδραποδώδεις Ἀστρολόγων τεχνητείας] Obſervat hoc loco Gaſſendus, notari ab Epicuro, non Aſtrologiam Judiciariam, (necdum enim Epicuri temporibus in Græcia percrebuerat, utcumque ſtatim à Beroſo in eam invecta fuerit) ſed operoſas illas quas vocant Planetarum Theorias, ſeu Hypotheſes; quarum exemplum in Eudoxo, Callippo & Ariſtotele habebat. Non quòd viſus fuerit ſpeciatim ullam damnare Hypotheſin, (verba ſunt Gaſſendi) ſed quòd patienter non tulerit, haberi ullam ita ratam, ut ceteræ non cenſerentur paris cum ea eſſe probabilitatis. Hoc enim eſt, quod eſſe cenſuit ἀνδραποδώδες, mancipii videlicet more, uni cuipiam addictum eſſe.

Καὶ καταστροφὴν τοῦ σώματος, &c.] Arguitè Gaſ- 94
ſendus, καὶ κατὰ στροφήν: disjunctim. Legit deinde, μοναχὸν, pro μοναχῇ, quemadmodum non multò pòſt habetur. Et poſteà: ἤτε, pro οὔτε. Et ſtatim: μὴ δύναιτο, pro καί τι ἀδύνατον. Et ſtatim rurſus: ἐπιθυμοῖ, non ἐπιθυμῶν.

Ἐνδέχεται δὲ ἀπὸ τοῦ ἡλίου] Gaſſendus: ἐνδέχεται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἡλίου.

Καὶ τὰς ἀκολούθους αὐτοῖς ὑπεθέσεις] Gaſſendus: 95
καὶ τὰς ἀκολούθους αὐτῷ; referri enim debet ad πλεοναχῶς τρόπον. Legit & mox ἄλλοθι, pro ἄλλο τε.

Καὶ ὅσοι πάντα] Gaſſendus: καὶ ὅσοι πάντη.

Ἐπὶ πάντων γὰρ τῶν μετεώρων τὴν τοιαύτην ἰχνεύειν 96
οὐ προσθετέον] Gaſſendus: τὴν τοιαύτην ἰχνεύειν ὁδὸν προσθετέον. Et poſteà: ἢν γάρ τις μαχόμενος ᾖ: non ut hîc legitur, ἢν γάρ τισι μαχομένοις.

Καὶ τὰς ἅμα συγκρίσεις] συγκυρήσεις, Codex Florentinus. Nihil mutandum.

Ἀλλὰ κατ' ἀναχώρησιν] Addit Gaſſendus, πάλιν ἐκλάμπεσθαι.

Διογένης ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἐπιλέκτων] 97
De illo Diogene, deque illo ejus libro, diximus ſuprà, in hac ipſa Vita.

Ἅπασα ἡ τῶν μετεώρων ἀντιλογία ματαία ἴσται] Sic Palatinus Codex. Baſileenſis Editio, ἅπασα περὶ τῶν μετεώρων, &c. Regiæ Membranæ, ἅπασα ἡ περὶ τῶν. Gaſſendus: ἅπασα ἡ περὶ τῶν μετεώρων αἰτιολογία, &c. Optimè: Sed & paullò pòſt legit φερομένοις, non φερομένους: & δυναμένοις, non δυναμένους: poſt quam ultimam vocem, addit hæc verba, μήτε διανοουμένοις: quæ excidiſſe videntur ob affinitatem, creditamque cum præcedentibus, μὴ δυναμένοις, identitatem.

Μήκη νυκτῶν καὶ ἡμερῶν παραλλάττοντα] Addit 98
Gaſſendus, ἐνδέχεται. Legit verò poſteà: καὶ πάλιν βραδείας ὑπέρ τε, καὶ ὑπὸ γῆς, παρὰ τὸ τὰ μήκη τόπων παραλλάττειν. Καὶ παρὰ τὸ, τόπους τινὰς περαιοῦσθαι τάχιον, ἢ βραδύτερον, ὡς καὶ παρ' ἡμῖν τινα θεωρεῖται. Et deinde: ἢ δυνατὸν, non εἰ δυνατόν.

Ἐπεὶ σημασίαι] Editio Baſileenſis, ἐπισημασίαι. Legendum omnino Ἐπισημασίαι. Sunt verò ἐπισημασίαι τῶν ἀστέρων, præſignificationes aſtrorum, ſeu indicationes, ac pronuntiationes pluviarum, ventorum, æſtuum, ſiccitarum, aliarumque mutationum aëris, prout oriuntur aut occidunt Sidera. Vide Ariſt. in Prob. XXVI. 13. Rectè ſuprà ſcriptum eſt, αἱ δ' ἐπισημασίαι αἱ γινόμεναι ἐπί τισι ζώοις, κατὰ συγκύρημα γίνονται τοῦ καιροῦ.

Καὶ κατὰ συγκυρήσεις] Optimè: & ita codex Palatinus & Florentinus. Perperam συγκρίσεις Editio Frobeniana & Stephanica. Etiam infrà συγκύρημα legitur, loco in proximè ſuperiori Obſervatione allato.

Καὶ παρ' ἑτέροις ὡσαεὶ ἀέρος καὶ μεταβολῆς] Caſaubonus putabat legendum καὶ παρ' ἑτέρα, ὡσεὶ ἀέρος μεταβολήν: aut potiùs quid deeſſe. Et certè quid deeſt. Id ſupplet Gaſſendus ex mente Epicuri: legitque: καὶ κατὰ συντεύξεις αἰτίων τινῶν, ἅμα ταῖς τῶν ἄστρων ἀνατολαῖς, καὶ δύσεσι, τινὸς τοῦ ἀέρος μεταβολῆς. Legit quoque poſteà: ποῖον παρὰ τοῦτο.

ἢ τοῦτο αἴτιον, pro ποίοις παρὰ τοῦτο ἢ τοῦτο τὸ αἴτιον.

99 Συνώσεως:] Gaſſendus: συνώσει.

Ἤδη δὲ ἐξ αὐτῶν] Gaſſendus; ἤδη δ' ἐπ' αὐτῶν: Et poſteà, ὑετὸν, non ὕδατα.

100 Ἔτι τε πνεύματα, κατὰ ἀπόφορὰν, &c.] Gaſſendus: ἔτι τε πνεύματα γίνεσθαι δύναται κατὰ ἀποφορήν. Supplet & mox vocem ἀτόμων poſt vocem κινουμένων.

Καθάπερ ἐν τοῖς ἠμετέροις ἀγγείοις] An reſpexerit Epicurus vaſa illa Theatralia, quibus in Scena tonitru excitabatur, & quorum meminit Hero in Automatis?

Καὶ τάξεις, πῆξιν, &c.] Argutè, & verè, Gaſſendus: καὶ πατάξεις, &c. Habet Frobeniana Editio, κατάξεις: quod proximè ad πατάξεις accedit. λόξεις, habent Codices, cùm Palatinus, tum Florentinus.

101 Κατὰ παράτριψιν καὶ σύγκρουσιν νεφῶν, &c.] Reſpexit opinionem Democriti, qui apud Stobæum in Eclogis Phyſicis, fulgur ait eſſe, colliſionem nubium, quâ corpuſcula ignis effectricia variis affrictionibus, per inania rerùm multiplicia, in unum coëuntia velut percolentur. Sed & Stoici Tonitru, συγκρουσμὸν νεφῶν; fulgur, ἔξαψιν ἐκ παρατρίψεως, definiebant: ut eſt apud Plutarchum de Placitis Philoſophorum libro & capite III. Videndus Comicus ἐν Νεφέλαις.

Καὶ κατ' ἐκπτισμὸν ἐκ τῶν νεφῶν ὑπὸ πνευμάτων τοιούτων σωμάτων] Quæ fuit Heraclidi & Metrodori ſententia. Legendus hîc Gaſſendus: qui etiam ex fide MSS. Codicum reſcribit ὑπὸ πνευμάτων τῶν τοιούτων. Editio Baſileenſis has voces τῶν τοιούτων non agnoſcit.

Ἐκπιασμὸν] Gaſſendus, ἐκπιεσμὸν: quod idem eſt.

Καὶ κατὰ ἐμπερίληψιν δὲ τοῦ ἀπὸ τῶν ἄστρων κατεσπειραμένου φωτός] Codex Palatinus, & Stephanica Editio κατὰ περίληψιν. Sed ἐμπερίληψιν quoque Editio Frobeniana. Optimè. Reſpexit Epicurus Empedoclis opinionem: de qua ſic Ariſtoteles Meteorol. lib. II. cap. 9. καίτοι τινὲς λέγουσιν ὡς ἐν τοῖς νέφεσιν ἐγγίνεται πῦρ· τοῦτο δ' Ἐμπεδοκλῆς μέν φησιν εἶναι, τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων. Et poſteà: ἄλογος δὲ καὶ ἡ τοῦ πυρὸς ἐμπερίληψις, &c.

102 Καὶ κατὰ ῥήξεις τε νεφῶν ὑπὸ πνευμάτων καὶ ἐκπτώσεις τῶν πυρὸς ἀποτελεστικῶν ἀτόμων] Innuere videtur Clidemi ſententiam: de qua Philoſophus dicto loco: εἰσὶ δέ τινες, οἱ τὴν ἀστραπὴν, ὥσπερ καὶ Κλείδημος, οὐκ εἶναί φασιν, ἀλλὰ φαίνεσθαι, παρεικάζοντες ὡς τὸ πάθος ὅμοιον ὂν καὶ ὅταν τὴν θάλατταν τις ῥάβδῳ τύπτῃ· φαίνεται γὰρ τὸ ὕδωρ ἀποστίλβον τῆς νυκτός· οὕτως ἐν τῇ νεφέλῃ, ῥαπιζομένου τοῦ ὑγροῦ, τὴν φαντασίαν τῆς λαμπρότητος εἶναι τὴν ἀστραπήν. *Sunt autem quidam, quemadmodum Clidemus, qui Coruſcationem non eſſe ajunt, ſed apparere: veluti cùm mare quis virgâ percuſſerit: videtur enim aqua effulgens nocte: ſic in nube, flagellato humido, apparentium ſplendoris eſſe ajunt coruſcationem.*

Προτερεῖ δὲ ἀστραπὴ τῆς βροντῆς] Ariſtoteles, citato loco: γίνεται δὲ (ἀστραπὴ) μετὰ (malim κατὰ) τὴν πληγὴν, καὶ ὕστερον. ἀλλὰ φαίνεται πρότερον, διὰ τὸ τὴν ὄψιν προτερεῖν τῆς ἀκοῆς· δηλοῖ δ' ἐπὶ τῆς εἰρεσίας τῶν τριήρων· ἤδη γὰρ ἀναφερόντων πάλιν τὰς κώπας, ὁ πρῶτος ἀφικνεῖται ψόφος τῆς κωπηλασίας. *Fit autem Coruſcatio poſt percuſſionem, & poſterius Tonitruo, ſed videtur prius, quia viſus anticipat auditum. Patet autem in remigatione triremium; jam enim ſurſum ferentibus iterum remos, primus pertingit ſonus remigii.*

Καὶ κατ' αἴγλησιν] Lege cum ceteris Editionibus, καὶ κατείλησιν. κατέλησιν, habet Codex Florentinus. 103

Καὶ ῥήξεως πολλῆς πνευμάτων γενομένης] Legendum prorſus, ῥύσεως: atque ita Codices Regii. 104

Ὅταν κράδαστον τῇ γῇ παρασκευάζῃ] κραδασμὸν emendat Caſaubonus: quam lectionem ſequitur & Gaſſendus: κράδασιν, ſcriptum eſt in Codice Florentino. Ceterùm, totum hunc locum ſic componit Gaſſendus: Σεισμοὺς ἐνδέχεται γίνεσθαι, καὶ κατὰ πνεύματος ἐν τῇ γῇ ἀπόληψιν, καὶ παρὰ συχνοὺς πόρους αὐτῆς παρείσδυσιν, καὶ συνεχῆ κίνησιν, ὥστε κραδασμὸν τῇ γῇ παρασκευάζει. Καὶ κατὰ τὸ πνεῦμα τοῦτο ἔξωθεν ἐμπεριλαμβάνειν ἐκ τοῦ πίπτειν εἰς ἐδάφη, ἢ εἰς ἀντροειδεῖς τόπους τῆς γῆς τὸν ἤδη ὑπὸ πνευμάτων ἄλλων πεπιλημένον, καὶ διὰ τοῦτο ὁρμητικόν τε, καὶ κινητικὸν γενόμενον ἀέρα. Καὶ κατὰ τὴν δὲ διάδοσιν τῆς κινήσεως, &c. De terræ motuum cauſa, legendus omnino Agathias lib. v. Hiſtoriarum. 105

Τὰ δὲ πνεύματα συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ χρόνον, &c.] Gaſſendus ingeniosè: τὰ δὲ νάματα συμβαίνει γίνεσθαι κατὰ κρουνῶν, καὶ ἀλλοφυλίαι. Et poſteà: ἐξ ὀλίγων: pro καὶ ὀλίγων. Eum videſis. 106

Καὶ καταμέρισιν, καὶ πῆξιν, &c.] Gaſſendus: καὶ κατὰ μέρισιν, καὶ τῆξιν μετριωτέραν, &c. καὶ τὴν διάῤῥηξιν, &c. Etiam τῆξιν ſcriptum exhibent Membranæ Florentinæ. Obſervabis obiter hæc verba, καὶ καταμέρισιν, καὶ πῆξιν μετριωτέραν, ὑδατοειδῶν τινῶν, in Editione Baſileenſi deſiderari.

Πάντοθεν τῶν ἄκρων ἀποτηκομένων, καὶ ἐν τῇ συστάσει, &c.] ἀποκομένων, Editio Stephanica, necnon Palatinus Codex & Florentinus. Editio Frobeniana: πάντοθεν τῶν ἄκρων καὶ ἐν τῇ συστάσει πάντοθεν ὡς λέγεται, καὶ τὰ μέρη, &c. Caſaubonus, ἀποκεκομμένων, ſive ἀποκεκοπτομένων: qui & Ambroſium legiſſe ἀπτομένων, obſervat. ἀποκοπτομένων quoque Gaſſendus. Sed & poſteà: καὶ ἐν τῇ συστάσει πάντοθεν, ὡς λέλεκται, κατὰ μέρη, &c. ἀποπικομένων, habent Schedæ Regiæ. 107

Ἐκ τῶν νεφῶν διαφόρων συμμετρίως, &c.] συμμετρίας Codices Regii. Gaſſendus feliciter: ἐκ τῶν νεφῶν δι' αἰφρῶν συμμετρίας.

Καὶ ὑπομνήματος σπορᾶς.] Legit Caſaubonus, καὶ ὑπὸ πνεύματος φορᾶς. Gaſſendus retinet vocem σπορᾶς, & legit ὑπὸ πνευμάτων.

Καὶ κατὰ τῆξιν δ' ἐν τοῖς νέφεσιν ὁμαλὴν ἀραιότητα ἔχουσα τοιαύτη προαίρεσις, &c.] Sic Editio Frobeniana. Stephanica, & Codex Palatinus, ἔχουσα τοιαύτην, &c. Codex Florentinus: ἔχουσα τοιαύτη πρόσεις. Gaſſendus: ἔχουσα τοιαύτην πρόσκρισις, &c.

Ἃ οἱονεῖ σύνωσιν ποιούμενα] Longè diverſa eſt lectio Codicis Florentini: nam in eo legere eſt, ἃ λεῖον εἰς σύνωσιν, ἀλλὰ τὸ ἐκτετυπωμένον βέλτιον δοκεῖ ποιούμενα.

108 Ἀποτελετικά] Corrige, ἀποτελεστικά: quomodo habet Editio Stephani.

Ἀπὸ νοτερῶν] Perperam ceteræ Editiones, ἀπονοτέρων.

Ἐν τοῖς τόποις] Gaſſendus, ἐν τοῖς ἄνω τόποις. Ita legendum ſuadent ſequentia, καὶ πάλιν φορὰν ἐπὶ τοὺς κάτω τόπους.

109 Τῶν δρόσων τούτων πῆξιν, &c.] Ante hæc verba, addit Gaſſendus, Πάχνη δὲ συντελεῖται.

Ἃ συνελασθέντα, &c.] Gaſſendus, συνελαθέντα.

Κατ' ἄερος φύσιν] Optimè Gaſſendus, κατὰ φύσιν. Et poſteà: ἢ τὰ τῶν χρωμάτων τούτων ἰδιώματα ποιήσῃ, εἴτε πάντα, εἴτε κωνοειδῆς, ἀφ' οὗ, &c.

110 Τὰ δὲ τῆς περιφερείας, &c.] Gaſſendus, τὸ δὲ, &c. refertur enim ad φάντασμα.

Λαμβανουσῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι τομῶν, ἢ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀέρος προσφερομένου πρὸς τὴν σελήνην, ἀποφερομένων ἀτόμων, &c.] Aliter omnino legitur hic locus in Editione Baſileenſi: ſcilicet hoc modo, λαμβανουσῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι τομῶν, ἢ ἐν τοις νέφεσιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἀέρος προσφερομένου πρὸς τὴν σελήνην· ἢ τὰ ἀπ' αὐτῆς ῥεύματα ἀποφερόμενα ὁμαλῶς ἀναστέλλοντα ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον κύκλῳ περὶ τῆς εἰς τὸ νεφοειδὲς τοῦτο, καὶ μὴ τὸ παράπαν, &c. Reſcribit Gaſſendus: λαμβανουσῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι, ἢ ἐν τοῖς νέφεσιν ἀπὸ τοῦ ἀέρος ἀποφερομένων ἀτόμων, ὥστε εἰς σύγκρισίν τινα καθέσθαι εἰς περιφέρειαν τοιαύτην.

Καὶ κατὰ πάντοθεν ἀέρος προσφερομένου, &c.] Gaſſendus: καὶ τοῦ πάντοθεν ἀέρος περιφερομένου πρὸς τὴν σελήνην, ὅταν ἀπ' αὐτῆς ἀποφερομενα ῥεύματα ὁμαλῶς ἀναστέλλοντα ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον κύκλῳ περὶ αὐτῆς εἰς τὸ νεφοειδὲς τοῦτο, καὶ μὴ τὸ παράπαν, διακρίνῃ, ἢ καὶ τοῦ περιξ αὐτῆς ἀέρος ἀναστελλομένου συμμέτρως πάντοθεν.

111 Περιστάσεως γινομένης, ἰδίαν τινὰ, &c.] Gaſſendus: περιστάσεως γινομένης· ἤτοι ἰδίαν, &c. Supplet & poſtea vocem ἐνδέχεται, poſt hæc verba, τήν τε ἀφάνισιν τούτων.

Ὅτι τινὰ, &c.] Gaſſendus: οἷον ὅτι τινὰ ἀναστρέφεται αὐτοῖς, &c.

112 Περὶ ὃ τὸ λοιπὸν ἀναστρέφεται, &c.] Sic Editio Stephanica. Baſileenſis, ἀναγράφεται. Codex Palat. ἀναφέρεται. Gaſſendus: περὶ ὃ τὸ λοιπὸν στρεφεται, &c. & poſteà, αὐτοῖς προσιστάναι: non αὐτῷ προστάναι, ut habet Editio Romana, aut αὐτῷ περιστάναι, ut habet Baſileenſis & Stephanica.

Ἢ κωλυτικὴ γίνεται τοῦ περιπολειν] Addit Gaſſendus αὐτά. Legit & poſteà, ὡς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ· pro eo quod hîc legitur, ἐν δὲ τούτῳ τῷ τόπῳ.

Τινὰ δὲ μὴ κινεῖσθαι] Rectè Gaſſendus, τινὰ δὲ μὴ πλανᾶσθαι. Legit quoque poſteà, καὶ παρὰ τὸ τῷ κύκλῳ κινούμενα. In Codice Florentino ſcriptum fuit, καὶ παρὰ τὸ κύκλῳ κινούμενα. in Palatino, καὶ παρὰ τῶν.

Καὶ καθ' οὓς τρόπους] Gaſſendus, τόπους.

Ὁμαλῶς τε ἐκκαούσας] Gaſſendus: ὁμαλῶς τε κινούσας.

Διὰ τὴν κατάλυσιν] Codices Regii, κατ' εὔλησιν. κατεύλησιν, Codex Florentinus: quam lectionem amplexus eſt Gaſſendus. An potiùs κατείλησιν? Quid enim ſit κατεύλησις, fateor me ignorare. 115

Ἡ τοιαύτη μορία ἐκπέσῃ, μὴ ὅτι εἰς παντελῆ, &c.] Gaſſendus: ἐμπέσῃ, μηκέτι εἰς τὸ παντελῆ εὐδαιμονίαν κεκτημένον. 116

Περιεποιήσαντο] Gaſſendus: περιεποιήσαιντο. περιποιήσαιντο voluit dicere.

Τὰ μὲν ἡμᾶς ἐκφεύγειν, τὰ δ' αἱρεῖσθαι] Commodiùs legitur in MSS. Regiæ Bibliothecæ, inverſo ordine, τὰ μὲν ἡμᾶς αἱρεῖσθαι, τὰ δ' ἐκφεύγειν. 117

Βλάβας ἐξ ἀνθρώπων, ἢ διὰ μῖσος, ἢ διὰ φθόνον, ἢ διὰ καταφρόνησιν γίνεσθαι, ὧν τὸν Σοφὸν λογισμῷ περιγίνεσθαι] Seneca in libro de Conſtantia Sapientis cap. xv. *Epicurus, quem vos patronum inertiæ veſtræ aſſumitis, putatiſque mollia ac deſidioſa præcipere, & ad voluptatem ducentia, Raro, inquit, Sapienti intervenit fortuna*, &c. *Quòd ſi Epicurus quoque, qui corpori plurimùm indulſit, adverſus injurias exſurgit, quid apud nos incredibile videri poteſt, aut ſupra humanæ naturæ menſuram? Nec eſt, quod dicas hoc naturæ repugnare. Non negamus rem incommodam eſſe verberari, & impelli, & aliquo membro carere: ſed omnia iſta negamus injurias eſſe. Non ſenſum illis doloris detrahimus, ſed nomen injuriæ, quod non poteſt recipi virtute ſalva. Uter veriùs dicat, videbimus. Ad contemptum quidem injuriæ uterque conſentit. Quæris quid inter duos interſit? quod inter Gladiatores fortiſſimos: quorum alter premit vulnus, & ſtat in gradu: alter, reſpiciens ad clamantem populum, ſignificat nihil eſſe, & intercedi non patitur. Non eſt, quòd putes magnum, quo diſſidemus.*

Ἀλλὰ καὶ τὸν ἅπαξ γενόμενον Σοφὸν, μηκέτι τὴν ἐναντίαν λαμβάνειν διάθεσιν] Cujus Epicurei dogmatis meminit & Plutarchus, in Commentario adverſus Colotem: his verbis: ἐν γάρ ἐστι τῶν Ἐπικούρου δογμάτων, τὸ, Μηδὲν ἀμεταπείστως πεπεῖσθαι μηδένα, πλὴν τὸν Σοφόν. *Eſt enim unum de Epicuri decretis, Nihil cuiquam ita certò perſuaſum eſſe, ut de ſententia deduci non poſſit, excepto Sapiente.*

Μηδὲ πλάττειν ἐκόντα πάθεσι μᾶλλον συσχεθήσεσθαι, &c.] Gaſſendus: Μηδὲν πλάττειν ἐκόντα, ἀληθέσι μᾶλλον συσχεθῆναί τε, καὶ οὐκ ἂν ἐμποδίσαι πρὸς τὴν σοφίαν. Mericus Caſaubonus nihil mutat: ſed ſic diſtinguit. μηδὲ πλαττειν ἑκόντα. πάθεσι μᾶλλον συσχεθήσεσθαι, οὐκ ἂν ἐμποδίσαι πρὸς τὴν σοφίαν. & τὰ πάθη hîc, τὰ τοῦ σώματος πάθη interpretatur. Sed & ſic pro πλάττειν, πράττειν melius legi exiſtimabat. Eum vide.

Οὐδ' ἐν παντ. ἔθει] Ἔθνει, ceteræ Editiones: quam lectionem ſequitur Gaſſendus: probatque, quòd Epicurus apud Clementem Alexandrinum libro I. Στρωματέων ſolos Græcos philoſophari poſſe exiſtimet.

118 Κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ Σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα] Meminit Cicero Tuſcul. lib. v. *An Epicuro, qui tantummodo induit perſonam Philoſophi, & ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit, dicere licebit (quod quidem, ut habet ſe res, me tamen applaudente, dicit) nullum Sapienti eſſe tempus, cùm uratur, torqueatur, ſecetur, quin poſſit exclamare, Quàm pro nihilo puto, &c.* Et lib. II. *Epicurus verò ea dicit, ut mihi quidem riſus captare videatur: affirmat enim quodam loco, ſi uratur Sapiens; ſi crucietur: expectas fortaſſe, dum dicat, patietur; perferet, non ſuccumbet: magna mehercule laus, & eo ipſo, per quem juravi, Hercule digna: ſed Epicuro homini aſpero & duro non eſt hoc ſatis. In Phalaridis tauro, ſi erit, dicet, Quàm ſuave eſt hoc! quàm hoc non curo! &c.* Meminit & Lactantius Divinarum Inſtit. III. 26. *Epicurus multò fortius: Sapiens, inquit, ſemper beatus eſt, & vel incluſus in Phalaridis tauro, hanc vocem emittet; Suave eſt, & nihil curo, &c.* Et Seneca Epiſt. 92. *Poteram reſpondere quod Epicurus ait, Sapientem, ſi in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum, Dulce eſt, & ad me nihil attinet, &c.* Ceterùm, ſequitur mox apud Laërtium, ὅτε μέν τις στρεβλοῦται, ἐνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει· quæ verba, poſt ſuperiora κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ Σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα, reponenda exiſtimavit Gaſſendus: qui & legit ibidem: ὅτε μέντοι στρεβλωθῇ, ποτὲ καὶ μύζειν, καὶ οἰμώζειν. Etiam Gatakerus ad primum Marci Antonini, priora Laërtiana poſterioribus ſic conjungenda exiſtimabat: κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ Σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα. ὅτε μέν τοι στρεβλοῦται, ἐνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει. De quibus lectionibus, ampliùs cogitandum. Interim monuiſſe ſatis ſit, legi in Codice Florentino οὐδ' εὐχ, ὅτε μεντοι στρεβλοῦται, καὶ μύζει, καὶ οἰμώζει. Etiam μέντοι, ſcriptum exhibet Codex Regius. μύζειν, eſt *ingemiſcere.*

Μόνον τε χάριν ἔξειν τὸν Σοφόν] Seneca Epiſt. 81. *Itaque negamus quemquam ſcire gratiam referre, niſi Sapientem: non magis quam beneficium dare quiſquam ſcit, niſi Sapiens: hic ſcilicet, qui magis dato gaudet, quàm alius accepto. Hoc aliquis inter illa numerat, quæ videmur* inopinata *omnibus dicere: παράδοξα Græci vocant: & ait, Nemo ergo ſcit præter Sapientem referre gratiam: ergo nec quod debet creditori ſuo, reponere quiſquam ſcit alius: nec cum emit aliquam rem, pretium venditori perſolvere. Sed ne nobis fiat invidia, ſcito idem dicere Epicurum. Metrodorus certè ait, Solum Sapientem referre gratiam ſcire.*

Φίλοις καὶ παροῦσι, καὶ ἀποῦσιν, ὁμοίως, διά τε ὁδοῦ] Gaſſendus conjungit hæc cum ſuperioribus: ac legit, ὁμοίως δὲ καὶ ἀποθανοῦσιν Ego, exiſtimo aliud Effatum eſſe à ſuperiori; & hoc loco quid deeſſe: quin enim hæc verba διά τε ὁδοῦ, ſint Laërtii, dubitare vix ſinunt illa, καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως. In manu exarato Codice Regiæ Bibliothecæ legitur, καὶ ἐπὶ φίλοις καὶ παροῦσι, &c. Hæc ſcripſeram, cùm in Gatakeri Annotationes ad librum primum Marci Antonini incidi, ubi hæc Laërtii, διά τε ὁδοῦ, ad ſequentia pertinere putat, διά τε ὁδοῦ, ὅτε μέν τις στρεβλοῦται ἐνθα καὶ μύζει καὶ οἰμώζει. Ut ſenſus ſit: etiam in itinere, ſi quem torqueri viderit, commiſeratione attactum, ſortem hominis deploraturum.

Γυναικί τε οὐ μιγήσεσθαι τὸν Σοφὸν ἢ οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσιν] Hoc Effatum reſpexit Origenes libro VII. contra Celſum: ſed ubi illud invidioſè interpretatur: ἐκκλίνουσι τὸ μοιχεύειν οἱ τὰ τοῦ Κιτιέως Ζήνωνος φιλοσοφοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου, τινες δὲ καὶ τῶν παντελῶς ἰδιωτῶν. ἀλλ' ὅρα, ὅση διαφωνία ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ μοιχεύειν ἐκκλίσεως τῶν τοσούτων· οἱ μὲν, διὰ τὸ κοινωνικὸν καὶ παρὰ φύσιν εἶναι τῷ λογικῷ ζώῳ, νοθεύειν τὴν ὑπὸ τῶν νόμων ἑτέρῳ προκαταληφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ φθείρειν τὸν ἄλλου ἀνθρώπου οἶκον· οἱ δὲ ἀπὸ Ἐπικούρου, οὐ διὰ τοῦτο οὐ μοιχεύουσιν, ὅτε ἀπέχονται τοῦ μοιχεύειν, ἀλλὰ διὰ τὸ νενομικέναι τέλος τὴν ἡδονήν. πολλὰ δ' ἀπαντᾷ κωλυτικὰ τῆς ἡδονῆς τῷ εἴξαντι μιᾷ τῇ τοῦ μοιχεύειν ἡδονῇ, καὶ ἔσθ' ὅτε φυλακὰς ἢ φυγὰς, ἢ θανάτους συμβαίνειν, πολλάκις δὲ πρὸ τούτων καὶ κινδύνους· κατὰ τὸ ἐπιτηρεῖν τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔξοδον ἀπὸ τῆς οἰκίας, καὶ τῶν τὰ ἐκείνου φρονούντων· ὡς εἰ καθ' ὑπόθεσιν μοιχεύοντα οἷόν τ' ἦν λαθεῖν καὶ τὸν ἄνδρα τῆς γυναικὸς, καὶ τοὺς οἰκείους πάντας αὐτοῦ, καὶ τοὺς παρ' οἷς τις ἐκ τοῦ μοιχεύειν ἀδοξεῖ· κἂν ἐμοίχευσε διὰ τὴν ἡδονὴν ὁ Ἐπικούρειος· εἰ δὲ καὶ ὁ ἰδιώτης ποτὲ, παρὸν μοιχεύειν, οὐ μοιχεύει, εὐρεθείη ἂν ἐνίοτε διὰ τὸν ἐνεστῶτα ἐκ τοῦ νόμου φόβον καὶ τὰς κολάσεις οὐ μοιχεύων καὶ οὐ διὰ τὸ θηρᾶσθαι πλείονας ἡδονὰς, ὁ τοιοῦτος ἀπέχοιτ' ἂν τοῦ μοιχεύειν. *Vitant adulterium Philoſophi qui Zenonem Citienſem ſectantur: vitant & quibus Epicurus placet Magiſter: nonnulli etiam ex illiterata plebecula. Sed vide quàm variæ ſint horum voluntates in fugiendo adulterio. Illi peccari contra naturam & ſocietatem humanam putant, ſi quis vitiet mulierem legitimè conjunctam alteri, & familiam ejus adulteret. Epicurei verò, non hac de cauſa abſtinent, ſed quia omnes actiones ſuas ad unum ſcopum, voluptatem, dirigunt. Multis autem ſe ipſum fraudat voluptatibus, qui huic uni ſuccumbit. Interdum etiam in carceres, exilia, mortes incidit: & ante factum, non caret periculo, dum obſervat mariti è domo exitum, & aliorum qui illi favent. Itaque fac eum fallere poſſe maritum, domeſticos ejus, & ceteros, à quibus ſibi timet opprobrium, quantum attinet ad voluptatem, etiam adulter Epicureus fieret: quòd verò etiam idiota non mœchatur cùm datur facultas, in cauſa eſt legum ac pœnarum metus, non contemptus voluptatum.*

Οὔτε κολάσειν οἰκέτας, ἐλεήσειν μέντοι καὶ συγγνώμην τινὶ ἔξειν τῶν σπουδαίων] Veriſſimè Caſaubonus, τούς τε οἰκέτας κολάσειν. Legendus hoc loco Gaſſendus.

Ἐρασθήσεσθαι τὸν Σοφὸν, οὐ δοκεῖ αὐτοῖς] Secus ac Stoicis: qua de re nos ſuprà ad Zenonem Cittieum. Intelligi autem hîc ab Epicuro amorem, qui ſit rerum venerearum vehemens appetitio, rectè monet Gaſſendus ex Suidâ. Suidæ verba hæc ſunt, ἐρᾶν·

διαιροῦμεν γὰρ τὸν ἔρωτα εἴς τε σύντονον ὄρεξιν ἀφροδισίων, ὡς Ἐπίκουρος λέγει, ὃν οὐχ οἷόν τε ἀστεῖον εἶναι, καὶ εἰς ἐπιβολὴν φιλοπονίας, (corrige φιλευποιΐας) διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον, ὡς οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς. A partibus Epicuri ſtat Tullius: cujus hæc ſunt verba Tuſcul. Quæſt. lib. IV. *Ad magiſtros virtutis Philoſophos veniamus*, (Stoicos intelligit) *qui amorem negant ſtupri eſſe, & in eo litigant cum Epicuro, non multum, ut opinio mea fert, mentiente. Quis eſt enim amor iſte amicitia? Cur neque deformem adoleſcentem quiſquam amat, neque formoſum ſenem?*

Οὐδὲ ταφῆς φροντιεῖν] Hoc eſt, ut benè Gaſſendus, de ſepultura ſollicitum nimis eſſe non oportere: non enim Epicurum omnem penitus ſepulturæ curam voluiſſe abjici, patet ex his Plutarchi verbis in libro, An rectè dictum ſit Λάθε βιώσας: Ἐπίκουρε, μὴ γράφε τοῖς ἐν Ἀσίᾳ, μηδὲ φίλοις τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου ξενολόγει, μηδὲ Λαμψακηνῶν ἐφήβους δορυφόρει, μηδὲ διάπεμπε βίβλους πᾶσι καὶ πάσαις, ἐπιδεικνύμενος τὴν σοφίαν, μηδὲ διατάσσου περὶ ταφῆς. *Epicure, non ſcribe ad amicos in Aſia; non ex Ægypto hoſpitibus te præbe; non ſtipator eſto Lampſacenis ephebis; non libros ad omnes utriuſque ſexus homines mitte, ſapientiam oſtentans; neque de ſepultura aliquid præſcribe.*

Οὐδὲ θεόπεμπτον εἶναι τὸν ἔρωτα] Non ſuo loco hæc poſita ſunt. Poni debent; quod vidit hîc Gaſſendus & Gatakerus ad Marcum Antoninum; poſt illa, ἐρασθήσεσθαι τὸν Σοφὸν αὐτοῖς· niſi fortè; quod magis puto; inſititia ſunt; huc advecta ex Zenonis Cittiei Vita; ubi ſic habetur: καὶ ἐρασθήσεσθαι δὲ Σοφὸν τῶν νέων τῶν ἐμφαινόντων διὰ τοῦ εἴδους τὴν πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐαν, &c. εἶναι δὲ τὸν ἔρωτα, ἐπιβολὴν φιλευποιΐας, διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον· καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας· τὸν γοῦν Θρασωνίδην, καίπερ ἐν ἐξουσίᾳ ἔχοντα τὴν ἐρωμένην, διὰ τὸ μισεῖσθαι, ἀπέχεσθαι αὐτῆς· εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, &c. καὶ μὴ εἶναι θεόπεμπτον αὐτόν. Ita ibi legendum contendimus. Malè vulgò, καὶ μὴ εἶναι ἐπίπεμπτον. Præter Laërtii locum quem præ manibus habemus, firmat ſententiam noſtram & Suidas, qui Laërtii verba ex Vita Zenonis αὐτολεξεὶ ita deſcripſit, in Ἔρως: τὸν ἔρωτά φασιν, ἐπιβολὴν εἶναι φιλευποιΐας, διὰ κάλλος ἐμφαινόμενον· καὶ μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας. τὸν γοῦν Θρασωνίδην, καίπερ ἐξουσίαν ἔχοντα τῆς ἐρωμένης, διὰ τὸ μισεῖσθαι, ἀπέχεσθαι αὐτῆς. εἶναι οὖν τὸν ἔρωτα φιλίας, μὴ εἶναι θεόπεμπτον· εἶναι δὲ τὴν ὥραν ἄνθος ἀρετῆς.

Ὡς Διογένης ἐν τῷ ιβ'. φησίν.] Diogenes Tarſenſis, Epicureus: qui ſcripſit Ἐπιτομὴν τῶν Ἐπικούρου Ἠθικῶν, teſte Laërtio in hac ipſa Epicuri Vita. Scripſerat, eodem teſte, ibidem & Ἐπιλέντους Σχολὰς· quarum primum, quintum, & viceſimum, citat Laërtius ibidem: ut viginti libris minimùm conſtiterit hoc opus. De eo autem accipiendus hoc loco Laërtius. De Diogene Tarſenſi, nos ſuprà pluribus, ad Diogenis Cynici Vitam: ubi de pluribus Diogenibus.

Οὐδὲ ῥητορεύσειν καλῶς] Cautè addidit καλῶς: quod de affectatis orationis floſculis Gaſſendus rectè interpretatur: non enim Rhetoricam Epicurus prorſus abjecit Gaſſendum lege lib. VIII. de Vita & Moribus Epicuri cap. 9.

Συνουσίη δὲ (φασὶν) ὤνησε μὲν οὐδέποτε, ἀγαπητὸν δὲ, εἰ μὴ καὶ ἔβλαψεν] Meminit Galenus Commentario I. in librum III. Epidemiorum Hippocratis: τίς γὰρ ἦν ἀνάγκη, γράφειν, Δημόκριτον μὲν εἰρηκέναι μικρὰν ἐπιληψίαν εἶναι τὴν συνουσίαν, Ἐπίκουρον δὲ μηδέποτε μὲν ὠφελεῖν ἀφροδισίων χρῆσιν, ἀγαπητὸν δ' εἰ μὴ βλάψειεν; & in libro Medicæ Artis cap. 86. ἀφροδισίων, κατὰ μὲν Ἐπίκουρον, οὐδεμία (an οὐδέποτε?) χρῆσις ὑγιεινή· κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων. Item Cicero Tuſcul. V. *Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur; hæque voluptates ſigillatim extenuantur, quarum genera non contemnunt, quærunt tamen copiam. Nam & obſcœnas voluptates; de quibus multa ab illis habetur oratio; faciles, communes, in medio ſitas eſſe, dicunt; easque, ſi natura requirat, non genere, aut loco, aut ordine, ſed formâ, ætate, figurâ, metiendas putant; ab iisque abſtinere minime eſſe difficile, ſi aut valetudo, aut officium, aut fama poſtulet: omninoque hoc genus voluptatum, optabile eſſe, ſi non obſit, prodeſſe nunquam.* Adde Plutarchum Sympoſ. III. 6. Refert & illud ipſum Effatum; ſed ſine auctoris nomine; Clemens Alexandrinus Pædag. libro II. εὖ γοῦν τις εἰρηκέναι φαίνεται· Συνουσία ὤνησε μὲν οὐδένα· ἀγαπητὸν δὲ, εἰ μὴ ἔβλαψεν. Eadem, atque eiſdem verbis, habes apud Porphyrium lib. I. de Abſtinentia ab inanimatis. συνουσία, non συνουσίη, legendum in Laërtio.

Ἀγαπητὸν δὲ,] Id eſt, *ſuffecerit*; *ſufficiens fuerit*. Dion Pruſæenſis Oratione 17. ἀγαπητὸν, εἴ τις δύναιτο πραῦναι. Cicero vertit *rectius*, *optabile*.

Καὶ μὴν καὶ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοποιήσειν,] Caſaubonus optimè, καὶ μηδὲ γαμήσειν, μηδὲ τεκνοποιήσειν. Epictetus apud Arrianum III. 7. ἐπινοεῖς Ἐπικουρείων πόλιν· ἐγὼ, οὐ γαμῶ· οὐδ' ἐγὼ· οὐ γὰρ γαμητέον· ἀλλ' οὐδὲ παιδοποιητέον· ἀλλ' οὐδὲ πολιτευτέον· τί οὖν γένηται; πόθεν οἱ πολῖται; τίς αὐτοὺς παιδεύσει; τίς ἐφήβαρχος; τίς γυμνασίαρχος; &c. *Epicuream civitatem cogitas. Ego, uxorem non duco. nec ego. neque enim uxor ducenda eſt. neque liberi procreandi: ac ne Reſpublica quidem capeſſenda. Quid autem ſequitur? Unde erunt cives? quis eos inſtituet? quis erit Adoleſcentum Præfectus? quis Gymnaſiarcha?* Et libro I. capite 23. ad Epicurum: διατί ἀποσυμβουλεύεις τῷ Σοφῷ τεκνοτροφεῖν; τί φοβῇ; μὴ διὰ ταῦτα εἰς λύπας ἐμπέσῃ; &c. ἀλλ' ὁ μὴ εἰδὼς ταῦτα, τολμᾷ λέγειν, ὅτι μὴ ἀναιράμεθα τέκνα, &c. *Quamobrem diſſuades Sapienti ne alat liberos? Quid metuis? ne propter eos incidat in moleſtias, &c. Qui verò hæc ignorat, dicere audet, non ſuſcipiendos eſſe liberos.* Habuit Epicurus à Democrito, ut pleraque alia. Teſtatur Theodoritus Sermone XII. qui eſt de Virtute activa: Δημοκρίτου δὲ καὶ Ἐπικούρου λίαν μεμφόμεθα, παραιτεῖσθαι καὶ τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν κελεύουσι· τὴν γὰρ

119

πας ἡδονὴν ὁρισάμενοι τέλος, τὰ φροντίδας ἔχοντα καὶ τινας ἀηδίας, παντελῶς ἀπεκήρυξαν· οἱ δὲ τῆς Ποικίλης, μέσην τινὰ ὁδὸν ὠδεύσαν· τοῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν συνέζευξαν. *Democritum verò & Epicurum non parum accuſamus, qui & à nuptiis & à liberorum procreatione homines deberruntur. Qui enim humanam felicitatem voluptate ſola finiebant, quidquid vel curarum aliquid, vel faſtidii afferre poſſet, rejiciebant atque damnabant. Stoici autem, media quadam via inceſſerunt: conjugia enim ac liberorum ſuſceptionem rebus indifferentibus annumerabant.* Teſtatur & Clemens Alexandrinus libro II. Stromateon; unde ſuperiora ſumpſit Theodoritus. Δημόκριτος δὲ, inquit, γάμον καὶ παιδοποιΐαν παραιτεῖται, διὰ τὰς πολλὰς ἐξ αὐτῶν ἀηδίας τε καὶ ἀφολκὰς ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτέρων· συγκατατάττεται δὲ αὐτῷ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ ὅσοι ἐν ἡδονῇ καὶ ἀοχλησίᾳ, ἔτι δὲ καὶ ἀλυπίᾳ τἀγαθὸν τίθενται· ἔτι κατὰ μὲν τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἀδιάφορον ὄ, τε γάμος, ἥτε παιδοτροφία· κατὰ δὲ τοὺς ἐκ τοῦ Περιπάτου, ἀγαθόν. *Democritus autem repudiat matrimonium, & procreationem liberorum, propter multas quæ ex ipſis oriuntur moleſtias, & quòd abſtrahant ab iis quæ ſunt magis neceſſaria. Ei autem Epicurus quoque aſſentitur; & quicumque in voluptate, moleſtiaque & doloris vacuitate Bonum collocant. Præterea, ex Stoicorum quidem ſententia, eſt indifferens, & matrimonium, & liberorum ſuſceptio: ex Peripateticorum verò, bonum.*

Κατὰ περίστασιν δὲ ποτε βίου, γαμήσειν καὶ διατρπήσεσθαι] καὶ τεκνοποιήσειν, reſcribebat Gaſſendus ex ſuperioribus.

Οὐδὲ μὴν τηρήσειν ἐν μέθῃ, φησὶν ὁ Ἐπίκουρος ἐν τῷ Συμποσίῳ] Locus manifeſtò mendoſus. Reſcribit Gaſſendus, Οὐδὲ νυκτερεύσειν ἐν μεθῃ: *non pernoctaturum in compotatione.*

Οὐδὲ πολιτεύσεσθαι] Cicero Epiſtolâ quadam ad Trebatium Juriſconſultum: *Indicavit mihi Panſa meus, Epicureum te eſſe factum. ô caſtra præclara! &c. Sed quonam modo Jus Civile defendes, cùm omnia tuâ causâ facias; non civium? Ubi porrò illa erit formula fiduciæ,* Ut inter bonos benè agier oportet? *Quis eſt enim bonus, qui facit nihil, niſi ſuâ cauſâ? Quod jus ſtatues Communi dividundo, cùm commune nihil poſſit eſſe apud eos qui omnia voluptate ſua metiuntur? Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare, cùm ſcias Jovem iratum eſſe nemini poſſe? Quid fiet porrò Populo Ulubrano, ſi tu ſtatueris* πολιτεύσεσθαι *non oportere.* Adde locum Epicteti ex Arriani Diſſertationibus libro III. cap. 7. ſuprà allatum. Sed quomodo hoc Epicuri Effatum ſit accipiendum, docet Seneca in libello de Otio Sapientis capite 30. his verbis: *Duæ maximæ hac in re diſſident Sectæ, Epicureorum & Stoicorum: ſed utraque ad otium diversâ viâ mittit. Epicurus ait:* Non accedet ad Rempublicam Sapiens, niſi ſi quid intervenerit. *Zeno ait:* Accedet ad Rempublicam niſi ſi quid impedierit. *Alter, otium ex propoſito petit; alter, ex cauſa.* Quin & vitam abſcondendam, dicebat Epicurus: eſt enim Epicuri decantatiſſimum illud effatum, λάθε βιώσας, teſte Plutarcho, qui de eo libellum ſcripſit: ſed quod Apollonio Tyaneo tribuit Philoſtratus: λάθε βιώσας, inquiebat: ſin minùs, λάθε ἀποθανών.

Οὐδὲ κυνιεῖν] Et hoc ſecus etiam ac Stoici: quorum fuit hoc dogma, κυνιεῖν Σοφόν· εἶναι γὰρ τὸν Κυνισμὸν σύντονον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. Utriuſque Sectæ effata reſpexiſſe videtur Cicero libro III. de Finibus, dum ait: *Cynicorum autem rationem atque vitam, alii cadere in Sapientem dicunt, ſi quis ejuſmodi fortè caſus inciderit, ut id faciendum ſit: alii, nullo modo.*

Ἀλλὰ καὶ πηρωθεὶς τὰς ὄψεις μεθέξειν αὐτὸν τοῦ βίου] Poſt vocem βίου, addit Gaſſendus vocem εὐδαίμονος. Optimè. Clemens Stromat. IV. ex Platone: καὶν στρεβλῶται ὁ δίκαιος, καὶ ἐξορύττηται τὼ ὀφθαλμώ ὅτι εὐδαίμων ἔσται. Sed de Epicuro ipſo Senecam audire præſtat. Ita ille Epiſtolâ IX. *Si quis oculum cuſus excuſſerit, reliquiæ illi ſuæ ſatisfacient: & erit imminuto corpore tam lætus, quàm integro fuit.* Audiamus & Tullium libro V. Tuſculanarum. *Non ſine cauſa igitur Epicurus auſus eſt dicere, ſemper in pluribus bonis eſſe Sapientem, quia ſemper ſit in voluptatibus: ex quo effici putat ille, quod quærimus, ut Sapiens ſemper beatus ſit. Etiamne ſi ſenſibus carebit oculorum; ſi aurium? Etiam: nam iſta ipſa contemnit. Primum enim horribilis iſta cacitas, quibus caret voluptatibus?* &c. *Animo autem multis modis, variisque delectari licet, etiamſi non adhibeatur adſpectus. Loquar autem de docto homine & erudito, cui vivere eſt cogitare. Sapientis enim cogitatio non fermè ad inveſtigandum adhibet oculos advocatos. Etenim ſi nox non adimit vitam beatam, cur dies noctis ſimilis adimat?* Et quæ ſequuntur; quæ vide.

Καὶ λυπηθήσεσθαι] Reſpexit hoc Epicuri effatum Plutarchus, cùm in Commentario contra Colotem Epicurus ait, τὴν εἰς τὸ ἀπαθὲς καθεστῶσαν ἀλυπίαν ὑφ' ἑτέρου κακοῦ μείζονος ὑπάρχειν, ὠμότητος, καὶ δοξοκοπίας ἀκράτου, καὶ λύσσης· διὸ πάσχειν τι βέλτιον εἶναι, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ μὴ διαλιπαίνειν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τήκεσθαι, καὶ ὅσα δὴ παθαινόμενοι, καὶ γράφοντες ὑγροί τινες εἶναι, καὶ φιλικοὶ δοκοῦσι. *Illam mœroris detractionem, quæ paſſionis expertem reddat, ab alio majore malo proficiſci; immanitate ſcilicet, ac immoderata ambitione, & rabie. Itaque præſtabilius eſſe, paſſionem quamdam experiri, mœrore quopiam affici, oculos non pati turgere, ſed in lacrymas fluere, & quæcumque ii patiuntur, aut fingunt, qui affectu tenero eſſe, amanteſque videri volunt.*

Διογένης ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἐπιλέκτων] MS. Regius, ἐν τῇ ιέ. Iota ad latus τοῦ η̃ appoſitum, coaluit cum ε ſequenti.

Οὐ πανηγυριεῖν δέ] Epicurus ipſe, apud Senecam Epiſtolâ 29. *Numquam volui populo placere: nam quæ ego ſcio, non probat populus: quæ probat populus, ego neſcio.* De Epicuro, ipſe Seneca Epiſt. 79. *Hic ignotus ipſis Athenis fuit, circa quas deliturerat. Multis itaque jam annis Metrodoro ſuo ſuperſtes, in qua-*

dam Epiſtola, cùm amicitiam ſuam, & Metrodori, grata commemoratione cecinisſet, hoc noviſſimè adjecit, Nihil ſibi & Metrodoro inter bona tanta nocuiſſe, quòd ipſos illa nobilis Græcia non ignotos ſolum habuiſſet, ſed pæne inauditos.

120 Κτήσεως προνοήσεσθαι, καὶ τοῦ μέλλοντος· φιλαγρήσειν] Gaſſendus, ex Codice Regio: καὶ κτήσεως προνοήσεσθαι καὶ τοῦ μέλλοντος. Et poſteà, ex conjectura: οὐ φιλαργυρήσειν δέ. Juvat conjecturam Gaſſendi locus ille Æliani Var. Hiſt. IV. 13. Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος ἔλεγεν, ᾧ ὀλίγον οὐχ ἱκανὸν, ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. *Epicurus Gargettius dicere ſolebat, Cui pauca non ſufficiunt, illi nihil eſt ſatis.* Cujus Epicureæ ſententiæ meminit & Stobæus iiſdem verbis Sermone XV. de Continentia & Sobrietate: ubi & illud Epicuri refert: Ἐπίκουρος ἐρωτηθείς, πῶς ἂν τις πλουτήσειεν, οὐ τοῖς οὖσι προστιθείς, ἔφη, τῆς δὲ χρείας τὰ πολλὰ περιτέμνων. *Interrogatus Epicurus, qua quis arte diteſceret: Non ſi præſentibus adjecerit, reſpondit, ſed ſi multa ex iis quibus uti ſolet, detraxerit.* Adde Senecam Epiſtolâ 9. *Et ipſe Stilponis objurgator Epicurus, ſimilem illi vocem emiſit, quam tu boni conſule, etiamſi hunc diem jam expunxi.* Si cui, *inquit*, ſua non videntur ampliſſima, licèt totius mundi Dominus ſit, tamen miſer eſt.

Φίλον τε οὐδένα κτήσεσθαι] Minùs convenit hoc Effatum cum Epicuri πολυφιλίᾳ. Quare Gaſſendus emendabat, φίλον τε οὐ δεινὸν κτήσεσθαι. Id eſt, *Amicum difficilem non ſibi Sapientem quæſiturum.* Sed Gaſſendiana illa ut id ſignificarent, dicendum fuiſſet, φίλον τε οὐ κτήσεσθαι δεινόν. Nihil mutandum putat Caſaubonus. An legendum, φίλον τε εἰ δεοι, vel εἰ δεῖ? Id eſt, φιλίαν εἶναι διὰ τὰς χρείας.

Εὐδοξίας ἐπὶ τοσοῦτον προνοήσεσθαι, ἐφ' ὅσον ἡ καταφρονήσεσθαι] Ille ipſe Epicurus, apud Plutarchum in Commentario contra Colotem, non diffitetur etiam ex bona fama nonnullas voluptates proficiſci: καὶ μὴν ἀπὸ δόξης γίνεσθαί τινας ἡδονάς.

Μᾶλλόν τε εὐφραινθήσεσθαι τῶν ἄλλων ἐν τοῖς θεωρίαις] Audiendus Plutarchus in libro Quod non poteſt ſuaviter vivi ſecundùm Epicurum: Μουσικὴν δὲ, ὅσας ἡδονὰς, καὶ χάριτας ὅσας φέρουσαν, ἀποστρέφονται καὶ φεύγουσι, βουλόμενος οὐκ ἂν τις ἐκλάθοιτο, δι' ἀτοπίαν ὧν Ἐπίκουρος λέγει, φιλοθέωρον μὲν ἀποφαίνων τὸν Σοφὸν ἐν ταῖς Διαπορίαις, καὶ χαίροντα παρ' ὀντινοῦν ἕτερον ἀκροάμασι καὶ θεάμασι Διονυσιακοῖς, &c. *Muſicam verò (quantarum voluptatum & elegantiarum fertilem!) eos vitare & fugere, ne ſi velis quidem, ignorare poſſis: ita abſurda ſunt quæ hac de re Epicurus tradidit. Pronuntiat enim in Quæſtionibus Dubiis, Sapientem ſpectaculis debere eſſe deditum, ludiſque Scenicis præter cæteros gaudere.*

Ἁμαρτήματα, ἄϊσα εἶναι] Secus ac Stoici: qua de re nos ſuprà, ad Zenonem Cittieum.

Καὶ τὴν ὑγείαν, τισὶ μὲν, ἀγαθὸν, τισὶ δὲ, ἀδιάφορον] Conſule Gaſſendum.

Τὴν δὲ ἀνδρείαν φύσει μὴ γίνεσθαι, &c.] Et de hoc Effato, videndus Gaſſendus.

Καὶ τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας· δεῖν μέν τοι, &c.] Legit Gaſſendus: Καὶ τὴν φιλίαν διὰ τὰς χρείας εἶναι μὴν, καὶ παρασκευάζεσθαι, καθὰ καὶ τὴν γῆν σπείρομεν, συνίστασθαι δὲ αὐτὴν κατὰ κοινωνίαν τὴν ἐν ἡδονῇ. Quod ita interpretatur: *Eſſe, ac parari amicitiam, ob uſus, utilitatemve, eo modo quo ſerimus terram, ob proventus futuri ſpem. Cohærere autem, ſive perſeverare in mutua voluptatum, ſive bonorum, quibus donec in vita ſumus, frui licet, participatione.* Eum hîc vide, de amicitia, ex mente Epicuri, præclara multa congerentem.

Τὴν εὐδαιμονίαν διχῇ νοεῖσθαι, &c.] Totum hunc 121
locum ſic legit Gaſſendus: τὴν εὐδαιμονίαν διχῇ νοεῖσθαι, τήν τε ἀκροτάτην, οἵα ἐστὶ περὶ τὸν θεὸν, ἐπίτασιν καὶ ἄνεσιν οὐκ ἔχουσαν· τὴν δὲ ὑπάλληλον, οἵα ἐστὶ περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ἅτε ἔχουσαν, καὶ προσθήκην, καὶ ἀφαίρεσιν ἡδονῶν.

Εἰκόνας τε ἀναθήσειν, εἰ ἔχοι, ἀδιαφόρως ἂν σχοίης] Gaſſendus: ἀδιαφόρως ἐν στοαῖς.

Μόνον τε τὸν Σοφὸν ὀρθῶς ἂν περί τε Μουσικῆς καὶ Ποιητικῆς διαλέξεσθαι] Non ergo Epicurus Poëticen omnino damnavit: quod volunt Veterum quamplurimi: Plutarchus in libro de Audiendis Poëmatis; Cicero in I. de Finibus; Sextus Empiricus adverſus Mathematicos; & Pſeudo-Heraclides Ponticus in libello de Allegoriis Homericis: ſed quâ parte pernicioſa eſt, aut minùs utilis. *An ille*; inquit Torquatus Epicureus apud Ciceronem, dicto loco; *tempus in Poëmatis evolvendis conſumeret, in quibus nulla ſolida utilitas, omniſque puerilis eſt delectatio.* Quin & ejus proſam orationem verſibus numeroſam fuiſſe, volunt quidam: quo nomine à Theone Sophiſta reprehenditur in Progymnaſmatis. Ipſa Theonis verba, quia locus à Gaſſendo prætermiſſus eſt, infrà ponere non gravabor: ἐπιτιμητέον δὲ καὶ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, πάντα διδάσκοντα ἐξ ὧν διαφεύξονται τὸ κακῶς συντιθέναι, καὶ μάλιστα δὲ τὴν ἔμμετρον καὶ εὔρυθμον λέξιν, ὡς τὰ πολλὰ τοῦ Ἡγησίου τοῦ Ῥήτορος, καὶ τῶν Ἀσιανῶν καλουμένων Ῥητόρων, καί τινα τῶν Ἐπικούρου, οἷά που καὶ πρὸς Ἡδομενέα γράφει, Ὧ ΠΑΝΤΑ Τ' ΑΜΑ ΚΙΝΗΜΑΤΑ ΤΕΡΠΝΑ ΝΟΜΙΣΑΣ ΕΚ ΝΕΟΥ. καὶ τῶν παραφερομένων δ' ὡς ἐκείνου. ἡμεῖς δ' οὐδέ πω καὶ νῦν αὐτὰ εὑρίσκομεν ἐν τοῖς Συγγράμμασιν αὐτοῦ· ΑΕΓΕ ΔΗ ΜΟΙ, ΠΟΛΥΑΙΝΕ, ΣΥΝΠΕΡΙΜΕΝ ΜΕΓΑΛΗ ΧΑΡΑ ΓΕΝΗΤΑΙ. Laërtio contraria, tam de Muſica quàm de Poëtice, ex mente Epicuri, ſcribit Plutarchus in libello Quod non poteſt vivi ſuaviter ſecundùm Epicurum: Μουσικὴν δὲ, ὅσας ἡδονὰς καὶ χάριτας οἵας φέρουσαν, ἀποστρέφονται, βουλόμενος οὐκ ἂν τις ἐκλάθοιτο, δι' ἀτοπίαν ὧν Ἐπίκουρος λέγει· φιλοθέωρον μὲν ἀποφαίνων τὸν Σοφὸν ἐν ταῖς Διαπορίαις, καὶ χαίροντα παρ' ὀντινοῦν ἕτερον ἀκροάμασι καὶ θεάμασι Διονυσιακοῖς, προβλήμασι δὲ μουσικοῖς, καὶ Κριτικῶν φιλολόγοις ζητήμασιν· οὐδὲ παρὰ πότον διδοὺς χώραν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φιλομούσοις τῶν βασιλέων παρεῖναι στρατηγικὰ διηγήματα, καὶ φορτικὰς βωμολοχίας ὑπομένειν μᾶλλον ἐν τοῖς συμποσίοις, ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων περαινομένους· ταυτὶ γὰρ ἐτόλμησε γράφων ἐν τῷ Περὶ βασιλείας, ὥσπερ Σαρδαναπάλῳ γράφων, ἢ Νεράτῳ τῷ σατυ-

πεύσαντι

πιύσαντι Βαβυλῶνος. &c. *Muſicam verò (quantarum voluptatum & elegantiarum ſertilem!) eos vitare & fugere, ne ſi velis quidem ignorare poſſis: ita abſurda ſunt quæ hac de re Epicurus tradidit. Pronuntiat enim in Quæſtionibus Dubiis, Sapientem ſpectaculis debere eſſe deditum, ludisque Scenicis præter ceteros gaudere: ſed muſicis quæſtionibus, & eruditis diſquiſitionibus eorum, qui judicium ſibi de hac re ſumunt, nec inter pocula quidem locum concedit. Immo Regibus Muſicæ ſtudioſis auctor eſt, ut in conviviis narrationes militares, & importunas ſcurrilitates potiùs ſolerent, quàm diſputationes de muſicis aut poeticis quæſtionibus inſtitutas. Hæc enim auſus eſt ſcribere in libro de Regno: tamquam ſi ad Sardanapalum ſcriberet, aut ad Naratum Babylonis Satrapam.* Et poſtea: τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; πιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἔωθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου, καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν, καὶ Ἀριστοφάνους περὶ Ὁμήρου, τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ, δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος; &c. *Quid ais, Epicure? prima luce in theatrum progrederis, Citharœdos auditurus & Tibicines: in convivio, ſi Theophraſtus de concentibus vocum diſſerat, aut de mutationibus Ariſtoxenus, & Ariſtophanes de Homero, manibus aures occupabis, indignans & abominans?*

Ποιήματά τε ἐνεργεῖν, οὐκ ἂν ποιῆσαι] Legit Gaſſendus: ποιήματά τε ἀγνοήσειν, οὐκ ἂν ποιήσειν: quod interpretatur, *Poëmata, ſive figmenta Poëtarum, ignoraturum; nedum aliqua elucubraturum.* Sed pace tanti viri liceat dixiſſe, nihil omnino mutandum. ποιήματα ἐνεργεῖν, eſt *res agere*: ποιήματα ποιῆσαι, eſt, *res fingere.*

Οὐκ εἶναί τε ἕτερον ἑτέρου σοφώτερον] Gaſſendus: καὶ εἶναί τε, &c. Eſt enim præter mentem Epicuri, ut non ſit alius alio ſapientior.

Χρηματίσεσθαί τε, ἀλλ' ἀπὸ μόνης Σοφίας ἀπορήσαντα] Meminit Porphyrius in I. de Abſtinentia ab animatis; ubi de Epicureis loquens, ait: δεῖν οὐκ ἑτοιμασάμενον τὰ ἀναγκαῖα προσθήκην τῇ Φιλοσοφίᾳ χρῆσθαι. *Oportere eum, qui parata non habet neceſſaria, adhibere ipſam, quaſi in ſubſidium, Philoſophiam.*

Καὶ μόναρχον ἐν καιρῷ θεραπεύσειν] Legendus Plutarchus in Tractatu, Ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν Φιλόσοφον διηγεῖσθαι.

Ἀσχηματεῖν τε, καὶ οὐκ ἀπορήσειν] Atque hinc eſt, quod Pyrrhonem indoctum, ineruditumque nominabat, ut ſuprà retulit Laërtius. De Scepticis, Lucretius Epicureus lib. IV.

Denique nil ſciri ſi quis putat, id quoque neſcit,
An ſciri poſſit, quum ſe nil ſcire fatetur, &c.

Καὶ ὑπὲρ φίλου ποτὲ τεθνήξεσθαι] Qua in re cum Stoicis conveniebat. Vide nos ſuprà ad Vitam Zenonis Cittiei, ubi de Stoicorum εὐλόγῳ ἐξαγωγῇ. Dolores graviſſimos pro amicis Epicurum ſubiiſſe; Epicurum, inquam, qui voluptatis causâ amicitiam experendam eſſe exiſtimabat; diſcimus ex Plutarcho.

122 Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων, κοπιάτω φιλοσοφῶν, &c.] Refert, & laudat hæc Epicuri verba Clemens Alexandrinus Στρωματέων IV. καλῶς οὖν καὶ Ἐπίκουρος Μενοικεῖ γράφων, Μήτε νέος τις ὢν μελλέτω φιλοσοφεῖν· μήτε γέρων ὑπάρχων, κοπιάτω φιλοσοφῶν· οὔτε γὰρ ἄωρος οὐδείς ἐστιν, οὔτε πάρωρος πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαίνειν· ὁ δὲ λέγων, μήπω τοῦ φιλοσοφεῖν ὑπάρχειν ὥραν, ἢ παρεληλυθέναι τὴν ὥραν, ὁμοιός ἐστι τῷ λέγοντι, πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μήπω παρεῖναι τὴν ὥραν, ἢ μηκέτ' εἶναι τὴν ὥραν. ὥστε φιλοσοφητέον καὶ νεωτέρῳ καὶ γέροντι· τῷ μὲν, ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς, διὰ τὴν χάριν τῶν γεγονότων· τῷ δὲ ὅπως νέος ἅμα καὶ παλαιὸς ᾖ, διὰ τὴν ἀφοβίαν τῶν μελλόντων. Huc reſpexiſſe videtur Horatius, ſectæ addictus Epicureæ, cum lib. I. Epiſtolarum epiſt. I. ait,

---- ingratâque tempora, quæ ſpem
Conſiliumque morantur agendi gnaviter id, quod
Æquè Pauperibus prodeſt, Locupletibus æquè:
Æquè neglectum Pueris, Senibuſque nocebit.

Πρὸς τὸ κατὰ ψυχὴν ὑγιαίνειν] Apud Clementem ſcriptum eſt ὑγιαίνειν. Utraque lectio proba eſt.

Ἢ μὴ παρεῖναι τὴν ὥραν, &c.] Meliùs apud Clementem, ἢ μήπω παρεῖναι, ἢ μηκέτι εἶναι τὴν ὥραν.

Καὶ νέῳ καὶ γέροντι] Apud Clementem, καὶ νεωτέρῳ, &c. Magis placet lectio Laërtiana.

Πρῶτον μὲν τὸν θεὸν, ζῷον ἄφθαρτον καὶ μακάριον, 123
&c.] Legendus omnino Gaſſendus ad hunc locum, & libro IV. de Vita & moribus Epicuri cap. I. 2. 3. & 4. qui inibi omnia diligenter collegit, quæ circa Deum, & contra Epicurum & pro Epicuro, ſparſa habentur apud varios Scriptores.

Οἵους δ' αὐτοὺς πολλοὶ νομίζουσιν] Gaſſendus: οἱ πολλοὶ: ut intelligatur vulgarium ingeniorum multitudo. Rectè: ſequitur enim, ἀλλ' ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας, &c. αἱ τῶν πολλῶν ὑπὲρ θεῶν ἀποφάσεις. &c. ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν.

Ἔνθεν αἱ μέγισται βλάβαι, αἴτιαι τοῖς κακοῖς ἐκ 124
θεῶν ἐπάγονται καὶ ὠφέλειαι] Gaſſendus: Ἔνθεν καὶ μεγίστας βλάβας τοῖς κακοῖς ἐκ θεῶν ἐπάγεσθαι, καὶ ὠφελείας τοῖς ἀγαθοῖς.

Συνέθιζε δὲ ἐν τῷ νομίζειν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον, ἐπεὶ πᾶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐν αἰσθήσει, &c.] Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon III. 24. καὶ ὁ Ἐπίκουρος δέ φησιν, Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν, ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Et Stobæus, Sermone de Morte, & quod ipſa vitari non poteſt: Ἐπικούρου· ὁ θάνατος, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν, ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητὸν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. Hunc Epicuri Syllogiſmum reprehendit Plutarchus. Epicurum adverſus Plutarchum defendit Gellius libro II. Noctium Atticarum cap. 8. Gellii verba non gravabor adponere: *Plutarchus ſecundo librorum quos de Homero compoſuit, imperfectè, atque præpoſterè, atque inſcitè, Syllogiſmo eſſe uſum Epicurum dicit: verbâque ipſa Epicuri ponit:* Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν, ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Nam prætermiſit, inquit, quod in prima parte ſumere debuit,* Ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος

διάλυσις · *tum deinde eodem ipso, quod omiserat, quasi posito conceſſoque, ad confirmandum aliud, utitur: progredi autem hic, inquit, Syllogiſmus, niſi illo prius poſito, non poteſt. Verè hoc quidem Plutarchus de forma & ordine Syllogiſmi ſcripſit: nam ſi, ut in diſciplinis traditur, ita colligere & ratiocinari velis, ſic dici oportet:* Ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις· τὸ γὰρ διαλυθὲν, ἀναισθητεῖ· τὸ δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Sed Epicurus, cujuſmodi homo eſt, non inſcitiâ videtur partem illam Syllogiſmi prætermiſiſſe, neque id ei negotium fuit Syllogiſmum tanquam in Scholis Philoſophorum cum numeris omnibus & cum ſuis finibus dicere. Et profectò; quia ſeparatio animi & corporis evidens eſt, non eſt ratus neceſſariam eſſe ejus admonitionem, quod omnibus prorſus erat obvium. Sicuti etiam, quòd concluſionem Syllogiſmi non in fine poſuit, ſed in principio: nam id quoque non imperitè factum quis non videt? Apud Platonem quoque multis in locis reperias Syllogiſmos repudiato converſoque ordine iſto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehenſionis contentione poſitos eſſe.* Epicurum meritò à Plutarcho reprehenſum; frigidè cum atque ineptè defendere Gellium conatum fuiſſe, ſcribit Muretus Variarum Lect. libro XI. cap. 16. non quòd Epicurus prætermiſiſſet illud lemma, Ὁ θάνατος, ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις, ut inquit Gellius: quo addito nihilo magis efficietur, quod Epicurus voluit: ſed quòd, ſtupiditate quadam, & craſſitudine ingenii, non pervidiſſet, quantùm inter id quod diſſolutum eſt, & ipſam diſſolutionem intereſſet. Verba ſunt Mureti. Pergit Gallorum elegantiſſimus. *Nactus eſt autem Epicurus patronum tali prorſus cliente dignum Gellium: qui dum alienam ſtultitiam tegere vult, prodit ſuam. Tantùm enim abeſt ab eo defendendo, ut ne intellexiſſe quidem videatur, quid in eo reprehenderetur. Neque enim difficile eſt conjicere, ita eum à Plutarcho reprehenſum, ut ab eruditiſſimo Ariſtotelis Interprete Alexandro Aphrodiſienſi reprehenditur: cujus hæc ſunt ex Commentario in primum Topicorum:* τοιοῦτος καὶ ὁ περὶ τοῦ θανάτου, ὑπὸ Ἐπικούρου λόγος εἰρημένος· οὐ γὰρ ἐκ τῶν λεγουσῶν προτάσεων, τὸ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ, τὸ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, συνάγεται τὸ, Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ἡγεῖται· ἀλλ' ὅτι τὸ διαλυθὲν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἀλλ' οὐδὲ ὁ θάνατος τὸ διαλυθὲν ἐστιν, ἀλλ' ἡ διάλυσις. οὐκ ἔδωκε δὲ ὁ δοὺς τὸ διαλυθὲν ἀναισθητεῖν, καὶ τὸ τὴν διάλυσιν γενέσθαι ἀναισθήτως, &c. quæ vide. Epicuri ratiocinationem ſuggillat & Ambroſius libro III. Epiſtolarum Epiſtolâ 25. ſed alio modo ac Plutarchus, aut Alexander. *Epicurei*, inquit, *dicunt, aſſertores voluptatis, quia mors nihil ad nos: quod enim diſſolvitur, inſenſibile eſt; quod autem inſenſibile, nihil ad nos. Quo demonſtrant, corpore ſe tantùm, non mente vivere; nec animæ fungi, ſed carnis ſolius munere; qui ſeceſſione animæ, corporiſque diſſolutione munus ſuæ vitæ omne exiſtimant perire, merita virtutum, atque animæ omnem vigorem: totos ſe deficere cum corporis ſenſu; nihil reliquiarum ſupereſſe animæ, cùm ipſum corpus non ſtatim reſolvatur. Prius ergo diſſolvitur anima quàm corpus; cùm ſecundam ſuam opinionem, vel carnem, & oſſa conſiderare debeat, quæ poſt mortem ſuperſunt.* Item Lactantius Divinar. Inſtitut. III. 17. *Quam argutè nos fefellit!* (Epicurus) *Quaſi verò tranſacta Mors timeatur, quia jam ſenſus ereptus eſt, ac non ipſum eſt mori, quo ſenſus eripitur. Eſt enim tempus aliquod, quo & nos jam non ſumus, & Mors tamen nondum eſt; idque ipſum videtur miſerum eſſe, cùm & Mors eſſe incipit, & nos eſſe deſinimus. Nec fruſtra dictum eſt*, Mors miſera non eſt, aditus ad Mortem eſt miſer: *hoc eſt, morbo tabeſcere, ictum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus beſtiarum laniari. Hæc ſunt quæ timentur; non quia mortem afferant, ſed quia dolorem magnum: quæ res potius efficit, ut dolor malum ſit.* Omnium, *inquit*, malorum maximum eſt. *Qui ergo poſſim non timere, ſi id quod mortem antecedit, aut efficit, malum eſt? Quid? quod totum illud argumentum falſum eſt? quia non intereunt animæ*, &c. Etiam Tertullianus in libro de Anima: *Publicâ totius generis humani ſententiâ, mortem Naturæ debitum pronuntiamus. Hoc ſtipulata eſt Dei vox, hoc ſpopondit omne quod naſcitur. ut jam hinc non Epicuri ſtupor ſuſſundatur, negantis debitum iſtud ad nos pertinere; ſed Hæretici magis Menandri Samaritani furor conſputatur, dicentis mortem ad ſuos non modò non pertinere, verùm nec pervenire.*

Οὐκ ἄπορον προστιθεῖσα χρόνον] Ἄπειρον, ſcriptum eſt in Florentinis Membranis: atque ita legiſſe videtur Aldobrandinus, qui vertit, *non infinitum illa quidem tempus adjiciens.*

Τὸ φρικωδέστατον οὖν τῶν κακῶν ὁ θάνατος, &c.] 125
Ariſtoteles libro III. de Moribus capite XI. Φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος. πέρας γάρ· καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι. Reſpexit autem hunc Epicuri locum Lactantius loco ſuprà allato.

Ἐπειδήπερ ὅταν μὲν ἡμεῖς ὦμεν, ὁ θάνατος οὐ πάρεστιν· ὅταν δὲ ὁ θάνατος παρῇ, τόθ' ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν, &c.] Similiter Auctor Dialogi qui *Axiochus* inſcribitur, quique Platoni adſcribitur: ὡς οὖν ἐπὶ τῆς Δράκοντος ἢ Κλεισθένους πολιτείας, οὐδὲν περί σε κακὸν ἦν, (ἀρχὴν γὰρ οὐκ ἦς περὶ ὃν ἂν ἦν) οὕτως οὐδὲ μετὰ τὴν τελευτὴν γενήσεται· σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ περὶ ὃν ἔσται. *Ut enim cùm Draco, Cliſtheneſque gubernabant Rempublicam, nihil te mali habebat, (necdum enim cœperas eſſe, ut malè tibi quid accidere poſſet) ita neque poſt mortem erit: nullus enim, ut malè tibi eſſe quidquam poſſit, es futurus.* Plura ibi habentur in hanc ſententiam, quæ lege: ſunt enim lectu digniſſima.

Οὔτε πρὸς τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὐδὲ πρὸς τετελευτηκότας, ἐπειδὴ περὶ οὓς μὲν, &c.] Huc reſpexiſſe videtur Cicero Tuſcul. I. *Natura ſic ſe habet ut quo modo initium nobis rerum omnium ortus noſter aſſerat, ſic exitum mors: qua ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, ſic nihil poſt mortem pertinebit. In quo quid poteſt eſſe mali, cùm mors nec ad vivos perti-*

neat, nec ad mortuos? Alteri nulli ſunt; alteros non attingit. Habuiſſe autem illa videtur Epicurus à Prodico, cujus hæc ſunt verba apud Auctorem ſuprà memorati Dialogi: Ἤκουσα δέ ποτε καὶ τοῦ Πρωδίκου λέγοντος, ὅτι ὁ θάνατος οὔτε πρὸς τοὺς ζῶντάς ἐστιν, οὔτε πρὸς τοὺς μετηλλακότας. Α. Πῶς φῄς, ὦ Σώκρατες; Σ. Ὅτι πρὸς μὲν τοὺς ζῶντας οὐκ ἔστιν, οἱ δὲ ἀποθανόντες οὐκ εἰσίν· ὥστε οὔτε πρός σε νῦν ἐστιν, (οὐ γὰρ τέθνηκας) οὔτε, εἴτι πάθοις ἔσται πρός σε, σὺ γὰρ οὐκ ἔσῃ. Μάταιος οὖν ἡ λύπη περὶ τοῦ μήτε ὄντος, μήτε ἐσομένου περὶ Ἀξίοχον. Ἀξίοχον ὀδύρεσθαι, καὶ ὅμοιον, ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης, ἢ τοῦ Κενταύρου τὶς ὀδύροιτο, τῶν μήτε ὄντων νῦν περί σε, μήτε ὕστερον, περὶ τὴν τελευτὴν ἐσομένων. Τὸ γὰρ φοβερὸν τοῖς οὖσίν ἐστι· τοῖς δ' οὐκ οὖσι, πῶς ἂν εἴη; & quæ ſequuntur. *Audivi etiam Prodicum quandoque dicentem, quòd nihil quidquam neque ad viventes Mors; neque ad defunctos pertinet. AX. Quomodo dicis iſta, Socrates? SOC. Quoniam neque circa viventes eſt. Hi verò qui obierunt, non ſunt amplius. Itaque neque apud te eſt: nondum enim obiiſti; neque ſi quid tibi accidat, eſt circa te futura. non enim eris. Stultus eſt igitur dolor de Axiocho, qualis neque eſt, neque futurus ſit, Axiochum mente torqueri, ſitque ſimile veluti ſi Scyllam, aut ſi quis Centaurum reformidet, quæ neque jam imminent tibi, neque ſint umquam ad exitium tuum affutura. exiſtentium enim rerum eſt metus. quæ non ſunt autem, nemo eſt qui pertimeſcat.* Ceterùm, in Textu Epicuri περὶ τοὺς μὲν legebat Gaſſendus, non περὶ οὓς μέν.

Ὡς ἀνάπαυσιν τῶν ἐν τῷ ζῆν] Ceſſationem interpretatur Gaſſendus, non malorum quibus in vita obnoxii ſumus, ſed rerum omnium quibus in vita fruimur, & actionum quibus fungimur. Eum vide.

126 Οὔτε φοβεῖται τὸ μὴ ζῆν· οὔτε γὰρ αὐτῷ προσίσταται τὸ ζῆν· οὔτε δοξάζεται κακὸν εἶναι τὸ μὴ ζῆν] Gaſſendus emendabat: Μάτην δὲ φοβεῖ τὸ μὴ ζῆν· οὐ γὰρ αὐτῷ προσίσταται τὸ ζῆν, ἐν ᾧ δοξάζηται κακὸν εἶναί τι τὸ μὴ ζῆν. Etiam Codex Florentinus, κακὸν εἶναί τι τὸ μὴ ζῆν.

Ὥσπερ δὲ τὸ σιτίον, οὐ τὸ πλεῖον πάντως, ἀλλὰ τὸ ἡδιστον αἱρεῖται, οὕτω καὶ χρόνον, οὐ τὸν μήκιστον, ἀλλὰ τὸν ἥδιστον καρπίζεται] Plutarchus in hanc rem Conſolatione ad Apollonium: οὐχ ὁ μακρότατος βίος ἄριστος, ἀλλ' ὁ σπουδαιότατος· ſuaviter enim vivere, & ex virtute, idem Epicuro. Noſter infrà, ubi de Ratis Sententiis Epicuri: οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ δικαίως, ἄνευ τοῦ ἡδέως. Id rectè hoc loci Gaſſendus obſervabat.

Καρπίζεται] Hunc Epicuri locum in animo habuiſſe Horatium, Epicureæ addictum ſectæ, cùm in Ode ad Leuconoën ſcripſit, *Carpe diem, quàm minimum credula poſtero*, veriſimili conjecturâ exiſtimabat ad dictam Oden amœniſſimi vir ingenii, Daniel Heinſius. Sed quod ibidem addit, Latinum *carpere* à Græco καρπίζειν factum eſſe, notatur à Salmaſio in Tractatu de Modo Uſurarum capite XIX. quem ibi vide. Sed vide & Gerardum Johannem Voſſium in Etymologico; qui in ſententia eſt Heinſii.

Πολὺ δὲ χεῖρον καὶ ὁ λέγων, Κακὸν μὲν μὴ φῦναι, Φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι] Is eſt Theognis. Plura habet Sextus Empiricus Pyrrh. Hypotyp. III. 24. hæc ſcilicet:

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
Μηδ' ἰδέειν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου·
Φῦντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι,
Καὶ κεῖσθαι πολλὴν γαῖαν ἐφεσσάμενον.

Qui verſus leguntur & apud Stobæum, ſed paullò aliter.

Ἀναλογιστέον δὲ ὡς τῶν ἐπιθυμιῶν, αἱ μέν εἰσι φυσικαὶ· αἱ δὲ, κεναί. καὶ τῶν φυσικῶν, αἱ μὲν, ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, φυσικαὶ μόνον.] 127 Cupiditates Cicero dividit ſimiliter lib. II. de Finibus. Sed de Epicurea Cupiditatum diviſione, nos infrà pluribus ad Ratas Sententias Epicuri.

Αἱ δὲ, πρὸς τὴν τοῦ σώματος, &c.] Gaſſendus: (ὡς αἱ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἀοχλησίαν.)

Οὐκ ἔχοντος τοῦ ζῴου βαδίζειν, ὡς πρὸς ἐνδέον τι] 128 Gaſſendus: οὐκ ἔχοντος τοῦ ζῴου πρός τι, ὡς ἐνδέον βαδίζειν.

Ὅτι ἐκ τοῦ μὴ παρεῖναι τὴν ἡδονὴν ἀλγῶμεν οὐκ ἔτι, &c.] Gaſſendus, poſt hæc verba, τὴν ἡδονὴν ἀλγῶμεν, addit, ὅταν δὲ μὴ ἀλγῶμεν, οὐκέτι, &c.

Διὰ τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἀρχὴν καὶ τέλος λέγομεν εἶναι τοῦ μακαρίως ζῆν] Vitam beatam in Voluptate; hoc eſt, tranquillitate mentis, & indolentia corporis; poſuiſſe Epicurum, notius eſt quàm ut probari debeat. Si quis tamen ea de re teſtimonia deſiderat, adeat Gaſſendum. Nobis ſufficiat Legentes monuiſſe, ſcripſiſſe Galenum libellos duos, hoc titulo, Περὶ τῆς κατ' Ἐπίκουρον εὐδαίμονος καὶ μακαρίου βίου.

Καὶ τὴν αὐτάρκειαν δὲ ἀγαθὸν μέγα νομίζομεν, &c.] 130 Clemens Stromateon ſexto: Ἐπίκουρος ἀντικρὺς φησι, Πλουσιώτατον αὐτάρκεια πάντων. Juvenalis Sat. XIV.

--- Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſi quis me conſulat, edam:
In quantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt;
Quantum, Epicure, tibi parvis ſuffecit in hortis.

Et Sat. XIII.

--- Quis non Epicurum
Suſpicit, exigui lætum plantaribus Horti?

Adde Senecam epiſt. II. *Hodiernum hoc eſt, quod apud Epicurum nactus ſum: ſoleo enim & in alienâ caſtra tranſire, non tamquam tranſfuga, ſed tamquam explorator*: Honeſta, *inquit*, res eſt, honeſta paupertas, &c.

Καὶ μάζα καὶ ὕδωρ] Epicurus ipſe apud Stobæum 131 Sermone XVII. βρυάζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ, ὕδατι, καὶ ἄρτῳ χρώμενος, καὶ προσπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς. De Epicuro, Stobæus idem Sermone XV. Ἐπίκουρος ὁ Γαργήττιος κέπραγε λέγων, ᾧ ὀλίγον οὐκ ἱκανὸν, τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. ἔλεγε δὲ ἑτοίμως ἔχειν, καὶ τὸ δὴ ὑπὲρ εὐδαιμονίας δεῖ ἀγωνίζεσθαι, μάζαν ἔχων καὶ ὕδωρ. Sed ubi legendum, καὶ

τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας ἀγωνίζεσθαι. Eadem, atque iisdem verbis, habes apud Ælianum ποικίλης ἱστορίας lib. IV. cap. 13. unde habuit Stobæus. Addit Ælianus: ταῦτ' οὖν ἐννοῶν ὁ Ἐπίκουρος, τί βουλόμενος ἐπῄνει τὴν ἡδονὴν, εἰσόμεθα ἄλλοτε. Adde tu Ciceronem lib. II. de Finibus; ubi de Epicuro: *Negat enim tenuissimo victu, id est, contemptissimis escis, & potionibus minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum.* Et posteà: *Non minor voluptas percipitur ex vilissimis rebus, quàm ex pretiosissimis.* Legendus omnino Porphyrius libro primo de Abstinentia ab Inanimatis; ubi multa habet, eáque præclara; de ratione victus, cùm ex mente Epicuri, tum ex Epicureorum sententia.

Καὶ ὑγιείας ἐστὶ συμπληρωτικόν] Synesius in Epistola ad Theodorum Medicum: Ἀγαθὸν ἀναγκαῖον ἡ ὀλιγοσιτία, ἦν ἕτερος μὲν ἄν τις καὶ σκώψειε· σοὶ δὲ οὐ θέμις, Ἱπποκράτην αὐχοῦντι, ὃς ἀφορίζων τὴν ἔνδειαν, ἔφη, ὑγιείας εἶναι μητέρα. Quod dictum Hippocratis; ut hoc obiter dicam; in ejus, quæ nunc exstant, operibus non reperitur: sed illud solùm, ἄσκησις ὑγίης, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων· quod legere est libro VI. de Morbis vulgaribus sectione 7. articulo 20. Ex voce ἀφορίζων, conjiciebat Theodorus Marcilius ad Suetonium in Vespasiano, Hippocratem in Aphorismis hanc sententiam olim scripsisse. Sed frustrà. Eam porrò commendat & Isidorus Pelusiota libro I. epist. 277. verùm nullo addito auctoris nomine. & lib. III. epist. 192. ubi eam Medicorum filiis tribuit. Similiter Chrysostomus Homiliâ XXII. in Johannem: cujus verba merentur hîc adscribi: sunt enim elegantissima: οὐχ οὕτω τὰ σφόδρα τῶν ποταμείων ῥευμάτων τὰς ὄχθας εἴωθε διατρώγειν καὶ ποιεῖν ὑφιζάνειν, ὡς τρυφὴ καὶ σπαταλὴ τὰ τῆς ὑγιείας ἡμῶν ἐρείσματα πάντα ὑποσύρει ῥᾳδίως. κἂν ἕλθῃς εἰς ἰατρεῖον, καὶ πρωτελῶν ἐρωτήσῃς, πάσας σχεδὸν τῶν νοσημάτων τὰς αἰτίας ἐκεῖθεν εὑρήσεις οὔσας· ἡ μὲν γὰρ εὐτέλεια καὶ ἡ λιτὴ τράπεζα, ὑγιείας μήτηρ ἐστί. διὰ τοῦτο καὶ Ἰατρῶν παῖδες οὕτως αὐτὴν ὠνόμασαν, τόγε μὴ κορέννυσθαι, ὑγιείαν καλέσαντες (ἀκορίη γὰρ τροφῆς, ὑγιείη) τότε ἐνδεῶς ἐστιᾶσθαι μητέρα ὑγιείας εἰπόντες. εἰ δὲ ἡ ἔνδεια μητὴρ ὑγιείας, εὔδηλον ὅτι ἡ πλησμονὴ μήτηρ νόσου καὶ ἀῤῥωστίας ἐστὶ, καὶ τίκτει πάθη καὶ αὐτῶν ὑπερβαίνοντα τῶν ἰατρῶν τὴν τέχνην. καὶ γὰρ πεδαλγίαι· & quæ sequuntur: est enim locus prolixior.

Καὶ πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρήσεις ἄοκνον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον] Horatius in hunc sensum Sat. II. 2. ubi ad integrum hunc Epicuri locum respexisse, rectè vidit Gassendus:

--- quin corpus onustum
Hesternis vitiis, animum quoque prægravat unà,
Atque affigit humo divinæ particulam auræ.
Alter, ubi dicto citiùs curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munera surgit.

Ὅταν οὖν λέγωμεν ἡδονὴν τέλος ὑπάρχειν, οὐ τὰς τῶν ἀσώτων ἡδονὰς, &c. ἀλλὰ τὸ μήτε ἀλγεῖν κατὰ σῶμα, μήτε ταράττεσθαι κατὰ ψυχήν, &c.] Quò respexit Plutarchus libello de Audiendis Poëtis extremo, cùm ait: ἧττον ταράττονται καὶ ἐυκολαίνουσι παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις ἀκούοντες, ὡς ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· καὶ, Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται· καὶ, Τὸ εὐδαίμον καὶ μακάριον, οὐ χρημάτων πλῆθος, οὐδὲ πραγμάτων ὄγκος, οὐδὲ ἀρχαί τινες ἔχουσιν, οὐδὲ δυνάμεις, ἀλλ' ἀλυπία καὶ πραότης παθῶν, καὶ διάθεσις ψυχῆς, τὸ κατὰ φύσιν ὁρίζουσα. *Minùs perturbantur aut offenduntur apud Philosophos audientes, Mortem nihil ad nos attinere: Naturæ divitias esse definitas: Felicitatem & Vitam beatam non in multitudine pecuniæ, aut opum mole, aut principatu, potentiâque consistere: sed in vacuitate doloris, affectuum moderatione, animique affectione, Naturæ finibus res omnes circumscribente.*

Τούτων δὲ πάντων ἀρχὴ καὶ τὸ μέγιστον ἀγαθὸν, φρόνησις] Quam etiam, ἀγαθὸν, ποιητικὸν τῆς εὐδαιμονίας, existimabat. Plutarchus in libro de Stoicorum repugnantiis; ubi de Chrysippo: εἰ μὲν οὖν τὴν φρόνησιν ἡγεῖτο ποιητικὸν εἶναι τῆς εὐδαιμονίας τὸ ἀγαθὸν, ὥσπερ ὁ Ἐπίκουρος, &c. 132

Ὡς οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως] Post hæc verba, addendum οὐδὲ φρονίμως, καὶ καλῶς, καὶ δικαίως, rectè monuit H. Stephanus in Lexico Ciceroniano, ex his Ciceronis verbis in I. de Finibus, sub persona Torquati: *Clamat Epicurus; is quem vos voluptatibus esse deditum dicitis; non posse jucundè vivi, nisi sapienter, honestè, justeque vivatur; nec sapienter, honestè, justè, nisi jucundè.* Similis error habetur infrà, in Ratis Sententiis.

Βραχίστην δὲ] Corrige βραχεῖς. τὴν δὲ, quemadmodum scriptum exhibent Regiæ Membranæ, necnon Florentinæ. 133

Ὑπό τινων δεσπότιν εἰσαγομένην πάντων ἀγγέλλοντος, ἃ μὲν ἀπὸ τύχης, ἃ δὲ παρ' ἡμᾶς.] Excidit vox ἀνάγκην. Gassendus verissimè: ὑπό τινων εἰσαγομένην πάντων Ἀνάγκην, μὴ εἶναι τούτων ἀγγέλλοντος, ὧν ἐστι τὰ μὲν ἀπὸ τύχης, τὰ δὲ παρ' ἡμᾶς. De Fati necessitate, similia habes apud Gellium VI. 2. ubi postquam Fati definitionem ex Chrysippo attulit; *aliarum autem*, inquit, *Opinionum, Disciplinarumque Auctores huic definitioni ita obstrepunt: Si Chrysippus, inquiunt, fato putat omnia moveri & regi, nec declinari transcendique posse agmina Fati & volumina; peccata quoque hominum & delicta non sustentanda, neque condicenda sunt ipsis voluntatibusque eorum: sed necessitati cuidam & instantiæ, quæ oritur ex Fato, omnium quæ sit rerum Domina, & arbitrio, per quam necesse sit fieri quidquid futurum est.* Non tamen hîc Epicurum Stoicos innuisse existimabat Gassendus; sed potiùs Physicos illos antiquiores, Democritum, Heraclitum, Empedoclem, Parmenidem; (qui & ipsi omnia Necessitate fieri censuerunt) quia statim sequitur, præstabilius esse de Diis fabulas sequi, quàm Physicorum fato servire. ita scilicet Gassendus hæc verba, ἐπεὶ κρεῖττον ἦν τῷ περὶ θεῶν μύθῳ κατακολουθεῖν, ἢ τῇ τῶν Φυσικῶν εἱμαρμένῃ δουλεύειν, interpretatur. Optimè. Epicurus ipse suprà, in Epistola ad Pythoclem: καθάπερ τῶν Φυσικῶν καλουμένων φησί τις

Perperam uterque interpres, *naturalium rerum Fato ſervire.*

134 Τὴν δὲ τύχην, οὔτε θεὸν, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν] Juvenalis Sat. x.

------*ſed te*
Nos facimus, Fortuna, Deam, cæloque locamus.

Ὑπολαμβάνων] Gaſſendus, ὑπελάμβανε: Et ita legerat Aldobrandinus. Legi quoque poſſet, ὑπολαμβάνει, quemadmodum legit Ambroſius. Gaſſendus legit poſteà, οἴονται, pro οἴεται: & parentheſin claudit poſt vocem χορηγεῖσθαι.

135 Μελέτα διαπαντὸς ἡμέρας καὶ νυκτός] Obſervo Epicurum ſæpe his vocibus μελέτα, μνημόνευσον, μνημονευτέον, & ſimilibus uti. Ita Epictetum, crebrò voce μέμνησο uti, obſervat Simplicius ad Enchiridium Arriani Epicteteium: eſt enim Enchiridium illud, Arriani, non Epicteti, ipſo Simplicio teſte: cujus hæc ſunt verba ſtatim ab initio ejus Commentarii in dictum Enchiridium: τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο, τὸ Ἐπικτήτου Ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον, καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀρριανὸς, &c. ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μασσαληνὸν ἐπιστολῇ, ἔγραψεν ὁ Ἀρριανός.

Πρὸς ἑαυτὸν] Gaſſendus, πρὸς σεαυτόν.

Καὶ οὐδέποτε, οὐθ' ὕπαρ, οὔτ' ὄναρ, διαταραχθήσῃ] Vide ſuprà; ubi de Effatis Epicuri.

Μαντικὴν δὲ ἅπασαν ἐν ἄλλοις ἀναιρεῖ, ὡς καὶ ἐν τῇ Μικρᾷ Ἐπιτομῇ] Nihil ſimile de Divinatione Epicurus in Epiſtola ad Herodotum, quam *Parvam Epitomen* vocari docuimus: quare reſcribebat hoc loco Gaſſendus, ἐν τῇ Μακρᾷ Ἐπιτομῇ: certiſſimâ, ut mihi quidem videtur, conjecturâ. Divinationem omnem ſuſtuliſſe Epicurum, etiam Cicero teſtatur libro II. de Natura Deorum. *Nihil*, inquit, *tam irridet Epicurus, quàm Prædictiones rerum futurarum.* Et libro I. ſub perſona Velleii Balbum alloquentis: *Sequitur Mantikὴ veſtra; quæ Latinè* Divinatio *dicitur; quâ tantâ imbueremur ſuperſtitione, ſi vos audire vellemus, ut Aruſpices, Augures, Hariolι, & Conjectores nobis eſſent colendi. His terroribus ab Epicuro ſoluti, & in libertatem vindicati.* Suſtulit & Divinationem per ſomnum. Irriſit & oſtenta, & oracula: de quibus omnibus, conſulendus Gaſſendus hoc loco.

Περὶ τῶν βιωτικῶν] Rectè Vetus interpres, *de iis quæ Vitam informant.* Rectè quoque Gaſſendus, *de Vitæ inſtituendæ ratione.* Minùs rectè Aldobrandinus, *de his quæ ad ætatem degendam pertinent.*

Διαφέρεται δὲ πρὸς τοὺς Κυρηναϊκοὺς περὶ τῆς ἡδονῆς· 136
εἰ μὲν γὰρ τὴν καταστηματικὴν οὐκ ἐγκρίνουσι, μόνην δὲ τὴν ἐν κινήσει] Qua de re ſic Clemens Alexandrinus Στρωματέων libro II. Ἐπίκουρος δὲ ἐν τῷ μὴ πεινᾶν, μηδὲ διψᾶν, μήτε ῥιγοῦν, τὴν εὐδαιμονίαν τιθέμενος, τὴν ἰσόθεον ἐπεφώνησε φωνὴν, ἀσεβῶς εἰπὼν, ἐν τούτοις καὶ Διὶ πατρὶ μάχεσθαι· ὥσπερ ὧν σκατοφάγων, καὶ οὐχὶ τῶν Λογικῶν καὶ φιλοσόφων, τὴν μακαρίαν νίκην δογματίζων. τῶν γὰρ ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ἀρχομένων, τοὺς τε Κυρηναϊκοὺς καὶ τὸν Ἐπίκουρον· τούτους γὰρ τέλος εἶναι λέγειν διαῤῥήδην τὸ ἡδέως ζῆν· τέλειον δὲ ἀγαθὸν, μόνον τὴν ἡδονήν· ὁ δὲ Ἐπίκουρος, καὶ τὴν τῆς ἀλυπήδονος ὑπεξαίρεσιν ἡδονὴν εἶναι λέγει. αἱρετὸν δὲ εἶναί φησιν, ὃ πρῶτον ἐξ ἑαυτοῦ ἐφ' ἑαυτὸ ἐπισπᾶται· πάντως δηλονότι ἐν κινήσει ὑπάρχων, &c. Et poſteà: οὗτοι οἱ Κυρηναϊκοὶ, τὸν ὅρον τῆς ἡδονῆς Ἐπικούρου, τουτέστι τὴν τοῦ ἀλγεδόντος ὑπεξαίρεσιν, ἀθετοῦσιν, νεκρᾷ καταστάσιν ἀποκαλοῦντες. χαίρειν γὰρ ἡμᾶς μὴ μόνον ἐπὶ ἡδοναῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὁμιλίαις, καὶ ἐπὶ φιλοτιμίαις· ὁ δὲ Ἐπίκουρος, πᾶσαν χαρὰν τῆς ψυχῆς οἴεται ἐπὶ πρωτοπαθούσῃ τῇ σαρκὶ γενέσθαι. ὁ τε Μητρόδωρος ἐν τῷ Περὶ τοῦ μείζονα εἶναι τὴν παρ' ἡμῖν αἰτίαν πρὸς εὐδαιμονίαν τῆς ἐκ τῶν πραγμάτων· Ἀγαθὸν, φησὶ, ψυχῆς τί ἄλλο ἢ τὸ σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα. In priori loco Clementis, pro αἱρετὸν δὲ εἶναί φησιν, legendum videtur αἱρετὸν δὲ εἶναί φασιν: non enim Epicurus Voluptatem quæ in motu eſt, amplectebatur, ſed Cyrenaïci, ut hoc Laërtii loco diſertiſſimis verbis habetur. Adde ipſummet Clementem, loco proximè allato. Et falſus eſt omnino Athenæus, qui hanc opinionem Epicuro, ſimiliter ac Ariſtippo, tribuit. Verba ejus ſunt XII. 12. οὐ μόνον δὲ Ἀρίστιππος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, τὴν κατὰ κίνησιν ἡδονὴν ἠσπάζοντο, ἀλλὰ καὶ Ἐπίκουρος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, &c. Vide hîc Gaſſendum, & nos ad Ariſtippum.

Ὁ δὲ, ἀμφότερα] Meliùs ἀμφοτέρας, ut Gaſſendus emendabat.

Καὶ ἐν τῇ πρὸς τοὺς ἐν Μιτυλήνῃ φίλους Ἐπιστολῇ] Gaſſendo aſſentior, Φιλοσόφους reſcribenti. De hac Epicuri ad Philoſophos, qui erant Mitylenæ, Epiſtola, diximus ſuprà.

Διογένης ἐν τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ] Sic Baſileenſis Editio. At Stephanica, ἑκκαιδεκάτῃ.

Δημόκριτος ἐν τῷ Τιμοκράτει] Emenda Μητρόδωρος ἐν τῷ Τιμοκράτει, quemadmodum ſcriptum exhibent cereræ Editiones, necnon MSS. plures.

Οἱ μὲν γὰρ, χείρους τὰς σωματικὰς ἀλγηδόνας τῶν 137
ψυχικῶν, &c. ὁ δὲ, τὰς ψυχικάς] Exſtat in hanc rem Diſſertatio Maximi Tyrii, hoc titulo, Πότερα κακλεπώτερα νοσήματα, τὰ τοῦ σώματος, ἢ τὰ τῆς ψυχῆς: & Plutarchi, Πότερον τὰ τῆς ψυχῆς, ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα.

Τὴν γοῦν σάρκα τὸ πικρὸν μόνον χειμάζειν· τὴν δὲ ψυχὴν, καὶ τὸ παρελθὸν, καὶ τὸ παρὸν, καὶ τὸ μέλλον] Quem locum reſpexit Cicero libro I. de Finibus, ſub perſona Torquati: *Nec ob eam cauſam non multò majores eſſe & voluptates & dolores animi quàm corporis: nam corpore nihil niſi præſens, & quod adeſt, ſentire poſſimus: animo autem & præterita & futura.*

Χειμάζειν] Hinc refutandus Phrynichus, qui in Ecloga Dictionum Atticarum, Menandrum reprehendit, quòd ea voce, ἀντὶ τοῦ λυπεῖν, uſus ſit: in qua ſignificatione Alexandrini Scriptores, non δόκιμοι, eâ uterentur. Hoc vocabulum hac notione per omnem Græciam paſſim uſurpatum, conſtat, ut rectè monuit Salmaſius in Tractatu de Hellenistica. Inde verſiculus ille antiquus,

Οὐδεὶς γαμεῖται, ὅστις οὐ χειμάζεται.

Utitur in Hippolyto & Euripides, Scriptor δοκιμώτατος:

Φιλῶ τέκν', ἀλλὴ δ' ἐν τύχῃ χειμάζομαι.

Locus porrò Menandri quem ſignat Phrynichus, fuit in Auriga. Teſtatur Ammonius, aut quicunque auctor eſt libelli Περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων: χειμάζειν, οὐ μόνον τὸ πυραχειμάζειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐνοχλεῖν, ὡς Μένανδρος ἐν Ἡνιόχῳ.

Τῷ τὰ ζῶα, ἅμα τῷ γενηθῆναι, τῇ μὲν εὐαρεστεῖσθαι, τῷ δὲ πόνῳ προσκρούειν φυσικῶς, καὶ χωρὶς λόγου.] Torquatus ibidem, de Epicuro loquens: *Omne animal, ſimulatque natum ſit, voluptatem appetere, eâque gaudere, ut ſummo bono; dolorem aſpernari, ut ſummum malum, &, quantum poſſit, à ſe repellere: idque facere nondum depravatum, ipſa Naturâ incorruptè atque integrè judicante. Itaque negat opus eſſe ratione, neque diſputatione, quamobrem voluptas expetenda, fugiendus dolor ſit. Sentirì hoc putat: ut calere ignem: nivem eſſe albam, dulce mel: quorum nihil oportere exquiſitis rationibus confirmare: tantùm ſatis eſſe admonere*, &c. Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypoſeon III. 24. ὅθεν καὶ οἱ Ἐπικούρειοι δεικνῦναι νομίζουσι, φύσει αἱρετὴν εἶναι τὴν ἡδονήν· τὰ γὰρ ζῶά φασιν, ἅμα τῷ γενέσθαι, ἀδιάστροφα ὄντα ὁρμᾷν μὲν ἐπὶ τὴν ἡδονήν, ἐκκλίνειν δὲ ἀλγηδόνας.

Ἵνα καὶ ὁ Ἡρακλῆς καταβιβρωσκόμενος ὑπὸ τοῦ χιτῶνος, βοᾷ, Δάκνων, ἰύζων ἀμφὶ δ' ἔστενεν πέτραι, &c.] Verſus ſunt ex Trachiniis Sophoclis: ſed ubi ita leguntur:

Βοῶν, ἰύζων· ἀμφὶ δ' ἐκτύπουν πέτραι,
Λοκρῶν ὄρειοι πρῶνες, Εὐβοίας τ' ἄκραι.

Putarim ſcripſiſſe Laërtium, Βοᾷ δεινῶς, ἰύζει: ſicque verſum immutaſſe, ut eum ad orationem ſuam accommodaret.

Διὰ δὲ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἱρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτὰς, ὥσπερ τὴν ἰατρικὴν διὰ τὴν ὑγίειαν.] Reſpexit & hunc locum Cicero dicto libro I. de Finibus, his verbis: *Præterea & appetendi, & fugiendi, & omnino rerum gerendarum initia proficiſcuntur, aut à voluptate, aut à dolore. quod cum ita ſit, perſpicuum eſt omnes rectas res atque laudabiles eò referri, ut cum voluptate vivatur. Quoniam autem id eſt vel ſummum, vel ultimum, vel extremum, quod Graci τέλος nominant, quòd ipſum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes: fatendum eſt, ſummum eſſe bonum jucundè vivere. Id qui in una virtute ponunt, & ſplendore nominis capti, quid Natura poſtulet non intelligunt: errore maximo, ſi Epicurum audire voluerint, liberantur. iſtæ enim veſtræ eximiæ, pulchræque virtutes, niſi voluptatem efficerent, quis eas aut laudabiles, aut expetendas arbitraretur? Ut enim Medicorum ſcientiam, non ipſius artis, ſed bonæ valetudinis causâ: & Gubernatoris ars, quia bene navigandi rationem habet, utilitate, non arte, laudatur; ſic Sapientia, quæ ars vivendi putanda eſt, non expeteretur, ſi nihil efficeret. nunc expetitur, quòd eſt tamquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis*, &c. Meminit hujus Epicureæ ſententiæ & Plutarchus libro Quòd non poteſt jucundè vivi ſecundùm Epicurum, & Athenæus lib. XII. Meminit & Seneca lib. IV. de Benef. cap. 2. ubi eam refellit.

138

Ὁ δ' Ἐπίκουρος καὶ ἀχώριστόν φησι τῆς ἡδονῆς τὴν ἀρετὴν μόνον· τὰ δ' ἄλλα χωρίζεσθαι, οἷον βρωτά.] Igitur Epicuro Virtutes erant bona immortalia: quò ſpectat ejus Effatum; de quo ſuprà; Illum qui ſemel ſapiens revera ſolidéque exſtiterit, numquam deinceps in conditionem oppoſitam degenerare.

Τὸν κολαφῶνα (ὡς ἂν εἴπῃ τις) ἐπιθῶμεν τοῦ παντὸς συγγράμματος.] Inde manifeſtò patet, Diogenem Laërtium Opus hoc ſuum de Vitis Philoſophorum Epicuri Vitâ finiiſſe: quod etiam ipſe ſuprà in Vita Pythagoræ teſtatum reliquit, his verbis: ῥητέον περὶ τῶν ἐλλογίμων Πυθαγορικῶν· μεθ' οὓς περὶ τῶν σποράδην κατά τινας φερομένων ἔπειθ' οὕτως ἐξάψομεν τὴν διαδοχὴν τῶν ἀξίων λόγου, ἕως Ἐπικούρου, κἀνθὰ καὶ προειρήκαμεν. Cur autem nullius Epicureorum ſeparatim Vitam ſcripſerit, in cauſſa eſſe puto, quòd præcipuorum, hoc eſt, ipſius Epicuri Diſcipulorum, in hac ipſa Vita non perfunctoriè meminerit. Ceterùm, de variis circa hunc proverbialem loquendi modum, τὸν κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, ſententiis, videndus Strabo lib. XIV. & Suidas in τὸν κολοφῶνα ἐπίθες, & Tzetzes Hiſt. Chiliad. XII. 402.

Τὰς Κυρίας αὐτοῦ Δόξας.] De hoc Epicuri libro, diximus ſuprà pluribus, ubi de libris ejus agebamus. Addo locum Luciani eximium, ex Pſeudomanti: εὑρὼν γὰρ τὰς Ἐπικούρου Κυρίας Δόξας, τὸ κάλλιστον, ὡς οἶσθα, τῶν βιβλίων, καὶ κεφαλαιωδῶς περιέχον τῆς τ' ἀνδρὸς σοφίας τὰ δόγματα, κομίσας ἐς τὴν ἀγορὰν μέσην, ἐκαυσεν ἐπὶ ξύλων συκίνων, ὡς δῆθεν αὐτὸν καταφλέγων, καὶ τὴν σποδὸν ἐς θάλασσαν ἐξέβαλεν, ἔτι καὶ χρησμὸν ἐπιφθεγξάμενος,

Πυρπολέειν κέλομαι δόξας ἀλκηΐο γέροντος.

Οὐκ εἰδὼς ὁ κατάρατος ὅσων ἀγαθῶν τὸ βιβλίον ἐκεῖνο τοῖς εὐτυχοῦσιν αἴτιον γίγνεται, ὅσην αὐτοῖς εἰρήνην, καὶ ἀταραξίαν, καὶ ἐλευθερίαν ἐνεργάζεται· δειμάτων μὲν, καὶ φασμάτων, καὶ τεράτων ἀπαλλάττον, καὶ ἐλπίδων ματαίων, καὶ περιττῶν ἐπιθυμιῶν, νοῦν δὲ, καὶ ἀλήθειαν ἐντιθὲν, καὶ καθαίρον ὡς ἀληθῶς τὰς γνώμας, οὐχ ὑπὸ δᾳδὶ, καὶ σκίλλῃ, καὶ ταῖς τοιαύταις φλυαρίαις, ἀλλὰ λόγῳ ὀρθῷ, καὶ ἀληθείᾳ, καὶ παῤῥησίᾳ. *Ratas Sententias Epicuri nactus, Librum, ut noſti, pulcherrimum, & qui ſummatim Decreta ſapientiæ ſummi viri complectitur, in medium forum deportavit; lignis cremavit ſiculneis, ac ſi Auctorem ipſum cremaſſet, ac cineres in mare abjecit, pronuntiato etjam Oraculo,*

Hæc luſci Decreta Senis comburere mando.

Non agnoſcens, ſceleſtus ille, quantorum bonorum ſit cauſſa hujuſmodi Libellus iis, qui in ipſum incideriut, quantamque illis, & quietem, & tranquillitatem, & libertatem pariat; abigens pavores, & ſpectra, & prodigia, & ſpes vanas, & cupiditates ſupervacaneas; ac luſtrans omnino animi conſilia, non ſanè tædâ, neque ſquillâ, neque id genus aliis nugamentis; ſed rectâ ratione, & veritate, & confidentiâ. Scribit Gaſſendus ad hunc ipſum Laërtii locum, ſcribere Simplicium, Epicteti Enchiridion contextum fuiſſe non ab ipſomet Epictero, ſed ab Arriano, qui id ex ipſis Epicteti Diſſertationibus excerpſerit, ad eum modum, quo ratæ ſententiæ ex

variis Epicuri libris, ceu florilegio, collectæ ſunt. Memoriâ lapſus eſt Gaſſendus: nihil enim habet Simplicius de hac Epicteti Enchiridii cum Epicureis Ratis Sententiis comparatione. Locus Simplicii eſt in Procœmio Commentariorum in Epicteti Enchiridion.

Καὶ τοῦ βίου Φιλοσόφου] An Epicurum hîc κατ' ἐξοχὴν *Philoſophum* appellat Laërtius? Certè Epicurum ita ſe ipſum appellaſſe, didici ex his Ciceronis verbis libro v. Tuſculanarum Quæſtionum: *An Epicuro, qui tantummodo induit perſonam Philoſophi, & ſibi ipſe hoc nomen inſcripſit, dicere licebit*, &c. Etiam Epicureos, ἁπλῶς *Philoſophos* vocat Alſenus in L. 76. D. de Judiciis: ſi modo ejus quæ ſequuntur verba de Epicureis, ut vult Dionyſius Gothofredus, accipienda ſunt: *Propterea, quòd ut Philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſiſteremus, hâ cottidie ex noſtro corpore decederent*, &c.

139 Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτοῦ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει] Meritò ab hac Sententia, Ratarum Epicuri Sententiarum collectionem incipit Laërtius: fuit enim illarum prima, ut diſcimus ex Ciceronе libro I. de Natura Deorum. *Novi ego*, inquit, *Epicureos omnia ſigilla venerantes: quamquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquiſſe Deos, re ſuſtuliſſe. Itaque in illis Selectis ejus, brevibusque Sententiis, quas appellat is* Κυρίας Δόξας, *hæc, ut opinor, prior Sententia eſt, Quod beatum & immortale eſt, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.* Id ipſum etiam teſtatur in libris de Legibus: item Plutarchus, in libro adverſus Colotem. Hujus autem Sententiæ meminit non nemo. Seneca in Ludo de Morte Claudii Cæſaris: *Modò dic nobis qualem Deum iſtum fieri velis:* Ἐπικούρειος θεὸς *non poteſt eſſe: οὔτε αὐτὸς πράγμα ἔχει, οὔτε ἄλλοις παρέχει.* Sextus Empiricus Hypotypoſeon III. 24. τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, μήτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, μήτε ἑτέροις παρέχει. Maximus Tyrius Diſſertatione XXIX. τὸ ἀθάνατον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει. Nemeſius de Natura Hominis capite 44. Δημόκριτος δὲ καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἐπίκουρος, οὔτε τῶν καθόλου, οὔτε τῶν καθ' ἕκαστα πρόνοιαν εἶναι βούλονται. Ἐπίκουρος γοῦν ἔλεγε, Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει, οὔτε ἄλλῳ παρέχει· ὥστε οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρισι συνέχεται· ἐν ἀσθενείᾳ γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα· ὀργὴ θεῶν ἀλλότριον, ἐπὶ γὰρ ἀβουλήτῳ γίνεται· θεῷ δὲ οὐδὲν ἀβούλητον. Cicero de Natura Deorum libro I. ſub perſona Velleii: *Verè expoſita illa Sententia eſt ab Epicuro, Quod æternum, beatumque ſit, id nec habere ipſum negotii quidquam, nec exhibere alteri. Itaque neque irâ, neque gratiâ teneri; quod, quæ talia eſſent, imbecilla eſſent omnia.* Auſonius:

Quod eſt beatum, morte & æternùm carens,
Nec ſibi parit negotium, nec alteri.

Meminit & Lactantius de Ira Dei cap. 4.

Ὥστε οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρισι συνέχεται] Diximus ſuprà. Adde Plutarchum in libro adverſus Colotem: τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον, οὔτε ὀργαῖς, οὔτε χάρισι συνέχεται. Adde & locum Ciceronis ex libro primo de Natura Deorum in ſuperiori Obſervatione allatum.

Ἐν ἄλλοις δέ φησι] Laërtii eſſe verba, rectè obſervat Gaſſendus: qui & rectè quoque in ſequentibus legit, οὐ μὲν, pro οὓς μὲν: & ὡς δὲ, pro οὓς δέ.

Τοὺς θεοὺς λόγῳ θεωρητοὺς, &c.] Plutarchus de Placitis Philoſoph. lib. I. cap. 7. Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεούς, λόγῳ δὲ πάντας τούτῳ θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως. Cicero libro de Natura Deorum primo: *Epicurus autem, qui res occultas, & penitus abditas non modò viderat, ſed etiam ſic tractat, ut manu ducat, docet primùm, eam eſſe vim & naturam Deorum, ut non ſenſu, ſed mente cernatur: nec ſoliditate quadam, nec ad numerum; ut ea, quæ ille propter ſimilitudine, & tranſitione perceptis: deinde cùm infinita ſimillimarum imaginum ſpecies ex innumerabilibus individuis exſiſtat; & ad nos affluat, cùm maximis voluptatibus in eas imagines mentem intentam, infixamque noſtram intelligentiam, capere quæ ſit & beata Natura & æterna.*

Ἀνθρωποειδεῖς] Plutarchus dicto loco: Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς θεούς. Rationem habes apud Empiricum contra Mathemat. pag. 312. Ἐπίκουρος δὲ ἐκ τῶν κατὰ τοὺς ὕπνους φαντασιῶν οἴεται τοὺς ἀνθρώπους ἐννοιαν ἐσπακέναι θεοῦ· μεγάλων γὰρ εἰδώλων, φησὶ, καὶ ἀνθρωπομόρφων κατὰ τοὺς ὕπνους προσπιπτόντων, ὑπέλαβον καὶ τοῖς ἀληθείαις ὑπάρχειν τινὰς τοιούτους θεοὺς ἀνθρωπομόρφους. *Epicurus autem putat, ex iis quæ in ſomnis occurrunt viſionibus, Dei notionem attraxiſſe Homines. Magnis enim, inquit, & humanâ formâ præditis ſimulachris in ſomnis incurrentibus, exiſtimarunt eſſe revera hujuſmodi Deos Hominis formâ præditos.*

Ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· τὸ γὰρ διαλυθὲν, &c.] Diximus ſuprà, quò legentes remitto. Addo locum Empirici adverſus Mathemat. pag. 56. τό, τε τὸν θάνατον μὲν μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς, εἴρηται μὲν ἴσως τῷ σώφρονι, ἀποδεδειχται δὲ Ἐπικούρῳ· καὶ ἔστιν οὐ τὸ εἰπεῖν, ἀλλὰ τὸ ἀποδεῖξαι, θαυμαστόν· εἶτα, οὐδὲ κατὰ τοῦτο ἔφησεν ὁ Ἐπίκουρος τὸν θάνατον μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς, καθὸ ἀδιάφορόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἢ μή· πολλῷ γὰρ αἱρετώτερον τὸ ζῆν, διὰ τὸ αἰσθανομένων εἶναι τὸ ἀγαθόν· ἀλλ' ἐν ἀναισθησίᾳ οὔτε κακόν τι εἶναι, οὔτε ἀγαθόν· τὸ μὲν γὰρ ἀναισθητεῖν τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων, οὐχ ὁ ποιητὴς μόνος οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ὁ σύμπας βίος. Quæ verba Gentianus Hervetus ita eſt interpretatus: *Et quòd mors quidem ad nos nihil ſit, dictum quidem ſortaſſe eſt ab Epicharmo; ſed demonſtratum fuit ab Epicuro: & eſt mirabile, non quòd dixerit, ſed quòd demonſtraverit. Deinde, non ideo dixit Epicurus Mortem ad nos nihil eſſe, quòd nihil referat vivaſne, an non: vivere enim eſt longè magis optandum, propterea quòd bonum ſit eorum qui ſentiunt: in ſenſus autem defectu nec bonum ſit, nec malum. Num quòd non ſentiant Corpora mor-*

tua, non ſolus novit Poëta, ſed etiam univerſa Hominum vita. Quare autem τῷ σώφρονι *Epicharmum* fuerit interpretatus, divinare equidem non poſſum. Legendum omnino, Σώφρονι: & accipiendus Sophro ille Poëta de Sophrone Syracuſano Mimographo: non enim accipi poteſt de Sophrone Comico: ſiquidem paullo junior Epicuro fuit ille; ut qui Danaën, cui Leontium, Epicuri amica, mater fuit, amaverit, ut eſt apud Athenæum. Legi poſſet & Σοφοκλεῖ. Legendum autem hîc, διαλυθέν, quemadmodum, & ſuprà, & apud Stobæum legitur, qui hæc ipſiſſima Epicuri verba retulit in Sermone Περὶ θανάτου, καὶ ὡς εἴη ἄφυκτος.

Ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις] Meminit Cicero 1. de Finibus: *Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem.* Item Sextus contra Mathematicos pag. 56. ὁ δὲ Ἐπίκουρος οὐκ ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν εἴληφε τὸν ὅρον τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν· μακρῷ γὰρ διαφέρει τὸ λέγειν, ὅτι ἐπαύσαντό τινες πίνοντες καὶ ἐσθίοντες, καὶ τὴν αὐτῶν ἐπιθυμίαν πληροῦντες· ταὐτὸ γάρ ἐστι τὸ,

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδήτυος ἐξ ἔρον ἔντα,

τοῦ φάναι ὅρον εἶναι τῶν περὶ τὰς ἡδονὰς μεγεθῶν, τὴν τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσιν· τοῦτο γὰρ οὐ πάντως κρέασι καὶ οἴνῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς λιτοτάτοις πέφυκε γίνεσθαι· ἄλλως τε, ὁ μὲν Ποιητὴς, ἐπὶ προσφερομένων μόνων ἐποιήσατο τὴν ἀπόφασιν, Ἐπίκουρος δὲ ἐπὶ πάντων τῶν ἀπολαυστῶν, ἐν οἷς ἐστι καὶ ἡ ἀφροδίσιος μίξις· περὶ ἧς πάντες ἴσασιν οἵαν ἔσχε γνώμην Ὅμηρος. Ita legendus hic locus; qui ſic Latinè ſonat: *Epicurus autem non ſumpſit ab Homero terminum magnitudinis voluptatum. Multùm enim differt dicere, ceſſaſſe aliquos bibere & comedere, ſummque ſatiaſſe appetitum. Nam,*

Sed poſtquam potuſque cibique exempta cupido,

idem eſt ac ſi diceret, terminum magnitudinum in voluptatibus, eſſe ablationem doloris. Hoc enim non fit omnino carnibus & vino, ſed etiam rebus tenuiſſimis. Alioqui Poëta quidem hoc enuntiavit in iis ſolis quæ comeduntur. Epicurus autem, in omnibus quibus fruimur: in quibus eſt etiam coitus venereus: de quo ſciunt omnes quæ fuerit Homeri ſententia. Meminit & Gellius lib. II. cap. 9. ubi propter hæc verba, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, Epicurum à Plutarcho evidenti calumnia reprehenſum ait. Verba ipſa Gellii infrà ponere non gravabor. *In eodem libro idem Plutarchus eumdem Epicurum reprehendit, quòd verbo uſus ſit parum proprio, & alienæ ſignificationis. ita enim ſcripſit Epicurus: ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Non, inquit, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, ſed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ, dicere oportuit. detractio enim ſignificandi eſt doloris, inquit, non dolentis. Nimis minutè, ac prope etiam ſubfrigidè, Plutarchus in Epicuro accuſando λέξεις τηρεῖ. has enim curas vocum, verborumque elegantias non modò non ſectatur Epicurus, ſed etiam inſectatur.* A partibus Plutarchi ſtat Muretus libro IX. Var. cap. 16. Mureti verba, propter eorum ſummam elegantiam, hîc quoque lubenter apponemus. *Neque minùs iſte,* (Epicurus) *ac graviter reprehenditur ab eodem Plutarcho, quòd τὸ ἀλγοῦν poſuiſſet ἀντὶ τοῦ ἀλγεινοῦ. Cujus enim ſtuporis eſt, confundere id quod dolorem excipit ac patitur, cum eo quod dolorem facit? At iſtas curas vocum, verborumque elegantias, ait Gellius, non modo non ſectatur Epicurus, ſed etiam inſectatur. Noſtrâ ſanè nihil intereſt, quid ille aut ſectetur aut inſectetur. Sed qui tam ſæpe monuerat, diligenter videndum eſſe, quæ vis, quæ notio unicuique voci ſubjecta eſſet, tam negligens eſſe in loquendo non debuit, ut aliud ſentiret, aliud diceret. Neque ſi Epicuro eſſe negligenti licuit, cauſa ulla eſt, cur aliis diligentibus eſſe non liceat.* τὸ ἀλγεῖν, activè uſurpaſſe videtur Epicurus, quemadmodum τὸ λυπεῖν activè uſurpatur.

Οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκὶ· &c.] Hujus Epicureæ ſententiæ non unus Veterum meminit. Cicero II. de Finibus: *Doloris medicamenta illa Epicurea, tamquam è narthecio promant. Si gravis, brevis; ſi longus, levis.* Plutarchus de Audiendis Poëtis, circa finem: ἐπιῤῥητέον δὲ καὶ τῷ Αἰσχύλῳ,

Θάρσει· πόνου γὰρ, ἄκρον οὐκ ἔχει χρόνον.

ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ παρ' Ἐπικούρῳ θρυλλούμενον ἀεὶ καὶ θαυμαζόμενον, ὡς οἱ μεγάλοι πόνοι συντόμως ἐξάγουσιν· οἱ δὲ χρόνιοι, μέγεθος οὐκ ἔχουσιν. Marcus Antoninus τῶν εἰς ἑαυτὸν libro VII. ſectione 38. Ἐπὶ μέντοι τῶν πλείστων πόνων, καὶ τὸ τοῦ Ἐπικούρου σοι βοηθείτω, ὅτι οὔτε ἀφόρητον. οὔτε αἰώνιον, ἐὰν τῶν ὅρων μνημονεύῃς, καὶ μὴ προσδοξάζῃς. Et ſectione 33. περὶ πόνου· τὸ μὲν ἀφόρητον, ἐξάγει. τὸ δὲ χρονίζον, φορητόν.

Τὸ δὲ μόνον ὑπερτεῖνον τὸ ἡδόμενον κατὰ σάρκα, οὐ πολλὰς ἡμέρας συμβαίνει] Reſcribit Gaſſendus: τὸ δὲ μονὴν ὑπερτεῖνον, ἄνευ τοῦ ἡδομένου κατὰ σάρκα οὐ πολλάς, &c.

Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως, καὶ καλῶς· καὶ δικαίως, ἄνευ τοῦ ἡδέως, &c.] Legendum ex Cicerone, οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν, ἄνευ τοῦ φρονίμως, καὶ καλῶς καὶ δικαίως· οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, ἄνευ τοῦ ἡδέως· ὥστε ὅτῳ μὴ ὑπάρχει τὸ ζῆν φρονίμως, καὶ καλῶς, καὶ δικαίως, οὐκ ἔστι τοῦτον ἡδέως ζῆν· qua de emendatione vide nos ſuprà ad Epiſtolam ad Menœceum. Exſtat Plutarchi liber hoc titulo, Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον, πρὸς Κολώτην. Cæterùm, in hanc Epicuri ſententiam multa præclara hîc collegit Gaſſendus; quæ videſis.

Ἕνεκα τοῦ θαῤῥεῖν ἐξ ἀνθρώπων, ἢ κατὰ φύσιν, &c.] Reſcribit Gaſſendus, ex conjectura: Ἕνεκα τοῦ θαῤῥεῖν ἐξ ἀνθρώπων (καὶ κατὰ φυσιν ἀρχῆς, καὶ βασιλείας, ἐξ ὧν ἀγαθὸν τοῦτο οἴονται παρασκευάζεσθαι) ἔνδοξοι καὶ περίβλεπτοί τινες ἐβουλήθημεν γενέσθαι, τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀσφάλειαν οὕτω νομίζοντες περιποιήσεσθαι· εἰ δὲ, εἰ μὲν ἀσφαλὴς ὁ τούτων βίος, &c. 140

Ἀλλὰ τὰ τινῶν ἡδονῶν ποιητικά] Scripſerat Galenus librum hoc titulo, Ὅτι τὰ ποιητικὰ τῆς ἡδονῆς ἐλλιπῆς Ἐπικούρῳ λελεκται, ut ipſemet teſtatur in Commentario de libris propriis. 141

Καὶ

142 Καὶ περὶ ὅδον τὸ ἄθροισμα ὑπῆρχεν ἢ τὰ κυριώτατα μέρη τῆς φύσεως, οὐκ ἄν, &c.] Gaſſendus: καὶ περιοδῷ, ἄθροισμα ὑπῆρχεν καθὼ καὶ τὰ κυριώτατα μέρη τῆς φύσεως, καὶ οὐκ ἄν, &c.

Οὐκ ἄν ποτε διέφεραν ἀλλήλων αἱ ἡδοναί] Sic quoque Cyrenaici, μὴ διαφέρειν ἡδονὴν ἡδονῆς, μηδὲ ἥδιόν τι εἶναι, exiſtimarunt; ut eſt apud Diogenem noſtrum in Ariſtippo.

Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, &c.] Meminit hujus ſententiæ, atque iiſdem verbis, Cicero lib. II. de Finibus: *In alio verò libro, ubi breviter comprehenſis ſententiis quaſi Oracula edidiſſe Sapientiæ dicitur, ſcribit* (Epicurus) *his verbis, quæ nota tibi profectò, Torquate, ſunt. quis enim veſtrùm non edidicit Epicuri* Κυρίας δόξας, *id eſt, maximè ratas? quia graviſſimæ ſint ad beatè vivendum breviter enuntiatæ ſententiæ. Animadverte igitur, rectène hanc ſententiam interpreter. Si ea quæ ſunt luxurioſis efficientia voluptatum, liberarent eos Deorum, & mortis, & doloris metu, docerentque qui eſſent fines cupiditatum: nihil haberem quod reprehenderem, cùm undique complerentur voluptatibus, nec haberent ulla ex parte aliquid aut dolens, aut agrum, id eſt, aut malum:* & quæ ſequuntur: eſt enim locus prolixior quàm ut hîc integer adferri debeat.

Εἰ μηθὲν ἡμᾶς αἱ τῶν μετεώρων ὑποψίαι, &c.] Ex Plutarcho, Gaſſendus emendabat: Εἰ μηθὲν ἡμᾶς αἱ ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν, ἔτι τε καὶ περὶ θανάτου, μήποτε πρὸς ἡμᾶς ἦν τι, ἔτι τ' ἐδυνάμεθα νοεῖν τοὺς ὅρους τῶν ἀλγηδόνων, καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, οὐκ ἂν προσεδεόμεθα φυσιολογίας. Plutarchi verba ſi quis requirat, ſunt hæc, ex Commentario contra Colotem: Εἰ μηδὲν ἡμᾶς αἱ ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν· ἔτι τὰ περὶ θανάτου, καὶ ἀλγηδόνων οὐκ ἂν ποτε προσεδεόμεθα φυσιολογίας εἰς τοῦτο.

143 Οὐκ ἦν τὸ φοβούμενον λύειν, ὑπὲρ τῶν κυριωτάτων] Gaſſendus: οὐκ ἦν τὸν φοβούμενον, &c. Expreſſit hanc Epicuri ſententiam Torquatus Epicureus apud Ciceronem libro I. de Finibus, his verbis: *E phyſicis, & fortitudo ſumitur contra mortis timorem; & conſtantia contra metum religionis; & ſedatio animi, omnium rerum occultarum ignoratione ſublata; & moderatio cupiditatum, natura generibuſque earum explicatis.* Inde egregiè Virgilius: & ipſe Epicureæ addictus ſectæ; quod Servius non uno loco obſervavit:

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari.

Ἀλλ' ὑποπτευομένων τι τῶν κατὰ τοὺς μύθους.] Legendus Cicero libro II. de Divinatione, & conſulendus Gaſſendus hoc loco.

Ἀκεραίας τὰς ἡδονάς] *Liquidam, puramque voluptatem* dixit Lucretius.

Ἐξεριστικῇ] ἐξαιρετικῇ, Gaſſendus rectè emendat; ex Epicuro ipſo, cujus hæc ſunt verba apud Senecam: *Si vis Pythoclea divitem facere, non pecuniæ adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt.* Et poſtea: *Si vis Pythoclea honeſtum facere, non honoribus adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea eſſe in perpetua voluptate, non voluptatibus adjiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea ſenem facere, & implere vitam, non annis adjiciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum.* Huc ſpectat quod de Epicuro ſcribit Stobæus Serm. xv. περὶ ἐγκρατείας. Ἐπίκουρος ἐρωτηθείς, πῶς ἄν τις πλουτήσειεν· οὐ τοῖς οὖσι προστιθεὶς, ἔφη, τῆς δὲ χρείας τὰ πολλὰ περιτέμνων. Et quod nos; in Ode ad Petrum Coſtardum:

Qui fortis audet Principes contemnere,
Is major omni principe eſt.
Nec eſt beatus, qui cupita poſſidet:
Sed qui negata non cupit.

144 Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὥρισται, καὶ εὐπόριστός ἐστιν, &c.] Similiter Torquatus, Epicureus, apud Ciceronem lib. I. de Finibus: *Natura divitias, quibus contenta eſt, & parabiles, & terminatas habet: inanium autem cupiditatum, nec modus ullus, nec finis inveniri poteſt.* Athenæus, ὁ Ἐπιγραμματοποιὸς, in Epigrammate de Epicuro, ſuperiùs à Diogene in hac Vita allato:

Τὰς φύσιος δ' ὁ πλοῦτος ὅρον τινὰ βαιὸν ἐπίσχει·
Αἱ δὲ κεναὶ κρίσιες, τὰν ἀπέραντον ὁδόν.

Ad hanc autem Epicuri Sententiam reſpexit Plutarchus in libro de Audiendis Poëtis extremo, cùm ait: ἧττον ταράττονται καὶ δυσκολαίνουσι παρὰ τοῖς Φιλοσόφοις ἀκούοντες, ὡς ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· καὶ, Ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος ὥρισται· καὶ, Τὸ εὐδαίμον καὶ μακάριον, οὐ χρημάτων πλῆθος, οὐδὲ πραγμάτων ὄγκος, οὐδὲ ἀρχαί τινες ἔχουσιν, οὐδὲ δυνάμεις, ἀλλ' ἀλυπία, καὶ πραότης παθῶν, καὶ διάθεσις ψυχῆς τὸ κατὰ φύσιν ὁρίζουσα. Meminit & Porphyrius lib. I. περὶ ἀποχῆς· Ὥρισται γάρ, φασὶν (Epicurei ſcilicet) ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος, καὶ ἔστιν εὐπόριστος· ὁ δὲ ἐκ τῶν κενῶν δοξῶν, ἀόριστός τε ἦν, καὶ δυσπόριστος, &c. Unde Gaſſendus poſteà emendabat, ὁ δὲ ἐκ τῶν κενῶν δοξῶν, pro eo quod legitur ſolùm, ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν.

Βραχέα Σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς διώκει, &c.] Gaſſendus: Βραχεῖα Σοφῷ τύχη παρεμπίπτει· τὰ δὲ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὁ λογισμὸς κατὰ τὸν τοῦ βίου συνεχῆ χρόνον διοικεῖ. Eum vide. Ceterùm hujus Epicureæ Sententiæ meminit Cicero I. de Finibus: *Optimè verò Epicurus, quòd exiguam dicit fortunam intervenire Sapienti; maximaſque ab eo & graviſſimas res conſilio ipſius & ratione adminiſtrari.* Item Vitruvius Præfat. libri ſexti: *Epicurus verò non diſſimiliter ait, Pauca Sapientibus fortunam tribuere: quæ autem maxima, & neceſſaria ſunt; animi mentiſque cogitationibus gubernari.*

Ὁ δίκαιος, ἀταρακτότατος· ὁ δ' ἄδικος, πλείστης ταραχῆς γέμων] Ad hanc Epicuri Sententiam reſpexit Clemens Alexandrinus Στρωματέων lib. VI. αὖθίς τε Ἀριστοφάνους γράφοντος,

Βέβαιον ἕξεις τὸν βίον δίκαιος ὤν,
Χωρὶς τε θορύβου καὶ φόβου ζήσεις καλῶς,

ὁ Ἐπίκουρος λέγει, Δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος, ἀταραξία. Sed eam αὐτολεξεὶ refert Diodorus Siculus in

Eclogis libri xxv. loco eximio, qui Gaſſendi diligentiam fugit: Ἐπίκουρος ὁ φιλόσοφος ἐπὶ ταῖς ἐπιγεγραμμέναις ὑπ' αὐτοῦ Κυρίαις Δόξαις ἀπεφήνατο, τοῦ μὲν δικαίου βίον ἀπάραχον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἄδικον πλείστης ταραχῆς γέμειν. Prætermitti non debet, quod addit Diodorus: βραχεῖ παντελῶς λόγῳ πολὺν ἀληθῆ νοῦν περιλαβών, καὶ (τὸ σύνολον) δυνάμενον τὴν κακίαν τῶν ἀνθρώπων διορθοῦσθαι· ἡ γὰρ ἀδικία, μητρόπολις οὖσα τῶν κακῶν, οὐ μόνον τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ καὶ συλλήβδην ἔθνεσι καὶ δήμοις καὶ βασιλεῦσι τὰς μεγίστας ἀπεργάζεται συμφοράς. *Brevi dicto multum veræ ſententiæ, & ut ſummatim dicatur, id quod hominum improbitatem probè corrigere queat, complexus. Injuſtitia enim, metropolis omnium malorum, non infimæ tantùm conditionis hominibus; ſed ſemel ut comprehendamus omnia, etiam gentibus, & civitatum populis, & Regibus, maximas affert calamitates.* Senecam adi epiſt. 97.

Οὐκ ἐπαύξεται ἡ ἡδονὴ ἐν τῇ σαρκὶ, ἐπειδὰν τὸ κατ' ἔνδειαν ἀλγοῦν ἐξαιρεθῇ, ἀλλὰ μόνον ποικίλλεται] Ad verbum Torquatus apud Ciceronem lib. I. de Finibus: *Omnis autem privatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem: ut poſteà variari voluptas, diſtinguique poſſit; augeri, amplificarique non poſſit.* &c. *Cum omnis dolor detractus eſſet, variari, non autem voluptatem.* Et poſteà, Cicero ipſe adverſus Torquatum diſputans: *Quid, ſi efficio, ut futeare, me non modo quid ſit voluptas, ſcire, (eſt enim jucundus motus in ſenſu) ſed etiam quid eam tu velis. Tum enim eam ipſam vis, quam modò ego dixi, & nomen imponis in motu, ut ſit, & faciat aliquam varietatem: tum aliam quamdam ſummam voluptatem, cui addi nihil poſſit: eam tu adeſſe, cùm dolor omnis abſit, eamque ſtabilem appellas.*

145 Ὁ ἄπειρος χρόνος ἴσην ἔχει τὴν ἡδονήν] Cicero libro I. de Finibus, ſub perſona Torquati: *Non majorem voluptatem ex infinito tempore ætatis percipi poſſe, quàm ex hoc percipiatur, quod videamus eſſe finitum.* Et lib. II. *Negat Epicurus diuturnitatem temporis ad beatè vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis, quàm ſi illa ſit ſempiterna.* Et poſteà: *Negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri majorem, quàm finito & modico.*

Ἡ μὲν σὰρξ ἀπέλαβε τὰ πέρατα τῆς ἡδονῆς ἄπειρα, καὶ ἄπειρος αὐτὴν χρόνος παρεσκεύασεν, &c.] Locus corruptus; quem ſic Gaſſendus emendare conabatur: Ἡ μὲν σὰρξ ἀπέλαβε τὰ πέρατα τῆς ἡδονῆς, ἀπέραντον δὲ ἀπείρου πόθου χρόνου παρεσκεύασεν· ἡ δὲ διάνοια τοῦ τῆς σαρκὸς τέλους καὶ πέρατος λαβοῦσα τὸν ἐπιλογισμὸν, καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ αἰῶνος πόθους ἐκκλείσασα, τὸν παντελῆ βίον παρεσκεύασε, καὶ οὐθὲν ἔτι τοῦ ἀπείρου χρόνου προσεδεήθημεν. Hujus emendationis rationes videſis apud Gaſſendum ipſum.

146 Ὁ τὰ πέρατα τοῦ βίου κατειδὼς, &c. ὥστε οὐδὲν προσδεῖται πραγμάτων ἀγῶνας κεκτημένων] Huc ſpectant illa Lucretii, ex libro v.

Ergo hominum genus in caſſum, fruſtraque laborat,
Semper, & in curis conſumit inanibus ævum.
Nimirum, quia non cognovit, quæ ſit habendi
Finis, & omnino quoad creſcat vera voluptas.

Τὸ ὑφεστηκὸς δὲ τέλος ἐπιλογίζεσθαι, καὶ πᾶσαν, &c.] Legit Gaſſendus: τὸ ὑφεστηκὸς δὲ τέλος δεῖ ἐπιλογίζεσθαι, κατὰ πᾶσαν, &c.

Καὶ μὴ διαιρῇς εἰς τὸ δοξαζόμενον, κατὰ τὸ προσμενόμενον, &c.] Gaſſendus: καὶ μὴ διαιρῇς τὸ δοξαζόμενον, κατὰ τὸ προσμενόμενον, καὶ τὸ παρόν. ἔτι δὲ κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὰ πάθη, &c. 147

Καὶ πᾶσαν ῥῆσιν τοῦ ὀρθῶς, ἢ μὴ ὀρθῶς] Sic Editio Frobenii. Stephanica, quam ſequitur Gaſſendus, καὶ πᾶσαν κρίσιν. Similiter & Codex Florentinus: & Palatinus. Poſt hæc verba, ἢ μὴ ὀρθῶς, addit Gaſſendus vocem δοξαζομένου.

Εἰ μὴ παρὰ πάντα καιρὸν ἐπανοίσεις ἕκαστον τῶν πραττομένων ἐπὶ τὸ τέλος τῆς φύσεως, &c.] Sed & omnia facere, tamquam ſpectaret aliquis, Diſcipulis ſuadebat Epicurus: quâ de re Senecam videſis epiſt. 25. 148

Τῶν ἐπιθυμιῶν ὅσαι μὴ ἐπ' ἀλγοῦν ἐπανάγουσιν, &c.] Hæc ſunt alieno loco poſita. Poni debet hoc loco Sententia quæ incipit ab his verbis, τῶν ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ, &c. uſque ad hæc verba, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κενοδοξίαν· poſt quæ, addi debet hæc quam præ manibus habemus. Id argutè obſervavit Gaſſendus: qui & ipſe eo ordine prædictas Sententias edi curavit.

Ἀλλ' εὐδιάχυτον τὴν ὄρεξιν ἔχουσιν] Editio Baſileenſis, ἀλλ' ἐνδιαδόχητον. Regiæ Membranæ, ἀλλ' ἀδιάχυτον. Codex Palatinus, ἀλλὰ διάχυτον. Iſaacio Voſſio legendum videbatur, ἀλλ' εὐδιάλυτον. Gaſſendus nihil mutat. Et profectò nihil mutandum, docet Plutarchus in Gryllo, ubi meminit Cupiditatum ὑπὸ δόξης κενῆς ἐπικεχυμένων.

Ὅταν δυσπόριστοι, ἢ βλάβης ἀπεργαστικαὶ δόξωσιν εἶναι.] Editio Frobeniana: ἢ βλάβης ἀπέργαστοι, &c. Stephanica: ἢ βλάβης ἀπεργαστικαί. Gaſſendus: ἢ καὶ βλάβης ἀπεργαστικαί. Ex Nemeſio ſcilicet: cujus hæc ſunt verba in libro de Natura Hominis cap. 18. ubi de temulentia & ſalacitate: οὔτε γὰρ εἰς διαδοχὴν τοῦ γένους ἡμῶν συμβάλλονται, οὔτε εἰς σύστασιν τῆς ζωῆς, ἀλλὰ καὶ προσβλάπτουσι· quibus addit hæc Epicuri, in his quæ ſuprà Sapienti attribuit, εἰ μὴ καὶ ἔβλαψεν.

Ὧν ἡ σοφία παρασκευάζεται εἰς τὴν τοῦ ὅλου βίου μακαριότητα, πολὺ μέγιστόν ἐστιν ἡ τῆς φιλίας κτῆσις] Ad verbum Torquatus, apud Ciceronem libro primo de Finibus: *Omnium rerum, quas ad beatè vivendum Sapientia comparaverit, nihil eſſe majus amicitia, nihil uberius, nihil jucundius.* Præclara multa in hanc Sententiam collegit hoc loco Gaſſendus, quæ vide.

Ἡ αὐτὴ γνώμη θαρρεῖν τε ἐποίησεν ὑπὲρ τοῦ μηθὲν αἰώνιον εἶναι δεινὸν, μηδὲ πολυχρόνιον· καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὡρισμένοις ἀσφάλειαν φιλίας μάλιστα κατεῖναι συντελουμένην] Cicero ad verbum, libro primo de Finibus: *Eadem ſcientia confirmavit animum, ne quod aut ſempiternum, aut diuturnum timeret malum: quæ perſpexit in hoc ipſo vitæ ſpatio amicitiæ præſidium eſſe firmiſſimum.* Ex Cicerone legendum prorſus apud Laërtium κατανοῆσαι, pro κατεῖναι· quod vidit H. Stephanus in Ciceroniano

Lexico. Sed num etiam ex Laërtio legendum apud Ciceronem *Eadem Sententia?* Ita videtur. Vide tamen Petrum Gaſſendum, receptam Ciceronis lectionem hoc loco illuſtrantem.

149 Τῶν ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ, καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, οὔτε φυσικαὶ, οὔτε ἀναγκαῖαι, ἀλλὰ παρὰ κενὴν δόξαν γινόμεναι] Locus mutilus, quem ita ſupplendum rectè vidit Henricus Stephanus in Ciceroniano Lexico. τῶν ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ, καὶ ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ φυσικαὶ, καὶ οὐκ ἀναγκαῖαι. De qua emendatione dubitare nos non ſinunt hæc Torquati apud Ciceronem verba libro primo de Finibus: *Quæ eſt enim aut utilior, aut ad bene vivendum aptior partitio, quàm illa quâ uſus eſt Epicurus; qui unum genus poſuit earum cupiditatum, quæ eſſent & naturales, & neceſſariæ: alterum, quæ naturales eſſent, nec tamen neceſſariæ: tertium, quæ nec naturales, nec neceſſariæ.* Adde illa Ciceronis lib. II, itidem de Finibus: *Tria genera cupiditatum: naturales, & neceſſarias: naturales, non neceſſarias: nec naturales, nec neceſſarias.* Et libro v. Tuſculanarum Quæſt. *Vides, credo,* inquit, *ut Epicurus Cupiditatum genera diviſerit non nimis fortè ſubtiliter, utiliter tamen: partim eſſe naturales & neceſſarias: partim naturales & non neceſſarias: partim neutrum.* Adde & Euſtrathium ad caput II. libri III. Nicomach. Ἐπίκουρος, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, διαιροῦσι· τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἡδονῶν, αἱ μὲν, φυσικαὶ, καὶ ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, φυσικαὶ μὲν, οὐκ ἀναγκαῖαι δέ· αἱ δὲ, οὔτε ἀναγκαῖαι, οὔτε φυσικαί. Ita enim ibi legendum veriſſimè monuit amicus noſter, Petrus Gaſſendus, pro eo quod vulgo perperam legitur, τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἡδονῶν, αἱ μὲν τινες ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ φυσικαὶ μὲν, &c. Simili modo ac Laërtium, Athenæum quoque corrigendum, rectè monuit idem Gaſſendus. Athenæi verba ſunt libro XII. I. ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ τῆς Πολιτείας ὁ αὐτὸς Πλάτων πρότερος ὑπέδειξε τὸ ὑπὸ τῶν Ἐπικουρείων θρυλλούμενον, ὅτι τῶν μὲν ἐπιθυμιῶν, αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ μὲν, οὐκ ἀναγκαῖαι δέ. αἱ δὲ, οὔτε φυσικαὶ, οὔτε ἀναγκαῖαι, &c. Ceterùm, hanc Cupiditatum factam ab Epicuro diviſionem damnat Cicero libro II. de Finibus his verbis: *Quomodo Philoſophus loquitur? Tria genera Cupiditatum; Naturales, & neceſſarias: naturales, non neceſſarias: nec naturales, nec neceſſarias. Primùm, diviſit ineleganter: duo enim genera quæ erant, fecit tria. hoc eſt, non dividere, ſed frangere.* Addit: *Qui ſi diceret, Cupiditatum eſſe duo genera, Naturales & inanes: Naturalium quoque item duo; neceſſarias, & non neceſſarias; confecta res eſſet,* &c. Quæ Ciceroniana Cupiditatum diviſio, eadem planè eſt ac Epicurea, de qua ſuprà Epicurus ipſe in Epiſtola ad Menœceum. Ἀναλογιστέον δὲ, inquit, ὡς τῶν ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαί· αἱ δὲ, κεναί. καὶ τῶν φυσικῶν, αἱ μὲν ἀναγκαῖαι· αἱ δὲ, φυσικαὶ μόνον. Priorem Cupiditatum diviſionem ſequutus eſt Nemeſius libro de Natura Hominis capite 18. αἱ μὲν, inquit, εἰσὶν ἀναγκαῖαι ἅμα καὶ φυσικαί· αἱ δὲ, φυσικαὶ μὲν, οὐκ ἀναγκαῖαι δὲ· αἱ δὲ, οὔτε ἀναγκαῖαι, οὔτε φυσικαί.

Οὐ διὰ χρείαν τινὰ, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κενοδοξίαν] MSS. Regii: οὐ διαχέονται, ἀλλὰ, &c. Optimè. Plutarchus in Grylio: τὸ δὲ τῶν μήτε ἀναγκαίων, (ἐπιθυμιῶν) μήτε φυσικῶν, ἀλλ' ἔξωθεν ὑπὸ δόξης κενῆς δι' ἀπειροκαλίαν ἐπικεχυμένων γένος, ὑμεῖν μὲν ὀλίγου δεῖν τὰς φυσικὰς ἀπέκρυψεν ὑπὸ πλήθους ἁπάσας. *Sed ea appetitiones, quæ neque à Natura, neque à Neceſſitate oriuntur, ob imperitiam autem recti foris ex inani quadam opinione intro ſuperſuſa ſunt; parum abeſt quin ſua multitudine veſtras naturales Cupiditates obruerint univerſas.*

Τὸ τῆς φύσεως δίκαιον ἐστὶ σύμβολον τοῦ συμφέροντος, εἰς τὸ μὴ βλάπτειν ἀλλήλους, μηδὲ βλάπτεσθαι] 150
Non abſimiliter Plato tum cœpiſſe leges ait, cùm utile viſum eſt, ξυνθέσθαι ἀλλήλοις μήτ' ἀδικεῖν, μήτε ἀδικεῖσθαι.

Ὅσα τῶν ζώων μὴ ἠδύνατο συνθήκας ποιεῖσθαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν, ἀλλὰ μηδὲ βλάπτεσθαι, &c.] Ingeniosè Gaſſendus, ὑπὲρ τοῦ μὴ βλάπτειν ἀλλήλα, μηδὲ βλάπτεσθαι. Ad Sententiam quod attinet, ſimilia habes apud Plutarchum libro de Solertia animalium: ὁ Ζεὺς, καθ' Ἡσίοδον, τὰς φύσεις διελὼν, καὶ θέμενος ἰδίᾳ τῶν γενῶν ἑκάτερον,

Ἰχθύσι μὲν καὶ θηρσὶ καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς,
Ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶ μετ' αὐτοῖς·
Ἀνθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην πρὸς ἀλλήλους.

Quo loco, vocem Ζεὺς, quæ in vulgatis Plutarchi Codicibus deſideratur, ex Porphyrio libro I. Περὶ τῆς ἀποχῆς, Gaſſendus rectè ſupplebat. Sed & eam ex Heſiodo, ſupplere poterat: cujus hæc ſunt verba in Operibus, Τόνδε γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων· Ἰχθύσι μὲν, &c. Addo ego, hæc verba πρὸς ἀλλήλους, ſuſpecta eſſe: & ex ſuperioribus Ἔσθειν ἀλλήλους, repetita videri. Heſiodi verò non eſſe, neminem eſſe puto qui non videat. Quare autem dixerit Epicurus ὅσα τῶν ζώων, quaſi aliqua eſſent animalia pactionis ineundæ capacia, pluribus differit Gaſſendus; quem vide.

Οὐκ ἦν τι καθ' ἑαυτὸ δικαιοσύνη, &c.] Etiam Ariſtippus nihil eſſe juſtum naturâ exiſtimavit, ſed lege & conſuetudine, ut ſuprà retulit Laërtius. Idem viſum & Scepticis: qua de re Sextus Empiricus Pyrrh. Hypot. lib. III. cap. 24.

Ἡ ἀδικία, οὐ καθ' ἑαυτὴν κακὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ 151
τὴν ὑποψίαν φόβῳ, εἰ μὴ λήσει ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐφεστηκότας κολαστάς] Epictetus apud Arrianum libro III. capite 7. τὸ γὰρ κλέψαι, οὐδ' αὐτὸ ὁ Ἐπίκουρος ἀποφαίνει κακὸν ἀλλὰ τὸ ἐμπεσεῖν, καὶ ὅτι πίστιν περὶ τοῦ λαθεῖν, λαβεῖν ἀδύνατον· διὰ τοῦτο λέγει, Μὴ κλέπτετε. *Quippe Epicurus, ne furari quidem reputat per ſe malum, verùm deprehendi, nec ſecuritatem perpetuò latendi poſſe accipere: unde &, Ne furemini, inquit.* Quò ſpectat locus ille apud Sextum Empiricum Hypotypoſ. III. 24. ἀλλὰ καὶ κλέπτειν μὲν παρ' ἡμῖν μὲν ἄδικον, καὶ παράνομόν ἐστιν. οἱ δὲ καὶ κλεπτίστατον εἶναι θεὸν λέγοντες τὸν Ἑρμῆν, οὐκ ἄδικον τοῦτο νομίζεσθαι ποιοῦσι. πῶς γὰρ ἂν θεὸς εἴη κακός; φασὶ δέ τινες, ὅτι καὶ οἱ Λάκωνες τοὺς κλέψαντας ἐκόλαζον, οὐ διὰ τὸ κεκλοφέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ πεφωρᾶσθαι. *Furari quoque apud nos quoque legibus con-*

trarium, & injuſtum habetur: at qui Mercurium dicunt furaciſſimum eſſe Deum, faciunt ut injuſtum hoc non cenſeatur: nam quomodo Deus ſit malus? Adde quòd aiunt ſolitos Lacedæmonios punire fures, non quòd furati, ſed quòd in furto deprehenſi eſſent.

Οὐκ ἔστι τὸν λάθρᾳ τι ποιοῦντα ἂν συνέθεντο πρὸς ἀλλήλους εἰς τὸ μὴ βλάπτειν, μηδὲ βλάπτεσθαι, πιστεύειν ὅτι λήσει, κἂν μυριάκις ὑπὸ τοῦ παρόντος λανθάνῃ, &c.] Legendum, ἐπὶ τοῦ παρόντος, *in præſentia.* Ceterùm, hujus Sententiæ meminit Seneca Epiſt. 97. *Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto*, Poteſt nocenti contingere ut lateat; latendi fides, non poteſt. *Aut ſi hoc modo melius hunc explicari poſſe judicas ſenſum*: Ideo non prodeſt latere peccantibus, quia latendi etiamſi felicitatem habent, fiduciam non habent. *Ita eſt, tuta ſcelera eſſe poſſunt, ſecura non poſſunt*, &c. Item, Clemens Alexandrinus Στρωματέων IV. Καὶ ὅ γε Ἐπίκουρος ἀδικεῖν ἐπὶ κέρδει τινὶ βούλεσθαί φησι τὸν κατ' αὐτὸν Σοφόν· πίστιν γὰρ λαβεῖν περὶ τοῦ λαθεῖν οὐ δύνασθαι, ὥστε εἰ ἠπίστατο λήσειν, ἀδικήσει κατ' αὐτόν. Egregiè Salomon Regum Sapientiſſimus: *fugit impius, nemine perſequente.*

Κατὰ μὲν κοινόν] Gaſſendus meliùs, κατὰ μὲν τὸ κοινὸν eadem ratione quâ ſtatim ſcriptum eſt, κατὰ δὲ τὸ ἴδιον.

152 Τὸ μὲν ἐπιμαρτυρούμενον, ὅτι συμφέρει, &c.] Corruptiſſimum hunc locum emendare ſic tentabat Gaſſendus: Τὸ μὲν ἐπιμαρτυρούμενον ὅτι συμφέρει ἐν ταῖς χρείαις τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας τῶν νομισθέντων εἶναι δικαίων, τὴν τοῦ δικαίου φύσιν ἔχει, ἐὰν μὲν τὰ αὐτὰ πᾶσι γένηται· ἐὰν δὲ τὸ αὐτὸ μὲν θῆταί τις, μὴ ἀποβαίνῃ δὲ κατὰ τὸ συμφέρον τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας, &c.

Ἔνθα μὴ καινῶν γενομένων, &c.] Editio Frobeniana, ἔνθα μὴ κοινῶν· Stephanica & Codex Palat. ἔνθα μὴ κενῶν. Caſaubonus reponebat, ἔνθα μὲν κενῶν. ἔνθα μὴ καινῶν, vera eſt lectio. 153

Ὁ τὸ μὴ θαῤῥοῦν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν] Sic Palatinus. Editio Baſileenſis, ὁ τὸ θαῤῥοῦν: unde Gaſſendus: ὁ τὸ θαῤῥεῖν: qui & ſtatim legit: καὶ ἀλλόφυλα ἠγήσατο· καὶ μὴν καὶ πολλοῖς δυνατοῖς ἀνεπίμικτος ἐγένετο, καὶ ἐξωρίσατο ὅσων τε οὐκ ἐλυσιτέλει κρατεῖν, nimiâ profectò, quod ipſe fatetur, licentiâ. ἐξωρίσατο habet quoque Editio Stephanica, pro quo in Palat. Codice ſcriptum eſt ἐξορίσαιτο. At Baſileenſis Editio, ut hic, ἐξηρίσατο. 154

Ὅσοι τὴν δύναμιν ἔσχον τοῦ θαῤῥεῖν, &c.] Reſcribebat Gaſſendus, non minori licentiâ: Ὅσοι τὴν δύναμιν ἔσχον τὸ θαῤῥεῖν μάλιστα ἐκ τῶν ὁμονοούντων παρασκευάσασθαι, οὗτοι καὶ ἐβίωσαν μετ' ἀλλήλων ἥδιστον, βεβαιότατον πίστωμα ἔχοντες, καὶ πληρεστάτην οἰκειότητα ἀπολαβόντες, οὐκ ὠδυρόμενοι εἵλοντο ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος προκαταστρέφειν. At Caſaubonus, pro οὐκ ὠδυροντι ὡς ἔλεεν, &c. ut habet Editio Stephani, emendabat, οὐκ ὠδύροντο, ὡς ἐλεεινὸν τὴν τοῦ τελευτήσαντος προκαταστροφήν.

FINIS.

HISTO-

HISTORIA MULIERUM PHILOSOPHARUM.

SCRIPTORE

ÆGIDIO MENAGIO.

HISTORIA MULIERUM PHILOSOPHARUM

SCRIPTORE

EGIDIO MENAGIO.

HISTORIA MULIERUM PHILOSOPHARUM.

AD

ANNAM FABRAM DACERIAM.

1 TAm magnus eſt feminarum quæ ſcripſere numerus, ut de earum ſolis nominibus ingens volumen conſcribi poſſet. Sed earum plurimæ amœnitatum ſtudia; Rhetoricen, Poëticen, Hiſtoriam, Mythologiam, Epiſtolarum elegantias; ſectatæ ſunt. Non defuere tamen ſatis multæ, quæ Philoſophiæ, ſeveriori diſciplinæ, operam dederint. De his librum ſingularem ſcripſiſſe Apollonium Stoïcum diſcimus ex Sopatri excerptis à Photio. Sed & ſeparatim de Mulieribus Pythagoricis ſcripſiſſe Philochorum Grammaticum, docet nos Suidas. Et Juvenalis, mulieres Philoſophiam ſuo ſæculo tractaſſe clamat. Unde mirari ſubit Didymum, Grammaticum ſua ætate doctiſſimum, & Lactantium, Scriptorem Eccleſiaſticum eruditiſſimum, hunc, ſolam Themiſten, illum, ſolam Theano, ex mulieribus philoſophatas, ſcripſiſſe. Ipſe mulieres Philoſophas in
2 libris Veterum ſexaginta quinque reperi. Quarum Hiſtoriam cùm ſcribere mihi viſum eſſet, eam tibi, ANNA FABRA DACERIA, feminarum quot ſunt, quot fuere, doctiſſima, inſcribere mihi viſum eſt: ut exſtaret & hoc monumentum obſervantiæ erga te meæ. Neque enim quam nuper de Terentii Heautontimorumeno Diſſertationem tibi nuncupavi, ad eam obſervantiam tibi declarandam, ſatis eſſe exiſtimabam. Neque mirabuntur homines, me tibi Philoſopharum Vitas inſcripſiſſe, qui Philoſophorum Vitas Diogenem Laërtium mulieri inſcripſiſſe noverint.

Dicturi autem de Mulieribus Philoſophis, dicemus primùm de iis quæ ſunt incertæ Sectæ: cæteras dein Sectis ſuis reddemus.

3 MULIERES PHILOSOPHÆ INCERTÆ SECTÆ.

HIPPO. Chironis, Centauri, filia: quæ Æolum docuit Naturæ contemplationem. Teſtantur, Clemens Alexandrinus Stromateon primo, & Cyrillus libro quarto contra Julianum. Eſt autem Naturæ contemplatio pars Philoſophiæ præcipua. Hippus, ut Vatis & in rebus Aſtrologicis verſatæ, meminit Euripides apud eumdem Clementem Stromateon quarto.

ARISTOCLEA. Vide infrà in Themiſtoclea. ubi de Pythagoricis.

CLEOBULINA. Filia Cleobuli, unius è 4
Septem Græciæ Sapientibus: unde & *Cleobulina* vulgò vocitata: nam eam pater (verba ſunt Plutarchi) *Eumetidem* appellabat. Scripſit ænigmata verſibus hexametris: in quibus laudatur ab Athenæo libro decimo capite decimo quinto. Hoc illius de cucurbitæ applicatione ænigma celebre profert Ariſtoteles Rhetoricorum libro III. cap. 2.

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα.

Igne hominem æs humano in corpore figere vidi.

Nam Cleobulinæ eſſe hoc ænigma, teſtificatur Plutarchus in Convivio Septem Sapientum. Ibi eam Thales τὴν σοφὴν vocat: quod *Philoſophiæ deditam* interpretatur, qui Plutarchi Indicem concinnavit. Et ita hæc verba accipienda exiſtimabat Carolus Cato Curtius, vir doctrina & modeſtia ſingulari. Meminit ejus Cratinus in 5
Fabula, quam de ejus nomine *Cleobulinas* inſcripſit. Ita enim hanc Fabulam numero plurali eferendam, docet Laërtius in Cleobulo, & Athenæus lib. IV. cap. 21. Minùs rectè Κλεοβουλίνη, numero ſingulari, dicitur Polluci lib. VII. cap. 11. De Cleobulina, præter Plutarchum & Laërtium dictis locis, & Suidam in Κλεόβουλος, videndus Clemens Alexandrinus Στρωμάτων quarto; ubi eam ait paternorum hoſpitum pedes laviſſe. Hominum pedes feminas olim lavare ſolitas, diſcimus ex Homero in Odyſſea T, Paulo Apoſtolo in Epiſtola prima ad Timotheum, capite quinto, Samuelis libro I. capite 25. Plutarcho de Virtutibus Mulierum, & ex Oraculo, dato Mileſiis, de quo Herodotus.

ASPASIA. Mileſia, Axiochi filia. Docuit 6
Rhetoricam Periclem, & Rhetoricam ac Phi-

loſophiam Socratem. Platonem videto in Menexeno, & Clementem Alexandrinum in quarto Stromateon. Suidas in Ἀσπασία, & Scholiaſten Ariſtophanis ad Acharnenſes, *Sophiſtriam* eam vocant, & quod in eo ſexu rariſſimum eſt, *Eloquentiæ Magiſtram.* Fuiſſe & Poëtriam, docet nos Athenæus libro v. ubi plures ejus verſus, ab Herodico Cratetio publicatos, profert. Periclis ſcortum primò fuit, poſteà uxor. Ab Athenienſibus captam, Pericles duxit uxorem, infauſto patriæ matrimonio: ut quod duorum maximorum bellorum, Samii & Peloponneſiaci, originem præbuit: qua de re Ariſtophanes in Acharnenſibus. Ariſtophanis verſus ſic latinè ſonant, Friſchlino interprete,

7 *Juvenes profecti Megaram, cottabis adhuc*
Madidi, Simætham meretricem furtim auferunt.
Pòſt Megarenſes juſto dolore perciti
Viciſſim Aſpaſiæ ſcorta eripuerunt duo.
Hinc belli initium erupit Græcis omnibus
Trium cauſâ meretricum. Hinc irâ Olympius
Pericles tonabat, fulgurabat, Græciam
Omnem miſcebat. Leges inſuper dabat:
Scriptas perinde ut carmina convivalia:
Quòd Megarenſes, neque in terra, neque in foro,
Neque in mari, neque continente, oporteat
Manere. Hinc Megarenſes paulatim acti fame,
Lacedæmonios rogaverunt, decretum ut hoc
Subverteretur, quod propter meretriculas
Latum fuerat. At nos nolebamus, diu
Multumque orantes audire. Hinc belli furor:
Hinc armorum ſtrepitus.

Quem Ariſtophanis locum adduxit quoque Athenæus libro XIII.

8 Sed de Aſpaſia Plutarchum in Pericle, & ipſum latinè loquentem, audiamus: *At quia ea quæ in Samios geſſit Pericles, in gratiam feciſſe Aſpaſiæ creditur, non ſit incongruum, hoc maximè loco, conſiderare quæ ars & quæ vis in ea tanta fuerit, ut principes viros civitatis ſua habuerit in poteſtate, & Philoſophi præclaram celebremque mentionem ejus fecerint. Mileto ortam, & Axiochi filiam fuiſſe, in confeſſo eſt. Ajunt eam veſtigiis inſtitiſſe Thargeliæ cujuſdam, & veteribus mulieribus Jonicis, & adrepſiſſe ad amicitias eorum qui divites valde eſſent. Quippe Thargelia quæ venuſta eſſet facie, cuique lepos cum acumine ineſſet, habuit cum plurimis Græcis conſuetudinem: eoſque omnes conciliavit Regi: & illorum operâ ſparſit furtim in urbibus Medorum ſectæ rudimenta. At Aſpaſiam, quòd prudens eſſet & tractandæ callens Reipublicæ, cultam ajunt à Pericle. Et ipſe etiam frequentavit eam, cum familiaribus ſuis, Socrates: atque ad eam audiendam feminas ducebant Socratici: licèt officinam haberet parum decoram & honeſtam: nam puel-*
9 *las quæ corpore quæſtum facerent, alebat. Æſchines refert Lyſiclem, pecorum cauponem, qui conſuetudinem poſt obitum Periclis cum Aſpaſia habuit, ex homine naturâ inerti & abjecto, principem civitatis evaſiſſe Athenis. In Menexeno Platonis; quamquam ſit principium jocoſè ſcriptum; in eo tamen Dialogo illud veri eſt, famam eſſe, ob dicendi artem Athenienſium plurimos Aſpaſiâ uſos eſſe. At Periclis in eam amorem laſcivum fuiſſe, veroſimile eſt: ſiquidem uxorem habebat propinquam ſuam, quæ antè nupta Hipponico fuerat, & Calliam, divitem illum, ei genuerat. Genuit etiam in Periclis matrimonio Xanthippum & Paralum. Quod matrimonium cùm utrique odioſum eſſet, collocavit eam Pericles alteri, non invitam. Inde Aſpaſiam uxorem duxit: quam mirè dilexit: nam ſive exiret, ſive rediret è foro, eam oſculo ſemper ſalutabat. In Comœdiis,* nova Omphale, & Deïanira, & Juno *nominatur. Cratinus diſertè* pellicem *appellavit: his verbis:* &c. *Adeo autem celebrem & nobilem fuiſſe memorant Aſpaſiam, ut qui cum Rege Perſarum de regno bellum geſſit Cyrus, eam quam ex pellicibus præcipuè adamabat, vocaverit* Aſpaſiam: *cui fuerit antè* Milto *nomen.*

Aſpaſiam violatæ religionis, & quòd liberarum feminarum quibus Pericles uteretur, faceret lenocinium, ab Hermippo Comico accuſatam, narrat deinde Plutarchus: qui & Periclis precibus judicio ereptam ſcribit. 10

Dialogum, cui titulus Ἀσπασία, ſcripſiſſe Antiſthenem Socraticum, teſtatur Laërtius: ad quem nos vide.

Exſtabat Romæ non ita prìdem in Dactyliotheca Feliciæ Rondaninæ, feminæ primariæ, vetus iaſpis annularis, in qua ſub nomine ΑΣΠΑΣΟΥ, ſcalpta erat imago mulieris formoſæ, longis capillis ſuper pectus & humeros defluentibus; monili & inauribus ornatæ, & caſſide ac ægide armatæ: In galea, equorum quadriga depicta conſpiciebatur: ac ſuper quadrigam, Pegaſum & Sphyngem cernere erat. Caninius & Bellorius, qui eam imaginem exhibuerunt; hic, in ſuis veteribus illuſtrium virorum Imaginibus, ille, in ſua Iconologia; in ea fuere ſententia ut exiſtimarent illam feminam, Aſpaſiam eſſe Mileſiam, Socratis magiſtram. Sed doctorum virorum pace liceat dixiſſe, quomodo Ἄσπασος pro Ἀσπασία dici poſſit, equidem non video. Addo, Ἄσπασος nuſquam in veterum libris reperiri: quod ſi reperiretur, nomen foret viri, non mulieris. Ἄσπασοι, pro Ἀσπασίη, ferri poſſet. Et, puto, Ἀσπασοῦς, in generandi caſu, dicere voluit ſcalptor: debuit certè.

DIOTIMA. Docuit Socratem Philoſophiam amatoriam: quod teſtatur Socrates ipſe apud Platonem in Sympoſio. De Philoſophia amatoria 11

toria legendi Platonici: & Maximus Tyrius in primis. De Diotima, præter Platonem dicto loco, videndus Lucianus in Imaginibus.

12 BERONICE. Photius in Bibliotheca, ubi Philoſophos enumerat à quibus Stobæus Apophthegmata accepit, Beronicen recenſet. Beronices nomine, Reginæ quatuor fuere; ſed quæ nihil ad Beronicen noſtram: quæ & ipſa diverſa videtur à Pherenice illa, de qua Valerius Maximus, Plinius, & Pauſanias: cui ſoli omnium feminarum gymnico ſpectaculo intereſſe permiſſum eſt, cùm ad Olympia filium Euclea certamen ingreſſurum adduxiſſet, Olympionice patre genita, (id eſt, Olympici certaminis ſæpe victore) fratribus eamdem palmam aſſecutis, latera ejus cingentibus. *Beronice*, *Berenice*, & *Pherenice*, idem nomen eſt.

13 PAMPHILA. Epidauria, ex Ægypto; Soteridæ, Grammatici celeberrimi, filia. Ἐπιδαυρίαν σοφὴν eam vocat Suidas. Et Photius libros ejus philoſophicis rebus refertos fuiſſe ait. Scripſit Miſcellaneorum libros octo: de quibus Photius in Bibliotheca. Eos triginta tres fuiſſe teſtatur Suidas: qui & plura alia ſcripſiſſe dicit: Epitomen Cteſiæ, Epitomas Hiſtoriarum, de Controverſiis, & περὶ ἀφροδισίων. Vixit Neronis temporibus. Ejus teſtimonio frequenter utitur Laërtius. Citat & eam Gellius libro xv. capite 17. & 23. Ei Soteridas pater Commentarios ſcripſit ſuos. Videndus Suidas in Σωτηρίδας. Nupſit Socratidæ: quod teſtatur Suidas in Παυφίλη. Et cum eo annos tredecim conjuncta fuit, inquit Photius.

14 CLEA. Huic Plutarchus librum de Mulierum virtutibus nuncupavit: in quo eam in librorum lectione verſatam fuiſſe ait. Ait & cùm ipſa optimam Leontidem mortuam amiſiſſet, quam ejus matrem fuiſſe conjicimus, cum ea ſe colloquium habuiſſe non expers philoſophicæ conſolationis. Inde Philoſophiæ deditam ſuſpicamur.

15 EURYDICE: Uxor Polliani. Huic ſimul & Polliano Conjugalia Præcepta ſua ſcripſit Plutarchus: qui & eam in Philoſophia educatam ait. Filiam Plutarchi fuiſſe putat Jonſius libro 3. de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ capite 6. quod unde collegerit, neſcire me fateor. Alia autem Eurydice hæc noſtra ab illa Eurydice, quæ barbara cùm eſſet, &, ut eam Plutarchus vocat, τετραβάρβαρος, (erat Illyria, & Hierapolietis) tamen ut natos erudiret, provecta jam ætate diſciplinis animum applicuit: qua de re exſtat nobile ejus epigramma apud Plutarchum in libro de liberis educandis extremo.

16 JULIA DOMNA: uxor Severi Imperatoris. De ea ſic Dio Caſſius, Hiſtoriarum libro 75. extremo: Φιλοσοφεῖν ἤρξατο καὶ Σοφιστὰς συνημέρευσεν. *Philoſophari cœpit: & cum Sophiſtis dies tranſigebat.* Inde Φιλόσοφος dicitur Philoſtrato in Philiſco. Ἀντωνῖνος δὲ ὁ τῆς Φιλοσόφου παῖς Ἰουλίας. *Antoninus erat filius Juliæ Philoſophæ*: ſermo eſt de Antonino Caracalla. Ita ibi legendum ex optima emendatione Claudii Salmaſii, ad Ælium Lampridium. Malè anteà legebatur ὁ τῆς Φιλοσόφου. Pergit Philoſtratus: ubi de eodem Sophiſta: καὶ παρῆν τοῖς περὶ τὴν Ἰουλίαν Γεωμέτραις καὶ Φιλοσόφοις, εὕρετο παρ' αὐτῆς διὰ τοῦ βασιλέως τὸν Ἀθήνησι θρόνον. Id eſt, *Juliæ favore, Philiſcus ab Imperatore Caracalla obtinuit Athenis Cathedram Philoſophicam.* Nam & ibi quoque ſic legendum ex ejuſdem Salmaſii emendatione, pro eo quod legebatur παρ' αὐτοῖς. Juliæ Imperatrici notus fuit Philoſtratus, cum aliis Sophiſtis qui circa illam totos dies hærebant: nam circa illam Sophiſtas frequenter hæſiſſe, teſtatur Tzetzes Chiliados ſextæ hiſtoriâ quadrageſimâ quintâ.

Patriâ fuit Syra, ex urbe Emeſſa. Ex Syria adductam, duxit Severus. Spartianus in Severo: *Quum amiſſa uxore, aliam vellet ducere, genituras ſponſarum requirebat: ipſe quoque Matheſeos peritiſſimus. Et cùm audiſſet eſſe in Syria quamdam quæ id genituræ haberet ut Regi jungeretur, eamdem uxorem petiit.* 17

Poſt mortem Severi, nupſiſſe volunt Antonino Caracallæ privigno ſuo. Spartianus in Caracalla: *Intereſt ſcire, quemadmodum novercam ſuam, Juliam, uxorem duxiſſe dicatur. Quæ cùm eſſet pulcherrima, & quaſi per negligentiam ſe maxima corporis parte nudaſſet, dixiſſetque Antoninus*, Vellem, ſi liceret, *reſpondiſſe fertur*, Si libet, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere? *Quo audito, furor inconditus ad effectum criminis roboratus eſt: nuptiaſque ejus celebravit: quas, ſi ſciret ſe leges dare, verè ſolus prohibere debuiſſet: matrem enim (non alio dicenda erat nomine) duxit uxorem. Ad parricidium junxit inceſtum: ſiquidem eam matrimonio ſociavit, cujus filium nuper occiderat.* Accedant Spartiano Aurelius Victor, Eutropius, Oroſius. Sed falſos omnes fuiſſe, teſtantur teſtes omni exceptione majores, Oppianus, Herodianus, Philoſtratus; Scriptores Juliæ σύγχρονοι: qui uno ore Juliam Caracallæ matrem dixerunt: non novercam. Accedunt veteres nummi & veteres Inſcriptiones, idem teſtificantes: ut jam dubitet nemo, Caracallam filium Juliæ Domnæ fuiſſe, non privignum. Quod jam pridem notatum viris doctis, Caſaubono & Salmaſio ad Hiſtoriam Auguſtam, Triſtano in Commentariis Hiſtoricis, Spanhemio in Diſſertatione VII. de Præſtantia & Uſu Numiſmatum, Sponio in Miſcellaneis eruditæ Antiquitatis, & nuper Valenti 18

in Numiſmatis, ubi de Septimo Severo, Julia Pia, & Antonino Caracalla.

19 Domna cognominabatur. Oppianus Κυνηγετικῶν primo, ubi de Antonino Caracalla, cui opus ſuum nuncupavit:

Τὸν μεγάλῃ μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ.

Δόμνα enim hoc loci non eſt δέσποινα, quod volebat Scipio Gentilis libro 2. Parergon Juris capite 22. & Rittershuſius ad Oppianum: ſed nomen proprium, ſive potiùs cognomen. Vide nos, ſi placet, in Amœnitatibus Juris capite 25. Addo, Iſidori, Philoſophi illius celeberrimi, cujus Vitam ſcripſit Damaſcius, uxorem, vocatam fuiſſe Δόμναν. Vide excerpta Vitæ illius, apud Photium.

Sororem habuiſſe Juliam Mæſam, diſcimus ex Herodiano in Caracalla & Capitolino, in Opilio Macrino. Id nominis apud Syro-Phœnicas *Solem* ſignificare, ſcripſere Triſtanus & Patinus.

20 MYRO. De ea ſic Suidas: Μυρώ, Ῥοδία, Φιλόσοφος. Scripſit Chrias mulierum Reginarum. Scripſit & Fabulas. Auctor Suidas. Alia eſt à Myro, Poëtria illa celeberrima, filia, aut matre Homeri, Poëtæ Tragici, unius de Pleïade: fuit enim hæc Byzantia; ut eſt apud Suidam. Byzantiam quoque eam facit Athenæus libro XI. cap. XII. & Euſtathius in Homerum ad Iliados ω. verſu 310. ſed ubi Μοιρώ, non Μυρώ nuncupatur. Scripſit autem, ut hoc prætereundo dicam, verſus Elegiacos & Melicos, teſte Suida: & opus cui titulus Anemoſyne, teſte Athenæo: & librum de Dialectis, teſte Euſtathio.

21 SOSIPATRA. Ex Aſia: mulier docta, dives, formoſa, generoſa. Duxerat Euſtathium, Præfectum Cappadociæ: poſt cujus mortem amata fuit à Philometore, cognato ſuo. Hæc, & plura, Eunapius: ex quo, Philoſopham fuiſſe, diſces: qui & liberos ſuos τὰ Φιλοσοφούμενα docuiſſe teſtatur.

22 ANTHUSA. De ea, hæc Photius in Bibliotheca, ubi de Excerptis è Damaſcio de Vita Iſidori, Philoſophi: *Divinationem è nubibus, ne auditu quidem Antiquis notam, mulierem quamdam*, Anthuſam, *nomine, quæ Leonis Romanorum Imperatoris vixit tempore, refert inveniſſe. Quæ in Ægis Ciliciis nata dicebatur, originem primam à Cappadocibus habitantibus ad Comanum, montem Oreſtiadum, trahens, referens genus ſuum ad Pelopem. Hæc ſollicita de viro, cui militare aliquod munus demandatum, quique ad bellum Siculum cum aliis miſſus erat, oravit in ſomno ut futura cognoſceret: & oravit ad Solem orientem verſa. Pater verò ejus in ſomnis juſſit illam ad Solem etiam occidentem orare. Et illa orante, perſerenum ſubito nubes circa Solem orta eſt: & deinde aucta, in hominem formata eſt; alia verò nubes orta, & in æqua-*

lem creſcens magnitudinem, in leonem ferum mutata eſt. Leo verò, ingenti hiatu oris facto, hominem deglutiit. Species illa hominis è nube facta, Gotho fuit ſimilis. Nam poſt paulò Leo, Rex, Ducem Gothorum, Aſperem, & filios, fraudulenter necavit. Ex illo tempore in hunc uſque diem Anthuſa aſſiduè meditata eſt, qua ratione è nubibus prædicere divinando poſſet.

Gaffarellus, rerum curioſarum inauditarum cap. 2. in nubibus plurima legi poſſe contendit.

Cùm nubium contemplatio pars ſit Phyſices, & Phyſice pars Philoſophiæ; & Aſtrologia, auctore Ariſtotele libro XII. Metaphyſicorum capite 8. ſit Philoſophia quædam theoretica, Anthuſam illam mulieribus Philoſophis addere placuit. Cui addenda &

AGANICE, filia Hegetoris Theſſali: quæ 23
perita pleniluniorum, in quibus deficit lumine luna, cùm præcepiſſet ratiocinatione quo tempore luna in umbram illapſura foret, mulieribus perſuaſit ſe lunam cælo poſſe deducere. Auctor Plutarchus in Præceptis conjugialibus.

EUDOCIA: Athenienſis: priùs ATHE- 24
NAÏS dicta: Heracliti, Athenienſis Philoſophi, ſive, ut alii volunt, Leontii Sophiſtæ filia: uxor Imperatoris Theodoſii Junioris. De ea ſic Auctor Chronici Paſchalis ad Olympiadem CCC. *Cùm adoleſceret Theodoſius, junior Auguſtus, vivo patre in palatio apud patrem educabatur: & cum eo, poſt mortem patris inſtituebatur Paulinus quidam adoleſcentior, Comitis cujuſdam Domeſticorum filius. Amabat autem ipſum Theodoſius. Et cùm jam in virum adoleviſſet junior Auguſtus, cupiebat ducere uxorem: eoque nomine ſæpe interpellabat Pulcheriam Auguſtam, ſororem: quæ fratris ſtudioſa, abſtinebat à nuptiis. Pulcheria verò laborabat in circumſpiciendis plurimis puellis, patritio ſanguine aut regio natis: quas educari volebat in Regia. Huic quippe dixerat Theodoſius*, Reperire deſidero virginem formâ eximiâ, quæ cunctarum virginum Conſtantinopolitanarum pulchritudinem deleat: & quæ ſanguis ſit regius. Sed ſi illa natalibus ſit regiis, forma non ſit præcellenti, nec dignitatem, nec ſtirpem regiam, nec opes curo: quæ laudatiſſimâ fuerit formâ, quocumque edita ſit genere, hanc expeto. *Quod Pulcheria Auguſta* 25
audiens, in omnes terrarum partes qui talem virgigem quærerent, ſollicita dimiſit. Sed & ipſe Paulinus, Theodoſii ſocius & amicus, ut ea quoque in re Theodoſio gratificaretur, & laborabat, & circumcurſitabat. Accidit autem ut Græca virgo forma & doctrina ſingulari, Athenaïs, nomine, Heraclitis Philoſophi filia, Conſtantinopolim veniret. Quam urbem petiit, amitam quamdam ſuam conveniendi causâ: hac videlicet occaſione: Heraclitus Philoſophus, Athenaïdos pater, duos habebat filios, Valerianum & Geneſium. Morituru teſtamentum fecit, quo duos illos

filios heredes ſcripſit. De Athenaïde verò, ita ille in teſtamento: Deſideratiſſimæ filiæ meæ dari volo centum nummos dumtaxat: ſufficit enim illi forma & eruditio, quibus univerſum ſexum ſuum antecellit. *Atque ita deceſſit. Poſt cujus mortem, teſtamento aperto, cùm ſe Athenaïs præteritam intellexiſſet, rogabat fratres, utpote majores natu, illorumque advoluta genubus ſupplex petebat, ne vellent rationem habere teſtamenti, ſed tertiam paternæ hereditatis partem ſibi traderent: cùm diceret, ſe nihil peccaſſe: eoſque non ignorare, quomodo erga*
26 *communem patrem affecta ſemper fuiſſet.* Et neſcio, *inquiebat*, cur me moriturus pater exheredem reliquerit, & mihi meam in ſuis bonis portionem inviderit. *At fratres preces ejus contempſere: iratique, domo paterna eam expulerunt. Athenaïda excepit ejus matertera: nec ſolùm ut pupillam, ſed quòd etiam virgo eſſet, & ſororis filia, eam tutata eſt. Et hanc poſtmodum ſecum ad amitam, Heracliti ſororem, deduxit. Ambæ Athenaïdos cauſam ſuſceperunt: & actionem adversùs fratres ejus inſtituerunt. Et religioſiſſimam Principem Pulcheriam, Theodoſii ſororem, adeuntes, eam docuerunt quomodo à fratribus tractata fuiſſet Athenaïs; ſimulque ei Athenaïdis eloquentiam commendârunt. Cumque Auguſta Pulcheria eam adeo forma & eruditione, & eloquentia præcellentem cerneret, interrogavit ipſius cognatos an ipſa virgo eſſet. Poſtquam autem, & virginem, à patre cuſtoditam, & longa inſtitutione Philoſophiæ ſtudio eruditam intellexit, juſſit illam unà cum aliis matronis, ac Cubiculariis cuſtodiri, atque in Regia manere: ſeſe materteræ ejus ac amitæ petitionem accipere dicti-*
27 *tans. Mox ad fratrem Theodoſium Imperatorem accedens*, Inveni, *inquit*, adoleſcentulam puram; egregiè ornatam; ſubtili frontis deſcriptione, ac lineamentis decentibus; decoro naſo; niveo candore; oculis magnis; ſingulari gratia; comâ criſpâ & flavâ; maturo inceſſu; eruditam; Græcanicam virginem. *Quod ſimul ac audivit Theodoſius, arſit, ut qui juvenis eſſet: & accerſito ſocio & amico Paulino, petivit à ſorore Pulcheria, ut ſub prætextu negotii, Athenaïda in cubiculum ejus adduceret, quam per velum ipſe & Paulinus ſpectarent. In cubiculum Pulcheriæ Athenaïs introducta eſt. Placuit Theodoſio: ſtupente & eam Paulino: qui eam Chriſtianam fecit: erat enim Pagana, Græcâ religione: & appellavit* Eudociam.

28 Eamdem hiſtoriam, ſed paullò aliter, narrat Socrates libro VII. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 21. his verbis: *Cùm igitur tam illuſtris victoria* (ſermo eſt de Romanorum contra Perſas victoria) *divinitus data eſſet Romanis, multi eloquentiâ præſtantes viri in laudem Imperatoris Panegyricas Orationes conſcripſerunt, eaſque publicè recitârunt. Ipſa quinetiam Imperatrix, Theodoſii Junioris uxor, heroïco verſu poëmata compoſuit. Erat enim admodum erudita: utpote Leontii Sophiſtæ filia, à patre edocta, & in omni literarum genere inſtituta. Hanc cùm Imperator Theodoſius ductu-rus eſſet, Atticus, Epiſcopus, Chriſtianam fecit: Et in baptiſmo, pro* Athenaïde, Eudociam *nominavit.*

Et Evagrius libro I. cap. 20. *Theodoſius*, in- 29
quit, *Eudociam domo Athenienſem, formâ elegantem, nec ignaram artis poëticæ, interventu Pulcheriæ, ſororis ſuæ, uxorem duxit, cùm illa ſalutari lavacro priùs tincta fuiſſet.* &c. *Eudocia verò diu poſteà dum ad ſanctam Chriſti, Dei ac Domini noſtri, civitatem pergeret, venit Antiochiam: ubi cùm publica verba feciſſet ad Populum, Orationem ſuam hoc verſu clauſit,*

Υμετέρης γενεῆς τε καὶ αἵματος εὔχομαι εἶναι.

Et cupio & lætor veſtro me ſanguine natam:

Colonias ſignificans quæ illuc deductæ ex Græcia. &c. *Quam ob cauſam Antiochenſes ſtatuâ ex ære fabrefactâ eam honorârunt: quæ integra etiamnum manet.*

Accedat Nicephorus. *Puleheria Auguſta*, 30
inquit ille libro XIV. capite 23. *quòd honeſtatis ſtudioſa eſſet, cùm Imperator jam ad ætatem maturam perveniſſet, ut ei conjugem matrimonio jungeret, deliberavit: & generis cujuſque & familiæ puellas; eas etiam quæ ex Gentibus, formâ, divitiis, & aliis dotibus præclaræ eſſent, diſpexit. Atque hæc cùm ageret, percommodè accidit, ut mulier quædam cui nomen* Athenaïs *erat, adhuc virgo, ex Athenarum urbe ad Auguſtam veniret. Ea Leontii Philoſophi filia; & quidem ingenioſiſſima; omni genere, non ſolùm Græcarum literarum, ſed etiam Latinarum, à patre erudita, tantùm in Philoſophia effectrice ſimul & contemplatrice, atque ea quoque quæ circa dicendi artem, probationeſque & confutationes verſatur, quantum alius nemo profecit. In Aſtronomia etiam,* 31
Geometria, & numerorum proportionibus, plus quàm alius ætate ſua quiſquam, eſt aſſequuta: Hanc ubi pater ita educavit atque inſtituit, moriturus ille filios ſuos, Valerium & Aëtium, bonorum ſuorum heredes reliquit: filiam autem exheredavit: formam illi ſuam atque eruditionem ſufficere dicens. Cùm verò res ei domi anguſta eſſet, ad Pulcheriam Auguſtam de fratrum injuria conquerens, acceſſit. Illa prudentiam, venuſtatem, & miram in rebus omnibus, ut ita dicam, dexteritatem puellæ cùm cognoviſſet, fratri eam connubio conjungendi conſilium cepit. Atque ubi ei ut Chriſtianorum ſacra coleret, perſuaſit, accito Attico, Epiſcopo, divinum ei baptiſmum adhiberi fecit in Stephani Protomartyris templo: & in filiæ locum ſibi arrogatam, uxorem fratri dedit; pro Athenaïde, Eudociam *cognominatam.*

32 Obſervabis obiter, Eudociæ patrem qui Chronici Paſchalis auctori *Heraclitus* dicitur, *Leontium* dici Socrati, Nicephoro, & Zonaræ. Sed & ipſa, Λεοντιὰς, hoc eſt, *Leontii filia*, dicitur in diſticho adſcripto in fine Metaphraſeos Octateuchi: de qua infrà.

Etiam ejus fratres, *Valerius* & *Aëtius* à Socrate & Nicephoro appellantur, quos *Valerium* & *Geneſium* vocat auctor dicti Chronici. Sed Zonaras, Annalium libro XIII. *Geneſium* & *Valerium* eos quoque nominat. Addit, Eudociam Præfecturam Illyriorum ab Imperatore pro Geneſio impetraſſe, Valerio, Magiſtri honorem donaſſe: neque illis iratam fuiſſe: niſi enim ab iis expulſa fuiſſet, non veniſſet Conſtantinopolim, ubi ad ſupremos honores pervenit; inquiebat illa.

33 Obſervandum & *Poëtriam* Socrati ac Evagrio dici Athenaïda, quæ *Philoſopha* dicitur Auctori Chronici Paſchalis. De Romanorum contra Perſas victoria, in laudem Theodoſii conjugis, heroïcis verſibus poëma ſcripſiſſe, intelleximus ex Nicephoro. Sunt qui eam Centonem de Chriſto Salvatore noſtro feciſſe dicant, qui vulgò Probæ Falconiæ tribuitur: qua de re videndus Lilius Gyraldus. Scripſit Zonaras, Centones Homericos opus Patricii cujuſdam imperfectum & indigeſtum fuiſſe, illudque Eudociam abſolviſſe & digeſtiſſe. Conſtat eam ſcripſiſſe Græcè, heroïco carmine, libris octo, Metaphraſim Octateuchi, necnon Metaphraſim Zachariæ & Danielis, Prophetarum; & libros tres de Sancto Cypriano Martyre: quibus de poëmatiis, videndus omnino Photius in Bibliotheca.

34 SANCTA CATHARINA. Sanctam Catharinam, Alexandrinam, Virginem & Martyrem, quæ ſub Maxentio Imperatore vixerit, in rebus Philoſophicis verſatiſſimam, Paganos Philoſophos validiſſimis fregiſſe argumentis, eoſque ad Religionem Chriſtianam amplectendam, rationibus ſuis adegiſſe, vulgus Chriſtianorum credit. Exſtat ſcilicet ejus Martyrii Hiſtoria Græcè ſcripta apud Simeonem Metaphraſten, in qua non ſolùm id ipſum narratur, ſed & ipſa ſe Rhetoricen, & Philoſophiam, & Geometriam, aliaſque diſciplinas, didiciſſe ait. Atque hinc eſt quòd Philoſophiæ Profeſſores Pariſienſes Sanctam Catharinam ſibi patronam elegerint, ejuſque feſto die Schola vacet Pariſienſis: quas ferias, exemplo Pariſienſis, ceteræ celebrant Scholæ.

35 Qui ejus Virginis meminit Scriptor antiquior, fuit Græcus Scriptor Anonymus Vitæ Sancti Pauli Latrenſis, Eremitæ, domo Elæenſis prope Pergamum, fato functi anno 956. die 15. menſis Decembris, in Monaſterio Aphapſenſi, in finibus Phrygiæ. Sed eam Scriptor ille *Æcaterinen* vocat, non *Catharinam*. Verba ejus ſunt, ex interpretatione Jacobi Sirmondi, qui eam Vitam à ſe in Sforziana Bibliotheca Romæ repertam, in gratiam Cardinalis Baronii Latinitate donavit: *Aliorum quidem Sanctorum memoriæ hilaritatis anſam Paulo dabant: Martyris verò Æcaterinæ non ſolùm voluptate Sanctum replebat, ſed propemodum exultatione & tripudio.* Quem Scriptorem Baronius Annalium tomo X. *Scriptorem fidelem* appellat. *Æcaterine* quoque dicitur Euthymio, Monacho Zygabeno, in ſuis ad Pſalmos Enarrationibus, ad Pſalmum 44. qui liber manu exaratus adſervatur in Bibliotheca Regia, necnon in Bigotiana. Præfationem dicti libri edidit Lemonius, in Variis Sacris. Vixit Euthy- 36
mius ille circa initium ſæculi decimi quarti. A'IKATEPI'N nuncupatur in Tabella Græcanica antiqua quam exhibuit V. Cl. Carolus Ducangius in fine Gloſſarii, ad Scriptores mediæ & infimæ Latinitatis: in qua depicta cernitur geſtans coronam regiam in capite, & veſte induta conſulari. Quod admonet me, ut legentes moneam, regio genere ortam dici, in Martyrio ſuprà memorato. *Mulier quædam pia, nomine* ÆCATERINA, *ætate juvenis, pulcra ſpecie, quæ genus ducebat ex ſanguine regio, omnem autem & externam & noſtram Scripturam perlegerat, multis ancillis comitata degebat Alexandriæ*, inquit Simeon Metaphraſtes ad XXV. Novembris, interprete Gentiano Herveto. Sed ad rem. Exſtant in Bibliotheca Colbertina ſeptem codices manuſcripti Martyrii Sanctæ Catharinæ, ſignati 413. 569. 622. 850. 3048. 4530. 5823. in quibus & ea conſtantiſſimè A'ικατερίνη appellatur. *Æcatherina* quoque dicitur Molano, in ſuis ad Uſuardum Additionibus. At verò in Calendario Græ- 37
co pervetere dictæ Bibliothecæ, ſignato 5149. EKKATEPIN ad 24. Novembris nuncupatur. *Catharinam* poſteriores dixerunt: credo, quia nominis *Æcaterinæ*, *Æcaterinos*, *Eccaterinos*, originem ignorarent: quid enim ἀικατερίνη, ἀικατερὶν, ἐκικατερὶν, ſignificent, ignoratur. Conſtat non eſſe voces Græcas. Sed neque voces eſſe Arabicas, ut volunt quidam; quòd Sancta Æcaterina in altero montis Sinai jugo ſepulta fuerit; in quo etiamnum Monaſterium exſtat, illi dictatum; docuit me Euſebius Renaldotus, vir Arabicæ Linguæ, ſi quis alius, intelligentiſſimus. *Catharina* certè in omnibus Eccleſiaſticis Breviariis nuncupatur, necnon apud Baronium in Martyrologio. Apud Pachymerem, in Andronico, libro 2. capite 18. & libro 3. capite 1. Catharina, filia unica Philippi, Imperatoris Conſtantino-

politani titulo tenus, quæ poſtea Carolo Valelio Comiti nupſit, Ἀικατερίνα appellatur. Unde colligere eſt, *Catharinam* & *Æcaterinam* idem nomen eſſe.

38 Atque hæc de nomine Sanctæ Catharinæ. Nunc de hiſtoria videamus. Eam falſi arguere videtur Baronius. Ita enim de ea ille in Annalibus ad annum 317. ſectione 23. *Cùm doleamus ab Euſebio prætermiſſa, magis angimur ab incerto Authore, quo fuſiùs, eò minùs fidèliter quàm par eſt, Acta ejuſdem nobiliſſimæ Martyris fuiſſe conſcripta. Præſtat namque in rebus Martyrum, aliorumque Sanctorum, multa deſiderari, quàm omni ex parte nutantia plurima cumulari. Meliùs enim conſulitur Eccleſiaſticæ veritati, rerum, quæ non adeo exploratæ, ſilentio, quàm mendacio, veris licèt admixto, atque adulteratæ orationis eloquio.* Ut meritò eam, tamquam fabuloſam, ex Breviario Pariſienſi, juſſu illuſtriſſimi Franciſci Harlæi, Archiepiſcopi Pariſienſis anno 1680. reformato, ejecerint, qui ejus reformationi operam dederunt, Viri doctrina & pietate illuſtres, Jacobus de Sancta-Bova, Profeſſor Theologus Sorbonicus; Guillelmus Bruneterius, tunc Archidiaconus de Bria in Eccleſia Pariſienſi, hodie Epiſcopus Santonenſis; Claudius Caſtellanus, Canonicus Pariſienſis; Nicolaus Gobilio, Doctor Sorbonicus, & Parochus Sancti Laurentii apud Pariſios; Leonardus Lametus, Doctor Navarricus, tunc Canonicus Pariſienſis, nunc Parochus Sancti Euſtachii apud Pariſios; Claudius Amelina, Archidiaconus Pariſienſis; Nicolaus Coquelinus, Cancellarius Pariſienſis; & Nicolaus Tornoſus, Theologus & Concionator eximius.

39 ANNA COMNENA: Alexii Imperatoris filia: uxor Nicephori Bryennii, Cæſaris. Philoſophiam ſe attigiſſe, ſcribit ipſa Alexiados libro XV. Et eam Nicetas, in Joanne Comneno, Philoſophiæ, Diſciplinarum omnium parenti, deditam, & omnibus artibus eruditam fuiſſe ſcribit. Sed & Zonaras Annalium libro XVIII. ubi de Bryennio, ejus conjuge, hæc de ea habet, ἦν γὰρ καὶ λόγοις προσκείμενος ἀνὴρ, καὶ ἡ σύνοικος δὲ εἰ οὐδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον ἐκείνου τῆς ἐν λόγοις παιδείας ἀντείχετο, καὶ τὴν γλῶτταν εἶχεν ἀκριβῶς ἀττικίζουσαν, καὶ τὸν νοῦν πρὸς ὕψος θεωρημάτων ὀξύτατον. Ταῦτα δ' αὐτῇ προσεγίνετο φύσεως ὀξύτητι καὶ σπουδῇ· προσετεθήκει γὰρ ταῖς βίβλοις, καὶ λογίοις ἀνδράσι, καὶ οὐ παρέργως ὡμίλει αὐτοῖς. *Erat autem & ipſe ſtudiis doctrinarum deditus: & uxor ejus in iiſdem operam nihilo minorem, ac potiùs majorem, ponebat: exquiſitè Atticiſſans: ingenioque prædita acutiſſimo ad abſtruſiſſimas quaſque contemplationes: eam facultatem, partim naturæ bonitate, partim induſtriâ, conſecuta: affixa enim erat libris; & eruditorum conſuetudine haud obiter utebatur.*

40 EUDOCIA: uxor Conſtantini Palæologi Deſpotæ, ejus, qui ſecundus filius fuit Palæologi Imperatoris: de qua hæc Nicephorus Gregoras libro VIII. Hiſtoriarum capite 5. ἦν δὲ καὶ σοφίας τῆς Ἑλληνικῆς οὐκ ἄμοιρος ἡ γυνή· ἦν γὰρ ἰδεῖν αὐτὴν πάντα καὶ παντοῖα ῥᾳδίως κατὰ καιρὸν ἐν τῇ ὁμιλίᾳ διὰ γλώττης προφέρουσαν, ὅσα τε αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἀνεγνώκει, καὶ ὅσα λεγόντων ἄλλον ἀκήκοεν· ὡς Θεανώ τινα Πυθαγορικὴν καὶ Ὑπατίαν ἄλλων ἡγεμάζεσθαι ταύτην πρὸς τῶν ἐφ' ἡμῶν σοφωτέρων. *Neque expers erat Philoſophiæ externæ. Et elegantiâ formæ, & facundiæ ſuavitate, & morum comitate, excellebat. Erat & humanioribus literis erudita: & in colloquiis, varia quæ ipſa legerat, aut quæ ex aliis audierat, lubenter proferebat: ut altera Theano Pythagorica, & altera Hypatia, ab eruditis appellaretur.*

41 PANYPERSEBASTA. Filia fuit Theodori Metochitæ, qui, imperante Andronico ſeniore, magnus fuit Logotheta. Eam Imperator fratris ſui filio Joanni Panyperſebaſto deſpondit: unde Panyperſebaſta nominatur Nicephoro Gregoræ, Hiſtoriæ Romanæ libro octavo. Idem Gregoras ibidem, habitam ab ea Orationem refert: ex qua conjicere eſt fuiſſe eam Philoſopham. Atque ipſe quidem Gregoras, ita de ea loquitur: ἦν γὰρ αὐτὴ νεάζουσα μὲν τὰ τῆς ἡλικίας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ μέγα συνέσεως ἥκουσα, καὶ γλῶτταν παρὰ τῆς φύσεως εὐτυχήσασα, οὐκ αὐτῇ μᾶλλον ἢ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι, καὶ τῶν σοφῶν τοῖς τοιούτοις μᾶλλα προσήκουσαν. *Erat autem illa ætate quidem juvenis, ſed quæ ad tantam pervenerat prudentiam, ut quæ à natura contigerat illi dicendi facultas, non eam duntaxat, ſed & Pythagoram & Platonem, & quoſcunque alios deceret Philoſophos.* Alibi *Cæſariſſam* vocat: nam ejus vir primùm Panyperſebaſti, deinde & Cæſaris dignitate ornatus eſt. Viro apud Triballos mortuo, miſſus eſt ad ipſam; & ad Triballorum Regem, legatus Gregoras, quò ipſam ſolaretur viri morte afflictam, & Byzantium redire compelleret. Præceptorem habuit toties memoratum Gregoram: apud quem plura de ejus ingenio, eruditione, eloquentia legere eſt. Ex Joanne Panyperſebaſto filiam genuit, quæ Cnalo Slaviæ, id eſt Triballorum Regi nupſit. KNAL, vox eſt Slavica, quæ *Regem* ſignificat. Ea hodie Turcorum Imperator Electores Imperii in literis compellat; & quâ non ita pridem ipſum Germanorum Imperatorem compellabat.

42

43 NOVELLA; *Jurisperita.* Quod Novellam, Jurisperitam, Philoſophas inter recenſeo, facit Ulpianus, qui in Lege prima, Digeſtis de Juſtitia & Jure, Jurisconſultos *Philoſophos* vocat, *veram, non ſimulatam, Philoſophiam affectantes.*

Fuit hæc Johannis Andreæ, Anteceſſoris Bo-

nonienſis celeberrimi, filia. De ea rem miram narrat Chriſtina Piſana, in libro, cui titulus *civitas Mulierum*, parte 2. cap. 36. quam hìc referre non gravabor: referam autem ipſius Chriſtinæ verbis, ne mihi in re, quæ fidem excedit, non habeatur fides.

Pareillement, à parler de plus nouvaux temps, ſans querre les anciennes Hiſtoires; Jean Andry, *ſolempnel Légiſte à Boulogne la Graſſe, n'a mie ſoixante ans, n'eſtoit pas d'opinion que mal fuſt que femmes fuſſent lettrées: quand à ſa belle & bonne fille, que il tant ama, qui ot nom* Nouvelle, *fiſt apprendre lettres; & ſi avant ês Loix, que quand il eſtoit occupé d'aucune eſſoine, parquoy il ne pouvoit vacquer à lire les leçons à ſes Eſcholiers, il envoyoit Nouvelle, ſa fille, lire en ſon lieu aux Eſcholes en chayere. Et affin que la biauté d'icelle n'empeſchaſt la penſée des oyans, elle avoit une petite courtine au devant d'elle. Et par celle maniere, ſuppléoit & allégeoit aucunes fois les occupations de ſon pere; lequel l'ama tant, que pour mettre le nom d'elle en memoire, fiſt une notable Lecture d'un livre des Loix, qu'il nomma du nom de ſa fille,* la Nouvelle.

Hæc habui ex libro quem de educatione liberorum ſcripſit ad Annam Borboniam, Ducis Longavillani uxorem, Vir clariſſimus & doctiſſimus, mihique amiciſſimus Claudius Jolius, Canonicus & Cantor Eccleſiæ Pariſienſis; qui & Chriſtianæ librum manu ſcriptum mecum communicavit. 44

Duxerat Johannes Milanciam; & ipſam mulierem eruditam; ex qua, præter Novellam, habuit Betinam, quæ Johanni à Sancto Georgio, Anteceſſori Bononienſi, nupſit. Apud Mugellum, agri Florentini oppidum natus, matrem habuerat Novellam: de cujus nomine, ejus filia *Novella* vocitata eſt. Et in utriuſque memoriam, quem in Decretales Commentarium edidit; opus à Baldo mirè laudatum; *Novellas* appellavit. Ejus Vitam ſcripſit Guido Panzirolus, de Claris Legum Interpretibus lib. 3. cap. 19.

Chriſtina vixit apud Gallos, regnante Carolo V. Ejus honorificè meminerunt, Marotus in Poëmatiis, Verderius in Bibliotheca, & Johannes Mabilio in Itinere Italico.

HELOISA: Petri Abælardi, Theologi non unius è multis, amica primùm; poſteà uxor; deinde Monialis ac Prioriſſa Monaſterii Angentolienſis prope Pariſios; & poſtremò, Monaſterii Paraclitenſis prope Novigentum ad Sequanam, anno MCXXX. ad annum MCLXIV. Abbatiſſa. 45

Philoſopham eam fuiſſe, docuit me, qui ejus & Abælardi Opera publici juris fecit, Franciſcus Ambroſius. *Heloiſſa*, inquit ille in Præfatione Apologetica pro Abælardo, *ut altera Suſanna, aut Eſthera, pulcra, & Deum timens; vetuſtiſſimos illos Montmoriantios legitima agnatione contingens; Canonici Pariſienſis non notha, ſed neptis: Pſalmos Hebraicè perſonare ab incunabulis docta: clarum ſui ſexûs ſidus & ornamentum: tres illas Linguas, nec non Matheſin, Philoſophiam, & Theologiam, à viro ſuo edocta, illo ſolo minor fuit.*

De ejus & Abælardi amoribus Hiſtoriam, cùm ſit res omnibus nota, hìc narrare ſupersedeo.

PLATONICÆ.

LASTHENIA: Mantinea: ex Arcadia: & AXIOTHEA, Phliaſia: Platonis diſcipulæ. De utraque Laërtius in Vita Platonis, Clemens Alexandrinus in quarto Stromateon, & Themiſtius in Oratione XII. quæ *Sophiſta* inſcribitur. Vide infrà in Pythagoricis. 46

ARRIA. Eam Auctor libri de Theriaca ad Piſonem capite 2. Platonis libris operam ſedulam dediſſe ait, & eo nomine Imperatoribus commendatam fuiſſe. Vixit ſub Alexandro Severo: quod rectè Jonſius in Hiſtoria Philoſophica obſervabat. Eam eſſe, mulierem illam φιλοπλάτωνα, cui Laërtius Hiſtoriam ſuam Philoſophicam nuncupavit, cum Reineſio exiſtimamus. Vide nos ad Procœmium Laërtianum. 47

GEMINÆ: mater & filia: Plotini, Philoſophi Platonici ſua ætate celeberrimi diſcipulæ. Porphyrius in Vita Plotini. 48

AMPHICHIA: Ariſtonis filia: uxor filii Jamblichi. Porphyrius ibidem. Fuit Jamblichus Porphyrii diſcipulus, qui diſcipulus fuit Plotini & Longini.

HYPATIA: Alexandrina: mulier in Philoſophicis & Mathematicis verſatiſſima: Theonis Alexandrini, Philoſophi, Geometræ, & Mathematici filia & diſcipula: patre & magiſtro doctior. Theonis cujuſdam, qui temporibus Ionici Sardiani Medici præſtantiſſimi magnum nomen in Galliâ conſecutus erat, meminit Eunapius in Ionico: quem de Theone noſtro ſunt qui interpretentur: ſed minus veroſimiliter, meâ quidem ſententiâ. At veroſimili omnino conjectura Theonem hunc noſtrum putabat Henricus Savilius, illum eſſe Theonem qui Ptolemæum interpretatus eſt: quod nos docuit Henricus Valeſius ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Socratis libro 7. capite 15. Idem & Iſmaëli Bullialdo, *qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat*, Gallorum in rebus Aſtronomicis longè doctiſſimo, videbatur. Platonicæ autem Sectæ addictam fuiſſe Hypatiam, diſcimus ex eadem Socratis Hiſtoria libro VII. capite 15. Socratis verba ex Valeſiana interpretatione infrà ponam: ſunt enim lectu digniſſima: *Mulier quædam fuit Alexandriæ, nomine* Hypatia: *Theonis Philoſophi filia. Hæc ad tantam* 49

eruditionem pervenit, ut omnes ſui temporis Philoſophos longo intervallo ſuperaret, & in Platonicam Scholam à Plotino deductam ſuccederet, cunctaſque Philoſophiæ diſciplinas auditoribus exponeret. Quocirca omnes Philoſophiæ ſtudioſi ad illam undique confluebant. Porrò præter fiduciam atque auctoritatem, quam ſibi ex eruditione comparaverat, interdum quoque cum ſingulari modeſtia ad Judices accedebat. Neque verò pudor erat ipſi, in media hominum frequentia apparere. Quibus conſona habet Nicephorus libro XIV. capite 16. Nicephori verba, quia nos alia docent, non pigebit adſcribere; adſcribam autem Latinè: eſt enim locus pro-
51 lixior. *Alexandriæ femina quædam* Hypatia *erat, patrem habens Theonem Philoſophum: à quo rectè inſtituta, tantùm diſciplinis excelluit, ut non ſolùm temporis ſui Philoſophos, verùm etiam qui longè antea exſtitiſſent, ſuperârit, & in Platonica Scholæ à Plotino deducta ſucceſſerit. Prompta illa erat quibuſcumque ſtudioſis diſciplinarum cognitionem proponere. Proinde, quicumque Philoſophiæ amore tenerentur, ad illam veniebant, non tantùm propter eam, quæ illi inerat, honeſtam, gravemque in dicendo libertatem, ſed etiam quòd caſtè & prudenter principes adiret viros: nec indecorum eſſe videbatur, eam inter viros mediam adeſſe. Reverebantur & obſervabant eam omnes, propter excellentem pudicitiam. Et omnibus erat in admiratione, cùm ſe adverſus eam Invidia armavit. Quòd namque frequentiùs cum Oreſte, Præfecto Alexandriæ, verſaretur, calumniam ei apud Cyrilli, Alexandrini Archiepiſcopi, Clerum peperit: perinde atque ipſa, quominus gratia Archiepiſcopum inter & Præfectum coaleſceret, impedimento eſſet. Quapropter ex illis nonnulli, flagranti Cyrillum proſequentes amore, quibus Petrus quidam, ex Lectorum ordine, præiit, redeuntem eam alicunde inſidioſè obſervantes, ex curru detraxerunt, atque in Eccleſiam quæ à Cæſare nomen habet, rapuerunt: atque ibi veſtibus nudatam, teſtarum fragmentis enecârunt: deinde membratim diſſectam in locum qui* Cinaron *dictus eſt, duxerunt, atque uſtularunt.* Hypatiæ mortem ſimiliter narrat Socra-
52 tes Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro VII. capite 15. à quo ſua habuit Nicephorus. At Philoſtorgius, apud Photium, laceratam dicit ab Homooúſiaſtis: quo nomine à Photio impietatis arguitur. Id illi accidiſſe ex invidia orta ob eximiam peritiam rerum, præſertim Aſtronomicarum, ait Heſychius cognomento *Illuſtrius.*

Eam Syneſius magno habuit in pretio: & ad eam plures literas ſcripſit: quæ omnes τῇ Φιλοσόφῳ inſcriptæ ſunt. Epiſtolâ XVI. matrem, ſororem, & magiſtram, & benefactricem vocat, & ſi quæ eſt alia res appellatione honorifica. Decimâ quintâ, rogat eam ut ſibi baryllium faciendum curet. Ita hydroſcopium vocant ad aquarum puritatem cognoſcendam: qua de voce nos in Amœnitatibus Juris capite 41. Viceſimam quartam ſic orditur, *Quòd ſi Erebi vitâ functorum oblivia tangant, at ego illic vel caræ potero meminiſſe Hypatiæ.*

De ea honorificè meminit Gregoras Hiſto- 53
riæ libro VIII. capite 5. cujus verba ſuprà adduximus in Eudocia, uxore Conſtantini Palæologi Deſpotæ.

Formoſam fuiſſe ait Suidas, ſive potiùs Anonymus apud Suidam. Addit, cùm de auditoribus quidam eam deperiret, pannos menſibus fœdatos (φυλάκια vocabant ſui Alexandrini) illi oſtendiſſe, & dixiſſe, *Hoc quidem adamas, ô adoleſcens:* & ſic animum ejus ſanaſſe.

Uxorem fuiſſe Iſidori Philoſophi ait idem: qui tamen virginem permanſiſſe ſcribit. Etiam Iſidori uxorem eam facit Damaſcius in Vita Iſidori apud Photium: ubi & Hypatiam Geometriæ deditam dicit. De Iſidoro Philoſopho videndus Damaſcius, in Bibliotheca Photiana.

Scripſit Commentarium in Diophantum, Aſtronomicum Canonem, & in Conica Apollonii. Teſtatur Suidas.

Exſtat apud Stephanum Baluzium tomo primo Conciliorum, in Synodico adverſus Tragœdiam Irenæi capite 216. hæc ſub Hypatiæ nomine ad Beatum Cyrillum, Archiepiſcopum Alexandrinum, Epiſtola:

Legens hiſtorias temporum, reperi factam Chri- 54
ſti præſentiam ante annos centum quadraginta. Fuerunt verò diſcipuli ejus, qui poſteà Apoſtoli *nominati ſunt: qui & poſt aſſumptionem ejus in cælos, Chriſtianam prædicavere doctrinam: qui ſimpliciùs quidem, & abſque omni curioſitate ſuperflua docuerant: ita ut invenirent locum plerique Gentilium, malè intelligentes atque ſapientes, hanc accuſandi doctrinam, & inſtabilem nominandi. Quod enim dixit Evangeliſta,* Deum nemo vidit umquam, *quomodo ergo, inquiunt, dicitis Deum eſſe crucifixum? Et aiunt,* Qui viſus non eſt, quomodo affixus eſt cruci? quomodo mortuus, atque ſepultus eſt? *Neſtorius igitur, qui modò in exilio conſtitutus eſt, Apoſtolorum prædicationes expoſuit. Nam diſcens ego, ante longa pridem tempora, quòd ille ipſe duas naturas Chriſtum ſit confeſſus exiſtere, ad eum qui hæc dixerit inquam,* Solutæ ſunt Gentilium quæſtiones. *Dico igitur Sanctitatem tuam malè feciſſe, illi contraria ſapiendo, Synodum congregare, & abque conflictu dejectionem fieri præparaſſe. Ego verò adhuc paucis diebus ejuſdem viri expoſitiones inſpiciens, & Apoſtolorum prædicationes conferens, atque intra memetipſam agitans, quòd bonum mihi ſit fieri Chriſtianam, digna effici ſpero dominici generatione baptiſmatis.*

Sed cùm ex Socrate conſtet Hypatiam inter- 55

emptam anno quarto Epiſcopatus Cyrilli, Honorio x. & Theodoſio VI. Conſulibus, hoc eſt, anno Chriſti 415. Neſtorii autem exilium in hac Epiſtola memoratum, anno 436. contigerit, ut conſtat ex Evagrio, hanc Hypatiæ ad Cyrillum Epiſtolam putabat Stephanus Baluzius notham eſſe ac ſuppoſitiam: cujus ego ſententiæ lubens accedo.

Exſtat in Anthologia lib. I. Tit. εἰς Σοφίαν hoc de Hypatia Philoſopha epigramma,

Ὅταν βλέπω σε, προσκυνῶ, καὶ τοὺς λόγους
Τῆς παρθένου, τὸν οἶκον ἀστρῶν βλέπων.
Εἰς οὐρανὸν γὰρ ἐστι σοῦ τὰ πράγματα
Ὑπατία σεμνὴ, τῶν λόγων εὐμορφία,
Ἄχραντον ἄστρον τῆς σοφῆς παιδεύσεως.

56 Quod ſic Grotius Latinum fecit:

Colat neceſſe eſt litteras, te qui videt,
Et virginalem ſpectat aſtrigeram domum.
Negotium namque omne cum cælo tibi,
Hypatia prudens, dulce ſermonis decus,
Sapientis artis ſidus integerrimum.

Epigramma Græcum vetus in laudem Hypatiæ, necdum editum, edidit Jacobus Gothofredus ad Philoſtorgium.

Claudius Salmaſius in Epiſtola Nuncupatoria ad Puteanos, præfixa Obſervationibus ſuis ad Jus Atticum & Romanum, ubi de Schurmanna, Batava, puella doctiſſima; Hypatiam hanc noſtram *Hippiam* appellavit: errore typographico, vel memoriæ lapſu.

ACADEMICÆ.

57 CÆRELLIA, ſive CÆRELIA: nam utroque hoc modo ſcriptum id nomen in libris antiquis invenire eſt. Philoſopham eam fuiſſe, patet ex epiſtola 51. libri XII. Epiſtolarum Ciceronis ad Atticum: in qua eam Cicero Philoſophiæ ſtudio mirificè flagrantem vocat. Addit, ſuos de Finibus libros eam deſcripſiſſe: unde Academicæ addictam Sectæ conjecimus: erat enim Cicero Academicus; &, ut eum Lactantius vocat, *Academicæ diſciplinæ defenſor*: & ſunt Academici hi libri. Ejuſdem meminit idem in epiſtola proximè ſequenti. Meminit & libro XIII. Epiſtolarum Familiarium, epiſtolâ 72. in qua eam Servilio diligentiſſimè commendat: & neceſſariam ſuam vocat. Quod Cærelliam ſenex Cicero amaverit, objicit Ciceroni Fuſius Calenus apud Dionem libro XLVI. in Oratione, quâ ejus Orationi contra Antonium, Ciceronè coram, reſpondet. Id verò Cærelliæ honorificum imprimis exiſtima-
58 mus. Quid enim honorificentius mulieri accidiſſe potuit, quàm amatam à Cicerone fuiſſe? à Cicerone, viro extra omnem ingenii aleam poſito, & in omnibus excellentiſſimo: viro Conſulari, & gravi: quem adſpectabant, cujus ob os Graii ora obvertebant ſua. Sed quod addit Calenus, ejus mœchum fuiſſe Ciceronem, non verius exiſtimamus quàm quod ipſe, & Donatus apud Servium, ad hunc Maronis verſum, *Hic thalamum invaſit natæ, vetitoſque hymenæos*, calumniantur. Corradus, ad Tullii dictam epiſtolam quinquageſimam primam libri duodecimi ad Atticum, ſcripſit Cærelliam à Cicerone ſene amatam, non negare Fabium libro VI. capite 4. & Auſonium in Centone Nuptiali. Ad Auſonium quod attinet, is mihi id dicere non videtur. En ejus ipſiſſima verba: *Meminerint autem, quippe eruditi, probatiſſimo viro Plinio, in poëmatiis laſciviam, in moribus conſtitiſſe cenſuram: prurire opuſculum Sulpicii, nec frontem caperare: eſſe Appuleium in vita Philoſophum, in epigrammatis amatorem: in præceptis omnibus exſtare ſeveritatem; in epiſtolis ad Cærelliam ſubeſſe petulantiam.* Hæc enim Au- 59
ſonii poſtrema verba, de Appuleio, qui ad Cærelliam quamdam ſcripſerit, non de Cicerone intelligenda: neque aliter ea accepit Auſonii Interpres, Elias Vinetus, vir ſanè doctiſſimus. Sed neque Cærelliam à Cicerone amatam evincit locus Fabii. Verba ejus ſunt: *Etiam illud quod Cicero Cærelliæ ſcripſit, reddens rationem cur illa C. Cæſaris tempora tam patienter tolleraret.* Hæc, aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho. Stomachus *enim ille, habet aliquid joco ſimile.* Significant videlicet hæc Fabii, aut abrumpendam eſſe vitam; quo pacto Cato Uticenſis, ne in Cæſaris manus veniret, mortem ſibi conſcivit; aut concoquenda hæc eſſe Ciceronis exemplo: metaphorâ ductâ à ſtomacho, qui cibos etiam acerbos & ingratos, concoquit. Hæc autem nihil ad amores Tullianos.

Q. Cærellio cuidam librum ſuum de Die Natali, nuncupavit Cenſorinus: quem virtutis non minùs, quàm pecuniarum, divitem vocat. Et Martialis epigramma 63. libri IV. Cærelliæ cuidam inſcripſit.

DIALECTICÆ.

Diodorus, cui *Crono* cognomentum fuit, Phi- 60
loſophus Dialecticus, filias habuit Philoſophas, ARGIAM, THEOGNIDA, ARTEMISIAM, PANTACLEAM. Teſtatur id ſanctus Clemens, Presbyter Alexandrinus, in quarto Stromateon. Has autem quatuor Diodori Croni filias, Dialecticæ Sectæ omnes fuiſſe, ſcripſit Philo Dialecticus in Menexeno, teſte eodem Clemente, loco laudato. Eas numero quinque fuiſſe, ait Sanctus Hieronymus, libro primo contra Jovinianum: his verbis: *Diodorus Socraticus quinque filias Dialecticas, inſignis pudicitiæ habuiſſe narratur. De quibus & Philo, Carneadis magiſter, dulciſſimam ſcripſit hiſtoriam.* Fuit Philo ille

Dia-

Dialecticus Diodori Croni discipulus, & Zenonis Cittiei condiscipulus.

CYRENAICÆ.

61 ARETE: Aristippi Cyrenæi, Cyrenaïcæ Sectæ conditoris, filia & discipula. Docuit Aristippum filium, qui inde dictus ὁ μητροδίδακτος. Laërtius in Aristippo, & Clemens in quarto Stromateon. Plures alii fuere μητροδίδακτοι: quos inter Lamuel Rex: de quo Proverbiorum capite ultimo: *Verba Lamuelis regis. Visio, quâ erudiit eum mater sua.* Item, Marcus Aurelius Antoninus, Imperator. Ipse libro 1. τῶν εἰς ἑαυτὸν: Παρὰ τῆς μητρὸς, τὸ θεοσεβὲς, καὶ μεταδοτικὸν, καὶ ἐφεκτικὸν, &c. subaudienda enim vox ἔμαθον: quod nos docuit Suidas. Παρὰ Διογνήτῳ ἔμαθον τὸ ἀκενόσπουδον, καὶ τὸ ἐπιστητικόν· φησὶ Μάρκος ὁ Φιλόσοφος βασιλεύς: inquit ille, in ἀκενόσπουδον, sed ubi legendum ἀπιστητικὸν. Ita enim Marcus Imperator, libro 1. τῶν εἰς ἑαυτὸν: παρὰ Διογνήτῳ τὸ ἀκενόσπουδον, καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τέρατευομένων. Et ita quoque legitur in Manuscripto Suida, qui in Regia Bibliotheca adservatur.

MEGARICÆ.

62 NICARETE: Megarensis, Stilponis, Megarensis Philosophi, amica & discipula. Athenæus libro 13. capite 7. Νικαρέτη δὲ Μεγαρὶς, οὐκ ἀγεννὴς ἦν ἑταίρα· ἀλλὰ καὶ διὰ γονέων καὶ κατὰ παιδείαν ἐπέραστος ἦν. ἠκρόατο δὲ Στίλπωνος τοῦ Φιλοσόφου. *Megarensis quoque non obscura & ignobilis meretrix fuit Nicareta. Sed & natalium splendore & doctrina perquam amabilis. Philosopho vero Stilponi operam dederat.* Meretrices Græcas pleraſque humanioribus literis & Mathematicis disciplinis operam dedisse, notat Athenæus. Quamquam autem uxorem duxisset Stilpo, Nicaretâ tamen scorto utebatur, inquit Onetor apud Laërtium in Stilpone. Sed aliter Cicero libro de Fato. Verba ejus sunt: *Stilponem Megaricum, Philosophum, acutum sanè hominem, & probatum temporibus illis accepimus. Hunc scribunt ipsius familiares, & ebriosum & mulierosum fuisse. Neque hoc scribunt vituperantes, sed potiùs ad laudem. Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrinâ, ut nemo umquam vinolentum illum, nemo in illo libidinis vestigium viderit.*

CYNICÆ.

63 HIPPARCHIA: Maronis: soror Metroclis Maronitæ, Philosophi Cynici: uxor Cratetis, Philosophi itidem Cynici. De ejus cum Cratete nuptiis egregium Poëma scripsit Petrus Petitus noster, Ferdinando Furstembergio, Episcopo Paderbornensi & Monasteriensi, Literatorum Mæcenati, nuncupatum. Fuere autem celebratæ hæ nuptiæ in Pœcile, porticu Athenienſi celeberrima: quod nos docuit Clemens Alexandrinus Stromateon quarto. Hipparchiæ Vitam scripsit Laërtius: ex qua Hipparchiam, germanissimam Cynicam, hoc est, inimicam verecundiæ, fuisse discas: ut publicè quoque cum Cratete congrederetur: quod stupendum in femina: sunt enim feminæ pudoris amantes: &, quod Demades aiebat apud Stobæum, pudor in muliere, pulchritudinis acropolis est.

Scripsit, teste Suida, Hypotheses Philosophicas: & Epicheremata quædam: & Quæstiones ad Theodorum cognomento *Atheum*.

Exstat in Hipparchiam hoc Antipatri epi- 64
gramma libro 3 Anthologiæ titulo εἰς γυναῖκας.

Οὐχὶ βαθυζώνων Ἱππαρχίη ἔργα γυναικῶν,
Τῶν δὲ κυνῶν ἐλόμαν ῥωμαλέον βίοτον.
Οὐδέ μοι ἀμπεχόναι περονήτιδες, οὐ βαθύπεπλος
Εὐμαρὶς, οὐ λιπόων, εὐάδε κεκρύφαλος,
Οὔδας δὲ σκίπωνι συνέμπορος, ἄ, τε συνῳδὸς
Δίπλαξ, καὶ κοίτας βλῆμα χαμαιλεχέος.
Ἄμμι δὲ Μαιναλίας κρέσσων βίος ἢν Ἀταλάντας,
Τόσσον ὅσον σοφίη κρέσσον ἀριδρομίας.

Id est, magno illo Grotio interprete,

Non ego feminei mores Hipparchia sexus,
Sed mare sum fortes corde secuta canes.
Nec placuit pallam substringens fibula, non pes
Vinctus, & unguentis oblita vitta mihi:
Sed baculus, nudique pedes, quæque artubus hæret
Diplois, inque locum dura cubilis humus.
Mænaliæ tanto potior mea vita puellæ,
Quantò venari, quàm sapuisse, minus.

PERIPATETICÆ.

OLYMPIODORI filia. Narrat Marinus Ne- 65
apolites in Vita Procli, cùm ad audiendum Olympiodorum, Philosophum Alexandrinum celeberrimum, Aristotelicæ doctrinæ cognoscendæ causâ se Alexandriam Proclus Lycius contulisset, sic ab Olympiodoro fuisse approbatum, ut filiolam suam, & ipsam philosophicè institutam, ipsi despondere voluerit. Eadem habet Suidas: quæ ἀυτολεξεὶ à Marino accepit. Vixit Olympiodorus sub Theodosio II. cui etiam Commentariorum Historicorum libros XXII. nuncupavit: quorum excerpta habemus apud Photium. Scripsit Vitam Platonis, quam ad calcem Observationum mearum in Laërtium edidit Mericus Casaubonus. Scri- 66
psit & Commentaria in IV. libros Meteorologicos Aristotelis, edita ab Aldo Manutio Venetiis in folio anno 1551. cum Joannis Philoponi Scholiis in librum primum. Horum quatuor librorum Latina Interpretatio, scripto-

re Joanne Baptiſta Camotio, prodiit Venetiis in folio anno 1555. & 1557. Exſtat in Bibliotheca Regia ejuſdem Olympiodori Commentarius in Philebum Platonis, ſignatus numero 2580. Item Commentarius in ejuſdem Gorgiam, Alcibiadem priorem, & Phædonem, ſignatus numero 2102. & 2103. & ſcriptus Angeli Vergerii, celeberrimi illius καλλιγράφου, manu: Et alius in Philebum & Phædonem, ſcriptus anno 1536. & ſignatus numero 2101.

67 THEODORA. Huic Damaſcius Damaſcenus Syrus librum ſuum de Iſidori Philoſophi Vita nuncupavit. Photius in Bibliotheca: γράφειν τὸν Ἰσιδώρου Βίον προθέμενος, Θεοδώρᾳ τινὶ τὸ σύνταγμα προσπεφώνηκεν, Ἑλληνα μὲν καὶ αὐτῇ θρησκείαν τιμῶσῃ, μαθημάτων δὲ τῶν τε κατὰ Φιλοσοφίαν, καὶ ὅσα περὶ Ποιητάς τε καὶ Γραμματικὴν στρέφεται ἐμπειρίαν, οὐκ ἀπείρως ἐχούσῃ· ἀλλά γε καὶ πρὸς Γεωμετρικὴν τε καὶ Ἀριθμητικὴν ἀνηγμένῃ θεωρίαν· αὐτοῦ τε Ἰσιδώρου καὶ Δαμασκίου τὴν διδασκαλίαν αὐτῇ τε καὶ ταῖς νεωτέραις ἀδελφαῖς κατὰ διαφόρους χρόνους πεποιημένων· αὕτη θυγάτηρ ἐγεγόνει Κυρίνας καὶ Διογένους τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Φλαβιανοῦ, ὃς εἵλκε τὸ γένος ἀπὸ Ζαμψιγεράμου τε καὶ Μονίμου, εἰς οὓς ἀνάγεται καὶ Ἰάμβλιχος, ἄνδρας τὰ πρῶτα τῆς εἰδωλολατρούσης ἀσεβείας ἀπενεγκαμένους. Id eſt: *Iſidorus autem Vitam ſcribere inſtituens, Theodoræ cuidam feminæ opus inſcribit, Ethnicorum æquè cultum ſectanti, & Philoſophicæ doctrinæ, omniumque, ſive ad Poëticam ſive ad Grammaticam facultatem ſpectantium, non imperitæ: immo & ad Geometricam atque Arithmeticam ſpeculationem evectæ: quam unà cum junioribus ſororibus Iſidorus ipſe atque Damaſcius variis docuerant temporibus. Filia hæc fuit Cyrinæ, atque Diogenis, Euſebii filii, Flaviani nepotis: qui genus duxit à Zampſigeramo, & Monimo, à quibus & Iamblichus originem repetit: viris, qui primas in Idololatrica ſuperſtitione tulerunt.*

68 Hæc Photius tmemate 181. Obiter hîc obſervamus, ex eadem Iſidori Vita protuliſſe & Photium Excerpta tmemate 242. Similiter duobus locis, hoc eſt, tmemate 185. & 211. Dionyſii Ægei retulit Dictyaca. Qua de re cùm olim Henricum Valeſium, virum undecumque doctiſſimum, conſuluiſſem, reſpondit, exiſtimare ſe Photiana illa Excerpta, quæ hodie in Bibliotheca Photii leguntur, non unius eſſe Scriptoris.

Damaſcium Damaſcenum Philoſophum, Stoïcum facit Suidas: ſed cùm ſit aliis Peripateticus, teſte Jonſio, Hiſtoriæ Philoſophicæ diligentiſſimo & doctiſſimo Scriptore, Theodoram noſtram, diſcipulam ſuam, inter Philoſophas Peripateticas referendam exiſtimavimus.

Quod ait Photius, Theodoram hanc noſtram Grammaticen coluiſſe, admonet me ut hîc Lectores moneam, mulieres quoque Grammaticen coluiſſe. Heſtiæa Grammatica citatur à Pſeudodidymo ad Iliados librum tertium.

EPICUREÆ.

THEMISTO, ſive THEMISTE: Lampſacena; Leontei Lampſaceni uxor: filia Zoïli Lampſaceni. Clemens Stromateon quarto. Ex ea, filium habuit, nomine *Epicurum*: quod nos docuit Laërtius. Leonteus autem ille, *Leontius* non rectè dicitur Gaſſendo noſtro τῷ μακαρίτῃ, τῷ πάνυ, libro 1. de vita & moribus Epicuri, cap. 8. Alius autem eſt Zoïlus ille Lampſacenus ab Homeromaſtige: nam iſte Amphipolitanus fuit. Epicuri amicam fuiſſe Themiſten diſcimus ex Laërtio in Epicuro: qui & ibidem duarum Epiſtolarum meminit quas ad eam ſcripſit Epicurus. In quarum una, ſic eam compellat: *Atque ego is ſum, qui niſi ad me proficiſcaris, ipſe ad te, vel volutatus, impelli poſſim. Licet ſis Themiſtâ ſapientior*, dixit Tullius contra Piſonem: qua de re videndus Gaſſendus libro VII. de vita & moribus Epicuri, capite 5. Ea eſt Themiſte, quam Lactantius libro 3. Inſtitutionum capite 25. ſolam ex mulieribus philoſophatam eſſe ait: quod ipſum de Theano Pythagorica ſcripſit Didymus: qua de re nos infrà in Pythagoricis. 69

LEONTIUM, ſive, hypocoriſticâ formâ, LEONTARIUM, Athenienſis meretrix: & ipſa Epicuri amica. Epicuri ad eam epiſtolæ meminit & Laërtius in Epicuro. In qua ſic eam compellat: *Dii immortales, Leontiola, quanto nos cum clamore, plauſuque, epiſtolam tuam legimus!* Fuit & Metrodori Athenienſis, qui ex illuſtribus fuit Epicuri diſcipulis, amica. Auctor Laërtius. Hermeſianactis Colophonii, Poëtæ Elegiaci, amicam quoque fuiſſe Leontium docet nos Athenæus libro XIII. qui & in ejus gratiam Elegorum plures libros ſcripſiſſe Hermeſianactem teſtificatur: ex quorum tertio, ſex ſupra centum verſus profert. Inde ætatem Hermeſianactis diſcere eſt, quem inter Poëtas incertæ ætatis recenſuit Gerardus Johannes Voſſius, in libello de Poëtis Græcis. Eſt autem Hermeſianax ille, idem qui de patria Colophone egregium Carmen condidit, Pauſaniæ memoratum. Leontium, cogitantem, à Theodoro depictam fuiſſe, ſcripſit Plinius libro XXXV. capite XI. quod ipſum argumento eſt, Philoſophicis eam meditationibus fuiſſe deditam. 70

Scripſit adverſùs Theophraſtum. Qua de re ſic Tullius libro 1. de Natura Deorum: *Iſtiſne fidentes ſomniis non modò Epicurus, & Metrodorus, & Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, ſed meretricula etiam Leontium contra Theophraſtum ſcribere auſa eſt? ſcito quidem illa ſermone, & Attico: ſed tamen.* Et Plinius in Præfatione. *Ceu verò neſciam, adversùs Theophraſtum, hominem in eloquentia tan-* 71

tum ut nomen divinum inde invenerit, ſcripſiſſe etiam fœminam, & proverbium inde natum, Suſpendio arborem eligendi.

Filiam habuit Danaen; & ipſam meretricem celebrem; Sophronis, Epheſo Præfecti, amaſiam. Athenæus dicto libro: Δανάην δὲ τὴν Λεοντίου τῆς Ἐπικουρείου θυγατέρα, ἑταιριζομένην καὶ αὐτὴν, Σώφρων εἶχεν ὁ ἐπὶ τῆς Ἐφέσου. Et quæ ſequuntur: quæ vide.

72 THEOPHILA: de qua ſic Martialis libro VII. epigrammate ad Canium,

Hæc eſt illa tibi promiſſa Theophila, CANI,
Cujus Cecropia pectora dote madent.
Hanc ſibi jure petat magni ſenis Atticus hortus:
Nec minùs eſſe ſuam Stoica turba velit.
Vivet opus quodcumque per has emiſeris aures:
Tam non fœmineum, nec populare ſapit.
Non tua Pantænis nimium ſe præferat illi,
Quamvis Pierio ſit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudabit amatrix:
Caſtior hæc, & non doctior illa fuit.

Epicurum philoſophatum in horto, nemo eſt qui neſciat.

STOICÆ.

73 Mulierem profeſſione Stoïcam in Veterum libris nullam inveni. Sed cùm Apollonius Stoïcus, teſte Photio in Bibliotheca, librum ſcripſerit de Mulieribus quæ philoſophatæ ſunt, veroſimile eſt, ac verum arbitror, has inter, profeſſione Stoïcam non unam exſtitiſſe: quamvis ἀπάθειαν, quam profitebantur Stoïci, rarum ſit in mulieribus inveniri. *Aut amat, aut odit mulier: nil eſt tertium*, inquiebat Publius Syrus. Apollonius autem ille Stoïcus non alius mihi videtur eſſe ab Apollonio Chalcidonio, ſive potiùs Chalcideno, aut Chalcidico, Philoſopho Stoïco, Marci Aurelii Imperatoris præceptore, de quo Euſebius in Chronico, & Capitolinus in Marco, & Marcus ipſe in primo de his quæ ad ſeipſum. Ita enim vertendum τῶν εἰς ἑαυτὸν: non, ut vulgò vertunt, *de Vita ſua*: quamquam Suidas ſic eos Marci libros appellat, cùm Marcum τοῦ ἰδίου βίου διαγωγὴν libris XII.

74 ſcripſiſſe ait. Meminit ejuſdem Apollonii & Capitolinus in Antonio Pio. Verba ejus, ut ea illuſtrem, proferre non gravabor. *Quum Apollonium, quem Chalcide acciverat, ad Tiberianam domum in qua habitabat, vocaſſet, ut ei Marcum Antoninum traderet, atque ille dixiſſet*, Non magiſter ad diſcipulum debet venire, ſed diſcipulus ad magiſtrum, *riſit eum, dicens*, Facilius fuit Apollonio à Chalcide Romam venire, quàm à domo ſua ad Palatium. Similiter Malecus ab Haroun Rachido, Califa, rogatus, ut domum ipſius veniret, ut ejus filios diſciplinis inſtrueret, reſpondiſſe fertur, *Scientia aditur, non adit.* Cui Rachidus, *rectè quidem reſpondes*: juſſitque filios ſuos in templum venire, ut unà cum cæteris Rachidum audirent. Rem narrat Eduardus Poccocquius, in Specimine Hiſtoriæ Arabicæ.

PORCIA: Catonis filia, uxor Bruti. Eam 75
Plutarchus in Bruto τὴν Φιλόσοφον vocat. Notior eſt ejus hiſtoria, quàm ut hîc narrari debeat.

ARRIAM, Cæcinæ Pæti uxorem; & ARRIAM, ejus filiam, Thraſeæ uxorem; & FANNIAM, Thraſeæ filiam, uxorem Helvidii, re Philoſophas Stoïcas fuiſſe, quamvis non profeſſione, conſtans opinio eſt. Earum hiſtoriæ notiores quoque ſunt, quàm ut hîc narrari debeant.

THEOPHILA: de qua ſuprà in Epicureis.

Mulieres Romanas Stoïcorum libros evolviſſe, patet ex his Flacci, in Ode Epodon octava,

Quid, quòd libelli Stoïci inter ſericos
Jacere pulvillos amant?

PYTHAGORICÆ.

Tot fuere mulieres Pythagoricæ, ut de iis 76
volumen ſcripſerit Philochorus Athenienſis Grammaticus; teſte Suida; qui eum librum Συναγωγὴν Ἡρωίδων γυναικῶν vocat in Φιλοχόρῳ. Vixit Philochorus ille temporibus Eratoſthenis: ut adoleſcens ſenem Eratoſthenem attingeret: hoc eſt, Ptolemæi Philopatoris temporibus. Mirum autem videri poſſit tot Pythagoricas Philoſophas exſtitiſſe, cùm ſilentium Pythagorici per quinquennium ſervarent, & plurima arcana haberent quæ vulgare eis fas non erat; ſint autem ut plurimùm mulieres loquaculæ, & quæ ſecretum cuſtodire vix poſſint. Pythagoram divinum quemdam hominem adeo eſſe credebant homines, ut ei uxores & filias erudiendas traderent. Teſtantur Laërtius & Porphyrius. Eas *Pythagoricas* vocatas, Hermippus ſcribit apud Laërtium. Apud eumdem citatur Cratinus ἐν Πυθαγορίζούσῃ: unde conjicere eſt feminas Pythagoricas traductas fuiſſe à Comicis.

Pythagoricarum nomina quæ reperire potuimus, hæc ſunt.

THEMISTOCLEA: Pythagoræ ſoror, ſi 77
fides Laërtio & Suidæ. Laërtii verba hæc ſunt in Vita Pythagoræ; φησὶ καὶ Ἀριστόξενος τὰ πλεῖστα τῶν ἠθικῶν δογμάτων λαβεῖν τὸν Πυθαγόραν παρὰ Θεμιστοκλείας τῆς ἀδελφῆς. *Ariſtoxenus autem pleraque Moralium Decretorum Pythagoram à Themiſtoclea ſorore accepiſſe tradit.* Quæ lectio, teſte Aldobrandino, vetuſtiſſimi codicis Farneſiani auctoritate confirmatur. His conſentanea habet Suidas in Πυθαγόρας: ſed *Theocleam* vocat ille quæ *Themiſtoclea* dicitur Laërtio. Τὰ δὲ δογματα

ἔλαβε παρὰ τῆς ἀδελφῆς Θεοκλείας. Tamen, verè ut dicam, malim apud Laërtium & Suidam legere cum Aldobrandino, παρὰ τῆς ἐν Δελφοῖς: hoc eſt, *abea, quæ apud Delphos ſacerdos erat Apollinis*: quemadmodum poſteà legitur in eadem Pythagoræ Vita Laërtiana. ὁ δ' αὐτός φησιν, (ſermo eſt de Ariſtoxeno, de quo ſuprà mentionem fecerat) ὡς προείρηται, (notandum illud προείρηται) καὶ τὰ δόγματα λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τῆς ἐν Δελφοῖς Θεμιστοκλείας: quamquam ibi Caſaubonus in Notis, & Scaliger ad oram codicis, ex loco
78 priùs allato repoſuerint τῆς ἀδελφῆς. Sed, ut dixi, magis placet τῆς ἐν Δελφοῖς: tum quòd ſoliti eſſent antiqui Legiſlatores fingere ſe à Diis leges ſuas accepiſſe: ita Lycurgus Apollinem, Romulus Conſum, Numa Ægeriam Nympham conſulebant: tum quia Apollinem ad Pythagoram frequenter accedere dicebant homines, teſte Suida. Credibilius igitur fuerit Pythagoram decreta ſua ad Apollinis Sacerdotem numine plenam, quàm ad ſororem ſuam, quod auctoritatem nullam feciſſet, retuliſſe. Deinde, ſi tam doctam atque eruditam ſororem habuiſſet Pythagoras, ut ad eam Pythagoræ dogmata referri potuiſſent, nemo illius nominatim non meminiſſet. At illius nominatim præter Laërtium, ejuſque exſcriptorem Suidam, meminit nemo: non Porphyrius, non Iamblichus, non Anonymus, qui omnes Pythagoræ Vitam conſcripſerunt. Sed, quod emendationem Aldobrandinianam omnino confirmat, ſcripſit Porphyrius in Vita Pythagoræ, docuiſſe Pythagoram quæ Delphis ab Ariſtoclea ſe audiviſſe dicebat. ὅσα παρ' Ἀριστοκλείας τῆς ἐν Δελφοῖς ἔλεγεν ἀκηκοέναι. Notabit obiter Lector varietatem lectionum. *Ariſtocleam* vocat Porphyrius, quæ *Themiſtoclea* Laërtio & *Theoclea* dicitur Suidæ.

THEANO. Pythagoricarum celeberrima di-
79 citur Porphyrio: qui eam Pythonactis filiam, & genere Creſſam, facit. Sed eam Brotini, ſive potiùs Brontini, Crotoniatæ, filiam faciunt Laërtius & Suidas. Etiam Didymus in libro de Philoſophia Pythagorica, apud Clementem Alexandrinum, Crotoniatidem appellat. Addit Laërtius, uxorem fuiſſe Pythagoræ, ſed quoſdam eam uxorem Brontini, & Pythagoræ diſcipulam facere. Porphyrius quoque Pythagoræ uxorem fuiſſe ait. At incertus de vita Pythagoræ apud Photium, Pythagoræ filiam vocat & diſcipulam. Accedit Hermeſianax Colophonius, Poëta Elegiacus de quo ſuprà in Leontio, ſententiæ eorum qui Theano Pythagoræ uxorem faciunt. Nam in tertio Elegorum quos in gratiam Leontii, Atticæ meretricis, amaſiæ ſuæ, ſcripſit, enumerans eos qui vehementiùs amarunt, Pythagoram dicit Theanus inſano amore flagraſſe. Ver- 80
ba ejus ſunt apud Athenæum libro XIII.

Οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανοῦς
Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης
Εὑράμενον, καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθὴρ,
Βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀποτασσάμενον.

Hac quidem inſaniâ obſtrinxit Theano Pythagoram, qui circumvolutos & implexos Geometricarum linearum amfractus adinvenit: & quantùm orbem æther circumcat: eaque omnia in exiguo digeſſit globo.

Ex Pythagora filios duos ſuſcepit; Telaugem, & Damona; &, ut quidam aiunt, Mneſarchum: & filias duas, Myiam, & Arignoten; inquit Suidas. Etiam Malchus, ſive Porphyrius, duos Pythagoræ nominat filios, Arimneſtum & Telaugem: & totidem filias, Myiam, & Arignoten. Sed & Damo filia fuit Pythagoræ, ut infrà oſtendetur.

Fuit Telauges magiſter Empedoclis: auctor 81
Suidas. Citatur à Laërtio in Epiſtola ad Philolaum: de qua videndus ipſe Laërtius in Empedocle. Scripſit, eodem Suida teſte, de Quaternione libros quatuor. Quid ſit Quaternio ille, diſces ex Gothofredi Wendelini Diſſertatione de Pythagorica Tetracty. Telaugis meminit & Marcus Aurelius Antoninus Imperator lib. VII. ex emendatione noſtra, & auctor libelli περὶ ἑρμηνείας; qui falſò Demetrio Phalereo tribuitur. Dialogum cui titulus Τηλαυγὴς ſcripſiſſe Æſchinem Socraticum, diſcimus ex Laërtio in Æſchine Socratico, & Athenæo lib. V. Vide nos quæſo ad Laërtium dicto loco.

Ad Theano ut redeam, ea eſt quæ interrogata, mulier à viro intra quod tempus pura eſſet, reſpondiſſe fertur, à proprio viro ſtatim, ab alieno numquam. Præter Plutarchum in Nuptialibus Præceptis & Clementem in quarto Stromateon, teſtantur Laërtius & Suidas. Addunt Laërtius & Suidas, Theano uxores ad viros ſuos profecturas, unà cum veſtibus pudorem ut deponerent, hortatam. Quod di- 82
ctum damnat Plutarchus, in aureolo illo Præceptorum Conjugialium libello, ubi illud Herodoto tribuit. *Non rectè*, inquit, *ab Herodoto dictum eſt, ſimul cum tunica mulierem verecundiam exuere: quæ enim caſta eſt, poſita veſte, verecundiam ejus loco induit.* Locus Herodoti eſt initio libri primi. Verba ejus ſunt: ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ, συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδὼ γυνή. Hoc dictum, ut id obiter moneam, Pythagoræ nurui tribuit Michaël Montanus libro I. Conatuum capite 20. memoriæ lapſu videlicet.

Dicente quodam qui eam curioſiùs aſpexerat, dum ſe tunicâ amiciens, cubitum fortè exeruiſſet, *Pulcher cubitus*; reſpondit, *At non publicus.* Rem narrant, Plutarchus in Præ-

ceptis Conjugialibus, Clemens Alexandrinus in quarto Stromateon, & Anna Comnena in duodecimo Alexiados. Addit Plutarchus, pudicæ mulieris, non cubitum ſolum, ſed ne ſermonem quidem publicam rem eſſe debere.

83 Eadem, interrogata quodnam matronæ officium eſſet, reſpondit, Viro ſuo placere. Rem narrat Plutarchus, loco laudato. Quod mihi in mentem revocat hoc Dionis in Oeconomico dictum, Pietatem mulieris, ejus eſſe erga maritum amorem.

Multa ſcripſit. Libri ejus περὶ ὁσιότητος fragmentum adducit Stobæus: ex quo, non ex numeris, ut volunt Græcorum plerique, ſed ſecundum numeros, cuncta oriri, Pythagoram exiſtimaſſe diſcimus. Poëmata ſcripſiſſe, ait Clemens Alexandrinus: poëma, ſcriptum verſibus heroïcis, reliquiſſe teſtatur Suidas. Ejus ad Timaretam Epiſtolam citat Pollux libro x. capite 3. Exſtant ſub ejus nomine apud Henricum Stephanum, in editione Laërtii, aliquot Epiſtolæ, hoc titulo, Θεανοῦς Ἐπιστολαὶ, ἥτις Πυθαγορείου σοφίας θυγάτηρ προσηγορεύεται. *Theanus, quæ Sapientiæ Pythagoricæ filia nuncupatur,*
84 *Epiſtolæ.* Quatuor ab illis diverſas, ex Codice Vaticano, publici juris fecit Lucas Holſtenius in Notis ad Vitam Pythagoræ ſcriptore incerto ſcriptam: quas inter, exſtat una ad Timæonidem, in qua ſic eum compellat: διὰ τί ἡμᾶς διαβάλλεις ἀεί; ἢ οὖν οἶσθα ὅτι ἐπὶ πάντων ἐπαινοῦμέν σε, εἰ καὶ σὺ τοὐναντίον ποιεῖς; ἀλλὰ γίνωσκε πάλιν, ὅτι κἂν ἡμεῖς ἐπαινῶμεν, οὐδεὶς ἐστιν ὁ πιστεύων· κἂν σὺ διαβάλλεις, οὐδείς ἐστιν ὁ ἀκούων. *Quid me perpetuo calumniaris? an neſcis nos ubique te laudare, etiamſi tu contrà facias? Sed & hoc ſcias: licèt nos te laudemus, nemo tamen nobis credit. Et licèt tu nos calumnieris, nemo tamen tibi aurem præbet.* Similia habet Libanius in epiſtola ad Ariſtænetum. Σὺ μὲν, ἡμᾶς εἶπας κακῶς· ἡμεῖς δέ σε καλῶς· ἀλλ' οὔτε σοί τις, οὔτ' ἐμοὶ πείσεται. *Tu quidem maledicis nobis: ego verò te laudo. At nullus tibi, nullus mihi fidem adhibet.* Non igitur acumen hujus epigrammatii,

Μὴ ψ ἐμὲ λοιδορέεις, μὴ ψ, Ζώϊλε, καί σε ἐπαινῶ·
Οὐ γὰρ ἐμοῖς, οὐ σοῖς, πίστις ἔνεστι λόγοις,

Bucanano ſurripui, ut volunt quidam, ſed à Theano & Libanio accepi.

85 Defuncto Pythagora, marito ſuo, Pythagoricam Scholam ſuſcepit regendam, cum filiis Telauge & Mneſarcho. Auctor Theodoritus in ſecundo Θεραπευτικῶν.

Scripſit Didymus in libro de Philoſophia Pythagorica, teſte Clemente Alexandrino, ex mulieribus ſolam Theano philoſophatam fuiſſe, & ſcripſiſſe poëmata: utrumque falsò.

Meminit ejus honorificè Plutarchus in Præceptis Conjugialibus ad Eurydicen; verbis, quæ ſic Latinè ſonant: *Nam divitis alicujus mulieris uniones, aut alicujus peregrinæ ſericas veſtes adipiſci, iiſque te ornare non poſſis, niſi magnâ emas pecuniâ: ſed Theanus ornamenta & Cleobulinæ, & Gorgûs quæ Leonidæ fuit uxor, & Timocleæ quæ Theagenis ſoror, & Claudiæ illius priſcæ, & Corneliæ Scipionis ſororis, aliarumque illuſtris famæ mulierum, gratis licet tibi ſumere, iiſque te decorare, vitamque vivere glorioſam atque félicem.*

Vide infrà in Timycha, & ſuprà in Eudocia, uxore Conſtantini Palæologi Deſpotæ.

Τὸ μεγαλόνουν, hoc eſt, animi magnitudinem, notat in ea Lucianus in Imaginibus.

MYIA: Pythagoræ ex Theano filia. Cle- 86
mens lib. 4. Stromateon., Laërtius, Porphyrius, Suidas, in Pythagora. Uxor Milonis Crotoniatæ dicitur Iamblicho, in Vita Pythagoræ extrema. Inde corrigendus videtur Iamblichus ipſe libro 2. capite 30. ejuſdem Vitæ, ubi filiam quamdam Pythagoræ Menoni Crotoniatæ nupſiſſe ait. Milo autem iſte Crotoniates non alius eſt à Milone illo in cujus domo Pythagoras ambuſtus eſt. Nam quòd *Mylon* dicitur Laërtio in editis Laërtianis, error eſt ſcriptoris librarii. Μίλωνος habet Codex Regius. Et ita Caſaubonus ad Laërtium emendabat, & Rittershuſius ad Porphyrium. De qua emendatione dubitare nos non ſinit locus ille Porphyrii, de Vita Pythagoræ. ἐταίρων τοῦ Πυθαγόρου συνηγμένων ὑπὸ τῇ Μίλωνος οἰκίᾳ τοῦ ἀθλητοῦ. Et eam firmat omnino Strabo libro VI.
καὶ Μίλων ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονὼς, 87
ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου. *Et Milo athletarum celeberrimus, Pythagoræ diſcipulus.* Sed cùm Pythagorici ab animatis abſtinerent, quî Pythagoricus eſſe potuit athleta ille illuſtris, qui taurum totum uno die comediſſe fertur? Reſpondeat Gellius: cujus hæc ſunt verba libro IV. capite XI. *Opinio vetus falſa occupavit, & convaluit, Pythagoram Philoſophum non eſitaviſſe ex animalibus.*

Ad hanc Pythagoræ filiam referendum puto quod ait Porphyrius in Vita Pythagoræ, Timæum auctorem eſſe, Pythagoræ filiam, virginem adhuc, virginei, mulierem verò, muliebris chori agmen duxiſſe. Quibus conſona habet Iamblichus libro 1. de Vita Pythagoræ capite 30. & Sanctus Hieronymus libro 1. adverſus Jovinianum. Addit Timæus, Crotoniatas domum puellæ in Cereris ædem convertiſſe, atque ejus angiportum *Muſæum* appellaſſe.

Lucianus in Muſcæ encomio, poſtquam 88
Myiam, Poëtriam formoſam & doctam; (quod de Theſpiaca, non de Spartana accipiendum) & Myiam, meretricem Athenienſem celeberrimam, commemoravit, addit ſe

ſe multa quoque de Myia Pythagoricâ habere dicenda, niſi nota eſſet omnibus hiſtoria. Hodie hæc hiſtoria ignoratur. Nollem eam publicare Lucianum ſuperſediſſe. Accidit Tacito idem quod Luciano. *Noviſſimo quoque momento, ſuppeditante eloquentia, advocatis ſcriptoribus pleraque tradidit, quæ in vulgus edita ejus verbis, invertere ſuperſedeo*, inquit ille de Seneca. Hæc Senecæ noviſſima verba perierunt, magno Philoſophiæ damno.

Exſtat In Monumentis Pythagoricis, ab Henrico Stephano editis, necnon in Epiſtolis Græcanicis, quarum Latina interpretatio Jacobo Cujacio falsò tribuitur, ſub nomine Myias Pythagoricæ, Epiſtola ad quamdam Phyllida de optima nutrice eligenda.

89 ARIGNOTE: Samia: & ipſa Pythagoræ ex Theano filia: eadem & Pythagoræ diſcipula. Multa ſcripſit. Scripſit, inquit Suidas, Bacchica, ſive de Cereris myſteriis Epigrammata, ſive ἱερὸν λόγον; & Bacchi Initia; alia Philoſophica. περὶ τοῦ Διονύσου ſcripſiſſe, teſtatur & Clemens Alexandrinus. At Bacchica quæ eadem cum Cereris Myſteriis facit Suidas, ab iis diverſa fuiſſe videntur. Scripta ejus Pythagorica ſua ætate ſuperfuiſſe, teſtatur Porphyrius in Vita Pythagoræ. Samius fuit Pythagoras, ne quis miretur Arignoten, ejus filiam, Samiam fuiſſe. Etiam Suidas Telaugem, Pythagoræ filium, Samium facit.

90 DAMO. Filia & ipſa Pythagoræ, teſte Porphyrio in Vita Pythagoræ. Quod ipſum teſtificatur & Lyſis Pythagoricus in Epiſtola ad Hipparchum, ſeu Hippaſum: ſic enim Pythagoricus ille Philoſophus Hipparchum, ſeu Hippaſum, in illa Epiſtola compellat: *Multi te publicè philoſophari aiunt: quod Pythagoras vetuit: qui cùm apud filiam Damo ſua Commentaria depoſuiſſet, nemini extraneorum tradere juſſit. Et cùm ea grandi pecunia vendere poſſet Damo, vendere recuſavit: paupertatem enim & patris præcepta auro potiora exiſtimabat.* Hæc Lyſidis cùm Græcè protuliſſet Laërtius in Vita Pythagoræ, adjecit, tanquam verba Lyſidis, καὶ ταῦτα γυνά: quæ non eſſe Lyſidis, ipſa Lyſidis Epiſtola, in qua non compa-
91 rent, demonſtrat. Exſtat enim ea integra apud Beſſarionem contra Trapezuntium, nec non in Monumentis antiquis Pythagoricis ab Henrico Stephano ad calcem Laërtii editis. Fuit Lyſis ille Pythagoricus diſcipulorum Pythagoræ celeberrimus, & Epiminondæ, cujus, teſte Plutarcho, magiſter fuit, acceptiſſimus. In eum Aurea Pythagoræ Carmina circumferuntur: ut inde intelligas quàm pretioſum antiquitatis monumentum ſit hæc ejus Epiſtola. Sed non minùs pretioſa ſunt reliqua monumenta collectionis Stephanicæ: ut meritò illa non frequentari miretur & ſimul indignetur Gerardus Johannes Voſſius in libro de Philoſophorum Sectis.

Pænè præterii quod minimè oportuit, miſiſſe Damo, cùm eſſet in extremis, filiæ ſuæ 92
Biſtaliæ Pythagoræ Epiſtolam illam quâ extraneorum nemini ſua Commentaria tradenda vetabat Pythagoras. φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμὼ θνασκοῦσα, Βισταλίᾳ τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτᾶν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν. Verba ſunt Lyſidis: in quibus vulgò malè θνάσκουσι. Hanc Pythagoræ prohibitionem reſpexit S. Hieronymus, in Apologia ultima ad Rufinum, his verbis: *Igitur, etiamſi docere non poſſem ipſius Pythagoræ exſtare monumenta, nec à filio ejus ac filia, aliiſque diſcipulis, prolata convincerem.*

SARA. Et eam Anonymus in Vita Pythago- 93
ræ, Pythagoræ filiam fuiſſe ait.

TIMYCHA: Lacedæmonia: Mylliæ Crotoniatæ uxor. Iamblichus libro de vita Pythagoræ extremo, mulieres Philoſophas Pythagoricas illuſtriores quindecim recenſet: quas inter Timycha, Mylliæ Crotoniatæ uxor, primo loco numeratur. Πυθαγορεῖδες δὲ γυναῖκες αἱ ἐπιφανέστατοι: Τιμύχα, γυνὴ Μυλλίου τοῦ Κροτωνιάτου. Verba ſunt Iamblichi: in quibus legendum, Τιμύχα, γυνὴ Μυλλίᾳ τοῦ Κροτωνιάτου. Porphyrius in Pythagora, ubi de hiſtoria Phintiæ & Damonis, celeberrimæ illius amicorum bigæ: Ἱππόβοτος δὲ καὶ Νεάνθης περὶ Μυλλίου καὶ Τιμύχας ἱστοροῦσι. Hæc de Myllia, ejuſque uxore Timycha, hiſtoria in Porphyrio deſideratur: eſt enim codex ea in parte mutilus: ſed ita ex Iamblicho, capite primo de Vita Pythagoræ, ſuppleri poteſt: *Cùm par conjugum iſtud Pythagoricum captum eſſet, atque ad* 94
Dionyſium Tyrannum adductum, omnia ille ſumma ultro illis detulit: ut etiam illos in ſocietatem regni cooptare polliceretur. Sed ipſis magnificas iſtas pollicitationes Tyranni abnuentibus, rogavit is primò virum, deinde mulierem, quid tandem cauſæ fuiſſet cur Pythagorei maluiſſent mortem oppetere quàm fabas conculcare: quod ſtatim ubi ex ipſis reſciiſſet, honeſtiſſimam eis dimiſſionem; ſiquidem apud ſe manere nollent; repromittens. Ibi tum nihil cunctatus Myllias, Illi, inquit, ne fabas conculcarent, mori præoptârunt: at ego, ne tibi cauſam aperire cogar, fabas conculcare malim. Remoto viro, aggreſſus Tyrannus Timycham, ſe ab ea, & propter ſexûs infirmitatem, & quòd uterum eo ipſo tempore geſtaret, & quòd ei ſe tormenta adhibiturum comminaretur, facilius quicquid ſcire avebat, expreſſurum confidebat. Verùm longè eum ſua ſpes fefellit. Timycha enim, ſtupendæ pertinaciæ exemplo, linguam dentibus ſibi præmorſam in os Tyranno exſpuit, ne, quæ pre-

menda erant ſilentio, vi tormentorum ipſa ſuperata, fortè detegeret.

95 Hanc hiſtoriam reſpexit Sanctus Ambroſius libro 2. de virginitate capite 4. his verbis: *Pythagorea quædam una ex virginibus celebratur fabulâ, cùm à Tyranno cogeretur ſecretum prodere, ne quid in ſe ad extorquendam confeſſionem vel tormentis liceret, morſu linguam abſcidiſſe, atque in Tyranni faciem deſpuiſſe: ut qui interrogandi finem non faciebat, non haberet quam interrogaret. Eadem tamen forti animo, ſed tumenti utero, exemplum taciturnitatis & proluvium caſtitatis victa eſt cupiditatibus, quæ tormentis vinci nequivit. Igitur quæ mentis potuit tegere ſecretum, corporis non texit opprobrium.* At cùm Pythagorea illa juſto matrimonio juncta eſſet viro, cur ei opprobrium Ambroſius objiceret, cauſæ nil erat. Quare veroſimile eſt virum ſanctiſſimum hanc hiſtoriam ab aliquo Scriptore habuiſſe, qui eam aliter ac Porphyrius & Iamblichus narraverit.

96 Obiter hîc obſervamus, ſimile quid tribui Leænæ meretriculæ Athenienſi à Tertulliano. *Itaque*, inquit ille Sermone ad Martyres, *ceſſit carnifici meretrix Athenienſis! quæ conſcia conjurationis, cùm propterea torqueretur à Tyranno, & non prodidit conjuratos, & noviſſimè linguam ſuam comeſtam in faciem Tyranni exſpuit: ut nihil agere ſe ſcirent tormenta, etſi ultra perſeveraret.* Sed qui Leænæ conſtantiam commemorant cæteri Scriptores, Plinius, Plutarchus, Pauſanias, Athenæus, de abſciſſa dentibus lingua verba non faciunt. Id Anaxarcho tribuunt Valerius Maximus, Plinius, Laërtius, Philo Judæus; & Theodoro Syracuſano Livius; & Juveni cuidam, ſed alia de cauſa, Sanctus Hieronymus in Vita Sancti Pauli, primi Eremitæ. 97 *Alium*, inquit, *juvenili ætate florentem, in amœniſſimos hortulos præcepit adduci: ibique inter lilia candentia, & rubentes roſas, cum leni juxtà murmure aquarum ſerperet rivus, & molli ſibilo arborum folia ventus præſtringeret, ſuper exſtructum plumis lectum reſupinari juſſit, & ne ſe inde poſſet excutere, blandis ſerico nexibus irretitum relinqui. Quò cùm, recedentibus cunctis, meretrix ſpecioſa veniſſet, cœpit delicatis ſtringere colla complexibus, & quod dictu quoque ſcelus eſt, manibus attrectare..... ut corpore in libidinem concitato, ſe victrix impudica ſuperjaceret. Quid ageret miles Chriſti, & quò ſe verteret, neſciebat. Quem tormenta non vicerant, ſuperabat voluptas. Tandem cælitus inſpiratus, præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit, ac ſic, libidinis ſenſum ſuccedens doloris magnitudo ſuperavit.*

98 Obſervamus & Timychæ dictam hiſtoriam tribui Theano Pythagoricæ in Codice quodam Regiæ Bibliothecæ ſignato 3280. folio 14. Auctoris verba, quæ mecum communicavit vir plenus officii Carolus Ducangius, quia necdum editus eſt codex ille, infrà ponam. Θεανὼ, ἡ Πυθαγορείαν, ὑπὸ Τυράννου συσχεθεῖσα ἐπὶ τῷ εἰπεῖν τὰ τῆς πατρίδος ἀπόῤῥητα, τὴν ἑαυτῆς γλῶτταν ἀποδάκνουσα, ἀπέτεμε, καὶ ἐνέπτυσε τῷ Τυράννῳ, μὴ θελήσασα ἐξειπεῖν, ἀναγκαζομένη δέ. καὶ οὕτως, ἀφαιρεθέντος τοῦ ὀργάνου, ἡ φωνὴ ἐκεκώλυτο. ὅθεν καὶ τὸ βίαιον αὐτῇ τῆς ἐπιθυμίας προκατειργάσθη, μήπου τι τῶν τῆς πατρίδος καὶ ἄκουσα βιασθῇ προδοῦναι. Id eſt: *Theano, Pythagorea, à Tyranno conſtricta in vinculis, ut ei Patriæ ſecreta revelaret, morſu linguam abſcidit, eamque in Tyrannum exſpuit: nolens quidem fateri, ſed coacta: Sicque, vocis organo ſublato, voce impedita, arcana patriæ non poſſet prodere.*

PHILTATIS: Theophridis Crotoniatæ 99 filia, Bynthaïci ſoror. Iamblichus. Theophris iſte, iſte Bynthaïcus, non mihi aliunde noti.

Ut Φιλτατὶς nomen eſt mulieris, Φιλτάτιος nomen eſt viri. Narrat apud Photium Olympiodorus, Philoſophus Alexandrinus, Philtatium, virum doctum, ſodalem ſuum, libros conglutinandi artem Athenis inveniſſe.

OCCELLO: Lucana. Iamblichus. Filia, ut 100 videtur, Ocelli Lucani, Pythagoræ diſcipuli, cujus exſtat liber περὶ τοῦ παντὸς φύσεως: *de univerſi natura.* Nec obſtat quòd Ὤκελλος Scriptor ille dicatur in Editione Commeliniana, & in Bononienſi, & apud Philonem in libro de Mundo, & Οἴκελος variis in Lectionibus dictæ Editionis Commelinianæ, & in pleriſque Editionibus Diogenis Laërtii capite de Archyta, & apud Lucianum de Lapſu inter ſalutandum. Nam & Οἴκελος rectum eſſe, patet ex his Stobæi libro primo Eclogæ Phyſicæ, capite 18. Οἴκελλος ἔφησεν εἶναι αἴτιον, διὸ ὁ γίνεταί τι, λέγει γὰρ ἐν τῷ Περὶ νόμου, &c. Item, ex hoc Iamblichi loco in Vita Pythagoræ, Λευκανοὶ, Οἴκελλος καὶ Ὄκυλος, ἀδελφοὶ, &c. Pythagoricos ibi Iamblichus enumerat, genere Lucanos. Item, 101 ex Laërtiana Aldobrandini editione, ubi Ὀκέλλῳ legitur in Epiſtola Archytæ ad Platonem. καὶ ἀνήλθομεν ὡς Λευκανὸς, καὶ ἐντυχόμεν τοῖς Οἰκέλλῳ ἐκγόνοις: *Et ad Lucanos venimus, & cum Ocelli filiis congreſſi ſumus.* Quo in loco Manuſcriptus Regius habet Ὀκκέλῳ. Lectionem τοῦ Οἰκέλλῳ confirmat vox Latina *ocellus*, quæ ab ὄκελλος; ut *oculus* ab ὄκυλος: Ὄκελλος autem & Ὄκκελλος, idem. Heſychius: ὄκκον, ὀφθαλμόν: neque enim mendi ſuſpecta hæc lectio, quod Voſſio videbatur in Etymologico, voce *oculus*. Ab ὄκκος eſt Ὀκκέλλος, diminutivâ formâ: ut ab ὄκος, eſt Ὀκέλλος, & Ὄκυλος. Ocellos vocabant Romani, qui parvis eſſent oculis.

Cenſorinus, libro de Die Natali capite 3. hæc habet: *Sed prior illa ſententia quâ ſemper humanum genus fuiſſe creditur, habet Pythagoram Samium, & Cereium Lucanum, & Archytam Tarentinum.* Sed ibi legendum *Ocellum Lucanum*, ut viſum Paulo Manutio ad hunc locum, & Cantero Variarum Lectionum libro primo, capite decimoſeptimo.

102 ECCELO: Lucana. Iamblichus. Filia videtur fuiſſe Ecceli; ut Ocello Ocelli. Syrianus in Commentariis ad libr. XIII. Ariſtotelis μετὰ Φυσικὰ, Eccelli librum adducit de Natura Univerſi: quem librum non alium eſſe ab Ocelli libro ſuprà memorato, veroſimili conjectura exiſtimabat Nogarola in Epiſtola ad Adamum Fumanum Canonicum Veronenſem, ſuper Viris illuſtribus, genere Italis; qui Græcè ſcripſerunt. Potuit tamen Eccellus quidam Pythagoricus librum eodem quo Occellus titulo compoſuiſſe. Nam & Archytas Pythagoricus citatur à Simplicio, ad Prædicamenta Ariſtotelis ὐπὸ τὴν Περὶ τοῦ παντός: & Suidas Timæum Locrum, Philoſophum itidem Pythagoricum, de Natura ſcripſiſſe refert.

103 CHILONIS: Filia Chilonis Lacedæmonii. Iamblichus. Sed an Chilo ille Lacedæmonius accipiendus de Chilone Lacedæmonio, uno è Septem Sapientibus Græciæ? Ita ſanè videtur.

THEANO: Uxor Brontini Metapontii. Iamblichus. De ea diximus ſuprà. Qui Pythagoræ Sectam ſectarentur, Metapontii, ſive Metapontini; nam utrumque dici teſtatur Stephanus; plures fuere: Brontinus ille; Hippaſus, cujus Vitam ſcripſit Laërtius; & Metopus, cujus fragmentum protulit Stobæus Sermone primo.

MYIA: uxor Milonis Crotoniatæ. Iamblichus. Et de ea nos ſuprà.

104 LASTHENIA: Arcadiſſa. Iamblichus. Videtur eadem eſſe ac Laſthenia, Arcadiſſa, Platonica, de qua ſuprà in Platonicis. Nam Plato tam multa à Pythagora habuit, ut Pythagoricus dici poſſit. Heracliteorum, Pythagoricorum, & Socraticorum rationes commiſcuit, inquit de eo Laërtius in Platone. Sed & Ariſtoteles, libro 1. Metaphyſicorum capite 6. doctrinam Platonis vocat in pleriſque ſectantem Pythagoricos. Et tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariùm mercatum, ait Gellius: & unicum minis quadraginta Alexandrinis Laërtius. Et Philoſophiam contemplatricem ac naturalem eum à Pythagora in Italia didiciſſe ferunt, inquit Incertus de Vita Pythagoræ. Sed Pythagoram audiiſſe qui potuit Plato? Natus eſt Plato 88. Olympiade, ut eſt apud Laërtium: at Pythagoras, referente Euſebio in Chronico, moritur Olympiade 70.

ABROTELIA: Abrotelis Tarentini filia. 105
Iamblichus. Eam cum Laſthenia Arcadiſſa confundit Stanleius, Scriptor Anglicus, in Philoſophorum Sectis. Videtur itaque legiſſe apud Iamblichum, Ἀσθένεια Ἀρκαδίσσα, Ἀβροτέλους θυγάτηρ τοῦ Ταραντίνου.

ECHECRATIA: Phliaſia. Iamblichus. Filia fuit, ut mihi quidem videtur, Echecratis Phliaſii, Philoſophi Pythagorici; de quo hæc Laërtius: τελευταῖοι ἐγένοντο τῶν Πυθαγορικῶν οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς, ἀπὸ Θράκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης, καὶ Διοκλῆς, καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. *Ultimi Pythagoreorum exſtiterunt quos Ariſtoxenus vidit, Xenophilus Chalcidenſis, è Thracia, & Phanton Phliaſius, & Echocrates & Diocles, & Polymneſtus: ipſi quoque Phliaſii.*

TYRSENE: Sybaritis. Iamblichus. 106

BISORRONDE: Tarentina. Iamblichus.

NESTHEADUSA: Lacæna. Iamblichus. Et eam cum Biſorronde confundit Stanleius: quam Neſthiadis filiam facit.

BYO: Argiva. Iamblichus.

BABELYMA: Argiva. Iamblichus.

CLEÆCHMA: Autocharidæ Lacedæmonii ſoror. Iamblichus. Autocharidam illum, virum illuſtrem fuiſſe oportuit, quando Iamblichus notam ut faceret Cleæchmam, eam illius ſororem fuiſſe ait. Hodie ille ignoratur.

Hactenus Iamblichus. Cujus verba emendatiora multò quàm edita ſunt, cùm ex conjectura, tum ex Manuſcripto Regiæ Bibliothecæ, hic exhibemus.

Πυθαγορίδες δὲ γυναῖκες αἱ ἐπιφανέσταται 1, ΤΙ- 107
ΜΥΧΑ, γυνὴ Ἡμιλλίᾳ τοῦ Κροτωνιάτου. (Legendum, γυνὴ Μυλλίᾳ τοῦ Κροτωνιάτου, ſuprà docuimus.) 2 ΦΙΑΤΑΤΙΣ, θυγάτηρ Θεόφρου τοῦ Κροτωνιάτου, Συβαϊκοῦ ἀδελφή. 3 ΟΚΚΕΛΛΩ, καὶ 4 ΕΚΚΕΛΩ, τῶν Λευκανῶν. 5 ΧΕΙΛΩΝΙΣ, θυγάτηρ Χείλωνος τοῦ Λακεδαιμονίου. 6 ΘΕΑΝΩ, γυνὴ Μεταποντίου Βροντίνου. 7 ΜΥΙΑ, γυνὴ Μίλωνος τοῦ Κροτωνιάτου. 8 ΛΑΣΘΕΝΕΙΑ, Ἀρκαδίσσα. 9 ΑΒΡΟΤΕΛΕΙΑ, Ἀβροτέλους θυγάτηρ τοῦ Ταραντίνου. 10 ΕΧΕΚΡΑΤΕΙΑ, Φλιασία. 11 ΤΥΡΣΙΝΟΥΣ, Συβαρίτις. Legendum exiſtimamus, Τυρσηνὼ Συβαρίτις. 12 ΠΙΣΟΡΡΟΝΔΗ, Ταραντίς. 13 ΝΕΣΘΕΑΔΟΥΣΑ, Λάκαινα. 14 ΒΥΩ, Ἀργεία. 15 ΚΑΛΑΙΧΜΑ, ἀδελφὴ Αὐτοχαρίδα τοῦ Λάκωνος. αἱ πᾶσαι ιϛ

Legendum, αἱ πᾶσαι ιε nisi nomen decimæ excidiſſe dicas: que fuerit Babelyma Argiva.

Sunt autem è manu noſtra numeri illi adſcripti nominibus illis Pythagoricarum mulierum: 108
de quo legentes moneo, ne quis putet eos reperiri in Codice Regio.

PHINTYS. Callicratis filiam, & Pythagoræam eam.

eam fuiſſe, diſcimus ex Stobæi excerptis, Sermone 72. Scripſit περὶ γυναικὸς σωφροσύνης : *de Temperantia mulieris :* cujus libelli fragmentum non parvum profert Stobæus, ſive potiùs Stobenſis : ſic enim Latinè efferendum hoc nomen, docuit Henricus Valeſius. quod probatur Holſtenio ad Stephanum in Σπόβος.

PERICTIONE. Citatur non ſemel à Stobæo : à quo Pythagorica nuncupatur. Scripſit περὶ σοφίας : cujus libelli locos duos eximios, Doricè ſcriptos, profert Stobæus : quare libellus ejus περὶ γυναικὸς ἀρμονίης, cujus meminit idem, Doricè quoque efferendus eſt. Inter Philoſophos ex quibus apophthegmata ſumpſit Stobæus, Perictione à Photio in Bibliotheca recenſetur : quo loci, alia lectio; Πειξικτυονίης videlicet ; adnotatur : quæ lectio vitioſa eſt : neque enim πειξικτυονίη Græcum eſt nomen. Platonis mater, *Peritione* nuncupabatur.

109 MELISSA. Exſtat hujus Meliſſæ ad Claretam epiſtola, Doricè ſcripta, de veſtibus honeſtarum feminarum : in qua colorem qui ex pudore provenit, ſolum rubeum colorem eſſe dicit, quo honeſtarum mulierum vultus ornari debeat. Eſt enim erubeſcentia virtutis color : quod dicebat Diogenes Cynicus adoleſcentulo quem erubeſcentem cernebat, ut eſt apud Laërtium in Diogene Cynico. Sed & Syneſius Oratione de Regno, ubi de erubeſcentia : τό, τοι χρῶμα τοῦτο τὴν ἐκ μετανοίας ἀρετὴν ὑπισχνεῖται. *Ejuſmodi color nonnullam ex factorum pœnitentia virtutem repromittit.* Et Pythias, Ariſtotelis filia, interrogata qui color eſſet pulcherrimus, dixit, Qui per verecundiam ingenuis oboritur. Dictum hoc refert Stobæus Sermone de Verecundia. Sanctum Ambroſium videſis libro I. de Virginitate capite 6.

Edita eſt Meliſſæ hæc Epiſtola inter Epiſtolas Pythagoricarum : unde Meliſſam hanc noſtram Pythagoricæ Sectæ fuiſſe, conjicere eſt.

Meliſſi, Samiorum Præfecti, viri Philoſophiæ dediti, meminit Plutarchus in Pericle; gentilis, ut videtur, Meliſſæ noſtræ.

110 RHODOPE. Exſtant (quod jam monuimus) in Obſervationibus Lucæ Holſtenii ad Vitam Pythagoræ ab Anonymo conſcriptam, Theanus Philoſophæ Pythagoricæ quatuor Epiſtolæ ex Vaticano Codice deſumptæ : quarum poſtrema ſcripta eſt ad Rhodopen τὴν Φιλόσοφον : unde conjicimus Rhodopen illam Pythagoricam fuiſſe. Dicere non auſim omnes illas Epiſtolas non eſſe Theanus Pythagoræ uxoris. Conſtat hanc qua de loquimur, non eſſe γνήσιον. In ea ſcilicet ſe Rhodopæ Theano excuſat, quòd necdum ad illam miſerit Platonis librum de Ideis, inſcriptum, *Parmenides.* Vixit Theano, uxor Pythagoræ, pluribus ante Platonem annis.

Alia igitur hæc noſtra Rhodope à Rhodope illa, genere Threſſâ, ancilla Iadmonis, Æſopi conſervâ, Charaxi, fratris Sapphus, amaſiâ, meretrice celeberrimâ, de qua Herodotus in Euterpe, & Athenæus lib. xv.

PTOLEMAIS : Cyrenæa. Citatur ἐν τῇ Πυθαγορικῇ τῆς Μουσικῆς στοιχειώσει : *in Pythagorica Muſices Inſtitutione* : à Porphyrio, Commentario in Harmonica Ptolemæi. Qui Porphyrii liber manu exaratus adſervatur in Bibliotheca Regia, necnon in Vaticana. Muſicen maximè coluerunt Pythagorici, teſte Moderato Gaditano, qui Pythagoreorum placita, ut eſt apud Porphyrium in Pythagora, xi. libris eruditiſſimè complexus erat. Obiter hîc obſervamus, vixiſſe Moderatum illum ſub Nerone : quod nos docuit Plutarchus, Sympoſiacon libro viii. capite 7. Qua autem ætate vixerit Cyrenæa hæc Ptolemaïs, incertum eſt. Cùm ejus teſtimonio utatur Porphyrius, ante Porphyrium vixiſſe conſtat, qui vixit ſub Aureliano. Vixerit fortaſſe eodem quo Julia Domna Imperatrix tempore : cujus exemplo veriſimile eſt plurimas mulieres ſtudiis operam dediſſe. Tunc autem diu erat quòd deſierat Pythagorica Secta : quærit ſcilicet Porphyrius, in Vita Pythagoræ, cur Philoſophia Pythagorea exſtincta eſſet : quam diu ante ſua tempora exſtinctam, ex ejus oratione colligimus. Quare cùm Ptolemaïda Cyrenæam Sectæ Pythagoricæ adſcripſimus, non in omnibus Pythagoricam fuiſſe dicere voluimus : ſed hoc tantùm, numerorum doctrinam quod ſpectat, Pythagoricos canonas ſequutam fuiſſe. 111

Hæc ſunt, ANNA FABRA DACERIA, mulierum doctiſſima, eloquentiſſima, diſertiſſima, quæ de mulieribus Philoſophis, ex libris veterum, paucis tibi excerpſi : nam Philoſophia deguſtanda, non ingurgitanda eſt : &, ut inquiebat ille, philoſophandum, ſed paucis. Ea tibi, Hiſtoriæ Philoſophicæ amantiſſimæ, eidemque, quod tuæ in Marci Aurelii Imperatoris libros Notæ teſtantur, peritiſſimæ, non ingrata fore ſpero : cupio quidem certè.

INDEX
AD HISTORIAM MULIERUM PHILOSOPHARUM.

Numeri non paginas ſed ſectiones in margine poſitas notant.

A.

Abrotelia: Pythagorica; Abrotelis Tarentini filia. 105
ACADEMICAE. 57
Aëtius: frater Athenaïdis. 32
Aganice: filia Hegetoris Theſſali. 23
Ambroſius. Ambroſius explanatus. 95
Amphichia: Ariſtonis filia; uxor filii Jamblichi. 48
Anna Comnena: Alexii Imperatoris filia. 39
Anthuſa. Divinationem è nubibus invenit. 22
Apollonius: Stoïcus. 73
Arete: Cyrenaïca; Ariſtippi Cyrenæi filia. 61
Argia: Dialectica; Diodori Croni filia. 60
Arignote: Samia; Pythagoræ filia. 80. 89
Arimneſtus: filius Pythagoræ. 80
Ariſtippus ὁ μητροδίδακτος. 61
Ariſtoclea. Vide *Themiſtoclea*.
Arria: Platonica. Huic Laërtius Hiſtoriam ſuam Philoſophicam nuncupavit. 47
Arria: Cæcinæ Pæti uxor: & *Arria*, ejus filia uxor Thraſeæ: Stoïcæ. 75
Artemiſia: Dialectica; filia Diodori Croni. 60
Aſpaſia: Mileſia; Magiſtra Socratis: Periclis ſcortum, deinde uxor. 6. *& ſeqq.*
Aſpaſia: Dialogus ab Antiſthene Socratico ſcriptus. 10
Ἄσπασος: nomen mulieris in jaſpide annulari. *ibid.*
Athenais: Athenienſis: uxor Imperatoris Theodoſii junioris. 24
Axiothea: Phliaſia. 46

B.

Babelyma: Argiva; Pythagorica. 106
Barillium: Hydroſcopium ad aquarum libramenta cognoſcenda. 52
Beronice: Philoſopha. Beronices nomine Reginæ quatuor fuere. 12
Biſorronde: Tarentina; Pythagorica. 106
Biſtalia: Damus Pythagorica filia. 92
Brontinus: Crotoniata. 79
Byo: Argiva; Pythagorica. 106

C.

Cærelia: Academica. 57
Catharina. Sancta Catharina. Patrona Philoſophiæ Profeſſorum. 34. *Ægaterine* dicta, non *Catharina*. 35. *& ſeqq.*
Cenſorinus, emendatus. 101
Chilonis: Pythagorica: filia Chilonis Lacedæmonii. 103
Clea. Huic Plutarchus librum de mulierum virtutibus nuncupavit. 14
Cleachma: Autocharidæ Lacedæmonii ſoror: Pythagorica. 106
Cleobulina: filia Cleobuli, unius è Septem Sapientibus. 4
Cralus: Arabicè *Regem* ſignificat. 45
CYNICAE. 63
CYRENAÏCAE. 61

D.

Damaſcius Damaſcenus. 68
Damo: Pythagoræ filia. 90
Damon: Pythagoræ filius. 80
Danaë: Meretrix Athenienſis; filia Leontii, Epicureæ; Meretricis quoque Athenienſis. 71
DIALECTICAE. 60
Diodorus Cronus, Philoſophus Dialecticus. 60
Diogenes Laërtius: Emendatus. 77. 86
Dionyſii Ægæi Dictyaca. 68
Diotima. 11
Δόμνα: nomen proprium. 19
Domna: cognomen Juliæ, uxoris Severi Imperatoris. *ibid.*

E.

Ecelo: Lucana: Pythagorica. 102
Echecratia: Phliaſia: Pythagorica. 105
EPICUREAE. 69
Eudocia: Athenienſis; uxor Imperatoris Theodoſii junioris. 24. *& ſeqq.* Quæ ſcripſerit. 28
Eudocia: uxor Conſtantini Palæologi Deſpotæ. 40
Eurydice: Uxor Polliani. His Conjugialia Præcepta ſua ſcripſit Plutarchus. 15
Eurydice: Illyria. Ejus nobile epigramma. *ibid.*

F.

Fannia: Thraſeæ filia: uxor Helvidii; Stoïca. 75
Feminæ hominum pedes lavabant. 5

G.

Gemina: Mater & filia; Plotini, Philoſophi Platonici diſcipulæ. 48
Geneſius: Frater Athenaïdos. 25
Gentilis: (Scipio) notatur. 19
Grotius: Ejus duo epigrammata necdum edita. 56. 64

H.

Heloiſa. 45
Heraclitus: Athenienſis Philoſophus: pater Athenaïdos, uxoris Imperatoris Theodoſii junioris. 24. 32

Hermeſianax Colophonius; Poëta Elegiacus. 70. 79
Heſtiæa: Grammatica. 68
Hipparchia: Maronis: Uxor Cratetis, Cynici. Ejus ſcripta. 63. Antipatri in eam epigramma. 64
Hippo: Chironis Centauri filia. 3
Hypatia: Theonis Alexandrini filia. 49. *& ſeqq.* Ejus mors. 51. Uxor Iſidori Philoſophi. 53. Ejus ſcripta. *ibid.* Ejus ad Sanctum Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum epiſtola. 54. Eam Syneſius magno habuit in pretio. 52

I.

Iamblichus, emendatus. 86. 93
Iaſpis annularis; in quo ſcalpta imago mulieris, nomine Ἀσπάσου. 10
Iſidorus, Philoſophus: Hypatiæ maritus. 53
Julia Domna, Uxor Severi Imperatoris. 16. Ejus patria. 17. Mortuo Severo nupſiſſe Antonino, privigno ſuo, falſò creditum. *ibid.*
Julia Maſa, Soror Juliæ Domnæ Imperatricis. 19

L.

Aſthenia, Arcadiſſa; Pythagorica. 104
Laſthenia, Mantinea; Platonica. 46
Leæna, meretricula Athenienſis. 96
Leontium, Epicurea: Athenienſis meretrix. 70. Scripſit adverſus Theophraſtum. 71
Leontis, Cleæ mater credita. 14
Leontius Sophiſta, Pater Athenaïdos, uxoris Imperatoris Theodoſii junioris. 24. 28. 30. 32
Lyſis, Philoſophus Pythagoricus, laudatus. 90. Emendatus. 92

M.

Marcus Aurelius Antoninus, illuſtratus. 61. Librorum ejus Græca inſcriptio quomodo Latinè interpretanda. 74
Marinus, Neapolites, Scriptor vitæ Procli. 65
MEGARICAE. 62
Meliſſa, Pythagorica. 109
Meliſſus, Samiorum Præfectus. *ibid.*
Meretrices Græcæ plurimæ humanioribus literis & Mathematicis diſciplinis deditæ. 62
Mneſarchus, Pythagoræ & Theanus filius. 80. 85
Milo Crotoniates, Pythagoricus. 86
Moderatus Gaditanus, ſcripſit librum de Pythagoræorum placitis. 111
Muſica à Pythagoricis culta. *ibid.*
Myia, Pythagoræ filia; uxor Milonis Crotoniatæ. 86. 103
Myllias, Crotoniates, Timychæ Lacedæmoniæ conjux. 93. *& ſeqq.*
Myro, Rhodia. 20
Myro; Poëtria; Byzantia: filia, aut mater Homeri, Poëtæ Tragici. *ibid.*

N.

Neſtheaduſa, Lacæna; Pythagorica. 106
Nicarete, Megarenſis: Stilponis Philoſophi Megarenſis amica & diſcipula. 62
Novella. 43

O.

Occello, Lucana, Pythagorica. 100
Ocellus, Lucanus. Ejus liber *de natura univerſi*. *ibid.*
Olympiodorus, Alexandrinus, Philoſophus Peripateticus. 65. Ejus filia & diſcipula. *ibid.*

P.

Amphila, Epidaurria. 13
Pantaclea, Dialectica; Diodori Croni filia. 60
Pantanis, Poëtria, Martiali memorata. 72
Panyperſebaſta, filia Theodori Metochitæ. 41
Paulinus, amicus Imperatoris Theodoſii junioris. 24. 25
Perictione; Pythagorica. 108
PERIPATETICAE. 65
Pherenice. 12
Philiſcus, Philoſophus Athenienſis. 16
Philo, Dialecticus, Diodori Croni diſcipulus. 60
Philochorus, Grammaticus. Scripſit de Mulieribus Pythagoricis. 1. 76
PHILOSOPHAE incertæ ſectæ. 3
Philoſophia amatoria. 11
Philoſtorgius, impietatis à Photio accuſatur. 52
Philtatis, Pythagorica. 99
Philtatius artem libros conglutinandi Athenis invenit. *ibid.*
Phintys, Callicratis filia: Pythagorica. 108
Photius. De ejus Bibliotheca res notatu digna. 68
Φυλάκια; quid apud Alexandrinos. 53
Plato, multa ſumpſit à Pythagoricis. 104
PLATONICAE. 46
Porcia, Catonis filia; uxor Bruti. 75
Proclus Lycius; Olympiodori filiæ, Philoſophæ, maritus. 65
Ptolemais, Cyrenæa: Pythagorica. Ejus liber, *Pythagorica* Muſices Inſtitutio. 111
Pudor in muliere pulchritudinis acropolis. 63
Pulcheria Auguſta, Soror Imperatoris Theodoſii junioris. 24. 26
Pythagoras. 90
Pythagorica Secta temporibus Porphyrii exſtincta jam erat. 111
PYTHAGORICAE. 76
Pythagorici. Falſum eſt Pythagoricos ab animatis abſtinuiſſe. 87

R.

Rhodope, Pythagorica. 110
Rhodope, ancilla Iadmonis: Æſopi conſerva. *ibid.*
Rittershuſius; notatur. 19

S.

SAlmaſius. Ejus μνημονικὸν ἀμάρτημα. 56
Sara, Pythagorica. 93
Socratidas, Pamphilæ Epidauriæ maritus. 13
Soſipatra, Uxor Euſtathii, Præfecti Cappadociæ. 21
Soteridas; Grammaticus, pater Pamphilæ Epidauriæ. 13
Stobæus; *Stobenſis*, non *Stobæus*, *dicendum*. 108
STOICAE. 73
Stoïcorum libros mulieres Romanæ evolvebant. 75
Suidas, emendatus. 61. 77
Syneſius. 52

T.

TElauges, Pythagoræ filius: Magiſter Empedoclis. 80. 81. 85. 89.
Theano, Uxor Pythagoræ. 79. *& ſeqq.* Ejus ſcripta. 83. Ejus dicta. 81. 82. Quando vixerit. 111. *Filia Philoſophiæ* dicta. 83. Ejus ad Timaretam epiſtola. *ibid.* Plures aliæ ejus epiſtolæ. 84
Theano, Uxor Brontini Metapontini. 103
Themiſto, Epicurea. 69
Themiſtoclea; Pythagoræ ſoror. 77. *& ſeqq.*
Theodoris. *vide* Panyperſebaſta.
Theodora, Peripatetica: filia Cyrinæ & Diogenis. 67
Theognis, Dialectica: Diodori Croni filia. 60
Theon, Ptolemæi Interpres. 49
Theon, Alexandrinus, Hypatiæ pater. *ibid.*
Theophila, Epicurea & Stoïca. 72
Tymicha, Lacedæmonia; Pythagorica: Mylliæ Crotoniatæ uxor. 93. *& ſeqq.*
Tyrſene, Sybaritis. Pythagorica. 106

V.

VAlerianus, Frater Athenaïdos, uxoris Imperatoris Theodoſii junioris. 25. aliis, *Valerius*. 32
Voſſius, (Gerardus Joan.) notatus. 70

FINIS.

JOA-

JOACHIMI KÜHNII, HIST. ET GR. LING. IN ACAD. ARGENT. PROF.

IN DIOGENEM LAERTIUM OBSERVATIONES.

JOACHIMI KÜHNII, HIST. ET
GR. LING. IN ACAD. ARGENT. PROF.

IN

DIOGENEM LAERTIUM

OBSERVATIONES.

JOACHIMI KÜHNII IN DIOGENEM LAERTIUM OBSERVATIONES.

AD LIBRUM I.

1 Σεμνόθεοι] Jungit Laërtius ſpeciale nomen generali. Exiſtimo enim Druidarum appellationem convenire omnibus, Gallorum Philoſophis, Theologis, & Poëtis. Theologi ſpeciatim Σεμνόθεοι dicti ἀπὸ τοῦ σεμνόειν τὸ θεῖον. Strabo ἱεροποιοὺς vocat, Diodorus θεολόγους. Hos innuit Cæſar περιφράσει, *illi rebus divinis interſunt, ſacrificia publica & privata procurant, religiones interpretantur*, lib. VI. Θεραπευτῆρες etiam dici poſſent. Gaſſendus pag. 134. Epiſtolarum à Laërtio *Sannothæos* dictos ait: vellem dixiſſet etiam, unde hoc habeat; forſan è conjectura eſt, & nomen Celticum ex Græco facere voluit. Suidas ex Laërtio: Δρυΐδαι παρὰ Γαλάταις οἱ φιλόσοφοι καὶ Σεμνόθεοι.

Ὦχον] In mendo cubare vocem vel ex eo colligere eſt, quod hîc non vulgus veterum Philoſophorum recenſeatur, ſed ii tantum, qui à civibus ſuis, ob ſapientiæ ſingulare ſtudium & præclara in totam gentem merita, in Deorum numerum relati ſunt. Quis vero unquam audivit legitve, Ochum divinis honoribus affectum à Phœnicibus? conſtat potius Horum, Ὦρον eo loco fuiſſe, quem Græci, qui Phœnicum hiſtorias perſecuti ſunt, ſua lingua οὐρανὸν dicunt. Plinius lib. 31. cap. 16. *Horum* vocat *Aſſyriorum Regem*. Pater ejus Ἑλιοῦν (עֶלְיוֹן) id eſt, Ὕψιστος. Illum poſt multa pace belloque geſta mortuum filius *Cronus* propitiavit cæſo filio, quem unicum habuerat. Hunc *Orum* vel *Horum* hîc putem intellectum, legendumque Ὦρον. Vendicarunt quidem, ſibi hunc Ægyptii; verum quid eſt in hac Deorum hiſtoria, de quo non litem moveant Phœnicibus? Suidas, qui in vocibus Ὦχος & Πρίαπος vulgatam habet lectionem, vetuſtatem mendi fatetur.

5 Αἰσχρουργούμενα καὶ τῷ τῆς φωνῆς ὀργάνῳ] Intelligit turpiſſimum oris linguæque abuſum, λεσβιάζειν vocant Græci. Vide Suidam in Ἀριφράδης· & ex eo Scholia Græca in Lucian. T. II. pag. 41. uterque intelligendus, ex Ariſtoph. Equit. confer Heſych. in σκερός.

7 Προκοσμήματα] Ab illis Pythagoras doctus docuit mulieres, auratas veſtes (χρυσοφορίας) cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta (προκοσμήματα) velut inſtrumenta luxuriæ deponerent, &c. Juſtinus lib. xx. c. 4. Cæterum τὸ προκόσμημα reſtituendum Philoni in Legat. ad Cajum, ubi dicit Imperatorem illum argenti aurique copiam habuiſſe ἄργυρον καὶ χρυσὸν, τὸν μὲν ὡς ὕλην, τὸν δὲ ὡς νόμισμα, τὸν δὲ προβόσκημα, ubi legerem προκόσμημα idque omnino exigunt ſequentia, δι' ἐκπωμάτων καὶ τινων ἑτέρων, ἃ πρὸς ἐπίδειξιν τεχνιτεύεται. Dicit enim, aurum argentumque Cajo fuiſſe inter ornamenta in poculis aliiſque ſimilibus, veſtibus auro contextis putà, &c. quæ utique, προκοσμήματα fuerint oſtentationi comparata. Ergo Vigerus notis in Euſeb. Præpar. p. 37. fruſtra ſudat in explicatione hujus vocabuli: infrà Diogenes nobilitatem & opinionem προκοσμήματα κακίας appellat.

Στιβάς, ἡ εὐνή] *Stramentum, cubile* eſt.

Τὰ ὄντα, &c.] *Ea quæ ſunt ipſorum precibus permanſura.* Nimirum putabant Magi ſe invocare Deos & exorare, ut rebus mundi durationem continuam largirentur ipſorumque hoc precibus darent, Gl. Cyrill. ἐπίκλησις θεοῦ, *Invocatio*. Aldobr. ἐπίκλησιν ὀνομάτων intellexit minus recte. Nam rebus ipſis accedunt vocabula, non vocabulis res, iiſque durantibus & nomina ſalva ſunt, non vice verſâ. 9

Ἡροδότου] Malè damnatur fides Herodoti ex eo, quod Perſa ſolem crediderit Deum & propterea eum ſagittis petere non ſuſtinuerit. Notum enim eſt, qua reverentia coluerint Deos gravioribus infortuniis afflicti Ethnici. Tum certè Dii quoque rei erant, & omni contumelia digni.

Ἐπιδιαμένειν καὶ μετεμβαίνειν] Aldob. obſcurè, *animam & permanere & emigrare*. Malim, *corporis ſupereſſe & ex alio in aliud migrare*. Innuitur enim animæ immortalitas & μετεμψυχώσις vel ut propiùs reddam, μετέμβασις. 11

Θᾶττον δὲ] *Prius* vel *antea*. ἰδιωτικῶν, eſt θᾶττον pro πρότερον. *Antea vero ſapientia & ſapiens dicebatur quicunque.* ita in vita Biantis: θᾶττον δ' αὐτῷ π. *cùm antea miſiſſet*, durante ſcilicet obſidione, & pace nondum factâ: & in vita Mened. εἴ τις ἔλθοι θᾶττον, *veniret ante tempus eum profitebatur*, ὡς εἴη ἄν, *quaſi eſſet ſummis animi dotibus perpolitus.* ἀκρότης ψυχῆς eſt perfectio quæ animæ ex contemplatione divinarum humanarumque rerum accedit. ὡς legendum eſſe hoc loco ſuadet ipſum filum orationis, quo nectitur ratio, cur ſcilicet ſophi dicti ſint; nimirum quod eſſent in ſumma animi perfectione ἄκροι vel ἀκριβεῖς τὴν ψυχήν, eorumque catalogus ſtatim ſubjicitur, clauditurque his verbis: καὶ οἱ μὲν σοφοί. 12

Καὶ ὧδε μὲν εἰς Κλειτόμαχον] Hæc verba in Aldobrandini editione Latinè reddita non adparent. Finit autem his primam λῆξιν philoſophiæ Ionicæ: *ita quidem*, 14

inquit, *devoluta primum eſt ad Clitomachum.* Deinde pergit docetque ſucceſſionem uſque ad Chryſippum. Tertiam & ultimam deducit ad Theophraſtum.

17 Ἀπὸ διαθέσεων] *Ab iis, quibus afficiebant animos.* Nimirum ii Philoſophi promittebant ſuis diſcipulis εὐδαιμονίαν, & ab hac διαθέσει, qua imbuere volebant ſui ſtudioſos, dicti ſunt. alii *ab opinione.* δόξις, hoc loco, eſt δόξα, *opinio.* nam φιλαλήθεις veritatem ſe opinabantur amare; ἐλεγκτικοὶ ſe confutare confutatione digna; ἀναλογητικοὶ ſe analogiam rerum inquirere; & quid in quâque ſecta conſonum deprehendebant, colligebant, ſibique Philoſophiæ ἀναλογίαν conſtruebant.

18 Πρεσβεῦον] *Excolit* rationes Phyſicas & Ethicas, caſque diſcutit & exigit ad Lydium lapidem.

21 Κριτήριον τῆς ἀληθείας] Suidas in αἵρεσις legit τἀληθῆ, ſenſu non malo. Multi enim veterum Philoſophorum τὸ κριτήριον falſitatis accuſabant. Ergo ſi κριτήριον debeat eſſe veritatis norma, neceſſe eſt ut primum ipſum ſit verum, & ab omni errore immune. Nam κριτήριον καὶ ἑαυτὸν δείκνυσι καὶ τὰ κρινόμενα, *id, quo judicamus, & ſeipſum pariter demonſtrat & res de quibus judicat.* Ariſtocles apud Euſeb. pag. 769. Præp. Evang.

22 Ἐκπεσόντα Φοινίκης] Lege, τῆς νίκης. Medon enim, cum quo de regno contendebat, victor propoſiti regnum obtinuit ab oraculo. Si hoc non placuerit, Caſauboni emendatio placebit; ἐκπεσὼν τῆς Φοινίκης, id eſt, *Phœnicia*, patria ſua, pulſus Thales.

23 Ναυτικὴν Ἀστρολογίαν] Vide Simplicium in I. Phyſic. Ariſtot. fol. 6.

29 Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ] Sana lectio. Miſit equidem donum in templum *Apollinis Didymæi*, ac non inſcripſit niſi *Apollini Delphinio*, quia & ille colebatur à Mileſiis, ut qui cum Ionibus hunc Deum communem habebant. ideoque in honorem τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰώνων non *Didymæo*, proprio Mileſiis, ſed communi omnium Deo data erat inſcriptio. Quod autem Delphinius Apollo toti Ionum Communi cultus ſit, id Strabo obiter docet, lib IV. ubi agit de origine Maſſilienſium: atque habuiſſe urbem illam à ſuis conditoribus, templum Dianæ Epheſiæ, καὶ τὸ τοῦ Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερόν· τοῦτο μὲν κοινὸν Ἰώνων ἁπάντων· τὸ δὲ, &c. Sic omnis difficultas è medio ſublata eſt.

30 Ἀνεῖπεν] Nil corrigendum. Vide Pollucis Onomaſt. pag. 6. & Laërt. infr. Segm. 106. legendum, ἀνειπεῖν uti paulo poſt, ὃν ἀνείπεν.

32 Μετὰ τὴν περίοδον] Interpres omiſit *poſtquam per manus ſapientium in orbem ad ſe rediiſſet.* Segm. 28. Κατὰ περίοδον. Ubi etiam malim, μετὰ; librarius compendium ſcriptionis non aſſecutus κατὰ fecit ex μετὰ. Obiter eodem mendo liberabo Euſebium in Præpar. Evangel. lib. I. p. 32. καὶ εἰς τὸ χρεὼν καταστάντας· ναοὺς μετασκευασάμενοι. ubi lege μεταστάντας κατασκευασάμενοι. *& fato functos templis conſtructis, columniſque & erectis ſceptris conſecrarunt.* Vigeri verſio ipſa prodit textum nil habere, ſani quia templa quadrata mutat rotundis.

56 Μετρίως ἀπεδέξατο] *Honores illorum moderatus eſt.* Idem quod ante dixerat, συνέστειλε τιμὰς, *dempſit honoribus aliquid.*

Οἱ δὲ ἐπιτρέποντες] *Qui paſſi ſunt & ſiverunt, Reipublicæ nocuerunt; qui* (ſcilicet) *non obſtiterunt Piſiſtrato Tyrannidem invadenti.* Sic juventus Attica in templo Aglauri jurabat inter alia. ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω, *ſi quis leges ſuſtulerit, aut iis non obediverit, non patiar, non ſinam.* Non aliter hoc loco culpam tyrannidis Piſiſtratææ devolvit in τοὺς ἐπιτρέποντας. 65

Κρίνων γάρ ποτε, &c.] Integer locus quàm maximè ſanus eſt, *ſe quidem*, inquit, *judicaſſe ſecundum legem, amico vero*, qui ſimul judex erat, *perſuaſiſſe, ut à ſe damnatum abſolveret.* 71

Ἐπιστέλλεις, &c.] Lege pro ἐμμεῖναι, ὁ μὲν στρατείαν ἐπὶ ἐκδάμους, *ſcribis nobis, te expeditionem ſuſcepturum contra peregrinos vel exteros*, ἐπὶ ἐκδάμους· vel ἐπὶ ξένους. ὡς αὐτόσκε ἐξέρποιο, *ita ut ipſe quoque exeas militatum. Ego, vero exiſtimo & domi eſſe res monarchæ in lubrico, & illum ex tyrannis beatum prædico*, ὅστις καὶ οἴκοι αὐτὸς ἐξ αὐτῶ κατθάνῃ, *cui domi ſuo fato exſtingui contigerit.* Diſſuadet expeditionem Periandro in externos hoſtes, domeſticiſque intentum rebus eſſe jubet, quia non tutum eſt Tyrannum longius iter ſuſcipere domoque abeſſe. 73

Ἐκ διαθέσεως] *Ex animo:* poſtea legerem κατεσοβαρεύετο αὐτοῦ, *cum ſupercilio maritum tractabat* quaſi imparem ſibi nobilitate generis. jactabat ſe ſuumque genus, marito vero ſordes ſuperbè exprobrabat. 81

Ἐπισεσυρμένον] *Homo ſui ipſius negligens, moribuſque & veſtitu minus ornatus*, inelegans, incompoſitus, uti ἀνασεσυρμένος dicitur *obſcœnus*, qui non tegit eas corporis partes, quas pudor tegi jubet.

Καταπλαγῆναι] Suidas in πιήναντα poſt hoc verbum addit τὸ, quod è textu hic excidiſſe putem. deinde ex eodem legendum εὐθηνίαν. 83

Αἶκε μένῃς] *Si commoveris in urbe, civibus placeas cunctis: gratiam enim id conciliat non levem, at contumaciam moreſque inficeti ſæpius crearunt perniciem contumacibus.* Egregium monitum, omnibuſque quî in republica verſantur, inculcandum, ut prudenter ingenia civium inſpiciant, eiſque ſe quantum poterint approbent, & accommodent. Ita enim fient civibus grati acceptique, quia ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολίταις. *Vir prudens* ἡδὺς (*ſuavis*) *cunctis in civibus audit:* at ſiquis odioſus, trux, contumaxque oblocutor fuerit, & non ſe civibus, ſed cives ſibi placere æquum eſſe exiſtimet, ille & odium à civibus ſibi & perniciem à ſua moroſitate exſpectet. Sic locus ille non indiget Medico, ut qui ſatis ſanus. Cæterum Suidas legit τῶν ἀδομένων α. ε. τ. quod malim. 85

Ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει] Lege, λόγωντε πλῆθος ἄλλο ὁ καιρὸς ἀρκέσει, *& aliam verborum copiam tempus dabit.* Dicit enim Cleobulus, ignorantiam dominari inter homines, & verba plurima, quibus tamen poſterior ætas contraria oppoſitura, & λόγον λόγῳ ut clavum clavo expulſura ſit. Quàm verum hoc fuerit 91

fuerit effatum, ipſe Laërtius toto libro, Philoſophorum contrariis dogmatibus edocuit. Poſſet etiam ἀλλ' ὁ καιρὸς ἀρκέσει. ita accipi, ſed *tempus ſuccurret*. Etſi enim homines in tenebris ἀμουσίας errent, multaque crepent, quæ ipſi non intelligant, tamen tempus huic ignorantiæ medebitur, & dies diem docebit. ἀρκεῖν hoc loco eſt, βοηθεῖν. Vide Suidam hoc verbo. Paulò pòſt lege, μὴ ματαίως, *ne temerè* & ſine *ſontica cauſa odioſus fias*.

93 Μὴ ἐπιγελᾷν τ. σ.] Interpr. *his qui alios irrident, non arridere*. eos enim tibi inimicos futuros. Lapſus eſt in eo quod σκωπτόμενος accepit ἐνεργητικῶς, cum ſignificet potiùs, *eos qui deridentur, noli irridere, inimicus enim fiet*. At qui alium irridet, tantum abeſt ut ſuccenſeat ſibi arridentibus, ut potiùs laudi ſibi ducat, quod ſuis ſcommatibus aliis riſum expreſſerit. In epiſt. rectè οἶκος παντὶ, *omne ſolum forti patria eſt*.

98 Ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας] Elegans Græciſmus inter τοὺς ἁμαρτάνοντας καὶ μέλλοντας ſcil. ἁμαρτάνειν. Ita Lucianus in Dial. mort. de Ajace σεαυτὸν ἐφόνευσας, ἐμέλλησας. (ita enim cum doctiſſimo Grævio legendum) δὲ καὶ ἡμᾶς. Nec unquam aliter Græci elegantiores. Suadet enim ut peccantes puniat, peccaturos occupet, idque præſertim in atrocioribus criminibus, & in monarchico ſtatu, qualis Periandri erat.

101 Τῶν τε παρὰ τοῖς Σκύθαις] De Scytharum Græcorumque inſtitutis & legibus, quæ ad vitam ſimplicem frugalemque, & ad rem bellicam pertinebant.

102 Ὅτι περ ἐν ταῖς ἰδίαις] Obtulit Anacharſis ſuum hoſpitium Soloni, quod non ſolebat fieri, niſi quis in ſua ipſe eſſet patriâ. quomodo enim aliquis hoſpitio excipere queat alium, ipſe hoſpes & extra patriam degens? Anacharſis hanc Solonis mentem probè intelligens, ἔνθεν ἦλθε, id eſt, eâ parte cepit Solonem, quâ Anacharſin putabat captum, & promptè reſpondit: jam nunc in patria mea mihi eſſe videor, ideoque licet hoſpitem mihi, quem vulgo paſſivum vocant, facere te, ô Solon. His non adverſatur quod in epiſtola ad Solonem habetur, nimirum ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μὴ δεῖν ξενίαν συνάπτειν; loquitur enim ibi de eo, qui in hoſpitii jus recipitur. quamdiu autem aliquis patriæ glebæ affixus eſt, nec poteſt, nec debet cum aliquo inire hanc ſocietatem, quia facilè ea poteſt carere, ut qui pedem nuſpiam effert limine domûs paternæ. hic verò ſermo eſt, de eo ὃς ξενίζεται, vel potiùs ἐπιξενοῦται καὶ εἰς ξενίαν ὑπό τινος δέχεται. Unde patet, hæc Laërtii, ὅθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλθὼν, non de pedibus, ſed potiùs de ore & oratione accipienda eſſe. Huic Solonis reſponſo ſubſerviens, & *inde orſus ſubiensque, inquit*, &c.

Πολὺς ὢν ἐν τῷ Ἑλληνίζειν] Cum *Græcorum mores & diſciplinam ubique præ ſe ferret*. quod ſequitur τελετὰς διατελεῖν vix Græcum eſt. τελεῖν τελετὰς, ubique occurrit. at διατελεῖν nuſquam, quantum ego quidem novi, videtur illud διὰ eſſe à vicino διαχρησθῆναι. Idem mendum in Vita Menedemi, διαπαίζειν τὰ δ. pro παίζειν τ. δ. uti dicunt, παίζειν πόλιν, ἀνδριάντα &c.

Βότρυς ἀηδίας] Non eſt *triſtitiæ* ſed *inſolentiæ* quâ 103
quis compotoribus tædium, moleſtiam & negotium faceſſit. ideoque alii pro ἀηδία, ὕβριν habent, quod eodem recidit.

Φάρμακον μανίας] Medicamentum quod athletas 104
ad inſaniam redigit. Putabat enim oleo, quo ſe invicem inungunt luctaturi, effici, ut deinde in ipſa lucta ſe more furioſorum ictibus mutuis & alia mala tractatione exciperent. vide Lucianum ab initio Tract. de *Gymnas.*

Ὕδωρ οἴσεις] *Aquam benè feres ſenex, quia vinum* 105
juvenis non tuliſti. Innuit his verbis, juvenem illum, qui vino ſe ultra modum ingurgitabat, & in ſe & alios injurius erat, vino & juventute calidus; tandem in ſenectute pecuniâ effuſâ per luxum, non habiturum, unde vinum emat, & tum illum aquâ contentum fore, eamque melius quàm vinum laturum eſſe, nec aquæ hauſtu ad contumelias rixaſque umquam provectum iri.

Εἰς βίον] Humanæ vitæ, lege *rebus humanis*.

Καθέσει τῆς κόμης] *promiſſis capillis formam ſpeci-* 109
emque demutavit. Solebant enim vates, Deorumque miniſtri comam alere Deo ſacram, ut Curetes apud Cretenſes. Unde & ipſum Epimenidem cives ſui dixerunt Κουρῆτα. Cùm itaque in Curetum ſe habitum promiſſis cincinnis deformaret, hoc ipſo παρήλλαξε τὸ εἶδος, & à vulgari habitu abhorrentem perſonam induit, ἱεροπρεπῆ, ſcilicet, καὶ ἄνετον κόμην quatiens. παρήλλαξεν eſt h. l. ἐνήλλαξεν, Vide Thom. Eclog.

Κατεκοιμήθη ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα ἔτη] Hoc vel credidiſſe Græciam, vel ſperaſſe aliis perſuaderi poſſe, quis non miretur? quæve pueritia tam imperita reperiri poterit, ut credat hominem à quærenda ove laſſum, dormitum iſſe ſeptem & quinquaginta annos? Quid ergo? non multa æque fabuloſa habet vita hominum? Sed hoc de ſomno, quem quotidie delibamus, & delibando hoc mendacium coarguimus, ſerio quemquam dixiſſe, ſumma hominum contemptio eſt, & intoleranda mendaciorum impunitas, ut Plinius in diſſimili fabula ſtomachatur. Paulò modeſtiùs agunt Græci, cùm loquuntur de Heroibus in Sardinia dormientibus, quorum mentionem facit Ariſtoteles libro IV. Phyſic. capite XI. Ubi Simplicius, ex Herculis filiis, quos ex Theſtii natis ſuſceperat, nonnullos in Sardinia mortuos dici, illorumque corpora uſque ad Ariſtotelis, forte & uſque ad Alexandri Aphrodiſienſis tempora manſiſſe integra & ἄσηπτα & ſpeciem dormientium præbuiſſe. Apud hos captabant dormientes ſomnia, & συμβολικοὺς ſomnos protrahebant, qui ab his Heroibus corporis valetudinem commodam, vel alia quædam petitum venerant. vide Schol. Græc. in Luciani Tom. I. pag. 3.

Σημαίνοντες] Lege σημαίνοντα vel σημαίνειν τε, & 110
indicaſſe modum expiandi ſcelus illud. σημαίνειν hîc eſt, δεικνύειν. vide Heſychium hoc verbo. nimirum humanis hoſtiis procurandum eſſe illud ἄγος docuit, ut ſtatim ſequitur.

112 Λάβων] Suſpectum nomen. quid ſi in MS. fuerit Λάβων, quod lego, Δάμων. notum enim quod ſæpius erratum ſit in ſcriptione Λ. deinde α ita ſcribitur, ut facilè mutetur in ο & vice verſa. β verò in MS. ipſum μ eſt. Quapropter malim hic Δάμων Ἀργεῖος, qui hoc epitheto diſtinguitur ab altero illo, qui Δάμων Κυρηναῖος dicitur, ſuprà ſegm. 40. hunc ipſum Damonem Argivum laudatum conjicio in Scholiis Græcis in Tom. 2. Luciani pag. 25. ubi corruptè habetur, ὡς ἱστορεῖ Δήμων. lege Δάμων communi dialecto, in libro ſcilicet περὶ ποιητῶν.

113 Παῖδα-αἰσχύνας] Legerem, παιδῶν αἰσχύνας, *dolent, liberos affici contumeliis, & malè tractari.* αἰσχύνη eſt αἰκία, ὕβρις. vide Heſych. poſteà legerem, αἱ δὲ πῇ πλανυττεία ε. *ſi verò alicubi* inter vagandum, vel in *errore* & vagabunda vita. nomen à verbo πλανύττω, quod idem eſt ac πλανῶ. Quæ *Demetrius* tradit de cibo Epimenidis, ea pertinent ad ἄλιμον τροφήν.

115 Ἐλήφθησαν] *Victi ſunt prælio*, non *capti*, ut *Interpres*, quamvis & hoc poſſit victis accidere. Sed Græca vox nil tale innuit.

116 Ἐς Μεσσήνην] Poſt Ὀλυμπίαν interpungerem, & ἐς Μεσσήνην junctum velim cum ſequent. τῷ ξένῳ π. σ. *cum iret Olympiam, Meſſenæ hoſpiti auctor fuit ut urbe demigraret.* εἰς Μεσσήνην Atticè pro ἐν Μεσσήνῃ.

122 Ἅσσα δ' ἂν ἐπιλέγῃ θ.] Locus cætera ſanus, dummodo pro ἄλλα legatur ἄλλῃ, *quæ verò legeris Theologiæ intentus, ea aliter accipienda ſunt.* Monet Pythagoram ut ſi velit Theologiæ dare operam, eamque ex ſuis petere ſcriptis, non ad literam intelligat, quæ lecturus eſt. τὰ pro ταῦτα, Ionicè. pag. 3. confer paginâ 64. Principium libri à Pherecyde conſcripti legerem ita: ζᾶς μ. κ. χ. ἐς ἀεὶ καὶ χθονίη· χθονίη δὲ ο. ε. Γ. ἐπειδὴ αὐτῆς ζᾶς: Clemens libro 6. Stromateon ζᾶς *facit magnum pulchrumque pallium.* &c. citat ex Pherecyde.

AD LIBRUM II.

4 Ἐκ καλοῦ &c. οἴχεται] *Interpr.* ex *honeſtate diſceſſit*, ἐκ καλοῦ eſt *à bono, pulchróque facto*, nempe aſtrorum contemplatione, cui totus intentus in præceps decidit, exſtinctusque eſt. contrarium eſt ἐκ κακοῦ *de malo* vel *à malo.* quod tam de perſona quàm de re dicitur. Theogn. μνηστεύει ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἀνὴρ &c.

10 Ἐν δερματίνῳ] Aut δερματίῳ legendum aut δερματινῷ à recto δερματινὸς. *Vetus* Onomaſt. δερματινὸς *pelliceus.* paullò pòſt λελιθωμένη οὐσία eſt, *divitiæ lapideſcentes*, vel *in lapides transformatæ.* Ceterùm, de pellicea tunica vide Suidam in σισύρα, ubi l. δερματινὸς.

11 Διμύλου] Videtur malè coaluiſſe hæc vox ex Δι, reſiduo ex nomine Archontis, ſive Δυναν́ας fuerit, ſive Δυσίθεος, & μύλου quod ad ſequens λίθον pertinet, quare μύλου λίθος idem eſt quod μυλίτης, *molaris*, δίμυλος λίθος verò æque abſurdum eſt, ac ſi dicerem τρίμυλος.

Κατεψηφίσατο] *mortis damnavit.* 13

Κατέστρεψεν] Suidas pleniùs: ἀποκαρτερήσας τὸν βίον καταστρέψει, *cibo omni abſtinens, vitam finivit.* vide eum in ἀποκαρτερήσαντα. 14

Οἷον τροφὴν] Benè Archelaus, quod nutrimentum animalium ἰλὺν παραπλησίαν γάλακτι, *limum lacti ſimilem ait.* hoc enim proximum ſanguinis alimentum lacteus humor ſive chylus, etiamnum obſervatur in animalium anatome. 17

Χωρογράφος] Sine dubio Macedo fuit, ut & Bœton & Amyntas βηματισταὶ, qui de manſionibus (περὶ σταθμῶν) Alexandri ſcripſerunt. & γῆ πατηθεῖσα ὑπὸ Ἀλεξάνδρου cum σταθμοῖς τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, ſi non idem, ſimile eſt argumentum. Alter Archelaus, Χερρονησίτης, jambis complexus eſt hiſtoriam de mira & à communi via exerrante natura animalium, quam inſcripſit, ἰδιοφυῆ. jambos ejus & ἰδιοφυῆ laudat Athenæus in fine libri 12. & 11. Ideoque Scholia Nicandri corrigenda erunt ex Athenæo & Laërtio. de Rhetore nihil hactenus compertum. Ceterùm, miror admodum, cur in vita Anaxagoræ, verbis illis γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Ἀναξαγόραι, ſtatim ſubjiciatur, ὧν ἐν οὐδενὶ πάντα. Jam verò hîc loci, ubi eadem formula repetitur γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς, nil tale exſtet. Videntur verba illa; ὧν ἐν οὐδενὶ πάντα, non eſſe à Laërtio, ſed ab aliquo lectore libri, qui his margini aſcriptis indicare voluit, tribus illis Anaxagoris nihil perfecti ineſſe, vel Anaxagoram in illis ſe deſiderare, qui νοῦς dictus eſt; νοῦς verò τὰ πάντα, quæ trigæ illi deeſſe ſignificabat. Hæc docti & amici viri opinio, quod ejus pace dixerim, mihi non probatur. Simpliciùs enim ἐν οὐδενὶ neutraliter accipitur, ut in παρ' οὐδὲν τιθέναι l. ἡγεῖσθαι *pro nihilo ducere*, & ὧν ἐν οὐδενὶ πάντα eſt, *quorum omnia nullo numero ſunt.* omnia ſcilicet ſcripta eorum.

Δουλεῦσαι αὐτὸν] Interpr. *ſervum fuiſſe* malè. Nam δουλεύειν hoc loco eſt θητεύειν, quod non ſimpliciter ſervum hominem, ſed mercenarium deſignat, qui ſtatu liber & in claſſe infima cenſûs Attici, mercede ſerviebat, operamque conductoribus locabat. Heſych. θητεύει, δουλεύει μισθοῦ, ita enim lego, & paulo ante θητείαν reddit μισθοδουλείαν. ergo in ſequentibus & officinæ & opificii, quod exercuit, mentio facta eſt. Et ita fert Laërtii ſtylus, ut vocabula generalia ad rei de qua ſermo eſt, indolem ſint exigenda. ſic ſeq. ſect. 20. τιθέντα γοῦν, accipiendum quod vaſculum poſuerit Socrates χρηματιζόμενος, *pecuniam colligens*, & nummulos in poſitum vas à diſcipulis ſuâ ſponte miſtos, coacervaverit, iiſque in neceſſaria abſumptis, iterum poſuerit. ita τιθέναι σκεῦος, & δουλεύειν, μισθῷ ſubintellectum habuerit. 19

Παρατίλλεσθαι] *Barbam vellere.* ut rectè Caſaub. in Perſium. quod faciebant petulantiores irritati ejus diſputationibus. At παρατίλλεσθαι quod fiebat δρόπακι & volſellis, alia res eſt, & à Socrate aliena. 21

Λαμπρὰ ἠμπισχετο] Non pretioſâ, ſed candidâ 28

mundâque veſte induebatur. λευχειμονεῖν, *in albis eſſe.* λαμπρὰ ἐσθὴς κάλλιον λέγειν ἢ λευκὴ. λαμπρὰ ἡμέρα, οὐ καθαρὰ. Thomas in Eclog.

30 Γλαυκωνίδης] Suaſit civibus ſuis Glauconides, ne Socratem è medio tollerent, ſed potiùs eum urbi conſervarent, tamquam raram pretioſamque avem, pavonem puta vel phaſianum, quarum avium Athenis ingens copia non erat, ideoque ſummo in pretio habebantur, & inter urbis ornamenta. Heſych. περιποιεῖται, ζωοποιεῖ.

Ἢ περὶ ταῦτα αἰσχρολογίαν] Lege ἀσχολίαν dicit enim Socrates perdi operam inutiliter, quæ impenditur λόγοις ἐριστικοῖς Sophiſtarum. Et αἰσχρολογία quod agat hic quidem nihil habet. deinde abſonum eſt ἄχρηστον αἰσχρολογίαν dici, quia illa non tantum non utilis eſt, verum etiam ne honeſta quidem eſt & εὐσχήμων habetur.

31 Παρὰ μικρὸν] *Ob cauſam exiguam.* benè, inquit incipere non quidem res eſt exigua, attamen exiguum eſt, quod facit, ut benè incipiamus. Ariſtoteles libro I. Analyticorum, ἀπάτη γίνεται ἐν τῷ παρὰ μικρὸν. *deceptio contingit in eo, quod dicitur,* παρὰ μικρὸν, *ob leve momentum remque exiguam, quam non magni æſtimamus,* & ſi levi brachio tractetur, nihil inde nobis damni fore ſperamus. Ex. gr. ἡδονὴ ἀγαθὸν & ἡδονὴ τὸ ἀγαθὸν, hæ duæ locutiones differunt, τῷ παρὰ μικρὸν, nempe articulo, qui facit ut τὸ ἀγαθὸν ſignificet, *omne bonum vel ſummum*, ſine illo verò ſignat *voluptatem eſſe bonam.* Eodem modo Caſtores apud Lacones dicebantur, οἱ παρὰ μικρὸν θεοί, quia tum demum auxilium ferebant navigantibus, cùm ad παρὰ τὸ μικρὸν τοῦ καταδῦναι venerant, parumque abeſſet quin ſubmergerentur.

34 Εἰς τὰς ὥρας ἐλθεῖν] Dicam quid ſit, ad illud Luciani, μὴ ὥραισιν ἴκοιτο. in Dial. Deorum, ἐάν γε ὁ θεὸς ἐθέλει.

Οὐκ ἀξιόλογον πλῆθος] De concione Athenienſium ex plebis fæce maximam partem conflata, hoc ſimile accipiendum. Cum enim Alcibiades pro concione verba facere, præ metu & conſternatione, vix auderet; hujuſmodi illum verbis ad contemnendam multitudinem inſtigavit. Ælianus libro II. capite 1. Var. Hiſt. Ille verò qui ſe humilem abjectumque humi ſerpere dolebat, Antiſthenem fuiſſe ex Æliano iterum colligas l. 2. c. XI. Ceterùm, Auctoris mentem non cepit Interpres. Non enim eo tempore, quo dominabantur XXX. ſe contemni ægrè ferebat, ſed jam ante ſui contemptum Socrati impatienter expoſuerat Antiſthenes. Cum autem poſteà honoratiores & potentes opibus, ſub triginta tyrannis vita, honore divitiisque exuerentur, Socrates querelarum Antiſthenis non oblitus, Num, inquit, etiamnum pœnitet te tuæ conditionis? cujus jam ingentes fructus percipis, utpote vitæ ſecurus.

Χαιρεφῶντι] Cur omiſerit Interpres non excogito,
37 niſi Typographo hoc fuerit imputandum.

40 Ἀνθωμολογήσατο] Lectio proba & à Suida relata in voce hac. *coram - profeſſus* eſt & *condixit*, εἰς πρόσωπον ἠγωνίσατο.

41 Ἀρμόττοι] Lege ἁρμόττῃ.

Τιμῶμαι τὴν δίκην] *Æſtimo litem dignam victu* 42
in Prytaneo. Nam judices olim ipſum reum interrogabant, quanti ipſe litem æſtimaret ſuam.

Μετ' οὐ πόλλας] Triginta dies, quæ rectè dicuntur ἡμέραι οὐ πολλαί. Actor. 1. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. nempe die quinquageſimo à reſurrectione.

Αὐσίππαν] Lege Αυσίππου, deinde εἰργασμένου. 43
legendum.

Ἐτίμησαν] τιμῶ hîc eſt τιμωρίαν ἐπιτίθημι, quamvis in hac ſignificatione ἀπὸ δοτικῆς εἰς γενικὴν deſinat, ut ἐσχάτων αὐτῷ τιμῶν, Thom. hac voce. Sed noſter ubique ſapit ἰδιωτικόν τι. at quod ſequitur de Aſtydamante, aliam obtinet ſignificationem. Nam ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ eſt *aream imagine donarunt.* Auctor enim hic tangit genium Attici populi, qui ſemper vel ſaltem non ſemel in optimos ingratus fuit, in malos verò & indignos honores ſine more modoque effudit, ſic in Socratem, in Homerum, in Tyrtæum injurius; at in Ἀστυδάμαντα gloriolæ inanis vento tumidum pronus extitit, adeo ut illi decreverit primo inter Tragicos Æſchylæos imaginem æneam. Solennia ſcilicet delirat, ὁ Ἀττικίων, bonos odit, malos amat, videatur Dio Chryſoſt. in Rhodiaca, ubi de Athenienſibus ſui temporis commemorat, quod poëtam quendam λίαν εὐχερῶς non modo æneа ſtatua donarint, ἀλλὰ καὶ παρὰ Μένανδρον eam erexerint. Ceterùm non dubitem legere cum Regio Manuſcripto; πρῶτον τῶν π. A. ſenſu quo dictum: nec moveat quemquam, καὶ Ἀστυδάμαντα à me exponi, *Aſtydamantem* verò. quis enim ignorat has particulas tradere inter ſe mutuas operas, ἤ ſcilicet & καί. in vita Epicuri exemplorum ſatis eſt.

Ἀηδόνα Μοῦσαν] Lege Μουσᾶν Doricè, pro Μουσῶν, 44
ut præcedens τὰν.

Θαργηλιῶνος ἕκτῃ] Subintell. φθίνοντος. ἕκτη autem φθίνοντος eſt 26. dies Thargelionis, quo Athenienſes agebant feſtum πλυντηρίων, & urbem expiabant, & Minervæ cognomento Aglauræ ſimulachrum derractis ornamentis obvelabant, diesque ille inter ἀποφράδας & ἀπράκτους erat. Ergo atra die natus eſt Socrates & urbe in luctu & ſqualore jacente. id quod non caret omine.

Τοῦτον ἐν ϛ.] Huic loco ſubvenire poteſt diſtinctio, 48
cum levi emendatione. Nam poſt ἀπαντήσαντα minor interpunctio eſto, & Σωκράτη jungatur ſequentibus. τοῦτον ἀπαντήσαντα. Atticè τούτου ἀπαντήσαντος. videatur index Æliani in *Accuſativus.* Σωκράτη διατείνων τ. β. *Socratem ſuſtuliſſe baculum*, ictumque minatum eſſe, vel *intentaſſe* baculum. *porrigere ſcipionem* non exprimit vocem διατείνω. Vetus Onomaſt. *intento*, διατείνομαι.

Ἱστορίαν φ. π.] φιλοσόφων πρῶτος, eſt ut in vita Socratis πρῶτος τῶν περὶ Αἰσχύλον.

Μειζοσι παιδικοῖς] Adultiorem & jam barbatum 50
turpiter amavit, nempe παιδικὰ εἶχε Θαρύπαν, ἀγένειος ὢν γενειῶντα. Xenophon in fine libri 2. *Cyri Exped.* Hoc ipſum vitio vertebatur apud Gentiles. Nam barba creſcente & adoleſcentibus virilem ſe-

xum ita profitentibus, amor ille puerarius, ut ita dicam cum Gl. Philoxeni, ſolebat deſinere. niſi quis extremæ libidinis mancipium eſſet, & pathicus. Idem Menon dicitur ξεναγὸς, id eſt, *dux militum mercede conductorum.*

52 Κατὰ πρόφασιν πανηγύρεως] Ludos Olympicos deſignat, quos obiens Megabyſus divertit ad Xenophontem, ut ipſe Xenophon fatetur libro v. K. A. à quo & ſequentia tranſcripſit Auctor, nam equum habuit quo valde delectabatur, & ex inopia venditum, ab amicis recepit, qui redemerunt, & hoc reſpectu ab Autore Φίλιππος dicitur. Φιλοκύνηγον ſe probat iterum Xenophon libro v. Aruſpicinæ non ignarus fuit, vel ut Autor ait, ἱερεῖα διαγνῶναι ἱκανὸς, uti patet ex lib. VII. K. A. & aliis locis.

56 Μακεδὼν ἦρξε] Lege Μακεδόνων η. *Macedonum Rex fuit.*

61 Ἐσκευώρηται] Ipſa oratio clamat, ἐσκευωρῆσθαι legendum: dicit enim & Antiſthenis & aliorum dialogis accidiſſe, ut falſi veris miſcerentur, locum ita verterem: *imo & Antiſthenis* μικρὸν Κύρον, *& Herculem minorem & Alcibiadem & alios aliorum* (dialogos) *confictos eſſe.* Id ait Perſæus, certè *Phrynichus*, apud *Photium*, duos tantum genuinos Antiſthenis dialogos agnoſcit, τὸν περὶ Κύρου, καὶ τὸν περὶ Ὀδυσσῆ. I. Ὀδυσσείας.

67 Κράμματι ῥανθῆναι] Lege κράματι, vel potiùs ῥάμματι à ῥαίνω, ut ab αἴρω ἄρμα, unde ῥάντης, *ſputator.*

80 Τὸ δὲ ὅμοιον] Nempe quod ſequitur, Ulyſſem apud inferos vidiſſe tantummodo εἴδωλα καμόντων, ipſam verò Reginam, Proſerpinam minimè. quamvis & præcedens Stobæus Ariſtoni tribuat. Sed illud non rectè dixeris ὅμοιον, ſed τὸ αὐτὸ. Paulò ante de Ariſtippo ad pedes Dionyſio accidente. ubi ex Suida pro περὶ legerem ὑπὲρ, pro ἐπιτυγχάνων, τυγχάνων, ex ἔπεσε facerem πεσὼν ἔπεισε. Nam τὸ εἰς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε, *ad pedes ejus ſe abjecit*, nil habet de exorato Dionyſio, quod tamen omnino dici debuit. Infrà in vita Platonis, οὐ τυχὼν δὲ. *ſed nihil proficiens.*

95 Καὶ μὴ μισήσειν &c.] Interpres mentem Auctoris planè pervertit. Non enim ſermo eſt de ſapiente, quem nemo odiſſe debeat, quique ipſe vetera dediſcere & nova addiſcere habeat. de peccante accipienda hæc ſunt, qui cum non ἐκ προαιρέσεως, ſed affectibus abreptus peccet, quaſi invitus peccat, & propterea non odio dignus eſt, ſed moneri & meliora edoceri debet. Verto, igitur: *nec odio ſe habituros* (peccantem) *ſed meliora eum docturos eſſe.* μεταδιδάσκειν eſt aliquem malè informatum meliùs informare.

99 Ἕνεκα τῆς τῶν ἀφρόνων συνοχῆς] Ut inſipientes illo tamquam fræno teneantur. vel ad *coërcendos inſipientes.* Philoxeni Gl. *cohibet*, συνέχει, *cohercet*, συνέχει, *cohercitio*, συνοχή. Ubi verò συνοχὴ *conſpirationem* deſignet, ipſe viderit interpres.

102 Φησὶν ὁ Ἀυσίμαχος] Philo in, *quod omnis probus ſit liber*, non ipſi Lyſimacho, ſed τινὶ τῶν ἐν τέλει, hoc aſcribit. Dabo ipſa ejus verba, quia à Laërtio nonnihil abeunt. οὐκ ἐξέπεσεν, inquit, τὸ δ' αὐτὸ ἔπαθον τῷ Διὸς Ἡρακλεῖ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐξετέθη πρὸς τῶν Ἀργοναυτῶν, οὐκ ἀδικῶν, ἀλλ' ὅτι μόνος πλήρωμα καὶ ἔρμα καθ' αὑτὸν ὢν ἐναυβάρει, δεὸς παρασχὼν τοῖς συμπλέουσι, μὴ τὸ σκάφος ὑπέραντλον γένηται.

Τὸ θύριον προσθεὶς] *Adducto oſtiolo* cellulæ ſuæ ibat 105
ad Socratem, Herodotus in Thalia θέλων αὐτοῦ προσθεῖναι τὰς θύρας. *volens ejus claudere januas.* Abſit verò, ut hunc Græciſmum, elegantioris commatis qui eſt, Auctori adimamus, intempeſtivâ emendatione. Contrarium τῷ προσθεῖναι eſt ἀνακλίναι τ, θ.

Τὴν ῥωβοστομυλήθραν] Optima lectio coalita ex 108
ῥῶ litera (βο eſt adjectio, uti πα in ῥωπακίζω, *frequenter litera ρ utor*) & στωμύλος, *dicaculus* θρα terminatio fœminina, ut in κυκήθρα, & aliis id genus. Dicitur autem Demoſthenis lingua vel dicacitas ῥωβοστωμυλήθρα, *robica loquacitas*, quia Demoſthenes valdè laborabat ῥωβικὸς eſſe, id eſt, ut benè pronuntiaret literam ῥ; confirmatque Laërtius, dicens, Demoſthenem audiviſſe Eubuliden uſque dum fieret ſe ipſo ῥωβικώτερος, id eſt, meliùs literam ρ efferret.

Ἀπολωλότων] rectè, ut paulò ante, τῶν ἀπολω- 115
λότων.

Παρὰ γράμμα διώκοντες] παρὰ γράμμα ſignificat, 118
præter literam, vel *litera una minus ſectantes* ἀρετὴν, quaſi extrito ε legas ἀρτὴν, ab αἴρω, è medio tollo. Innuit illos peſſundare virtutem, dum ei ita ſtudent, ut alibi potius quàm apud Philoſophos illos quærenda ſit. Faciunt enim ex ἀρετὴ ἀρτὴ, *ex virtute rem è medio ſublatam.* Sic Helladius apud Photium ait multa eſſe παρὰ γράμμα ἡμαρτημένα, *ob literam commiſſa peccata.* ut σίκυς pro σίκυος, ἀνδράχνη pro ἀνδράχλη. Qui hæc exiſtimat nimis quæſita, amplectatur illam ſententiam quæ παρὰ γράμμα de nomine virtutis accipit. Ceterùm, parodia hæc ex multis Homeri locis in Iliade & Odyſſea eſt.

Μηδένα] Huic voci ſubjiciendum ex ſequentibus 119
τὸ, λέγειν, ut lectio ita ſe habeat, ἔλεγε τὸν λέγοντα, ἄνθρωπον εἶναι, μηδένα λέγειν, *dicebat eum qui diceret, hominem eſſe, neminem dicere.* tollebat enim τὸ εἶδος. cujus exemplum eſt in eo, cum dico, *homo eſt.* Ejusdem coloris eſt & ſequens ſophiſma, quod ſane ἀρχαῖον πῖνον habet, & dialogos ejus ψυχρότητι vincit.

Μεταξύ] *Interim medio in ſermone* reliquit Cra- 120
tetem.

Πιὼν ἤλασσε] Hauſto vino bigam ad curſum impulit; bigam feralem, ſenectutem & morbum, eaque vectus eſt ad inferos. Poſteà legerem in δράματι γάμων, & ita Interpres: βύσματα Stilponis ſunt ſophiſmata, quibus obturabat os aliis, à βύω obſtruo, obturo.

Ὑποσημειώσεις] Vide Theætetum Plat. ab initio. 122

Ἀλεξίνειος] Alexini diſcipulus, æque ac præceptor 125
Ἐλεγξῖνος.

Παῳδῶν] Per parœdiam verſus Homerici, ut ante 126
in vita Stilponis, vide Homerum Odyſſ. II. ubi

agit de Ulyſſis deſcenſu ad inferos. Fuit enim Crates Cynicus mirus artifex in detorquendis Homeri verſibus, uti ex vita ejus patet.

Ταῦρον Ἐρέτρην] Menedemum.

127 Ἐπισκώπτης] Malim ἐπικόπτης, id eſt, qui in diſputando liberè adverſario obloquitur & ejus verba verbis acutiſſimis inſtar κοπίδος ſecat, ita ut amplius non habeat quod regerat. aut ἐπισκίπτης, *ſalutigerulus*. Nec verbis tantum, ſed vel tacitus aliorum reprimit impudentiam & cavillationes, ut ἐπιπλήκτης. quamvis & ἐπισκώπτης eodem videatur recidere. Nam ἐπισκώπτω eſt *increpo* in *Gloſſis*, niſi & ibi legendum ἐπικόπτειν. vide Heſychium in ἐπετέμετο. Ipſe Laërtius in Xenophonte ἐπικόπτης, & iterum ἐπικόπτων αὐτῶν τὰ εἰρημένα. vide ibi dicenda. at lib. IV. ſect. 33. ἐπισκώπτης.

Ἱεροκλέους τοῦ ἐπὶ τοῦ Πειραιῶς] Præfectus militum, in Piræo & Munichiæ, quæ Antigono cuſtodiebat, in vita Arceſilai. συναναπάμπτειν ἐν Ἀμφιαράου, eſt *ambulare cum aliquo in Amphiarai*, ſcilicet templo. Sic infrà ἀνακάμπτων ἐπυνθάνετο, inter *obambulandum interrogabat*.

128 Κτήματα] Non agrum tantum, ſed prædia quam plurima ſe poſſidere reſpondit. Abi igitur & eorum curam agito, ne duplici infortunio mactus ſis, dum, te philoſophiæ fruſtra operato, & illa peribunt, & tu cum illis, ut non ampliùs queas repræſentare idiotam commodum & bellum.

130 Μᾶλλον ἀτειρότερον] lege ἀτηρότερον, majore cum periculo ſuoque malo inflabat vehementiùs.

Δεικνὺς ἐπὶ τῆς θυσίας] Locus ſine dubio mendo eoque fœdo obſitus. Si Θ. in θυσίας invertatur, primo erit ῥυσίας. deinde ex τῆς ῥυσίας, lego παῤῥησίας. ἐπὶ παῤῥησίας *pro libertate loquendi, per ſummam dicendi libertatem* pluribus oſtendit. ſic ἐπὶ σχολῆς φιλοσοφεῖν *per otium*, lege otiosè philoſophari. Non aliter Menedemus, ἐπὶ παῤῥησίας, quaſi libertas loquendi ei data eſſet à Tyranno, oſtendit omnes dies eſſe Philoſophorum acroamatibus dandos. Hæc παῤῥησία perniciem ipſi creaſſet, niſi tibicen interveniſſet, qui cantu ſuo illos adeò cepit & delinivit; ut animos à diſſertationis moleſtæ ſenſu avocaret. Sic Menedemus dicendi, & Tyrannus audiendi, ambo altercandi finem fecerunt. διεπέμψατο αὐτούς, *cantu diremit litem illorum*, transegitque inter eos. Nam διαπέμπομαι, idem eſt quod διώγω, διαφίημι, διαιρῶ, δίεμι, unde δίεσις *divortium*.

Ἐκκλίτης] *Qui deflectit à communi more*. Mos autem erat, ut Schola eſſet venturis auditoribus ornata, humus ſcopis purgata, & ſedilia pulvere deterſo, in orbem diſpoſita. In medio thronus erat, ipſi Philoſopho deſtinatus. Hæc & alia ſervi præceptoris, quibus hæc provincia demandata erat, quotidie accurabant. Demoſthenes hoc officium exprobrat Æſchini, quod fuerit in patris ſchola, τὸ μέλαν τρίβων, καὶ τὰ βάθρα σπογγίζων, καὶ τὸ παιδαγωγεῖον κορῶν, οἰκέτου τάξιν, οὐκ ἐλευθέρου παιδὸς ἔχων, inde *corona*. videatur & Plato in Protagora. Erat etiam locus peculiaris propriusque pauperculis auditoribus, uti ex vita Zenonis infrà patet. Ab hoc ſcholaſtico more deflectebat Menedemus & utrum ſcamna & alia ritè diſpoſita eſſent, nec ne juxtà æſtimabat, ἀδιάφορος ἦν.

Συνοικοδομοῦντες] Rectus pro gignendi caſu ab- 131
ſoluto.

Λιβανωτὸν τιθεὶς] Foculo impoſiturus aliquot thuris grana, more magiſtratuum, qui curiam ingreſſi, antequam negotii quicquam attingerent, deos precabantur & igne thus adolebant, vide Ariſtophanem in Veſp.

Περιστραμμένου] Iterùm ſtylus Laërtii ἰδιωτικὸς eſt, ad Solœciſtam Luciani accedit; ubi quidam eadem phraſi uſus, à Socrate Mopſueſtanus audit: θαυμαστὸν εἰ εἷς ὢν περιέστης τὸν ἕνα, *mirum ſi tu unus unum circumſtiteris*.

Ἀγαμεμνόνειον] Hominem Agamemnonis animum ſpiritusque habentem. Agamemnonem Homerus nobis ſiſtit ut imperandi cupidum, quique ſemper in ore ferebat: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη &c. Ad ſtaturam Agamemnonis non potuit reſpicere Crates, quia Menedemus τὸ μέγεθος σύμμετρος ἦν, non autem procerus ad Agamemnonem, qui ἠΰτε βοῦς ἀγέληφι μέγα ἔξοχος ἵπλετο πάντων, *ut taurus inter armenta ſuper omnes eminebat*. Ex hoc ſimili ſuprà per parœdiam dixerat Menedemum Ταῦρον Ἐρέτρην *Taurum Eretricum*, non alia de cauſa, quàm quod Taurus etiam ſit ζῷον βασιλικὸν, & dux armenti, quemadmodum Menedemus rei Eretrienſium publicæ præerat. προύστη τῆς πολιτείας, id quod in philoſopho reprehendebat Crates.

Φιλυπόδοχος] Miror quid viderint viri eruditi, ut 133
hîc tricas nectant, quid enim rationi minùs conſentaneum fecit Menedemus, ſi ad loci inſalubritatem vel evitandam vel minuendam frequentiùs inter amicos hoſpitesque in conviviis exhilaravit animum, cujus fultura corpus quoque ſuſtinetur? Ipſi enim ſenſus ſuaviſſimo illo vitæ coagulo, colloquiis, inquam, convictuque amicorum ſubinde interpolati, occupatique minus admittunt morbi injurias, & ſi vel maximè admiſerint, majore quaſi vi repugnant, citiusque dispellunt quicquid malignitatis obrepſerit. Hanc Menedemi diætam ſalutarem non ita pridem experti ſunt, qui morbis in Germania inferiore ingraveſcentibus φιλυπόδοχοι fuerunt, & læti inter lætos ſine vituperio egerunt. Ne dicam ex Proverb. XIV. 30. חיי בשרים לב מרפא ubi *cor ſanans* eſt cor lætum & hilare שרפא הגוף פשמחתו.

Ἐν τῷ συνθέσθαι] Ad conſentiendum ſubſciben- 134
dumque ſententiæ difficulter poterat adigi. Nam ne hoc faceret, in omnia ſe vertebat, & nihil non excogitabat argutiarum, ἐν τῷ σ. Atticè pro εἰς τὸ.

Τὰ διαλεκτικὰ] Opponitur δόγμασι ἢ παιδιᾷ Δια- 135
λεκτικῇ. Nam placita Platonis re ſeria amplectebatur, interim tamen ludebat more Dialecticorum, id eſt, Ἐριστικῶν, idque ſequentia declarant.

Οἱ σωματοποιήσαντες αὐτούς] Patroni, qui ſuppe- 138
ditabant ſumptus philoſophantibus. σωματοποιεῖν, propriè eſt in pulvere gymnaſtico ſe exercere ita ut corpus inde colorem, ſuccum, torosque contrahat. Multi enim, qui corpus facere, Græcè σωματοποιεῖν,

volebant, eo tantum fine in diſciplinam pædotribis ſeſe dabant, ut εὐεξίαν σώματος, meliorem corporis habitum ſibi acquirerent. E palæſtra deinde hoc cum aliis multis vocabulum ad rem literariam tranſiit, ibique οἱ σωματοποιήσαντες ſunt, quos dixi ante. Ex eodem fonte defluxit, in vita Socratis ἐπήλειψαν αὐτῷ, contra illum pecunia *inſtruxerunt, incitarunt*. Vide Xenocratis vitam ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω.

139 Βραδέως] Βαθέως ἦν τῆς ἡμέρας. *Cum jam dies multa eſſet*, δείλης à *meridie*, cum jam melior pars acta dici eſt. ſic ὄρθρου βαθέως, *bene manè* apud S. Lucam 28. ubi Pricæus. Sic legimus νυκτὸς βαθείας, ἑσπέρας βαθείας.

141 Διαβλέπειν] *Interpr. deſignare*. Exemplum hujus ſignificationis ab Interp. allatum vellem. legerem ex ſeq. διέβαλεν, ſequitur enim διαβάλλοντος Ἀριστοδήμου.

143 Πρόβουλον] A conſiliis fuit Fretrienſibus quinam ſint πρόβουλοι videre eſt ex republica Athenienſium. in ſeq. lego cum edit. Steph. ἀπὸ τῶν τυράννων, ἐπαγόμενον Δημήτριον, tantum abeſt ut prodere patriam voluerit, Antigono, ut potius eam auxilio Demetrii à tyrannis liberandam decreverit.

144 Φιλόσοφος μέντοι τοιοῦτος] *Philoſophus equidem talis tantuſque es, peſſimus nihilo tamen minùs virorum, qui ſunt & fuerunt omnium*. Concedit Perſæum eſſe bonum philoſophum, ſed bonum virum eſſe negat.

AD LIBRUM III.

1 Πλάτωνος περιδείπνῳ] Dialogus fuit de morte Platonis, tituluſque ſumptus ab eo quod Plato ἐν δείπνῳ obierit, idque δεῖπνον ei περιδείπνον, *vel cœna emortualis* fuerit. Sic Timon ſcripſit περιδείπνον Ἀρκεσιλάου, infrà in vita Timonis.

Θαργηλιῶνος ἑβδόμῃ] Subintelligitur, φθίνοντος die 27. Thargelionis. Diana pridie nata, ut patet ex Vita Socratis. Latona enim primo peperit Dianam, illaque obſtetrice Apollinem. Apollodorus libro primo.

3 Ἀμεινίου] Ἀμεινίας & Ἀμείνων unum idemque nomen ſub gemina κλίσει, ut Γλαῦκος & Γλαύκων, Ἀριστίων, Ἀρίστιος, Ἀριστίας, &c.

5 Μεθ' ἡμέραν] *Interdiu*, noctu ſomnium hoc viderat & luce orta ſtatim ei traditus eſt Plato, ὄναρ ὕπαρ. Vide Suidam in μεθ' ἡμέραν.

Πρὸ τοῦ Ὀλυμπιακοῦ θ.] Antequam in theatrum Olympiæ prodiret vel, ut alii volunt, Athenis.

6 Ἡρακλειτείῳ] Antea jam dixerat; ἐφιλοσόφει, &c. καθ' Ἡράκλειτον. *Sequebatur philoſophiam Heracliti*. Interpr. male annectit καθ' Ἡράκλειτον proximè præcedentibus, quaſi non alias ſæpe legerit Ἀλέξανδρος ἐν διαδοχαῖς. Amorem Heracliti ejuſque doctrinæ haud obſcure præ ſe fert Plato in Phædone ubi ſub perſona Socratis dicit, τοὺς αἰτιολόγους λόγους qui profitentur putare ſe ſapere & ſolos animadvertiſſe, ὅτι οὔτε τῶν πραγμάτων οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς, οὐδὲ βέβαιον, οὔτε τῶν λόγων ἀλλὰ πάντα τὰ ὄντα ἀτεχνῶς, ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ ἄνω καὶ κάτω στρέφεται, καὶ χρόνον οὐδένα ἐν οὐδενὶ μένει. Et alibi ibidem: θαυμαστῶς ὡς ἐπιθύμησε ταύτης σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι, εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου. & in Cratylo. Λέγει που Ἡράκλειτος, ὅτι πάντα χωρεῖ, καὶ οὐδὲν μένει, καὶ ποταμοῦ ῥοῇ ἀπεικάζων τὰ ὄντα, λέγει, ὡς δὶς εἰς τὸν αὐτὸν ποταμὸν οὐκ ἂν ἐμβαίης. Et alibi ſæpius, imprimis in Theæteto ubi Heraclidem cum Meliſſo & Parmenide committit.

Τέττιξι ἰσογράφος] Alludit ad ea quæ de cicadis 7
muſinatur Socrates ſub platano ad Iliſſum, in Phædro.

Μίξιν τε ἐποιήσατο] Hæc mixtura cùm ſtyli inu- 8
ſitata obſcuritate conjuncta effecit, ut Platonici in tot ſectas deinde ſciſſi ſint. Quidam enim arripiebant, & tuebantur Socraticam εἰρωνίαν, alii Heracliti flumine abrepti, nihil ſcire ſe clamabant, alii aliud ex Platone decerpebant. Vid. Numenius apud Euſebium lib. XIV. cap. 5. Præp. Evang.

Ἀλλ' ἀεὶ, &c.] Verſus Epicharmi digni ſunt qui 10
accurate excutiantur, cùm contra Ethnicorum Deos omnes efficaciſſime pronuntient ſententiam. Loquuntur autem in illis duarum opinionum ſectatores, alter pugnabat pro Diis Gentilium, quos vulgus oculis uſurpabat, manibuſque tractabat, elementis puta, Sole, & aliis mundi partibus: huic occurrit alter, negatque Deos eſſe, quia non ſemper fuerunt, cum tamen ἀεί τοι θεοὶ παρῆσαν nec unquam eſſe deſierint. Regerit iterum idolorum πρόμαχος, ſe libenter admittere, Deos ſemper eſſe, & hoc ipſum illis, quos colit, plane pleneque competere. τάδε δ', inquit, πάρεσθ' ὅμοιον, διὰ δὲ (lege διάτε) τῶν αὐτῶν ἀεὶ, *hæc* (univerſa inquit δεικτικῶς) *ſemper ſunt ſimilia & per eadem ſemper*. Neque enim verba iſta accipere velim de æternis, quia illa non ſunt ὅμοια ſed τὰ ὄντως ὄντα, quæ non habent aliquod prius, cui ſint ſimilia. τὸ ὅμοιον autem neceſſe eſt poſterius deterioriſque conditionis eſſe reſpectu ejus, à quo tanquam exemplari mutuo accepit ſui ſimilitudinem. Accedit auctoritas Platonis, qui in Timæo cùm locutus eſſet, quid & quale ſit τὸ νοητὸν, Epicharmi pæne verbo deinceps utitur in deſcribendo αἰσθητῷ, τὸ δὲ ἐμώνυμον, inquit, ὅμοιόν τε ἐκείνῳ· δεύτερον, αἰσθητὸν, γεννητὸν, πεφορημένον ἀεὶ, γιγνόμενον ἔν τινι τόπῳ, καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολλύμενον, &c. Hic diſertè τὸ αἰσθητὸν dicit ὅμοιον ἐκείνῳ (νοητῷ.) Ergo & apud Epicharmum τάδε, &c. ὅμοιον intelligenda ſunt de hoc univerſo ejuſque potioribus partibus, quæ ſemper ſibi ſimiles ſunt, & per eadem volvuntur, eunt, & redeunt, ut Sol, Luna, anni tempeſtates, aër, aqua, &c. Iſta pro Diis agnoſcenda ait πολύθεος, ὅτι ἀεί τε τοι παρῆσαν καὶ ὑπέλιπον οὐ πώποτε. *quia ſemper erant & nunquam deſierunt*. Refutat πολύθεον alter ex eo, quod Chaos ſecundum ipſorum πολυθέων principia ante omnes Deos exſtiterit: ex quo conficitur, omnia illa, quæ ante deos ſalutabat, chao primas concedere, idque amplius ex re ipſa perabſurdum eſſe demonſtrat dicens.

Πῶς δέ κ'; ἀμήχανόν γε ἀπό τινος μηδὲν, ὅ, τι πρῶτον μόλοι· quomodo vero? imo non poteſt fieri ut quod primum eſt, ex aliquo ſit. dixiſti, inquit, hoc univerſum ſui ſemper ſimile eſſe, & tamen per tua ipſius principia admittere cogeris, chaos præceſſiſſe Deos, eoſque ex Chao genitos eſſe; quomodo hæc inter ſe conveniunt? nonne hæc adverſis frontibus concurrunt? Si Dii Tui vere Dii ſunt, non habent aliquid prius ex quo ſint. quid igitur faciet Chaos? quo pacto illud πρῶτον θεῶν? quod ipſa verba attinet, ἀμήχανόν γε intelligendum adverbialiter pro ἀμηχάνως, deinde geminatur negativa in μηδὲν pro τὶ *aliquid*. ἀμηχάνως μηδὲν μόλοι, ut οὐδεὶς ἀνίκητος. at conſtat ex Græca lingua, quòd in concurſu negativarum oratio aliquid affirmet. Ergo verſum hunc κατὰ ῥητὸν ita verterem.

Quomodo verò? *Impoſſibile eſt ab aliquo veniat id quod primum eſt.*

Quæ cum ita ſint, οὐκ ἄρ', *non ſane*, inquit, quod Deus eſt, aut primum venit, aut ſane ſecundum. Nam in æternis non eſt ratione originis primum; multo minus ſecundum. Si vero ſcire vis ubi numeri iſti locum habeant, illa conſidera, de quibus jam loquimur, ſenſui ſcilicet obnoxia de quibus jam audi plura. Pone numerum imparem aut ſi placet, parem, eique adde calculum vel appoſitum deme; num tibi etiamnum videtur idem eſſe numerus? Nequaquam idem in menſura procedit, quæ modo creſcit modo decreſcit, & ita mutatur. Nec aliter ſe res habet cum homine, nunquam idem eſt, ſemperq; e conſtans in ſua mutatione eſt, λαβεῖν τὴν ὑπάρχουσαν eſt contrarium τῷ ποτιθέμεν. μέτρον παχὺ eſt, *ſolida menſura*, cui ſi addatur aliud ſolidum, vel abſcindatur aliquid, eadem non amplius eſt quæ antea fuit. Hinc patet, Epicharmum negare, Deos aut primo aut ſecundo factos eſſe, & qui ita de eo ſentiant, non diſtinguere τὸ ἀεὶ ὂν καὶ κατὰ τ' αὐτὰ ἔχον, ab iis quæ mutationibus variis, loci, temporis, habitus, &c. obnoxia in horas à ſe ipſis abeunt. Vide Plutarchum apud Euſebium lib. XIV. cap. 16. Præpar. ubi itidem negat, in Deo οὔτε τὸ πρῶτον εἶναι δέξασθαι οὔτε τὸ δεύτερον.

17 Παραπήγνυσιν] *Obſervat* unde παράπηγμα καθολικὴν *obſervatio univerſalis*. Sextus Empiricus pag. 44. ſequentia Epich. ita legerem cum Stephani editione

καὶ λαβών τις αὐτὰ περιδύσας τὸ μ. ο. ν. ε.

divinat enim poëta fore, ut aliquis ejus verba metro, quo ligata ſunt abſolvat, veſteque dictionis proſæ induat & purpuræ flore variet, & ita ipſe victu difficilis alios ſine negotio ſuperet. Lectio vulgata περιδήσας ſe ipſam deſtruit. quomodo enim poſſit metrum dari vel indui verbis, quæ jam ante ab ipſo id habent Epicharmo. nec de alio metri genere accipi poſſunt verba, ὡς κεῖνται. primum verſum legerem,

Ὥστε ἐγὼ δοκέω, δοκέων γὰρ σαφίσαιμι, τοῦθ', ὅτι.

Adeoque ego puto, dicam enim quid putem, hoc, quod.

19 Τηρούμενον] *Carcere detentum*, τήρησις *cuſtodia*. τηρεῖσθαι *in cuſtodia eſſe*. Thucyd. in fine 7. ἀσφαλεστάτη τήρησις *carcer munitiſſimus*. nec in N. T. infrequens eſt.

Ἀννίκεριος] Qui Platonem redemit & Philoſophus deinde ſectæ Cyrenaicæ evaſit. nec Chronologia exigit, ut duos Annicerides ſtatuamus. Quo enim fundamento negabimus eum μακρόβιον fuiſſe? quamvis non neceſſe ſit, ut vitam ejus juſto longiorem credamus. Si enim Menedemum, Platonis auditorem, uſque ad Paræbatæ tempora pervixiſſe haud difficulter admittimus, nec duos facimus Menedemos, tametſi in vita ejus legamus, ipſum inter alios etiam Paræbatem Cyrenæum deſpexiſſe, quid quæſo cauſæ ſubeſt, cur non idem ſervemus judicium in Anniceride? Vixit quidem Anniceris Platonis tempore, ſed an ætate æqualis? non puto. Fuit quidem Paræbatæ diſcipulus, ſed ita ut potuerit eſſe magiſter Theodori Athei, ut Laërtius in Vita Ariſtippi. Nec quod Ariſtides ait, Anniceridem hoc ſolo inclaruiſſe, quod Platonem redemerat, facit, ut à Laërtio diſcedam. Plus enim nominis adeptus eſt hoc facto apud omnes homines, quam ſua philoſophia apud paucos, latiuſque ſe diffudit cum Platonis gloria εὐκαιρος illa Liberalitas, quàm eruditio. adde quod Ariſtides loquatur de illo nondum philoſopho. Hanc ſententiam nemini obtrudo, fruatur quiſque ſuo judicio in re non magni momenti. 20

Δῆμοι] Cauſas evitati πολιτισμοῦ ipſe dat lib. VI. Polit. καὶ τούτων δὴ τῶν ὀλίγων, inquit, οἱ γευόμενοι καὶ γευσάμενοι, ὡς ἡδὺ καὶ μακάριον τὸ κτῆμα (φιλοσοφία) καὶ τῶν πολλῶν αὖ ἱκανῶς ἰδόντες τὴν μανίαν, καὶ ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν ὑγιὲς (ὡς ἔπος εἰπεῖν) περὶ τὰ τῶν πόλεων πράττει, οὐδ' ἔστι ξύμμαχος, μεθ' ὅτου τις ἰὼν ἐπὶ τὴν τῶν δικαίων βεβήθειαν σώζοιτ' ἄν, &c. *Ex his pauci guſtant & guſtarunt, quam ſuave & beatum bonum ſit Philoſophia: & contra inſaniam multorum ſatis perſpectam exploratamque habent, & neminem in adminiſtranda re civitatis publica ſobrium ſanumque vident, nec aliquis occurrit ſocius quicum junctis viribus eant ad juſtitiam tuendam & ipſi tecto latere diſcedat. ſed quaſi homo aliquis, qui in feras incidit, nec cum illis facere velit injuſtè, nec unus multis efferatis reprimendis par ſit, antequam urbi & amicis utilem dederint operam, in tanta turba nemine curante pereunt, nec ſibi nec aliis vixerunt umquam. Hæc qui conſiderat, quieti ſtudet ſuaſque ſibi res curandas exiſtimat, & quaſi multo pulvere, marique vento fluctuante muro ſuccedit, & inde à littore proſpicit alios injuſtitia ſe ingurgitantes, ipſe contentus vixiſſe ita, ut ab omni impio injuſtoque facinore purus & bona ſpe plenus ex hac vita diſcedat.* Hæc Plato. Locum dedi integrum, quia explicat egregiè, quæ Laërtius tribus verbis innuit. 23

Ἴσον ἔχειν] Nolle eos ἰσονομίαν inter cives *Megalopolitanos*. Nam μεγάλη πόλις eſt urbs Arcadiæ, tempore Epaminondæ exſtructa. Vide Strab. & Pauſan.

Λόγον παρήνεγκεν] Adhibuit quæſtionibus τὴν πλατύτητα τῆς ἑρμηνείας, cum antea ſteriles eſſent hæ interrogationes, & verbum verbo reſponderet dialecticorum more.

31 Πρωτοπλόου] Navis proprie dicitur πρωτοπλόος quæ primum experta eſt aquam, & primum tollit vectorem. Simili Metaphora Ariſt. in Equit. triremes nondum in mare demiſſas, παρθένους, vetuſtas & ſæpius ἐνεργούς, dixit γεραιτέρας. Huc pertinet illa, quæ dixit ſe non tollere vectorem niſi plena navi. ἁπλόος eſt jam veterana, & poſt mille pericula maris ſubducta. πρωτοπλόος dici poſſit etiam ἀθαλάττωτος, quamvis hoc vocabulum tam recentioribus quàm vetuſtis commune videatur. vide Heſychium hac voce τὴν Ἀργὼ πρωτόπλουν τὶ σκάφος διὰ τῆς ἱστορίας παρειλήφαμεν. Sextus pag. 314.

35 Καὶ πυθόμενος] Et cum percontaretur (Plato Antiſthenem) τί μέλλει ἀναγινώσκειν, *quid recitaturus eſſet?* Reſpondit, *ſe edicturum quod contradicere non ſit:* cum negaret id Plato: *quomodo ergo tu ipſe de iiſdem ſcribis?* inquit Antiſthenes. Platone regerente *ſententiam ſe ſuam mutare*, ſcripſit in eum dialogum *Sathon inſcriptum.* Satho autem ὑποκοριστικὸν eſt, quo pueris nutriculæ blandiuntur. Ergo inſcriptio denotat, Platonem eſſe pueri inſtar leviſententia, & aliud ex alio dogma amplecti. Sic apud Ariſtophanem in Pace puerum quis appellat: ὦ πόσθων, quod nomen æque ac Σάθων à parte, qua ſexus cenſetur maſculus, ὑποκοριστικῶς deſcendit, ut Scholia Græca notant.

41 Κηφησιάσιν] Ita loqui amant Attici: γῆς πλέθρα Ἐρχιάσιν. Plat. in Alcibiad. *a.*

53 Ἐπαγωγὴ] Verbis Platonicis conſtat hæc deſcriptio variiſque utitur nominibus πρὸς τὸ μὴ εὐσύνοπτον εἶναι, &c. quæ inf. Segm. 63. exſtant. Simpliciùs dixeris ἐπαγωγὴν εἶναι λόγον ἀπὸ ὁμοίου ἐπὶ τὸ ὅμοιον. Si his ſimplicioribus verbis illigetur deſcriptio, facile patebit, quo laborent vitio quæ ſequuntur deducta ex fonte non liquido, ſed inquinato. Quid enim? num inductionis nomen meretur, quod ſimile à ſimili colligit, imo id in Logicâ *exemplum* eſt, & facile quadam diſſimilitudine eluditur, nec vim probandi, ſed illuſtrandi habet, niſi aliæ interveneriut περιστάσεις. Sed videtur inductio, eodem quo exemplum numero cenſuque, eſſe apud Platonem.

54 Ὁ δὲ τὸ καθόλου] Hæc & quæ ſequuntur verba Suidæ ſunt reſtituenda in voce ἐπαγωγὴ, ubi hunc locum habet κατὰ ῥητόν.

55 Περὶ αὐτοῦ τοῦ δικαίου] Suidas loco citato addit ἁπλῶς, non malè.

Διὰ τῶν ἐπὶ μέρους] Suidas legit: διὰ τοῦ ἐπὶ μέρους. Paulo poſt, pro ἔκ τινων ὄντων ἐπὶ μέρους legit Suidas: ἐκ τινῶν τῶν ἐπὶ μέρους. οἷον in Suida male deſideratur ante ὅτι τὸ καθεύδειν, &c.

64 Διαφέρουσιν] Suidas in εἰδέα· legit διαφόροις eodem ſenſu.

Ἰδέαν] Suidas legit εἰδέαν & poſt αἴτιον ſtatim ſubjungit καὶ οὔτε κινούμενον, &c. cætera omnia fere in Etymologico extant è Suida tranſcripta. Quod exemplum attinet è Phædone Platonis petitum, illud malè caret negativo οὐ. Ita enim Plato, οὐ φαῦλον πρᾶγμα ἔφη, ὦ Κέβης, ζητεῖς. πρὸς τὸ οὕτω τυχὸν, quod Porti ibi lectio habet, ſignificat, *pro re nata* vel, *ſi ita ferat materia ſermonis.*

65 Κατὰ προηγούμενον] Id dicitur κατὰ προηγούμενον, quod non obiter, ſed cum cura & ſolidioribus argumentis probatur, excutiturque in primis, quia in eo rei vertitur cardo: quod verò ἐν εἰκόνος μέρει tamquam imago adhibetur, illuſtrat magis quàm probat, & cauſæ reique propoſitæ articulum non attingit, niſi primoribus, ut ajunt, digitis, & τῷ προηγουμένῳ, colorem ſuperaddit.

Διπλῇ] Elliptica locutio, integra eſſet, ἐστίᾳ διπλῇ, Sextus libro I. Hypotypoſeon cap. 19. ἑστία autem eſt trigonus erectus in pyramidem, Veſtæque ſacer, quia ignis præ ſe fert formam in acumen ſupernè deſinentem. Unde & Plato in Timæo τρίγωνον πυρὸς ἀρχὴν, καὶ τῶν ἄλλων σωμάτων, ὑποτίθεται. Tale τρίγωνον repræſentat διπλῆ. etſi enim ex recto fiat obliquum, baſique careat, ἑστίας tamen nomen ſibi retinuit, ac ſi perfectum eſſet trigonum. Vide figuram apud Ariſtophanem multis in locis, imprimis pag. 107. in Nubib. Edit. Baſil. cui ſi addatur baſis, habebimus σχῆμα τοῦ προμήκους καὶ λοξοῦ τριγώνου.

Δύο ἀρχὰς] Alii tres agnoſcunt ἀρχὰς. Sed hoc 69
ἐναντιοφανὲς facilè intelligitur. Laërtius enim quando duo agnoſcit principia apud Platonem, loquitur de principiis ἐξ ὧν καὶ ὑφ' ὧν, *ex & à quibus eſt res* πρώτως καὶ ἡγουμένως. Ita ſecundum Platonem tantum duo erunt prima principia, à quibus omne eſt, quicquid eſt. Nempe Deus & materia. Ab his principiis multum differunt ideæ, ut quæ tantum reſpectu rerum conditarum ſunt ἀρχὴ παραδειγματική. Nam Deus ideas intuens, quas in ſe ipſo ante produxerat, ad illarum παράδειγμα & exemplar res formavit, & idea eſt τῶν πρός τι, in Deo exiſtens typus, & νόημα ipſius æternum & immutabile, ſecundum quod res omnes factæ ſunt. Nam, ſecundùm Platonem, omnia producta fuerunt, vel ἔκ τινος (ὕλης) vel ὑπό τινος (θεοῦ) vel πρός τι (ideam) Laërtius ex his duas præcipuas recenſet miſſâ inſtrumentali: alii inſtrumentalem addunt duobus recenſitis, faciuntque tria principia. Utraque pars non malè. Ceterùm, quod addit Auctor, Deum etiam à Platone dici νοῦν & αἴτιον, illud tacitè ſubjicit ideam. Nam Deus, ſecundùm Platonem, eſt νοῦς ſeipſum intelligens, & ita producens ideam. Illa enim nihil aliud in σχέσει adverſus Deum eſſe dicitur, quàm ejus νόησις. Idem νοῦς quia bonus eſt, αἴτιον eſt alterius νοῦ, mentis mundi & totius univerſi, quæ à prima mente producta, ſubſtentata & informata, ſe per omnia diffundit, omnia animat, diſpenſatque, & ita Deus eſt αἴτιον πάντων. Ceteroquin non negat Laërtius ideas eſſe αἰτίας τινὰς & ἀρχὰς τοῦ τοιαῦτα εἶναι τὰ φύσει διεττῶτα, οἷά περ ἐστὶν αὐτά. Notandum quod dicat αἰτίας τινὰς, non αἰτίας ſimpliciter, ut innuat, ideas eſſe tantùm ἀρχὰς παραδειγματικάς.

Εὐπαραίτητα] Sapientem inquit patriæ leges da- 78
turum *pro viribus*, niſi viderit populum ita inter ſe ſummis diſſidiis collidi, ut cauſam idoneam habeat ſe ſubducendi à Reipublicæ adminiſtratione. Niſi quis malit pro διαφορᾷ legere διαφθορᾷ, nam ſuprà dictum, Platonem ſe abſtinuiſſe à gerenda republica, ob corruptos populi mores, αἴτιον δὲ, inquit, τὸ

ἦθη

ἤδη τὸν δῆμον ἄλλοις πολιτεύμασιν ἐνειθίσθαι. ἄλλα πολιτεύματα, quid ſunt aliud quàm inſtituta prava, moresque alieni ab honeſtate & perditi?

93 Ἄτοπον μηδέν] Ita & Lucæ cap. 23. οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. οὐδὲν ἄτοπον eſt, *nihil flagitioſum*, uti ἀτόπημα, in Gloſſis eſt, *flagitium*, *facinus*, ἄτοπος vel ἀτοπηματοποιὸς, *facinoroſus flagitioſus*.

96 Αἱ ὧραι] Quatuor anni tempeſtates.

AD LIBRUM IV.

1 Τῷ᾽ ἡδονῆς] Philoſtratus lib. I. de V. A. & ex eo Suidas in Αἰσχίνης ὁ Ἀυσανίου, iter in Macedoniam avaritiæ imputant, καὶ ἵνα μὴ πλείους, διαβάλλω, Σπεύσιππον τὸν Ἀθηναῖον οὕτω τι ἐρασιχρήματον γενέσθαι φασὶν, ὡς ἐπὶ τὸν Κασσάνδρου γάμον ἐς Μακεδόνας κωμάσαι, καὶ ποιήματα ψυχρὰ ξυνθέντα, δημοσίᾳ ταῦθ᾽ ὑπὲρ χρημάτων ἆσαι.

5 Σπεύσιππος ἕτερος] Suidas: Σπεύσιππος ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν ὁμοιοτήτων (malim ὁμοίων) φησὶν οὕτως. πηνίον, ἐμπὶς, κώνωψ, in voce πηνίον.

6 Προυνίκους] Ita & Suidas legit in προύνικος. & dicit ſignificare, δρομαῖον, γοργὸν, *circumlatorem*, *ſcurram*. Heſychius in σκείρατες innuit & aleatores προυνίκους dictos, & in Σκίταλοι habet προυνικίαν νυκτερινὴν, *nocturnam impudicitiam*. Videtur notari hac voce fex hominum, vitiis nullâ virtute redempta.

8 Τοῖς κατασχοῦσι παρὰ Διονυσίῳ] Levi emendatione ſanari poteſt hic locus. Mendum verò non quæſiverim in κατασχοῦσι, ſed in Διονυσίῳ, legendum enim Διονυσίου. οἱ κατασχόντες παρὰ Διονυσίου ſunt illi, qui nave appulerant in Piræum miſſi à Dionyſio, ut Athenis in feſto Bacchi, ſuo nomine, certamini πολυπροσίας præmium proponerent coronam auream, quaſi munerarii. Notum enim quòd Reges & Principes ſæpiùs Athenienſibus magnifica & ſplendida miſerint munera, ſuoque ſumptu ſolennia ſacrorum ludorumque celebranda curaverint. Imprimis verò Dionyſius ſenior ſtudebat Athenienſium ſibi conciliare favorem, miſitque Athenas ad χοῶν feſtum pretioſum brabéum, coronam ſcilicet auream, cùm aliàs præmium victoriæ eſſet στέφανος φύλλινος & οἴνου ἀσκός. Illo Dionyſii brabéo donatus eſt Xenocrates τοῖς κατασχοῦσι παρὰ Διονυσίου, *ab iis qui à Dionyſio venerant*, *Athenasque appulerant*. vide Suidam in κατέσχον, & Thomam in προσέσχον. Et infrà l. VI. ſeg. 26. Sic non opus erit, ut feſtum χοῶν in aula Dionyſii quoque celebratum, ſine literata autoritate, aſſeramus. Neque fruſtrà fuit Dionyſius; ſiquidem hac liberalitate adeò cepit Athenienſes, ut paulo poſt ipſis Lenæis inter Tragœdos certans victor pronuntiatus fuerit. Præterea ſi Timæus apud Athenæum libro X. cap. 10. inſpiciatur, ex ipſis ſtatim verbis elucebit Dionyſium dicto feſto Athlothetam fuiſſe. ἆθλον, inquit, ἔθηκε, *præmium propoſuit*, nimirum per κατασχόντας παρ᾽ αὐτοῦ, *eos qui ab ipſo miſſi appulerant*. Xenocrates etiam victor Hermæ illi, cui ſolebat Athenis frequenter imponere coronas ex floribus contextas, illi inquam coronam auream pro more ſuo ἀδιαφόρως impoſuit. Ἑρμῆς ἱδρύμενος ἐπὶ τῆς αὐλῆς, quod reddit Dalecampius: *Mercurius ante palatium erectus*, quia & ipſe credidit de Dionyſii palatio ſermonem eſſe. Malim *veſtibulum domus* more Attico, unde αὐλειος θύρα. Proinde & Ælianus ſuam ſibi habeat lectionem, ἐν Διονύσου ſcilicet ἱερῷ, puto intelligi Dionyſii templum in Λίμναις. Ariſtophanes in Ranis, Διόνυσον ἐν λίμναισιν ἰαχήσαμεν,

Ἠνίχ᾽ ὁ κραιπαλόκυμος
Τοῖς ἱεροῖσι χύτροισιν
Χωρεῖ κατ᾽ ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος

Chytri autem poſtridie χοῶν erant, & ſi tum pompa ducebatur ad *Dionyſii in Limnis*, multò magis ipſo χοῶν die πολυπροσίας præmium corona aurea in eodem templo προὔκειτο. Hæc paulò longior nota, quæ in Ælianum non licuit dicere, utcumque ſupplebit. Adde, quod Xenocrates ſemper affixus Academiæ, uno tantùm die in aſtu venerit, nimirum Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς. Plutarchus de Fug.

Ὦ Κίρκη] Ulyſſis verba apud Homerum Odyſſ. κ. 9
Ceterùm, eandem παρῳδίαν aſcribit Demadi Sextus Empiricus adverſus Mathematicos capite 13. cùm ſcilicet inter captivos Athenienſes eſſet, quos in pugna ad Cheronæum ceperat Philippus, & ad epulas invitaretur.

Ἀφαιρέσει τὶς] Idiotiſmus in τὶς quod uſurpatur 11
de perſona loquentis, ut ἀφαιρέσει τὶς, pro ἀφαιρῶ, *capite te truncabo*. Apud Epictetum nihil frequentius hoc idiotiſmo, ut libro II. cap. 17. ἃ θέλει τινὶ μὴ προχωρεῖν, *hæc alicui* (id eſt, mihi) *non volunt ſuccedere*, & capite 18. ὄφελον τὶς μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη; *utinam aliquis apud illam dormiret!* pro utinam ego &c.

Μετοίκιον ἀδυνατοῦντα] Suidas in μέτοικοι legit ἀ- 14
ποτονοῦντα, clara veſtigia rectæ lectionis: ἀτονοῦντα enim legendum; etſi Portus ἀποτονοῦντα idem valere dicit quod ἀσθενοῦντα καὶ ἀδυναμοῦντα, ſed probat nullus, quod dicit. Gl. ἀτονῶ, *laſſo*, *deficio*, ἀτονία, *defectus*. Ante Demetrium Phalereum Lycurgus Rhetor liberali manu aſſeruit Xenocratem, cùm jam abſtraheretur à publicano ad μετοίκιον. vide de Plutarchum in vitis decem Rhetorum, ubi fœdum eſt mendum, in μέγις, rudera enim ibi ſunt τοῦ, μοὶ προπηλακιζομένῳ, uti ex Photio patet.

Ἦθον δὲ] Eſt autem hæc res planè naturæ conſen- 15
tanea, ut poëtæ benè etiam verſentur in oratione proſa. Sed proſæ ſcriptores, hiſtorici, philoſophi, &c. infeliciter attingant ligatam, invitaque Minerva verſus faciant. Nam ligata naturæ, proſa artis opus eſt.

Καὶ δίκην] Quis non videat legendum κατὰ δίκην. 17
Fugit enim Polemon Athenis, κατὰ δίκην (id eſt, ἐκ δίκης) ob cauſam malæ tractationis, quam ei impingebat uxor. Sic dicimus, κατ᾽ ὀργὴν, *ex ira*, κατ᾽ ἀνάγκην, κατ᾽ ἴσον, κατὰ τὸ ἔθος, *ex more*.

Δώριός τις οἰκονομία] Suidas in δώριος, τις omittit. 19
τὸ σεμνὸν habuit Harmonia Dorica.

21 Ἤεισεν] *Ivit*, ab ἔω vado. unde ἀόριστος, εἴσα, Atticè ἔεισα, ex quo iterum Atticè ἤεισα, ut ἔεικτο ἤεικτο. Paulò pòſt στρεπτὰ δόγματα, ut στρεπταὶ φρένες. Innuit Academicos in varia abiiſſe dogmata, dum alius aliter accipit Platonis mentem.

22 Σεμνυνόμενον] *Se jactantem.* Suidas h. v.

Συσσίτιον] *Menſa communis* erat apud Crantorem, ſed habitabat cum Polemone apud Lyſiclem.

24 Συσχολάζων] *Commilito Polemonis.* συσχολαστὰς οὐκ ἐρεῖς, ἀλλὰ συμφοιτητάς. Thomas. Vide vitam Arceſilai. Interpr. *Scholam obtinuit*; quod non cadit in diſcipulum. συστῆναι eſt συσταθῆναι. Voluit à ſuo amatore Polemoni commendari, non veritus ejus Zelotypiam. φησὶν αὐτὸν Πλάτωνι συστῆναι in Vita Ariſtotelis, & συνίστη.

26 Ἐν δοίη μοι θυμὸς] Antagoræ verſus ita accipio.

Dubitat mihi animus, quod tibi ſit genus inclytum.

Utrum te Amorem dicam primum Deorum immortalium,

Quos olim filios Erebus & Regina

Terra genuit ſub pelago lati Oceani?

An verò Amorem Veneris filium ſagacem? vel te terræ

Aut ventorum naturam intelligentem mala eloqui

Hominum aut bona, ideoque corpus tibi eſſe geminæ naturæ.

Dicit Antagoras dubitare ſe utrum Cratetem habeat pro amore, illo Deorum antiquiſſimo, an verò pro Veneris filio, Amore recentiore. Imò, inquit, corpus tuum διφυὲς, lege διφυὲς, eſt, & aliquid cœleſtis, aliquid vulgaris Amoris habet, ut terræ ventorumque naturam calleres, hominibusque vitia ſua exponeres, & virtutes docendo inſtillares, in ſexto verſu legerem φρονέοντα λαλῆσαι.

27 Ἀπελέκυτον] Rudem & impolitam dicit Tragœdorum vocem, & φλοιοῦ μεστὴν; id eſt, aſperam, & per trochleas quaſi attractam, quia Tragœdi Herculem truculentum vel Ajacem iratum Græcis & alias id genus perſonas repræſentaturi omni contentione laterum clamabant, & vox ipſa quaſi antro emiſſa & minus clara, in ſonum gravem, durum & conſtragoſum erumpebat. Obiter corrigendus Suidas in φλοιός. εἶχε, inquit, Κράντωρ, &c. legerem εἶπε K. dixit Crantor vocem Tragœdorum &c. σκίφης μεστὸν εἶναι, quod videtur ſignificare, μικρολογίας & minutiarum plenum eſſe. à σκίφος, formato nomine σκίφη & extrito ν. Verbum σκίφη Euripidem potuit tangere, ejus enim verſus μικροπρεπείας μεστοὺς εἶναι καὶ στομυλήτρας, in Ranis docuit Comicus. Cætera illum nihilominus admiratus.

Θεοφράστου θέσεις] Athenæus libro x. Theophraſti theſes recenſet inter delicias Atticas. ὀστρέῳ γράφεσθαι eſt non ſepiæ atramento, ſed conchylii ſanguine purpureoque colore ſcribi. Græci dicunt ὄστρεον & ὄστρεα, inquit Servius P. D. in I. Georg. poſſumus & ſimpliciter, *oſtro ſcribi. oſtrum enim pro purpura, unde & tingitur*, inquit iterum Servius in libro I. Æneid. reſpicit Crantor ad miram rerum verborumque elegantiam, quæ in Theophraſti theſibus elucebat.

Περὶ πένθους] παραμυθούμενος ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων τελευτῇ τὸν Ἱππόκλεα, Hippoclem conſolans filiorum obitum lugentem, inquit Plutarchus in Παραμυθητικῷ ad Apollonium, ubi & ter illum laudat. μὴ γὰρ νοσοίμην, φησὶν ὁ Ἀκαδημαϊκὸς Κράντωρ. νοσήσασι δὲ παρεῖη τις αἴσθησις, *optamus quidem non aegrotare, inquit Crantor Academicus: ſi verò aegrotandum, velim me ſenſu aliquo affici*, id eſt, non velim eſſe inſtar ferri aut lapidis, qui nihil ſentit, ſed doloris ejusque remediorum guſtum aliquem malim. vide Ciceronem libro III. Tuſculanarum Quæſtionum. Et iterùm, ταῦτα γὰρ πᾶσα &c. uſque ad ἔχουσα τακτόν. nolui exſcribere ῥῆσιν bénè longam. Tertiò, τὸ γὰρ μὴ δι' αὐτὸν κακῶς πράττειν, ὁ μὲν Κράντωρ φησί, οὐ μικρὸν εἶναι κούφισμα πρὸς τὰς τύχας. *Non ſuâ culpâ malum ſibi accerſiviſſe, Crantor quidem ait multum levare infortunium.* Idem apud Sextum Empiricum, πάνυ χαρίεντι παραδείγματι oſtendit bonorum diſcrimen. pag. 448.

Φωνῆς ἐμπλῆσαι] Gravia, magnifica & ſonantia verba, majoremque ſpiritum carmini de ſuo dare poteſt Pindarus: ſequentia id innuunt, beatiſſima enim nominum verborumque ſonantium copia efficit id quod dixi. 31

Ἐχαρακτήρισε] *Characterem ſtylumque Ionis expreſſit.* Ion Chius etiam Philoſophus fuit, libroſque reliquit de meteoris.

Χάσκοντος] Suidas in θεώρημα hæc verba accipit malè de ipſo Arceſilao. τεθεωρημένος, idem quod γνωστικὸς, peritusque Geometricæ θεωρίας. 32

Περὶ πάντων] Suidas malè περιπατῶν, ubi rectè Wolfius ex conjectura, rectiùs ex Laërtio περὶ πάντων.

Συνηγμένος] *Auſterus.* Διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων. qui accuratè nomina à ſe invicem diſtinguit, inſtar Prodici. Poſſit & συνηγμένος de ſtylo accipi ita ut dicat illum fuiſſe in dicendo aſtrictum, & rotundum; in præcedentibus, pro πᾶν κρέας lege ex Euſebio τὸ πάγκρεας. 33

Φυσικῶς] ἰδίως, ut ſuprà in vita Xenocratis ἴδιον δὲ pro φυσικὸν δὲ, in vita Cleitomachi τῇ ἰδίᾳ φωνῇ, *lingua vernacula, nativa.* 36

Προεμπίπτειν] *Non ingerere ſe intempeſtivè.*

Ἐπιστόλια παρακλητικὰ] Literas conſolatorias. occubuerat enim in prælio Alcyoneus Antigoni filius. Ejus ἡμέραν, id eſt, natalem quotannis ſolenni convivio celebrabant Philoſophi, ipſo Antigono pecuniam mittente, quam impenderent. Ἀλκυόνια feſtum dixere. Heſychius ἡμέρα, τὰ γενέθλια. paulò pòſt legerem παραιτούμενος, infrà in Vita Lyconis vocat, τὴν ἐτήσιον ἡμέραν. 39

Τὸν πολιτισμὸν ἐκτοπίζων] *Celebritatem hominum devitans.*

Χάριεν αὐτοῦ] Alia ejus dicta non minoris elegantiæ, habent Plutarchus in conſolat. ad Apollon. & Athenæus lib. 5. & 10. ubi & meminit Aridici, forſan hic ille eſt, quem corruptè Laërtius Ἀρίδηλον vocat, pro Ἀρίδικον. 43

45 Ἄρατος] Quid ſi ἄκατος? ut Parii inſulani drachmas ſignaverint navi.

47 Πότιμος] Idem quod ἡδὺς *ſuavis, commodus.* Sic Plato in Phædro λόγος πότιμος, *oratio auditu jucundior.* ἀπολαῦσαι τύφου, eſt ita ſe jactare, ut autoritatem plauſumque impetres ab aliis, qui habitu philoſophico verbisque magnificis adducti putabant, illum eſſe aliquem.

Μὴ θηράσῃ] Quod non cepiſſet prædam felis pullaria, venabatur ille ſub philoſophiæ velamento adoleſcentem, & cum non caperet quod cupiebat, illum ad philoſophiam ineptum pronuntiavit, ut molliculum. τῶν νέων τοὺς μαλακοὺς, οὐκ ἔστι προτρέψαι ῥᾴδιον; οὐδὲ γὰρ τυρὸν ἀγκίστρῳ λαβεῖν, inquit Bionem imitatus Epictetus lib. 3. cap. 6.

52 Ὦ πάπον] παρῳδία. Homeri Iliad. 3.

Ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενὲς ὀλβιοδαίμων·

Et Iliados I.

--- Πάντων ἐκπαγκλότατ' ἀνδρῶν.

56 Σκυτίσιν] Pellibus animalium præcantantis ligavit brachium. Solebant enim aniculæ pellem hyænæ, dorcadis, canis, muſtelæ, vel pectori circumligatam, vel collo ſuſpenſam, vel brachio dextro ſiniſtrove alligatam, vel etiam ſubſtratam, aut in cineres redactam inter morborum remedia crepare. vid. Plinium lib. 28. capite 8. & ſeq. ubi Græcæ vanitatis multa affert exempla. Lucianus in Philopſ. narrat quoſdam Græculos ſuaſiſſe podagroſo, ut muſtelæ dentem recenti leonis corio illigatum cruribus alligaret, μετὰ τῆς οἰκείας ἐπῳδῆς. Quod ſuprà dicitur de patre Bionis, quod παρατελωνησάμενός τι παυσίκιος ἐπράθη, id hunc in modum accipio, ſalſamentarium illum non profeſſis mercibus, fraudaſſe rempublicam vectigali, & in commiſſum impegiſſe, quod Græcis eſt κλεπτοτελώνημα, cúmque pœnam luere ſtatutam legibus non poſſet, cum ſua familia voci præconis ſubjectum eſſe. Ceterùm, τὸ κατακαίεσθαι & παρακαίεσθαι intelligo de Tyrannis aliisque truculentis dominis, qui homines partim ut inſenſatos exurunt, partim ut ſenſu præditos adurunt, cauteriis & ſtigmatibus. Ἀνθινὰ ἐνδύειν φιλοσοφίαν videtur ſignare, quod Bion veſte verſicolori, Philoſophiam, ut gravem pudicamque matronam, non tam ornarit, quam onerarit. Nam ἀνθινὰ φορεῖν, meretricum & luxu perditorum hominum erat. Corrupit igitur Philoſophiam ante ſobriam, virilem & unius coloris, Bion ille, & veſtem ei dedit ex variis & diſcoloribus pannis dogmatum conſarcinatam. Sic infrà Dionyſius ὁ μεταθέμενος, cum à ſecta Stoicorum maſcula ad muliebrem Epicureorum deſciſceret ἀνθινὰ μετημφιάσατο, in vita Zenonis. Sed hæc obiter. Quod ſuprà dictum de Bione pelliculis conſtricto, id revocat in memoriam dictum ipſius, quo ſuperſtitioſos voluit ſimiles eſſe clavis, ex quibus aniculæ ſuſpendunt religantque quodcunque ſub manus venerit. Sed hîc ipſe talis eſt clavus.

59 Γλυκύτατα ἐσχηκέναι] In re familiari ſe ſuaviter ridendum præbuit.

Βασταχθεῖη] ἀρθεῖη, κλαπεῖη. Suidas in βασταχθεῖη. Hiſtoriam uberius exhibet Euſebius ex Numenio paginâ 734. ubi Vigerus hæc verba, καὶ ὃς ἀκούων, ἦν γὰρ ὑβριστὴς ἐκδεξάμενος τὸ πᾶν ὡς ἔσχεν ἀκοῦσαι. &c. ita reddit: *Hîc auditor ille, unus enim erat ex furibus, ubi rem totam ut poterat narrantis ex ore audiſſet.* Verum enim vero, non fur erat hic auditor, ſed unus ex familiaribus, quem inter colloquendum domum ſuam deduxerat. Hic ſimul ac audivit ex ore Lacydis quid domi eveniſſet, ſtatim rem omnem intellexit, & cum eſſet petulanti ſplene cachinno, vix ſibi temperare potuit, quò minùs medio in ſermone narrantis in riſum prorumperet. In ſequentibus ſervuli illudunt Lacydi, aſſeruntque eum non poſſe ſalvis ſuis hypotheſibus dicere, *ſe probè meminiſſe quod penum obſignaviſſet*, ἐπεὶ σοφῷ γε ὄντι δεδόχθαι τῷ Λακύδῃ εἶναι ἀδοξάστῳ, ὥστε καὶ ἀμνημονεύτῳ· μνήμην γὰρ εἶναι δόξαν. *quoniam ut vir ſapiens docet, ſe eſſe ſine opinione*, vel *nihil opinari, adeoque nec meminiſſe. Memoria enim eſt quædam opinio.* Cum igitur Lacydes nihil comprehenderet, nihilque certæ opinionis haberet, colligebant inde, illum non ſcire aut meminiſſe, obſignaveritne penum nec ne. Hinc coactus eſt Lacydes domi philoſophari, Stoicorum more contra ſervos, furesque Academicos, & ſemper amicum cuſtodem cellæ penuariæ domi reliquit in publicum proditurus. Tandem verò ad veritatis confeſſionem adactus, ἄλλως, ἔφη, ταῦτα, ὦ παῖδες, ἐν ταῖς διατριβαῖς λέγεται, ἄλλως δὲ ζῶμεν: *hæc, ô pueri, in ſcholis aliter, nobis dicuntur, aliter autem vivimus.* Epictetus lib. II. cap. 20. fatetur, ſi ſibi dominus Academiæ novæ addictus contingeret, ſe illum ludificaturum ita, ut pro olco garum, pro ptiſana oxygarum poſcenti afferret, &c. quo pacto hic Lacydes amicum Cephiſocratem in judicio periclitantem juvit, ut abſolveretur, vide apud Plutarchum, quomodo adulator ab amico diſtinguatur.

Ἑλόντα] Lege ἐλθόντα. *Unde acutè orſus.* Nempe dixerat Carneades, da modum vocis: hoc Gymnaſiarcha arripit εὐστόχως, quid inquit, à me petis vocis modum? eum tibi Auditores dabunt. in vita Anacharſis, ἔνθεν ὁ Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἔφη. ubi vide.

Πωλεῖται] Ex Odyſſ. 4. Μέντορι εἰδομένῃ. ex Odyſſ. 64
2. ubi Μέντορι εἰδομένῃ. Mentoris reſponſum Iliade 2. exſtat.

Δεινότερον] δειλότερον, timidior enim erat quàm ut ſe ipſum interficeret, Antipatri aliorumque more. Nam rectè ἡ συστάσασα φύσις, inquit, καὶ διαλύσει, quod dictum αὐτοχειρίᾳ contrarium quam maximè eſt. Potuiſſet autem Carneades mortem occupans τὰ πλείω κακὰ κέρδεα ἔχειν, *longioris morbi*, phthiſeos nimirum, *moleſtias & mala evitando quaſi lucrari.* κερδαίνειν κακὰ, dicitur ille qui imminentia mala proſpicit, declinatque & in lucro deputat, quod guſtaverit nihil tale, ſed prudenter ſibi conſuluerit. Cetera hujus loci non indigent medico. Ceterum illud, ἡ συστάσασα &c. Optimè reddidit Tullius de Senect. *Opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit, natura diſſolvit.*

AD LIBRUM. V.

6 Οὐχ ὁσίως] Vide Diodorum lib. 16. Bibl. Imprimis Strabonem lib. 13. de Aſſo.

7 Μαλακαυγητοῖό θ' ὕπνου] μαλακαυχητὴς (ita enim lego) eſt qui ſe ſuâ jactat mollitie, & ab aliis hoc nomine laudatur. Alluditur ad Homeri epitheton, quo ſomnum ad-ſatiem proſequitur. Quid enim frequentius τοῦ, μαλακῷ δεδημένος ὕπνῳ. Imò ipſe ſomnus Iliad. 18. de ſe, ἐγὼ αὐτῷ μαλακὸν περὶ κῶμα κάλυψα, *ego illum molli quiete involvi.* Apud Athenæum malè divulſa eſt vox μαλακαυχῆ τοῖο θ' verterem igitur, *mollitiem jactanti ſomno.* Ceterùm illud Laërtii in Ariſtotele reſtituendum Suidæ in πρόπολοι, ubi Portus hæret.

11 Τεῦξεν Ἀριστοτέλης] Deeſt diſtichon, quod ita ſe habet.

Ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν εἵλετο ναίειν
Ἀντ' Ἀκαδημείας βορβόρου ἐν προχοαῖς.

Perſtringit Ariſtotelis abitum; quo relictis Athenis ſe contulit ad Philippum & Alexandrum ad oſtia Borbori, fluminis apud Pellam. Plutarchus περὶ φυγῆς.

17 Ἐλεημοσύνην ἔδωκεν] Propriè *miſericordia*, ut patet ex contrario ἀνελεημοσύνη, de qua in Vita Zenonis infrà. Et metonymicè pro ſtipe ex commiſeratione data. οἱ ὁ Hebræorum צְדָקָה exprimere ſolent per ἐλεημοσύνην. vide Deuteron. VI. ℣. 25. & c. XXIV. ℣ 13. Nempe acceperunt צְדָקָה eo ſenſu, quo etiamnum Rabbinis denotat ἐλεημοσύνην. infrà pro ἐλεημοσύνη ἔρανον, *ultro tributum* dixit.

18 Γ'σχάδα αὐτῷ δίδοντος] Mos veterum Philoſophorum hunc alias obſcurum locum illuſtrabit. Nam non tantum ſibi invicem quæſtiones, chrias declamandas, & ſyllogiſmos ſolvendos proponebant, verùm etiam qui proponebat tale quid, ſimul porrigebat caricam, velut arrham reſponſionis declamationis & concionis. Qui verò arrham hanc acceperat, hoc ipſo ſe obſtringebat, ad implenda proponentis deſideria vel ex tempore. Quidam verò hunc morem improbantes, acceptâ ſæpiùs quæſtione & caricâ, hiantem deluſerunt eum qui utrumque dederat. Ita Stilpo Cratetem, ita Diogenem Ariſtoteles excepit. Ceterùm, hoc loco pro, εἰ μὴ λάβῃ, legendum εἰ μὲν λ. Nam ſi non accepiſſet, non video, quo pacto putaverit, ſibi de chria, quam propoſuerat Diogenes, ut ex ipſo Ariſtotelis reſponſo patet, perorandum. Cùm porrò moleſtus eſſet Diogenes, & iterum obtruderet caricam, accepit quidem Philoſophus, ſed luſit puerorum more. Illi enim dono quod ab amico datum erat, in ſublimè elato, laudabant donantem his verbis: μέγας ὁ δεῖνα; Ita & populus Epheſinus in Actis Dianam ut ἐνεργέτιν laudat, μεγάλη ἡ Ἄρτεμις.

20 Σοῦ κατεφλυάρησα] *Num tibi nugis meis moleſtus fui?*

21 Ὦ φίλοι &c.] *O amici, nullus eſt verè amicus.* Reſpicit tum ad paucitatem amicorum, qui propter virtutem amici ſunt, ὀλίγοι inquit, οἱ τοιοῦτοι lib. VIII. Ethic. cap. 4. tum verò ad imperfectionem amicitiæ, quâ amicus non omnia bona ſuo optat amico. αὐτῷ γὰρ μάλιστ' ἕκαστος βούλεται τἀγαθὰ, *ſibi enim quisque in primis vult eſſe bona* capite 9. vel ut alius dixit: ἄλλους οὐ πάντες ἀπαιτούμεθα σῶσαι, ἑαυτοὺς δὲ πάντες πάντως, *alios non omnes petimus ſervare, nos verò ipſos omnes omnino.* Et fortè Noſter ad laudata Ariſtotelis digitum intendebat, etſi ea è ſeptimo libro petenda cenſuerit, vel memoria lapſus, vel libris tum temporis indiviſis.

Κλυδαττομένῳ] Idem quod κλυδωνιζομένῳ. 66

Ἀμίδας] *Ad conficiendas matulas.* 77

Ἀνομίας] Ἀνομίας, loco ἀρχόντος τοῦ Δημητρίου. Et hoc dederunt Demetrio Poliorcetæ inter alia multa; quibus ipſi adulabantur. Non multum abludunt Eleorum ἀνολυμπιάδες, quas catalogo Olympiadum exemerant, Olympiades ita vocantes, quod ludis Olympicis præfuiſſent Piſæi. vide Pauſaniam Eliac. 2.

Μετὰ τὴν ἐκείνου] Poſt Ptolemæi Soteris obitum 78 voluit Philadelphus, ut Cuſtodes admoti clam obſervarent Demetrium, ne Ægypto ſe proriperet.

Τὸν βίον μετέθηκε] Inſolens locutio, *vitam tranſtulit.* Quod hominis excedit vires. Legerem βίον μεθῆκε, ut ἀφῆκε τὴν ψυχὴν τὸ πνεῦμα. Matth. 27.

Περὶ τοῦ δοκοῦ] *De Opinione*, ut δοκός τ' ἐπὶ πᾶσι 81 τέτυκται, *opinio eſt omnibus in rebus.* Quidam malè reddunt, *trabs omnibus in rebus eſt.*

Ἑρμῆς] Hermheraclidem intelligit. Ille enim ſyrma 82 leoninæ pellis, ventrem, quæ ventri ſubſunt & ea quæ hîc recenſentur, oſtendit, & imaginem juvenis pro ligi aptè repræſentat.

Καταλισθέντες] Lege καταλευσθέντες vel κατα- 91 λιθασθέντες vel καταλιθωθέντες, primum prætulerim aliis.

AD LIBRUM VI.

Διαποιεῖσθαι] Erratum in præpoſitione, legen- 6 dum enim περιποιεῖσθαι.

Λαμπρυντὴς] Ἵππος λαμπρυντὴς eſt ὁ πομπικὸς, *ad pompam factus ornatusque.* Alius erat πολεμικὸς, alius ἀγωνιστικὸς &c. Ex Lampridio dicere *oſtenſionalem.* Significat Platonem ſolitum σοβαρῶς βαδίζειν, ut & Scholiaſtes in Ariſtoph. Nub. voluit. 7

Οὐδὲ ἄτοπο] Lege ἄτοπον, *inſolitum, admiratione* 12 *dignum.* ita in Vita Bionis, οὐδὲν ἄτοπον.

Ἁπλῶσαι θοιμάτιον] Id eſt, ἁπλῷ χρῆσθαι ἱμα- 13 τίῳ, ſimplici veſte ſine tunica. Cæteri ἐδίπλωσαν θοιμάτιον, tunicâ exteriore pariter & interiori utentes. Cum autem Diogenes non contentus ſimplici interulâ tunicam poſceret, pallium duplicare juſſit. Ceterùm, an ἀπὸ τοῦ ἁπλῶσαι θοιμάτιον dictus ſit ἁπλοκύων, valdè dubito. Videtur ἁπλοκύων eſſe *ſimplex vulgarisque canis.* Brutus apud Plutarchum in Vita ſua vocat ἁπλοκύνα καὶ ψευδοκύνα, Marcum Chaonium Cynicum.

16 Σάθων περὶ τοῦ ἀντιλέγειν] Excidit pòst Σάθων ἢ, ut paulò ante Κύρος ἢ περὶ βασιλείας. Idem mendum occurrit in Ὀρέστου ἀπολογία (ἢ) περὶ δικογράφων. Nam defensio illa Orestis sine dubio ad formam normamque δικογραφίας composita erat, Δικογράφοι sunt qui reis componebant orationes quibus se defenderent, criminaque objecta diluerent. Nonnumquam & auctoribus dicendi imperitis iidem scribebant κατηγορίας.

20 Οὐ συνιεὶς τὸ τέρμα] Non intellexit Diogenes quo tenderet oraculum. Ipse enim de politico numismate ceperat, quod ad novum vitæ philosophicæ modum pertinebat. Hoc adulterinum numisma, & καινὸν vitæ quasi comma ferire, sectæque Cynicæ se dare, jussus est ab oraculo. Nam Antisthenes huic Cynico κόμματι materiam, Diogenes characterem dedit. vide infrà segm. 71.

23 Αὐτῇτε καὶ τῇ πήρᾳ] Excidit pòst πήρᾳ verbum ἐχρήσατο, vel legendum αὐτήν τε καὶ τὴν πήραν, Cynici vel saltem κυνίζοντες ex semisse fuerunt, quos Hieronymus in cap. 10. Matth. Bactroperitas vocatos ait, quod *contemptores seculi & omnia pro nihilo ducentes, cellarium secum vehebant.* Quid enim Bactroperita, (βακτροπηρίτης) differt à Diogene hîc loci descripto?

24 Διατριβὴ, καταστριβὴ] Ut apud Apostolum βλέπετε τὴν κατατομὴν, ad Philippens. cap. 3. Quid sit κατατριβὴ docebit Timon apud Sextum pag. 466. ubi versus quintus ita legendus,

Τρὶς μάκαρες μέντοι τετράκις θ' οἱ μηδὲν ἔχοντες.
Μήτε κατατρώξαντες ἐνὶ σχολῇ ὅσσ' ἐπέπαντο.
Terque quaterque beati illi, queis nulla fuit res.
Inque schola nulli bona consumpsere parentum.

Διονυσιακοὺς ἀγῶνας] *Ludos scenicos.* Ipsi autem Scenici se appellabant τεχνίτας Διονυσιακοὺς, ab aliis verò audiebant Διονυσιοκόλακες.

25 Συρακούσας] Ipse Plato libro 3. Polit. non laudat Συρακουσίαν τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων.

Μεταςχεῖν] Licet *partem sumere*, cùm autem Diogenes non partem tantum, sed integras caricas voraret, partem, inquit Plato, sumeres dixi, non totas deglutires.

26 φίλους παρὰ Διονυσίου] Amicos à Dionysio Athenas missos. Hæc locutio planè astruit emendationem ad lib. IV. segm. 8. in verbis, τοῖς κατασχοῦσι παρὰ Διονυσίῳ ubi vide.

Τὸν Πλάτωνα] Sotion ait hoc ipsum, calco Platonis fastum, non à Diogene dictum esse, Platone præsente. Nam hæc oratio, πατῶ τὸν Πλάτωνος τύφον, absentem innuere Platonem videtur.

27 Παρορύττειν] Latus fodere, percutere, ἐν τῷ ἀγῶνι παρορύττεσθαι, *in ipso certamine latus percuti*, idque imprimis in *pyctali certamine*, tum enim

Πυκταὶ σμώδιγγες ἀνὰ πλευράς τε καὶ ὤμους
Αἵματι φοινικόεσσαι ἀνέδραμον ---

Homerus Iliad. ψ. vel, ut Virgilius lib. v. Æneid.

Multa cavo lateri ingeminant (vulnera)

quid hoc aliud est, quàm παρορύττεσθαι, *latus fodicari?* Aliud autem est ὀρύττειν τὴν ψάμμον in palæstra. Nimirum ante certamen altè injectum pulverem rutris proruebant, ad luctam præparabant, & inter fodiendum in ipsas fossas se impellebant invicem, & turbato pulvere pleni mutuâque ejus aspersione defuncti ad ipsum certamen deveniebant.

Μὴ γαμεῖν] Pro μὴ γαμοῦντας. Et sic in aliis, ultimò enim rectè dicitur: τοὺς παρασκευαζομένους συμβιοῦν τοῖς δυνάσταις, καὶ μὴ προσιόντας, non μὴ προσιέναι. Si hæc ultima verba rectè se habent, infinitivi omnes pro participiis militant, nisi gravius subsit vitium. 29

Μὴ συγκεκαμμένους τοῖς δακτύλοις] Non tribus aut quatuor digitis dandum amicis, quemadmodum thuris aliquot grana aris imponi solebant, sed plenâ manu, passisque digitis.

Καβίζεσθαι] Mancipia enim stabant, ut emptor eo meliùs inspicere posset mercem.

Αὐτὸς ἐρυθήματος χάριν] Αὐτὸς fecit, ut Interpres 30 putaret, ipsum Diogenem pædotribæ partes sibi vindicasse in exercendis pueris, levis correctio loco mederi posset. Legendum αὐτὸ, loco αὐτοῦ ἐρυθήματος χ. Sed *id simpliciter & nudè coloris boni valetudinisque gratiâ.* Aliàs dicitur, αὐτὸ μόνον, *eo tantùm fine*, αὐτὸ esset hoc loco αὐτως, id est, ἁπλῶς.

Ἐν χρῷ κουρίας] *Capillo ad cutem attonso*, cùm 31 alii id ætatis comam nutrirent. καθ' ἑαυτοὺς βλέπειν est oculos non habere emissitios, sed eos modestè humi defigere. Aristophanes dixit εὐτάκτως βαδίζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς.

Λεύκωμα] Tabellæ dealbatæ, quam nominibus 33 verberantium conscriptam humero appendit & circumtulit.

Κύνα τῶν ἐπαινουμένων] Dicit se canem venaticum, qui omnia laude digna venetur, sed neminem esse qui secum ad hanc laudatorum venaturam ire sustineat. Vel, ex laudatis canibus sum unus, sed nemo laudantium &c. vid. lib. VI. segm. 55.

Ἐκβαλόντος ἄρτον] Hæc & quæ sequuntur de ipso 35 Diogene capienda. Cùm enim illi panis in publico scilicet excidisset manibus vel perâ, erubuit, nec humo tollere præ pudore ausus est, quod exciderat. Hunc pudorem suum ita ultus est, ut per urbis celebrem regionem traheret urceum collo revinctum. Ita νουθεσίᾳ Cynica omnem, qui adhuc in animo residebat, pudorem expugnare voluit, ut posthac in publico quidvis faceret sine respectu hominum.

Ὑπὲρ τὸν τόνον ἐνδιδόναι] *Suprà tonum* præcinere, ut reliquus chorus, quo decebat sono succineret. Ita impudentes iniqua petunt, ut æqua obtineant.

Πλήκτην] Ἀλεκτρυόνα μάχιμον, *Gallum gallinaceum pugnacem.* Πλήκτης non tantùm de homine, sed & brutis adhibetur. Suidas χλούνης, μονὸς πλήκτης. Videtur tum temporis, cùm Gallorum commissiones in theatris aliisque in locis pervulgatæ erant, κατ' ἐξοχὴν πλήκτης, dictus esse gallus pugnator. Plura hac de re ad Æliani Fragmenta, in βουλυτὸς & Addendis. πλήκτης dicitur & cornibus feriens animal. vide Hesychium in κυρίττολος. 38

Ἀποσκότησόν μου] *Ne mihi astans umbram facias,*

aufer mihi umbram, quam facis. ἐπισκοτεῖν, *officere, obstare*, ἀποσκοτεῖν, *id quod officit tollere.*

39 Ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν] Hanc opinionem instillabant miseris hominibus initiorum mystæ. Ni in vita se initiandos curarent, fore, ut post mortem in lutum demersi apud inferos agerent. Plato in Phædone, qui initia tradiderunt obscurè indicant, ὅτι ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει. confer ejusdem Gorgiam.

40 Ἐγὼ γάρ ἐπανῆλθον] Interrogativè. *Numquid autem ego redii ad eos, qui me vendiderunt!* ut tu scilicet fecisti caninum in morem.

41 Τὴν δοκὸν] Trabem impegerat illi, quam fortè ferebat.

Κατακρουνιζόμενος] *Aquâ è tubulo erumpente perfusus.*

45 Ἱερομνήμονας τῶν ταμίων] Lege ταμιῶν, quæstorum scribæ, qui sacram pecuniam, quæstoribus concreditam in commentarios referebant. Erant & πυλαγόρων ἱερομνήμονες, qui cum illis proficiscebantur ad oracula & Pylæam, erantque nihil aliud quàm ἱερογραμματεῖς, *scribæ à sacris.*

47 Ἐνδοξολογοῦντας] Qui ea quæ hominibus videntur plausibilia, dicunt & vulgi se accommodant opinionibus.

48 Διαδεικνυμένου] Malim ἐπιδεικνυμένου. ἐπιδείξεις, suprà aliquoties, numquam διαδείξεις. Juvene recitante, sinum lupinis implevit, & ex adverso obambulans vorabat, conversisque in se auditoribus recitantem frigefecit. Ita & διάλεξιν Anaximenis, falsamento ostenso, interpellavit.

50 Πλήρεις κρημνῶν] *Plenos suspendens de paxillo.* Κρημνάω in hac significatione rarius, optimum tamen. In Glossis κρημνᾷ *suspendo*, ἐκρήμνων χίμαρον Antonius Liber. Fab. 13. Aristophanes in Nub. κρημνάμεναι νεφέλαι, *nubes in aëre pendentes.* Hesychius ἀρτᾷ, ἀναρτᾷ, κρημνᾷ.

56 Καὶ γὰρ ἐνουρουν] Ἐνουρεῖν simpliciter positum de puero acceperim, qui saccatum corporis humorem non continet, sed τοῖς στρώμασι ἢ ἐσθῆτι ἐνασχημονεῖ. Quid, inquit, mihi exprobras qualis fuerim? cur non eadem opera vitio mihi vertis, τὸ ἐνουρεῖν θάττειν, quod ante cùm puer essem, urinam reddiderim in lecto vestibusque, jam verò nil tale facio; vide igitur non qualis fuerim, sed qualis jam sim. Solent Græci quando de pueris hujusmodi loquuntur, ellipsi uti, ut ἀφίεναι κατὰ σκιλῶν &c. Ita responsum erit κυνικώτερον.

61 Περικυπτομένων αὐτὸν] Περικύπτομαι idem est quod περύσταμαι, περιφεύγω *devito, subduco me* è conspectu. idem est quod ἀποκρυπτομένων. ipsum περικρύπτω legitur in Vita Zenonis.

63 Ἐρανόν ποτε αἰτοῦμενος] Cum ab eo peteretur symbolum, versu Homeri à se abegit symboli exactorem, πωρῳδήσας

Τοὺς ἄλλους ἐράνιζε· ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.
Symbola posce alios, sed ab Hectore contine dextram.

70 Ταύτην] Illam, nempe animi excitationem (nam de ea quæ corporis, nihil dicit, utpote satis nota) dixit, quâ ἐν γυμνασίῳ συνεχεῖ, (ut infrà πονήσει τῇ συνεχεῖ *dum crebrò exercemur*, hujusmodi φαντασίαι nobis oriuntur quæ promptiores nos & faciliores reddunt ad colendam virtutem; alteram verò sine altera mancam mutilamque esse; cum bonus habitus & robur in rebus honestis vel convenientibus non minus ad animum, quàm ad corpus pertineat. Robur, inquit, tam convenit animo quam corpori. Id quod accepit ab Antisthene, qui mœnia ait exstruenda esse, ἐν ἀναλώτοις λογισμοῖς, *in ratiociniis non expugnandis.* Si hæc Diogenis mens est, legendum γενομένης περὶ ψυχὴν, ὡς καὶ περὶ σῶμα.

Τοῖς κατὰ νόμον] Quæ institutis hominum moribusque fiunt, non naturâ. 71

Μόνιμος] Menandri mens, ni fallor, huc ibat. ὦ Philon, erat quidam Monimus, homo quàm maxima quidem sapientia, sed famæ minoris. Respondet alter, illum designas, qui parvam gestat peram. Quid parvam inquit? imo talem, quæ trium instar esse possit. Cæterùm, (ἀλλ' εἰκόνος ἐν σχήματι) ut tibi per εἰκόνα *similitudinem* ejus sapientiam declarem, non loquebatur ille aliquid simile, τῷ γνῶθι σαυτὸν, nec tritis illis & decantatis philosophorum dogmatibus. Imo longo intervallo post se relinquebat ista hic mendicus, hic squalidus: dixit enim opiniones philosophantium esse merum fastum: qui enim quod *ipse opinatur*, pro vero obtrudit, cum non sit, superbus est. τὸ ὑπολαμβάνειν idem est ac ὑπόληψις. Statuit Monimus nihil sciri, sed esse omnia dogmata, omnium 83

Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.

Παίγνια σπουδῇ λ. μ.] Joco-seria vulgo dicunt. Scriptores qui ex ridiculis & seriis miscellanea faciunt, Græcis dicuntur σπουδογελοῖοι. Imprimis hoc epitheto notatur Menippus apud Strabonem lib. XVI. infrà Laërtius: φέρει σπουδαῖον οὐδέν &c.

Μεμνῆσθαι] Dicit ejus mentionem fecisse Philemonem, locumque statim subjicit. Sed ubi mentio Cratetis in illis verbis? nisi pro ἵν' ἐγκρατὴς ᾖ legamus ἵνα Κράτης ᾖ, *ut esset Crates.* Loquitur de aliquo, qui Cratetis habitum æmulabatur. 87

Ὑπὸ Ἀλεξάνδρου] Idem est quod ὑπὸ Ἀλεξάνδρῳ & ὑπὸ Φιλίππου pro ὑπὸ Φιλίππῳ, *sub Alexandro, sub Philippo* est: similis est locutio, ὑπὸ μάλης, ὑπὸ μασχάλης, *sub alam, sub axillam.* Ideoque ὑπὸ non est *a, ab*, nec verbo κατεσκάφη opus erit. Ὑπὸ δασὺν dicimus, & ὑπὸ λαμπάδων. Vide Hesychium in ὑπὸ δίων, & Suidam in ὑπὸ μάλης & ὑπὸ δασύν. Præcedenti paginâ dicitur Crates θυρεπανοίκτης, quia non pulsabat fores domum ingressurus alienam, sed liberè & pro jure quasi suo intrabat, aliàs μὴ κόψαντά γε θύραν εἰς οἰκίαν ἀλλοτρίαν οὐ νομίζεται παρελθεῖν, *non moris est quis alterius intret domum nisi pulsatâ ante januâ*, inquit Plutarchus. Nec offensi patres familias hac Cratetis libertate in aperiendis foribus sine usitato signo; imò potiùs eundem invitarunt, tali inscriptione domibus præscriptâ: εἴσοδος Κράτητι ἀγαθῷ δαίμονι; *Patet aditus Crateti, Bono Deo*, vel ut Apuleius in Floridis reddit, *Lari familiari.* 88

Οἰκημα παιδίσκης] *Lupanar*, ibi enim ejus πατρῶος, id est, Cynicus γάμος erat. Mœchi enim, tragici cum sint, cædes & exilia merentur; Lupanaribus verò addictos esse Comicos ait, qui ex ebrietate & ἀστιᾳ sibi ipsis accersant dementiam.

91 Ἀνεπιτρεπτοῦντα] Lege ἀνεπιτρεπεῦντα, *decoris negligentem, securum.* ἐπιτρεπέω decorus sum, *decoro* contrarium ἀνεπιτρεπέω, *contra decorum facio.* Nec obstat quod Lexica hujus vocabuli nusquam meminerint. Ubi enim in mundo Lexicon, cui non desint benè multa vocabula?

93 Ἐν διδύμοις] Rectè. non Διδύμαις, Græcè enim tantùm dicitur, Δίδυμοι. *Gemini.*

Κείνοις] Lege ἐκείνοις, scil. μαθηταῖς.

98 Εἰπόντος αὐτοῦ αὐτῇ] Lege αὕτη, *ô ista, quanam est illa, quæ telis suos reliquit radios?*

Κράντητος βιβλίον] Non mirum, jam demum mentionem fieri librorum Cratetis. Nam Vita Metroclis & Hipparchiæ partem faciunt Vitæ Cratetis, quod vel ex principiis agnoscas. μαθητὴς αὐτοῦ, incipit Metroclis vita in Basilienſi editione, nec causam video cur in aliis omissum sit. ἐθηράθη δὲ τοῖς λόγοις, Vitæ Hipparchiæ initium est. Quæ manifestè produnt, has duas Vitas adhuc pertinere ad Crateris.

99 Ἀτηρότερον δὲ αὐτῶν] Si dominum habuit cujus pane & sale victitabat Batonem quemdam, non fuit *aitῶν mendicus.* Deinde quid est, ἀτηρότερον αἰτεῖν, *durius flagitare?* Lego διαιτᾶν. ἀτηρότερον διαιτᾶν *est durius vivere*, geniumque defraudare, & sibi injuriam facere, ut aliquid compareas. Idque fecit Menippus profecitque in tantum, ut civis Thebanus evaderet, pecuniâ scilicet sibi comparans civitatem. posset tamen αἰτῶν locum habere, pro ἀπαιτῶν flagitans fœnus pecuniæ mutuò datæ. διαθέσθαι τὰ βιβλία est, *libros facere vendibiliores.* ἐπιτερόμενος de compendio Xanthi capiendum. ἐπιστολαὶ κεκομψευμέναι &c. Sunt quas Dii Deæque à quibus hæ invicem missitatæ finguntur, suis quasi personis elegantiores venustioresque reddunt.

103 Ἕστασιν βίου] Ita describebant Cynicismum, qui eundem hæresin negabant. Ἕστασις hoc loco est διάθεσις, οἰκονομία, *Vitæ modus, dispensatio, dispositio*, ut ἕστασις τῶν πραγμάτων, *administratio rerum & ordinatio.* Ganeonibus, inquit Varro, *modulus est vitæ culina. modulus vitæ* Græcis est ἕστασις βίου. vide Thomæ Eclogas in ἕστασις.

AD LIBRUM VII.

3 Ἔντονος &c.] Strenuus quidem & animi plenus erat ad Philosophiam capessendam, sed tenerior ei frons, quam ut caninam Cynicorum impudentiam imitaretur. Frustraque fuit Crates, βουλόμενος αὐτοῦ καὶ τοῦτο θεραπεῦσαι, cùm vellet inter alia & hanc ejus verecundiam curare.

Φοινικίδιον] Ὑποκοριστικὸν τοῦ φοῖνιξ.

4 Ἐπὶ τῆς τοῦ κυνὸς οὐρᾶς] *Regente canis cauda scripsit*, pro cynosura ipsi fuit canis cauda, id est, Crates. Alludit ad Phœnices qui ad cynosuram navium cursum dirigebant. Paulo post eodem modo dicitur ἐπὶ πρυτανείας, *sub regimine* tribus Acamantidis. ἐπὶ Πλάτωνος φιλοσοφεῖν, *Platone manu ducente.* ἐπὶ κριτοῦ λέγειν, *judice pro tribunali sedente dicere.*

Τὸ χωρίον ἀπερίστατον ποιῆσαι] Locum illum à 5
commissæ cædis infamia liberare voluit, ut Athenienses porticûs illius non amplius cum περίστασει τοῦ φόνου, meminissent, sed ejus obliti illam à philosophante commendarent, laudarent, frequentarent, nec amplius tam tragici casûs locus ibi occasioque esset.

Δεκάτη ὑστέρα] Interpres: *Mamacterionis decimâ extremâ.* Quid sit *decimâ extremâ* viderit ipse. Atticos ὑστέραν δεκάτην dixisse diem illum, qui mensis nobis est *vigesimus primus*, notis in Ælian. l. III. c. 23. significavi utcunque. Nempe προτέρα δεκὰς erat vigesimus dies. ὑστέρα δεκὰς, vigesimus primus. Id nos docet Hesychius, δεκάτη προτέρα, ἡ πρὸ εἰκάδος, ὡς ὑστέρα ἡ μετ' εἰκάδα. ubi ἡ πρὸ εἰκάδος est ipsa εἰκὰς, more Romanorum, quibus frequens est hæc loquendi formula. Ita *Chronicon Alexandrinum*: Constantio & Albino Consulibus, τούτων τῶν ὑπάτων, inquit, ἤχθη τριακονταετηρὶς ἐν Κωνσταντίνου πόλει πάνυ φιλοτίμως πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Αὐγουστῶν. Quæ verba Idatius in Fastis interpretatur. *His Coss. tricennalia edidit Constantinus Augustus die* VIII. *Calendarum Augusti.*

Καὶ αὐτοῦ] In αὐτοῦ videtur latere nomen Ἀντι- 13
γόνου, qui ad illum commessabundus venit cum tibicina. Sed Zenon ademptam Antigono mulierem domestico Persæo dedit.

Ἀριστοκλέα] Hunc citharœdum turpiter amavit Antigonus, ut ex Antigono Carystio docet Athenæus lib. 13. cap. 8.

Ὑποδύναι] Pro ἀναδύναι Atticè, ut ὑποκρίνομαι pro ἀποκρίνομαι. Scholia in Iliad. η. Semel atque iterum morem gessit Regi commessanti, sed posteà abnuit. Gl. *recuso* ἀναδύομαι.

Τὸ πολυδημιώδες] *Turbam hominum, confertamque* 14
multitudinem. Ut vitaret dimidium molestiarum, quæ ex confluxu & assessionibus hominum oriri solent, extrema subsellii occupabat; quia de infimo loco illi nemo movebat controversiam, nec libenter assidebant ultimo ambitiosi.

Τοὺς περιϊσταμένους] Προϊσταμένους omnino legendum, quia nil sani est in περιϊστημένους, quod ex versione Latina patet. Προϊστάμενοι sunt, qui suffragabantur & contendebant, non molestè se dare obolum præceptori. Hæc est amici doctique viri conjectura. Ceterùm, ne quid dissimulem, malim mendum quærere in ἐνοχλεῖν, ut idem recurrat, quod ad lib. VI. segm. 29. notatum, ubi γαμεῖν, καταπλεῖν &c. in participia mutata voluimus. Ita & ἐνοχλῶν legerem hoc loco sensu planissimo. *A nonnullis exigebat obulum* (auditoribus): *qui verò dare obulum recusabant, iis molestus non erat.* Ex vita Cleanthis appareret, quod obolum sibi de mercede diurnam Cleanthis vindicarit. Περιϊσταμαι τὸ διδόναι est, *dare subterfugio.* Suprà in Vita Menedemi, Κράντητος περιϊστα-

μένου αὐτὸν, *cum Crates eum averſaretur*, ejuſque colloquium fugeret, declinaret.

15 Γύργαθος] Comparat Zenonem cum anicula Phœnicia guloſa, curioſa, parvum & vetuſtate corruptum reticulum manu geſtante, ſed parum mentis habente, & præ ſenio delirante. Poſſis & reticulum parvum de tenui & macilento corpore Zenonis accipere, quod ſenectute ἐῤῥει, imbecille & perditum contabeſcebat. Sic Syneſius corpus vocat θυλάκιον τῶν κρεϋλλίων.

16 Τοῦ νεωτέρου] Torquent ſe viri eruditi in explicanda hac voce, quæ in mendo cubat, legendum enim τὸν ἑτκῖρον, admiratus eſt Zeno Philonem diſcipulum Diodori, non minus quam ipſum magiſtrum Diodorum, vel Zeno hunc diſcipulum non minus, quam Diodorus magiſter ejus admiratus eſt.

Οὐχ ἅδην] *Non odiosè.*

17 Ὑπερανακειμένοιν] Terminatio inculcata eſt à præcedenti δυοῖν. legendumque ὑπερανακειμένου, *cum ſupra duos accumberet.* Nec dubium admittit hæc emendatio Caſauboniana.

19 Οἷός τε ἦν] *Volebat devorare.*

Χρείαν Σοφοκλέους] Chriam Sophoclis attulit in medium, qua demonſtravit, non omnia omnibus placere, humanumque eſſe labi, vel ſimile quid. Deinde converſus ad Ariſtarchum illum, interrogat, num quid in Antiſthene bonum & præclarum ipſi videatur? cumque ille ſe hoc ignorare fateretur, meritò illum objurgavit ἀκαυθολογίας nomine.

20 Ἀδύνατα] Ἄτονα, *ineffeacia*, quibus nihil vigoris ſpirituſque ſubeſt, nec ad animos audientium penetrant.

Τοῖς εὖ λεγομένοις] Per ea quæ bene dicta ſunt, non ampliùs locus relinquitur oculis curioſius perluſtrandi, quâ veſte ſit indutus orator, quoque in loco dicat. Uti in ſcena hiſtrio bonus ita detinet ſpectatores, ut omnium obliti ſolum in oculis habeant hiſtrionem, ita auditor animum dictis adeo intentum habeat, ut non vacet ei applaudere, acclamare, εὖγε ὑπερεῦγε! Nam ἐπισημείωσις eſt, κρότος θόρυβος, κραυγὴ, ἔπαινος auditorum, quo proſequebantur & approbabant bene dicta, & è ſcholis rhetorum, philoſophorumque in ipſam Eccleſiam immigravit. de quo alias plura.

21 Μεγάλα φυσᾷν] Suidas in μεγαλοδωρία: ipſi Zenoni dictum hoc male attribuit ſuo more. bene tamen eſt, quod legit, μέγα φυσᾷν, quod cum Athenæi μέγα αὐλεῖν probe convenit. Paulo ante legerem pro πολλὰ, πολιτικὰ ἀσόφους, vel πολλὰ ſignat, *vulgaria, trivialia*, quæ quotidie in vita recurrunt.

25 Κηπαίαις θύραις] *Tobico*, quod ſpectat hortum cui opponitur αὐλειος θύρα, veſtibuli janua quæ ducit in publicum. Qui clam ingredi, vel egredi domo volebant, per hortum tranſibant, & κηπαίας θύρας. Notat igitur Polemon Zenonem, quòd clam per poſticum obrepat ſcholæ ſuæ, & Academicorum dogmata ſuffuratus Punico ingenio ea pauliſper immutet, aliaque veſte induta pro ſuis venditet: Cicero lib. I. de Academ. Quæſt. *Jam Polemonem audiverant aſſidue Zeno & Arceſilas, ſed Zeno cum Arceſilam anteiret ætate, valdeque ſubtiliter diſſereret & peracute moveretur, corrigere conatus eſt diſciplinam.* Vide & lib. IV. de Fin. Bon. & mal. Poſt κλέπτων videtur καὶ excidiſſe. Eunap. in Maximo, αἵτε γυναῖκες παρὰ τὴν γυναῖκα τῇ πλαγίᾳ θύρᾳ παρεισεχέοντο, ubi πλαγία θύρα, ſi Gloſſis Veterum credimus, etiam eſt poſticum. Confer Polluc. lib. I. cap. 8.

Μακαριότητι] *Vitæ felicitate*, cui contraria κακοδαιμονία *miſeria, calamitas.* 28

Κεῖνος] Lege, Κεῖθεν, *nam quoque Cadmus inde erat.* 30

Ἡ μία] ἢ μία, num una Mnemoſynæ filiarum elaboravit?

Τί καλεῖς μὲ] Edit. Frobeniana, τί μὲ. τί με καλεῖς. quod non ſpernendum. 31

Συγκεκροτῆσθαι] *Fama celebratum.* Interpres. Malim, *doctrina inſtructum, exercitatum* in *philoſophia* fuiſſe. Gl. Philox. *examen diſtrictum*, ἡ ἀκρόασις συγκεκροτημένη. Qui igitur doctrinæ copiam coactam conflatamque habet, is Græce dicitur συγκεκροτῆσθαι. Conferantur Gloſſ. in *conflata & condenſat.* 32

Οὐ γὰρ εἰσὶ σοφοί] Inde jocus A. Albutii, prætoris Romani: ego tibi, Carneade, *prætor eſſe non videor, quia ſapiens non ſum, nec hæc urbs, nec in ea civitas.* Cicero libro IV. Academic. Quæſt. 33

Πολιτείας] Plutarchus 3. Sympoſ. καὶ τοῦ Ζήνωνος ἂν ἐβουλόμην διαμπερισμοὺς ἐν συμποσίῳ τινὶ καὶ παιδιᾷ, μᾶλλον ἢ σπουδῆς τοσαύτης ἐχομένῳ συγγράμματι τῇ πολιτείᾳ κατατετάχθαι. Confer Sextum adverſus Mathem. pag. 275. 276. ubi Zenonis etiam exponit διαμερισμοὺς, μητρομιξίας. 34

Φαντασιῶν τύπον] Lege, τόπον. 43

Καὶ λόγων καὶ τρόπων] Lege, λογοτρόπων, καὶ τρόπων, quid ſit λογοτρόπος explicat ipſe Autor infrà pag. 182.

Περὶ πάντων] Locus fœdo mendo obſitus. quis enim poſſit concoquere, demonſtrationem eſſe περὶ πάντων. Reclamant Stoici apud Sextum Empiricum dicentes, οὐ δεῖ πάντων ζητεῖν ἀπόδειξιν, adverſus Mathemat. legerem igitur, περανάντων. Nam demonſtratio eſt talis *oratio, quæ ex magis perceptis id quod minus perceptum erat, concludit & conficit.* Nam, λόγοι ſunt vel περαίνοντες, (*orationes quæ aliquid ex præmiſſis conficiunt*) vel ἀπέραντοι. Vide Sextum Empiricum pag. 302. Demonſtratio vero eſt λόγος περανάντων. id eſt, περάνας, *conficiens*, &c. Perinde fuerit, ſive περαινόντων legatur, ſive περανάντων, reſpicique poteſt tam ad orationem ipſam quam ad eos qui oratione iſta utuntur. Vide infrà lib. VII. ſegm. 77. 45

Τύπωσιν ἐν ψυχῇ] Sextus adverſus Mathemat. p. 206. εἰ τύπωσίς ἐστιν ἐν ψυχῇ ἡ φαντασία, ἤτοι κατ' ἐξοχὴν καὶ εἰσοχὴν τύπωσίς ἐστιν, ὡς οἱ περὶ τὸν Κλεάνθην νομίζουσι, ἢ κατὰ ψιλὴν ἑτεροίωσιν γίνεται, καθάπερ οἱ περὶ Χρύσιππον ἐδόξασαν, &c.

Φωνὴ μὲν καὶ ὁ ἦχός ἐστι] Poſt hæc verba habet Stephani editio: λέξις δὲ τὸ ἔναρθρον μόνον. λέξις δὲ λόγου διαφέρει, ὅτι λόγος ἀεὶ σημαντικός ἐστι· λέξις δὲ ἀσήμαντος, ὡς ἡ βλίτρι· λόγος δὲ οὐδαμῶς quæ 57

omnino

omnino neceſſaria ſunt ad explicandam differentiam λόγου & λέξεως.

60 Μετασκευῆς] Lege μετασκευῇ, vel μετὰ παρασκευῆς, *ornatu ſuo* proſam orationem excedens: vel, ornatior quàm proſa fert oratio.

Ἀπόδοσις] Ita Sextus adverſus Mathematicos, γένος τῆς τοῦ ἀγαθοῦ ἀποδόσεως pag. 443. & paulò poſt οὕτω πῶς ἀποδιδούς.

66 Καὶ πύσμα] Suidas poſt πύσμα interpungit, & ſequentibus præmittit, ἔστι γάρ. quod textu Laërtii excidiſſe videtur.

Συμβολικῶς] *Per indicia reſpondere*, nutu geſtuque. πύσμα verò non contentum ſymbolis, particulisque οὐ, ναὶ, quæ etiam ſymbola ſunt orationis, aut geſtibus; λόγον *orationem* requirit ab interrogato, ut, οἰκεῖ ἐν τῷδε τόπῳ, quod reſponſum innuit lectorem ſibi ipſi tale πύσμα repræſentare poſſe: *habitatne in hoc loco nec ne?* cujus πύσματος affirmatio eſt: habitat in hoc loco.

68 Διαφορουμένου] Rectè διαφορουμένου. Cæterùm, locus ille mutilus videtur. Supplerem ita, ἐξ ἀξιώματος μὴ διαφορουμένου οἷον, τὸ, ἡμέρα ἐστί. ἐξ ἀξιωμάτων ἡμέρα ἐστί, φῶς ἐστι. Eſt autem ἀξίωμα μὴ διαφορούμενον, quod caret omni διαφορᾷ differentiâ, nec in ſe habet εἰ, ἢ εἴπερ, quod emphaſin, connexionem, diſtinctionem intellectui ſuggerit. Nam τὸ *dies eſt*, τὸ *lux eſt*, αἰσθάνονται. δῆπου λύκοι καὶ κύνες καὶ ὄρνιθες, *ſentiunt ſcilicet & lupi, & canes & aves.* Verùm hoc axioma διαφορούμενον εἰ ἡμέρα, φῶς ἐστι, οὐδὲν ἄλλο συνίησι πλὴν ἄνθρωπος, ἡγουμένου καὶ λήγοντος, ἐμφάσεώστε καὶ συναρτήσεως τούτων πρὸς ἄλληλα, καὶ σχέσεως καὶ διαφορᾶς μόνον ἔχων ἔννοιαν. *Si dies eſt, lux eſt, non aliud animal intelligit quàm homo, dum antecedens, deſinens, emphaſin, mutuam connexionem, reſpectum & differentiam ſolus capit.* Plutarchus, περὶ τοῦ εἰ ἐν Δελφοῖς. Ex his liquere puto, quid ſit ἀξίωμα διαφορούμενον, & Aphrodiſæus ex Laërtio corrigendus, & Sexto, qui diſertè habet, ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων διὰ τοῦ εἰ ἢ εἴπερ συνδέσμου. Si emendatio Valeſiana locum haberet, Sexto dicendum eſſet, ἐξ ἀξιωμάτων διφορούντων &c. Sed neque hoc admitti poteſt, quia διφοροῦμαι tantum in uſu eſt, non διφορεῖν, in hac quidem ſignificatione.

69 Ὑπεραποφητικὸν] Si hoc eſt negationis negatio, neceſſe eſt eas in adducto exemplo geminari, ut οὐκ οὐχὶ ἡμέρα ἐστί, id eſt, non vera eſt hæc negatio, *non dies eſt.* Et ſic τὸ ὑπεραποφητικὸν infert affirmantem, *Dies eſt.*

71 Ὑφεστάναι] Id eſt, ὑποτιθέναι, ante ponere tamquam fundamentum, τὸ πρῶτον.

76 Ἐπιφορὰ] Proprium Stoicis vocabulum, pro quo Ariſtoteles συμπέρασμα. Philoponus in priori Analyt. dicit Stoicos καινοτέραν βοδίζειν, *viam novam inſiſtere*, & ſibi propria in Dialecticis habere vocabula, quæ cum Ariſtotelicis comparat hunc in modum:

Peripatetici		Stoici
πράγματα, νοήματα, φωναί	vocant	τυγχάνοντα, ἐκφορικὰ, λεκτὰ

ἡγούμενον commune eſt.

ἑπόμενον, συνημμένον, μετάληψις, συμπέρασμα	vocant	λῆγον, τροπικὸν, πρόσληψις, ἐκφορά.

Λογότροπος] Suidas nunquam legit λογότροπος, ſed vel 77
λογοτόπος, vel diviſis vocibus λόγος τρόπος. Unde facilè conficitur λογοτρόπος, ut λογογράφος, θεομάχος &c.

Ἀπέραντοι] Auctor hoc loco unius ex quatuor modis ἀπεράντων, & quidem primi meminit, qui eſt ἀπέραντος κατὰ διάρτησιν, cùm nec concluſio cum præmiſſis, nec præmiſſa inter ſe cohærent, adeoq; nihil conficitur.

Εἰς μὲν γὰρ τὸ λογικὸν] Locus ſatis obſcurus, uti 83
vel in Interpretibus videre eſt. Putarim hanc eſſe mentem Auctoris. *Quid verò dicam, quæ de recta nominum ſignificatione in Logicis conſtituerunt* (Stoici) οἱ μόνον ἐπὶ τοῖς ἔργοις, οὐκ ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν, *qui ſolùm in rebus ipſis verſantur*, (hanc verborum rectam ſignificationem) *non ſatis poterint edifſerere.* Cauſam, cur non dixerit in Stoicorum Logicis de ὀρθότητι ὀνομάτων, reddit hanc, quod ipſe ut Epicuréus, qui rebus ipſis mentem occupat, ignoret quæ Stoici *de vocibus ſubtiliter* tradiderunt. Duæ enim ſunt viæ, &c. vide Ciceronem in fine lib. 3. de Fin. Bon. & Mal. confer inf. lib. x. ſegm. 31.

Αὐτὸ] Malim αὐτῷ, *non alienare à ſe ipſo*, paulò 85
ante, οἰκειούσης (malim οἰκειώσης) αὐτῷ τῆς φύσεως. Nam & hîc de natura ſermo eſt, quam non veriſimile eſt animal à ſe ipſo alienaſſe, aut produxiſſe ita, ut nec abalienarit, nec conciliarit ſibi ipſi. Quod cum ſit abſonum, conficitur inde, quod naturâ ipſum (animal) ſibi ipſi formaverit quàm maximè amicum.

Ἐπιγέννημα] Quod poſt oritur, πρὸς τὸ εὖ εἶναι, 86
cùm ſcilicet natura jam conſtituta accipit, τὰ ἐναρμόζοντα τῇ συστάσει, convenientiam ſtatui naturæ, τῇ συστάσει.

Τὸ κατὰ φύσιν] Manifeſtus hiatus. ſequi enim deberet, τούτοις δὲ, ut orationis εὔροια talis eſſet. Animalia cùm præter τὸ φυτοειδὲς habeant etiam appetitum, duplici quaſi nervo ducuntur πρὸς τὰ οἰκεῖα, dum τούτοις μὲν, *partim ad naturalia*; τούτοις δὲ, τὸ κατὰ τὴν ὁρμὴν διοικεῖται, *partim verò* ad ea quæ appetitus ſunt, obeunda feruntur: Homini vero, cùm præter hæc duo, ratio ſuprema gubernatrix, acceſſerit, rationi convenienter vivendo ſimul naturæ vivit convenienter. Sic ἡ χωρὶς ὁρμῆς καὶ αἰσθήσεως οἰκονομία, ſuum facit officium in plantis. Sic ὁρμὴ juncta dictæ œconomiæ in brutis ita verſatur, ut appetitus naturalis, quod ſuum eſt, & ſenſitivus iterum quod ſuum eſt ſibi habeat.

Τὴν κατήχησιν τῶν συνόντων] Suidas loco citato 89
legit κατίσχυσιν τ. σ. propterea, quia illis, cum quibus verſatur, præponderant, efficiuntque ut malè utatur φυσικαῖς ἀφορμαῖς. Lectio vulgata anguſtior eſt, quàm ut modos omnes, quibus depravatur homo à ſuis familiaribus, poſſit includere.

Ἀρετὴ δὲ] Suidas loco allegato ἡ ἀρετὴ δὲ τέλειός 90
ἐστιν, ὥσπερ ἀνδρεία.

Θεωρουμένας] Συνθεωρουμένας. paulò pòſt, pro σωφροσύνη, habet εὐφροσύνη.

Τῇ ψαλίδος οἰκονομίᾳ] Notandum οἰκονομία pro οἰκοδομία. Ita 1. Tim. 1. ϒ. 4. οἰκοδομία Θεοῦ, vel οἰκονομία Θεοῦ, eundem gignit ſenſum, quia, uti ex hoc loco clarè patet, οἰκονομία complectitur οἰκοδομίαν. Quare & Suidas in ἀρετὴ pro οἰκονομία legit οἰκοδομία. Accipio enim οἰκοδομία non pro correctione, ſed explicatione vocis οἰκονομία.

91 Ὑπαρκτὴν] Suidas ὑπαρκτικὴν. Malè.

Ἐν προκοπῇ] Suidas ἐκ προκοπῆς τοὺς περὶ Σωκράτην, Διογένην, Ἀντισθένην.

94 Πρᾶξιν τὴν κατ' ἀρετὴν] Suidas πρᾶξιν καὶ τὴν α. Malè in ἀγαθὸν.

Μετέχοντα] Suidas τοιοῦτο &c. μετέχοντάς τε πράξεις τ. κ. α. καὶ τὸ σπ. εἶναι. Legerem ὡς μετέχοντας, τάστε π. τ. κ. κ. καὶ τὸ κατὰ λόγον σπουδαίους εἶναι. Ita infrà. μετέχοντας δὲ &c. καὶ τὸ κατὰ λόγον φαύλους εἶναι. Tale quid virtus, ut qui habet eam, & in actionibus ſecundùm virtutem bonus probusque ſit, & in verbis rationisque uſu.

95 Τὸ αὐτὸν ἑαυτὸν] Αὐτῷ legendum ex ſequentibus τὸ αὐτῷ ἑαυτόν.

96 Τελικά] Schol. Græca in 2. Tomo Luciani legunt καὶ τ. κ. π.

97 Ἀτερπίαν] Lege ἀτερψίαν.

Γινομένας ὠφελείας] Suidas in ἀγαθὸς. προσγινομένας. Rectè.

Τελικά] Τελικὰ μόνον. Græc. Schol. loco citato.

Ἀγαθά] Poſt hæc verba excidit exemplum, quod eadem ſcholia ſuppeditant: legunt enim ποιητικὰ δὲ καὶ τελικὰ εἶναι ἀγαθὰ πάσας ἀρετάς. Eodem modo cenſerem in ſequentibus, poſt ἀμφοτέρως δὲ ἔχοντα, πάσας κακίας. ἐπεὶ καθὸ &c. Ita non ampliùs deerit exemplum.

98 Μικτά] Suidas malè μικρά.

Λυσιτελὴς] Quod ſumptus ſui cauſa factos refundat ſolvatque adeo, ut quæſtum negotiationis & mercaturæ longè ſuperet ſuis commodis.

100 Ἀπέχειν] Pro ἔχειν; ut ſup. ſegm. 86. τὰ ἐναρμόζοντα τῇ συστάσει ἀπολάβοι, pro λάβοι. Et ita Polyænus lib. 3. de Cyrrha navali Delphorum, οἱ μὲν Κυῤῥαῖοι κατεφρόνουν, πλεῖστον ἀπέχοντες θαλάσσης, ubi ἀπέχειν non eſt *diſtare*, ut doctiſſimus Meurſius exiſtimat libro II. Attic. Lection. cap. 2. Sed Cyrrhæi bono erant animo, quod maximam maris partem haberent. Ceterùm, Laërtii ἀπέχειν pertinet etiam ad τὸ τελείως σύμμετρον, contrà quam Interpres voluit.

101 Ἀγαθὸν καλὸν εἶναι] Rectè Suidas α. καὶ κ. ει. cetera minus benè in καλὸν.

Ἴσον, τὸ] Suidas τῷ, legit enim ὅπερ ἐστὶν ἴσον τῷ. Ita legerem deinceps, καὶ τῷ, ſed verba illa, ὅπερ ἴσον ἐστὶ τούτῳ, annon gloſſema ſapiunt?

102 Κατ' εἴδος προηγμένα] Malè Suidas προηγμένοι in ὄντα. Alibi habet προηγούμενα.

104 Ἀρτίας] Ἀρτίους legit Ἀττικῶς Scholiaſtes in T. 2. Luciani p. 26.

105 Σύμβλητιν] Quod collimat ad bonum ſecundum ſe. Ἀξία triplex eſt. Prima σύμβλησις, eſt, id quod collimat ad omne bonum in vita, ſecundùm virtutem agenda. Secunda eſt, quæ facit ut vitæ ſecundùm naturam inſtituendæ, accedat pondus æſtimationis, quæ eſt in divitiis & bona valetudine. Tertia eſt *æſtimium rei penſandæ*, à perito æſtimatore profectum, οἷον εἰπεῖν, (ita enim & hîc & ſuprà legendum) exempli gr. ἀμείβεσθαι πυροὺς πρὸς τὰς σὺν ἡμιόνῳ (lege ἡμιόλῳ *aut* ἡμιολίῳ) κριθὰς *commutare triticum cum hordeo, alteroque tanto ejuſdem.* Viderunt dudum vulgatæ lectionis τὸ ἄτοπον Interpretes. Ideoque τὸ σὺν ἡμιόνῳ planè omiſerunt nonnulli. Portus apud Suidam in ἀδιάφορος explicat τὰς σὺν ἡμιόνῳ κριθὰς, *de hordeo, quod à mulo fertur, ut eo paſcatur.* Aldobrandinus mulum quaſi mantiſſam hordeo addit, ut tritico id exæquet. Verum enim verò non habet hîc mulus quod comedat, nec etiam dignus eſt ut hordeacei pabuli fiat acceſſio. ζεῦγος ὀρικὸν Athenis majori in pretio habitum, ditioribusque tantum alebatur. Unde avaro diviti exprobrat Orator, οὐδὲ ζεῦγος ἐκτήσω ὀρικὸν οὐδέπωποτε ἐπὶ τοσούτοις ἀγροῖς καὶ κτήμασι, *numquam par mulorum poſſedifti, tot agris & prædiis dives.* Reſtat igitur, ut σὺν ἡμιολίῳ, vel ἡμιόλῳ legamus. Hæc enim eſt legitima compenſatio, cum ſex tritici modios cum novem modiis hordei, aut duos tritici cum tribus hordei permutes. vide Sextum contra Math. p. 106. de ἡμιολίῳ.

Συμπεριφέρεσθαι] *Amicis morem gerere, obſequi, gratificari.* Contrarium, φίλοις μὴ συνδιατίθεσθαι, *amicis non obſecundare in loco, non gaudere, non dolere cum illis.* 108

Ἀνάλογον δὲ τῶν] Suidas τὸ παρὰ τὸ κ. rectè niſi malis ἐπὶ τῶν, ut infrà. 109

Ἀποκρίνεσθαι] Suidas non habet, loco ejus eſt πυνθάνεσθαι.

Αὐτὴ ἡ διάνοια] Suidas non habet αὐτὴ, nec, καὶ τὸ γενητικὸν. 110

Ἄλογον] Malè Suidas in voce λύπη legit εὔλογον, ſed benè eſt quod in πάθος, ἄλογον retinuit. 111

Ὧ αὐτὸς ἐπιθυμεῖ] Suidas ex hoc loco ſupplendus. Confundit enim zelum & zelotypiam in unam maſſam. nec cetera in eodem ſatis ſana.

Ἀποκναίουσαν] Suidas ἀποκλείουσαν. 112

Κατεπείξεως φωνῆς] Cum voce urgente & inſtanter impellente ad aliquid. Gl. Veter. ἔπειξις *Inſtantia, Compulſio.* Nam in trepidationibus multitudo multis clamoribus ſe incitare ſolet ad audendum aliquid. 113

Ἀγωνία] *Anxietas*, metus rei, cujus eventus incertus eſt. Vide Epictetum περὶ τοῦ ἀγωνιᾶν l. 2. cap. 13. apud Arrianum.

Σπάνις] *Cupiditas quædam non collineans, & à re quidem ipſa ſeparata, fruſtra tamen ad eam tendens dolensque.* Suidas legit σπωμένη.

Προκοπῆς καὶ π.] Odium creſcit, cauſamque prætexit. Qui enim odit aliquem, non tantùm illi malè vult, ſed etiam indies odio magis magisque indulget, & cauſas odii juſtas ſe habere exiſtimat. Suidas in ἐπιθυμία legit προτάσεως, quod denotat diuturnitatem temporis.

Περὶ αἱρέσεως] *De electione*, utrum hoc potiùs, an illud ſit eligendum ſequendumque.

Οὐχὶ περὶ σπουδαίους] Lege σπουδαίων, non de rebus bonis honeſtisque. Nam κάλλος in oculos incurrens non eſt inter σπουδαῖα Stoæ. Suidas legit, οὐ π. σ. πράγματος quod malim.

114 Ὀργὴ ἀρχομένη] Theophylactus MS. in cap. 1. Nahum κατά τινας θυμὸς μέν ἐστιν ἡ ἀρχὴ τοῦ πάθους, ὁ γίνεται ἐξ ἀναθυμιάσεως, τοῦ περικαρδίου αἵματος ζέοντος, ὀργὴ δὲ θυμὸς ὀργῶν πρὸς τὸ ἐργάσασθαί τι. *θυμὸς eſt ſecundum quosdam initium affectus, orti ex evaporatione ſanguinis circa cor inardeſcentis. Ira verò θυμὸς turgens & maturus ad erumpendum.* Ægyptii θυμὸν hieroglyphicè *inſinuabant per focum ardentem, corde deſuper impendente.* Cyrillus contra Julianum pag. 300.

Προτροπὴ τῆς ψ.] Suidas προτροπή τις ψ. legerem π. τις τῆς ψ.

115 Εὐκαταφορίαι] Suidas καταφορίαι. οἷον φθονεραὶ (lege φθονερίαι) ἐλεημοσύνη. quod ultimum melius eſt vulgato, ἀνελεημοσύνη.

117 Πρός τε τὸ ἔνδοξον] Malim πρόστε τὸν ἔνδοξον καὶ τὸν ἄδοξον, & ita Suidas. & in ſequentibus κατὰ τὸν εἰκαῖον τ.

118 Φυλακτικοὺς] Cautos ajunt eſſe ſapientes, ut ſe exhibeant quàm optimos, ut ſe ita componant, ut meliores videantur. Nam ſedulò id agunt, ut prava tegant, bona verò quæ habent, foras appareant ſimpliciter, & ſine affectata gravitate.

Ἔτι δὲ οὐδὲ] Suidas δὲ omittit. non malè.

Προσπεσεῖσθαι] Malè Suidas προσποιεῖσθαι.

119 Τοὺς θεοὺς ἄγασθαι αὐτούς] Ambigua locutio. Nam & à Diis magni æſtimari ſapientem, & à ſapiente Deos ſuſpici dicit. Paulò ante pro ἐναντίως Suidas legit ἐναντίον.

121 Μὴ δοξάσιν τὸν σοφὸν] At cùm aliquando huic ſapienti mala citria apponerentur, ex cera ita affabrè facta, ut veris non multum abluderent, ille δοξάσας manum porrexit ad ſumenda mala, tamquam vera, propterea reprehenſus, quòd ipſo facto declaraſſet, ſe opinione ductum eſſe, reſpondit εὔλογον fuiſſe, iſta mala cerea vera mala fuiſſe. confer infrà ſegm. 162. & 177.

123 Ἐλεήμονάς τε μὴ εἶναι] Unde Virgilius libro II. Georg.

---*neque ille*
Aut doluit miſerans inopem, aut invidit habenti.

Μὴ γὰρ παριέναι] Suidas in συγγνώμη. legit, μὴ δὲ, vellem μηδὲ.

Ἐπιβαλλούσας] Suidas ἐπιβαλούσας ἐκ τοῦ νόμου κ. κόλασις ἐπιβαλοῦσα eſt, *pœna legibus conſona, reſpondens, conveniens*, quæque peccato competit. Gl. *Competens*, τὸ ἐπιβάλλον.

Οὐδεμιᾷ ἐστὶ ψυχῇ] Suidas loco citato: οὐδεμία ἐστὶ ψυχῆς ἀρετὴ πρὸς κολάσεις προσποιουμένοις, lege ης χ. Puto hanc lectionem veriorem vulgatâ, & Caſaubonianâ emendatione. Redditur enim ratio per παρένθεσιν, cur ſapiens non remittat quicquam de pœnis competentibus. Nempe, quod indulgentia, commiſeratio, & ipſa æqui-lenitas, non ſint animæ virtutes, ſed potius perturbationes, quibus anima cùm punire debeat, bonitatem quamdam ſimulet. Hæc parentheſis poſt χρηστότητα deſinit, & ſequentia cohærent cum μηδὲ γὰρ παριέναι, μηδὲ οἴεσθαι σ.

Ἄλλως μὲν πόλεως] Exemplum ab urbe petitum illuſtrat: aliter eſſe aliquid bonorum, aliter malorum. Nam & civitatis quædam dicuntur, & illorum, qui iiſdem utuntur, vel, ut clarius dicam, qui eadem uſurpant. Civitati ſua bona lege & jure ipſo addicuntur. Sed qui eadem ſibi uſurpant, illorum quidem dicuntur eſſe, ſed non ſunt. Χρώμενος, hîc denotat *uſurpatorem*, σφετεριστὴν Philox. Gl. *uſurpare*, τοῦ χρήσασθαι. τοῦ ἰδιοποιήσασθαι. *Uſurpat*, παρασπᾶται, ἰδιοποιεῖται, χρῆται, σφετερίζεται, ἀποχρῆται, ὅ ἐστιν ἐσχηματισμένη κλοπὴ, *furtum figuratum & ſpecioſum*, quo quis è publico aliquid in ſuos uſus avertit. 124

Ποιητικὸν τῶν πρακτέων] Suidas invertit, πρακτικὸν τῶν ποιητέων· τὰ δὲ ποιητέα. Et ita infrà: τὴν φρόνησιν περὶ ποιητέα. 126

Ὥστε εἰ τὰ] Ex Suida legendum, ὥστε εἶναι τὰ μὲν αἱρετικῶς ποιεῖν, τὰ δὲ &c. In voce ἀρετὴ.

Φρονιμός τε ἐστὶ] Et *qui prudens eſt, idem & fortis & juſtus & temperans eſt.*

Ἀφίστασθαι] Videtur illis nec diſſenſionem à Philoſophia receſſiſſe, ſiquidem eadem ratione relinqueret omnem vitam humanam. Dicunt non defutura umquam in philoſophia ſententiarum divortia, quemadmodum nec in vita communi deerunt. 129

Mille hominum facies, & rerum diſcolor uſus.

Poſſunt hæc verba accipi & hunc in modum. Non eſſe à Philoſophia deſciſcendum ob diſſenſiones. Quoniam hac ratione ait philoſophiam & totam vitam aliquis deſereret. Sic Apoſtolus Corinthiis ſcripſit, μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις; non tamen ſimpliciter de omni commercio cum inquinatis hoc voluit intellectum, ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν, *quoniam*, inquit, *planè vobis mundo eſſet excedendum*, 1. Cor. 5. Ita hoc loco ſubintelligenda eſſet ἡ διὰ quæ per elegantiam ſummam ſæpè omittitur, ut τὴν σὴν χάριν, ἐμὴν γνώμην, pro διὰ σ. χ. δι' ἐμὴν γν. vide Scholiaſten in Apollonii Argonaut. libro 2.

Καὶ εἰ ὁ ἥλιος] Num Stoici umquam diſputarunt, an mundus ſol ſit? legerem εἰ ἀΐδιος. Num ſit æternus? Mundum enim æternum Deumque eſſe Stoici crediderunt. Hâc ratione. Quod æternum eſt, id melius eſt quàm id quod non eſt. Nihil autem mundo melius. Æternus igitur mundus eſt. Ita ex Cicerone lib. 2. de Natura Deorum argumentari licuerit. Ipſe Laërtius infrà, τὸ ποιοῦν, τὸν ἐν αὐτῇ λόγον, τὲν Θεὸν, τοῦτον γὰρ ὄντα ἀΐδιον διὰ πάσης αὐτῆς δημιουργεῖν ἕκαστα, Virgilium vide lib. 6. Æneid. & ibi Servium. Euſebium Præparat. Euangel. lib. 15. cap. 15. Salluſtium cap. 7. *de Diis & mundo*. Sextum adverſus Mathematicos pag. 322. 130

Κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν] *Eo tempore quo mundus ecpyroſi, conflagratione ſit non finem habiturus*, ſed novam διακόσμησιν, igne quaſi purgatus, nacturus ſit. *Ex quo eventurum noſtri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus igneſceret* (ἐκπυροῦσθαι) *cum humore*

conſumpto, neque terra ali poſſet, neque remearet aër, cujus ortus, aquâ omni exhauſtâ, eſſe non poſſet. Ita relinqui nihil præter ignem, à quo rurſum animante, ac de eo renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. Cicero de Natura Deorum lib. 2. Habes ἐκπύρωσιν, & rurſus διακόσμησιν.

134 Σώματα εἶναι τὰς ἀρχάς] Nil mutarim in textu, quia Stoïci docuerunt ἀρχὰς eſſe corpora. Porphyrius apud Euſebium libro XV. P. E. cap. 14. Στοιχεῖον εἶναί φασι τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος· τούτου δ' ἀρχὰς ὕλην καὶ Θεὸν, ὡς Πλάτων. Ἀλλ' οὗτοι ἀμφω σώματά φασιν εἶναι καὶ τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. ἐκεῖνον (Πλάτωνος) πρῶτον ποιοῦν, αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγοντος. *Rerum elementum, inquiunt, ignem eſſe, ut Heraclitus. Ejus autem Principia, Materiam & Deum, ut Plato. Sed hi (Stoici) ambo ajunt eſſe corpora, tam efficiens, quàm patiens, cum ille (Plato) dicat primum efficiens, cauſam eſſe incorpoream.* Illam Stoicorum ſententiam hoc loco proponit Laërtius. Cæteros, qui Platonem ſequuntur & ποιοῦν principium negant corporeum, non tetigit.

135 Ἕνα τε εἶναι θεὸν καὶ νοῦν] *Stoïci dicunt non eſſe niſi unum Deum, & unam eamdemque eſſe poteſtatem, quæ pro ratione officiorum, à nobis variis nominibus appellatur. Unde eumdem Solem, eumdem Liberum, eumdem Apollinem vocant. Item Lunam, eamdem Dianam, eamdem Cererem, eamdem Junonem, eamdem Proſerpinam dicunt.* Servius in 1. Georg. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 17. & ſeq. breviter, ἓν τὸ πᾶν. Vide & Dionem Pruſæum in Rhodiaco.

136 Λόγον σπερματικὸν] Id eſt, vim illam quæ inſtar ſeminarii in ſe continet τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων.

140 Ἀσώματον] Deſcriptio τοῦ ἀσωμάτου, manifeſtè mendoſa eſt. Lego ex conjectura ἀσώματον δὲ τὸ οἷόντε κατέχειν, ὑπὸ σωμάτων οὐ κατεχόμενον, ex Suida, *quod poteſt continere, ipſum verò à corporibus non continetur.* Numenius apud Euſebium Præpar. Euang. l. 15. cap. 17. ἐπεὶ δὲ τὰ σώματά ἐστι φύσει τεθνηκότα, καὶ νεκρὰ καὶ πεφορημένα (lege συμπεφορημένα) καὶ οὐδὲ ἐν τ' αὐτῷ μένοντα, ἆρ' οὐχὶ τοῦ καθέξοντος αὐτοῖς δεῖ; παντὸς μᾶλλον. εἰ δὲ τύχοιεν τούτου, ἆρα μένειεν ἄν, παντὸς ἧττον. τί οὖν ἐστι τὸ κατασχῆσον; εἰ μὲν δὴ καὶ τοῦτο εἴη σῶμα, Διὸς Σωτῆρος δοκεῖ ἂν ἐμοὶ δεηθῆναι αὐτὸ παραλυόμενον καὶ σκιδνάμενον. εἰ μέντοι χρὴ αὐτὸ ἀπηλλάχθαι τῆς τῶν σωμάτων πάθης, ἵνα κἀκείνοις κεκυημένοις τὴν φθορὰν ἀμύνειν δύνηται, καὶ κατέχῃ, ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ ἄλλό τι εἶναι, ἢ μόνον γε τὸ ἀσώματον. &c. Suidam vide in κόσμος ubi pro ἰδίως ποιὸς legit ἰδιοποιὸς non ſemel.

141 Λόγῳ τῶν δ' αἰσθήσεως νοουμένων] Mundus genitus eſt, uti patet ex iis quæ ſenſu percipimus. Innumerabilia ſunt ex quibus effici cogique poſſit: nihil eſſe, quod ſenſum habeat, quin id intereat. Etenim ea ipſa quæ ſentiuntur, ut frigus, ut calor, ut voluptas & dolor, ut cætera, cum amplificata ſunt, interimunt. Cicero de natura Deorum locum de autumno habet: & Suidas in φθινόπωρον: παλινδρομία τ. ἡ. α. υ. γινομένου τῶν καρπῶν, πρὸς τοὺς τόπους, ἀφ' ὧν, ἐγένοντο. Illud καρπῶν innuit deeſſe aliquid in præcedentibus.

Εἰ καὶ πρόνοιαν εἶναι] Solœcon eſt, εἰ καὶ εἶναι. 149
Malim ἢ quâ ratione providentiam ajunt eſſe, eadem & divinationem aſtruunt. Cicero lib. I. de Divinatione. *Mihi verò ſatis eſt argumenti & eſſe deos & conſulere rebus humanis, quod eſſe clara & perſpicua divinationis genera eſſe judico.* Vide & pagellam 368. Ubi iterum divinatio probatur ex eo quod dii diligant homines, libenterque iis benefaciant, adeoque etiam præſignificent futura, ut cautiores ſint. Quæ omnia ad providentiam pertinent. Editio Stephanica: ἢ καὶ πρόνοιαν εἶναι, propius abeſt à noſtra lectione.

Διά τινας ἐκβάσεις] Cicero lib. I. de Divinat. De artificiali divinatione, vel quæ opinionibus conſtat, dicit: *Conjectura nititur, ultra quam progredi non poteſt. Ea fallit fortaſſe nonnumquam: ſed tamen ad veritatem ſæpiſſimè dirigit. Eſt enim ab omni æternitate repetita: in qua cum pene innumerabiles res eodem modo evenirent, iiſdem ſignis antegreſſis, ars eſt effecta, eadem ſæpe animadvertendo & notando.* Habes hîc quæ ſint ἐκβάσεις τινές.

Σῶμα δὲ &c.] Hæc verba capienda ſunt de ma- 150
teria. Illam enim Stoici dicebant corpus eſſe καὶ οὐσίαν πεπερασμένην, ſuprà ſegm. 137. τὰ δὴ τέτταρα στοιχεῖα εἶναι ὁμοῦ τὴν ἄποιον οὐσίαν. Euſebius de Præparat. Euang. lib. xv. capite 44. οἱ δὲ ὕδωρ λέγοντες πῦρ, ἢ ἀέρα, ἢ γῆν τὴν ὕλην, οὐκέτι ἄμορφον αὐτὴν λέγουσιν, ἀλλὰ σῶμα. ſuprà ſegm. 146. pro σκίασμα rectè legit Suidas ἀποσκίασμα in πάθος. vide locum.

Κράσιν δι' ὅλου] Id eſt, Craſis fit, quando partes 151
mixtæ ejuſdem ſunt naturæ cum toto. Salvâ enim cuique parti ſuâ naturâ, σύνθεσις eſt, οὐ κράσις, οὐδὲ μίξις. Ariſtoteles lib. 1. de Generat. & Corrupt. cap. 10. Ideoque etſi parum vini mari infuderis, non fit κράσις, quia vinum illud non eſt δι' ὅλου ἀλλ' ἐπὶ ποσὸν. ἀντιπαρεκτάθεν. ſed aliquantum extenſum, perit. Hæc potius eſt αὔξησις. μεταβάλλει γὰρ θάτερον εἰς τὸ κρατοῦν, οἷον σταλαγμὸς οἴνου μυρίοις χοεῦσιν ὕδατος οὐ μίγνυται. λύεται γάρ τι εἶδος καὶ μεταβάλλει εἰς τὸ πᾶν ὕδωρ. Ariſtoteles loco citato.

Ἀφ' οἵου] Lege ἀφ' οἵων, præcedit enim τοιαῦτα. 158
Et ita legit Aldobrandinus.

Οὐχλῳ πεποιημένος] Πρὸς τὸν ὄχλον δεινότερος λέ- 161
γειν.

Μετάθετο] Ex Stoico factus eſt Polemonæus. Ci- 162
cero lib. 4. Acad. Quæſt. *ſi Polemonæus, peccat Stoicus, rei falſæ aſſentiens.*

Ἀντιφέρων διδάσκαλος] Id eſt, *magiſter contradi-* 166
cens. ſequitur enim, διασκευάζων ſc. διδάσκαλος &c.

Ὀβολὸν φέρειν ἀποφορᾶς] ſcil. ἕνεκα. obulum ſcili- 169
cet ἀποφορᾶς nomine ſibi de tota mercede diurna dari voluit Zenon. Gl. ἀποφορὰ, *penſio*, τὰ παρὰ τῶν ἡττόνων τοῖς μείζοσι παρεχόμενα χρηστὰ. *Commoda, quæ ab inferioribus redeunt ad ſuperiores, dicuntur*, ἀναφορὰ. Quæ igitur parentibus à filiis, præceptoribus à diſcipulis, patronis à libertis præben-

cur, omnia hoc nomine veniunt. Vide Thomæ Eclog. in ἀποφέρειν.

174 Βοῶν ὠμοπλάταις] *Boum ſcapulis*, Gl. ὠμοπλάται *ſcapula.*

181 Εἰς τὸ βασιλικὸν] Scil. ταμεῖον. *Fiſcus regius:* reipublicæ ærarium eſt, τὸ ταμεῖον δημόσιον, in Gloſ. Veterum.

183 Παραγενομένοις] Lege παραγενόμενος, pro συγγενόμενος, de ipſo Chryſippo acceperim, quod ſcilicet ille ſe contulerit ad Arceſilam & Lacydem in Academiam, & ea propter contra conſuetudinem aſſentiendi, ut periculoſam & lubricam, diſſeruit, ſex libris ſcriptis, κατὰ τῆς συνηθείας καὶ ὑπὲρ αὐτῆς ὁμοίως, refutatis illic quæ ipſe contrà attulerat, & contrà ἐνάργειαν ſenſuum, quibus magnitudines multitudinemque rerum percipimus, Academicorum ἐνστάσεσι *inſtantiis* uſus eſt. Cicero de Chryſippo lib. 4. Acad. Quæſt. *Quam multa ille contra ſenſus, quam multa contra omnia, quæ in conſuetudine probantur, diſſeruit?* Et iterum de eo (Chryſippo) *queri ſolent Stoici, dum ſtudioſè omnia conquiſierit contra ſenſus & perſpicuitatem, contraque omnem conſuetudinem, contraque rationem, ipſum ſibi reſpondentem inferiorem fuiſſe, itaque ab eo armatum eſſe Carneadem.* Plutarchus, βουληθεὶς αὖθις συνειπεῖν τῇ συνηθείᾳ καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἐνδεέστερος γέγονεν αὐτοῦ &c. In Stoicis, ἐναντιώμασι.

187 Κατατρέχουσι] *Excurrunt ad eum perſtringendum*, inde in vita Demetrii Phalerei: καταδρομὴ τῶν Ἀθηναίων, *invectiva in Athenienſes.*

188 Ἔτι τε τὰ παρὰ τοῖς περὶ πινάκων γράψασι κατακεχωρισμένην] Lege οὔτε κατακεχωρισμένην, infrà καταχωρίσαι. τὸ κατακεχωρισμένην. Idem notat collocatam in ordine aliarum tabularum. Dicit autem, Chryſippum tam impudicas & petulantes in medium protuliſſe hiſtorias, ut nec ii, qui omnes pinaco-thecas perluſtrarant, & de tabulis, quas πινακογράφοι ſæpius ſpurciſſimis mendaciis impleverant, ſcripſerant ſtylo ſimili, recenſere & vel inter pictas referre voluerint. Quales πίνακας Ethnici amarint Clemens in προτρεπτικῷ declarat, nempe in quibus τῶν δαιμόνων πασχητιασμοὶ, Ἀφροδίτη ἐπὶ συμπλοκῇ δεδεμένη γυμνὴ, καὶ τῇ Λήδᾳ περιπετόμενος ὁ ὄρνις, ὁ ἐρωτικὸς &c. depicta. *Cteſilochus, Apellis diſcipulus petulanti pictura innotuit, Jove Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiſcente inter obſtetricia dearum.* Plinius lib. xxxv. cap. xi.

Καὶ υἱοῖς] Mutilus eſt hic quoque locus. Quid enim dicit Chryſippus de hoc ſuo dogmate? nempe hoc, quod facinus illud ſit ἀδιάφορον. Ergò poſt υἱοῖς ſubjicerem, ἀδιάφορον εἶναι, ex Sexto Empirico in Hypotyp. libro I. pag. 31. Dogmaticæ opinioni opponimus legem, ὅταν οἱ μὲν περὶ Χρύσιππον ἀδιάφορον εἶναι λέγουσι τὸ μητράσι ἢ ἀδελφαῖς μίγνυσθαι· Idem docuit Chryſippus in προτρεπτικοῖς, exemplo brutorum, Plutarchus in Repugnantiis Stoicorum. Confer & Sextum adverſus Mathem. pag. 476.

189 Τρόποι χρηματισμοῦ] Triplex χρηματισμὸς Chryſippi, ὁ ἀπὸ βασιλείας, ὁ ἀπὸ φίλων, ὁ ἀπὸ σοφιστείας. ὁ ἀπὸ βασιλέως, hoc loco damnatur, rideturque, quia ſapiens Regi ſe ſubmitteret, cum tamen ille ut Rex cum Rege ἀπὸ τῆς ἴσης, loqui & agere debeat &c. Plutarchus his χρηματισμοῖς opponit, quod in *de Natura* dixerat, ſapientem amiſſis opibus quibuscunque, exiſtimaturum, ſe unam drachmam perdidiſſe.

Πρὸς Ἀριστοκρέοντει] Diſcipulus & οἰκεῖος, *neceſſa-* 196
rius Chryſippi, imaginem ejus æneam columnæ impoſuit, cum hac inſcriptione.

Τόνδε νέον Χρύσιππον Ἀριστοκρέων ἀνέθηκε·
Τῶν Ἀκαδημειακῶν στραγγαλίδων κοπίδα.

Plutarchus de Stoicorum Repugnant.

Περὶ τοῦ παρὰ μικρὸν λόγου] ὁ παρὰ μικρὸν λόγος, 197
non tam ad Soritem, quàm ad eas ſophiſticationes pertinet, quæ fiunt παρὰ μικρόν· Ariſtoteles enim lib. I. de Soph. Reprehenſ. cap. 6. Poſtquam cauſas ſophiſticarum deceptionum plurimas enarraſſet, tandem ſubjicit, ἁπλῶς, *breviter.* ἐν τῷ παρὰ μικρὸν ἀπάτη. *fallacia eſt in eo, quod propter leve momentum ſit.* Nam quaſi τὸ, *aliquid*, aut τὸ *certo reſpectu*, aut τὸ *ſimpliciter*, aut *quomodo*, aut *nunc, nihil ulterius ſignificent*, ſine exceptione *in univerſum aliquid concedimus.* Hìc habemus τὸ παρὰ μικρὸν, nimirùm τὸ πῇ &c. Confer dicta ſuprà ad lib. II. ſegm. 32.

AD LIBRUM VIII.

Πάσας τελετὰς] Proclus lib. v. in Timæum: ἃ 2
Ὀρφεὺς δ' ἀπορρήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, ταῦτα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λεβέθροις τοῖς Θρακίοις Ἀγλαοφάμῳ τελέστᾳ μεταδόντος, ἣν περὶ θεῶν Ὀρφεὺς σοφίαν παρὰ Καλλιόπης τῆς μητρὸς ἐπινύσθη. ταῦτα γάρ φησιν ὁ Πυθαγόρας ἐν ἱερῷ λόγῳ.

Τὸ ἐλεφάντινον πρόσωπον] *Faciem eburneam*, quæ 5
clypei umbonem exornaverat, ut ego quidem conjecturor, ex Laërtii verſu, βλέψον εἰς ὀμφαλόον pro ἔκτυσιν.

Μὴ ἀναίδευ μηδενὶ] Quid hìc correctione dignum 8
viderint acutiores non excogito, ἀνειδεῦ legatur, & ſalva res erit. *Ne ſis improbus erga quemquam.*

Ἐν ἄνθει νοὸς] Ex his verbis legendum cum Ste- 9
phano, ἐν ἀνθ' ἑνὸς, *verbum verbo.* Græci hac formula utuntur, quando rotundè & breviter verbum verbo reddunt, ut hoc loco, μίθη, βλάβη.

Κοινὸν δίκαιον] Negant Stoici ſuprà in Vita Ze- 13
nonis. Italici verò, Pythagoras, Empedocles contendunt, καὶ πρὸς τὰ ἄλογα τῶν ζώων ἡμῖν εἶναί τινα κοινωνίαν. ἐν γὰρ ὑπάρχειν πνεῦμα, τὸ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου διῆκον, ψυχῆς τρόπον, τὸ καὶ ἑνοῦν ἡμᾶς πρὸς ἐκεῖνα. διόπερ καὶ κτείνοντες αὐτὰ, καὶ ταῖς σαρξὶν αὐτῶν τρεφόμενοι, ἀδικήσομέν τε καὶ ἀσφήσομεν, ὡς συγγενεῖς ἀναιροῦντες. &c. Sextus adverſus Mathematicos, ubi etiam negat ex hoc communi & omnia pervadente ſpiritu id confici, quod Pythagoras voluit, quia etiam per lapides & plantas πεφοίτηκέ τι πνεῦμα ὥστε ἡμᾶς αὐτοῖς συνενοῦσθαι. Alii abſtinentiæ Pythagoricæ cauſam

referunt ad τῶν ψυχῶν μετενσωματισμόν.

14 Παντοίας θεοῦ φωνάς] Pythagoras pro Deo habitus à diſcipulis, qui ejus dicta appellabant παντοίας θεοῦ φωνάς. Legerem igitur, ὥστε λέγειν τοὺς γνωρίμους τὰ αὐτοῦ παντοίας θ. φ. Jurarunt etiam per Pythagoram, libro IV. adverſus Mathem. Sextus Empiricus.

19 Ὄψόν τε] Sequentia ſuadent legendum, ὄψῳ τε, ſc. ἀρκεῖσθαι &c. Ita Suidas quoque legit.

20 Γαλαθηνοῖς] Γαλαθηνὰ, ſunt omnium animalium fœtus adhuc uberibus inhiantes, qui communi vocabulo ἀπαλίαι dicebantur, à recto ἁπαλίας, ut infantes recens nati, & paulo poſt exſtincti ὀμφακίαι dicti. De ara aurea Babylone Herod. lib. I. ἐπὶ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι θύειν, ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα. Græci autem lege lata prohibuerunt γαλαθηνῶν σφαγήν, imò & ſacrificare ovem ἄπικτον, vel ἄτοκον. Athenis verò ſacerdos Minervæ numquam ſacrificabat agnellum. Euſtathius in Odyſſ. p. 1485. ex Athenæo, ut ſolet.

24 Καὶ ἄλλως] Et imprimis, ſi non ſumantur (fabæ) venter caſtigatior minuſque flatibus obnoxius redditur. Nam fabæ non ſumptæ, faciunt ventrem magis in poteſtate eſſe, reddunt eum modeſtiorem. Si verò ſumantur, ἀσχημονεῖ ἡ γαστὴρ, & ſui ipſius minùs compos eſt, κοσμιωτέρα γαστὴρ opponitur τῇ τεταραγμένῃ, qualem Strepſiades habuit apud Ariſtophanem in Nub.

30 Σταγόνας δὲ εἰδέναι] Legerem εἶναι α. τ. εἰς τὰς αἰσθήσεις, *ſtillas ab illis ire uſque ad ſenſus.* Simile mendum apud Lucianum, in colloquio Alexandri & Diogenis, ἐμὲ μόνον ἔασεν τὰ Ἀριστοτέλους εἰδέναι. Lege, εἶναι. *ſine modo ut recenſeam aliquid de Ariſtotele.*

32 Αἴρα ψυχῶν ἔμπλεω] Quidam Pythagoreorum dixere ψυχὴν εἶναι τὸ ἐν τῷ ἀέρι ξύσματα, οἱ δὲ τὸ ταῦτα κινοῦν. Ariſtot. lib. I. de Anim. cap. 2. ubi Philoponus hæc συμβολικῶς intelligenda monet.

Τὸν αὐτὸν ῥόον] Lege, νόον. τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγησι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

34 Τό δ' ἦν τῶν ἀγαθῶν] Hæc verba pertinent ad præcedens ἱκέτης. τόδε, ſcilicet μὴ ἅπτεσθαι ἱκέτου, hoc quidem (nempe abſtinere manum à ſupplice) bonum fuerit: illud vero, quod ſcilicet Soli (hic enim μὴν eſt, ut Luna μήνη) ſacer ſit, inde provenit, quia horas deſignat.

35 Ἐπὶ ἑνὶ] Ad unum panem multi amici olim conveniebant. Pane enim quaſi proxeneta coibant non nuptiæ tantum, verum & amicitiæ, φιλοποιὸς ἡ τράπεζα, pane & ſale appoſitis: malique ominis res habebatur, in primo amicitiæ coaleſcentis congreſſu dividere id quod conjunctionis quaſi gluten & coagulum erat.

38 Λάχανα] Unde vita Pythagoreorum, βίος ἀψυχος dicitur. Heſychius in ἄψυχος. *Terreſtris cœna eſt multis oleribus*, ex Comico diceres. Non multum abludit φάγος ἡμερινὸς monachorum, qui conſtat *pane & caſeo*, niſi quod vinum accedat, in Gl. Iſidori.

Ἀλουσίαν] Illuviem videntur Pythagorei non diciſſe à ſectæ anteſignano, ut qui ſtolam candidam mundamque, ſemper amavit, & aliis quoque in rebus mundiciei ſtudioſior apparet. Et qui eum propiùs ſecuti ſunt, alba veſte, balneis, unctionibus tonſuraque conſueta utebantur, ut ex Soſicrate docet Athenæus lib. IV. Primus Diodorus Aſpendius cynicas ſordes ſectæ Pythagoreæ intulit, ut ibidem probatur. Accidit itaque Pythagoræ, quod Zeno ſibi ipſi vaticinatus eſt. Dixit enim ille, fore, ut qui ſuam Philoſophiam ſiniſtrè intelligerent, ῥυπαροὶ καὶ ἀνελεύθεροι evaderent. Antigon. Caryſt. apud Athenæum lib. XIII. Inibant etiam convivia inter ſe Pythagorei, convivis non plus decem adhibitis. Jamblichus dicit Πυθαγορικὰ συσσίτια μὴ ἔχειν πλεῖον ἢ δέκα ἀνθρώπους συνευωχουμένους. Euſtath. in Iliad. p. 190.

Κύλων] Huic jungitur alius Pythagoræ adverſarius in vita Socrat. Ὀνάτας, malim Ὀνατᾶς. ita enim conſtanter effert Pauſanias. Jamblichus corruptè Νίνων, pro Ὀνίων· videtur enim unum idemque eſſe nomen Ὀνήτωρ, Ὀνίας, Ὀνατᾶς & Ὀνίων, niſi quod Ὀνητᾶς ab ὀνέομαι, Ὀνίων vero ab ὀνίνημι deſcendat.

Γυναῖκας παραδοῦναι] Cyrillus adverſus Julianum prius docet, Pythagoram Crotone ſcholam ſenibus, junioribus, pueris & mulieribus aperuiſſe.

Τᾷ Δαμοῖ] Malim ex ipſa epiſtola, ὅγε Δάμοι τᾷ ſ. θ. ut in ſeq. ὑπομνάματα, pro ἐκέλευσε, ἐπέσκαψε & ἐπισκάψας. Contra in epiſtola malè legitur, χρυσοῦ· pro χρυσῶ τιμιωτέρας ἔμεν.

Καὶ ταῦτα γυνά] Hæc verba, emphaſeos plena, malè exciderunt in epiſtolâ, ante, ἄμμες δὲ ἄνδρες.

Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς] Jocus petitus ex Tarentinis Alexidis. Ibi enim Epicharides quidam, τῶν Πυθαγορείων εἷς canes dicitur comedere, ἀποκτείνας μὲν οὖν, οὐκ ἔτι γὰρ ἔστ' ἔμψυχον. Athenæus lib. IV. p. 161.

Σωμασκητὴς ἀλείπτης] Ἀλείπτης gloſſema eſt & explicat, quid ſit σωμασκητής. Ἀλείπτης quidem Unctor in Gloſſis dicitur; ſed à parte tota exercendi corporis peritia nomen accepit. Arriani Epictetus lib. II. cap. 12. τὸ σῶμα δὲ τὸ σαυτοῦ ἤδη τινὶ ἐσκέψας ἐπιτρέψαι εἰς ἐπιμέλειαν αὐτοῦ; πῶς γὰρ οὔ; ἐμπείρῳ δηλονότι ἀλειπτικῆς, ἰατρικῆς. Si vero ex idoneis Auctoribus demonſtraverit aliquis, σωμασκητὴν ab Ἀλείπτα οὐ στενῷ ἰσθμῷ diſtingui, τῷδε ἐκτίσω χάριν ὅσην δύναμαι. δύναμαι δὲ ἐπαινεῖν μόνον· χρήματα γὰρ οὐκ ἔχω, τὸ τοῦ Πλάτωνος. Cæterum ipſe Laërtius ſupra dixerat hunc aliptam primum docuiſſe Athletas σωμασκεῖν τοῖς κρέασι, quamvis Pauſanias 2. Eliac. dicat eſſe qui ferant Dromea quendam excogitaſſe καὶ κρέας ἐσθίειν· τέως δὲ τοῖς Ἀθληταῖς σιτία τυρὸν ἓν τῶν ταλάρων εἶναι.

Αὐτῶν διδάσκαλος] Αὐτῶν videtur reſpicere ad præcedentia τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν, & διδάσκαλος gloſſema poterit eſſe τοῦ αὐτὸς ἔφα. αὐτὸς id eſt διδάσκαλος, eſt enim αὐτὸς ἀντωνυμία ἐξοχικὴ, ut & φημὶ ἀξιωματικὸν. Euſtath. in Iliad. p. 754. & 1321. Schol. Ariſtoph. in Nub. αὐτὸς, τίς αὐτὸς; ad hæc verba: τιμῶν τὸν διδάσκαλον οὐκ εἶπε πρῶτον τὸ ὄνομα. Simile Scholion Laërtio aſcriptum in textum immigravit.

47 Τὰ περὶ Σκύλλης] Per τὸ φασὶν innuit Laërtius, illud opuſculum quoſdam medico, quoſdam philoſopho Pythagoræ tribuiſſe. Cæterum in illo περὶ Σκύλλης ſine dubio pertractavit, quæ acceperat à præceptore Epimenide περὶ τῆς ἁλίμου, qua ſumpta toto die nec famem nec ſitim ſentiebat. Nam σκίλλα bonam partem hujus ἁλίμου conficiebat, ut Tzetzes ad Heſiod. fol. 9. exſequitur.

Ἐκκριθῆναί τε ἐκ παίδων] *Puerorum claſſe ejectum*, ab Hellanodicis. nam in ludis Olympicis curſu, lucta, pugillatu, & in equis, quos vocant Κέλητες pueri certabant. Pauſanias 2. Eliac. refert, Damiſcum Meſſenium, duodecim annorum puerum ſtadio viciſſe. Nec temere inter hos pueros recipiebantur quilibet. Judices enim ætatem certaturi inter pueros accurate examinabant, & ſi vel junior vel juſto adultior videretur, ἐξεκρίθη, certamine prohibebatur. Contrarium eſt ἐγκριθῆναι, poſt examen *admitti in numerum certantium*. Plinius etiam, fruſtra corrigente Barbaro, agnoſcit ἐγκριόμενον πένταθλον. Idem Pauſanias loco citato habet, Rhodium quendam, quod octodecim annorum eſſet, rejectum à certamine puerorum, & inter viros relatum viciſſe. Alius Artemidorus, διὰ τὸ ἄγαν νέον, plane excluſus eſt Olympico certamine; ſed poſtea in Smyrnæorum agone, hortatu exercitatoris confirmatus, primum pueros, & convitiis pancratiaſtæ irritatus deinde viros ſuperavit. Eo fere modo, quo hîc Pythagoras ludibrio habitus ob repulſam ſtatim inter viros certaturos nomen profeſſus eſt, victoriamque abſtulit. Verſus qui ſequuntur ita conſtituerem:

Πυθαγόρην τινά, Πυθαγόρην, ὦ ξεῖνε κομήτην.
Πύκτην εἰ κατέχεις, Σάμιον, ἀδόμενον·
Πυθαγόρης ἐγώ εἰμι· τάδ' ἔργά μου εἴ τιν' ἔροιο
Ἠλείων, φήσεις αὐτὸν ἄπιστα λέγειν.

51 Λαμπρῶς] Λαμπρᾶς, & in edit. Steph.

54 Λογοκλοπείας] Malim λογοεπείας, quia τοὺς περὶ φιλοσοφίας ἐν ἔπεσιν ἐξένεγκε, Philoſophiam carmine epico vulgavit. Nec Plato alterius criminis reus fuit, nam ſtylus ejus propius ab epico metro dicitur abeſſe. Idque vel ex eo patet, quod ſanciverint deinde Pythagorei, ne ampliùs ulli ἱστοριῶ communicaretur ſecretior Philoſophia ipſorum.

55 Τίνος μέντοι γε αὐτῶν ἤκουσε] Archytam Empedoclis magiſtrum eſſe manifeſtum eſt, inquit Suid. in Archyta.

57 Τοῖς περὶ ποιητικὴν ἐπιτάγμασι] Malim ἐπιτεύγμασι τὰ περὶ ποιητικὴν ἐπιτεύγματα, ſunt ingenium, vena, arteſque feliciter tractandi poëticam. Ipſe Laërtius de iis qui feliciter carmen componunt, ἐπιτυγχάνειν dixit in vita Xenocratis, & elegiam invita Minerva componentem οὐκ ἐπιτυχῶς γεγραφέναι ait ibidem: quid vero ἐπίτευγμα aliud quàm ἐπιτυχία felicitas in re poëtica?

59 Τὰ δ' ἐν θέρει ἀήσαντα] Hîc deeſt unus vel alter verſus. Nam qui ſequitur nil commune habet cum ventis æſtivis, agit potius ille de necromantia.

61 Ἄσηπτον] Suidas legit ἄσιτον.

63 Ποταμίλλα] Unde hæc ſemi-Græca vox in textum venerit, dictu difficile eſt. Illam non agnoſcunt editiones Stephani & Frobenii. videtur margini aſcriptum fuiſſe τὸ, πολλὰ, ab aliquo qui fidem derogavit Timæo ſcribenti octoginta myriades incolarum fuiſſe Agrigenti; nec id ſine ratione, Diodorus enim libro XIII. Biblioth. tantum viginti myriades agnoſcit, cum urbis hujus res eſſent quàm maximè florentes. Ex hoc πολλὰ & τάμι, quod in textu reliquum fuit ex nomine Τιμαῖος coaluit hybrida illa Ποταμίλλα. Nam Timæum hæc de Agrigento tradere valde probabile eſt ex eo, quod ille de hac urbe διεξοδικῶς ſcripſerit, uti patet ex Diodoro loco citato, qui Timæum laudat in deſcriptione hujus urbis: & quæ de ejus ſtatu exſequitur, ſine dubio à Timæo mutuo ſumpſit. ne dicam quod ſtatim Laërtius ipſe fateatur, Timæum ſæpius mentionem feciſſe Empedoclis, & ipſum Heraclidem refutare.

Οὗ ὑπεγράφητο τυραννίδος ἀρχῆς] Lege, ὃς ὑπεγράφετο τυραννίδος ἀρχήν. *qui adumbravit Tyrannidis formulam.* ἀρχὴ τυραννίδος eſt *primordia, inchoamenta, exemplar, typum tyrannidis.* ſic infrà τυραννίδος ἀρχὴν, nec aliter Stephani editio. 64

Αὕτη τῆς πολιτείας ἥδε] Quid hîc faciunt αὕτη & ἥδε, ἰσοδυναμοῦντα vocabula? legerem αὐτῆ. *hoc fuit initium illi capeſſendæ rei publicæ.*

Καί τοι] Lege, καί τι καὶ τοιοῦτον. 65

Ὅπου δὲ] Lege, ὅπου γε cum vel ex poëſi arrogantem illum, & ſui plus juſto amantem videat aliquis. Sunt hæc iterum Timæi verba, quibus ſubjicitur ipſe verſiculus Empedoclis. Solebat enim Timæus libenter uti ejus verſibus, iiſque exponendis vacare, ut vel ſupra ad Potamillam vidimus. 66

Τραγικῶν] Malim, τραγικόν. 70

Παρὰ τῷ ποταμῷ] *In ripa fluminis.* Nam ἀκταὶ conviviis veterum deſtinatæ fuerunt adeo: & vulgò loca etiam non maritima, dummodo celebrandis conviviis dicata fuerant, ἀκταὶ, & convivari ἀκτᾶν vel ἀκτάζειν audirent. vide Heſychium in ἀκτὴ, & doctiſſ. Caſaub. ad Athenæum p. 846.

Πεποιηκέναι] Refutat Heraclidem Timæus, vel inde, quod Pauſanias nullum Empedoclis amici vel ſimulachrum, vel ſacellum dedicaverit. Si vero opinionem divinitatis apud homines nactus eſſet, ſine dubio & amicum & divitem Pauſaniam, vel ædiculam Empedocli, vel icunculam velut deo, dedicaturum fuiſſe. Ex his obiter videre eſt, Laërtium habuiſſe à Timæo quæ περὶ ἄπνους ex Heraclide attulit, & l. VIII. ſeg. 60. φησὶ δὲ καὶ Τίμαιος, &c. Omnia eſſe Timæi, qui illa Heraclidis ſuæ inſeruerat hiſtoriæ. Quod cum ita ſit, non habebit amplius locum Potamilla, cum unius Timæi illa ſint omnia. 71

Ἀλλὰ διὰ παντὸς] Notandum τὸ ἦθος Timæi, φιλεγκλήμονος, cum ipſe non tantum παιδόξα verum etiam παράλογα plurima dixerit, ut Polybius, Diodorus, Strabo & alii notarunt. 72

Μετατεθέντων] Romani Græciæ victores & domini ſtatuis quibuſque clariſſimis urbem exornarunt. Metrodorus Scepſius refert, Vulſinios propter duo millia ſtatuarum à Romanis expugnatos. Multas Mummius de victa Achaïa, Lucullus ex Ponto, Antonius Epheſo, Nero Olympia plures abſtulerunt. Cato

Zenonis ſtatuam Cypro advexit, noluitque inter alia vendere, quia Philoſophi erat. Plinius lib. xxxiv. cap. 8.

73 Στρόφιον ἐπιθέσθαι] Malim, περιθέσθαι. Nam ſtrophium non tam imponitur, quàm circumdatur capiti: διάδημα περιέθετο Græci dicunt, non ἐπέθετο. error in præpoſitionibus ex eo defluxit, quod plerumque per compendium ſcriptæ malè legantur ab incautioribus. Suidas hoc ſtrophium vocat στέμμα χρυσοῦν.

Στέμμα Δελφικὸν] Id eſt: *lauream coronam*, quæ non capite, ſed manibus præferebatur. unde Suidas plenius habet: στέμματα δελφικὰ ἐν ταῖς χερσί. Chryſes Apollinis ſacerdos, apud Homerum,

Στέμματ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος.

74 Ἀφ' ὑψήλοιο κρανείης] Hom. Odyſſ. λ. ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου. κράνεια ὑψηλὸς, eſt ut κλυτὸς ἱπποδάμεια.

75 Ἐμπεσεῖς οὐκ ἐθέλων] Ἐμπίπτειν hoc loco eſt *deprehendi*. incidere in manus perſequentium & ita deprehendi. *dum voluiſti latere, deprehenſus es non volens*, rejectis ſcilicet æneis crepidis: quibus quod ſe in crateres miſiſſet, deprehenſum eſt. Similis amphibolia in vita Diogenis, in fugitivum puteo inſidentem, vide ne ἐμπέσῃς, ne incidas in manus perſequentium, & deprehendaris; vel ne incidas in puteum.

76 Στοιχεῖα τέσσαρα] Arceſilaus Apellem Chium viſitans, affixum lecto, in ſumma rei familiaris difficultate, hîc, quidem, inquit, nihil video præterquam Empedoclis elementa hæc,

πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθέρος ἦπιον ὕψος.

Et quaſi aliud agens pulvinari, cui ægrotus Apelles incumbebat, viginti minas ſubjecit. quas cum anicula Apelli miniſtrans inveniſſet, riſit ægrotus, & Ἀρκεσιλάου, inquit, τουτὶ τὸ κλέμμα. Plutarchus *in de diſcernendo amico ab adulatore.*

Νεῖκος] Ariſtoteles lib. I. de Generat. & Corrupt. cap. 1. exinde conficit, Empedoclem ex generatione & corruptione cudere ἀλλοίωσιν, reumque fatentem ſiſtit,

--- φύσις οὐδενός ἐστιν
Ἀλλὰ μόνον μίξίς τε διάλλαξίς τε μιγέντων.

Conferantur & quæ ſequuntur.

Νῆστίς θ' ἡ] Jam olim videtur interpolatus hic verſus. Suidas in νῆστις ita legit,

Νῆστίς θ' ἡ δακρύοις γε πικροῖς νομῷ.
Βρότειον γένος, ὕδωρ λέγων.

Ex qua lectione poſſet fieri hic verſus.

Νῆστίς θ' ἡ δακρύοις γε πικροῖς νομῷ τὸ βρότειον.

Cui Suidas explicandi gratiâ addidit γένος. Portus vertit, *jejuniumque quod amaris lachrymis genus mortale verſat*, cum tamen præ oculis ſtatim habuerit Suidæ verba, ὕδωρ λέγων. Obiter corrigendus Lexiphanes Luciani, ὁ δὲ ἤμει τὸν (lege τὴν) νῆστιν, *ille vero aquam rejiciebat.* Egerebat ſcilicet cum aquâ ſumptâ cibi reliquias, ut novâ ſe ſaburrâ impleret. Burdelotius ibi cum interprete prodigioſa translatione, à gutture ad anum veniſſe Lexiphanem, ſine cauſa, exiſtimat, id quod dudum obſervaveram notis in Lucianum, quas adhuc in ſchedis habeo. Meritò autem Empedocles aquam dixit νῆστιν, id eſt, *jejunam*, quia τὸ ὕδωρ οὐκ ἐθέλει αὐτὸ μόνον ἄμικτον ὂν, τρέφειν· σωματῶδες γάρ τι εἶναι δεῖ τὸ συστησόμενον. Ariſtoteles cap. 5. περὶ αἰσθήσεως.

Ἔμπορος] Vox variè deformata. Quid ſi ἔμπυος legamus, id eſt, *piſcis lactes habens.* 77

Τὰ περὶ φύσεως] Forſan innuit ejus κοσμοποιΐαν.

Οἱ καθαρμοὶ] Apuleius Empedoclis καθαρμοὺς nominat inter libros eorum, qui providentiam mundi curioſiùs inveſtigarunt, & impenſiùs Deos celebrarunt, & vulgò Magi dicti ſunt, *quaſi ſacere etiam ſciant, quæ ſciunt fieri.* In Apologia ipſe Empedocles Deum ſe dixit, ἐπεὶ μόνος καθαρὸν ἀπὸ κακίας τηρήσας τὸν νοῦν καὶ ἀνεπιβόλωτον, τῷ ἐν ἑαυτῷ θεῷ τὸν ἐκτὸς κατείληφε. Sextus adverſus Mathem. pag. 61. Adeoque ipſe, ſi Diis placet, ſcripſit καθαρμοὺς περὶ καθάρσεως τῆς ψυχῆς.

Ταῖς μηχανικαῖς] Malim μαθηματικαῖς. Mechanica enim principiis mathematicis perficiuntur. Fecit Archytas Pythagoreorum more, qui mathematicis principiis innutriti, τὰς τούτων ἀρχὰς τῶν ὄντων ὠήθησαν πάντων, *Mathematica principia omnium rerum principia eſſe putarunt.* Ariſtoteles libro I. Metaph. cap. 5. Confer Sextum contra Mathemat. pag. 153. Ideoque non mirum, Archytam Methodum mechanicæ mutuatum eſſe à principiis mathematum. Quod paulò ante Laërtius dicit, nempe ληφθῆναι Tarentinos, Archyta ſe ducem exciente, id notat eos prælio inferiores diſceſſiſſe. 83

Τινὰ τῶν συγγραφέων] *Quem ait quædam hiſtorica continere.* 85

Ἀπηγμένον] *In carcerem abductum.* Gloſ. Philox. ἀπαγωγὴ, *abductio, deductio*, ſubintellige in carcerem, & nonnumquam è carcere ad ſupplicium capitale. Hoc enim εὐφημισμοῦ χάριν, omitti ſolet, uti & Latini ſimpliciter dicunt, *duci juſſit*, nempe τὴν ἐπὶ θανάτῳ.

Στενῶς διακείμενον] Lege ἀσθενῶς δ'. *Cùm minus firmâ eſſet valetudine*, medicum ſuis ſumptibus ſecum habuit in itinere. At cum στενῶς διακειμένῳ, *eo qui cum rei familiaris adeoque cum crumenæ angustiis conflictatur*, neſcio an ullus iter facere medicus velit, poſſit. Non enim ille eſt curando huic morbo. 86

Ἤβην καὶ ὀφρῦν] Nihil mutem, Herodoto fretus, qui lib. II. c. 37. de ſacerdotibus Ægyptiis: οἱ δὲ ἱρέες inquit, ξυρῶνται πᾶν τὸ σῶμα διὰ τριτης ἡμέρας, ἵνα μήτε φθεῖρ, μήτε τι ἄλλο μυσαρὸν μηδὲν ἐγγίνηται σφι, θεραπεύουσι τοὺς θεούς. Pollux lib. II. cap. IV. ſect. 5. μόνον ἀπέχονται (τῶν τριχῶν ἐν βλεφάροις) ξυρόμενοι τὰς ἄλλας τρίχας οἱ τῶν Αἰγυπτίων ἱερεῖς. Ex his liquet ne quidem ἥβην intactam eſſe relictam, καθαρότητος εἵνεκεν. Innuit etiam Pollux, nullis ſacerdotes illos peperciſſe pilis, niſi nobiſcum natis; adde, & ſordium capacibus. Hac enim ratione & ſupercilia, quæ etiam nativa ſunt, raſerint. 87

Ὑπὸ τὴν διάνοιαν πεσόντων] Ratio redditur inſcriptionis. Nempe cur librum περὶ φυσικῶν θεωρημάτων inſcripſerat, θεραπεύματα ὁρατικὰ quaſi dixerit, 89

phyſicas

phyſicas contemplationes menti ita ſubjectas præſentesque fuiſſe, uti oculis coram aliquid videre eſt.

90 Νίκας ἀστικὰς] Vicit Comicus Διονυσίοις in ἄστει. *Dionyſiis in ipſa urbe celebratis.* Ideoque dicuntur urbanæ (ἀστικαὶ) victoriæ. aliæ erant ληναϊκαὶ, id eſt, *Lenæis, ruri celebratis, reportatæ.*

AD LIBRUM IX.

1 Πολυμαθίη] In Vita Pythagoræ idem πολυμαθίην, κακοτεχνίην vocat. Negat Heraclitus mentem homini à multarum rerum ſcientia proficiſci. Nam τὸ σοφὸν ἓν εἶναι, *veram ſapientiam eſſe unam*, ἐπίστασθαί τε (ita enim legerem) & *poſſe*, γνώμην ἣ ἐγκυβερνήσαι π. δ. π. *rationem, quæ poſſit omnia per omnia diſpenſare, gubernare, & dirigere.*

2 Ἡβηδὸν] Muſonius in de exilio. Ἤδη τινὲς ἄνδρες ἀγαθοὶ ὄντες ἐξηλάθησαν ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ὥσπερ Ἀθήνηθεν μὲν Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ἐξ Ἐφέσου δὲ Ἑρμόδωρος, ἐφ' ᾧ καὶ Ἡράκλειτος, ὅτι ἔφυγεν, ἡβηδὸν ἐκέλευσεν Ἐφεσίους ἀπάγξασθαι. Stobæus 158. Alludit & Lucianus in βίων πράσει, ubi Heraclitus dicit, ἐγὼ κέλομαι πᾶσιν ἡβηδὸν οἰμώζειν, *omnes plorare jubeo*, juvenesque ſenesque.

4 Ἀπειπόντων] Cùm medici nil proficientes incepto deſiſterent, ſpemque & animum abjicerent, ipſe ſibi medicinam facere, & egeſtu boum ſe oblini voluit, ſed acerrimis doloribus inde obortis δεντεραῖος obiit.

5 Ἀπὸ τοῦ συνέχοντος] *Argumentum quod attinet*, de *natura* tractat. συνέχον, idem quod τὸ ὑποκείμενον, *materia quam pertractat.*

6 Τῆς βασιλείας] Ab Androclo Codri filio, Epheſi conditore, τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων, Epheſi fuiſſe ajunt: καὶ ἔτι νῦν, inquit Strabo, οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμὰς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. Hæc, aut ſimilis fuit βασίλεια Heracliti.

7 Οἷος φαίνεται] Παιδικὴ δόξα. λίαν γὰρ ἁπλοῦν τὸ νομίζειν μικρὸν τοῖς μεγέθεσιν εἶναι τῶν φερομένων ἕκαστον, ὅτι φαίνεται θεωροῦσιν ἐντεῦθεν ἡμῖν οὕτως. Ariſtoteles lib. I. Meteorol. cap. 3.

Πειρατέον] Locus non uno in mendo cubans. Legerem, φέρεται δὲ καὶ περὶ ψυχῆς πεπραγματευμένον. *Circumfertur & liber de anima compoſitus.* Dixerat paulò ante τὸ δὲ φερόμενον αὐτοῦ βιβλίον, interjectis paucis, vel potiùs malè inculcatis à Librariis, ſequi debebat, φέρεται δὲ καὶ &c. Ita enim perſuaſi mihi olim à Laërtio, hæc alio ſcripta ordine. nempe Ἡρακλειτείους, ſtatim excipiebat, φέρεται δὲ &c. uſque ad ἀσύγκριτον. Deinde ἐδόκει δὲ αὐτῷ &c. uſque ad φαίνεται. mox καὶ τὰ ἐπὶ μέρους &c. Ni ita fuerit, mapalia fecit Laërtius. Ceterùm, τὸ πεπραγματευμένον ab ipſo Auctore eſt, qui in Vita Ariſtotelis, τεσαῦτα μὲν αὐτῷ πεπραγμάτευται βιβλία. Et iterùm: πραγματείαι τέχνης ποιητικῆς, *opuſcula* vel *tractatus* de *arte Poëtica.* Præterea ſuum judicium apponit de hoc libro Heraclitì, ὃν οὐκ ἂν ἐξεύροι &c. *cujus ſenſum invenire, exquirere nemo poſſit, etiamſi omnem viam tentet, tam profundè philoſophatur.* &c. *quædam tamen in illo libello clarè & σαφῶς perſpicuè explicat, ut vel tardiſſimus intelligat, animumque erigat ad altiora.* Διάρμα ψυχῆς, eſt cum anima cognitione quaſi alis evecta nihil humile ampliùs cogitat. Vide Ariſtophanem in Avibus, ubi docet, quod ὑπὸ λόγων ὁ νοῦς μετεωρίζεται. Addit, quod & brevitas orationis & gravitas in illo ſcripto ſint extra comparationis aleam. nolim tamen ab hoc charactere & reliquos ejus libros excluſos.

Καὶ πυρὸς ἀμοιβὴν] Heraclitus non dixit ignem, 8
& ignis mutationem eſſe elementa. Unum enim ſtatuit principium, ignem, ut paulò ante Laërtius: ἐκ πυρὸς τὰ πάντα. Locus igitur corruptus ita reſtitui poſſit: καὶ κατὰ πυρὸς ἀμοιβὴν πάντα, α. κ. π. γενόμενα, *& prout ignis ille mutatur, omnia fiunt ex ejus rarefactione & conſipatione.* Ariſtoteles libro I. Metaphyſ. cap. 3. Ἵππασος δὲ πῦρ ὁ Μεταποντῖνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος, ſc. ἀρχὴν τιθέασι τῶν ἁπλῶν σωμάτων. Et lib. II. de Generat. & Corrupt. cap. 3. tangit eumdem, ὅσοι μὲν οὖν ἓν μόνον λέγουσι, (τὸ στοιχεῖον) εἶτα πυκνώσει καὶ μανώσει τἆλλα γεννῶσι, τούτοις συμβαίνει δύο ποιεῖν τὰς ἀρχὰς, τότε μανὸν, καὶ τὸ πυκνὸν, ἢ τὸ θερμὸν ἢ τὸ ψυχρόν. ταῦτα γὰρ τὰ δημιουργοῦντα, τὸ δὲ ἓν ὑπόκειται καθάπερ ὕλη.

Ἐπὶ τὴν ἀναθυμίασιν] Servit hypotheſi de ele- 9
mento ignis unico. Nam ἀναθυμιάσεως φύσις, θερμὸν καὶ ξηρὸν, καὶ δυνάμει οἷον πῦρ. Ariſtoteles libro I. capite 3.

Κατακολυμβητῇ] Quid hic facit κατὰ; niſi lectum 12
ſit olim ἐν τῷ κατὰ κολυμβητήν. Quod tamen non placet.

Τρόπου κόσμον] Suidas legit, κόσμον τρόπων ε. τ. σ. addit ἢ οὕτως Δηλίου κολυμβητοῦ.

Ἀνεπισήμαντοι] *Non applaudunt viris ſapientibus.* 14

Ἐπιχρόνιοι] Ἐφημέριον γένος ἀνδρῶν, *homines mortales.*

Ἐν λέσχῃ κατελύσαμεν] Editio Baſileenſis: κατελύ- 17
σαμεν, unde facilè fit, κατεδύσαμεν. Ælianus lib. VI. c. 5. H. A. τὸν μὲν ἥλιον ἐν ταῖς λέσχαις καταδύειν ἄγουσι σχολὴν, οὐκ ἴσασι δὲ ὅσα ὄρνιθες.

Ὁμηροπάτην ἐπικόπτην] Sextus quidem legit Ὁμη- 18
ραπάτης ε. quaſi τὴν παρ' Ὁμήρῳ ἀπάτην διέσυρεν. Hunc autem ſenſum licet admittat verſus in caſu recto, tamen ſecundùm Laërtii lectionem ſibi non conſtat, niſi legeres Ὁμηραπάτης ἐπικόπτην. Quod non videtur neceſſitas exigere. Nam pulcherrimus inde promanat ſenſus, ſi poſt Ὁμηροπάτην, interpungatur, meritoque dicitur *Xenophanes Homerum calcans*, id eſt, Homero-maſtix, quod & in aliis perpetuum ſibi hoſtem delegerit Homerum, & imprimis in eo reprehendat,

Πλεῖστα δὴ ἐφθέγξατο θεῶν ἀθεμίστια ἔργα
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Nec potuit ἐμφατικώτερον adhiberi vocabulum, quóque magis extremus Homeri contemptus innueretur, quàm τὸ Ὁμηροπάτης. Eodem tendit cognomen quod

Poſidonius Myſis datum tradidit apud Strabonem l. 7. dicti enim ſunt καπνοπάται (ita legerem pro καπνοβάται) id eſt, *fumum calcantes*, *fumi contemptores*, quia ἀπύρῳ τροφῇ utebantur; quamvis hoc ακτνοβάτης non adeò malè ſignificet illum qui, *ſuper fumo ingreditur*, *illumque ſub pedibus habet*, id eſt, contemnit, ut Πᾶν κεροβάτης, quia hircinis ungulis utitur & cornu calcat. Ceterùm, ἐπικόπτης reſpicit ad illam vituperandi prurîginem, quâ inceſſit Xenophanes, præter Homerum & alios quam plurimos. Quod autem verſûs lectionem Laërtianam prætulerim illi, quam Sextus affert, id vel ipſe Sextus confirmet. Sequitur enim apud illum:

Ἓν τόνδε· ἀπάνθρωπον θεὸν ἐπλάσατο
Ἴσον ἀπάντῃ ἀσκητὸν νόῳ ἢ νόημα.

(ita enim legerem):

Nempe illum! inhumanum, qui Deum finxit
Undique æqualem, cum exaſciata mente, vel mentem ipſam.

Verſus illi ex Laërtio lucem accipiunt. Nam ἀπάνθρωπος θεὸς, eſt ὁ μηδὲν ὁμοιον ἔχων ἀνθρώπῳ. *Qui cum homine nihil habet commune*, *nec ſimilitudinem formæ.* Negabat enim Deum eſſe ἀνθρωπόμορφον, & ſi boves, equi & leones pingere poſſent, ſibi ſimiles, æquè ac homo, pinxiſſent Deos. Vide Euſebium Præpar. Euangel. lib. XIII. cap. 13. Ex Clementis Stromat. ἴσον ἀπάντῃ, id eſt, σφαιροειδῆ τὴν οὐσίαν, *natura ſphærica*, ἀσκητὸς νόῳ, vel νόημα, id eſt, ὅλος ὁρᾷ, ὅλος ἀκούει. Νοῦς enim videt auditque, τἆλλα δὲ τυφλά. Deus verò totus mens eſt, totus prudentia, totus æternus. Sextus ait Xenophanem dixiſſe, σφαῖραν ἀπαθῆ. lib. III. Hypotyp. cap. 23.

19 Ἧττω νοῦ] *Mente inferiora*, vel mentis non capacia, ob ſuam ineptitudinem, & conditionem naturæ ad recipiendam mentem inhabilis. Diſtinxit enim νοῦν à ψυχῇ, eumque anima nobiliorem exiſtimavit, ut & Anaxagoras videtur feciſſe, qui animam omnibus dedit animalibus, νοῦν verò, τόνγε κατὰ φρόνησιν, minimè. Ariſtoteles lib. I. Metaphyſ. cap. 2. ſect. 24. 31. Poſſint verò hunc quoque in modum hæc Laërtii verba accipi, multa mente inferiora eſſe, quatenus ob ſui σμικρότητα à mente non agnoſcantur, aut cognitu digna judicentur, uti ſublimiora quædam dicuntur κρείττω νοῦ εἶναι.

20 Σοφὸν γὰρ &c.] Fuit hoc etiam dogma Xenophontis: *Simile à ſimili cognoſci*, quo ſenſu & Empedocles cecinit:

Γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ
Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀίδηλον,
Στοργὴ δὲ στοργὴν, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.

Ἀρχαῖον ὅλως τὸ δόγμά ἐστι, τοῖς ὁμοίοις τὰ ὅμοια γινώσκεσθαι &c. Sextus adverſus Math. pag. 61. 153.

Πρῶτον αὐτὸν] Dicit errare Sotionem, quòd voluerit Xenophanem docuiſſe, ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα, τοῦτο, (nempe verum latere homines) πρῶτον εἶπε Ξενοφάνης. Nempe controverſia erat de his verſibus Xenophanis:

Καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ ἴδεν, οὐδέ τις ἔσται,
Εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν τε καὶ ὅσσα λέγω περὶ πάντων,
Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα τύχοι τετελεσμένον εἰπών·
Αὐτὸς ὅμως οὐκ οἶδε, δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται.

Hunc locum duobus modis olim interpretati ſunt docti viri. Sotion cum aliis quibuſdam ita eum intellexit, quaſi dixerit Xenophanes, πάντα ἀκατάληπτα, ut innuit Sextus adverſus Mathemat. pag. 146. Laërtius verò negat hanc eſſe genuinam verſuum interpretationem, & potiùs ſequi voluit τοὺς ἑτέρως αὐτὸν ἐξηγουμένους, *eos qui aliter eum acceperunt.* Nempe quod Xenophanes non omnem tollat κατάληψιν, ἀλλὰ τὴν ἐπιστημονικὴν καὶ ἀδιάπτωτον, τὴν δὲ δοξαστὴν relinquat. Hoc enim ſibi vult, illud δόκος δ' ἐπὶ πᾶσι τέτυκται. *Opinio ſuprema omnium lex eſt.* Hinc liquet unde defluxerit hoc opinionum divortium. Non enim putem, Sotionem errare quod dixerit πρῶτον Xenophanem hoc dixiſſe. Nam idem affirmat Sextus pag. 279. adverſus Mathem. τοῦτο, inquit, πρῶτον εἶπε Ξενοφάνης, nempe τὸ ἀληθὲς ἀκατάληπτον εἶναι. Ariſtoteles lib. I. Metaphyſ. Ξενοφάνης πρῶτος τούτων ἐνίσας (ὁ γὰρ Παρμενίδης τοῦτου λέγεται μαθητὴς,) οὐδὲν διεσαφήνισε, οὐδὲ τῆς φύσεως τούτων οὐδετέρας ἔοικε θίγειν, ἀλλ' εἰς τὸν ὅλον οὐρανὸν ἀποβλέψας, τὸ ἓν εἶναι φησι τὸν θεόν.

Εἰς ἡσυχίαν] Ad vitam tranquillam, & à turbis reque publica ſemotam. 21

Δύο στοιχεῖα] Ariſtoteles lib. I. Metaph. cap. 5. ait Parmenidem coactum, rerum evidentiâ, præter τὸ ἕν, plures ſub ſenſum cadentes cauſas ſtatuiſſe. δύο τὰς αἰτίας καὶ δύο τὰς ἀρχὰς τίθησι πάλιν, θερμὸν καὶ ψυχρὸν, οἷον πῦρ καὶ γῆν λέγων. &c. Ceterùm, in ſequentibus, poſt ἐξ ἡλίου, videtur excidiſſe καὶ γῆς. Ex ſole enim & terra hominem produxit. Ex ſole, quia ille eſt τὸ θερμὸν, ex terra, quia illa eſt τὸ ψυχρόν. Ideoque iterum reponendum, καὶ γῆν τὸ ψυχρόν. Innuit obſcurè id ipſum Ariſtoteles lib. I. Phyſ. cap. 5. ubi ait Parmenidem, τὸ θερμὸν τάττειν κατὰ τὸ ὄν, ψυχρὸν verò, κατὰ τὸ μὴ ὄν. Quod receptam lectionem, ἐξ ἡλίου, attinet, illa non poterit admitti, quia ſolem facit frigidum & calidum. Baſileenſis editionis lectio, ἐξ ἰλύος, etiam laborat morbo, dum ex duabus cauſis unam facit, nempe ἰλύν, quam ne quidem inter principia numeravit Parmenides. Ariſtoteles libro I. Phyſic. cap. 5. Παρμενίδης θερμὸν καὶ ψυχρὸν ἀρχὰς ποιεῖ. ταῦτα δὲ προσαγορεύει πῦρ καὶ γῆν. Solem autem veteres πῦρ vel ἐκ πυρὸς, vel πυρὸς πλήρη dixerunt. Vide Ariſtotelem lib. I. de Anima cap. 2. ſect. 34. 35. Hæc ad me Amicus per epiſtolam, cum eum peramanter rogaſſem, ut de hoc loco ſententiam diceret. In quibus illud quam maximè placet, quod Baſileenſem editionem non ſequitur, quia τὸ ἐξ ἰλύος non complectitur geminum Parmenidis principium, θερμὸν καὶ ψυχρόν. Ceterùm, emendatio ipſa ſatis conſentanea videtur, tum principiis Parmenidis, tum menti Auctoris, ſi modo non tam multa in textum inculcaret, & ex uno loco corrupto duos faceret. Non dubito quin receptam lectionem & ipſe prætulerit ſuæ emendationi, ſi illam non tam abſurdam, ut primâ fronte apparet, animadverterit. Nam quando Parmenides hominem primò ex ſole genitum volui-

loquitur de ſole *tanquam igne cum materiâ*. Nam ignis non poteſt quicquam efficere, niſi τὸ θερμὸν ἐν ὕλῃ habuerit. Si igitur Solis calidum in materia fuit cum hominem produceret, recte dicitur, Solem eſſe τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν. & cum homo ex Sole productus eſt, hoc ipſo etiam ex calido frigidoque coaluit. Nam in Sole utrumque fuit, πῦρ καὶ γῆ, id eſt, ὕλη. Ariſtot. lib. I. de Gen. & Corrupt. c. 7. τὸ μὲν οὖν πῦρ ἔχει ἐν ὕλῃ τὸ θερμόν· εἰ δὲ ἔχοι χωριστὸν θερμὸν, τοῦτο οὐδὲν ἂν πάσχοι. τοῦτο μὲν οὖν ἴσως ἀδύνατον εἶναι χωριστόν.

Ταὐτὸν εἶναι] Inconſtantiam veterum Phyſicorum in hoc dogmate exſequitur Ariſtot. lib. I. de Anima cap. 2. ſect. 23. & ſeq. Cæterùm Plato de Parmenide συμπροσέμιξα τῷ ἀνδρὶ πάνυ νέος πάνυ πρεσβύτῃ, καί μοι ἐφάνη βάθος τι ἔχειν παντάπασι γενναῖον. 22

Ἀπεκεντήθη] *Gladiis confoſſus eſt*, id eſt, κατεκόπη. 26

Ἀλητήριος] Ridiculus eſt Pontanus, qui ad c. 19. lib. III. Proto-veſtiarii, Aleterius putat cognomen eſſe Muhammedis II. 27

Μήλιος] Malim retinere Μήλιος quam illud in Μιλήσιος mutare, quia ſæpius Μήλιος corruptum abiit in Μιλήσιος. Sic Diagoram Patrum nonnulli dixerunt Μιλήσιον, pro Μήλιον. Idem puto Leucippo accidiſſe. 30

Περὶ τὸ μέσον] Ariſt. lib. II. de Cœlo cap. 12. περὶ μέσον φέρεσθαι. σχῆμα terræ quod attinet, ibid. dicit, quoſdam eam facere πλατεῖαν καὶ τυμπανοειδῆ.

Καὶ στοιχεῖα φησὶ] Nempe τὸ πλῆρες καὶ κενὸν τοῦ ἀπείρου. Hæc erant στοιχεῖα Leucippi. Ariſtot. lib. I. de Gen. & corrupt. cap. 8. inquit Leucippum dicere: τὸ κυρίως ὂν, παμπληθὲς ὂν, ἀλλ' εἶναι τὸ τοιοῦτον οὐχ ἓν, ἀλλ' ἄπειρα τὸ πλῆθος, καὶ ἀόρατα διὰ σμικρότητα τῶν ὄγκων. ταῦτα δὲ ἐν τῷ κενῷ φέρεσθαι (κενὸν γὰρ εἶναι) καὶ συνιστάμενα μὲν γένεσιν ποιεῖν, διαλυόμενα δὲ, φθοράν· ποιεῖν δὲ καὶ πάσχειν, ᾗ τυγχάνουσιν ἁπτόμενα. ταύτῃ οὐχ ἓν εἶναι, καὶ συντιθέμενα δὲ καὶ περιπλεκόμενα γεννᾷν. Et lib. III. Phyſic. cap. 4. ait etiam Democritum habere, στοιχεῖα ἄπειρα ἐκ τῆς πανσπερμίας τῶν σχημάτων. 31

Ἐπέκρυσιν] Malim ἐπέγκρισιν. Nam Leucippus ſtatuit cum Democrito generationem & corruptionem fieri διακρίσει καὶ συγκρίσει· mutationem vero τάξει καὶ θέσει. Eſt igitur ἐπέγκρισις corporum exteriorum nil aliud quàm σύγκρισις. Ariſtot. lib. I. de Gen. & corrupt. cap. 2. 32

Διασαφεῖ] Videtur excidiſſe particula οὐ. Non enim declararunt veteres phyſici, qualis illa ἀνάγκη. Ariſtot. lib. I. cap. 2. οὔτε περὶ αὐξήσεως οὐδ' εἰς οὐδὲν διώρισεν ὅτι μὴ, κενὸν ὁ τυχὸν εἰπόιεν, ὅτι προσιόντος αὐξάνονται τῷ ὁμοίῳ (malim τοῦ ὁμοίου). πῶς δὲ τοῦτο, οὐκ ἔτι. οὐδὲ περὶ μίξεως, οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς εἰπεῖν, οὐδενὸς, οἷον τοῦ ποιεῖν ἢ πάσχειν τινὰ τρόπον τὸ μὲν ποιεῖ τὸ δὲ πάσχει τὰς φυσικὰς (id eſt, ἀναγκαίας) ποιήσεις, &c. 33

Ὑφηῆσθαι] Fures alienæ eruditionis fere omnes Philoſophi. & forſan Phavorinus iſtorum catalogum ſuæ variæ intexuit hiſtoriæ. Ita & ſupra in Vita Xenophanis locum illum, δοκεῖ δὲ πεπρᾶσθαι, legerem πεφωρᾶσθαι, videtur in furto deprehenſus à Pythagoricis, quaſi aliena pro ſuis venditarit. Nam venditum illum à Parmeniſco non fit mihi veriſimile. 34

Πένταθλος] Ariſtot. lib. I. Rhetor. cap. 5. egregiè explicat, quis ſit dicaturve πένταθλος, his verbis: ἀγωνιστικὴ τοῦ σώματος ἀρετὴ σύγκειται ἐκ μεγέθους, καὶ ἰσχύος καὶ τάχους. καὶ γὰρ ὁ ταχὺς ἰσχυρός ἐστιν. ὁ γὰρ δυνάμενος τὰ σκέλη ῥιπτεῖν πως, καὶ κινεῖν ταχὺ καὶ πόρρω, δρομικός· ὁ δὲ θλίβειν καὶ κατέχειν, παλαιστικός· ὁ δὲ ὦσαι τῇ πληγῇ, πυκτικός· ὁ δὲ ἀμφοτέροις τούτοις, παγκρατιαστικός· ὁ δὲ πᾶσι πένταθλος. Ergo πένταθλος eſt curſor, luctator, pugil, pancratiaſta. 37

Λόγος ἔργου σκιή.] Hoc dictum fœde corruptum eſt in Suida, ut ſpecimine in Pollucem indicavi.

Δοκιμάζειν φαντασίᾳ] Etiam in rebus aliter ſe habentibus. Cum enim ancilla ei dulciores ſolito ficus appoſuiſſet, interrogavit, unde haberet. illa hortum quemdam nominante, protinus ſurrexit & locum ſibi juſſit oſtendi. Ancilla ſubito eum, menſa relicta, abire mirata, quid, inquit & quo properas? reſpondit ille; inquiram unde illa ficuum dulcedo venerit, cauſamque loco inſpecto facile me inventurum exiſtimo. Si te cura tangit non alia, potes domi manere, inquit ancilla, ſimulque fatetur, ſe forte ficus miſiſſe in vaſculum melle oblitum. Democritus hoc audiens ancillæ ſuccenſuit, & nihilominus ut Phantaſiæ exercendæ vacaret cauſam indagavit, quaſi dulcedo illa ficuum nativa fuiſſet. 38

Ἔσοιτο] Legerem hunc locum. δῆλον εἰδὼς, ὡς πρὸς τὸν ἄριστον τῶν φιλοσόφων οὕτω ἐρέοιτο. *nempe gnarus quod Philoſophorum optimo ita contraduceret.* Ariſtoteles etiam Democriti meminit cum laude. lib. I. de Gener. & corrupt. ubi de aliis Phyſicis dixerat, quod nemo ex illis conſideravit res naturales accuratius, ἔξω Δημοκρίτου. οὗτος δ' ἔοικε μὲν περὶ πάντων φροντίσαι, ἤδη δὲ ἐν τῷ πῶς διαφέρει. 40

Ἐπαινέσας ἔχει] Pro ἐπαινεῖ τοῦτον τὸν τρόπον, *hunc in modum laudat.*

Αὐτῇ οὐ ποιήσειν] Lege, αὐτὴ οὐ ποιήσειν. ſcilicet, μέλλοι quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum. Poſtea legit Suidas: διεκράτησεν ἑαυτὸν τ. ε. *ſe ſuſtinuit perfectum.* 43

Νενομίσθαι] Gloſſema eſt, ut rectè Doctiſſ. Menagius quod ſequitur, nempe τὸ δοξάσεσθαι; quod nobis bene explicat, quid ſit νενομίσθαι. Nam Democritus nihil φύσει & naturâ eſſe docuit, præter atomos & vacuum. quod & infra repetit. ποιητὰ (lege, πάντα) νόμιμα εἶναι (id eſt, νενομίσθαι) φύσει δὲ ἄτομα καὶ κενόν. cætera omnia νόμιμα, νενομισμένα, δοξασθέντα, Gl. Cyrilli νομίζω, *puto*, *opinor*. 44

Μηδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γ.] Ariſt. lib. I. Phyſ. cap. 4. vocat κοινὴν δόξαν τῶν φυσικῶν, ὡς οὐ γινομένου οὐδενὸς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος. & paulò poſt. περὶ ταύτης ὁμογνωμονοῦσι τῆς δόξης ἅπαντες οἱ περὶ φύσεως. Confer & cap. 8.

Κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος] Ariſt. loco citato: τῶν ἀρχῶν ἀπείρων οὐσῶν, καὶ κατὰ πλῆθος καὶ κατ' εἴδος, ἀδύνατον εἰδέναι τὸ ἐκ τούτων. Confer & lib. I. de Gen. & corrupt. cap. 1.

ψυχὴν καὶ νοῦν ταὐτὸν] Aristot. lib. I. de Anima cap. 2.

45 Κενὸν] Putarunt vacuum esse διάστημα ἕτερον σώματος καὶ χωριστὸν, ὃ διαλαμβάνει τὸ πᾶν σῶμα ὥστε εἶναι μὴ συνεχὲς, ut colligitur ex Aristot. lib. IV. Physic. cap. 6. Sed Philosophus dicit, si in se consideretur hoc vacuum, φανεὶη ἂν τὸ λεγόμενον κενὸν ὡς ἀληθῶς κενὸν cap. 8. libri laudati.

46 Τῶν ἐν ἅδῃ] Suidas in τριτογένεια rectius, τῶν ἐν ἅδου.

Μέγας διάκοσμος] *Digesta magna.* quemadmodum Metrodorus Scepsius Τρωϊκὸν διάκοσμιν, *digesta de rebus Troicis* scripsit: ita Democritus de natura & naturalibus, eorumque διακοσμήσει digesta edidit. Utitur sæpe Aristoteles τῷ διακοσμεῖν, quando de constitutione naturæ, de generatione & corruptione, aliisque similibus, loquitur. ut Physic. VIII. cap. 8. συγκρίσει γὰρ καὶ διακρίσει ταῦτα (generationem & corruptionem) διακοσμεῖσι. Quod autem liber ille etiam Leucippo tribuitur, id videtur esse factum ob utriusque veri ὁμοδοξίαν. Unde & Aristoteles ut plurimum eos conjungit; Λεύκιππος, dicens, καὶ Δημόκριτος lib. III. de Cælo cap. 2. & lib. I. de Gen. & corrupt. cap. 1. 2. & aliis locis.

47 Ἀμειψιῤῥυσμιῶν] Περὶ παντσπερμίας σχημάτων possis dicere ex Aristotele. Fecit Democritus infiniti infinita schemata, qui aliis atque aliis accidentibus semper mutantur, τροπῇ καὶ διαθιγῇ μετακινοῦντα τὸ αὐτὸ, καὶ ταῖς τῶν σχημάτων διαφοραῖς lib. I. de Gen. & corrupt. cap. 1. Colorem enim negabat, ejusque loco τροπὴν substituebat, quâ omnia quasi colorabat. ita ut unum idemque varias in species formasque se indueret modis infinitis, & hæc erat ἀμειψιῤῥυσμίη. Dogma περὶ τῶν ἀμειψιῤῥυσμιῶν confirmavit in libro, quem Κρατυντήρια inscripsit. Erat enim ille ἐπικρατικὸν τῶν προειρημένων, inquit, Laërt. vide Philoponum in primum de Anima. Aristot. Ipse Philosophus lib. IV. de cœlo cap. 6. φησὶ γὰρ (Democritus) οὐκ εἰς ἓν ὁρμᾶν τὸν σοῦν, λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωμάτων. Apud Plutarchum optat sibi contingere εὔλογχα εἴδωλα in defect. Orac. Ipse etiam Geometras Ægyptiorum ἁρπεδονάπτας vocat, apud Clementem τὸν στρωματέα, & Euseb. Præp. Evangel. lib. X. cap. 4.

49 Π. ἐν βαβυλῶνι ἱερῶν γ.] Forsan intelligit τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικοὺς, quos fertur Democritus confeciſſe. Euseb. loco citato. Nisi hæc referenda potius sunt ad Chaldaïcos λόγους, de quibus inferius. De inscriptionibus hisce ferè nihil certi, πολλοὶ δὲ εἰσὶ μασμοί. Ὑποθήκας Democriti laudat Dionysius. Episcopus apud Euseb. lib. XIV. Præp. Evangel. cap. 27. Locum integrum, quia alia etiam de Democrito scitu digna habet, ascribere placuit: Δημόκριτος γοῦν αὐτὸς, ὥς φασιν, ἔλεγε βούλεσθαι μᾶλλον μίαν εὑρεῖν αἰτιολογίαν, ἢ τὴν Περσῶν οἱ βασιλείαν γενέσθαι. καὶ ταῦτα μάτην καὶ ἀναιτίως αἰτιολογῶν, ὡς ἂν ἀπὸ κενῆς ἀρχῆς καὶ ὑποθέσεως πλανωμένης ὁρμώμενος, καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν κοινὴν ἀνάγκην τῆς τῶν ὄντων φύσεως οὐχ ὁρῶν. σοφίαν δὲ μεγίστην ἡγούμενος, τὴν τῶν ἀσόφως, καὶ ἠλιθίως συμβαινόντων κατανόησιν, καὶ τὴν τύχην. τῶν μὲν καθόλου καὶ τῶν θείων δέσποιναν ἐφιστὰς καὶ βασιλίδα, καὶ πάντα γενέσθαι κατ' αὐτὴν ἀποφαινόμενος· τοῦ δὲ τῶν ἀνθρώπων ἑαυτὸν ἀποκηρύττων βίου, καὶ τοὺς πρεσβεύοντας αὐτὴν ἐλέγχων ἀγνώμονας. τῶν γοῦν ὑποθηκῶν ἀρχόμενος λέγει· ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο, πρόφασιν ἰδίης ἀνοίης· φύσει γὰρ γνώμη τύχῃ μάχεται, καὶ τὴν ἐχθίστην τῇ φρονήσει ταύτην αὐτὴν ἔφασαν κρατεῖν, &c.

Χρημάτων μέτρον] *Nempe quod homini videtur esse,* 51
id verum est fixumque. οὐδὲν ἕτερον λέγων ἢ τὸ δοκοῦν ἑκάστῳ, τοῦτο καὶ εἶναι παγίως Aristot. lib. XI. Metaphys. cap. 6. ubi & fontem hujus opinionis & ipsam opinionis ἀτοπίαν suo more, id est, μάλα λιγέως exponit. Nec Protagoras solus ἐν τῷ φαινομένῳ constituit τὸ ἀληθὲς, verum & Democritus, qui apud Sextum p. 163. adverſ. Mathemat. ἡμεῖς, inquit, τῷ μὴ ἐόντι, οἰδὲν ἀτρεκὲς συνίεμεν· μεταπίπτον δὲ, κατά τε σώματος διαθικὴν (lege, διαθιγὴν) καὶ τῶν ἐπεισιόντων καὶ τῶν ἀντιτηριζόντων. *Nos re ipsa nihil veri intelligimus, sed* (intelligimus) *id quod mutationi obnoxium est, pro corporis dispositione, his se ingerentibus, illis contra nitentibus.* Et iterum, ἐπιῤῥυσμίῃ ἑκάστοισιν ἡ δόξις, *opinio singularum nascitur ex ἐπιῤῥυσμίῃ figurarum varia immutatione.*

Μηδὲν ἡ ψυχὴ, &c.] Οἵγε ἀρχαῖοι τὸ φρονεῖν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ταὐτὸν εἶναι φασὶ, &c. πάντες γὰρ οὗτοι τὸ νοεῖν σωματικὸν, ὥσπερ καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι ὑπολαμβάνουσι. Aristot. lib. III. de Anima cap. 3. Hoc dogma fluxit ex hoc principio, animam esse αἴσθησιν. Unde & Critias unus ex triginta tyrannis, & Protagoræ discipulus (Plat. in Theæt.) animam dixit esse sanguinem; quia τὸ αἰσθάνεσθαι, quod maxime proprium est animæ, provenit à natura sanguinis, Aristot. lib. I. de Anim. cap. 2.

Πάντα εἶναι ἀληθῆ] Πάντα scilicet τὰ φαινόμενα. Plato in Euthydemo: εἰ μὴ ἁμαρτάνομεν μήτε πράττοντες, μήτε λέγοντες, μήτε διανοούμενοι, ὑμεῖς, ὦ πρὸς Διὸς, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, τίνος δεδάσκαλοι ἥκετε; *Si non peccamus opere, sermone aut ratiocinando, Vos per Iovem, quid venistis, aut quid docturi estis, si ita se res habet?* Ergo secundùm Protagoram non est mentiri, opinari, ignorare, &c. imo & secundùm Anaxagoram, cujus est hoc apophthegma, quod discipulis datum: τοιαῦτα αὐτοῖς ἔσεσθαι τὰ ὄντα, οἷα ἂν ὑπολάβωσι.

Εἰθ' ὡς οὐκ εἰσὶν] Addit, οὔτε ὁποῖοί τινες ἰδέαν, Aristocles apud Euseb. Præp. Evangel. lib. XIV. cap. 19. sed omisit, οὔθ' ὡς οὐκ εἰσίν.

Ὑποκήρυκα] Legendum, ὑπὸ κήρυκος, *præcone adhibito, per præconem,* Thucyd. lib. VI. τὰς εὐχὰς ὑπὸ κήρυκος ἐποιοῦντο, *præco præibat vota, precesque.* 52
Aristoph. in Acharn. πίνειν ὑπὸ σάλπιγγος, *ad tubam bibere.* Simile mendum in Polluce, lib. IV. cap. 13. οὐθ' ὑποσαλπίγγων ubi dividendæ voces ὑπὸ σαλπίγγων sc. ἐκήρυξε τὸν ἀγῶνα, *non ad tubam indixit agonem, sed assa voce invitavit ad certamen.* Nam præcones solebant non voce tantùm, sed tubis aliquid promulgare. Scholia Aristoph. in Acharn. ἐκάλουν δὲ οἱ κήρυκες, σάλπιγγας βαστάζοντες, καὶ ἐσήμαινον. Sed Archias ille apud Pollucem adeò va-

lebat voce, ut tuba non indigeret ad indicendum ſilentium agoniſque promulgationem. unde & præcones σιγηνοσάλπιγγες dicti apud Heſychium.

53 Τὸν Ἀντισθένους λόγον] Hic locus facem præfert obſcuriori alteri in Vita Platonis, ubi ſine dubio legendum τοῦ δ' ἀντειπόντος. nempe negabat Plato veritati conſentaneum eſſe id, quod orationis ſibi argumentum delegerat Antiſthenes.

54 Τετρακοσίων] De quadringentis qui ad tempus adminiſtrarunt Athenienſium rempublicam, videatur Thucyd. lib. VIII. pag. 591. & ſeq. τῶν τετρακοσίων ἤδη τὰ πράγματα ἐνθάδε κατειληφότων. Andocid. Orat. 2.

55 Καταφονευτισθῆναι] Veteres exiſtimabant impios non alibi magis ab irato Deo puniri, quam in navi marique deprehenſos: ideoque dicit Horatius, ne quis qui Cereris myſteria vulgarit, *ſecum fragilem ſolvat phaſelum*, lib. III. Car. Od. 2. Andoc. Orat. 1. alios κινδύνους dicit ἀνθρωπίνους, τοὺς δὲ κατὰ θάλατταν θείους. quique ex illis periculis ſalvi evaſerant, Deo chari acceptique habebantur.

57 Στοιχεῖον εἶναι τὸν ἀέρα] Ἐξ ἑνὸς ἀνάγκη λέγειν τὴν ποίησιν, καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέγει Διογένης, ὅτι εἰ μὴ ἦν ἐξ ἑνὸς ἅπαντα, οὐκ ἂν ἦν τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων, οἷον τὸ θερμὸν ψύχεσθαι καὶ τοῦτο θερμαίνεσθαι πάλιν. οὐ γὰρ ἡ θερμότης μεταβάλλει καὶ ἡ ψυχρότης εἰς ἄλληλα, ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ ὑποκείμενον, &c. Ariſtot. lib. I. de Gen. & Corrupt. cap. 6.

59 Πτύσσετε Νικοκρέων &c.] Lego, Νικοκρέοντ'. Loquitur ipſe Anaxarchus & hortatur ſatellites tyranni, ut fortiter tundant non ſe, ſed utrem ſuum: in altero diſticho legerem,

Καὶ σὲ διαστεῖλαι ὀλίγον συνεφῆ τάδε λέξει.

διαστεῖλαι. eſt, *diſpungere, dividere, disjicere.* & bene dicitur de morte violentâ, quâ à corpore anima ſejungitur. συνεφὴς, eſt, *triſtis, turbidus.* uti συνέφειν apud Suidam explicatur per ταραχή. Videtur autem innuere, quod Nicocreon brevi poſt periturus ſit funeſto tragicoque caſu.

Tundite Nicocreonti utrem, quantumque poteſtis,
Tundite, Anaxarchus cum love lætus agit,
Teque ut comminuat dicet mox infera luno
Triſte melos: pereas dire hominum molitor!

64 Ἐξοδικῶς] Malim, διεξοδικῶς copioſe pariter & accuratè diſputavit.

Τῆς διαθέσεως τῆς π.] Animum Pyrrhonis tranquillum & ſui ſemper ſimilem, ſuam vero Philoſophiam hominibus commendavit Nauſiphanes, magiſter Epicuri, qui nihil hunc docuit diſcipulum, Cicero lib. I. de Nat. Deor. voluit enim Epicurus videri αὐτοδίδακτος.

Ἀναστροφὴν] *Vitam ejuſque conſuetudinem.*

Ἀρχιερέα] *Sacerdotem.* Pontifex ἀρχιερεύς, ἱερομνήμων, ἱερεὺς in Gloſſis Philox. Sic Suid. Ælianum vocat ἀρχιερέα, id eſt, *ſacerdotem.* Ridiculus eſt, *ſacerdos Scepticus*, qui cum ſacra faceret, ipſe non noverat, quid faceret. ridetur & *Epicuréus ſacerdos* apud Lucianum in Sympoſio.

66 Εἰ τύχοι] Exempli gratia.

Τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας] Abluebat vaſa, verrebat domum, & alia ancillæ munia obibat; inter Philoſophum & ſervum medius & promiſcuus.

Λαβόμενον] Legendum ἐπιλαβόμενον.

Οὐκ ἐν γυναικὶ] Bene illi reſpondetur apud Euſeb. ex Ariſtocle, etiam in *muliere*, *in cane*, *in omnibus denique ſpecimen* ἀπαθείας exhibendum. Legendum vero ibi, ὅτι μὰ Δία (non ut vulgo, ματαία) καὶ ἐν γυναικὶ, καὶ κυνὶ, καὶ πᾶσι. ſcilicet, δεῖ τὴν ἀποδειξιν ἀπαθείας ποιεῖσθαι.

Φίλων] Huius mentionem feciſſe Lucianum in βίων πράσει doctiſſimus Menagius exiſtimat. cujus ſententiæ ſubſcriberem, niſi ipſe Lucianus manum injiceret. Ille enim Πυῤῥίαν vocat illum qui voci præconis ſubjicitur. Πυῤῥίας autem idem eſt ac Πύῤῥων, nec probari poterit, ullum Scepticum, Πυῤῥίαν dictum. Nam à Πύῤῥων fit Πυῤῥώνειος: Πυῤῥίας, Ξανθίας ſunt nomina ſervorum ἀπὸ τοῦ χρώματος, inquit Hellanicus apud Photium. Latine Pyrrhus, Burrus, Rufus. & Pyrrhæna fœmininum. Ex quo ſimul patet, cur non Πύῤῥωνα ſed Πυῤῥίαν dixerit Lucianus. Pro mancipio enim vendebatur Philoſophus Pyrrho; ſic dignum perſona quam gerebat nomen ſortitus eſt. Accedit, quod Lucianus in forum produxerit ipſos anteſignanos ſectarum, aut illis non multo inferiores. Philo autem ille inter Pyrrhonios non adeò eminet, ut illum præ aliis in locum magiſtri ſubjicere voluerit Lucianus. 69

Τοὺς δογματικούς] Ἀπορητικοὶ dicuntur, quod & dogmaticos & ſeipſos pariter dubitare debere ſtatuant. 70

Ἄληπτον] Malim ἀκατάληπτον. Nam Pyrrhonius non comprehendit intellectu, an ſit magis Pyrrhonius, quam non ſit.

Πρὸς τὸ μηδὲ π.] Legendum πρὸς τῷ. ſunt hæc etiam Theodoſii dicentis, præterquam quod nec invenerit primus Scepticam Pyrrho, neque dogma aliquod affert. Ergo, inquit, Pyrrhonius dici poterit ὁμοτρόπως, id eſt, ὁμωνύμως, & κατὰ τρόπον, ita ut nudum nomen ſine re trahat à Pyrrhone. Sic in Vita Zenonis λογοτρόπος, non eſt ipſa oratio, aut ſyllogiſmi partes, ſed aliud quod vicem orationis implet.

Ὅμηρον] Obtorto collo rapitur Homerus in partes à Philoſophis. Hac ratione miſer ille poëta inter tot manus diſceptantium aut Penthei fata experitur, aut ſuo ipſe Proteo cogitur eſſe mutabilior. Hîc cum Pyrrhone dubitat, ibi cum Cynico latrat, nunc cum Stoa tricatur, nonnunquam Peripatetico latus claudit, imo etiam cum Epicuro ſummum bonum ventre metitur, quia cecinit 71

Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

His qui ita Homerum tractant, merito occinitur illud Sceptici ποιητικοῖς μαρτυρίοις χρῶνται οὐχ οἱ γνησίως φιλοσοφοῦντες· (τούτων γὰρ ὁ λόγος αὐτάρκης ἐστὶ πρὸς πειθώ) ἀλλ' οἱ τὸν πολὺν καὶ ἀγοραῖον φενακίζοντες ὄχλον. οὐ γὰρ δυσχερὴς, ποιητὰς μαχομένους καὶ εἰς ὅ,τι ἂν θέλωσιν, ἄδοντας, δεῖξαι, ὅτε καὶ οἱ προηγουμένως φιλοσοφοῦντες, πολλὰ μαχομένως λέγουσι. Sextus adverſ. Mathem. p. 56.

Ἐγγύᾳ] Fallacia cauſæ, non enim propterea da-

mnosa est fidejussio, quod quis bona fide certusque rei, fidejusserit, sed quod debitor ille, quem jam jam submergendum data manu eripuit periculo fidejussor, ut plurimum in benefactorem sit injurius, illumque sub cultro relinquat fugitivus & erro.

72 Κίνησιν ἀναιρεῖ] Zeno primo locum sustulit, dicens εἰ πᾶν τὸ ὂν ἐν τόπῳ, δῆλον ὅτι καὶ τοῦ τόπου τόπος ἔσται. καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον πρόεισιν. cui dubio occurrit Aristot. lib. IV. Phys. cap. 3. sect. 28. reliquis παραλογισμοῖς, quibus motum voluit tollere, satisfacit lib. 6. cap. 9. Cæterùm de his & sequentibus γνώμαις legendus Aristot. lib. III. Metaphys. cap. 5. ubi dicit Democritum affirmare, aut nihil verum, aut nobis ignotum esse; quia scilicet putarat, φρόνησιν esse αἴσθησιν, eamque ἀλλοίωσιν. & quod videtur alicui id omnino verum esse, &c.

74 Ὡς εἰ καὶ νεύσαντας] Animum dubitantem his formulis profitentur, ὡς εἰ ἐνεδέχετο, καὶ νεύσαντας, τοῦτο δηλώσειν, *ut, si fieri posset, vel nutu id* (nempe τὴν ἀῤῥεψίαν) *se significaturos esse.*

77 Πρὸς δὲ] Cui simili respondent Dogmatici, quod sit dissimile. Nam ratio illa, quâ oppugnant dogmaticorum rationem, non tollit seipsam, sed potius seipsam astruit, firmatque. & si confirmat se & Scepticum, necesse est, illam non instar medicatæ potionis se ipsam destruere, sed permanere & inhærere animo Sceptici. Deinde si rationes Sceptici seipsas tandem è medio tollunt, semper & Scepticus sine ratione; & potentia: non actu, Scepticus erit. id est, Scepticus non erit Scepticus.

Μὴ λόγῳ.] *Non-sermone sermo refutari nequit.* Sic Epicharmus dixit οὐ παραγένεσις pro ἀποδημία, *absentia, peregrinatione.* Thucyd. οὐ περιτείχησις pro τὸ ἀτείχιστον, & οἱ ὁ, οὐ πίστις pro ἀπιστία. Ierem. 9. 3. & Thucyd. iterum, ἡ οὐκ ἀπόδοσις, ἡ οὐκ ἐξουσία. Eodem modo Laërtius μὴ λόγον dicit ἀορίστως *omne, quod non est sermo.* Nam verbum non-verbo quî poterit refelli?

78 Μνήμη τις] Lege μνυτὴς, *index* eorum quæ videntur.

Πολλὴν ἀναφέλειαν] Π. ἀναμαλίαν legendum, Sextus lib. I. Hypot. cap. 14. πλὴν τοσαυτης ἀναμαλίας πραγμάτων, καὶ διὰ τοῦ τρόπου (lege, τόπου) δεικνυμένης, ὁποῖον μέν ἐστι τὸ ὑποκείμενον κατὰ τὴν φύσιν, οὐχ ἑξομεν λέγειν. Ex his apparet, Scepticos non ex eo, quod res inter se comparatæ sint inutiles, sed quod discrepent & sibi invicem repugnent, colligere, nil certi hominem scire posse. Unde & inter locos communes, quibus pugnant adversus Mathematicos, etiam est ὁ ἀπὸ τῆς διαφωνίας. *A rerum discrepantia. Hac turbati Sceptici cum non possint hoc eligere, & illud respicere tandem desinunt in suspensum assensum.* vide inf. segm. 88. ubi μάχην & ταραχὴν conjungit Laërtius.

Διεσταλμένα] Sancita, præcepta, Gl. Philox. *Præcepit*, διεστείλατο, in N. T. non uno loco.

79 Καθ' οὓς τίθησιν ἓν] Legem, τίθησιν (Æneside mus) καθ' ἓν πρῶτον, &c. *Hos decem locos apponunt singulos*, primum. quid hic amplius desit, si ita legamus, dixerint acutiores.

Ἐξ ἐπιπλοκῆς] Ἐπιπλοκὴ, συμπλοκὴ, περιπλοκὴ promiscui usûs sunt Gl. Philox. Amplexus, περιπλοκὴ, συμπλοκή. Diodor. lib. IV. Biblioth. de matre Galates quæ congressa esse cum Hercule, προσεδέξατο τὴν ἐπιπλοκὴν μετὰ πάσης προθυμίας.

Παραλλαγὰς] Rectè. Sextus lib. I. Hypotyp. τοσαύτης οὖν παραλλαγῆς οὔσης ἐν τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὰ σώματα, &c. in cap. 14. de secundo modo. 82

Οὐδὲ γὰρ οἱ μαινόμενοι] Hæc

Non sani esse hominis non sanus juret Orestes.

Τοιαῦτα ἀπορήματα ὅμοιά ἐστι τῷ ἀπορεῖν, πότερον καθεύδομεν νῦν, ἢ ἐγρηγόραμεν, &c. Aristot. lib. III. Metaphys. cap. 6. *Si res ita se habeant, ut nihil interfit, utrum ita cui videatur, insano an sano? cui possit exploratum esse de sua sanitate, quod velle efficere non mediocris insania est.* Cicero lib. IV. Acad. Quæst.

Κοιμώμενος περιεπάτει] Aristot. lib. V. de H. A. cap. 1. συμβαίνει καὶ καθεύδουσιν αἴσθησις τοῖς ζώοις, οὐ μόνον τὰ καλούμενα ἐνύπνια, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸ ἐνύπνιον, καθάπερ τοῖς ἀνισταμένοις καθεύδουσι καὶ πολλὰ πράττειν ἄνευ τοῦ ἐνυπνιάζειν. εἰσί γάρ τινες οἱ καθεύδοντες ἀνίστανται καὶ πορεύονται βλέποντες, ὥσπερ οἱ ἐγρηγορότες, &c. in quem locum videatur Philoponus in Scholiis, ubi de mirifico Noctambulone mira narrat.

Οὐχ Ἕλληνες] De Græcis cultiora ingenia sortitis loquitur. Antiquiores rapto vivere inter præclara facinora referebant. Thucyd. lib. I. 84

Ἥλιος] Legerem, Ὅτε ἥλιος δύνει, & *cum Sol occidit.* si non verba hæc, sensus tamen talis fuit.

Τὸ κατ' ἰδίαν] Τὸ εἰλικρινὲς, *sincerum & naturæ proprium* non incurrit in oculos. Jam supra notatum ἴδιον apud Laërt. denotare, τὸ φυσικόν. 85

Ὑποστάσεις] Codex Regius optimè, ἀποστάσεις. intervallum est ἀπόστασις, διάστασις, διάστημα.

Φαίνεται] Excidit μικρὸς, exemplum enim est ejus quod ante dictum, τὰ δοκοῦντα μεγάλα, μικρὰ φαίνεται. Aristot. lib. III. de Anima cap. 3. φαίνεται μὲν ὁ ἥλιος ποδιαῖος. πέπεισται δὲ εἶναι μείζων τῆς οἰκουμένης.

Τὸ δεξιὸν] Aristot. lib. II. de Cœlo cap. 2. 87

Τὸν δι' ἀλλήλων] Divisim Sextus promiscuè ὁ διάλληλος τόπος. & ὁ δι' ἀλλήλων. 88

Λαμβάνεσθαι] Legendum ex Regiis Codicibus καταλαμβάνεσθαι. quamvis & simplex verbum tantundem valeat. 89

Τὰ πρῶτα τ. π.] Prima rerum principia, quæ αὐτόθεν & per se fide digna sunt, Sceptici voluerunt sibi demonstrari. ἀρχὴν ζητοῦσι καὶ ταύτην δι' ἀποδείξεως λαμβάνειν, cum tamen ἀποδείξεως ἀρχὴ sit, ἡ οὐκ ἀπόδειξις. Aristot. lib. III. Metaphys. cap. 6. Hac ratione Sceptici incidunt εἰς τὸ ἄπειρον, quia principium non habet illorum σκέψις, & idem simul esse & non esse potest. adeoque idem homo simul & Scepticus est, & non est.

Ἄπιστον] Omissum in textu à typographo. male etiam κριτήριον sequitur pro κριτηρίου. 91

Οὔτε αἰσθήσει] Vide contrà Aristotelem, libro III. Metaph. cap. 5. 92

Ἐν ταῖς νοήσεσι] Videtur legendum, αἰσθήσεσιν ἢ 93

νοήσεσι μάχην ἀπειπητέον, *& ſi ob eam, quæ in ſenſibus & intellectu eſt, diſſonantiam, animum deſpondere, & à veritatis inquiſitione quaſi deſperantes deſiſtere debemus, omnibus modis*, id quo res dijudicamus, è medio tollendum eſſe ſequetur.

94 Ἐν τῶν κατὰ μ.] Locus ita poſſet intelligi, ſi κριτήριον ipſum eſt judicio obnoxium alterius; hoc ipſo fiet pars controverſiæ, nec amplius erit κριτήριον, ſed æquè ut totum opus habebit, à quo judicetur. Ita Sextus adverſus Mathem. pag. 195. εἰ μὲν (τὸ κριτήριον) πᾶσι διάφωνον, μοῖρα καὶ αὐτὸ γενήσεται τῆς διαφωνίας· μοῖρα δ' ὂν ταύτης, οὐκ ἂν εἴη κριτήριον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ παραπλησίως τῇ ὅλῃ διαφωνίᾳ κρίσεως δέομενον. Τὸ γὰρ αὐτὸ δοκιμάζειν ἅμα καὶ δοκιμάζεσθαι, τῶν ἀμηχάνων. Huic dilemmati reſpondent dogmatici, quod τὸ κριτήριον quoad alia extrema quidem ſit ἄκριτον, nihilominus tamen ipſum à ſe ipſo judicetur, noſcaturque. Nam regulâ non opus habet aliâ, ſed ſibi ipſi & aliis pariter regula eſt. Ariſtoteles lib. I. de Anima cap. 5. ἱκανὸν θάτερον μέρος τῆς ἐναντιώσεως ἑαυτό τε κρίνειν καὶ τὸ ἀντικείμενον &c. Ariſtocles apud Euſebium pagina 769. τὰ κριτήρια καὶ ἑαυτὰ δείκνυσι καὶ τὰ κρινόμενα.

95 Αἱ αἰσθήσεις ψεύδονται] Contra vide Ariſtot. libro III. Metaph. cap. 5.

97 Ἀφορμὴν καταλήψεως] Stephani editio, Ἀποκαλύψεως.

105 Ἀλλὰ τὸ φαινόμενον] Verſus malè intellectus, σθένει enim non eſt à σθένος, *vis*, ſed à σθένω, *poſſum, valeo*. Heſychius, σθένει, δύναται, ergo παντὶ σθένει, hoc ſenſu:

Apparens quocunque venit, dominatur ubivis.

Pro παντὶ τρόπῳ adverbialiter. Ita ſuprà lib. I. ſegm. 93. εἶκος παντί.

106 Τὰ δὲ, μὴ εἶναι] Quid hæc verba ſibi velint, non intelligo. Videtur in antecedentibus excidiſſe τὸ ἔξω, ut fuerit lectio talis, Δημόκριτος δὲ μηδὲν εἶναι ἔξω, vel πλὴν τῶν φαινομένων· τὰ δὲ, μὴ εἶναι. *Democritus autem* (dixit) *nihil eſſe verum, præter apparentia. Illa verò, non eſſe.* Ariſtoteles lib. I. de Anima cap. 2. de Democrito. ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἁπλῶς τ' αὐτὸ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν. τὸ γὰρ ἀληθῶς, εἶναι τὶ φαινόμενον. Et Metaphyſ. lib. III. cap. 5. διὸ Δημόκριτος γέ φησι, ἤτοι οὐδὲν εἶναι ἀληθὲς, ἢ ἡμῖν γε ἄδηλον. ἄλως δὲ διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν, φρόνησιν μὲν τὴν αἴσθησιν, ταύτην δὲ εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἴσθησιν ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναι φησίν.

107 Ἑκατέρας ἐροῦμεν φαίνεσθαι] Ariſtoteles libro III. Metaphyſ. cap. 4. in fine hujuſmodi orationem vocat, ἄκρατον καὶ κωλύοντά τι τῇ διανοίᾳ ὁρίσαι. Ubi toto capite multa habet contra Scepticos adhibenda.

108 Τὰ περὶ ἡμᾶς] *Externa quæ in noſtra poteſtate ſunt.* Illa non magis eligit, quàm fugit. Διὰ τί οὖν βαδίζεις Μεγάραδε, ἀλλ' οὐχ ἡσυχάζεις, οἰόμενος βαδίζειν; *Cur vadis Megaram, ô Sceptice, & non potiùs domi quietus ſedes, & exiſtimas, te eò vadere?* ex Ariſtotelis lib. cap.

Πῶς δυνήσεται] Quomodo poterit (Scepticus) vivere, ita ut inquiſitione abſtineat, quæ quidem non eſt de rebus quæ ad communem vitam, conſuetudinem, uſumque pertinent? Sed textu iterum inſpecto, viſus ſum animadvertiſſe, quòd poſt σκεπτικὸν ſit interpungendum, & conjungenda ſequentia. Scripſit enim Laërtius: π. τ. δ. πῶς δυνήσεται βιοῦν ζητήσεων ἀπέχων, οὐ περὶ τῶν β. &c. Nam, cùm Dogmatici objicerent, quod ſi Scepticus ita vivat, ut nec hoc eligat, nec illud fugiat, fore ut etiam ἀδιαφόρως patrem in fruſta concidat, Tyranno jubente; diſtinguebant Sceptici inter dogmatica & βιωτικά. Patrem lanionis inſtar in fruſta concidere non eſſe dogmaticum, quod ſub σκέψιν cadat; ſed pertinere illud ad τήρησιν βιωτικὴν, quæ conſiſtit in obſervatione eorum, quæ leges & conſuetudines vitæ humanæ exigunt. His ſeſe accommodant pro more, ἀδοξάστως tamen. Ideóque Sextus obſervationem τῶν βιωτικῶν vocat τήρησιν ἀφιλόσοφον, ſecundùm quam, ſi jubeatur aliquid nefarium agere, τῇ κατὰ τοὺς πατρίους νόμους καὶ τὰ ἔθη προλήψει τυχὸν τὸ μὲν ἐλεῖται, τὸ δὲ φεύξεται. Adverſus Mathemat. pag. 465. Ergo Scepticus in quæſtionibus dogmaticis ſe medium tenere, & ab inquiſitione, utrum ſit fugiendum quid, an eligendum ſibi temperare poteſt quodammodo. At verò in rebus quæ uſu & lege & conſuetudine conſtant, ſemper inquiret, quid ſit contra legem, quidque ſecundum eandem: & eliget ibi aliquid & fugiet, οὐδὲν ὅμως τῶν ἔξωθεν προσδοξάζων. *ſcilicet, uti bos armenta ſequitur*, ita illi leges.

Ἀπάθεια] Idem quod ἀταραξία, quæ eſt finis Sceptcorum in illis quæ opinantur. Nam ἀπάθεια perturbationis vacuum animum ſignificat. Πραότης autem cum μετριοπαθείᾳ convenit ſignificatione. Cicero libro IV. Tuſcul. Quæſt. *Peripatetici ad placandos animos* (πρὸς τὴν μετριοπάθειαν) *multa afferunt.* Gl. Philox. *moderatur* (lege moderatior) μετριοπαθήσας.

Ὁ παρ' ἡμῶν] Lectio hæc non facilè damnanda. 109
Innuit illum Nicenſem ſuum fuiſſe, vel ratione ejuſdem profeſſionis, ſtudiique, vel familiæ, vel patriæ &c. Nam ὁ παρ' ἡμῶν, *noſtras*, vel *Noſter* eſt.

Αὐτομαρτυρεῖ] Lego αὐτῷ. Nil tritius apud Græcos αὐτὸς αὑτῷ.

Ἀπὸ φιλοσόφων ἐσχόλαζε] *A Philoſophis abhorrentia ſcripſit.* Ita verbum σχολάζειν uſurpat Sextus adverſus Mathem. pag. 466. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἀκριβέστερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ Σκεπτικοῦ τέλους σχολασθεῖσι.

Ὁ δὲ αὐτὸ διηγούμενος] Unde Sextus lib. I. Hy- 110
pot. cap. 33. ait Timonem Xenophani τοὺς σίλλους ἀναθεῖναι, id eſt, in ſillis loquentem eum introduxit, quod de Secundo & Tertio Sillorum intelligendum Laërtius docet. Hunc autem, cui ſuos tribuat ſermones, vel hoc nomine elegit, quia & ipſe ἀκαταληψίαν quandam inculcabat, de qua in notis ad Vitam ejus.

Ταῦτα] Lege ταυτά. 112

Τοῖς ποιηταῖς] Excidit fortaſsè τὸ σὺν τ. π. *cum* 113
poëtis. Nam poëtis fabulas ſcribere, eſt ligna in lucum portare. Statim etiam ſequitur συνδιατίθεται.

114 Ἀναγινώσκοντι] Lege ἀναγινώσκοντα. Ipſe enim Timon recitabat Rhetori, & recitata iterum obvolvebat, complicabat, & ex ordine quod ſequebatur prælegens, tandem in medio devenit ad partem libri à muribus & blattis corroſam, & quod hactenus ignoraverat, coram vidit. Hoc eſt indicium hominis qui parum curabat, quid ſuis fieret libellis.

Εὔρους] *Imo etiam beatus & animo tranquillus erat.* Εὐροια βίου eſt Stoicis quibuſdam ipſa beatitudo, apud Sextum. Idque probat, ex eo, quod ſequitur. Nempe: ὡς μηδὲ ἀρίστα συγχωρεῖν, *ut nec optima daret utenda*, de libris carminibusque ſermo eſt. Non protrudebat ſua Comico, Tragicoque more in theatra, laudem lucrumve venaturus, ſed in ſua ἀταραξίᾳ manſit, & aliorum applauſus parum curavit, nec recitandis libris gaudens nec dolens, idem eſt ac ſepultis illis temereque abjectis συγχωρεῖν, παραχεῖν, καταχωρίζεσθαι, *indulgere.* Vide Gloſſ.

Διὰ τῶν Κερκώπων] Interpres, *per medios adulatores.* Sed quid adulatores, ſervum pecus, commercii habent cum liberis hominibus? illi enim erant per quos tranſibat Arceſilas. Nempe erat Athenis forum dictum ἀγορὰ Κερκώπων· ibi mendaces, nugatores, planos, aliosque hujus coloris homines invenire frequentes poterat, qui eos conventos volebat. Hoc in foro, cum Timon horum hominum commercio delectatus, ſine dubio ſæpius verſaretur, & fortè illac tranſeuntem Arceſilaum videret, *quid tibi*, inquit, *hîc negotii eſt, ubi liberi homines*, qui Philoſophorum decreta rident, & animum curis liberum amant, *coire ſolent.* Ergo in Laërtio διὰ τῶν κερκώπων (ſcil. ἀγορᾶς) ἰέναι, longè aliud ſonat, quàm quod interpres voluit. De hoc foro quædam congeſſit in *Ceramico gemino* doctiſſimus Meurſius. Confer Euſtathium paginâ 1430. Poſſet etiam ſuſpicari aliquis Laërtium olim ſcripſiſſe, διὰ τῆς τῶν κερκώπων. συνῆλθεν Ἀτταγάς τε καὶ Νουμήνιος. id eſt, *ſimilis ſimili jungitur.* Nempe probatur ratio incerta ſenſibus æquè incertis. Nam Νουμήνιος ὄρνεον ὅμοιον ἀτταγᾷ Heſychio.

115 Ἀναπεπταμένους] Rectè *apertos* redditur, quibus ſcilicet detracta larva eſt, quos intus & in cute noſſe datur. Propriè de hominibus dicitur, qui habitu ſimulant Curios, & vivunt Bacchanalia. Hos cum remoto velo, ἀπεσκεπασμένους, διειγυμένους, *detectos, apertosque* inſpiciebat Timon, ridendi materiam ſatis copioſam habuit. Contra obſcurus, κρυφίους dicitur, qui ſe ſuamque mentem pectore clauſam tegit, & nemini ſe confitetur.

AD LIBRUM. X.

4 Ἐκπεσόντων] *A Perdicca iterum Samo ejectis.*

Καθαρμοὺς ἀναγινώσκειν] Eadem exprobrat Æſchini Demoſthenes in Orat. de Coron. τῇ μητρὶ τελούσῃ τὰς βίβλους ἀνεγίνωσκες, καὶ τἆλλα συνεκεύαρου &c. Nempe Epicuri mater dicitur fuiſſe anicula piatrix, quæ domos circumibat, & piaculo aliquo contactos ſolvebat, aut totam domum expiabat. Epicurus verò matri præibat carmen piaculare utrumque miniſterium ἄτιμον.

Λυπροῦ τινος μισθαρίου] *Ob vilem mercedem.* De Æſchine Demoſthenes, μετὰ πολλῆς ἐνδείας ἐτράφης, ἅμα τῷ πατρὶ πρὸς τῷ διδασκαλείῳ προσεδρεύων.

Παιδείαν φεῦγε] Doctiſſimus Menagius monet, MStum codicem addere in margine τε κατὶ δί ἐράμεν, ex quibus lego, τῇ κώπῃ δὶ ἀρμένων, *remo veliſque.*

Τιμοκράτης] Lampſacenus, Metrodori frater, Epicuri ſcholæ valedicens, contra eum ſcripſit εὐφραντά, in quibus in Epicurum tacenda dicenda locutus eſt. Quem contra *totis voluminibus concidit* Epicurus. Cicero lib. I. de Nat. Deorum, quod cum Noſtro non convenit.

Μίθρης] Lyſimachi *diæcetes*, ut apud Ciceronem pro Rabirio, Ptolemæi Auletis *diæcetes* dicitur Rabirius. Habebat ille curationem & diſpenſationem Regiæ pecuniæ. Ut ibidem Cicero docuit. Corruptum hoc nomen apud Athenæum in principio lib. XIV. ubi dicit Demetrius Polyorcetes regnum Lyſimachi non diſtare à ſcena comica. Nam uti è ſcena illa homines nomina habentes diſſyllaba, Chremes, putà, Davus, Simon &c. utplurimum prodire ſolent: Ita Lyſimachum alere miniſtros & amicos biſyllabos, Βίθυν (lege Μίθρην), *Parin* & alios. Se verò habere *Peuceſtas, Menelaos, Oxythemidas*, adeoque ſcenam referre Tragicam. Addit ibidem Athenæus, μεγίστους γεγονέναι παρὰ τῷ Λυσιμάχῳ τότε Βίθυν καὶ Πάριν.

Αὐτῇ παραινεῖν [Lege παρεῖναι. *Putat ſe apud eam eſſe.* 5

Ταῦτα] Lege ταὐτὰ. Plurimis tautologiis refertos 7
eſſe hos libros. Vide infrà ſegm. 27. Mox, ἄλλοις τε, *tum aliis, tum Nauſiphani maximè.*

Χρυσοῦν] Aureum ob dictionis elegantiam, quam 8
damnat Epicurus.

Σειρῆσι] Σειρῆνες, ſunt delinimenta, quibus ſe- 9
mel occupatus animus detinetur, προκατέχεται, ita enim legerim.

Ἀνηρίθμους ἀρχάς] Quæ ſunt hoc loco *innumerabilia principia?* Nam Aldobrandini, *familiæ diſcipulorum innumerabiles* nil faciunt ad rem. Scripſiſſe Laërtium meritò aliquis ſuſpicetur, καὶ ἀνηρίθμους ταραχάς. Laudat enim ſectam hanc partim à perpetuo flore, partim ab inſigni fructu, quo innumerabiles perturbationes, aliam nempe ex alia, diſcipulis exemit. ἀπολύουσα τῶν γνωρίμων, *quod ſolvit quaſi ligatos perturbationibus diſcipulos.* Nam Epicurus Philoſophos vult διὰ τὰς αἰτιολογίας ad ἀταραξίαν pervenire.

Χαλεπωτάτων] Nil corrigendum. Quia in Laërtio 10
nihil frequentiùs eſt ellipſi, τοῦ φασὶ, uti paulò pòſt, ὃν καὶ ὀγδοήκοντα μυῶν πρίασθαι, ſc. φησί.

Τὰ χείρονα] Rectè. Non enim interrogat, ut τῷ 12
τί opus ſit.

Οὐδὲ Λεύκιππον] Negat Epicurus cum Hermacho 13
ſuo, umquam vixiſſe aliquem Leucippum. Illi enim doctrinam de principiis atomorum deberi

inter

inter Græcos probè gnarus, hanc ſuam facere voluit, dum nec hunc Democriti magiſtrum agnoſcit, nec ipſum Democritum præceptorem ſe habuiſſe fatetur.

Ἰδιωτάτη] Maximè naturalis & ſine arte.

14 Ἄριστον] Gloſſema quod quis aſcripſit qui τὸ ὑποφαυλαίως ζῆν, præcedentibus prætulit.

Ἐκ τοῦ Ναυσιφάνους] Ariſtocles apud Euſebium pag. 768. Λέγεται ὁ Ἐπίκουρος ὑπὸ μέν τινων, μηδενὸς ἀκηκοέναι, ἐντυχεῖν δὲ τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν· ὑπό τινων δὲ ὅτι ἤκουσε Ξενοκράτους, ὕστερον δὲ καὶ Ναυσιφάνους τοῦ Πύῤῥωνος γενομένου γνωρίμου. Suprà ſegm. 7. De hoc Nauſiphane dicit Epicurus, ἀλλ' εἶχε γὰρ κεῖνος ἀΐδιναν. εἶχε ἀΐδιναν Atticum eſt pro ἄϐδινε, parturiebat enim ille &c. ut lib. IX. § 40. ἐπαινέσας εἶχε, pro ἐπῄνεσε.

16 Ἀπεσπάσατο] Lege ἐπεσπάσατο. Alludit enim ad prius, ἄκρατον ἔσπασεν, *merum bibendo, mortem quaſi frigidam attraxit.*

18 Μεριζέσθωσαν] *Adhibito in conſilium Hermacho partiuntor reditus, illosque impendant inferiis patris & matris.*

Εἰθισμένην] Natalis incidit in ſeptimum Gamelionis, ut ex Apollodori Chronicis ſuprà dictum Laërtio. Nihilominus εἴθιστο conſueverant diſcipuli eum celebrare πρότερα δεκάτῃ τ. Γ. Quod non eſt, ut Aldobrandinus voluit, *primis decem diebus menſis Gamelionis*, ſed *ipſo die viceſimo* dicti menſis. Videſis quæ monita ad vitam Zenonis lib. VII. §. 10. idem confirmant & quæ ſtatim ſubjiciuntur. Nempe quod non tantum menſe Gamelione natalis, ſed etiam quolibet alio menſe conſueta conciliabula in vigeſimum diem inciderint.

20 Χρείαν ἐν τοῖς ἰδίοις] *Suis rebus & facultatibus nobis commodarunt.* Poſſint & τὰ ἴδια accipi ut ἰδιότητα, *peculium*, quaſi Nicanor ille ſuo peculio juverit rem domini, & unà cum illo philoſophatus ſit. Ideoque cavit teſtator, ne illi poſt mortem ſuam deſit quicquam neceſſarii ad vitam. Nam phraſis illa χρείαν παρεσχημένος, innuit quod aut ſervus fuerit hic Nicanor, aut ex ſervo libertus. Vide lib. V. §. 54. Et in Teſtamento Ariſtotelis, χρῆσθαι τοῖς δούλοις, quod opponitur, τῷ πωλεῖσθαι, *vendere.* 1. Corinth. cap. 7. εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. *Potiùs te frugi ſervum præſta & domino utilem.* Χρῆσαι eſt idem quod hoc loco χρείαν παράσχου. Adeo non debet ſervus moleſtè ferre ſuam conditionem, ut ſi detur ei optio, magis eligat eſſe frugi & bonus ſervus, quàm libertus qualiscunque, qui ſæpiùs cum ſua libertate non habebat unde *ſalem delingeret.*

21 Ἀμυνόμαχον κ. Τιμοκράτην] Lege Ἀμυνομάχῳ κ. Τιμοκράτῃ. Nam primò libros dare ſuos jubet Hermacho. Deinde Hermacho ſubſtituit heredes librorum, Metrodori filios adhuc impuberes. Interea eos concredi vult Amynomacho & Timocrati, ὅπως ἂν εὐτακτοῦντων αὐτῶν ἕκαστα γίνηται, *ut illorum* (filiorum) *ſi modeſtè, & ut par erat, vixiſſent, omnes & ſinguli* (libri) *fiant.* Ergo libri Epicuri dantur executoribus teſtamenti laudatis ut fidei commiſſum, quò ſcilicet adultis & modeſtè viventibus Metrodori filiis tradantur. In textu Græco confuſa & perturbata diſtinctione ita in ordinem redigerem, δοῦναι Ἀμυνομάχῳ καὶ Τιμοκράτῃ, ὅπως ἂν εὐτακτούντων αὐτῶν ἕκαστα γίνηται. τῶν ἀναγκαίων, κατὰ τὸ δυνατὸν &c. ἐπιμελείσθωσαν.

Τὴν μακαρίαν ἄγοντες] Sequi ſtatim debuit, ἡμέραν τοῦ βίου καὶ ἅμα τ. *Dum beatam agimus vitæ diem & ſimul morimur* &c. μακαρία per εὐφημισμὸν dicitur *dies emortualis.* Unde proverbium ἐς μακαρίαν, cum mortem alicui imprecabantur. Alii aliam hujus proverbii originem ſuppeditant. 22

Σφόδρα ἑλλογίμους] Omnium clariſſimos & eruditiſſimos, nimirum Metrodorum & Timocratem. Textus Græcus hîc turbas dedit, quas pulveris exigui jactu compreſſit Gaſſendus, ſolum foras ejecit τὸ ἐνοχλοῦν. Mihi videtur, ſalvis doctorum judiciis, ita ſanari poſſe locus affectus. σ. ε. Μητρόδωρον καὶ Τιμοκράτην, τὸν μὲν Ἀθηναῖον, τὸν δὲ Λαμψακηνόν. Nam in voce Σάνδην, latet τὸν δὲ, quod deinde arguit, τὸν μὲν præcedere debere. Id verò è textu excidit, ejusque locum καὶ invaſit. Et quàm facilè accidit, ut poſt terminationem τὴν in Τιμοκράτην, τὸν pereat & ex ὠὴν cum compendio ſcriptum legatur ab inficeto aliquo καὶ? Si quis literas receptæ lectionis propiùs inſpexerit, noſtræ emendationis veſtigia & quasdam naufragi textus quaſi tabulas ſine negotio videbit.

Μαρτυρεῖ δὲ] Tum Epicurus Metrodorum fatetur bonum virum, tum frater Metrodori Timocrates ἐν τῷ τρίτῳ in tertio libro εὐφραντῶν, ſcilicet, quorum paulò ante facta mentio § 16 Nec obſtat, quod cum fratre ſcriptis contenderit. Nam in re philoſophica fratribus licuit diſſentire, amicitia tamen & veritate quoad cetera incolumi. 23

Ἔσχε δὲ] Habuit autem de quo dictum, εἰκαῖόν τινα ἀδελφὸν Τιμοκράτην, futilem & nugacem quendam fratrem Timocratem. Illa τοῦ Μητροδώρου inculcata ſunt, ex linea proximè ſequenti.

Παρὰ Λυσίᾳ] Placet Menagiana correctio παραλύσει. Huc reſpexit Ælianus, qui dicit Metrodorum & Polyænum κάκιστα ἀποτεθνηκέναι ἀνθρώπων, adeoque atheïſmi pœnas dignas dediſſe. Vide Suidam in Ἐπίκουρος, & Ciceronem de Polyæno lib. 4. A. Q. 25

Καὶ τὸ ἐπελθὸν] Interpungendum, non pòſt γέγραφε, ſed pòſt ἐπελθόν. Scripſit enim Chryſippus & *eadem, & quicquid incidebat.* Deinde ſequitur, καὶ ἀδιόρθωτα ἔλιπε (non εἶλκε) τ. ε. & *inemendata ea reliquit, quia feſtinabat.* 27

Καλλιστόλας] Vix agnoſcent Græca nomina Καλλιστόλην pro nativo. Legerem π. Μ. καλλίστας ἐπιστολὰς ad *Mithrem pulcherrimas epiſtolas.* Illarum Laërtius ſuprà injecerat mentionem. Nempe quòd Adverſarii Epicuro exprobrarent, Mithrem in epiſtolis Παιδίνα & Ἄνακτα dictum. Has, propter eximiam pulchritudinem, & argumenti τὸ ἰδιον, in reliquis noluit epiſtolis generatim commemorare. 28

Εἰ δοκεῖ ἐν αὐτοῖς] Lege ἢ εὐδοκιμεῖ ἐν αὐταῖς, *unam earum, quæ inter ipſas maximè probatur*, exponere conabor. Nempe, inſertis paſſim notis ipſi epiſtolæ inf. § 37.

29 Κἀμὲ κρίνειν,] Tollenda interpunctio, & ſubjicienda τῷ εἰδέναι, hoc modo: κἀμὲ κρίνειν εἰδέναι, κρίνειν. *Et me judicare poſſe, judices.* Et ita diſtinxit Interpres.

30 Κανονικά] Ita dicta à libro Epicuri, qui inſcriptus erat Κανών. Quia ibi terminos ſuos alias obſcurantes rem ipſam, & alia quæ ad tractationem cognitionemque Philoſophiæ conducebant, præmittebat & explicabat. Sextus ait Epicureos εἰςβάλλειν ἀπὸ τῶν λογικῶν, *initium facere à Logicis.* Nam, inquit, τὰ κανονικὰ πρῶτον ἐπιθεωροῦσι, περί τε ἐναργῶν καὶ ἀδήλων καὶ τῶν τοιούτοις ἀκολούθων ποιοῦνται τὴν ὑφήγησιν. pagina 141. contra Mathematicos. Ergo Epicureis τὰ κανονικὰ, ſunt inſtar Logicæ, quam ipſam *contemnit, irridet, & totam evertit* Epicurus. Cicero lib. IV. Acad. Quæſt. Confer & lib. I. de *Finibus bonorum & malorum*, ubi egregiè κανονικὰ Epicureorum depingit.

Κυρίας δόξας] *Ratas opiniones.* Plato in Theæteto τὰς τῶν ἄλλων δόξας κυρίας ποιεῖ. Conſtanter hoc nomine venit iſte liber apud bonos Autores. Nec Sextus contra Mathemat. per ῥητὰς λέξεις intellexit κυρίας δόξας, ſed *expreſſa* Epicuri *verba.*

Ἀρκεῖν] *Sufficere enim, ut Phyſici eant, quo ipſarum rerum ſonus ducit.* Legebam enim, ἀρκεῖν γὰρ αὐτοὺς φυσικῶς χωρεῖν κατὰ τοὺς τῶν πραγμάτων φ. *Sufficere enim, ut ipſi naturaliter eant quo vox naturæ ducit.* π. φθόγγους vocat orationem non à regulis Logicis, ſed à natura factam, quæ pro norma habet id quod res ipſæ, ſenſusque teſtes dictitant. Putabat Epicurus Dialecticam imprimis Stoicam habere ſe ita, ut τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους, *voces quas natura, ſi loqui poſſet, emitteret*, planè ab ea diſcreparent, ideoque ſuis ſectatoribus ſufficere, *naturæ vocem* audire. Unde & Epicurei ſe ipſos dicebant, τοὺς μόνον ἐπὶ τοῖς πράγμασι, *qui in rebus tantùm verſantur*, ut ad lib. VII. §. 83. dictum.

31 Οὔτε ἀδυνατεῖ] Idem quod οὔτε δύναται. Sextus contra Mathematicos: τήν τε αἴσθησιν ἀντιληπτικὴν οὖσαν τῶν ὑποπιπτόντων αὐτῇ, καὶ μήτε ἀφαιροῦσάν τι, μήτε προστιθεῖσαν, μήτε μετατιθεῖσαν, τῷ ἄλογον εἶναι, διὰ παντός τε ἀληθεύειν καὶ οὕτω τὸ ὂν λαμβάνειν ὡς εἶχε φύσεως αὐτὸ ἐκεῖνο. pagina 222. Confer & paginam 279. Οὔτε γὰρ ἀποστάσεις ἀδυνατοῦσιν ἐν τῷ περιέχοντι γίνεσθαι.

32 Τὸ ἐπαισθήματα δὲ ὑφεστάναι] Lege τῷ, *eo quod quæ ſentimus, ſubſiſtant. Fidem facit* (Epicurus) *omnes ſenſus eſſe veros.* ὑφίστηκε δὲ τό τε ὁρᾶν ἡμᾶς καὶ ἀκούειν, ὥσπερ τὸ ἀλγεῖν. *ſubſiſtit autem id, quod videmus & audimus, quemadmodum & id quod dolorem infert.* Nempe Epicuro idem eſt, *verum eſſe*, & *eſſe.* Ideoque ſenſuum veritatem aſtruit ex eo, quod ſenſui obnoxia, revera ſint: & vice verſa, quod revera ſint, probat inde, quia niſi eſſent ea non videremus, non audiremus, quemadmodum ex dolore arguitur, id eſſe quod dolorem infert, Sextus lib. cap. ὁ Ἐπίκουρος τὰ μὲν αἰσθητὰ πάντα ἔλεγεν ἀληθῆ καὶ ὄντα. οὐ διήνεγκε γὰρ ἀληθὲς εἶναί τι λέγειν ἢ ὑπάρχον &c. Inde etiam incerta ex iis, quæ ſenſu videntur, comprobari voluit. Nam Epicuro πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθὲς, etiam phantaſmata inſanientium, καὶ τὰ κατ' ὄναρ (ita enim inferiùs legendum). Contra Sextus loco citato: οὐδὲ γὰρ τὸ καθ' ὕπνους, ἢ τὸ κατὰ μανίαν προσπῖπτον, ἐστὶν ἀληθές.

Κατὰ περίπτωσιν] *Ex eo quod primum ſub ſenſus cadit.* Sextus πᾶσα νόησις ἀπὸ αἰσθήσεως γίνεται, ἢ οὐ χωρὶς αἰσθήσεως· καὶ ἢ ἀπὸ περιπτώσεως, ἢ οὐκ ἄνευ περιπτώσεως. Idque etiam de falſis viſis dixeris. Nam inſanus, qui ſibi fingit ſerpentibus horridas, & ſanguinolentas Furias, ἐκ τῶν πεφηνότων, *ex iis quæ ipſi apparuerunt, mixtam hanc formam intellectu comprehendit.* Eodem modo non ſomniabit quisquam alatum hominem, niſi ante utrumque viderit. καὶ καθόλου, οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν καθ' ἐπίνοιαν, ὃ μὴ ἔχει τι αὐτῷ κατὰ περίπτωσιν ἐγνωσμένον. τοῦτο γὰρ ἢ καθ' ὁμοιότητα τῶν ἐν περιπτώσει πεφηνότων ληφθήσεται, ἢ κατὰ παραύξησιν, ἢ κατὰ μείωσιν, ἢ κατ' ἐπισύνθεσιν. καθ' ὁμοιότητα, quando viſâ Socratis imagine ipſum Socratem non viſum cogitamus: κατὰ παραύξησιν, cùm communi hominum ſpecie moti cogitamus aliquem Gigantem: κατὰ μείωσιν, cum magnitudine ſtaturæ humanæ conſuetam quaſi contrahimus, & Pygmæum nobis imaginamur: κατ' ἐπισύνθεσιν, ὅταν ἀπὸ ἀνθρώπου καὶ ἵππου τὸν μηδέποτε ὑποπεπτωκότα ἡμῖν Ἱπποκένταυρον νοῶμεν.

Κινεῖ γὰρ] Sextus: Ἐπίκουρος ἔλεγε &c. τοιαύτην (πᾶσαν φαντασίαν εἶναι) οἵοιόν ἐστι τὸ κινοῦν τὴν αἴσθησιν. πλανᾶσθαι δέ, τινας μὲν φαντασιῶν λέγοντας ἀληθεῖς· τινὰς δὲ ψευδεῖς, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι χωρίζειν δόξαν ἀπὸ ἐναργείας. Subjicit deinde inſanientis Oreſtis exemplum, qui cum putaret ſe Furias videre, ἡ μὲν αἴσθησις ὑπ' εἰδώλων κινουμένη, ἀληθὴς ἦν. ὑπέκειτο γὰρ τὰ εἴδωλα· ὁ δὲ νοῦς αἰόμενος, ὅτι στερέμνιοί εἰσιν ἐριννύες, ἐψευδοδόξει. adverſus Mathemat. pag. 230. 231.

Ἐπιταγμένον] ὑποταγμένον ex ſeq. epiſtola. 33

Οὐκ ἂν ἐζητήσαμεν] Τὸ μὲν παντὸς τοῦ ζητουμένου πρόληψιν καὶ ἔννοιαν δεῖν προηγεῖσθαι, ὁμολογον ἐστί. πῶς γάρ τις καὶ ζητῆσαι δύναται, μηδεμίαν ἔννοιαν ἔχων τοῦ ζητουμένου πράγματος, οὔτε γὰρ ἐπιτυχὼν εἴσεται, ὅτι ἐπέτυχεν· οὔτε ἀστοχήσας, ὅτι ἠστόχησεν. Sextus contra Mathem. pag. 282.

Ἐπιμαρτυρεῖται] Ἐπιμαρτύρησις iſta nihil aliud quàm 34
confirmatio prænotionis à ſenſibus facta. Nam cùm ὑπάρξις τοῦ πράγματος, συνεπιμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ, προλήψει, φαμὲν ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον (τὸ προληφθὲν) ergo prænotio vera eſt, ἐπιμαρτυρουμένη τῷ πράγματι· ψευδὴς δὲ ἀντιμαρτυρουμένη, Sextus paginâ 279.

Τῶν ζητήσεων τὰς μὲν] οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον καὶ Στράτωνα φυσικὸν, δύο μόνον ἀπολείποντες, σημαῖόν τε καὶ τυγχάνον, φαίνονται τῆς δευτέρας ἔχεσθαι στάσεως, has duas partes innuit hîc Laërtius. Stoici addebant tertium, nempe τὸ σημαινόμενον. τὸ σημαῖνον eſt *nuda vox*, ψιλὴ φωνὴ. τὸ τυγχάνον, eſt *res per vocem ſignificata.* Laërtius vocat πρᾶγμα. vide Sextum pag. 223.

Διαθρεῖν] Rectè *perſpicere*, infrà ſegm. 66. παρ- 35
εναρθροῖ legerem, *cum reliquo corpore formet*, id eſt, formatum ſtatuit.

Τύπον] Τῶν τύπων τῆς ὅλης πραγματείας τῶν κατεστοιχειωμένων, *typum Phyſicæ doctrinæ elementa comprehendentem.* Id commendat etiam iis qui jam in Phyſicis profecerant ſpeculationibus, ut illo inſpecto confuſam quandam imaginem totius naturæ ſibi repræſentent, ἀθρόως. Nihilominus dicit, non planè è manibus ponendum eſſe majus illud opus de natura, ſed tantùm ex eo memoriæ imprimendum, quantum faciet ad præcipuas res cognoſcendas in genere, & deinde manu ducet ad inquirenda etiam ſingula. Poſtea lego τῶν ο. τόπων.

36 Ἐπεὶ καὶ τοῦ τετελεσιουργουμένου] Lege ἐπεὶ καὶ τοῦ παντὸς τ. τοῦτο κ. ἀκρίβωμα γίνεται. *Nam omnis perfecti hæc ſumma eſt & accurata dexteritas, ut poſſit celeriter mentis uti ſpeculationibus,* καὶ πρὸς ἁπλᾶ στοιχειώματα καὶ φωνὰς συναγομένων, *etiam in ſimplicibus compendiis & vocabulis breviloquentium,* vel eorum, qui paucis multa complectuntur. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ (pro τοῦτο) π. τῆς συνεχοῦς &c. *Non enim poteſt illa eſſe ſumma continuæ circumvolutionis totius univerſi, quæ non queat brevibus vocabulis omne in ſe complecti, quod ſpeciatim per ſingula accuratè traditum eſt.* πύκνωμα, *eſt ſumma* libri, *compendium* Phyſicæ, in quo conſtipantur paucis verbis omnia, quæ latiùs in juſtis operibus diduci ſolent. Quomodo id comparatum eſſe debeat, opportunè in limine epiſtolæ exſequitur Epicurus. Nam hæc ipſa eſt Phyſicæ Epicuri brevis & compendiaria tractatio.

37 Παρεγγυώντων συνεχὲς] Omnia ſunt in hac epiſtola quaſi de induſtria confuſa & atomorum inſtar ἄνω κάτω feruntur. Ex reſtitutione noſtra hoc ſatis apparebit. Dicit Epicurus, *cum itaque hæc via compendiaria naturæ ſtudioſis utilis ſit,* παρεγγυώντων συνεχὲς καὶ τῶν τούτῳ μάλιστα ἐγγαληνιζόντων βίῳ, ποιήσασθαι καὶ τοιαύτην τινὰ ἐπιτομὴν καὶ στοιχείωσιν τῶν ὅλων ἔδοξε. *Etiam cohortantibus aſſiduè illis, qui hujus vitæ tranquillitati maximè dediti ſunt, conficere etiam hujuſmodi epitomen & elementale totius univerſi viſum eſt.* πρῶτον μὲν οὖν ἐνέργημα ἐν φυσιολογίᾳ. *Primum igitur operam in tractatu de natura oportet ſumere in iis quæ vocibus ſubjecta ſunt.* Philoſophia eſt ἐνέργεια λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιοῦσα, ſecundum Epicurum. Sextus pag. 466.

Ἀποδεικνύωσι] Monſtrum lectionis. Non enim eſt ἀπόδειξις εἰς ἄπειρον. Lego ἀποτείνωσι. *Ne omnia indiſcuſſa nobis in infinitum abeant, tendant.* Docet Epicurus cavendum ne progrediamur in infinitum, caveri autem, ſi τὸ πρῶτον ἐνεργὲς habeat in rebus ipſis quò referatur. Tum non ampliùs demonſtratione aut ſyllogiſmo opus eſſe.

38 Ἄδηλον] Lege δῆλον, nam τῷ ἀδήλῳ nemo poterit uti pro ſigno alterius incerti. συνορᾶν ἤδη περὶ τῶν ἀδήλων, id eſt, *diſpicere tum de incertis.* ſequitur. paulò pòſt ex præcedentibus ſubintelligendum δεῖ.

Ἐκ τοῦ μὴ ὄντος] Quæ hîc annectit Gaſſendus, ſupervacanea ſunt. Res enim vel ex ſequentibus ſatis liquet, vel à generatione idem judicium ferendum de corruptione. Ὁμοίως γὰρ οὔτε γίνεται οὐδὲν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, οὔτε φθείρεται εἰς τὸ μὴ ὄν. Vide Ariſtotelem lib. I. de Gen. & Corrupt. cap. 3. ſect. 21.

Παρὰ γὰρ τὸ πᾶν] Nam præter illud univerſum 39
nihil eſt, quod extrinſecus ſe ingerat & mutationem in univerſo faciat. Dixerat ante univerſum tale ſemper erat, quale nunc eſt. Hujus ratio ſubjicitur, *quia non eſt, in quod mutetur.* Manebit etiam univerſum ſemper idem, ob defectum & abſentiam τοῦ αἰτίου μεταβάλλοντος. Nam in omni mutatione tria concurrunt. τὸ ἔξωθεν μεταβάλλον, εἰς ὃ μεταβάλλει, ἐξ οὗ μεταβάλλει. Quæ omnia cum de univerſo procul remota ſint, manet, æternumque manebit. Ariſtot. lib. 8. Phyſic. cap. 1. de motu eo loquitur modo, quo Epicurus de univerſo. οὐδεὶς, inquit, ἦν χρόνος οὐδ' ἔσται, ὅτε κίνησις ἦ οὐκ ἦν ἢ οὐκ ἔσται. Confer Lucretium lib. v. pag. 159.

Εἰ μὴ ἦν ὁ κενὸν] Sextus: Ἐπίκουρος δοκεῖ ἰσχυρο- 40
τάτην τεθεικέναι ἀπόδειξιν, εἰς τὸ κενὸν εἶναι τοιαύτην· εἰ ἔστι κίνησις, ἔστι κενόν· ἀλλὰ μὴν ἔστι κίνησις, ἔστιν ἄρα κενόν. pag. 280.

Οὐδὲν οὔτε ἐπινοηθῆναι] *Ne quidem excogitari aliquid poſſit.* Luxuriant Græci particulis negativis.

Ὅταν] Lege ἅτε. Utpote quæ non habet in quod 41
& quomodo reſolvatur.

Στέλλοντα κατὰ τ. α.] Στέλλοντα pro ἀναστέλλοντα, quæ *repellunt*, & *retrò agunt atomos*, quando 42
altera incurrit in alteram. Sic dicunt, ἀνάστασις ἀτόμων, vel ἀποπαλμὸς α.

Ἐνέστη] Lege συστῇ, in *finito vacuo infinitis* corporibus defuturus eſſet locus, in quo ipſorum συγκρίσεις fierent. Sextus dicit τόπον μὴ ἔχειν, εἰς ὃν περισταίησεται, contra Mathem. pag. 177. Ipſe Epicurus pag. 283. ὅταν μεῖζον ἄθροισμα συστῇ.

Εἰ μέλλει τις μὴ] Lege εἰ μή τις μέλλει, ut ſu- 43
prà εἴπερ μὴ μέλλει.

Κινεῖσθαι κενοῦ] Poſt κινεῖσθαι interpungendum, τοῦ κενοῦ τὴν εἶξιν ὁμοίαν παρεχομένου, καὶ τῇ κουφοτάτῃ &c. εἶξις ἀχώριστον συμβεβηκὸς τοῦ κενοῦ. Vide Sextum paginâ 418. unde pro ἴξις legendum εἶξις.

Τὴν περιπλοκὴν] Lege πρὸς τὴν περιπλοκὴν. Cùm ad cohæreſcendum ſe inclinaverint, aut detineantur παρὰ τῶν πλεκτικῶν, *ab iis, quæ ad cohæſiones* copulationesque nutu ſuo feruntur. Poſſet & πληκτικῶν legi, nam Epicurus habet & ἀτόμους πληκτικάς.

Μηδὲ ποιότητα] Sextus contra Mathem. pag. 363. 44
Ἐπίκουρος ἕτερον ἠξίου τυγχάνειν τὸ μέρος τοῦ ὅλου, καθάπερ τὴν ἄτομον τοῦ συγκρίματος· εἶγε ἐκείνη μὲν ἄποιός ἐστι, τὸ δὲ σύγκριμα πεποίωται· ἤτοι λευκὸν, ἢ μέλαν, ἢ κοινῶς κεχωρισμένον (lege κεχρωσμένον) καὶ ἤτοι θερμὸν ἢ ψυχρὸν &c.

Χρῶμα] Hoc quoque Democriti eſt, ut ad vitam ejus notatum.

Παῦν τε μέγεθος] *Non quævis magnitudo ſub ſenſum cadens*, uti Democritus qui dixit, dari etiam maximas atomos, ſed minima, ut ἀνεπαίσθητοι ſint, maneantque atomi. Cicero ait hoc numquam putaturum fuiſſe Epicurum, ſi à Polyæno familiari ſuo geometriam diſcere maluiſſet, quàm illam etiam ipſam dedocere, lib. I. de Fin. Bon. & Mal.

45 Αὕτη δὲ ἡ φωνὴ] Hæc autem eſt vox Epicuri, ſcilicet his verbis notam ſuam, quæ incepit ὁ φησὶ, concludit Laërtius, & monet quæ præcedunt ipſius Epicuri verba eſſe. Non refragabor ſi quis legerit, αὐτοῦ δὲ ἡ φωνὴ, nempe οὐδέποτε γοῦν ἄτομος ὤφθη αἰσθήσει.

Ἀπειρίαν] Cicero libro I. de Finibus Bon. & Mal. *infinitio ipſa, quam ἀπειρίαν vocat, tota ab illo* (Epicuro) *eſt.*

46 Οὔτε γὰρ &c.] Locus hic probat, dari figuras, formas, ſimulachra, imagines, quia non poſſunt non in ſummo corpore abſiſtere quædam quaſi membranæ tenuiſſimæ vel cortices, quæ emiſſæ, & *direptæ volitant ultro citroque per auras*, ut Lucretius lib. IV. canit. Deinde ait in cavitatibus exiſtere ἐπιτηδειότητας τῶν λεπτοτήτων, *naturas ad tenuitatem recipiendam aptiſſimas*, quæ non à ſummo corpore, ſed ex alto penitúsque, ut Lucretius canit iterum, emittunt tenuiſſimas ſui effigies, ut ligna fumum, & ignis vaporem. Tertiò ſunt ἀπόῤῥοιαι effluvia quæ poſituram (Lucretii utor vocabulo) & firmitatem corporum ſolidorum unde fluxerant, retinent conſtanter. τὸ περιέχον hîc eſt *corpus ſummum*, vel *ſumma corporis*, in qua ſit abſceſſio figuræ ſimilis rei à qua abſceſſit. Confer §. 47. & 48. Præterea in textu τὸ γίνεσθαι poſt λεπτοτήτων otioſè repetitur ex præcedentibus. Nam illud οὐκ ἀδυνατοῦσι γίνεσθαι refertur tam ad ἐπιτηδειότητες & ἀπόῤῥοιαι, quàm ad ἀποστάσεις. Præterea ἐπιτηδειότητες requirit aliud ſubſtantivum, quod non poteſt eſſe aliud quàm λεπτοτήτων. Ideoque legerem οὔτε ἐπιτηδειότητες λεπτοτήτων, aptitudo gignendi tenuia illa ſimulachra, κατὰ τὰς κατεργασίας τῶν κοιλωμάτων, *per operationes quæ in cavitatibus* corporum fiunt.

Πᾶν μῆκος] Quodvis longum & mente comprehendendum ſpatium puncto temporis conficere idola ſtatuit. Tanta illis mobilitas, *longo ut ſpatio brevis hora teratur*. Lucretius lib. IV. id eſt, ut brevi horâ longum ſpatium teratur. Et iterum:

Quapropter ſimulachra pari ratione neceſſe eſt,
Immemorabile per ſpatium tranſcurrere poſſe,
Temporis in puncto.

Ubi τὸ immemorabile eſt ob metrum pro *immenſurabile* ſpatium, idque ſuadet ut hîc legamus πᾶν μῆκος ἀπερίληπτον.

Ἀντικοπὴ] Lege ἀντικοπῇ, καὶ οὐκ ἀντικοπῇ. *Nam* (idola) *æqualem celeritatem & tarditatem accipiunt repulſu & non-repulſu*, ut infrà ἀντικοπῇ γὰρ ὅμοιον ἔσται.

47 Ἀντιμαρτυρεῖ] Lege α. τῶν φαινομένων οὐδὲν καὶ τάχη ἀνυπέρβλητα ἔχει. Non datur tenuitas major illa quæ eſt idolis, adeoque nihil in iis quæ videntur, occurrit, quod huic tenuitati velut teſtimonium contrarium opponi queat, ex eadem tenuitate proficiſcitur inſuperabilis illa celeritas, quia ſummam concinnamque proportionem habent. Ut nihil aut pauxillulum illorum infinitati obſtet. πολλοῖς δὲ *multis autem & infinitis aliquid obſtare* ait.

48 Ἅμα νοήματι] Id eſt, tam celeriter ὥστε νόημα. Confer inf. §. 61. 62.

Τοῦτε χρώματος] Lege οὐδὲ χρώματος &c. οὐδὲ ἀντίνων &c. παραγινομένων. Ita enim legerem hunc locum. Negat viſionem & intellectum fieri per emiſſionem intrinſeci alicujus. Non enim ita naturam ſuam externa poterunt nobis imprimere, non colore, non formâ per aërem intermedium, non radiis, aut aliis quibuscunque fluxionibus à nobis ad illa pervadentibus. Sed formæ quædam & ſpecies nobis ſe ingerunt à rebus, à coloribus, & conformibus, pro ſua magnitudine, quæ celeri motu oculis & menti ſe repræſentant, & continuo pulſu ſe invicem protrudentes, ob hanc cauſam ſpeciem unius & continui nobis exhibent, & cognationem à ſubjecto conſervant, dum fultura à ſubjecto moderatè illis affluit, & quaſi pro telo ſtimulatur & fulcitur ſpecies alia ſpecie, deprompta & facta è receſſibus in ſolido atomorum, quodcunque acceperimus viſum, ſive illud ad mentem, ſive ad ſenſoria pertinuerit, ſive externæ formæ ſit, ſive aliorum accidentium. 49

Ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι] Agit de falſo, cui non convenit hoc verbum. Legerem τῷ μὴ ἐπιμαρτυρηθήσεσθαι ἢ ἀντιμαρτυρηθήσεσθαι, ut ipſe infrà, ἐὰν μὲν μὴ ἐπιμαρτυρηθῇ ἢ ἀντιμαρτυρηθῇ. 50

Εἶτ' οὐκ ἐπιμαρτυρουμένου] *Deinde ſi non à re ipſa teſtimonium perhibeatur opinioni*, in motu, qui in nobis conjunctus eſt cum operatione phantaſiæ, διάληψιν δὲ ἔχουσαν *diſcernit autem alterum ab altero*, καθ' αὐτὴν in illo inquam falſitas exſiſtit. ἤτε γὰρ ὁμοιότης τῶν φαντασμάτων. Nam & viſorum, &c.

Ἀλλ' εὐθὺς, &c.] Hunc locum ita legerem, α. ε. 53
ὅταν ἀφίωμεν φ. τ. γ. πληγὴν ἐν ἡμῖν τοσαύτην, ſed (ſcilicet, δεῖν νομίζειν, exiſtimandum) ſtatim ſimul ac vocem emiſerimus datam plagam, in nobis ex quibuſdam corpuſculis, quæ ad fluxum ſpiritumque faciendum apta ſunt, facere ſimilem (illi plagam) quæ nobis audiendi affectum conciliabat.

Ὥσπερ καὶ τὴν ἀκοὴν] Ἀκοὴ non tantum auditus ſenſum, ſed & ejuſdem objectum ſignificat, Thucyd. lib I. ἀκοαὶ τῶν προγεγενημένων *ſermones, rumores de olim actis.*

Σχήματος] Ex præcedentibus hoc eſt. τὸ συμφυὲς 54
requirit ut σχήματι legamus.

Μεταβάλλει] Quid ſit Epicuro μεταβάλλειν. Sextus nobis explicet paginâ 387. ubi docet κίνησιν μεταβλητικὴν, ſecundum Epicurum eſſe ſpeciem τῆς μεταβατικῆς. τὸ γὰρ μεταβάλλον κατὰ ποιότητα σύγκριμα, πάντως κατὰ τὴν τῶν συγκεκριμένων αὐτὸ λόγῳ θεωρητῶν σωμάτων, τοπικήν τε καὶ μεταβατικὴν κίνησιν μεταβάλλει, οἷον, ἵνα τι ἐκ γλυκέος γένηται πικρὸν, ἢ ἐκ λευκοῦ μέλαν, δεῖ τοὺς συνεστηκότας αὐτὸ ὄγκους μετακοσμηθῆναι, καὶ ἄλλην ἀντὶ ἄλλης τάξιν ἀναδέξασθαι. τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἄλλως συμβαίη, ἐὰν μὴ μεταβατικῶς κινηθῶσιν οἱ ὄγκοι. Ita ex molli durum aliquid, & ex duro molle fit; nempe partibus, ex quibus componuntur, loco motis. nam illarum διατάσει *extenſione*, mollitur durum quod fuerat, at earundem συνελεύσει καὶ πυκνώσει coitu & conſtipatione duritiem exſiſtit. Hæc Sexti non mediocriter illuſtrant id quod, de μ. οὐ μεταβολῇ τῶν ἀτόμων,

hoc loco habetur, ſimulque indicat nihil mendoſum ſubeſſe verbis.

μεταθέσεις] Duplex innuitur mutatio, nempe quæ tantùm in partibus eſt, vel qua totum in aliud totum mutatur. ex. gr. quando manus contracta explicatur, eſt *μεταβολὴ* quæ fit *κατὰ μετάθεσιν* partis. Nam tota manus ſuo loco manet, pars vero ejus ſitum mutat, quando autem aliquis currit vel ambulat; vel id quod totum nigrum erat, totum album fit; mutatio eſt *ἀφ' ὅλου πρὸς ὅλον*. Utramque mutationem remotam ait ab atomis, ut pote æternis & indiſſolubilibus, *ὄγκους* tamen & *σχηματισμοὺς* habere ſibi proprios.

55 *Κατὰ τὴν περιαίρεσιν*] Schematiſmos manere atomis probat ex *ἐναργείᾳ*, nam quæ apud nos in aliam formam mutantur, quicquid detrahatur, formam tamen aliquam ei quod remanet ineſſe deprehenditur. Aliter autem ſe res habet cum qualitatibus, *αἱ δὲ ποιότητες ἐνυπάρχουσαι ἐν τῷ μεταβάλλοντι, οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνο (σχῆμα) καταλείπονται, ἀλλ' ἐξ ὅλου*, &c. ita legerem hunc locum, *qualitates autem inhærentes ei quod mutatur, non, ut illa* (figura) *relinquuntur ſalvæ, ſed toto corpore expunguntur.* Hæc igitur quæ (poſt mutationem factam) relinquuntur, ſatis efficiunt, diſcriminis inter concretiones.

Καὶ εἰς τὸ μὴ ὄν] Lege, *καὶ μὴ εἰς τὸ μὴ. ὁ. φ.*

56 *Πρὸς τὰς τῶν ποιητήτων δ.*] Nec *ſervit differentiæ qualitatum, nempe pervenisſent etiam ad nos viſibiles atomi.* Huc ibat, ni fallor; non quamvis magnitudinem ſe tribuere atomis: hoc enim obeſſet hypotheſi, qua ſtatuit atomos differre etiam eo à concretis corporibus, quod careant qualitatibus, non autem carerent iis, ſi magnitudine quavis præditæ eſſent. Nam ita dudum ſub oculorum aciem veniſſent, quod ipſi Epicuro abſonum eſt.

57 *Πεπερασμένων*] Lege, *πεπερασμένον.*

Οἱ ἄπειροι] Lege, *ἄπειροι εἰσὶν οἱ ὄγκοι.*

Τὸ ὑποπεπερασμένον] *Τὸ ὑπὸ πεπερασμένου δὶ*

Εἰ μὴ] *Εἰ δὲ*, &c.

62 *Θάττων*, &c.] Lege, *θᾶττον ἑτέρα ἑτέρας αἰσθήσεται, τῶν ἀτόμων ἰσοταχῶν οὐσῶν*, &c.

65 *Ἀναισθησία*] Lege, *ἀναισθητήσει*, etſi cum parte avulſa ſolutaque ipſa quoque pariter pereat: *κἂν περιὸν δ. ὀξὺ τ. α.* vel, *quod reliquum eſt animæ, manſerit ſenſu accito præditum.* At in corporis contextu aliter ſe res habet. Etſi enim integer ille permanſerit, nil tamen ſentit, anima excedente.

67 *Διαλαμβάνει*] *Diſcernunt accidentia inter actiones animæ & paſſiones.*

Φέρεσθαί γε δεῖ] Lege, *φέρεται. τόδε γε δεῖ π. ὅ, τι τ. α.* oportet autem ſimul conſiderare quid ſit *τὸ ἀσώματον. λέγη γὰρ dici enim queat*, ſecundum promiſcuum vocis uſum, de iis quæ abſolute & ſine reſpectu mente concipiuntur, ſic §. 72. *καὶ μὴν καὶ τόδε γε δεῖ προσκατανοῆσαι.*

69 *Ὡς οὐθ' ἑτέρα*] *Οὐθ' ὡς ἕτερα.*

70 *Καὶ οὔτε ἀσώματα*] Lege, *οὔτε κατ' ἀσώματα.*

71 *Ὃ συμβαίνει*] Lege, *ὃ σ.* uti mox ſequitur, *συμπτώματα πάντα τὰ σώματα νομιστέον.* poſſit & recepta lectio admitti.

Οὔτε διαλέκτους] Lege, *διαλέκτου ὡς βελτίους με-* 72
ταλ. nec dialectus ut melior adhibenda, non vult tempus alio nomine, elegantiori ſcilicet, vocandum, ut *ævum αἰὼν*, *ſoles* pro *diebus*, vel *γενεὰ* pro rebus in *γενεᾷ* factis, ne quis putet res illas, quas de tempore prædicamus, ejuſdem cum ipſo eſſe naturæ, *ἀλλὰ ὡς μόνον συμπλέκομεν.* Nam Epicurus, ut Demetrius *ὁ Λάκων* explicat, exiſtimavit tempus eſſe *σύμπτωμα συμπτωμάτων, παρεπόμενον ἡμέραις τε καὶ νυξὶ, καὶ ὥραις, καὶ πάθεσι, καὶ ἀπαθείαις, καὶ κινήσεσι, καὶ μοναῖς. πάντα γὰρ ταῦτα συμπτώματά ἐστι τισὶ συμβεβηκότα. καὶ ὁ χρόνος πᾶσι τούτοις συμπαρεπόμενος εἰκότως ἂν λεχθείη σύμπτωμα συμπτωμάτων.* Sextus p. 417. confer & ſequentia quæ Laërtium §. 71. & 72. illuſtrabunt.

Καὶ ἐν ἄλλοις, &c.] Miſcellanea hîc infercit Laërt. 74
quæ ſi quis in ordinem redigere velit, næ ille maximam partem ipſum Laërtium in ordinem redigere habebit.

Οὐκ ἂν ἐδυνήθη] Scilicet, *ἐμπεριληφθῆναι, comprehendi non potuiſſent tot & tanta ſemina, ὡσαύτως οὐδὲ καὶ ἐντραφῆναι, ſimiliter nec nutriri in talibus*, idem judicium de terra ferendum, nempe quod nec illa *ἀπεκρίθη τοῦ ἀπείρου.*

Ἀπὸ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀπείρου] Lege, *καὶ ἐν μέν τισι* 75
κατὰ περιόδους καὶ χρόνους ἀπορούντα ἀπὸ τοῦ ἀπείρου, & in quibuſdam per revolutiones & tempora hæſitantem præ imperitia, in quibuſdam vero minori intervallo. Loquitur de *λογισμῷ*, qui rudis adhuc diu ſe quandoque non potuit expedire, quandoque vero citius.

Ὅθεν δὴ καὶ] Ex *καὶ* facerem *κατὰ*, nempe *κατὰ* 77
τὰς ἐξ ἀρχῆς ἐναπολείψεις τῶν συστροφῶν τούτων ἐν τῇ τοῦ κόσμου συστάσει. Unde ſecundum primigenias harum converſionum in mundi conſtitutione reliquias, oportet exiſtimemus hanc neceſſitatem & circumvolutionem fieri. Lucret. lib. v.

Namque ita multimodis multis primordia rerum
Ex infinito jam tempore percita plagis
Ponderibuſque ſuis conſuerunt concita ferri.

Unde non putat mirum eſſe, ſi vi horum principiorum, quæ ab initio talem motum indiderunt *τοῖς μετεώροις*, & adhuc reliqua ſunt in ſubjectis, ſequantur hæ vel tales converſiones.

Τὸ μακάριον] Deum nihil agere in meteororum ge- 78
nitura ait, ſed ea fieri, *κατ' ἀνάγκην* primorum principiorum, non hoc, vel illo modo, prout Deus voluerit. Nam in divina natura ſimpliciter nihil eorum eſſe, quæ afferunt diviſionem, diſtractionem & perturbationem, idque ita ſe habere, ſi cognoveris, ſimpliciter vixeris, & *τὸ μακάριον τῆς γνώσεως* habebis ex cauſarum cognitione, *τὸ δὲ ἐν τῇ ἱστορίᾳ πεπτωκὸς*, notitia vero ſimplex ortus, occaſus, &c. non facit ad hanc beatitudinem, ſi veram & ſolidam eorum Phyſiologiam ignoraveris, & non ſimul ſciveris hæc: forte etiam harum rerum plures ſunt cauſæ. quando ſcilicet quiſquam non poterit diſcutere admirationem ortam ex conſideratione cauſarum ſibi notarum, nec intelligere quomodo naturæ præcipuæ ſint comparatæ, quóque pacto

adminiſtrentur, tum confugiat eo ut forte alias latentes cauſas ejus rei eſſe, cogitet. Itaque textum ita conſtituerim, καὶ εἰ μὴ προσηδεισαν ταῦτα, τάχα δὲ καὶ πλείους, ὅταν τὸ θ. & niſi præterea ſciverint hæc (naturam & cauſas præcipuas) *forte autem plures etiam*, (cauſas) *quando nimia admiratio ex harum cauſarum conſideratione non poterit tolli, & rerum præcipuarum diſpenſatio ratioque percipi.* vel ita: καὶ ὅταν τ. θ. uſque ad οἰκονομίαν, ἢ μὴ προσηδεισαν ταῦτα, τάχα δὲ καὶ πλείους, (διὸ δὴ καὶ πλείους, &c.) ἤγουν δεῖ νομίζειν. & *quando nimia admiratio, &c.* aut non ante noverant hæc, forte non plures (eſſe cauſas) ideoque plures etiam deprehendimus, &c. καὶ τοιουτοτρόπων & *ſimilium*, quemadmodum in particularibus. (τοιουτότροπον, eſt uti τοιουτόσχημον, ἀλλοιόσχημον, apud Sextum pag. 177. contra M.) aut ad minimum putandum horum (principiorum) uſum nondum eo perveniſſe perfectionis, ut nos beatos & perturbationis vacuos redderet. Cauſam reddit geminam, cur ex phyſica conſideratione meteororum non ſemper naſcatur animi tranquillitas. Nam aut non noverant naturam ejuſque cauſas, forte non plures noverant. Cauſæ enim plures ſunt, ſolſtitiorum, ortus, occaſus & ſimilium, aut ſaltem putandum uſum harum rerum nondum ſatis expolitum eſſe, ita ut ex eo tranquillitas poſſit percipi.

81 Ὥσπερ οὖσαν κατ' αὐτούς] Quaſi hæc ἀναισθησία, ſit κατ' αὐτούς, *ad ipſos pertineat*, negat mortem timendam propter amiſſionem ſenſuum quæ nihil ad nos.

Ἀλόγῳ γέ τινι παραστάσει] *Saltem cogitatione vel imaginatione ratione deſtituta.* quæ tantundem perturbationis affert ac ipſa opinio.

83 Δυνατὸς] Locum ita legerem, ὥστε α. γ. ου. ο. λ. δ., εἶναι, ἐὰν κατεσχέθη μ. ακ. καὶ ἂν μὴ π. α. &c. *puto itaque hunc ſermonem efficacem fore, ſi accurate memoria retineatur, & quamvis non exquiſite ſingula perveſtigaverit aliquis, tamen incomparabilem animi magnitudinem cum reliquis comparatus hominibus adipiſcetur.*

Καθαρὰν] Lege, μακρὰν, *longe à ſe removebit multa, per ea, quæ nobis ſingulatim & accurate pertractata ſunt toto opere, & ea ipſa memoriæ ſi mandata fuerint, ſemper erunt adjumento.*

Ὅσα δὲ μὴ, &c.] Lege, ὅσοι δὲ μὴ π. α. τ. α. εἰσὶν γ ἐκ τούτων, *ex his vel ſine verbis, uno mentis intuitu præcipuum rerum orbem tranquillandi animi gratia contemplantur.* In epiſtola hac plurimis in locis ita loquitur Epicurus, ut non ſatis intelligi poſſit, ſive ob rerum obſcuritatem, ſive quod noluerit, ſi potuiſſet, planius & apertius loqui. Obſcurior enim eſt etiam cum de re illuſtri & in vulgus nota ſermo eſt, uti vel epiſtolæ hujus finis indicet. Accedit fertilis mendorum ſeges quæ cum obſcuritate ipſius ſtyli conjuncta efficiet, ut critices exercendæ nunquam defutura ſit poſteris materies.

Epiſtola ad Pythoclem.

85 Ἐγκυκλίων τινος] Ἐγκύκλια, hoc loco non ſunt *diſciplinarum liberalium orbis*, nec earum cultoribus hanc epitomen ſcripſit Epicurus, profeſſus hoſtis artium liberalium, ſed *vulgaria vitæ humanæ officia, quibus quidam immerſi diſtrictique non habent tantum temporis reliquum, ut juſta opera Phyſiologiæ à capite ad calcem perlegant.* Horum ἀσχολίαν βαθυτέραν conſultum voluit Epicurus. Vetus Onomaſt. *vulgaris* ἐγκύκλιος. ἐγκύκλια διακονήματα ſunt domeſtica miniſteria, quæ quotidie in orbem redeunt.

Εἴτε κατὰ συναφὴν] Sive illa meteora fuerint, & dicantur κατὰ συναφὴν, *quæ per ſe non ſubſiſtunt*, ſed cum alio conjuncta ſunt corpore, ſive αὐτοτελῆ, *quæ per ſe abſolvunt ſuum corpus.* Hæc ab aliis dicuntur μετέωρα καθ' ὑπόστασιν, illa verò κατ' ἔμφασιν.

Τὸ ἀδύνατον π.] Id quod fieri non poteſt, non 86
eſt per vim in medium protrudendum. In epiſtola hac infinitivus paria facit cum imperativo. Epictetus ἑστακέναι τινὰ πρὸ τοῦ κοιτῶνος, id eſt, ἑστακέτω τις. lib. III. cap. 22.

Μήτε ὁμοίαν] Nec contemplatio per omnia ſimilis eſto illi philoſophiæ, quæ agit de vitæ humanæ rebus, aut quæ ſubruit alias quæſtiones phyſicas, id eſt, quæ fundamenti inſtar eſt aliis ſuperſtructis αἰτιολογίαις, & uno tantum modo ſe ſemper habet, cumque ſenſibus conſpirat μοναχῶς, exempli gratiâ, τὸ πᾶν σῶμα καὶ ἀναφὴς φύσις ἐστὶ, *quicquid eſt, corpus & inane eſt.* Hoc principium eſt Epicureæ phyſiologiæ, quo negato ſequitur καθάρσις τῶν ἄλλων φυσικῶν προβλημάτων. Præterea tantum uno modo convenit cum perſpicuitate ſenſuum, & non recipit varias contemplationes uti meteora. Proinde diverſam à meteorologia contemplationem habet.

Κατὰ πάντων] *In omnibus, qui per varium philo-* 87
ſophandi modum repurgati ſunt convenienter iis, quæ videntur. Epicurus dicit omnia meteora fieri ἀσείστως, nec ullum incutere terrorem omnibus illis, qui per varium philoſophandi modum repurgati ſunt, nihilque admittunt, quod non cum phænomenis conſentiat. Nempe, quando aliquis ita ſe comparaverit, ut cauſas plauſibiles meteoris ut par fuerit, relinquat, alias ſcilicet ab iis, quas ipſe novit; nec ſibi imaginetur, ſe omnes hujus vel illius meteori cauſas in numerato habere. Nam ſi hoc ſibi perſuaſerit, facilè fiet, ut aliàs cauſas æquè plauſibiles ac ſuas, pariterque à ſenſibus probatas, damnet, & ita planè ineptus ad φυσιολογίαν, fabulis animum applicet.

Σημεῖα &c.] Lege φέρει τινὰ τῶν παρ' ἡμῖν φαινομένων. *Signa verò quædam eorum, quæ in ſublimi conflantur, geruntur à quibuſdam, quæ apud nos videntur, & ea mente comprehenduntur, aut revera ſunt: non verò* (ſunt), *quæ in meteoris apparent. Illa enim* (quæ revera ſunt) *non poſſunt per naturam pluribus modis fieri.* Ita nubes variorum animalium ſæpè præferunt ſpecies. *Sæpè gigantum ora volare videntur, & umbram ducere latè: interdum montes magni, avulſaque ſaxa montibus* (l. motibus) *anteire, & ſolem ſuccedere præter. Inde alios trahere & inducere bellua nimbos.* Lucretius lib. IV. ubi *bellua* eſt nubes belluam referens. Ariſtophanes de Nub.

Ἤδη πότ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλην κενταύρῳ ὁμοίαν, Ἢ παρδάλει, ἢ λύκῳ, ἢ ταύρῳ.

Ubi videatur Scholiaſtes Græcus. Hujusmodi nubes ſigna præ ſe ferunt eorum quæ nobis videntur, & revera apud nos ſunt aliquid, nempe animalia, montes, gigantes. At quæ in nubibus apparent, videntur tantùm & non ſunt. Nam ſi eſſent, non poſſent aliis atque aliis modis fieri. Nihilominus horum in ſublimi apparentium ſpecies, (*φαντάσματα*) ſunt notandæ ſingulæ, ut quælibet diſtinctè referri poſſit ad id quod ei apud nos reſpondet, nec contra ſenſus committit, quò minùs non poſſit variis fieri modis. Sic habebitur ſenſus ſatis perſpicuus, ſine Gaſſendi *βιαίοις* correctionibus.

Καὶ οὗ] Sc. πέρατος. Paulò pòſt λήγουσαν ἢ ἐν πεμαγομένῳ, quod & Gaſſendo placuit.

89 Καθάπερ τινὰ φασιν] Lege κ. τινές φασιν, negat ſe intermundium in inani & magno aliquo puro locare, ut quidam faciunt, ſed in loco *multis modis vacuo*, πολυκένῳ.

91 Ἡλίκον ὁποῖον] Inter hæc duo inſerendum καὶ, *quantus & qualis videtur.*

Ἄλλο γάρ] Aliud enim illi (magnitudini ſolis quam colori) intervallum, quod magis ſit accommodatum colori, non datur. Sed ſecundum unum idemque (intervallum) vel *major ſit magnitudo ea quæ videtur, vel paulo minor, vel talis, non uno tempore* οὐχ ἅμα.

92 Ἄναψιν καὶ σβέσιν] Unde proverbium fecit Plato lib. VI. Polit. ἀποσβέννυται πολὺ μᾶλλον τοῦ Ἡρακλειτείου ἡλίου, *magis exſtinguuntur & intereunt, quàm Sol Heraclidi* vel Epicuri. Unde apud Poëtas Epicuri ſectam ſequentes, *Sol oriens*, dicitur *Sol novus.*

94 Ἐὰν μή τις] Varias defectionis lunæ, aliarumque ejus affectionum cauſas dari poſſe ait, prout ſuaſerit id quod videtur apud nos, niſi quis plus juſto amaverit illum philoſophandi modum, quo uni ſe addicit ſententiæ, reliquis valere juſſis, οὔτε θεωρητικῶς τί δυνατὸν ἀνθρώπῳ θεωρῆσαι καὶ τί ἀδύνατον καὶ δ. τ. α. θ. ε. *Non cupiens ſpeculari, quid homo poſſit conſiderando efficere, & quid non poſſit, & propterea cupiens in rerum, quæ non fieri poſſunt contemplatione verſari.* Vituperat Philoſophos, qui uni opinioni addicti in cauſis naturalibus, malunt abſurda, & quæ fieri non poſſunt potiùs ſtatuere, quàm plus ultra tendere, & alias quoque indagare cauſas, adeoque experiri, quantum valeat hominis contemplatio, & quo uſque progredi poſſit. Hunc philoſophandi modum vocat τὸν μοναχῇ τρόπον. Poſſet & τὸ ἐπιθυμῶν, ſtatim ſubjici τῷ θεωρῆσαι, & deinde pro θεωρεῖν, θεωρῶν legi, ſenſu eodem. τῷ μοναχεῖ τρόπῳ opponitur, qui ſtatim ſequitur πλεοναχὸς τρόπος.

95 Καταῤῥεπῇ] Malim καταῤῥέπῃ, alias verbum eſſet καταῤῥεπέω, quod nondum ad liquidum deductum.

Κατ' ἐπιπροσθέτησιν] *Aut intervenientibus aliis corporibus, quæ obſtruunt ejus luminibus, variasque formas* afferunt eique officiunt. Huc refero illa Lucretii libro V. ubi dicit, Lunam etiam lumine inſtructam varias ſplendoris formas reddere poſſe:

Corpus enim licet eſſe aliud, quod fertur, & unà
Labitur, omnimodis occurſans officiensque,
Nec potis eſt cerni, quia caſſum lumine fertur.

Hos verſus ita intelligo, ut corpus quod juxta cum luna labitur opacum, & ſine lumine, variis modis occurſando efficiendoque defectum lunæ, & formas alias cauſetur. Nonne hoc eſt τὸ ἐπιπροσθετεῖν?

Καὶ ὅσοι π.] Lego καὶ ὅσοι πάντως ἂν τρόποι.

Τοιαύτην ἰχνεύειν] Ὁδὸν ſæpius Græci ſubintelligunt, 96
ut ἑτέραν τραπέσθαι, *aliam viam ingredi. Nolim addere, in omnibus meteoris talem viam indagandum eſſe.*

Τοῦ τῆς γῆς σκιάσματος] Sc. ἐπισκοτοῦντος.

Τοὺς ἄλλους] Lege τούς τε ἄλλους, nam τε illud 97
quod τῷ εἰς appoſitum erat, eo pertinebat. In ſequentibus legerem, καὶ τὰ φαινόμενα ἃ δεῖ σημεῖα μὴ ἀποδέχεσθαι, δυναμένους σὺν θεῷ χαίρειν. Cum *poſſent cum Deo hilares lætique agere.* Cætera non indigent ulteriori correctione.

Γίνεσθαι] Subintellige φησὶ. Geminam reddit cau- 98
ſam inæqualitatis dierum, noctiumque, nempe motum ſolis ſuper terra, vel celeriorem, vel tardiorem, καὶ παρὰ τὰ μήκη τόπων παραλλάττοντα, & *locorum ſpatia diverſa.* ὡς καὶ παρ' ἡμῖν τόπους τινὰς περαιοῦντα τάχιον ἢ καὶ βραδύτερον τινὰ θ. *ut & apud nos nonnulla videntur loca quædam* celerius peragrare, vel *quædam verò tardius.*

Ἐπισημασίαι] *Signa tempeſtatum, ſerenitatis* &c. dicit fieri vel κατὰ συγκυρήσεις καιρῶν, *quia partes anni fortè ita ſecum ferant, id quod in animalibus videmus, quæ ob oculos verſantur,* καὶ κατ' ἀέρος μεταβολὰς, *ut & ob aëris mutationes.* Virgilius, Epicuro addictus. Georg. I.

Verum ubi tempeſtas & cœli mobilis humor
Mutavere vias, & Juppiter humidus auſtris
Denſat, erant quæ rara modo, & quæ denſa relaxat,
Vertuntur ſpecies animorum & pectora motus,
Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt: hinc ille avium concentus &c.

Κατὰ demigravit ſæpius in καὶ. cum librarii compendium ſcriptionis, quo κατὰ in MSS. Codicibus exprimitur, ignorarent.

Ἤδη δὲ πᾶσι] Jam verò, quibus (ſubjectis) aut 99
propter hanc (καιρῶν συγκύρσεις) aut illam (ἀέρος μεταβολὰς) cauſam obveniat (ἐπισημασία) non licet animadvertere. Senſus eſt; quænam ex his duabus cauſis ἐπισημασίας huic aut illi ſubjecto competat, non certo ſciri.

Πιλήσεις ἀέρος] Lego poſteà, καὶ πνευμάτων συνωθήσεις, & per *ventorum compreſſiones.* Lucretius corpora multa volando in cæli ſpatio coïre, & pauliſper impedita, tandem inter ſe compreſſa teneri ait. Et tenuia, inquit, nubila venti portant ad montium vertices, ubi condenſata & arcta (συνωσθέντα) apparent.

Ἐπ' αὐτῶν] Lege ἀπ' αὐτῶν ἡ μὲν θ. ἡ δὲ μ. Deinde ab iis partim compreſſis, *contruſis* partim ſe mutantibus & diſſolutis pluvia poteſt conſici. Gaſ-

ſendus ὕδατα mutat in ὑετοὶ, quod hîc non de generatione aquarum universè, ſed de pluvia ſpeciatim ſermo ſit. Verùm non meminerat Vir doctus, cùm hæc ſcriberet, Epicurum loqui more Attico, quo ὕδωρ idem eſt quod pluvia. Ariſtophanes in Veſp. ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχει τὸν θεὸν ποιῆσαι. Et paulò poſt: δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μὴ στι πρώϊμα ὕδωρ γενέσθαι.

100 Ἔτι τε πνεύματα] Sc. δύναται συντελεῖσθαι, uti mox ad κινουμένων ex præcedentibus repetendum. ῥευμάτων, Epicurus enim lectorem memorem requirit.

Κατάξεις] *Dum franguntur, rumpuntur nubes in modum cryſtalli concretæ.*

101 Ἐκπιασμὸν] Dum compreſſis nubibus exprimitur flamma.

Διήθησιν] *Dum tenuiſſimus ignis per nubes percolatur.* Cætera non videntur ullâ correctione indigere, niſi quod poſt ῥήξεις δὲ νεφῶν, exciderit τὸ καὶ.

102 Ἐχόμενον] *Eum qui & iis quæ videntur intentus eſt, & quod illis ſimile eſt, perſpicere poteſt.*

Ἐν τοιῷδε τινι π. ν.] Si nubes hoc vel illo modo ſe habuerit, poſteà lego ἐκπίπτειν, & *ſimulac ventus exciderit nube, fulgur ſimul extruditur*, ſonus verò tum demum fit, cum ſpiritus vel ventus inter ſe conglobatus & colliſus crepet, vel κατ' ἔκπτωσιν α. ω. & ſi ambo ſimul nube exciderint, fulgur reſpectu noſtri celeritate majori fertur, tonitru verò tardiùs movetur.

Πληγάς τ. π.] Et *ictum inferunt.*

103 Κατάῤῥηξιν μέρους] Abrupta parte incenſi ſpiritus aut venti, & cum impetu excidente in loca inferiora. abruptio oritur, ex eo quod loca proxima ſint denſiora à nubibus concretis, καὶ κατὰ ταύτην δὲ τὴν ἔκπτωσιν τοῦ πυρὸς ἀνειλουμένου, & *igne dum excidit, convoluto & coaleſcente*, καθὰ καὶ βροντὴν ἐνδέχεται γίνεσθαι πλείονος (πυρὸς) γ. *quemadmodum & tonitru poteſt fieri majori copia ignis collecta vehementiuſque inflata ſpiritu & nubem perrumpente, eo quod prohibeatur progredi ad loca proxima, propter factam condenſationem, ut plurimum quidem, ad montem quemdam excelſum, quo maximè ferantur fulmina*, ἢ πρὸς ἄλλα, *aut ad alia.*

105 Ὡς ἂν καὶ ἡ α.] *Prout fuerit natura venti cum primum moveri incepit.* Motus enim qui ſequitur, primis venti principiis accuratè reſpondet.

Ἀπόληψιν] *Cum ventus terræ incluſus minutiores ejus partes, quibus ſe applicuit, continuò movet*, conquaſſatque terram. Hîc ventus aut extrinſecus aſſumitur humo impactus, vel in locis cavis & antro ſimilibus, ἐκπνευματοῖ (ita enim lego pro ἐκ πνευμάτων) *inflat, animat, verſat, incitat, exagitat*, (his enim verbis τὸ ἐκπνευματοῖ expreſſit Lucretius libro VI.) condenſatum aërem hîc motus venti, ſi longiùs progrediatur, ſubruatque multum humi, & iterum illidatur ſolidioribus terræ partibus, in ſe quaſi collectus repulſuſque magis & magis ingraveſcit, terramque concutit. Sunt & alii modi plures, quibus hîc terræ motus fieri contingat. Jam ſubjicit horum ſubterraneorum ventorum cauſas. Ventos autem fieri contingit κατὰ χρόνον, *pro ratione temporis*, i. *certo tempore, cum vis aliena extrinſecus* ſemper & paulatim terræ ſe inſinuet, vel, quando copioſior aqua ſub terra collecta eſt. Reliqui ventorum fiunt, cùm pauci incidunt in terræ concava, καὶ διαδόσεως τούτων γενομένης, & *aliis alii ſuccedunt.* Hæc de ventis extrinſecus terræ accedentibus, illa de intrinſecus natis intelligenda ſunt, & adhuc pertinent ad terræ motum, Lucretius lib. VI.

Fit quoque, ubi magnas in aquæ vaſtasque lacunas
Gleba vetuſtate è terra provolvitur ingens,
Ut jactetur, aquæ fluctu quoque terra vacillet:
Ut vas in terra non quit conſtare, niſi humor
Deſtitit in dubio fluctu jactarier intus.

Gaſſendus hîc in alia abit, & ut obtineat quod vult emendationem ex emendatione fulcit. ἐκπνευματόω legitur pag. 294. ἐκπνευματώσις.

Πάντοθεν δὲ] Sequi debuit ſtatim κατὰ πνευματωδῶν τινων περίστασιν καὶ καταμέρισιν. 106

Διαφόρων σ.] Lege διὰ πόρων συμμετρίας per *meatus modicos* nubium tenuis effunditur aqua. Deinde lego ἀποστήματος φορᾶς. Triplicem cauſam tenuitatis aqueæ affert. Nempe vel pororum συμμετρίαν in nube, vel compreſſionem nubium aptarum, vel intervallum per quod deſcendit aqua illa. Poſtea in deſcenſu illo congelaſcit. Etiam Plutarchus teſtatur Epicurum nivi tribuere μακρὰν καταφορὰν, *longiorem deſcenſum.* 107

Ἐν τοῖς τ.] Ἐν οἷς τ. 108

Ἡ] Lege ἢ ſc. πρόσλαμψις, quæ pro aëris natura efficit luminis, aëris, aut ejus coloris idiomata, ſive omnia, ſive unam tantum coloris ſpeciem, à qua proximus aër ſimili fulgore imbutus, colores illos recepit, quos videmus per affuſum ſplendorem in partibus. 109

Τὰ δὲ τῆς π.] Quod verò ad orbem iridis attinet, ejus tres affert cauſas. Nempe quod viſui intervallum illud undiquaque par ſe offerat, aut atomi in aëre in illam ſpeciem contrudantur, ἢ ἐν τοῖς νέφεσιν τοῦ αὐτοῦ ἀέρος προσφερομένου πρὸς τὴν εἴλην α. *aut in nubibus ab ipſo aëre ſolis fulgore objecto abſiſtentibus atomis, orbem quendam haberi, demittere hanc concretionem.* 110

Καὶ κατὰ] Lege ἢ κατὰ π. vel undique aëre ad lunam ſuccedente, aut quæ ab illa effluunt æqualiter reprimente in tantum, in quantum non planè & penitus, ſed in nebuloſum illud & circumjectum corpus ſecernantur. Vel vicinum circa aërem reprimente (illo nebuloſo corpore) tam concinnè undiquaque, ut orbis illum & denſum corpus lunam circumdet. ἀναστέλλοντα, Atticè pro ἀναστέλλοντος. Alterum ἀναστέλλοντος refero ad νεφοειδὲς τοῦτο. Ad ultimum lego εἰς ὃ τὸ π. αν. π. κ. π. περιστήσαι.

Ἐπιλαμβανομένης] Aut *calore poros aptos occupante.* 111

Μὴ κινεῖσθαι] Οὕτω, ſcilicet ὡς τὰ πλανώμενα. Paulò poſt lego παρὰ τὸ κύκλῳ κινούμενα &c. Deinde καθ' οὓς τόπους. 113

Συμφιλίας] Lege συμφυλίας, naturarum cognatarum conſpirationem ita vocat; ut alienas & repugnantes ἀλλοφυλίας ſuprà §. 106. 115

Ἐξόδους

Ἐξέδους] Animalium motus, inceſſus, vias, & alia quibus futurorum ſigna putantur oculis divinitus ingerere.

116 Οὗ ἕνεκεν] ἀταραξίαν indigitat.

Ἧ μάλιστα] Ἧ μάλιστα, *quam maximè*. Heſychius: ἥ μάλα· ὄντως, λίαν.

117 Μηδὲ πλάττειν] Lege μηδὲν π. *Nihil ſimulare* ſuâ ſponte, *potiùs voluerit perturbationibus eſſe obnoxius*. Voluit Epicurus ſapientem adeò fugere & abominari omnem ſimulationem, ut malit veris affectibus teneri quàm ſimulatione.

Οὐκ ἂν ἐμποδίσαι] *Nulli obſtaculum obmoliatur, quantum ad ſapientiam* (ſapiens).

Παντὶ ἔθνει] Sive ἔθνει legeris ſive ἔθει, ſenſus eodem recidet. Nam quælibet gens ſuos mores, conſuetudines, & vivendi rationem habet; & vice versâ.

118 Ὁ δὲ οὐχὶ.] *Alius verò non*. ſcilicet hæc faciet, quæ de ſapiente dicta ſunt. Vel, alius non ita ait, ſiquidem cum quæſtioni ſubjicietur, ibi & μυγμῷ & οἰμώξει dolorem profitebitur. Laërtius enim non Epicuri tantùm, ſed aliorum ejus ſectatorum dicta affert. Vel legendum ὁ δὲ οὕτως· At inſpecta edit. Baſileenſi, quæ habet διά τε ὁδοῦ, ſuccurrebat legendum, ὁμοίως τε δι' ὅλου, & ſic in univerſum, ſcil. χάριν ἔξει.

119 Τηρήσειν ἐν μέθῃ] *Non obſervaturum in ebrietate*, φαινόμενα ſcilicet, vel φαντάσματα. τὸ φάντασμα τῶν μετεώρων τηρητέον, inquit Epicurus epiſtola ad Pythoclem. Hujusmodi τηρήσεις non faciet ſapiens ἐν μέθῃ, ne à *phænomeno*, id eſt, à janua aberret.

Ἀλλὰ καὶ πηρωθείς.] Et ſi oculis orbatus fuerit caſu aliquo, non tamen è vita migrabit morte violenta, nec hanc eſſe εὔλογον ἐξαγωγὴν exiſtimabit.

120 Φιλαγρήσειν] Libenter ruri futurum. Ipſe ſuo hoc docuit Epicurus horto. Plinius lib. XIX. cap. 4. *Jam quidam hortorum nomine in ipſa urbe delicias, agros, villasque poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus otii magiſter. Uſque ad eum moris non fuerat, in oppidis haberi rura.*

Φίλον τε οὐδένα] Baſileenſis, φίλων τε οὐδέν, *quod amicorum eſt. ſibi non paraturum* ſapientem, vel *non poſſidebit aliquid quod amicorum eſt*. Sed ut fateor τοῦμὸν πάθος, videtur legendum ἀδικήσεσθαι. Hoc modo; φίλων τε οὐδένα ἀδικήσεσθαι, *nulli amicorum injuriam facturum*. Emendationis ratio facilè apparebit ex præcedenti οὐδένα. Tum etiam è re ipſa. Eſt enim Epicurus φιλόφιλος.

Καὶ τὴν ὑγίειαν &c.] Prout poſſidentis animus fuerit, ita ſanitas vel bona vel mala eſt. Bona, cum inſtrumentum virtutis honeſtatisque; mala, cum vitiorum voluptatumque ancilla eſt.

Διὰ τὰς χρείας] *Propter vitæ neceſſarios uſus Amicitiam inquit eſſe; propter mutuos uſus*. At oportet prævenire & occupare amicum in dandis beneficiis, more agricolæ, qui ſementem ſpargit antequàm metat, ita coit amicitia primulum. Durat autem & ſibi conſtat commercio voluptatum, hoc continet coagulum amicitias. Harum voluptatum præcipua illa eſt, quæ proficiſcitur ex *τῷ idem velle & idem nolle*.

Εἰκόνας τε α.] Hunc locum ita legerem, εἰκόνας 121
τε ἀναθήσειν ἀδιαφόρως ἂν σχοίη, ultima aliquis interpretamento, εἰ ἔχοι illuſtravit, quod deinde in textum irrepſit. Nec apparet ratio, cur porticus tantum voluerit mentionem facere, ἐξονομακλήδην, templis, aliisque locis publicis prætermiſſis.

Ποιήματά τε ἐνεργεῖν] Cum poëmatibus rem habere, eaque legere & uſurpare ſapientem. Accipitur quandoque κακεμφάτως, hoc verbum, ut in τῷ, ἐνεργεῖν ψαλτρίαν. Hoc loco eſt tractare & in manibus habere poëmata, evolvere &c. Hoc non indignum putat ſapiente, ſed componere & condere tale quid, id verò ſapientis non eſſe exiſtimat.

Οὐκ εἶναί τε] Illud οὐκ ex præcedentibus hîc malè inculcatum furcilletur.

Ἐπιχαρίσεσθαι] Lege ἐπιχαρήσεσθαι, *gratulaturum* alicui ſapientem ob rem benè geſtam.

Ἔνθεν αἱ μέγισται β.] Inde damna maxima ſunt, 124
nempe ex opinionibus falſis, quibus ſibi homines tales & tales Deos imaginantur: exempli gratiâ, ἄται (ita enim lego pro αἰτίαι) τοῖς κακοῖς ἐκ θεῶν ἐπάγονται, *mala malis à Diis acceſſuntur*, & *commoda* τοῖς ἀγαθοῖς. Nam libenter admiſerim hoc ultimum textu excidiſſe. Deinde lego τοῖς γὰρ ἰδίοις οἱ. διὰ παντὸς τοὺς ἀρεταῖς ὁμοίους; ἀ. Hæc non ſunt verba ipſius Epicuri, ſed ratio illorum, qui malis à Deo malè, & bonis benè eſſe volunt. Qui hoc non obſervaverit, facilè adducetur, ut credat non omnem tolli ab Epicuro providentiam, cum tamen ille in epiſtola ad Pythoclem tantum non clamet, ἢ θεία φύσις πρὸς ταῦτα μηδαμῇ προσαγέσθω &c. Quod non tantum de meteoris, ſed de aliis quoque rebus humanis intelligendum.

Συνέθιζε δὲ ἐν τῷ] Vellem pro ἐν τῷ, αὐτόν. Sed nihil opus. Nam pronomen verbo συνέθιζε ineſt, uti ἐπιστρέφομαι ſignat, *converto me*.

Στέρησις αἰσθήσεως] Epicurus nihil ad nos pertinere mortem ait, quia ἐν ἀναισθησίᾳ nec mali aliquid, nec boni eſt. τὸ μὲν γὰρ ἀναισθητεῖν τὰ νεκρὰ τῶν σωμάτων, οὐχ ὁ ποιητὴς μόνος εἶδεν, ἀλλὰ καὶ ὁ σύμπας βίος. Sextus adverſus Mathem. p. 57.

Οὔτε φοβεῖται] Videtur excidiſſe ἀλλ', οὔτις φ. 126
τ. μ. ζ. οὐ γὰρ α. πρ. τ. ζ. οὔτε δοξάζεται κακὸν εἶναι, τῷ μὴ ζῆν, verùm (ut reſpondeam vulgi opinionibus) nemo timet non-vivere. Non enim illud (non vivere) conjunctum eſt cum vita. Neque opinatur malum eſſe (τὸ μὴ ζῆν) eo ipſo quod non amplius vivit. Quin potiùs vitæ tempore non longiſſimo ſed ſuaviſſimo fruitur, quemadmodum non eligit neceſſariò cibum copioſiorem, ſed ſuaviorem.

Οὐκ ἔτι] Lege καὶ ἔτι τῆς ἡδ. δ. *Et adhuc indigemus* 128
voluptate. Si retinemus vulgatam, legendum παρούσης δὲ, *cum autem adeſt voluptas, vel abeſt dolor, non amplius indigemus voluptate*.

Κακῶς ἐκδεχόμενοι] Ut quidam vel ignorantes, vel diſſentientes, vel malè explicantes, exiſtimant.

Ἔχει βραχίστην] Ultima vox dividenda βραχεῖς 133
τὴν ὁ.

Ἀγγέλλοντος] Lege ἀνελόντος, *qui tollit fatalem neceſſitatem, partim à fortuna, partim à nobis vel noſtris actionibus. Nam neceſſitas abſoluta eſt ab omni ſuperiori poteſtate, fortuna verò inſtabilis, modo ſunt modo illuc inclinat. Noſtræ verò actiones liberi huc arbitrii, unde vel laudem vel vituperium merentur.* τὸ παρ' ἡμᾶς eſt καθ' ἡμᾶς, ut & infrà § 135.

134 Ἐλπίδα παραιτήσεως] *Placatur donis Juppiter ipſe datis.*

136 Τὴν καταστηματικὴν] Cicero vocat *voluptatem in ſtabilitate.* lib. II. de Fin. Bon. & Mal.

137 Τὰ ζῶα] ἀδιάστροφα ὄντα, ſi ſana & non depravata fuerint, addit Sextus libro III. Hypotypoſeon capite 24.

Καταβιβρωσκόμενος] *Cum corpus ejus abſumeretur* ab tunicâ veneno infectâ.

139 Οὓς μὲν κατ' ἀριθμὸν] Deos Epicurus fingit *ſecundum numerum exiſtere.* Id eſt, ita exiſtere ut numeri exiſtunt: exiſtunt autem illi, ſeparati à rebus ſenſibilibus, ſine corpore, ſine ſoliditate, ſine corruptione. Deinde ait eſſe eos homini conformes, ex continuo affluxu ſimilium ſpecierum in unum tendentium. Iſtæ autem ſpecies ex infinitis corporibus & individuis nunquam deſinunt accedere, & tam feliciter concurrunt, ut ex iis formâ hominis Deus naſcatur. In hanc ſpecierum ſimilium figurationem intenta mens beatam illam & ſempiternam naturam contemplatur. Hæc eſt θεογονία Dei Epicurei ex atomorum idolis, de qua verba Ciceronis meritò mea fecerim: puderet dicere, me non intelligere, ſi illi ipſi intelligerent, qui iſta exponunt aut defendunt. Nempe, hæc ipſa Deorum σκιαγραφία probatur, quod nonnulli verè dixerunt, Epicurum verbo relinquere Deum, re verò ipſa tollere: idque magis confirmatur ab origine, quam Diis attribuit quoad homines. Nam Dei notitiam homines à ſpeciebus, per ſomnum oblatis, accepiſſe ſtatuit apud Sextum contra Mathem. pag. 312. μεγάλων γὰρ εἰδώλων, φησὶ καὶ ἀνθρωπομόρφων κατὰ τοὺς ὕπνους προσπιπτόντων, ὑπέλαβον καὶ ταῖς ἀληθείαις ὑπάρχειν τινὰς τοιούτους θεοὺς ἀνθρωπομόρφους. Ceterùm, in textu legendum ἀποτετελεσμένους ἀνθρωποειδεῖς.

140 Οὐ χρονίζει τ. α.] Quod dolet vel dolorem cauſatur, non diu durat in carne. Nam illud vel eſt ſummum, vel remiſſum. Si ſummum, τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι, *momentaneum eſt.* Si remiſſius, illud vel eo in gradu eſt, ut pauxillum vincat id quod delectat, vel æquet. Si vincat, dicit Epicurus, τὸ μόνον ὑπερτεῖνον τὸ ἡ. *Dolor qui paulum ſuperat, id quod delectat non adeo diu durat,* quia *pauxillum abeſt quin exſpiret. Sin æquet, tum verò dolor* τὸ πολυχρόνιον habet, ut videre eſt in morbis plurimis, ubi τὸ ἡδόμενον πλεονάζει ὑπὲρ τὸ ἀλγοῦν, *quod delectat cum eo quod dolet paria facit.* & ſic quoque dolor eſt remiſſus. Auctores alii Epicurei ſtyli ἀρυθμίαν correcturi totam rem ita complexi ſunt. *dolor gravis eſt brevis, dolor longus eſt levis,* ſenſus tamen idem.

Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν] *Non licet ſuaviter vivere, niſi prudenter honeſteque vixeris: non licet juſtè vivere, niſi ſuaviter vixeris.* Cui autem illud (ſuaviter vivere) *non eſt, non vivit prudenter honeſtéque,* & ᾧ μὴ δικαίως (ita legerem) & *cui non eſt juſtè vivere, ille nec jucundè vivet, hominibus conſiſus, aut* κατὰ φύσιν ἀρχῆς καὶ βασιλείας ἀγαθῶν, *quæ ſua natura imperii regnique bona dant, ſecutus, ex quibus id numquam ſibi poterit acquirere.* Exemplo declarat à regibus petito, non eſſe eam regiæ ſortis vim, ut poſſit reddere vitam ſuavem ſine honeſtate, prudentia & juſtitia. Alii ſplendore nominis & gloria rerum geſtarum ſuavem vitam benevolentiamque hominum ſibi comparare voluerunt, ſed nec illi quietem animique tranquillitatem, quam natura duce appetebant hac via aſſecuti ſunt. Adeoque nec humana fiducia, nec regii faſtigii bona, nec claritas nominis, & late diffuſa fama quicquam fecerint, ad bene, prudenter, ſuaviter, juſteque vivendum.

Εἰ κατεπυκνοῦτο, &c.] Si colligeretur & quaſi 142
conſtiparetur ita omnis voluptas, ut & diu duraret, & ejus cumulus quo major eo efficacior eſſet, aut afficeret præcipuas naturæ partes, non eſſet alia voluptas aliâ melior. Tria deſiderat in voluptate, quo minus liquida, pura & ab omni moleſtia repurgata ſit. Nam non καταπυκνοῦται χρόνῳ, non denſatur creſcitque eundo, cum tempore, ſed potiùs deficit paulatim & quo diuturnior eſt, eo languidior evadit. Deinde τὸ ἄθροισμα οὐ περὶ ὀδὸν, (aliàs Græcis dicitur πρὸ ὀδοῦ,) id eſt, *voluptatis copia non juvat aut hilum proficit, imo potius obruit ſenſus & hebetat, ne dicam quot ſecum trahat moleſtias.* Accedit quod non ſit voluptas περὶ τὰ κυριώτατα μ. τ. φ. *circa præcipuas naturæ partes.* Non enim ſemper afficit animum & corpus ſimul, ſed corpore delibuto voluptatibus, ſæpiùs dolet animus acerrimè, & vice verſa. Nec provenit à præcipuis naturæ partibus, ſed à viliſſimis quandoque. Quæ cum ita ſint, non mirum diſcrepare inter ſe voluptates & de fonte earum ſemper profluere amari aliquid.

Εἰ μηδὲν ἡμᾶς, &c.] *Si ſuſpiciones de meteoris, nihil nobis moleſtæ eſſent, nec illæ de morte,* μή ποτε πρὸς ἡμᾶς ἐστι· ἔτι τε ἐτολμῶμεν (ita lego ex Baſil. edit. τετόλμημεν) νοεῖν τοὺς ὅρους, &c. *ne forte ad nos pertineat. Præterea ſi auderemus conſiderare & intelligere, quinam ſint fines dolorum & cupiditatum, non indigeremus Phyſiologia.* In epiſt. ad Herod. ait, τὸ μακάριον ἐν τῇ περὶ τῶν μετεώρων γνώσει ἐνταῦθα πεπτωκέναι. *beatitudinem quæ eſt in ſcientia meteororum, eo recidiſſe, eò tetendiſſe.* nimirum ut recte de iis opinari aliquis poſſit, nec aliquid iiſdem προσδοξάσῃ, repoſui hîc τὸ ἔτι τε, quia illud admodum frequens eſt in epiſtolis ejus: ut ἔτι τε οὐ τὸ πλεονεκτῶς ἐν τοιούτοις εἶναι. & iterum, ἔτι τε ἀγνοούντων, &c. dicit autem ἐτολμῶμεν νοεῖν· *auderemus intelligere,* quatenus res ardua & difficilis eſt, noſſe modùm imponere cupiditatibus, & doloris terminos probè cognitos habere. Virgil. Epicurum ſuum imitatus lib. VIII. Æneid. *aude hoſpes contemnere opes.* ubi Servius, *bene aude, quaſi rem arduam & difficilem, tanquam virtute & animo opus*

ſit ad expellendum amorem divitiarum. (ita enim legerem hæc Servii.)

143 Οὐκ ἦν] *Non fieri poterat, ut diſcuteremus timorem de præcipuis* (Dei providentia, morte) *μὴ κατειδότας, niſi totius univerſi naturam perſpectam haberemus, ἀλλ' ὑποπτεύόμεθα, ſed ſuſpicaremur aliquid fabuloſum.*

Δυνάμει τε ἐξεριστικῇ] Lege, ἐξερστικῶ. δύνμεις ἐξερστικὴ eſt, *facultas facile implendi naturæ deſideria*, (ab ἐξερέω quod inter alia notat τὴν ἐπιθυμίαν πληροῦν. vid. Heſych. hac voce) eo quod noverit voluptates non ultra aſſurgere, quam ad τὴν τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσιν. Sextus contra Mathem. p. 56.

144 Τῆς δὲ διανοίας τὸ πέρας] *Summa mentis contemplatio ſummum terminum voluptati peperit.* non à quavis mentis agitatione, ſed à perfecta & ultima proficiſcitur, modus voluptatis. *Caro enim nec terminum nec modum novit voluptatum, quas infinitum tempus ſucceſſu ſuo procreat, intellectus verò novit & conſiderat, quam ſit caro habitura finem & terminum, & metu æternitatis nos liberat, vitamque adeo perfectam efficit, ut nihil amplius indigeamus infinito tempore. Verum non fugit voluptatem* (mens noſtra) *nec cum res poſcit diſcedere è vita; neque deſinit ita, quaſi aliquid vitæ incertæ indelibatum relinquat.* Tendit eo, ut mentem velit ſibi conſciam ſuæ mortalitatis, ſolutamque omni metu, non extendere curas in infinitum, nec tamen fugere voluptates; nec ſi moriendum, deſerere vitam ut rem incompletam, ſed ſatur veluti conviva recedet. ἀλλ' ante ὡς abeſſe debet, & in edit. Baſil. recte etiam abeſt.

146 Εἰ μάχῃ, &c.] *Si repugnas omnibus ſenſibus, non habebis amplius quò referas dijudiceſque eos ſenſus quos falſitatis arguis.* Nam ſecundùm Epicurum ſenſus eſt κριτήριον, quique ſenſus tollit, tollit unà κριτήριον δι' οὗ. Si vero unum quendam ſenſum ſimpliciter damnaveris, nec diſtinxeris inter perſpicuitatem ipſius ſenſûs & opinionem ſenſui adjunctam, nec exſpectaveris donec propius accedat id quod ſenſiſti, & coram præſens ſit ſenſui, nec affectiones nec reliquas mentis per viſa motiones exploraveris, hac opinione etiam reliquos ſenſus perturbabis, &c. εἰ δὲ βεβαιώσεις κατὰ τὸ π. α. συ. τ. δ. ε. καὶ τῷ μ. τ. ε. ἔχειν ἐκκαλύψεις τὸ διεψευσμένον, ὡς τετηρηκὼς ἔσῃ, &c. *Si verò omne quod opinione complexus fueris in rem præſentem veniendo confirmaveris, etſi quod falſum eſt detexeris eo quod non habeat teſtimonium à perſpicuitate, quam bene obſervabis omnem ambiguitatem* καὶ πᾶσαν κρίσιν (pro ῥῆσιν) *& omnem dijudicationem recti & non recti.* Si ita legatur hic locus, tollitur omnis obſcuritas, & quæ mendis oblita latebat perſpicuitas eluceſcit

148 Προκαταστρέψῃς] *Sed antequam ad finem perveneris deficies, alia ſcilicet vel fugiendo, vel ſectando.*

Ἐνδιάχυτον τὴν ὄρεξιν] Lege, ἐνδιάχυτον *appetitum facile diffundendum.* non σύντονον vocat ſtatum: effuſum appetitum dicit, ut impetum effuſum dicimus *magnum* indigituri.

Κατεῖναι] Κατὰ non pertinet ad εἶναι, ſed ad φιλίαν hoc modo: κατὰ φιλίαν μάλιστα εἶναι συντελουμένην. ſecuritatem in rebus certis & limitibus circumſcriptis maxime amicitiâ comparati & perfici, Epicurus ſtatuit. Uti certus eſt animo nullum eſſe malum æternum poſt mortem, nec diuturnum, ita hoc quoque certum exploratumque habet in hac mortalitate nihil magis hominem omnium rerum ſecurum tranquillumque reddere, quàm amicitiam.

Ἐν αἷς τῶν φυσικῶν, &c.] In quibus cupiditatibus, naturalibus quidem ſed dolorem non pellentibus, ſi non expleantur, ſtudium magis magiſque accenditur, illæ per vanam opinionem exortæ, non per naturam, non ad uſum aliquem, ſed ad hominis vanam opinionem faciunt. 149

Σύμβολον] Pro συμβόλαιον, *pactum-conventum.* 150

Εἰ μὴ λήσει] Τοὺς ὑπὲρ τούτων ε. κ. *metus, ne forte non lateat illos, qui iſtis puniendis præfecti ſunt.* 151

Τὸ μὲν ἐπιμαρτυρούμενον, &c.] Legerem hunc locum hunc in modum, τὸ μὲν ἐπιμαρτυρούμενον τῶν νομισθέντων εἶναι ὅτι συμφέρει δίκαιον, ἔχειν τοῦ δικαίου χώραν, *quod teſtimonio probatur quod ſit inter legitima, eo quod in mutuis commerciis habeat uſum, illud inter juſta cenſeri juſtum eſt, ſive unum idemque fuerit omnibus, ſive non.* ἐὰν δὲ νομοθετῆταί τι, (ita legit Editio Baſileens.) *Si verò aliquid ſtatuatur quod non vergat in commodum ſocietatis, id vero non amplius juſti naturam ſervat.* κἂν μεταπίπτῃ, *etſi mutaverit utilitas ejus juris, aliquandiu vero præconcepto ſcopo ſervierit, nihilo tamen minus illo tempore manet juſtum illis, qui non voces captant, ſed res ipſas intuentur.* 152

Ὁ τὸ μὴ θαῤῥοῦν, &c.] Μὴ abeſt à Baſileenſi edit. rectè: quam & in toto loco præ aliis ſequi malim; ita autem habet, ὁ τὸ θαῤῥοῦν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν ἄριστα συστησάμενος, οὗτος τ. μ. δ. ο. κ. τὰ δὲ μὴ δυνατὰ, οὐκ ἀλλόφυλάγε, ὅσα μηδὲ τοῦτο δυνατὸς ἦν, ἀνεπίμικτος ἐγένετο, καὶ ἐξηρίσατο, ὅσα τοῦ λυσιτελῆ πράττειν. in ultimis verbis malim legere ἐξηρήσατο, ὅσα τὰ λ. π. ab ἐξαιρέομαι, *expello*, interpretaretur hæc Epicuri ita, *qui ſtuduciam ſecuritatis ab exteris optimè ſibi paravit, ille quantum potuit, eos ſuæ genti miſcuit: ſi non potuit, ſaltem non plane alienigenas vel alienos à gente fecit; ſi neque hoc potuerit efficere nulla cum illis exercuit commercia, ſed potius expulit, quantum ſuis hoc conduxerit rationibus.* Loquitur Epicurus de iis qui amicitiam ſocietatemque ineunt cum peregrinis, & per illorum latus ſuum tegere ſatagunt, quibus modis inde ſuam procudere queant ſecuritatem. Nempe quantum poſſunt, (ὅσα δυνατὰ, Atticè pro ὅσον δυνατὸν) efficiunt, ut externos ſuæ gentis corpori miſceant per connubia, idque imprimis ad ſtabiliendam fiduciam mutuam pertinet. Ita Alexander Perſicas duxit uxores, proximiſque amicorum auctor fuit ex captivis generandi liberos, ut hoc ſacro fœdere omne diſcrimen victi & victoris excluderet, hoc erat τὸ θαῤῥεῖν ἀπὸ τῶν Περσῶν συστήσασθαι καὶ ὁμόφυλα κατασκευάζεσθαι. Si hic firmandæ fiduciæ modus non ſuccedit, reſtat, τὰ ἔξωθεν οὐκ ἀλλόφυλά γε κατασκευάζεσθαι. 154

id eſt: *efficere obſequio, patientia, beneficiis & mutuis uſibus, ut peregrini non amplius peregrini, ſed hoſpites & amici fœderibuſque juncti ſint.* hoc vocat Epicurus, οὐκ ἀλλόφυλά γε, *ſaltem non peregrinos.* ſcilicet, κατεσκευάσατο. Hac arte, iterum Alexander ſibi τὸ θαῤῥεῖν à Perſis conciliavit. Nam Perſas honoribus militiæ Macedonicæ, ſimilibuſque armis, item veſtis & morum imitatione quaſi modo genitos Macedonas, & ex Macedonibus novos inſititioſque Perſas fecit. Cæterùm ſi peregrini nec ὁμόφυλοι, nec οὐκ-ἀλλόφυλοί γε fieri poſſint aut velint, tum è re fuerit abſtinuiſſe illorum commercio, & plane finibus ejeciſſe, ſi quidem hoc ſine damno ejicientis fiat. Hæc Epicurus de ſocietate & amicitia τῶν ἔξωθεν, ſequitur jam ἡ ἐκ τῶν ὁμορούντων. qui, inquit, vires habuerunt, τὸ θαῤῥεῖν (ita legendum pro τοῦ θαῤῥεῖν) ſibi comparandi à vicinis & accolis (ejuſdem gentis intellige) *hi inter ſe vixerint vitam jucundam, firmiſſimam fidem colentes, & conſummatæ neceſſitudinis uſu fruentes,* ἀδύραντο ὡς πρὸς σε θέον (ita MSS. habere Gaſſendus notavit in hunc locum ex quibus legerem ἀδύραντο ὡς πρόσω θέον.) *deflevérunt mortem ante ſe exſtincti*, quaſi ulteriùs differenda fuiſſet, ut ampliùs tam fidi pectoris commercium haberet, id eſt, veris lachrymis deploravit obitum amici, ſibi nimis maturum. Lectio vulgata eodem fere recidit, ſi modo legamus ὡς πρόσω θέον. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτη in quibus ſi humani aliquid paſſus fuero, æquo animo me redargui refelliquepatiar ab iis, quibus τὸ ἔλεγχε καὶ ἀλέγχου ſine iracundia & pertinacia conſectari placuerit.

FINIS.

VA-

VARIANTES LECTIONES

Ex duobus Codicibus MStis;

altero CANTABRIGIENSI, ARUNDELIANO altero;

Collatis cum textu græco editionis Aldobrandinianæ.

Quas pro insigni qua pollet humanitate nobiscum communicavit vir Celeberr. THO. GALE.

Verba citata sunt ex editione Aldobrandiniana. c, *notat codicem* Cantabrigiensem; a, Arundelianum; o. c. *vel* o. a. *vel* o. c. a. *significant illa verba non extare in codice* Cantabrigiensi, *vel in* Arundeliano, *vel in utroque.* numeri *in margine positi, segmenta nostra textus Laërtiani indicant. quæ* n. *adscriptum habent, ea sic editioni nostræ inserta sunt.*

LIB. I.

Tit. Λαερτίου Διογένους βιῶν καὶ γνωμῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων καὶ τ. ἐκάστη αἱρίσει ἀρεσάντων. τῶν εἰς δέκα τὸ πρῶτον. a.
2 ἐκτακόσια ἔτη] ἐκτακόσια a.
4 δὲ κοσμογονίαν) Δι. κοσμοφλογίαν a
ἀφ' Ἑλλήνων) ὑφ' Ἑλλήνων c
5 ἐν Δίῳ) ἐν ἰδίῳ c
9 οἱ τὰ περὶ Μ.) οἱ περὶ Μ. c
12 Ποντικὸς ἐν τῇ) Π. ἐν τῷ c
θᾶττον) πρότερον c
Ἀρχιλόχοις) Ἀρχιλόχῳ a. n
13 ἐφιλοσόφησε) διέτριψε. c. n
15 Ξενοφάνης) Ξενοφάντης c
17 ὡς οἱ Ἀκαδ.) ὡς Ἀκαδ. c
18 Ἡλιακὴ) Ἡλειακὴ a. n
20 αἵρεσιν δὲ λεγ.) αἵρεσιν μὲν γὰρ λέγ. c
21 ἐκλεκτική) ἐλεγτικὴ c
καὶ ποίῳ) καὶ ποῦ c. a
22 ΘΑΛΗΣ) ΘΑΛΗΣ A. a
Ἐξαμίου) Ἐξαμύου a
ἐπολιτογραφήθη) ἐπολιτογράφη c
24 τριακάδα) τρίτην ἰκά c
κύκλου τὸ τρίγ.) κύκλον τὸ τρίγ. c
25 ἅ φησι Καλ.) ὅ φησι Καλ. c
τὸν Φρύγα) τὴν ---- φρύγα c
βεβουλεῦσθαι) βουλεύεσθαι c
Κροίσου γὰρ) Κροίσου γοῦν a
26 Κίβιστον) Κίδιστον a. Βίσσον c
Νὴ Δία) o. a
Καὶ ὁ Ῥόδιος Γερώνυμος) δὲ Γερώνυμος καὶ ὁ Ῥόδιος a
28 Λεάνδρου) Λεανδρείου c. a. n
τῶν σοφῶν τῶ) τῷ σοφῶν c
29 Διδυμαίῳ) Δινδυμαίῳ c
μεδεῦντι) μεδεῦντι c. n
Ἐξαμίου) Ἐξαμύω c
31 Δαΐδακος) Δαίδαλος c
32 Λεβεδίων) Λεβεντίων c
γρίφον) γρίπον a. n
τοὺς Κώους) τοῖς Κώοις c
Διδυμαίῳ) Δινδυμαίῳ c
33 τ' ὄντα) τ' ἐόντα a
ὑπό τινος) ὑπό τινων a. n
34 Οἷόν θ' ἑπτὰ Θάλητα σοφῶν σοφὸν. Ἀστρονομήματα) Codex Cantabr. pro ἑπτὰ, habet ἔπειτα. Arundelianus vero sic scribit versum ac distinguit: ⁝
Οἷόν θ' ἔπειτα Θάλητα σοφῶν σοφὸν ἀστρονόμηρα.
Τὰ &c. Et n
35 Ταῦτ εἶναι) εἶναι ταῦτ a
μάντευε) μάτευε a. n
37 ψυχὴν εὐπ. τὴν δὲ φύσιν) τύχην εὐπ. τὴν δὲ ψυχὴν c. a. n
πληθύνειν) πληθύειν a
39 ὄρη) ὄρει c. a
40 ἐπιθέσθαι ποιητικῆς) ἔπει θέσθαι ποιητικά. a
Εὔφορος) Ἔφορος c
41 ἀποφάσεις) ἀπόφασιν c. a
Εὔφορος) Ἔφορος c. a
Σκάβρα) Σκάβα c
42 ἢ Συμβρίνου) Σισυμβρίνου a
43 μᾶλλον ἢ) καὶ μᾶλλον ἢ a
ὀτέων) ὀτέως c
εἰς Σύρον) ἐς σῦρον a
45 ΣΟΛΩΝ) ΣΟΛΩΝ B. a
κατέθετο) κατέθησαν a
46 αὐτοῦ Σαλαμῖνος) αὐτοῦ δηλονότι Σαλ. c
49 αἴξας γὰρ εἴς τινα ἐκκλησίαν μετὰ δόρατος) ἄξας γὰρ εἰς τινας ἐκκλησίας μετὰ θώρακος ai Et c. habet θώρακος
δὴ μανίην) σημανίην c
50 αἰδρεῖ) αἰδρείῃ c. a. n
Τέλαος) Τέλος c. Τέλλος a. n
51 ὤκισεν) συνῴκισεν a
ὅτε τὸν Πειστ.) ὅτε δὲ τὸν Π. a
52 Σύμπασι) Σύμπασιν a
53 Ἑλλ. τυρ.) Ἑλλ. τῇ τυρ. c
οὔτε ὡς οὐ) οὔτε οὐ a
ἀναλοῦν) ἀναλογοῦν c. a
θυσίας τὰς δημ.) θυσίας δημ. a
54 ἔτι τε ἀμ.) ἔστι τε αμ. a
ἀμαθίᾳ) ἀμαθίαν c
πιστεύων μοι καὶ) πιστεύων καὶ c
ἐμῶν ἐχ.) ἐμοὶ ἐχ. a
δολερὸν ἢ) δολερὸν καὶ c
εἵνεκα) ἕνεκα c
55 Νεϊκείδου) Νικίου c. a. n
56 Κυναίγειρος) Κυνέγειρος a
Μαραθωνομάχοι) Μαραθωμοναμάχοι c
58 παρελίων) παράλων c. a
59 ἄγειν τε καὶ) o. a
60 ἐκεῖθεν μὲν) ἐκεῖ μὲν a
ἀλλὰ τὰ ἄριστα) ἀλλὰ τὰ κάλιστα c. κάλλιστα n
Ἑξηκονταέτη) Ογδωκονταέτη c. a
61 ὅτι σεῦ) ὅτι σ' ἐῦ c
ἀγυιὰς, ταδὶ) ὄγδοα ἐς ταδὶ, c. a. λιγέως ταδὶ n
Ογδωκονταέτη) Ἑξηκονταέτη c. a
Γλῶσσα δὲ οἱ) Γλῶσσα δὲ ἡ c
62 τεκνεῖ) κτενεῖ a. τεκνοῖ n
64 φθένοις) φθίννοις c
ἐξευρὼν ἦν) ἐξευρὼν εἰ c
τὰς πόλεις) τὴν πόλιν c
65 ἐμποδὼν) ἐκποδὼν c
τελευτῶν ἐμαρτ.) τελευτῶν δὲ ἐμαρτ. c. a. n
66 ἠξίου) ἠξίουν c
κακὸν ἐκ σοῦ) κακὸν ὑπὸ σοῦ c. n
εἴτε δίκη) εἴτε c. εἴτε δεῖ n
γινώσκει) γινώσκειν c
68 ΧΕΙΛΩΝ) ΧΕΙΛΩΝ Γ. a
ἐλεγεῖα) ἐλεγείαν c

70 κινεῖν τὴν χεῖρα) κινεῖν τῶ χεῖρε c
71 Κυθήρων) Κυθαίρου c
72 Πίσῃ) Πίσσῃ c. a
τοῦτον ἡμῶν) τοῦτον ἐπίγραμμα ἡμῶν c. a. n
73 Ἐγγύα) Ἐγγύῃ c
δ' ἄτα) δ' ἄκτα a. δ' ἄττα c
ἐμμεῖναι στρατείας) ἐμεῖν ἀστρατείαν c. a. n
ἐκδάμως) ἐκ δάμως a
αὐτὸς καὶ) αὐτόσκα a
αὐτῶ κατθεάνη) αὐτοῦ κατθ. c
74 ΠΙΤΤΑΚΟΣ) ΠΙΤΤΑΚΟΣ Δ. a.
75 ἀποτεμώμενος) ἀποτυγανόμενος c.a
76 ἐν δευτέρῳ) ἐν τῶ δευτ. a
Τυρραῖον καθ. ἐπὶ κουρσίου) Τυρραγείον κάθ. ἐπὶ μερείου c
77 δείκνυσιν) δεικνύει c. n
Δεῖ) Δεῖν c. n
78 Ἔχοντα δεῖ) Ἔχ. χρῆ a
79 Περὶ τεσσαρακ.) περὶ τὴν τεσσαρ. c. a. n
Ἀριστομένους) Ἀριστοδήμου c. a
Οἰκεῖοι δακρύοισι &c.) Hoc distichon sic legunt c. & a
Οἰκείοις δακρύοισι ἀ γεινομένα καταθάπτει Εὐθάδε Πιττακὸν ὗι Ἱρραδίοιο Λέσβος.
Φαβωρῖνος ἐν ἀπ.) Φαβωρῖνος ἀπ. c
80 εἰ δ' ἄγε σύν μει) εἰ δ' ἄγε σύ μοι c
χὼ μὲν ἐφέστη) χὼ μὲν ἐπέστη c. n
ἤγαγε) ἤγετο c
81 ἐπείτερ) ἐπεδήτερ a. n
κατεσσοβ. αὐτόν) κατισ. αὐτῶ c. αὐτοῦ n
Σάραπον) Σύραπον c
ὁρεὶς πέπ.) ὁρισθεὶς πέπ. c
Σάρδις) Σάρδεις a
ὁμίλαος) συνόμιλος a
82 ΒΙΑΣ) ΒΙΑΣ Ε. a
Τευταμείδου) Τευτάμου c. a. n
εἰς τὴν ἐκκλησίαν) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ c
83 εὐσθένειαν) ἐνθένειαν a
84. κρίνων) τίνων c. a
Γ'πτ. καὶ) Γ'πτ. ἃ καὶ c. a. n
87 βιωσομένους) βιωσόμενος a
88 οἱ πλεῖστοι ἄνθρωποι κακοί) οἱ πλεῖστοι κακοί. c. a. n
89 ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ) ΚΛΕΟΒΟΥΛΟΣ Σ. a
γνώμῃ) ῥώμῃ c. n
90 Σιμωνίδου) Σιμονίδους c
91 συνεικίζειν) συνεθίζειν c
Φίλον ποιεῖν) μᾶλλον φ. π. c
93 ἀπεφθέγξατο) ἀπεφήνατο c
πεθενοτάταν) ποτ' ἀνιστάταν c. a ποτνιωτάταν n
94 ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ) ΠΕΡΙΑΝΔΡΟΣ Ζ. a.
Κυψέλου) Κυψέλλου a. n
Ἀριστομήδους) Ἀριστοδήμου c. a. n
ὑποβάθρῳ) ὑποβαράθρῳ c
95 γήρᾳ) γηρείᾳ c
96 φωρᾷ) χωρᾷ c. a
97 Inter αἰσχρόν. & Δημοκ. est hiatus unius vocabuli in msc. a
98 Εὐφορος) Ἔφορος a
99 Ἀπολλωνι) Ἀπόλλω a
ἠξοῦντι) ἠξοῦντι a. n ἤξοντι c
Φοιτῆν) Φοιτεῖν c. a
100 καὶ γὰρ δὴ) καὶ γὰρ δὴν a
ἔτισα) ἐτίσαι a
κατακαύσας) κατακαύσαις a
ἀποκρινάμην) ὑπεκριν. c. ὑποκρ. a
ἀναγγελεῖ) ἀναγγέλλειν c. ἀναγχέλλειν a
αἰσυμνητείην) αἰσυμνητίην c. n
101 ΑΝΑΧ. Ο Σ.) ΑΝΑΧ. Ο Σ. Η. a
Η' α. Σ. ῥῆσις) τὴν α. Σ. ῥῆσιν c. a. n
ἀφικόμενον) ἀφικομένα c
102 προσῆκειν) προσήκει c
εἰσέφριξεν) εἰσέφρηκεν c. a εἰσέφρησεν n
103 Ἑλλανικοῖς) Ἑλλαδικοῖς a. n
104 κράτει) κρατεῖν c. a. n
105 ἀπαυτᾶν) ἀπαυτᾶν c.
106 ΜΥΣΩΝ) ΜΥΣΩΝ Θ. a
107 Ἀπόλλων) Ὠπόλλων a
Ἀπημάντου) Ἀπημάντην c
109 ΕΠΙΜ.) ΕΠΙΜ. Ι. a
110 τότε Κ. Α. λοιμῷ) ὅθεν κ. Α. τότε λοιμῷ c. a. ὅθεν κ. Α. τῷ τε λ. n.
καθῆρει) καθῆρε a
111 Φλέγων) Φάσγων c. a. n
τριακόσια) τριακοσίων c
113 θητεύουσιν) θητευόντεσσιν a
ἐπεθήκατο) ἀπεθήκατο a
αἰ δὲ πῃ) αἰ δ' ἔπῃ c. a
115 ἐλήφθησαν) ἐλήφθεισαν a
τοῦτο φ. Θ.) οὕτω Φ. Θ. c.
Δωριστὶ) Δωρίδι a. Δωρίδης c
116 ΦΕΡΕΚ.) ΦΕΡΕΚ. ια. a
Μεσσήνη) Μεσσήνην c. a. n
ἑάλω) ἑαλακέναι c. a. n.
117 ἐφεστῶτος) συνεστῶτος a. n
118 χροΐ) χρῷ c. a. χρωτὶ n
119 Ζεὺς γὴν γ.) Ζεὺς γ. c. a. n.
121 μηκέθ') μηδὲν c. a. n
122 ἔβρυον) ἔθυον c. a
τοῖσι οἰκιήτῃσι) τοῖσιν οἰκιήτῃσιν c. a
ἤνδανεν)
εἴρομ.) ἤρομ. c. a
ταφάς) Hic sequitur in msc. a Λαερτίου Διογένους τῶν εἰς δέκα τὸ δεύτερον. Deinde καὶ οὗτοι &c.

LIB. II.

1 ΑΝΑΞ.) ΑΝΑΞ. ιβ'. a
2 ἤπερ) ὡς που a. ὥς περ c
3 ΑΝΑΞ.) ΑΝΑΞ. ιγ'. a
οὐχ ὑπὸ γῆν) οὐχ ὑπὲρ γῆν c. n
4 εἴωθεν) ἔωθεν c. a
ἐμβὰς) ἐκβὰς a
5 Αἰακέος) Αἰάκεος a
ἔρδουσι) ἔρδοισι a
πῶς ἂν οὖν) κῶς ἂν οὖν c. a. n
Κροτωνιήτησι) Κροτωνιήται a
καταθύμιός δὲ) ο. a
6 ΑΝΑΞ.) ΑΝΑΞ. ιδ'. a
7 αἰτιαθεὶς) αἰτιασθεὶς c
8 ὡς τὴν γῆν) ο. a
9 διάττοντας) διαπτοντας c
11 ποιητοῦ) ποιητικοῦ c
Σεληνὸς) Σελήνης c
12 ἀνεθέντα) ἀνεχθέντα c
13 προσαγγελθέντων) προσαγγελλόντων c
ἥδειν) ὅτι ἥδειν c. n
αὐτὸν ἐξήγ.) αὐτὸν ε. a. ἑαυτὸν n
16 ΑΡΧΕΛ.) ΑΡΧΕΛΑΟΣ ιε a
λαβὼν) λαχὼν a
αὐξ. εἰς τὸ) αὐξ. τὸ a
18 καὶ φρονεῖς) καταφρονεῖς c
φησὶ Φαβ.) φησὶ καὶ Φαβ. a
21 ζητήσετι) ζητήσεσι c. a. n
αὐτῶ ἑλ.) αὐτὸν ἑλ. c
22 τοῦ Ηρακ. σύγγραμμα) τὰ τοῦ Ἡρακ. συγγράμματα. c
23 τὰ ἀριστεῖα) τοῦ ἀριστείου c. a. n
Ἀριστοτέλης.) Ἀριστοτέλης φησίν c. a. n
24 ἑαυτῷ) ἐμαυτὸν c. ἐμαυτῶ n
25 Κρανωνίου) Κραννωνίου a
26 Σωκράτης) Σωκράτης c. Σωκράτην n
27 ἥδιστα) ἥκιστα c
ὄψου) ὄψων c
ἥδιστα) ἥκιστα c
28 ὀλίγων) ὀλιγολόγων c
ταῖς ὁδοῖς) ταῖσιν ὁδοῖς a
κακὰ) καὶ a
30 αἰσχρολογίαν) γλισχρολογίαν c. a
32 ἄρχεσθαι) ο. a
33 Αὐγῇ) αὐτῇ c. a
συνεχῶς) συνεχὲς a
38 ἀμέλει καὶ τὸν Α.) Μέλιτα καὶ Α. c. n
40 ὁ δ' οὖν φ.) ὁ δ' αὖ φ. c. n
41 ἑκατὸν ὁμοῦ.) αὐτὸν ὁμοῦ. c
42 κλεισιῶ) κλειῶ c. a
43 χαλκῆς εἰκόνες) χαλκῆ εἰκόνι πομπείᾳ) πομπίῳ c. a
Τυρταίου) Μυρτείου c
44 Ἑκτάνετ' ἐκτάν.) Ἑκάνετ' ἐκάν. c. a. n

46 καὶ θεὸς ἡ) καὶ θεὸν ἡ a
Ἀντίλοχος) Ἀντιόλοχος a. n
Σάλαρος) Σάλυρος a
47 ἐπικλήσεις) ἐπικλείσεις a
48 Ἐρχιεύς) Ἀρχιεύς c. a
ποῖ πιπρ.) εἰ πιπρ. c
50 ᾐτιᾶτο) ᾐτιάσατο c. a
περὶ τὸν χρόνον) περὶ δὲ τῶν χρόνων c
51 Μεγαβύζῳ) Μεγαβάζῳ c
ἀναθεῖναι) ἀναθῆναι a
52 ἦλθεν) ἧκεν c. a
Σκιλλοῦντα) κιλλοῦντα c
ἐπεκαλοῦντο) ἐκαλοῦντο c. a
53 Φιλοπίδαν) φυλοπίδαν a
Σκιλλοῦντα) κιλλοῦντα c
ὑπεξελθεῖν) ἐπεξελθεῖν c
54 ἐπεπαίδευντο) ἐπαιδεύοντο c
55 συνέγραψαν) συνεγράψειαν a. συγγράψειαν n
Σωκράτη) Σωκράτει
ἀπειθὴς γράψαι) ἐπιπευθὴς γράψας a. n.
56 κατέστρ. δὲ) δὲ o. a
γεγονὼς) γενεθεὶς c
57 περὶ πόρων) περὶ σπόρων c
ἤγαγεν) συνήγαγεν c
ζηλοτύπως) ζηλοτρόπως c
59 Νικοστράτου) Πυθοστράτου c. a. n
Ἐπαμινώνδου καὶ Πελοπίδου) Ἐπαμινώνδα καὶ Πελόπιδος c
60 χαρίνου) χαλίντρου c
τοῦ) o. c. a
ἀλλαντ.) ἀλαντ. c. a
ὅθεν ἔλ.) διὸ καὶ ἔλ. c
ἀλλαντ.) ἀλαντ. c. a
61 Ἐρετρικοῦ) αἱρετικοῦ a
καὶ τὸν Ἡρ.) καὶ Ἡρ. a
τοῦ Αἰσχ.) τῶν Αἰσχ. a
63 καὶ δι' ὧν) καὶ δίων a. καὶ τῆς Δίωνος n
γέγραφε λόγον) συγγέγραφε λόγον a. n
65 διὸ καὶ τὸν κ.) διὸ καὶ τὸ κ c
66 ἀπέλαυε) ἀπέλαβε c
67 βλέννον) βλένον a
62 ὀνειδιζόμενος usque καλῶς ζῆν. in in MS. a. transponuntur in segm. 76. post διαβάλλουσιν
70 αὐτοῦ προτείν.) αὐτῷ προτείν. a. n
ἀλλ' οὐ διὰ) ἀλλ' οὐ παρὰ a
72 καθεδεῖται) καθεδήσεται c. a. n
ἀνδράποδον) ἀνδράποδα c
73 Ἐνδοξ. φάναι) Εὐδοξ. αὐτὸν φάναι c
74 μηδείς) μηδὲ εἰς a
76 ἄνθρωπος) ἄνθρωποι c
77 οἱ καὶ ἐπειπ.) οἱ δὲ καὶ ἐπειπ. a
78 παρὰ τὸν Σωκράτη) παρὰ τῷ Σωκράτει c. παρὰ Σωκράτῃ a
79 Πολυδώραν) Πανδώραν c
πάσας) πάντα c. a.
82 ληροῦντες) πληροῦντες c
83 προσῆλθον) προσῆλθε c. a.
ἀπεστ. Διονυσίῳ) ἀπεστ. παρὰ Διονυσίῳ a
84 Σωσικράτης) Σωκράτης c
85 Ἐρετρικοὺς) Ἐρεξικοὺς
88 δι' αὐτὴν·) δι' αὐτὴν αἱρετὴν a. n ἀρετὴν c.
τοῦ τέλος) τοῦ τέλους c. a
90 ἀηδονίαν) ἀηδίαν c. a
θάτερον) θανάτου c
κατ' αὐτὴν) κατὰ ταύτην c. a. n
εὐδ. ποιούντων) εὐδ. μὴ ποι. c. a
ποιούντων) ποιοῦντες c. ποιοῦντα n
93 δ. τ. χρείας αὐτὰς) δ. τ. χρ. καὶ αὐτοὺς c. a.
94 ἐπελάμβανον) ὑπελάμβανον c. a
98 ἀποβαλεῖν) ἀποβάλλειν a
100 διαμαρτάνει) διαμαρτήσεται c
101 Ἀσεβεῖς) Ἀσεβῇ c
102 Μύθρου) Μίθρου a
103 ἔνθεν τ. πρ.) ὅθεν τ. πρ.
Ῥοίκου) Ῥοίκμου c. a
φωναστικὸν) φωνασκικὸν c. a
Πάγκαλον) πώμαλον c. n.
105 δισταζόμενον) διστάτας c
Σκυθικοὺς) Σκυτικοὺς c. a
111 post Ἀπολλ. ὁ Κρόνος deest οὗ & incipit alia Vita. a. n
115 ταργυρίου) ταριδίου a
116 κόλπον) κῆπον a. n
118 διώκοντες) διώκοντος a
120 Σοφίλου) φίλου a
γάμου) γάμω a. γάμοι n.
121 ΚΡΙΤΩΝ) ΚΡΙΤΩΝ ΚΕ. a
122 ΣΙΜΩΝ) ΣΙΜΩΝ κϛ. a
123 Νικάνορα) Νικάψορα a
124 ΓΛΑΥΚΩΝ) ΓΛΑΥΚΩΝ κζ a
ΣΙΜΜ.) ΣΙΜΜ. κη. a
125 ΚΕΒΗC) ΚΕΒΗC κθ. a
ΜΕΝΕΔ) ΜΕΝΕΔ. Λ.
σκηνογράφον) σκηνοῤῥάφον a. n.
126 Ἀγχιπύλλῳ) Ἀγχιπύλῳ a
127 ἐπισκώπτης) ἐπικόπτης a
συνανακάμπτοντος) συνανακόπτοντος a
ἐν Ἀμφιαράου) ἐπὶ Ἀμφ. a. n.
130 ἀτειρότερον) αὐστηῤῥότερον a
132 ἐν πανδ. ποτὲ) ποτὲ o. a
ἐπετ. αὐτῷ) ἐπετ. αὐτὸν a
135 Ἐρχῆν) ὡς χρὴ a
137 ἐριζομένους) στηριζομένους a. n
ἐτελεύτησε) τελευτῆσαι a
138 ὅτε κ. μ. χ.) ὥστε κ. μ. χ. a. n
141 ὁ λόγος) λόγος a n.
142 ἰδίαν) ἠλείαν a
143 τὴν πατρίδα ἀπὸ τῶν τύραννον ἐπαγομένων) τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν τυράννων ἐπαγόμενον a
144 τοιοῦτος) οὗτος a

LIB. III.

1 Ποτώνης) Πωτώνης a
ἀνέφερεν) ἀναφέρει c
Δρωπίδης) Δρωπόδης c
Περικτιόνη) Περικτιόνης c
Μελάνθου) Μελάνθα c
2 περιδείπνῳ) περὶ δείπνου c. n
Ἀναξιλίδης) ἀναξιάδου a
ὡς Ἀθ.) ὡς o. c. a
φυλάξει) φυλάξας c
ὀγδοηκοστῇ) ὀγδοῇ καὶ ὀγδοηκοστῇ c
Δήλιοι) Δήλιον c. a
πρὸς τοῖς ὀγδ.) πρὸς τὰ ὀγδ. c
3. Κολλυτεὺς) καλυτὴς c
ἐν ὀγδ. περιπάτων) ἐν περιπάτῳ c
4 Ποτώνην) Πωτώνην a
5 Κολωνὸν) Κολονὸν c
7 Ἐκαδήμου) Ἀκαδήμου c. a. n
πλατύστατος) πλατίστακος c. a
8 πρότερον γὰρ) πρότ. δὲ c
11 Τῶν δὲ γ' ὧν ἄμμες) Τῶν δ' ὧν ἄμες c. a
λέγωμεν) λέγων c λέγω a
Ποτεθέμεν) Ποτὲ θέμιν c. a
δοκεῖ κἀτοῖ) δοκὲν ἀ τοῖ c. a
εἶμεν; οὐκ ἐμὶν τάχα.) : οὐ μὴν οὐκ ἐμην τάκα c
ποτθέμεν) ποτ' ἐθέμιν c. a
Ἕτερον στεῤῥὸν) ἕτερον superscript. τῷ στεῤῥὸν quasi emendatio in a
ὁ δὲ γα) ὁ δὲ γε c
οὔποκ') οὔπωκ' c
Ἄλλα) o. c. a
κ' αὐτὸ) κατὸ a
Καὶ τὺ) Καὶ τῷ c
οὔπω) οὔπεν a
13 ὁμοιώματα) ὁμοιότατα a. ὁμοιότητα c
14 τί δ' αὐλ.) τί αὐλ. c
δοκεῖς) δοκεῖν c
τι τὺ λῆς) τι τοι λῆς c. a
15 φισικὸν εἰλ.) φυσικῶς εἰλ. a
16 καὶ γὰρ θῆλυ) καὶ γὰρ τὸ θῆλυ c. n καὶ γά τὸ θῆλυ a
Ζῶντ') Ζῶντα a
οὐδέν ἐστι) ἐστι o. c. a
ἀνδάνειν) ἀνδάνειν a
17 μνάμα) μνᾶμα c
περιδήσας) περιδύσας c. a. n
ποικίλας) ποικίλλας a
ἀποφανεῖ) ἀποφαίνει c
18 δοκεῖ καὶ) δοκεῖ μὲν c. a. n
πρὸς αὐτῶν) πρὸς αὐτῷ c
συμφ. αὐτῷ) συμφ. αὐτὸ c
19 Πόλιδι) Πόλλιδι a

ἀφιγμένῳ) ἀφικομένῳ c
20 προέσθαι) προεῖσθαι c. a. n
Πόλιδα) Πόλινδα a. πάλιν c
21 ἀγορεύειν αὐτόν. καὶ ὃς ἀντεπ.) ἀναγορεύειν αὐτῷ καὶ ὃς ἀνταπ. c
αὐτοῦ ζησ.) αὐτῷ ζησ. c
Θεόνταν) Θεῶταν c. a. n
22 ἀπολαμψόμ.) ἀπολαμψύμ. a
ποιοῖς) ποιεῖς c. n
ἄμμε) ἄμμε a
ποτταὶν) ποταὶν
τραχ. ἀνθρωπ.) τραχ. πεῖν ανθρ. c.
τρ. καὶ ἀνθ. a
ἀμῖν ἀβλ.) ἀμεῖς a. ἄμμις c
χαριῆ) χαριζῆ c. a
23 Χαβρίας) Χαβρίας c
24 Θασίῳ) Θρασίῳ c. a
25 λόγον τοῦ Κεφ.) λόγον τοῦ Λυσίου τοῦ Κεφ. c. a. n
Ὀλύμπια) Ὀλύμπον c
26 Θεόπομπος) Θεόπεμπτος c. a. n
Αὐτοχάρι) Αὐτοχάρει c. a. n
Τὼ δὲ δύο) Τὰ δὲ δύο c. a. n
27 λίτρον) λύτρον c
Μέλεις) Μέλλεις c. a. n
τὸ τοῦ Πλ.) τὸ Πλ. c. a. n
28 οἶσθα) ᾔσθα a
ἀδολεσχεῖς) ἀδολεσχεῖν c. n
31 ἀλλὰ μὴν καὶ) μὴν o. c. a
εἶθ') εἶθ' c
καὶ αὐτὸν οὕτω) καὶ αὐτὴν οὕτω c. a. n
Ἀ δειλοί) Εὖ δειλοί c
32 διαβησομένη) διαβλησ. c
Δεξαμένη) Εὐξαμένη c
34 τοι Μόλων) Τιμολέων c
35 Σάθωνα) Θάσωνα c
37 εὑρῆσθαι τ. ἀ.) εὑρεθῆναι τ. ἀ. c.
38 αἰτιάσασθαι) αἰτιᾶσθαι c
39 ἤδιον) ἴδιον c. ἤδιστον n
41 Ἐνιφιστιάδων) Ἐνηφαιστιάδων c
Ἐνιφιστιάδων) Ἐνηφαιστιάδων. c
Ἡφαιστιάδων n
43 Ἠγίας) Ἠγησίας c
44 σῶμα δὲ τοῦ) σῶμα δὲ δὴ c
46 Ἔραστος) Ἔρασκος c
Εὐαίμων) Εὐάνων a. Εὐαίων n
48 παραλ. πρόσωπον) παραλ. προσώπων a. n
49 γυμναστικοῦ) γυμνασιαστικοῦ a
51 δόγμα δὲ ἐκ.) δόγματα δὲ ἐκ. a
54 οὗτος ὁ τῆς ἐπ.) οὗτος μὲν ὁ τῆς ἐπ. a. n
55 καὶ εἰ ἐκ τῶν τ.) καὶ οἱ ἐκτῶν τ. a
56 πρότ. μὲν μόνος) μόνος o. a
Θρασύλαος) Θράσυλος a
60 Νυκτερινὸς σύλλ.) Νυκτερινὸς· Σύλλ. a
61 polt πρὸς Δίωνα, μία· ſeq. πρὸς Περδίκκαν μία· a.
63 Λυκιμνίῳ) Λικυμνίῳ a
64 καὶ περὶ τοῦ καλοῦ) καὶ ἐπὶ τ. κ. a
τὴν οὖν ἰδ.) τὴν γ' οὖν ἰδ. a
66 ἐκλογὰς καλλ.) ἐκλογὰς καὶ καλλ. a. n
ἐκδοθέντα εἴ) ἐκδοθέντι ἄ εἰ a
67 μετ. σώματα) μετ. σώματι a
λογιστικὸν) λογικὸν c
68 τοῦ ὅλου καὶ τ. τ. π.) τοῦ ὅλου· καὶ τ. τ. π. c
72 τὸ ἄριστον αἴτιον) ἄριστον o. c. a
74 μετάσχῃ) μετάσχοι a
75 διαμονὴν) διὰ νοῦ a
76 λεχθέντα δύο &c. hæc ita legit & diſtinguit c. λεχθέντα· δύο μὲν οὖν παραδείγματα τὸν θεὸν &c.
καὶ κιν. τα γινόμενα) καὶ κιν. τὰ κινούμενα c. n
τεταγμ. γενέσθαι) τετ. κινεῖσθαι c
77 φύσει διεστ.) φύσει συνεστ. a. n
82 πολιτικὴ γ. ε.) πωλητὴ γ. ε. c
90 ἄλλο δικ. τρίτον) ἓν δὲ δικ. ἄλλο a
91 καὶ ὑπὸ μηδ.) καὶ ἀπὸ μ. c. a. n
95 διαμ. κ. οὐκ ὀρθῶς) διαμ. κ. κακῶς c. a. n
εὖ πο. ἄλλους) εὖ πο. ἀλλήλους c. a. n
96 εὐεργετοῦσιν) εὐεργετῶσι c
97 ἢ δ' ἐν τῷ στρατοπ.) τῷ o. a
99 μελῶν) μερῶν c.
100 τὸ δὲ ὑγεία) καὶ ὑγεία a. n
102 τ. δ. κ. τὰ δὲ ἀγαθὰ) τ. δ. κ. τὰ δὲ καλὰ a.
ἀκρασίαν) ἀκρισίαν a
105 ὑπαρκτὰ δ. ο. μ.) ὑπαρκτικὰ δ. ο. μ. c
τὸ στ. εἶναι) τὸ o. a
οἱ Λακεδ.) οἱ o. a. n
108 χυτὸν) τυχὸν a. n

LIB. IV.

1 τὸν δὲ δῆμον) τῶν μὲν δήμων a
ὃς ἦν) o. a
οὐ μὲν τό γε ἦθος) οὐ μὴν τὸ ἦθος c. a. n.
φασὶ δὲ) φασὶ γοῦν a
ἐστὶ τὸν Κασ.) ἐπὶ τὸν Κασ. c. a. n
2 Καινεύς] Καινεύς. c
3 ὡς ἄρ ἦην ὃς) o. c
Οὐχὶ Πλ.) Οὗ ἦν Πλ. c
ἀλλὰ ἂν) ἂν ἀλλὰ c. n. ἀλλὰ o. a
4 ἐκζέσαι) ἐκζέσθαι c. a
Περὶ φιλίας ά.) o. c
προσκεφάλαιον) πρὸς Κέφαλον c. n
Γύλαον) Γύλον c. Γύλλον. a.
5 μ' γ' δ' ὁ ἑ) μ' δ' δ' ὁ ἑ. c
Ἠροφίλειος) Ἡροφίλιος a
6 Χαλκηδ.) Χαρκηδ. c
ἀλλὰ εἰς Σ.) ἀλλὰ καὶ εἰς Σ. c. a. καὶ εἰς Σ. n
ἀνιέναι) ἀπιέναι c. a
θορ. πάντας) πάντας o. a
προυνίκους) πορνίκους c. a
9 αἰχμ. Ἀθηναίων) Ἀθηναίῳ αἰχμ. c
10 Βίωνος) Δίωνος c
12 ἐκουσίου) ἀκουσίου c
13 πραγμ. βιβ. ιέ) πρ. β. ιδ'. a. poſt Περὶ μαθημ. --- βιβ. θ. ſeq. τῶν περὶ τὴν διάνοιαν ἄλλα βιβλία δ' c. a. niſi quod c. habeat βιβλία β'.
γεωμετρῶν) γεωμετρικῶν c
Περὶ διαστημ.) Περὶ o. a.
14 μ κ' β' σ') μ κ' β' δ' σ' c. a. n
ἀδυνατοῦντα) ἀτονοῦντα c. a
Λυσιμαχίδου) Λυσιμάχου a
προσπταίσας) προσκόψας a
16 Ἀθηναῖος) o. c. a
συνθέων) συνθέμενος. c. a. n
εἷρε τ. λ.) ἦρε τ. λ. c. a. n
ἕκτης καὶ) o. c
17 λυττῶντος) ἀττόντος a
ἐπὶ τῆς π.) ἀπὸ τῆς π. c
20 τὸν κωμικὸν) τῶν κωμικῶν c
γαυσὸς) γαῦσις
ἀνθρώποις) ἀνθρώπων c. n
22 μηδένα) μηδὲν c
23 ταφρωρύχος) ταφωρύχος c
Ταρσεὺς) Περσεὺς
27 τραγ. δ' οὖν) τρ. γ' οὖν a. n
ἀπελέκυτον) ἀτελέκητον c
σκίφης) σκίφθης c. a.
πρὸ Πολ.) πρὸς Πολ. c
28 Μοιρέαν) Μυρέαν a.
29 δμωΐδ') δμῶ τ' c. a. n
30 θνατῶν) θνατῷ c
31 Κατανάδη) Κατανάσῃ c
32 ἐκχωρήσαντος) ἐγχωρ. c
τὶ συνέγραψεν) τις ἐνέγραψεν c. τινες, συνέγρ. n
θαυμάζειν) θαυμάζειν c. n.
33 ἐλ. ἐπ αὐτοῦ) ἐλ. ὑπ' αὐτοῦ c. a. καὶ διαλιπὼν &c. uſque Διόδωρον o. c. a
35 πότνι') ποτνιάσε c. a
ἀγεννοῦς) ἀγεννῶς c
ἄλλου) λάλου c. a. n
36 ἀδοντας τ. κ. αὐτὸς τὰς) ἀδοντους τ. κ. αὐτοὺς τοὺς c
λαβεῖν) λαβεῖν c. a.
38 ἀπήτησεν) ἀπήντησεν c
βασιλέων) βασιλέα c
40 Ἠλίδι ἑταίρᾳ) Ἠλίαις ἑταίραις c. a. Ἡλιαίαις n
ἐπεκ. αὐτὸν) ἐπ. αὐτῷ a
41 Λεωχάρους) Λεωχάρου c
Πυθ. ὁ τοῦ) Πυθ ὁ τους τοῦ a
42 παραιτούμενον) παραιτούμενος c. a

ἐπι-

ἐπικυλικείους) ἐπὶ Κιλικίᾳ c
ἐξ. πρὸς Α.) ἐξ. μὴ πρὸς Α. a. ἐξ. καὶ πρ. Α. n
ὄχλῳ ἀρέσκεις) ὀχλοαρέσκεις c
43 εἰσηγάγετο) ἐπιάγ. c. a. n
46 παρατελ. τι) παρατελ. τις a
47 πλείστας ἀφ) παῖς τὰς ἀφ. c. a
περιέχοντα) ἔχοντα c. a. n
50 μὴ τετρημένοις) μεμητρημένοις c. a
51 παρητῆσθαι) παρητεῖσθαι c
Ἐρατοσθένην) Ἐρατοσθένη a
54 συνδέομαι) δέομαι c
λαβεῖν) λαλεῖν c. a
νοσοκομ.) νοσοδομ. c
55 ὃν ἔφυσεν) ὃν o. c
56 οἱ τοῖς θεοῖς) οἱ θεοῖς c. a. οἵπερ θεοῖς n
ἦλιπον) ἤλιτον c. a
σκύτισιν) σύν τισιν c
57 χαῖρ', εἶπε) χαῖρ', εἰπεῖν c
58 post βιβλία δύο add. a. ταδὶ δεύτ. τέχνας) δεύτ. Συρακούσιος. τ. c. a. n
59 ἐπειδὰν γάρ τι) ἐπ. γάρ τοι c. a
δακτύλιον αὐτὸν τρόπον διά) αὐτὸν τρόπον) o. a
60 Φωκαεῦσι) Φωκαεῦσι a
61 ἀφηγ. ἐξ) ἀφηγ. καὶ ἐξ c
62 ἐπιμελέστατα) ἐπιμελῶς c. a. n
63 Μέτρον ἔχεις) Μ. ἔχειν c
64 συνεχὲς) συνεχὴς c
αἰνιττομένης) αἰνιττομένου c. n
65 πέντε π. τ. ο.) πέντε o. a
λογαδικῷ) λογαδικοειδικῷ c. λογαοιδικῷ a
66 ὑποχυθῆναι) ἀποχυθῆναι c
67 Ἀνδρούβας) Ἀσδρούβας c. a. n
ἀναλίσκου) ἀναλύστου c. a
ἡμεῖς δὲ τοὺς & ſeq. in MS. a. incipiunt librum v.

LIB, V.

1 Φίστιδος) Φαιστυάδος c. Φαιστιάδος a. n
καὶ συνεβ.) καὶ o. a
3 Ἀταρνέως) Ἀταρνέων c
5 πρὸς τοῖς δέκα) πρὸ τ. δ. a
6 δολίου) δολίως c
Εὔμολος) Εὐμήλας a. n. Ἕρμιππος c
πρὸς τοῖς ἑξ.) πρὸ τοῖς ἑξ. a
ἑπτακαιδεκαέτης) ἔτης o. c.
7 Μαλακαυγητοῖο θ') Μάλα καυγῆ τοῖοθ' c
8 ἕνεκα φιλ.) ἕνεκεν φιλ. c.
ἔντροφος) ἔντροφον c.
Τοῖ γὰρ α.) Ποῖ γὰρ α. c
σέβας αὔξουσαι,) σέβας· αὔξουσι c
ἀκονιτί) ἀκονητί
συκοφάσεις) συκοφάντεις c
9 παραβαλεῖν) παραβαλῆν a
ἑπτακαιδεκέτη) ἑπτακαιδεκάτη a
Θεοφ. πρὸς Ἑρμ.) Θεοφ. εἰς Ἑρμ. c. a
10 δεκάτης καὶ ἑκατ.) καὶ o. c
11 περιετύχομεν) ἐνετύχομεν c. a. n
12 Ἀριστομένη) Ἀριττομένει c
ἐνδεδόσθαι) ἐκδεδόσθαι c. a. n
14 Ἀμβρακιάδα) Ἀμβρακιδὰ a. n. Ἀβρακίδα c
15 Σίμῳ) Σίμωνι c. a
Τάχωνα) Τύχωνα a. c
Γρυλλίωνος) Γρυλλίονα a. c
16 ἐν Σταγείρῃ) o. c. a
18 γλυκεῖς δὲ τοὺς καρπούς) γλυκὺν δὲ τὸν καρπὸν. c. a
21 Ἠθικῶν τῶν ἑβδόμῳ) ἠθικῶν, τῶν ἑβδόμων c. ἠθικῷ τῷ ἑβδόμῳ a. ἑβδόμῳ τῶν ἠθικῶν n
βιβλία ἅπερ ἀκ.) βιβλία ἃ ἀκόλ. a. n
23 ἐπιχειρηματικὰ) ἐπιχειριτικοῦ c. a
ἐπιχειρηματικοῦ n.
περὶ ἀρετῆς, α', β', γ'.) γ'. o. c. a
κατὰ πρόσθεσιν) κατὰ πρόθεσιν c. a
ἠθικῶν, ά, β', γ', δ', έ.) έ o. c. a
Περὶ κινήσεως ά, β'.) β' o. c. a
Ὅροι πρὸ τῶν) Ὅροι πρῶτον c
Συλλογιστικὸν) Συλλογικὸν c
24 ἐπιχειρηματικαὶ) ἐπιχειρητικαὶ c
ἐρωτικαὶ τέτταρες o. a
Θεοδ. συναγωγῆς) Θ. εἰσαγωγῆς c. a. n
Ἐνθ. αἱρέσεις) Ἐνθ. διαιρέσεις c. a
25 Συναγ. α', β'.) Συναγ. α', β', γ'. c
Ἀρχύτου φιλ.) Ἀρχυτείου φιλ. c. a
Ξενοφάνους) Ξενοκράτους c. a. n
Ἀνατομῶν ά, --ζ, ή.) η' o. c. a
26 Ὀλυμπ.) δικαιώματα. Ὀλ. c. a
27 Θεμιστα γόραν) Ἀριστα γόρην c
πρέσβας) πρέσβυθες c. πρέσβις a. πρέσβευ n
ἑκοταβόλε) ἑκοτηβόλε c. ἑκατηβόλε n
28 φιλοσοφίαν λόγ.) φιλοσοφίας λόγ. c
ὡς μέρος) ὁλομερῶς c. a. n
29 τῶν περὶ πόλιν) τὰ περὶ π. a
31 προέκρινεν) ἐνέκρινεν c. a
32 κυκλοφορικὴν) κυκλοφοριτικὴν a
33 ἐπιτ. ἔχοντι ἐπιδ.) ἐπ. ἔχων ἐπ. c. a. n
36 Μεν. τ. κωμικοῦ) Μ. τ. ποιητοῦ c
37 Ἀγωνίδης) Ἀγωνίδης c
Τύρταμον) Τύταρμον c
38 Θεόφ. διὰ τὸ τῆς φρ.) Θ. δ. τὸ τῆς φρονήσεως καὶ φρ. c
41 εὐδὲν οὖν) οὖν o. c. a
42 βιβ. κ. αὐτὰ ο. μ. π. ἀκ. αὐτὸς) β. κ. αὐτὸς a. μ. π. ἀκ. αὐτὰ c. a. n
Ἀγωνιστικὸν) Ἀγωνιστικῶν c. a.
Περὶ τῶν αἰθουμ.) Π. τ. λιθουμ. c. a. n
44 post Ἀριστοτ. ſeq. περὶ ἡδονῆς ἄλλο, α'. c. a. n.
Θέσεις κδ') Θέσεις κά. c
Μητρ. συναγωγῆς) Μ. συναγωγῶν c. n
Περὶ ὁδμῶν, add. α'. c. a
45 Πολιτικὸν π. τ. κ.) Πολιτικῶν c
46 φυσ. ἱστοριῶν) φ. ἱστορικῶν a
ἐκκρίσεων) ἐκκρίσεως c. a
47 περὶ ἐνθυμ. α') ά o. c. a
περὶ θορύβου ά) α' o. a
48 Περὶ ποιητ. ἄλλο) ἄλλο o. c
τεχν. ῥητ. ε. ξά) τεχ. Φράσεων ῥητ. ε. ιζ. c
χάριτος) χαρακτῆρος c
49 Ἀριστοτέλους· Περὶ ζώων α'.) Ἀριστοτέλους περὶ ζώων φρονήσεως καὶ ἤθους ά. c. Ἀριστ. περὶ ζώων, α'. n
θείας εὐδαιμ. ά) ά o. a
Τὰ ὑπομνήματα) Τὰ o. c
50 Πολιτικοῦ ά, β'.) Πολιτικῶν ά, β'. c. n.
Β' ώ ή) Β' ώ γ' c
Τῷδε τὰ βιβ.) τοῦδε τ. β. c
51 Ἔστω μὲν εὖ) Ε. μὲν οὖν εὖ c
διατίθεμεν) διατίθεμαι c. n
πρῶτον μὲν) o. a
52 πλάσεως) πράξεως c
δοκῇ τοῖς) δοκῇ καὶ τοῖς c
54 Θρέπτη) Θρέπτη a
Μελάντη) Μέλαντα c. a
55 Κίμωνα) καὶ Κίμ. c. a
Εὔβιον) Εὔβοον c. a
Μελάντη δ. κ. Παγκρέοντι ε. μ. μ. ἐωρῶμεν) Μέλαντα δ. κ. Παγκρέοντα ε. μ. μ. ὡρῶμεν c
56 λαβεῖν π. l.) λαλεῖν a. λαχεῖν c
57 ἀντιγραφα) ἀντιγραφαὶ c
Ἀείμνηστος Κλεοβούλου,) Ἀείμνηστος Κλεόβουλος, c
Θησίππου) Θησιδίππου c
58 βιβλία) o. c. a
περὶ ἀρχῶν) π. ἀρχῆς c. n
59 εὐδαιμ.) εὐδαιμ. δύο. a
κενοῦ) καινοῦ c
μηχανημάτων) μηχανικῶν c. a
λιμοῦ) λοιμοῦ c
60 Περὶ τοῦ προτ. γένους &c. uſque μέλλοντες o. c
62 Ὀλυμπικὸς) Ὀλυμπιακὸς c
63 Ὀλυμπικοῦ) Ὀλυμπίχου c. a
64 Ὀλυμπικοῦ) Ὀλύμπιχον c. Ὀλυμπιχοῦ a
διατρίψας) διατρίψας a

67 Γ'λείᾳ) Γ'λια c. Γ'λεια a. n
68 ἔτη τετταράκοντα) ἔτη τέτταρα πρὸς τοῖς μ', a. n
71 τῆς καταστάσεως) τὰ στάσεως c. τῆς στάσεως a
72 ῥοΐσκων) ῥοικάκων c. a
ἀμφίταπον) ἀμφίταπιν c. a
Κρίτ. δὲ Καρχηδ.) Καλχηδ. c. a. Χαλκηδ. n
ἀφίημι αὐτῷ) αὐτὸν a
76 ἐπεσκοτίσθη) δισκοτ. c
78 Διοσπόλεως) Διοπόλεως c. a
81 Γ'ώναν) Γ'νων c
87 Περὶ ἀρετῆς ά. καὶ ἄλλο.) καὶ ἄλλο o. c. n
Περὶ εὐδαιμ. ά.) Περὶ εὐδαιμ. καὶ περὶ εὐδαιμονίας ἄλλο.
Περὶ τῆς ἀρχῆς) Περί τε ἀρχῆς c
88 Πρὸς τὸν Δημοκρ.) Πρῶτον Δημ. c. a
89 ἔστι δ' αὐτῷ) αὐτὸ a
91 καταλισθέντες) κατακυλισθέντες a. n

LIB. VI.

2 πλείστους) πλείους a
5 ταῖς χάρτ. γράφειν) τοῖς χάρτ. καταγράφειν a
7 τὸ ἀπομανθάνειν) τὸ κακὰ ἀπομαθεῖν a. n
13 πρῶτον) πρῶτος a
15 Δέσιας ἢ Γ'σοκρ.) Δέσιας καὶ Γ'σοκρ. a
17 φύσεως β') φύσεως ά, β'. c. a
Πενελόπης, add. περὶ κυνὸς a
18 Τίς ἂν ἀπ. τῶν.) Τ. α. ἀπ. μετῶν a. n
20 τὸ τέρμα) τὸ κέρμα a. n
23 προστατήσας) προστάτης a. n
28 ἀποκρίνεις) ἀποκρινεῖ a. ἀποκρινῇ n
32 Γ'ὼ ἀνθ. συνελθ.) Γ'ὼ ἀνθ. καὶ συν. a
ὡς φ. Ἑκάτων) ὡς o. a
33 πύθια νικᾷ) πυθιανικῶ a
37 ἀσχημονήσης) ἀσχημονήσεις a
43 Κατάσκοπος, ἔφη, τῆς) ἀπεκρίνατο κατάσκοπος τῆς a
46 τὸ κεκοσμημ.) τὸν κεκοσμ. a
47 τὸν κεκτημένον) τὸν κύριον a
49 τί τοῦτο ποιεῖ) τ. τ. ποιεῖ a
52 ἰδὼν Κύλλιον) Κύλλιον o. a. ἰδὼν μειρακύλλιον n
κατατεθνηώτων) κατατεθνειώτων a
57 καὶ αὐτὸς κουφ.) κ. γὰρ α. κ. a. n
63 ἐράνιζ') ἐνάριζ' a. n
64 πρόσπ. Φιλοσοφίαν) πρ. σοφίαν a. n
65 ἁρμοστόμενον) ἁρμοζόμενον a. n
67 ὀβ. αἰτεῖ) ὀβ. ζητεῖ a
71 οὐδέν γε τοπαρ.) οὐδέν γε μὴν ἔλεγε τοπ. a. n
72 σοφοῖς οἱ θεοί) θεοῖς οἱ σοφοί a
μηδὲ ὀν.) μηδὲν ὀν. a
77 ἦν γὰρ ἀλ.) εἰς γὰρ ἀλ. a
78 Γηράσκει) Γηράσει a
83 Φιλόσοφος) ὦ φίλων, σοφὸς a. n
93 καὶ θυγατέρ &c. hæc ita ſcribit a
καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κείνοις, ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πείρᾳ δοὺς τριάκοντ' ἡμέρας μαθηταῖς αὐτοῦ.
96 Μαρωνῖται) Μαρωνεῖται a
98 Τίς τὰς π.) Τινί τας π. a
μία στέγη) μία μοι στέγη a
99 αὐτηρότερον) αὐστηρότερον a
100 ἐπεκλήζετο) ἐπεκλύζετο a
103 τοὺς σώφρονας) ἢ σώφ. a
104 δύο τούτοις o. a. δυσὶ τούτοις n

LIB. VII.

1 εὐπαγὴς) ἀπαγὴς a. n
3 καταῤῥήγνυσι) κατάγνυσι a
5 ἔνιοι δὲ διαθ.) δὲ o. a
10 Ξυπετέων) Ξυπεταίων a. Ξυμπετέων n
11 κατὰ νόμον) κατὰ τὸν νόμον a. n
12 Ἀνακλιεὺς) Ἀνακαιεὺς a. n
προσθεῖναι) προστεθεῖναι a
13 σπεύσας πρ. τ. π.) σπάσας a. ἀποσπάσας n
22 κεκονιμένα) κεκομμένα a
26 ἀπύρῳ) ἀπήρᾳ a
27 Οὐχ ὡς τὶς &c. hunc verſum ſic ſcribit a
ου κε ρο τις δήμου ἐναρίθμιος ἀλλ' ὀγ' ἀτειρὴς
30 Κτήσας) Ἔκτισας a. n
38 γεγραμμένα) προσγεγραμμένα a. n
41 ὁρικὸν εἶδος) εἶδος o. a
περιδιαιροῦσι) περιαιροῦσι a. παραδιαιροῦσι n
42 τὸν ἐν δ. λόγον) τῶν ἐν δ. λόγων a. n
43 καὶ τὸν ἐκ τ. ὑφ.) κ. τῶν ε. τ. υ. a. n
48 τε ὀξὺν) τὸ ὀξὺ a
51 αἳ ὡς αἳ) αἳ ὡς ἄν a
μὲν λογικαὶ) μὲν εἰσὶ λογ. a. n
52 τὰ δὲ κατὰ μετάθεσιν) o. a
53 μειωτικῶς) μειωτικὸς a
57 Βλίτρι) Βλίτυρι a
Περὶ λέξεων) περὶ λέξεως a
58 ὁ, τὸ, οἱ, αἱ, τὰ) τοῦ, τὸ, οἱ, αἱ, ά a
59 παριστῶσα) παριστάσα a
60 εὔρυθμος) ἔρρυθμος a
τὸ εὔρυθμον) τὸν ἔρρυθμον a
ὡς χρύσιπ. ἐν τῷ περὶ ὅρων o. a
62 ἔθνος) ἦθος a
64 αὐτοπεπονθότα) ἀντιπεπ. a. n
66 post προστακτικὸν add. καὶ ὁρκικὸν, καὶ ἀρατικὸν, καὶ ὑποθετικὸν, a. n
τῷ δὲ τόπῳ) τῷ δὲ τῷ τόπῳ a
68 μὴ διαφορ.) μὴ o. a
69 καὶ ἀποφατικὸν μὲν o. a
70 Δίων) οὗτος a
72 μεταξὺ) τοῦ μέσου a
80 ἐπιφέρει o. a
81 τ. λ. ἔχων συμπ.) τ. λ. ἐχὲν συμπ. a
82 καὶ ἐξ ἀορ.) καὶ o. a
83 διαλ. μόνον) διαλ. ἀεὶ a. n
καὶ ὧδε καὶ) καὶ ὧδε μὲν a
88 οὐδὲν ἐνεργ.) οὐδὲ ἐνεργ. a
ὅστερ ἐστὶν) ὅπερ ἐστὶν a
89 ἢ ἀκολ.) ἢ ἀκολ. δεῖ a. n
90 τῇ γε σωφρος.) τῇ γε ἀφρος. a
οἰκονομίας) οἰκοδομίας a. n
91 Διογ. καὶ Ἀντισθ.) καὶ o. a
93 ἐκ παραχρ.) ἐκ τοῦ παραχρ. a. n
94 ὡς τὴν πρᾶξιν) εἰς τὴν πρ. a
95 εἶναι κατὰ ψυχ.) εἶναι περὶ ψυχ. a. n
τὸ αὐτὸν ἑαυτὸν) τ. α. ἑαυτῷ a. n
100 καλὸν μοναχ.) κακὸν μοναχ. a. n
101 ἰσοδύναμον) ἰσοδυναμεῖν a. n
102 εὐδοξία) δοξία c. δόξα n
τούτοις παραπλ.) τούτοις o. a
103 γὰρ αἰσχρὰς) γὰρ καὶ αἰσχ. a. n
104 τὰ μήτε ἀφορ.) τὰ μήτε ὁρμῆς, μήτε ἀφορ. a. n
105 συμβαλλομένην) συλλαμβανομ. a
εἰσφέρεται) προσφέρεται a. n
106 ἀποπροήχθη) ἀπροήχθη a
108 ἀδελφῶν ἄφρον.) συγγενῶν ἀφρ. a. n
109 τὰ μὲν καθήκ.) τ. μὲν εἶναι καθ. a. n
τὸ ἀποκρίνεσθαι) καὶ ἀποκρ. a
111 παρεῖναι ἃ καὶ) παρ. ὧν a
113 θόρ. δὲ φόβος) φόβος o. a
ἀγωνία δὲ o. a
ἐπιθυμία δὲ) ἡ δὲ ἐπιθ. a
καὶ προστάσεως) καὶ παραστάσ. a. n
115 φθονερία, ἀνελεημοσύνη) φθόνοι ἔριδες a
116 εἶναι τῇ ἡδ.) εἶναι λυπῇ τῇ ἡδ. a
117 ἴσως γὰρ ἔχ.) ἴσον γὰρ ἔχ. a
φαρμακοποσίαν) φαρμακοποσίαν a
121 κυνισμὸν εὐτονον) κυν. ἀσύντονον a. κυν. σύντομον n
123 πρὸς κολάσεις προσπ.) κολάσεις o. a
ἀμπώτιδας) ἀμπώδας a
124 αὐτὴν κοινὸν.) αὐτοῖς κοινὸν. a
μανίων πάντα πρατ.) πάντα o. a
126 αἱρετικῶς) αἱρετῶς a
128 καὶ χορηγίας o. a
131 πάντας τε παῖδας) πατ. τε γὰρ a
137 ἰδίως ποιὸν) ἰδίως o. a
145 τρέπεσθαι) τρέφεσθαι a. n
146 γίνεται δὲ τὸ πλάτος) κεῖται δ. τ. π. a. κινεῖται δ. τ. π. n.

147 τέλειον o. a
κακοῦ παντὸς) κακοῦ τινὸς a
149 νόμων εἰρομ.) νόμων εἰρομ. a. ὄντων εἰρομ. n
εἰ καὶ προν.) ἢ καὶ προν. a. n
αὐτὴν τὴν τεχν.) τὴν o. a
ἐν τοῖς ἑ περὶ μαντ.) ἐν τῷ ἑ π. μ. a. n
150 post ἡ δὲ τῶν ἐπὶ μέρους, usque σῶμα, est lacuna in mſ. a.
καὶ ἀπαθητὴ) καὶ παθητὴ a
οὐκ ἄπειρον) ἠν ἄπειρον a
152 post ἀφ' ἡμῶν γίνεσθαι. plena distinctio & lacuna usque ad παρὰ &c. a
αἴτιον γενέσθαι) αἴτιον γίνεσθαι a. n
153 ἀφ' ἡλίου μὴ τυγ.) ἀφ' ἡλίου καὶ μ. τ. a
διαθρυφέν) διαθρυφθέν a. n
154 περισχισθὲν) περιχυθέν a. n
post πυρὶ μετὰ πνεύμ. est lacuna in mſ. a
περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον) περὶ πόλον a. περὶ τὸν αὐτὸν πόλον. n
159 αὐτοῖς τῆς δυναμ.) αὐτῆς τῆς δ. a
160 post τάδε extat titulus ΑΡΙΣΤΩΝ. a
ἐδιαφόρως) διαφόρως a'
πρὸς τὰ μεταξὺ) πρός τι μετ. a. n
161 καὶ ὄχλῳ πεποιημένος o. a
162 σοφὸν ἀδοξαστ') σοφὸν δοξαστ. a
163 εἶπεν· ἀρνησ.) εἶπεν o. a
164 Ἰουλιήτης) Ἰλιήτης a. n
165 Ἡρίλλος) Ἡρίαλος a
Καρχηδόνιος) Χαλκηδ. a
ἕξιν καὶ) ἕξιν ἐκ a. n
προσδιξίαν ὑποπτώτων ὑπὸ λόγον) πρὸς δόξαν ὑπόπτωτον ὑπὸ λόγων a
167 εἰσηθεῖ) ὑπεισηθεῖ a. n
169 ἐφ' ᾧ κρότῳ) ἐφ' ᾧ κροκωτῷ
171 πολιὰς μὲν ἔχον) π. μ. ἔχοντι a. n
175 περὶ ὑμεναίων) περὶ ὑμεναίου a
176 post τελευτῆσαι· add. ταῦτα Ζήνωνος a. ταυτὰ Ζήνωνι n
179 ἀποδ. αὐτὸν) ἀποδ. αὐτὸς a
184 οἷον ἐπεχ.) οἷον o. a
186 Ἐρασίστρ. πολλὰ) Ἐρ. τὰ μάλιστα. a. n
ὁ δὲ γε ἱεροφ.) δέ γε o. a. n
187 οὐκ ἔστιν γὰρ Ἀθ.) οὐκ ἔ. ἐν Ἀθ. a. n
189 οἷον οἱ ἀπὸ βασ.) οἱ o. a
190 ἀποφαντικῶν) ἀποφατικῶν a
διεζ. πρὸς Γοργιππ. α'.) διεζ. πρ. Γ. δ'. a
191 Αἵρεσις πρ. Γοργ.) Διαίρεσις π. Γ. α'. a. n
πάλιν πρ. Γοργ.) π. π. Γ. α'. a. n
σύντ. τρίτη) σ. πρώτη a
192 ἐνικῶν) ἐθνικῶν a
195 εἰσαγωγὴν τρ.) εἰσαγωγικὴν τρ. a
196 Λακεδαίμονα) Ἀλοδάμ. a
Ἀρ. α'. Λόγοι ψευδ.) α' o. a
197 διὰ τομῆς) διὰ τῆς τομ. a
Ἀπολλᾶν α') α' o. a
198 ἐγκεκαλυμμένου) ἐκκεκαυμένου a
λογικοῦ τιά.) ἐθικοῦ τ' ἰα'. a
201 κατὰ τὰς ἐκ τ.) καὶ τ. ε. τ. a
πρ. Πυθ. α', β'.) π. Π. γ'· a
202 ἀντιδιαλεγομένων) ἀντιλεγομ. a

LIB. VIII.

1 ἐπεὶ δὲ) Ἐπειδὴ c
Ἀριστόξενος) add. Τυρρηνὸς c. a. n
2 κατασκευασάμενος) ασάμενον c
Κρεοφίλου) Κρεοφύλου a
3 ἐν Κρήτῃ) εἶτα ἐν Κρ. c. a. n
7 Ἄστωνος) Αἴστωνος a
8 Τριαγμοῖς o. a
τοὺς κατασκοπιάδας) τὰς κεπιάδας a
ἀναίδευ) ἀναιδεῦ a
10 μόνων τῶν λόγων) μόνον τ. λόγον. a. c. λόγων n
11 λόγος δὲ ποτε αὐτοῦ) λέγεται δὲ αὐτοῦ ποτὲ c. a. n
12 Εὐρυμένην) εὐρημένην c
σωμασκούντων) σωμασκεῖν c. a
13 συστῆσαι) σιτῆσαι a. σιτίσαι n
Κερατίνου) Κρατίνου c
15 διαβ. τρία βιβλία) διαβ. τὰ διανοήματα τρία βίβλ. a
17 σκαλεύειν) σαλεύειν c
ὁμιχεῖν, Ἐκτὸς) ὁμιλεῖν, Ἐκ τοῦ c
20 ἀπείχετο) ἀποίχετο c
κληδόνων) κλυδόνων c
21 κίονι χαλκῷ) κ. χαλκοῦν c
22 μηδὲ ὀμνύναι) μὴ ὀμνύεσθαι c
23 φθείρειν) φθίνειν c. a
24 Τιμᾶν) ἀσχεῖν c
μάλιστα) μᾶλλον c. a. n
25 ὡς ἂν ὕλην) ὡς ἂν ἥλιον c
στερεὰ σωματα) αἰσθητὰ σ. c
26 post χειμῶνα. add. c. ξηροῦ δὲ ἔαρος. καὶ ὑγροῦ· φθινοπώρου
28 συνίστασθαι) ὑφίστασθαι c
29 τοὺς τῆς ἁρμ.) τοὺς περὶ τ. α. c
31 ἐκριφθεῖσαν) ἐξελθοῦσαν c. a
32 ψυχ. ἔμπλεον) ψ. ἐμπλεῶν c. a. n
σημ. νόσου) σ. νόσους c
33 εἶναι τὸν δίκαιον) ε. τὸν δίκ. c. n
διὰ τοῦ αὐτὸν) διὰ τὸ αὐτὸν c
καὶ ὠϊῶν) καὶ ὠῶν a. n
διατελοῦντες) ἐπιτελοῦντες c. a. n
34 παραγγέλλειν ἀπέχ.) παρ. αὐτὸν απ. c. a. n
inter κληροῦνται & γοῦν lacuna. a
35 τἀγαθοῦ) ἀγαθῆς c
πάλαι) πυκναιοὶ c
καθάπερ ἔτι καὶ) ἔτι o. a

αὔξην) αὔξειν c.
37 Πυθαγοριζούσῃ) Πυθαγορικαῖς a
Λακμαίωνι) δ' Ἀλκμαίωνι a n
38 Δι' εὐσέβ.) δ' εὐσέβ. a. hunc versum ita legit c. interpungendo post συσσιτεῖν. ἔφη δ' εὐσέβειαν εὐχαρῆ θεὸν λέγε.
39 Μύλωνος) Μύιλ. a. Μίλ. c.
ἐπίθεσιν) ὑπόθεσιν c
τινι χωρίῳ γενόμενος) τι χώριον γενόμενον c
ἵνα αὐτόθι) ἵνα o. a
οὕτω δὲ τοὺς) ο. δὲ καὶ τ. a
πρὸς τοὺς τετταράκ.) τοὺς o. a
41 ἐντείλαιτο) ἐνετέλλετο c
καθιέναι αὐτῷ) καθ. αὐτὴν c
τὰς καὶ Πυθαγ.) ἃς κ. Π. c. a
42 μαθήτριαν δὲ) δὲ o. a
Δαμοῖ ἑαυτοῦ) Δ. τᾷ ἑαυτ. c. a
τιμιωτ. εἶναι) τιμ. εἶμεν a
43 ποσταῖα) ποστεῖα c. a
45 Οὗτος ἐγὼν ἦν) O. ε. ἦμεν a
46 οὗ φασιν εἶναι) ο. φ. οὗτος εἶν. c. a
47 περὶ Σκύλλης) περὶ κήλης a. n
49 ὁ δὲ φιλόσ. καὶ) ὁ δὲ φ. οὗτος κ. c
ἐκλείψετε) οὐκ ἐλλείψετε c
αὐτῆσι) αὐτοῖσι c
50 αἰθερολογεῖν) αἰθερολογίη c. a
51 περὶ νόσον) περὶ νήσον a
λαμπρῶς) λαμπρᾶς a. n
52 Γλαῦκος) Γάλυκος a
54 ἐν κείνοισιν) ἐν κείνησιν a
55 ὅτι μετέσχεν) ὅτι τε μετ. a
58 καὶ πολιτικά.) καὶ πολιτικοὺς a
62 Ὦ φίλοι οἱ) Ὦ φ. ἦ
Ναίετε ἄκρα πόλεως) Ναίετ' ἂν ἀκραπολεὺς a. Ναίετ' ἄκρην πόλεως n
τετιμημένος) τετιμένος a. n
68 ἀκοῦσαι) ἐπακοῦσαι a
70 ἐζηλ. τραγικῶν) ἐζ. τραγικὸν a. n
71 Συρακ. τε γὰρ εἶναι) γὰρ o. a
73 ἀπομνημονεύμάτων πρώτῳ) ἀπεμνημονεύμασιν a
74 Δημήτριος) Δημόκριτος a
78 Ἡλοθαλοῦς) Ἠλοῦς a
Εἴ τι) ὅτι a
Φημὶ) Φαμὶ a Φησὶ n
παραστ. τοῖς) πα. ἐν τοῖς a
τοῦ ζῆν o. a
79 ἐγεγράφει) ἔγραψε a
80 ἐκ τᾶς) ἔκτος a
αὐτός τε) αὐτὸς τῦ a
ἀπάγγελον) ἄγει a
ἀντεπιστέλλει) ἀνεπιστέλλει a
81 γὰρ οἱ ἄνδρες) γὰρ δὴ οἱ ἄ. a
Μυραῖοι) Μοιραῖοι a
ἐπέστειλας) ἐπέσταλκας a
83 πλεῖστά γε) πλεῖστα δὲ a
συνεχὲς) συνεχῶς a. n
86 καὶ καταχθ.) καὶ o. a

87 Νέκταβιν) Νεκτάναβιν a. n
88 τό γε αὐτοῦ ψ.) τόγε περὶ α. ψ. a. n
90 Κνίδιον) Κλοίδιον a
συνεχὲς) συνεχῶς a
ἰχόνουφυ) ἰχόνυφι a
91 post φήμης. desinit liber VIII. & sequitur titulus Λαερτίου Διογένους τῶν εἰς Γ. τὸ ἔννατον. Ἐπειδὴ &c.

LIB. IX.

1 ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ add. ὁ Σκοτεινὸς a
ὅτε ἢ ἐγκυβ.) ὅτ' ἐγκ. a. ἤτε οἱ ἐγ. n
διὰ πάντων) διὰ πάντα a
ῥαπίζεσθαι) ῥάπτεσθαι a
2 ἢ πυρκαϊήν·) ὑπὲρ καϊήν· a
post ὑπὲρ τοῦ νόμου, add. ὑπὲρ τοῦ γενομένου a
3 μέντοι καὶ διὰ) καὶ o. a
4 ἐκ βλεφάρων) ἐν βλεφάροις a
καὶ διὰ τὴν μεταβ.) καὶ o. c
5 εἶναι) εἰδέναι c. a. n
παρ' ἑαυτοῦ) παρ Ἑωϋτοῦ a
δέ φησιν) δ' ἔφησεν a
6 κυκνοστὴς) κοκκύστοις a. κοκκυστὴς n
διαδοχαῖς) διατριβαῖς a
7 πάντων παθῶν) πάντων o. c
πειρατέον, ὃν) πειράταιον ἐκβάλλει) ἐκβόλως τε
8 πυκνώσει τὰ γιν.) τὰ o. a
ἐκτίθεται) ἐκτιθέναι c
10 μὴ καθαροῦ φέρ.) μὴ διὰ τοῦ κ. φ. c. a. n
καὶ ὥρας, καὶ ἐνιαυτούς, αἰτείους) ὥρας ἐτίους καὶ ἐνιαυτοὺς c. n. ἐνιαυτοὺς καὶ ἐτίους a
13 Ὑστάσπεω) Ὑστάπεος a
δοκούσης) δοκούσις a
Ὑστάσπους) Ὑστάσπου c
14 Ὑστάσπεω) Ὑστάσπεος a
ἐπιχρόνιοι) ἐπιχθόνιοι c. a
δοξοκοπίῃ) δοξοποιῇ c
αἰνοίης) αἰνίης c
πάσης πονηρίης) πάσις πονηρὶς a
οἰκειουμένου) οἰκειούμενον c. a
ἀφικοίμην) ἀφικούμην a
15 Τοιοῦτος μὲν ἀνὴρ) Τ. μ. ὁ ἀνὴρ c. n
17 Ἀλικαρνασσεῦ) -νασσεῦ a
τέφρα πάλαι) τετραπάλαι a. n
Αἱ δὲ τ.) Δὴ δὲ τ.
Λέσβιος, γεγρ.) Λ. ἱστορεῖαν γ. a. n
18 ἐπικ. αὐτῶν) ἐπικ. αὐτὸν c
19 post ἤττω νοῦ εἶναι· add. καὶ τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν, ἢ ὡς ἥδιστα, ἢ ὡς ἥδιστα c. a. n
20 πλανώμενος) πλανώμενον a
21 ἐν τῇ ἐπιτομῇ) o. c
Διοχαίτῃ) Διοχέτῃ a
22 δόξας, τῶν) δοξαστὴς a
πολύδηνιν) πολύδηριν c
23 ἀνενίκατο ὦσεις) ἀνενήκατο νώσεις a. ἀνενείκ. ὦσ. n
24 Γ'θαγενοῦς) Γ'θαγενοῦς c
ὄθεν ναύαρχ.) ὄθεν καὶ ναυ. c
εἶναι, δοκεῖν) εἶναι δοκεῖν, δοκεῖν δὲ c
25 Πύρριθος) Πύρρητος a
26 πάντας ἐμήνυσεν αὐτοῦ) ἐμήνυσεν o. a. π. ἔφη ἀ. n
post φίλους add. αὐτῷ τοῦτο συνειδέναι. a. αὐτὰ ταῦτα συν. n.
πρὸς τὸ εὖς o. a
27 ἀποτρ. γλῶτταν) ἀπ. τὴν γλ. a. n.
29 ἐνάτην καὶ o. a
30 κατ' ἐνίους δὲ) καὶ ἄλλως c
περὶ τὴν σελ.) παρὰ τ. σ. c. a
διαττόμενα) διαταττόμενα c
32 δίνῃ φερόμ.) δίνη τε φερ. a. n
ξηραυθέντα δὲ) δὲ o. a
33 διὰ τὸ τάχος usque ἀστέρων o. a
μεσημβρίαν) μεσημβρίην a
ἄρκτον) ἄρκτῳ a
35 κατ' ἀποδημίαν) καὶ ἀποδημῆσαι c
36 περικήπου δοματίου) περικήπου δομαντίου c
37 ὧ (φησὶν) &c. hæc ita legit a. ὧ (φησὶν ὁ φιλόσοφος) ὡς π. ἔοικε; πένταθλος) πενταεθλος c
39 ὑπὸ ταδελφοῦ) ἀπὸ ταδ. c
ἀναλώσαντα) ἀλώσαντα c
40 ὃν μόνον) καὶ μόνον a
συμπλέξαι) συμφλέξαι a. n
ἀντειπεῖν τι) ἀντιπίπτειν
42 κελεῦσαι o. a
43 διεκρ. αὐτὴν) δ. αὐτὸν c. a αὐτὸν n
44 καὶ τοὺς ἀτόμους) καὶ τοὺς ἀ. c
λείων καὶ π.) δινῶν κ. π. c. a. n
ἐμπτώσεις) ἐκπτώσεις c. n
45 ἐξεδέξαντο) ἐξηγήσαντο a
46 περὶ τῶν πλανήτων) π. τ. πλανητῶν c
47 λειμῶν κακῶν) λογικῶν κ. c. a
περὶ τῆς λίθου) καὶ π. τ. λ. c
διαφορας) διαφορῆς a
48 Κλέψυδρα) Κλέψυδρας c. n. ὁρμὴ a
πραγμάτων) γραμμάτων a. n
ἰατρικὴ) ἰητρικὴ a
καὶ ἐπικαιριῶν o. a
49 ἐν Μερόῃ) ἐν βέρθῃ c
ὠκεανοῦ περίπλους) ἱερῶν γραμμάτων c. n
50 ὁ Κεῖος o. a
51 βραχὺς ὢν) ὢν o. c
52 ἐποιήσατο) ἐθεήσατο c. a
54 τῶν λόγων) τὸν λόγον c
55 φησὶ Φιλόχ.) Φησὶ δὲ Φ. c. a. n.
ἔνιοι κατὰ) ἔνιοι δὲ κατὰ c
56 Ἀθηνῶν) Ἀθηνέων a
Εἵλετο) Εἵλετο a
58 Διομένους) Διογένους c
Νέσσου) Νέσου a
59 πτύσσε, πτύσσετε) πτίσσε, πτίσ. a. n
ἐμπτύσαι) ἐκπτύσαι a
διαστεῖλαι) διαστείλας a
ἔρρε μύλωσθρε κακέ) ἔρρε μύσθρε κέ. a
60 οὗτος διὰ τὴν) οὗτος δὲ δ. τ. c
61 οὐδὲν ἔφασκεν) οὐδ. γὰρ ἔφ. a. n
63 λέγοντα, αὐτὸν) λεγοντῷ αὐτὸ a
65 ἀνὴρ ἔτ') ἀνὴρ ὅτ' a
τῷ Θρᾴκα) τὸν Θρ. a. n.
66 μαίᾳ οὐσῃ) μαιούσῃ a
χολήσας) χήσας a
68 διενήξατο πέραν) πέραν o. a. n
69 Φίλων) Τίμων a
71 δηλοῦσθαι καὶ τὸ τῷ) τὸ a. καὶ τὸ o. n.
Τοῖς) Τοῖος a. n.
ἂ σύ γε) ἂν εὖγε a
73 inter οὕτως & ἐπεὶ lacuna a
οὐ δ' ὁρατὰ) οὐ τὰ δερκτὰ a οὐδ' ἑρκτὰ n.
σκεπτικοὶ κατὰ) κατὰ o. a. n
74 διὰ τῆς οὖν) οὖν o. a
75 φῶμεν) λέγωμεν a
76 ἀπροσθετεῖν) προσθ. a
77 διακονίαις) διακόνοις a. n
ζητεῖν τε ἔλεγον) ζ. τε ἔλεγχον a
78 καθ' οὓς τόπους) κ. ο. τρόπους a. n
79 τόπους) τρόπους a. n
82 καὶ γὰρ ἠμεῖς o. a
Θέων δὲ) δὲ o. a
83 μυθικὰς) μουσικὰς a
γενέσεως) γενέσεων a
μίγνυσθαι) μιγῆναι a
84 ληστεία) ληστείαις a
89 κατ' ἐαυτὸ) κατὰ πάντα a
90 συνίστασιν) συνίκασιν a. n
χρεία) χρὴ. a
91 post ἀπιστευμένων add. ἄπιστον a. n
κριτήριον) κριτηρίου a. n
92 πᾶν φαιν.) πᾶν τὸ φαιν. a. n
αὐτὴν αἰτ.) τιαὐτην αἰτ. a
96 αἰσθητὸν μὲν οὖν) οὖν o. a
97 ἐπινοεῖται) ἐννοεῖται a
100 καὶ μάθησιν) κ. μαθήματα a
post οὔτε τὸ μὴ ὂν, ad. τῷ μὴ ὄντι a. n
104 λέγομεν ὡς οὐ) ὡς o. a
post ἐξορ. εἰσί add. τὸ μὲν ἄθηλον a
ὁρᾶν ἀγνοεῖν) ὁρᾷ ἀγνοεῖ c
108 περιελθεῖν) περιελεῖν a. n

109 πρώτῳ τῶν εἰς) τῶν ο. a
110 ἑνδεκάτῳ) δεκάτῳ a
114 συγχωρεῖν) συγχρονεῖν a
115 ἀναπεπταμένους) ἀναπεπλασμ. a
ἐπήνεσεν) ἐπήνεκεν a
Νικόλοχος) Νικόλοχος a. n
ἀξιώσας) καταξιώσας a. n
116 Ἀντίοχος) Ἀντίγονος a

LIB. X.

1 Χειρεστράτης) Χερεκράτου c Χειρεκράτου a
τὸν δῆμον) δήμῳ a
2 σοφιστῶν καὶ ο. a
γεγενῆσθαι) γενέσθαι c
περιτύχοντα) περιτυχὼν c
3 αὖ) οὖν a
ὕστατος) κύυτατος
Μυρ. ἐν τοῖς) Μυρ. ἐννόμως a
καὶ τὰ εἰς χρύσ.) κ. ὁ τὰ ε. Χ. a
5 ἄναξ Λεοντ.) ἀ. φίλον Λεοντ. a. n
7 πρὸς Λεόντιον) π. Λεοντίαν a
λέγειν καὶ ἀντιγράφ) γρ. καὶ ἀντιλέγ. a
8 ὥστε μοι λοιδ.) ὥ. μὴ λ. a
πνεύμονα τε) πλεύμονα τε a. n
καὶ πόρνον ο. a
post ἀπαίδευτον lacuna a
10 ἀφικνοῦντες) ἀφικνοῦντο a. n
12 νεικῶν) νεῶν a
15 Ἀγεμάρτου) Ἀγεμάρτου a
16 φίλ. πρῶτος) φ. εἶσιν a. n
17 φιλοσοφοῦντες ο. a
18 post Τιμοκράτει add. κατὰ τὸ δυνατὸν a. n
20 μετ' αὐτῶν) μεθ' ἑαυτῶν a. n
21 ἁπάντων ὡς) ἁπ. ὧν a
23 Λεόντιον) Λεοντίαν a
27 παρὰ Ζήνωνι . . . παρὰ Ἀριστοτέλει) περὶ Ζήνωνος -- περὶ Ἀριστοτέλου a
αἱρέσεων, περὶ φ.) αἱρ. καὶ φ. c. a
Χαιρεδ. ἢ) ἢ ο. c. a
28 Νεοκλῆς πρὸς) Νεοκλῆς, πρὸς c. a
post Ἐπιστολαὶ add. τρεῖς c
ἐπιτέτμηται) ἐπέτμε a
29 κρινεῖν. τὴν μὲν) κρινεῖν ο. a
32 ἐπαισθήματα δὲ) αἰνεπαίσθητα a
40 εἰ μὴ ἦν ὅ) εἰ μὴ ἦν ὃν a
ὅπου ἦν) ὅπου εἴη a
ταὐτὸ τοῦτο) ταὐτὸν τοῦτο a
45 τῶν κόσμων) τῶν τοιούτων κ. a. n
47 ὅθεν δή ποτε) ὅ. δή ποτε a
φ. τόπου) φ. τόπους a
ἀντικοπὴν) ἀντικοπῇ a. n
φαιν. ὅθεν) φ. ἢ ὅθεν a. n
48 σωμάτων συνοχῆς) σωμάτων τοῦ ἐπὶ πολλῆς συν. a. σ. ἐπιπολῆς σ. n
σημειώσει) ἢ μειώσει a. αἰσθήσαι n
συμπαθείας) συνηθείας a
49 οὐ γὰρ ἂν) ο. γ. ἃ μὲν
διὰ τοῦ ἀέρος) καὶ δ. τ. α. a. ἢ δ. τ. α. n
50 ἂν λάβωμεν) ἀναλάβωμεν a
μορφὴ δὲ) δε ο. a
52 παρασκευάζοντος) κατασκευάζ. a
54 δεῖ τι ὑπομένειν) ἀεί τι ὑπομένει a
ἐν πολλοῖς) ἐκ πολλοῦ a
πρὸς ὅλους καὶ ἀφ' ὅλου) προσάδους καὶ ἀφόδους a. n
55 καὶ τούτου πρ.) κ. τούτοις πρ. a
56 ὃ οὐ θεωρ.) οὐ ο. a
57 ἔν τισι ὑπ.) ἔν τινι ὑπ. a. n
εἰς τὸ ἄπειρον) ε. τ. ἔμπροσθεν a
58 ἀλλὰ ἐν τῇ) ἀλλ' ἢ ἐν τῇ a
59 νομ. τῶν μηκῶν) ν. τ. μακρῶν a
60 ἴσμεν) μεν a
θῶμεν) τὸ μεν a
ἑκατέρα ἑκατέρα) ἑκατέρα ο. a
61 ἐπὶ τοσοῦτον) ἐπὶ τοσοῦτο a
62 κατὰ τῶν ἐλαχ.) τῶν ο. a
63 πνεύματι) σπέρματα a
ἔχοντι) ἔχοντα a
συμπαθὲς) συμπαθὲς a. n
64 ἐκείνῃ ο. a
ὃ διὰ τῆς) ὃ ο. a
κίνησιν) δίνησιν a
65 post συντείνον lacuna a
66 θώρακι) σώματι a
ἢ ἐγκατ.) ἢ ο. a
τῶν τοῖς ἐσπ.) τῶν ο. a
67 ματαιάζουσιν) ματαιίζουσ. a
68 διαλ. περὶ ψυχῆς) περὶ ψυχῆς ο. a
69 ἔλαττον ὂν) ἐλαττόνων a. n
71 οὐτ' ἐπὶ τούτων ο. a
72 τό δε γε δεῖ) δὲ ο. a
καθ' ἑαυτοῦ) καθ' αὐτοῦ a
74 δῆλον) ἄδηλον a
μερῶν) ἡμερῶν a
77 λυπηρὰ) πῦρ a
συνεστραμμένην) μενον a
78 ἐν τῷ τινὲς φ.) ε. τ. τινὰς φ. a
ἐνδεχομένως) μένως a
79 τάχα δὲ) τὰ χαλεπὰ a
80 χρείαν, ἀκρίβ.) χρείαν καὶ ἀκρίβ. a
χρείας πραγματείων ἀκρίβ.
81 τούτοις ὅλως ἄπ.) ὅλως ο. a
82 κεφαλαιωδέστατα) κεφαλαιωδέστερα a
83 ἐξακριβουμένοις) ἐξακριβούμενος a. ἐξηκριβωμένων n
περιοδῶν) περιοδειῶν a. n
87 ταῦτα γὰρ οὐκ ἐνδ.) οὐκ ο. a
89 ἕως τελειώσ.) καὶ τελ. a
προσδοχὴν) προσοχὴν a
91 ὁποῖον ο. a. ὁπότε n
γὰρ καὶ παρ') γ. κ. τὰ παρ' a. n
92 ἐκφάνειάν) ἐμφάν. a. n
93 καὶ ἐμπιπραμένης) καὶ ο. a. ἐμπιπραμένοις a
καὶ τῆς μὲν, ἐπιπραμένης n
ἕλικα) εὐσοικα a
95 ἀνακόλ. ταῦτα) ἀν. ταυτὸν a
ὅσοι πάντα ἂν τροποι) ὅ. π. ἂν τρόπον a
κατὰ πάντας τρόπους, ὅσοι ἂν n
96 μαχομένοις) βαλλομένοις a
97 ἅπασα ἡ τῶν μετ.) ἁ. περὶ τῶν μ. a
ἃ δεῖ σημ.) ἃ ο. a
98 ἐπισημασίαι) ἐπεὶ σημασ. a
99 ἤδη δὲ ποίοις) ἔτι δὲ π. a. n
νέφη) ἐφ' ἧ a
τελέσαι) τελέσας a
102 ἔμπτωσιν) ἔμπροσιν a. ἐκπύρωσιν n
103 καὶ κατὰ πλείονας) καὶ ο. a
αἴγλησιν) εἰλησιν a. ἀνείλησιν n
104 ῥήξεως) ῥύσεως a ῥεύσεως n
106 ἀφθ. συλλογὴν) ἀφθ. συλλογὴ a
107 κατώτερον) κατωτάτοις a
108 ἀπόπλασιν) ἀποπάλσιν a. ἀποτέλεσιν n
ἀπὸ νοτερῶν) ἀπονοτέρων a
109 χρώμ. τούτου) χρ. τούτων a. n
111 ὅτι τινὰ ἀν.) ὅτι ο. a. ὅτε τ. α. n
112 λοιπὸν ἀναστρέφεται) λ. ἀναγράφεται a. λ. περιστρ. n
προσστάναι) περιστάναι a. n
αὐτοῖς ὕλην) αὐτῆς ὕλην a. n
κατ' ἄλλ.) καὶ κατ' ἄλλους a n
οὕτω τῆς κ.) εἰ ο. τ. κ. a. n
113 οὗ μὲν παρεκτ.) οὐ παρ. a
τε ἐκκαιόσας οὗ) τὰς ἐκκ. οὐ a
ἀπολύσει) ἀπολάβσι a
115 κατάλυσιν) κατείλησιν a. n
ἀποτελεῖ) ἐπιτελεῖ a
116 μάλιστα) μᾶλλον a
περὶ τῶν μετεώρων) τῶν ο. a
117 πλάττειν) πλάττον a. ἐπαλλάττειν n
πάντι ἔθει) π. ἔθνει a. n
118 ἢ οἱ νόμοι) ἢ οἱ νόμοι a
119 μετέξειν) μετέξει a
120 οὐδένα κ.) οὐδὲν κ. a
αὐτὴν κατὰ κοιν.) αὐτὸν κ. κ. a
121 ὀχλαγωγῆσαι) ὀσχολαγωγῆσαι a
οὐκ ἀπορήσειν) οὐκ ο. a
ταῦτα δοκεῖ) τὸ ἑξῆς τ. δ. a
123 οὐ εἰσίν· οὐκ) οὐκ εἰσίν· οὐ c. n
124 ταῖς γὰρ ἰδίαις) τ. γ. οἰκείαις c
αἰσθήσεω) αἰσθήσεως c. a. n
125 παρὸν) παρὼν a
126 ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ) ἀ. κ. δ. τοῦ a
127 ἐσόμενον) ἐσομένου a
ἀσχολησίαν) ἀνεσχλησίαν c
128 ψυχῆς καὶ τοῦ) ψ. καὶ τὸ τοῦ c
129 ἐπεὶ πρῶτον) ἐπὶ πρ. c. a
παρακολουθῇ) παρακολουθεῖ c
πᾶσα, κακὸν) π. κακὴ c
130 πολυτελεῖ) πολυτελειαν c. a

132 ἀφ' ὧν πλ.) ἀφ' οὗ πλ. c
133 τὸ μὲν τῶν ἀγ.) τὸ μὲν περὶ τ. ω. c
βραχεῖς· τὴν) βραχίστην a
εἰσαγ. πάντων) πάντων o. a
ἃ μὲν ἀπὸ τύχης) ἃ δὲ α. τ. a. ἀλλὰ τὰ μὲν α. τ. n
134 κατακολουθεῖν) ἀκολουθεῖν c. a
ἀτάκτος) ἀτάκτως c. a. n
135 ζώῳ ζῶν) ζώῳ ζῶον c. a
ὑπάρκτη) ὑπαρκτικαὶ a
136 πρώτῳ περὶ βίων) πρώτῳ o. a
Δημόκριτος) Μητρόδωρος a. n
post ηὐ. τῆς τε lacuna. a
137 χειμάζειν) σχηματίζειν a
τῷ τὰ ζῶα) ᾧ τὰ ζῶα a
138 ὡς ἂν εἴπῃ) ὡς ἂν εἴποι a
140 κατὰ σάρκα) ἐν τῇ σαρκί a
εἴπερ τὸ ἀλγ.) ὅπερ τ. α. a. n
141 Οὐδ. ηὐ. καθ. ἑαυτὴν κακόν·) o. η. κ. ε. κακὴ a
142 εἰ τὰ ποιητικὰ) ε. τ. ποιητὰ a
ἀσώτους ηὐ. ἔλυε) ἀσωμάτους ηὐ. ἔλεγε a
εἴχομεν) εἴημεν a
παταχόθεν) πατόθεν a
καὶ αἱ περὶ θεν.) αἱ o. a
145 ἀπείρου χρόνου) ἀπ. βίου a. n
ἀλλ' ὡς ἐκλείπουσα) ὡς ἐλλείπουσα a. n
146 προσμενόμενον) προσμένον a
147 ἐκβαλεῖς) ἐκβάλλεις a
ῥῆσιν) κρίσιν a. ἀντίῤῥησιν n
148 ὡς ποτῶν) ὡς ποτὸν a
post φυσικὰς δὲ add. καὶ a. n
μόνον τὴν ηὐ.) μόνην. τ. η. a
ἄλγημα) ἄλγεσιμα a
διὰ χρείαν τινά) διαχέονται a
149 εἰδιάχυτον) ἐσδιάχυτον a. εὐδιάχυτον n
φιλίαν μάλιστα) φιλίας μαλ. a. n
150 ἢ μὴ ἐβούλετο) μὴ o. a
151 μηδὲ βλάπτεσθαι) καὶ βλ. a
152 ἐάν τε μὴ τὸ αὐτὸ μόνον θῆταί τις) ἐάν τε τὸ αὐτὸ πᾶσι μὴ γένηται, ἐὰν δὲ μόνον θῆταί τι a. ἐάν τε μὴ τὸ αὐτὸ. ἐὰν νομοτεθῆταί τι n
153 συμπολιτενομένων) πολιτευομ. a
154 post τὰ δὲ μὴ δυνατὰ add. οὐκ ἀλλόφυλά γε ὅσα μηδὲ τοῦτο δυνατὸς ἦν a. ἀλλόφυλα, οἷς n
ὅσα τούτων) ὅσα τοῦ a
πρὸς ἔλεον) πρὸς o. a

EPISTOLÆ & PRÆFATIONES

quæ prioribus

DIOGENIS LAERTII

Editionibus præfixæ erant.

AMBROSII CALMALDVLENSIS *editioni primæ.*

Fr. Ambroſii, in Diogenis Laërtii opus, ad COSMAM MEDICEM *Epiſtola.*

VOlventi mihi quædam Græca volumina, venit ad manus Laërtii Diogenis de Philoſophis prolixum opus. Id etſi auctori plus in legendo ſtudii quàm in ſcribendo diligentiæ fuiſſe, ex ipſa lectione deprehenderam: quia tamen varia erat hiſtoria, & plurima cognitu neceſſaria continere videbatur: Latinum facere, amicis maxime id fieri orantibus, ſtatui. Quanquam enim ſacris transferendis jampridem ſtudium omne tempusque devoveram, atque id religionis inſtituto magis conſentaneum: ab hoc tamen veluti curriculo modice deflectere, ut ſtudioſis morem gererem, haudquaquam reprehenſibile exiſtimavi: imò hoc ipſo labore meo fore, ut Chriſtianæ pietatis & gratiæ dignitas magis pateſceret, ac per id fides in Deum promptior ac ardentior ſurgeret, ratio veriſſima ſuadebat. Quando enim inter illos qui ſapientiæ ſecularis fuere principes, tanta de Deo, rebusque & divinis & humanis, opinionum concertatio eſt, ut ſe invicem deſtruant, neque ubi conſiſtas reperire poſſis, majore profecto alacritate animus divinæ dignitatis amplectitur gratiam, atque ad fontem veritatis accurrens, veteris ſqualorem miſeratur erroris. Etſi enim apud illos ſparſim probabilia quædam & veritati conſona invenire eſt, mens tamen tantâ opinionum varietate fatigata libentius & gratius intra cubicula veritatis ſe recipit, & divinis libris ac literis hauriendis majori deinceps deſiderio inhiat, & ipſa tamen quæ apud nobiliores quoſque Philoſophos, de Deo, de cœlo, corporibusque cœleſtibus, de natura rerum, ſubtiliter ac vere diſputata ſunt, veritati Chriſtianæ maxime aſtipulantur. Merebatur enim profecto tam egregia indagandæ veritatis intentio, opera illa tam acris, adeo celebre ſtudium, ſudoris ſui fructu non uſquequaque deſtitui: Deo id permittente ut illorum quoque teſtimonio fides vera firmamentum ac robur acciperet. Multa in his & dicta graviter & facta conſtanter invenias, ut non modo ex illorum libris fidem inviolabilis veritas capiat, verum exemplis quoque religioni noſtræ incitamentum virtutis accedat. Quàm fœdum enim, quámque plenum dedecoris eſt, ſi Chriſtianum hominem, & de Deo ſuo pendentem, & cui æternæ vitæ ſpes certa ſit, virtuti & continentiæ dare operam pigeat, cùm gentiles viros, & à veri cultu Dei ac religione longe alienos probitati, modeſtiæ, frugalitati, cæterisque id genus animi humani ornamentis, impenſius ſtuduiſſe comperit? Pleraque exempla hujuſcemodi penè dixerim evangelicæ perfectioni proxima ſunt: ut pudendum vehementer & erubeſcendum ſit, ſi id minus exhibeat Chriſti quàm mundi Philoſophus, plusque in gentili pectore poſſit amor gloriæ inanis, quàm in animo Chriſtiano religioſæ pietatis affectus. His atque hujuſmodi rationibus facile mihi perſuaſum eſt, ut hoc traducendi munus, non modo ut inutile, non aſpernarer, ſeu ut noxium fugerem: ſed contra penitus, ut commodum ac neceſſarium, conſtanter aggrederer. Nempe ſi quem forte plus æquo ejuſcemodi hominum admiratio rapiat, eorumque geſta noſtratis philoſophiæ præferre ſeu conferre exemplis velit (id quod ſolum fermè timemus) is leviter admonendus erit, ut ſolidam potius virtutem, quàm adumbratam virtutis imaginem admiretur. Etenim ipſi quos ſtupet, quàm miſerabili interdum lapſu corruerint, ex ipſa lectione docebitur. Tibi itaque, Coſme, vir humaniſſime, & Chriſtianæ nobilitatis decus, hoc opus dedicatum fuit: qui & auctoritate tua imprimis nos ad illud impuliſti, & gentilis ac noſtræ philoſophiæ peritiſſimus, quanta ſit utriusque differentia, & dignoſcere facilè & dijudicare conſueviſti. Neque id modò, verùm & de labore ipſe noſtro judicabis. Eo enim libentius de ingeniolo noſtro ferendam tibi ſententiam permitto, quo maturitati gravitatique judicii conjuncta benevolentia ſingularis errata noſtra faciliore donabit venia, verecundiæque conſulet noſtræ, quæ ſeveriorem cenſuram reformidans, eundem & cenſorem & patronum habere cupit. Sanè quoniam verſus plurimos & diverſos, tum alienos, tum ſuos auctor interſerit, quod abhorrere videtur à gravitate hiſtoriæ, illos traducere con-

consulto omisi: ita tamen ut nihil deesse ex sensu necessario sim passus. Simul & rauca vox prolixam concionem, ad quam nequaquam sufficisset, declinavit: ne risum moveret audientibus. Plura quidem inserta sunt parum pudice, tum dicta tum facta, & quæ pudorem exagitent: sed illa quoque non omitti, & lex interpretandi, & vera suasit ratio. Sed satis ista superius. Tu si qua superflua æstimaveris, jure tuo resecabis. Vale.

VALENTINUS CURIO STVDIOSO LECTORI S.

QUum olim dispicerem, studiose lector, quibus potissimùm libris excudendis rem literariam juvarem, & officinam meam non mediocri sumptu recens instructam ornarem, nulli ad eam rem accommodatiores visi sunt, quàm ii qui non solum argumenti varietate lectorem delectant, verùm etiam multarum rerum cognitione & exemplis, eruditiorem cordatioremque reddunt. Tales nimirum sunt historici, qui præter voluptatem quam afferunt, mirum quàm sint ad mores componendos, & vitam feliciter instituendam efficaces. Quare non ignari quantum ex ejusmodi utilitatis capiatur, nuper Strabonis, graviſſimi, luculentissimique scriptoris geographumena, antea haud scio cujus incuria, lituris & mendis cooperta, nostris quidem typis quàm potuimus accuratissime excudi curavimus, sed opera Conradi Heresbachii, viri eruditionis haud quaquam vulgaris, & amici cum primis observandi pristinæ integritati & nitori restituta. Idem & propè diem facturi de Herodoto & Thucydide, si cœptis aspirabit is qui cœpti autor fuit. Idem autem & nunc fecimus in Diogenem Laërtium Philosophum accerrimum, & philosophicæ historiæ scriptorem probatissimum. Nam illum hactenus nihilo melius acceptum, quàm cæteri boni autores, qui hodie depravatissimi circumferuntur, purgatiorem, ni fallor, ac minus salebrosum studiosis legendum dedimus, quanquam id serius aliquanto, quam voluerim. Nam, ut maxime voluerim, certe maturius non potui, præ Græcorum exemplariorum inopia, citra quorum fidem nihil tentandum putavi, præsertim in hoc opere, quo vix scio an aliud præterea sit infelicius versum, aut negligentius excusum, & quidem Venetiis, & ab eo qui se in quadam epistola profitetur id editurum non aliter quàm à fratre Ambrosio fuerat traductum è Græco in Latinum. Sic enim ille loquitur. Nam illa editio, quam nobis dedit Gallia, portentosior est, quàm ut possit excusari. Facta igitur tandem Græci codicis copia, quem in gratiam studiosorum libenter communicavit, vir nescio doctrina ne an humanitate ornatior, Matthæus Aurigallus, Hebræarum literarum in celeberrima Wittenbergensium Academia Professor, putavi mei officii esse, curare ut tam insignis autor, quorundam negligentia jam penè obscuratus, in lucem prodiret, indignus profecto qui sic lateret, dignissimus qui omnium manibus versaretur. Nam præter variam, ac minimè trivialem eruditionem, qua totus scatet, Philosophiam ut per gradus quosdam & incrementa nata auctáque est, ita depingit, ut vel ex hoc uno studiosus adolescens totius Philosophiæ rationem facilè compendio possit petere. Siquidem non tantùm uniuscujusque Philosophi vitam & mores describit, verum etiam institutum doctrinamque cujusque diligentissimè persequitur. Ad hæc multas gravissimas sententias, & Apophthegmata multa argutissime dicta factáque, suo quæque loco incredibili brevitate aspergit. Idque tanta fide, ut citra nomenclaturam autorum nihil asserat. Unde non possum satis mirari hominis industriam, & studium in evolvendis veterum monumentis, si tamen eos legit quorum autoritatem citat. Citat autem multos, & quidem antiquissimos, ut par est in historia non admodum recenti. Unius Plutarchi omnium quos citat, ut videtur, recentissimi, testimonio semel aut iterum usus est duntaxat. Unde conjectura est illum aut Plutarchi seculo floruisse, qui cum Trajano vixit, aut certe illi proximo. Nam nullus χρονικῶν, & vitarum scriptor, Laertii, quod quidem sciam, usquam meminit. quare reliquum est ut agam conjecturis in re incerta. Solum Stephanum, qui de urbibus scripsit, ejus feciſſe mentionem quodam loco invenio. Colligat ex his, si volet, curiosus lector temporum rationem & judicet. Porrò de numero librorum nihilo magis constat quam de vita. Certum est præter hunc, quem de vita & moribus philosophorum inscripsit, scripsisse & πάμμετρον, hunc enim libro titulum fecit, in quo de omnibus sapientia & doctrina illustribus viris omni genere carminum lusit, quemadmodum ipse testatur cum multis aliis in locis, tum aperte in vita Solonis. Cujusmodi autem fuerit ea πάμμετρος, quivis viderit ex iis epigrammatis quæ passim hoc libro ex illa petita, citat. Quæ in hoc Græcè apprimenda curavimus, quod scirem carminis venustatem & argutiam peregrina lingua non posse reddi, & gratum fore studiosis sperabam, si exhiberem gustum Laertianæ phrasis, quoniam adhuc apud nos nihil illius Græce excusum novimus, neque ubique obvium est manu-scriptum exemplar. Neque verò deterreri potui, quo minus admiscerem Græca, quod in illis quædam desiderarentur, & multa essent per scribarum incuriam perperam transcripta, alioqui totum opus ne attigissem quidem, quum ineſſent mendæ non paucæ. Imò vero magis animatus sum ut id facerem, quod ea cum essent utilissima, & tamen mendo-

sa

ſa, aliquando collatione vetuſtorum codicum caſtigarentur. Quod licebat igitur, præſtiti, ſimul & aliorum verſus inſertos, & auctoris epigrammata utcunque vertimus. Trunci enim & abrupti magna ex parte citantur, maximè illi quos ex Sillis Timonis deprompſit per ſe ſatis obſcuros. Neque hic mihi probandus videtur interpres, qui in præfatione quam huic operi præfixit, fatetur ſe verſus plurimos & diverſos quos autor interſerit conſulto omiſiſſe, quod id à gravitate hiſtoriæ abhorrere videretur. Quod ipſum non ſolum abhorrere à gravitate hiſtoriæ puto, verum etiam multum derogare hiſtoriæ veritati, & boni interpretis officio neutiquam fungi ſi quid omittatur, quod ad ſententiæ integritatem faciat. Sed hoc non tam in cauſa fuit, ut ipſe videtur innuere, cur non reddiderit verſus verſibus, quam rei difficultas. Itaque quales quales ſunt, & quales ex tali exemplari haberi potuerunt, Græce addidimus, & Latine, ut potuimus, reddidimus. ex quibus aliquot qui proſæ orationi affiniores erant, & ut ingenue fatear nobis ignoti, intactos reliquimus, ſervata duntaxat ſententia, diſtincturi & illos cum caſtigatius exemplar nacti erimus. Jam quod ad contextum attinet multa caſtigavimus, & mutavimus quidem nonnulla, ſed ſobriè, & niſi cum maximè res poſtularet. Multa enim Græcè reliquerat omnino non verſa, aut planè perverterat, ex quibus quædam in margine indicavimus. Nolo autem hîc inſectari interpretem. Nam quiſquis fuit, quantum in ſe fuit, etſi non omnia aſſequutus eſt, certe prodeſſe voluit. Quis nam autem fuerit mihi compertum non eſt, niſi quod ſuſpicor ex ſtilo non eſſe Ambroſium illum Camaldulenſem doctiſſimo ſeculo natum, qui Politiani & illius temporis eruditorum virorum amicitia uſus eſt, & convictu. quare crediderim potius cujuſpiam alterius eſſe Monachi. Ejus præfationem, ne quid ſua gloria defraudaretur, huic proximè ſubnectere placuit, ut lector intelligat nos non ex aliorum laboribus captare famam, ſed in communem utilitatem libenter velle omnem operam impendere, & ſumptui non parcere. Quod ſi quid fructûs, candide lector, ex hoc noſtro qualicumque conatu ad te redibit, id totum velim imputari Aurigallo noſtro, viro ut trium linguarum doctiſſimo, ita modeſtiſſimo candidiſſimoque, qui cum multum poſſit, & nihil non velit, agatque, literarum nomine, ultro Græci codicis nobis fecit copiam. Non nihil & Michaëli Bentino debetur, qui nobis in labore adfuit. Tu noſtros conatus fac boni conſulas, interim dabimus operam ne noſtro officio deſimus. Vale. Baſileæ ex officina noſtra, Calendis Septembris. Anno 1524.

Editioni Baſilienſi anni 1533.

Hieronymus Frobenius & Nicolaus Epiſcopius Studioſis. S.P.D.

INdies quaſi θεόπνευστος quidam provehendi meliora ſtudia ardor creſcit in nobis. Atque utinam animo par eſſet facultatum copia, quo videlicet hanc operam in publicam ſtudioſorum utilitatem gratuitò liceret impendere. Abundè magnum fructum nobis percepiſſe videremur, ſi noſtram induſtriam viris eruditis & juvenibus ſolidioris doctrinæ candidatis, tum gratam, tum frugiferam eſſe intelligeremus. Sed quicunque ſucceſſus erit noſtris emolumentis, certum tamen eſt in hoc negocio non defatigari. Pergemus enim huc eniti, ut quotannis aliquid ex officina noſtra prodeat utriuſque linguæ ſtudioſis voluptatem cum utilitate conjunctam allaturum. Damus nunc præter cætera Diogenem Laërtium de vitis, dictis ac dogmatibus illuſtrium philoſophorum, opus jam olim manibus omnium detritum, interprete Ambroſio Monacho, viro non vulgariter erudito, cujuſque induſtriæ plurimum debent omnes φιλολόγοι. Quum enim in hoc volumen ex plurimis ſcriptoribus adeò breviter congeſta ſint multa, ut indicata verius quàm expreſſa videantur, nemo potuiſſet bona fide Latinis auribus tradere, niſi vir undiquaque doctus, & in omni diſciplinarum, auctorumque genere non indiligenter exercitatus. Et tamen qui Græca Diogenis cum Ambroſii Latinis conferre volet, facile videbit quantum interſit inter puros fontes, & lacunas, licèt non omnino turbidas. Quis autem fuerit Diogenes Laërtius nondum ullis veſtigiis licuit odorari. Neque enim illius extat ulla præfatio, ſed Ariſtotelico more protinus ipſam aggreditur rem, nec ab ullo veterum, quod ſane meminerimus, citatur hujus autoritas. Laërtius dictus eſt, à Laërte oppido Ciliciæ. Res ipſa declarat hominem fuiſſe magna veterum auctorum copia πλουσίως inſtructum, in quibus citandis nequaquam indiligens eſt; quæ res vehementer eſſet commoda ſtudioſis, ſi extarent omnes quorum hic videmus nomenclaturam. Quanquam videtur plus ſtudii adhibuiſſe in congerendo, quam judicii vel in deligendo, vel digerendo. In dictis Philoſophorum, in quibus plurimum eſt acuminis, conciſior eſt, quàm optaremus, & interdum, veluti delaſſatus, fatetur ſe multa prætermittere. Rurſus in congerendis Epigrammatibus æquo diligentior eſt, frequenter & ſuos attexens verſiculos, non multum ad rem facientes, ut ſuſpicari poſſis in hoc ipſum hanc illi fuiſſe ſuſceptam operam, ut ſua poematia poſteris obtruderet. Mirum vero cur Ambroſius hanc operæ

parcæ partem faſtidierit, velut ipſo indignam, ut verſus quibus undique totum ſcatet opus, eodem metro redderet, quum ea res faciat non mediocriter ad totius argumenti decorem. Quod ſi ipſi ad id præſtandum vel animus, vel uſus, vel ocium deerat, poterat aliis eam delegare functionem, quod à Theodoro Gaza factum in libris Ariſtotelis vertendis narrant, qui cum illo domeſticam habuere familiaritatem. Sed hoc nunc docto cuivis addere fuerit in proclivi, nimirum ipſo Diogene Græcé publicato. In nonnullis Philoſophorum dictis eſt obſcœnæ rei ſignificatio. Quæ res facit, ut hi libri magis conveniant viris eruditis quàm ætati teneræ. Sed hoc incommodum devorandum eſt, in pleriſque veterum Græcorum voluminibus: atque hìc convenit Medicorum exemplum imitari, qui ex iiſdem hortis ac pratis legunt herbas ſalutiferas, in quibus naſcitur cicuta & aconitum. Expedit autem & venena noſſe, ne fallant. Exemplar nobis exhibuit vir Hebraicæ Græcæque literaturæ profeſſione clarus Matthæus Aurigallus, quod eò teſtari viſum eſt, ne & is debita laudis portione fraudetur. Si viderimus hæc quæ damus tanto candore à Studioſis accipi, quanto ſtudio nos largimur, alacriores aggrediemur majora, plúſque commoditatis ut ſperamus allatura.

Baſileæ, ex officina noſtra, pridie idus Martias, anno à Chriſto nato 1533.

HENR. STEPHANI.

Joanni Cratoni, Cæſaris Conſiliario, V. Cl. Henr. Stephanus S. D.

PHiloſophicas vitas ad te mitto, vir præſtantiſſime, vel potiùs Philoſophorum vitas. Pleræque enim (ſi verum fateri volumus) nihil minùs ſunt quam philoſophicæ, id eſt, Philoſophis dignæ. Niſi potiùs dignas quidem illis haſce vitas, ſed illos Philoſophorum nomine indignos fuiſſe dicamus. Aulicæ quidem certè Philoſophiæ (libet enim cum aulico de rebus aulicis loqui) convenientes quaſdam Philoſophorum vitas hic inveniemus: utpote ex quibus diſcemus primum quidem τὸ ἐρυθριᾷν ἀποξύσαι τοῦ προσώπου: (quid enim magis pernicioſum aulicis, quàm verecundia?) deinde vero τὸ κολακευτικῶς ἔχειν, φιλοψευδῶς, φιλοχρημάτως, φιλογελοίως, φιλοσκωμμόνως, φιληδόνως; adde etiam (ut veſtratibus aulicis gratificer) φιλοπότως. Scilicet οὗτός ἐστιν ὁ ἡδὺς βίος, ὁ τρυφητός, ὁ τρισμακάριστος· ſed quid? (dices mi Crato) me quoque in eorum aulicorum numero ponis? Nequaqaam certè. Neque enim quicunque eſt aulicus, id eſt, in aula vivit, is etiam vita & moribus aulicus eſſe putandus eſt. Quum igitur illis quos dixi, vitam aliquam convenire exiſtimem ex multorum Philoſophorum vitis conflatam, nimirum Ariſtippi (qui certè vere aulicus Philoſophus fuit) Diogenis, Cratetis, Epicuri: tibi contrà, tuique ſimilibus, Socraticam quadrare cenſeo. Sed hactenus jocatus ſim. Norunt enim omnes, non quæ meliores, ſed quæ doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere petenda eſſe. Dixiſſem ſapientiores: niſi ſapientem cum bono copulari ab ipſo quoque Horatio meminiſſem: veluti quum ſcribit Epiſt. lib. 1.

Néve putes alium ſapiente, bonóque beatum.

Item,

An tacitum ſylvas inter reptare ſalubres,
Curantem quicquid dignum ſapiente, bonóque eſt?

Item,

Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu.

Item,

Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum.

Et Cicero ipſe ſapientes à bonis ſeparari queritur, idque magnam perniciem afferre dicit: *Hæc eſt igitur illa pernicies* (inquit) *quod alios bonos, alios ſapientes exiſtimant.* Neque tamen quum dico ex his Diogenis libris petenda eſſe, quæ nos doctiores, non quæ meliores reddant, hæc velim ita accipi, quaſi nulla hic legerentur, quæ quod ſit boni viri officium nos docerent (boni viri, inquam, non ad Chriſtianam, ſed ad philoſophicam exigendo normam) ſed quoniam alii ſunt aliorum libri è quibus ea meliùs à nobis diſci queant. Equidem vel unus Epicteti libellus (cujus vitam à Diogene noſtro prætermiſſam eſſe miror) egregius nobis hujus rei doctor fuerit. Verùm ut rari ſunt aurei iſtius libelli lectores, ſic certè rari ſunt qui meliores ſe quàm doctiores eſſe malint. Doctrina autem quæ ex hoc Diogenis opere peti à nobis poteſt, varia eſt atque multiplex. de qua ſi dicere ſigillatim aggrediar, verear ne Cratonem (Crantorem vere alterum) talia docere volens, ſus Minervam docere velle videar. Potius ergo de hac mea editione hujus operis, deque ejus interpretatione ſimul edita, meum fuerit in præſentia pauca diſſerere. Idque lubentius faciam, quod interim munus hoc meum quod tibi mitto, egregiè (ſicut Terentianus ille) verbis ornabo. Prodit igitur Diogenes Laërtius à tribus Henricis (ſed ab Henrico Scrimgero præcipuè, quem honoris cauſa nomino) cum vetuſtis exemplaribus ſumma cura diligentiaque collatus: & ex iis multorum locorum emendationem, multorum etiam quæ deerant verborum, alicubi & ſententiarum integrarum acceſſionem conſequutus: annotationibus quoque unius ex illis Henricis auctus, in quibus multæ lectiones variæ quæ in contextum receptæ non fuerant, afferuntur; quidam etiam loci ex conjectura emendantur: nonnulli in quibus reddendis inter-

pres bona fide uſus non erat, fideliter reddun-tur. Hæc ſunt, quæ in Græca iſta Diogenis edi-tione præſtantur. At interpretatio Latina meæ editioni hoc præcipuè debet, quod à multis (non tamen omnibus) mendis, quæ ſuperiores editiones commiſerant, vindicata fuit. Inde autem contigiſſe illa manifeſtum eſt, quod ii qui primam editionem excuderunt, ipſoque in-terpretis autographo, aut certe exemplari ab eo miſſo uſi ſunt, compendiarias quaſdam notas, alicubi etiam vocabula quædam integre & abſ-que compendio ſcripta, legere non potuerunt. (Tanti eſt exemplaria typographis εὐαγώνιστα mittere) Exemplo vel ſola particula *Quamquam* eſſe poterit, quæ poſita fuit alicubi pro *Quam-que*, alicubi pro *Quomodo*, alicubi pro alia par-ticula. Memini & *Ion* quodam in loco haberi pro *Ideo*. quod accidit ex compendio quo vo-culam iſtam nonnulli ſcribunt, nimirum cum i, & o titulum habente. Quamvis porro talia men-da non ab interprete ſed male exemplar ejus legentibus (ut dixi) manaſſe manifeſtum eſſet, tantùm abeſt tamen ut ii qui multa ſe in hac interpretatione reſtituiſſe jactarunt, id præſti-terint, ut ne hæc ipſa quidem emendaverint. Hæc ſunt, mi Crato, quæ de utraque Dioge-nis editione, id eſt Græca pariter & Latina, ſcire te volui; quas tibi, ut perpetuum ſint a-micitiæ noſtræ pignus, dedi atque dedicavi. Ut autem ſimul cum Diogene editus à me fuit Herodotus, ita eum ſimul ad te miſi. Vale.

Henricus Stephanus Lectori S.D.

QUum ſuperior Diogenis Laërtii editio quæ Baſi-leæ prodierat, cum variis exemplaribus antiquis collata partim à me, partim ab aliis fuiſſet: eaque collatio magnum variarum lectionum numerum no-bis dediſſet: quarum pleræque meliores eſſent iis quas editio illa habebat, nonnullæ ejuſmodi eſſent ut utræ utris anteponi deberent, dubitare quis poſſet: ali-quæ autem levis aut nullius etiam momenti eſſe vi-derentur: in hac variarum lectionum varietate con-ſilium hoc à me initum fuit (quod tibi me proba-turum confido) ut quæ apertè potiores forent iis quas editio illa attulerat, iſtarum loco in ipſum con-textum reciperentur: ex cæteris aliæ in calce ipſius libri annotarentur, aliæ prætermitterentur. Quod ad primas illas attinet, in contextu poſitas eſſe (ſimul-que multos locos quibus aliqua verba, interdum ſen-tentiæ totæ deerant, expletos fuiſſe) collatio ſupe-rioris editionis cum hac, tibi abunde teſtabitur. Se-cundæ autem, eæ ſunt quas nunc annotandas cenſui: tertias contrà, quòd tales ſint quales dixi, omnino ſilentio prætereundas eſſe judicans. Quamvis porrò multis uſus ſim exemplaribus, locos tamen non deeſſe fateor qui aliquod aliunde auxilium expectent: quorum unumquenque, ſi vacaſſet, tibi indicaſſem. Sed vel ad hanc tumultuariam ſcriptionem vix otii paululum ſuffurari potui, in abſolvenda editione He-rodoti (quam huic ſociam fore promiſi) occupatus. Interim tamen qualemcunque hunc laborem boni conſulas velim. Vale.

H. STEPHANI EPISTOLÆ
POSTERIORI EDITIONI PRÆFIXÆ.

Præſtantiſſimo atque ornatiſſimo viro, Wolfgan-go Zundelino, Henr. Steph. S.D.

HAnc librorum Diogenis poſteriorem editio-nem meam ad te mitto, vir ornatiſſime, tibi, in amicitiæ noſtræ teſtimonium, dica-tam. Satis ſuperque noſti non loqui me de Dio-gene illo qui Cynicorum princeps (ſiquo & Cy-niſmus principatu dignus fuit) exſtitit, & cu-jus vitam inter alias aliorum Philoſophorum hoc in opere habemus. Illum certè principatum ſi-quis ei denegaſſet, in has ſtatim voces eru-piſſet,

---ſcilicet ut non
Acriter elatrem primam ſedemque fidemque.

Liceat enim mihi ex Horatio ita ludere per pa-rodiam, qua & cum ejus bona venia (ut opi-nor) uſus fuiſſem. Suum enim illud verbum *e-latrem*, tam aptum in Cynico Philoſopho inveni-re locum libenter vidiſſet. Verùm ad illum in-ter Philoſophos principatum ut redeam, ac de illo ſeriò loquar, non dubium tamen eſt quin potiùs Ariſtippo hic inter Cynicos principatus debeatur, ſi quidem & ille Cynicus cenſeri de-beat: ut placuiſſe Diogeni videmus: quippe qui regium canem illum appellaret. Hoc enim eum inter canes titulo honorans, ſe illi inter Cynicos primatum dare non animadvertebat. Verùm abſit ut tantum virum, id eſt, tantis na-turæ dotibus (etiamſi magis illis abuteretur quàm uteretur) præditum, & talem verè qua-lem Horatius deſcripſit his verbis, *Omnis A-riſtippum decuit color, & ſtatus, & res* (quibus reſpondentia verba apud hunc ſcriptorem, ini-tio vitæ illius, leguntur) tam ſordidum in lo-cum dejiciamus.

Verùm, dum tamdiu duobus illis Philoſophis immoror, aliis injuriam facere videri poſſim: quod mihi ad diſſerendum de illis ſatis ſpatii non relinquam. Sed hunc ad delectum partiri nos operas oportet. Ipſe igitur in hanc velut conſultationem conferens quidquid pro mea parte virili (id eſt, pro judicii mei modulo) poſſum, dico, videri mihi eos præ cæteris fu-turos principum aulis accommodatos Philoſo-phos qui neque omnino ſint aulici, (id eſt, aulico prorſus ingenio, qualis fuit Ariſtippus)

neque nihil aulicum habeant. Ac tales fuiſſe illos exiſtimo, qui neque à negotiis politicis, neque à legationibus abhorruerunt. Verùm ultra non pergam: ne ſus Minervam. Quis enim aptum aulis principum virum meliùs deligere poſſit eo qui multis & propter prudentiam & propter doctrinam ornamento fuit, & de omnibus benè inſtituendis tradere præcepta poteſt? Vale.

Henricus Stephanus lectionis Diogenis Laërtii ſtudioſis S. D.

QUum cogito quàm ſint multa de quibus mihi apud vos eſt agendum, ſimul etiam cogitem neceſſe eſt, minimè mihi eſſe in iis quæ alioqui de hoc opere deque illius ſcriptore libentiſſimè præfarer, tempus inſumendum. Viciſſim tamen apud me reputo, futurum, ſi nihil de illo præfatus, de cæteris verba faciam, ut ἀνίπτοις χερσὶν hæc mea prologomena (ſi modo hoc poſſunt nomine appellari ea de quibus hîc tractabo) aggreſſus eſſe dicar. Quidni igitur priorem epiſtolæ ad Joannem Cratorem ſcriptæ partem, in qua illud argumentum tracto, vobis legendam proponam? ei verò qui eam jam legerit reponam? id eſt, ſecundo apponam? Ad nonnullos quidem certè quod attinet, à quibus ea jam lecta fuit, illos dici potero imitari, qui ea fercula quæ priores convivæ omnino intacta reliquerunt, poſterioribus apponunt. Cæterùm commodè hoc cedit, quod illi priori argumenti mei parti priorem illius epiſtolæ partem aptam fore videmus.

En igitur vobis illam. *Philoſophicas vitas ad te mitto, vir præſtantiſſime, vel potiùs Philoſophorum vitas. Pleraque enim (ſi verum fateri volumus) nihil minus ſunt quàm philoſophicæ, id eſt, Philoſophis dignæ. Niſi potiùs dignas quidem illis haſce vitas, ſed illos philoſophorum nomine indignos fuiſſe dicamus. Aulicæ quidem certè Philoſophiæ (libet enim cum aulico de rebus aulicis loqui) convenientes quaſdam Philoſophorum vitas hîc inveniemus. utpote ex quibus diſcemus primùm quidem* τὸ ἐρυθριᾶν ἀποξύσαι τοῦ προσώπου: *(quid enim magis perniciosum aulicis, quàm verecundia?) deinde verò* τὸ κολακευτικῶς ἔχειν, φιλοψευδῶς, φιλοχρημάτως, φιλογελοίως, φιλοσκωμμόνως, φιληδόνως. *Addo etiam (ut veſtratibus aulicis gratificer)* φιλοπότως. *Scilicet* οὗτός ἐστιν ὁ ἡδὺς βίος, ὁ τριπόθητος, ὁ τρισμακάριστος. *Sed quid? (dices mi Crato) me quoque in aulicorum numero ponis? Nequaquam certè. Neque enim quicunque eſt aulicus, id eſt, in aula vivit, is etiam vita & moribus aulicus eſſe putandus eſt. Quum igitur illis quos dixi, vitam aliquam convenire exiſtimem, ex multorum Philoſophorum vitis conflatam, nimirum Ariſtippi, (qui certè verè aulicus Philoſophus fuit) Diogenis, Cratetis, Epicuri: tibi contra tuique ſimilibus Socraticam quadrare cenſeo. Sed hactenus jocatus ſim. Norunt enim omnes, non quæ meliores, ſed quæ doctiores nos reddant, ex hoc Diogenis opere petenda eſſe. Dixiſſem, ſapientiores: niſi ſapientem cum bono copulari ab ipſo quoque Horatio meminiſſem, velut quum ſcribit Epiſt. lib. I.*

Neve putes alium ſapiente, bonoque beatum.

Item,

An tacitum ſylvas inter reptare ſalubres,
Curantem quicquid dignum ſapiente, bonoque eſt?

Item,

Vir bonus & ſapiens audebit dicere, Pentheu.

Item.

Vir bonus & ſapiens dignis ait eſſe paratum.

Et Cicero ipſe ſapientes à bonis ſeparari queritur, idque magnam perniciem afferre dicit. Hæc eſt igitur illa pernicies (inquit) quòd alios bonos, alios ſapientes exiſtimant. Neque tamen quum dico ex his Diogenis libris petenda eſſe quæ nos doctiores, non quæ meliores reddant, hæc velim ita accipi, quaſi nulla hîc legerentur, quæ quod ſit boni viri officium nos docerent (boni viri, inquam, non ad Chriſtianam, ſed ad philoſophicam exigendo normam) ſed quoniam alii ſunt aliorum libri, è quibus ea meliùs à nobis diſci queant, ſiquidem vel unus Epicteti libellus (cujus vitam à Diogene noſtro prætermiſſam eſſe miror) aptior nobis hujus rei doctor fuerit. Verùm ut rari ſunt aurei iſtius libelli lectores, ſic certè rari ſunt qui meliores ſe quàm doctiores eſſe malint.

Et ex ea quidem præfatione hactenus. Addo autem, tantùm abeſſe ut fucum lectori faciat qui huic operi præfixus eſt titulus, ut contra hi libri plus habere in receſſu, quàm fronte promittant, dici poſſint, ad pleroſque locos quod attinet. Multa enim obiter nobis commemorat, ultra ea de quibus ipſum verba facturum titulus pollicetur. Ac quamvis hoc tantùm in ſe recipiat locis aliquot, ut ſumma doctrinæ uniuscujuſque Philoſophi capita proponat (quod vocat διαλέγεσθαι ἐν κεφαλαίοις, vel ἐπὶ κεφαλαίων: interdum addens καὶ στοχειωδῶς) tamen nonnunquam aliquid etiam ampliùs præſtat. Audimus enim alicubi dicentem, κεφαλαιωδῶς μὲν ταῦτα· ἐπὶ μέρους δὲ ὧδε ἔχει.

Atque hæc quidem de opere ita dicta ſint, ut ſimul ad ſcriptorem ejus pertineant: magis autem propriè ad ſcriptorem ipſum pertinere: ac de illo peculiariter dici videri poterunt quæ ſubjungentur. Primum igitur animadvertendum hoc eſt, veriſimile eſſe, eum fideliter Philoſophorum dogmata referre: & ad Epicuri quidem doctrinam quod attinet, vel ipſum Ciceronem teſtatum nobis hoc facere. Quum enim multos in ejus libris doctrinæ Epicureæ locos legamus, videmus Ciceroniana ab iis quæ Diogenes ex Epicuro affert, vix uno verbo, quod quidem ſenſum immutet, aberrare. Quæ autem in cauſa eſſe poſſint, cur ea quæ ab ipſo Ariſtotele afferuntur, cum Ariſtotelicis quæ habemus conferentes, ubique non inveniamus quæ nobis ſatisfaciant, alius erit dicendi locus. Deinde conſiderandum nobis fuerit, apud eum ſæpè illud occurrere, quod eſt hominis qui bona fide agere inſtituit. Quidnam autem eſt? quod, quum ſæpè contingat ut facienda ſit mentio rei alicujus de qua ante verba fecerit, videmus paſſim eum oſtendere ſe minimè eorum, de quibus antea ſcripſerit, eſſe immemorem: quum de

illis à se jam dictum esse admoneat. Quod si fortè tamen alicubi hoc omittit, aut etiam de una eademque re non idem utrobique scribit, hoc inde accidere potuit, quod eundem utrobique autorem non sequatur. Sed esto, aliquod alicubi ἁμάρτημα μνημονικὸν excidisse, quis id, de quo venia in facilioribus etiam operibus datur, in difficiliore non ignoscat?

Sed (ut ab hoc scriptore ad me transeam) mirabimini nec immerito, quum videbitis Diogenem ex mea ipsius officina, & illis tamen meis annotationibus privatum prodire, quas in priore editione secum habuerat. Verum magna me spes tenet, futurum, ut quum me facti mei rationem reddentem audiveritis, consilium vobis meum probem. Attendite igitur. Quum annotationes illas, priori editioni adjunctas, ad finem usque non perduxissem, & ad illas eò perducendas simulque recognoscendas (utrumque enim una eademque opera effectum dare statueram) non tantum mihi esse otii viderem quanto esset opus: ambigere mens mea cœpit utrum satius esset, easne imperfectas iterum edere, an in id tempus, quo perfectas pariterque recognitas ederem, reservare. Ac vicit tandem hæc sententia, reservandas in id tempus esse. Eo autem faciliùs impetraturum me veniam speravi, quod sicut meas illa prior editio annotationes habuerat, nunc ista Isaaci Casauboni notas habitura esset: quæ cùm omnibus gratæ antea fuissent, nunc multò gratiores, utpote & multò auctiores & emendatiores, futuræ essent. Neque tamen satis confidebam fore ut multas multorum querimonias vitarem, nisi novas aliquas & ipse symbolas hoc in opus contulissem, quæ illarum annotationum desiderium quibusdam minuerent (in illis enim cum alia præstabam, tum verò hoc, quod plurimorum locorum, qui integritari suæ restituti essent, & non paucorum qui expleti fuissent, rationem reddebam) meamque mentem variis curis ab hujusmodi commentationibus avocari potiùs, quàm alienari, planum omnibus feciſsem. Commodum autem dum multas chartas meas (cujusmodi sunt quæ adversaria vocantur) quæ miserè disjectæ dispersæque erant, evolvo, in quædam Schediasmata, ex eorum numero quæ nondum edita sunt, incido: & quidem, tanquam θεὸς ἀπὸ μηχανῆς, in oculos incurrit pars illa quæ quosdam hujus nostri scriptoris locos ex conjectura emendatos habebat.

Illas igitur quas inde habeo emendationes primum proponam, deinde & aliquas alias ipsis addam. Quum autem tres sint quas in meis in Illustrium annotationibus exhibiturum me hîc sum pollicitus, inde initium sumam. Et quidem primum ei locum dabo qui ibi secundus est: quod ea conjectura qua locum illum suæ integritati mihi restituisse videor, per somnium in mentem mihi venerit: ut exponam quum ipsum locum proposuero. Is est in principio vitæ Menedemi, pagina 64. οὔτε σκηνὴν, οὔτε ψήφισμα προσήκει τῷ σοφῷ γράφειν. Quum absurdum & ineptum esse vidissem, dici γράφειν σκηνὴν, & tamen quomodo emendandus esset hic locus perspicere nequivissem, aliquot post diebus somniavi quendam, à quo pridie petieram aurum molitum (ut vulgo vocamus) cujus est ad scribendum usus, mihi id attulisse, & mensæ meæ chartam imposuisse, in qua literis aureis (ex illo nimirum auro) scripsisset ῥάψαι, tribus in locis. Ego experrectus non molitum, sed somniatum illud aurum esse cognovi. neque hoc miratus sum: sed unde illud ῥάψαι mentem somniantem subisset, mirabundus cogitare cœpi. Sed quum post biduum in eundem Diogenis locum incidissem, & illius somniati ῥάψαι recordatus fuissem, εὕρηκα dixi: en veram loci illius scripturam, οὔτε σκηνὴν ῥάψαι, οὔτε ψήφισμα προσήκει τῷ σοφῷ γράψαι. Esse enim elegantissimam paronomasiam in ῥάψαι & γράψαι (quum vix ulla dici posset esse in ῥάπτειν & γράφειν) omnes vident. Cæterum illud ῥάψαι puto mei somnii velut appendicem fuisse, ex eo quod in aliqua præcedentium noctium conjectura illa mihi in mentem venisset, verùm postea excidisset.

Venio ad primam illam meam emendationem conjecturalem, sive conjecturam emendatricem, quam promisi itidem apud Illustrium, in Democrito, paginâ 26. τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην ἐκ τοιούτων δι' ὧν καὶ περιφερῶν ὄγκων συγκεκρίσθαι. Ibi annoto, Junium levi brachio loci hujus emendationem tentasse, quum pro δι' ὧν ex Diogene reponens τινῶν, eum sibi visus sit restituisse: & tamen sub hoc lateat loco hulcus aliud, ex eorum genere quæ ὕπουλα vocantur. Nunc, quod ibi dixi, verè à me dictum esse, & illius periculosi hulceris chirurgiam me invenisse, spero ut omnibus probem. Dico igitur illam lectionem δι' ὧν, quæ nihil omnino significare hîc potest, multò propiùs ad veram accedere quàm illam, quæ è Diogene sumitur, τινῶν. Contendo enim ex δι' ὧν faciendum esse δινῶν. Quum autem magnam testium turbam me adducturum promiserim, quodam à loco initium sumam qui parvo intervallo cum quem emendavi sequitur, τῆς δινῆς αἰτίας οὔσης τῆς γενέσεως πάντων. Item ex alio qui parvo eundem præcedit intervallo, ubi dicitur de atomis, φέρεσθαι δ' ἐν τῷ ὅλῳ δινουμένας. Habes & in Leucippi vita locos, qui pro hâc meâ emendatione faciunt: quin etiam in vita Epicuri.

Ad tertium & ultimum locum transeo illorum de quibus me apud Laërtium dicturum promisi. Is est apud Illustrium in Platone, pag. 55. in fine. nam ibi legitur. ὃς τις δέκα εἰδῆ μαθὼν τηνο, ubi Junius vertit, *qui dena carminum genera perdidicit.* quum tamen Epicharmus nihil minus hîc quàm de numero denario vel alio cogitaverit: ideoque nec illa *carminum genera*, quæ cum illo *dena* conjungerentur, fingere oportuerit. Quid igitur voluit Epicharmus? nimirum particulæ δὶ addidit aliam particulam Doricam κα, ex earum genere quæ παραπληρωματικαὶ vocantur.

Sed antequàm ab Illustrio discedam, id est, ab iis quæ Illustrio cum Diogene sunt communia, utpote ex hoc sumpta, de illâ emendatione mea di-

eam, qua τοπικὰ pro ὀπτικὰ repoſui. Locus eſt hic pag. 12. πρὸς μὲν οὖν τὴν εὕρεσιν, τά τε ὀπτικὰ καὶ μεθοδικὰ, παρέδωκε προτάσεων πλῆθος. At τοπικὰ contra non ὀπτικὰ, convenire cum methodicis, alius locus oſtendit. Sed quum poſtridie locum illum in mea editione Diogenis, & quidem in priore etiam, legerem, inveni illam ipſam vocem τοπικοί. quam me ex aliquo veteri exemplari habuiſſe neceſſe eſt: quum alioqui eam minime recepturus eſſem.

Nunc apud Diogenem Laërtium quærendus mihi Diogenes Cynicus: & feſtivum ejus dictum, feſtivius (ſi vera reperiatur conjectura mea) reddendum. Quærenda igitur lib. 6. ſect. 63. ubi occurret hic verſus à Diogene τῷ ἐρανάρχῃ dictus.

Τοὺς ἄλλους ἐνάριζ', ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας.

Ego enim perſuadere mihi non poſſum quin Diogenes non ἐνάριζε, ſed, permutata tantum unius literæ ſede, ἐράνιζε dixerit alloquens τὸν ἐρανάρχην. Præſertim verò quum feſtiva & hoc modo futura ſit accommodatio illorum verborum quæ verſum claudunt, ἀπὸ δ' Ἕκτορος ἴσχεο χεῖρας. Nam ἐρανάρχῃ porrigenti manum ut τὸν ἔρανον accipiat, facete dicitur ἀπ' ἐμοῦ ἴσχεο χεῖρας.

A Diogene Cynico ad Menedemum venio, cujus domus à lib. 2. ſect. 125 uſque ad ſect. 144. extenditur. Ea autem domûs pars, in qua aliquid me quærere oportet, eſt ſect. 131. τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παριόντα καὶ ὑπερκύπτοντα, Ἀγαμεμνόνειόν τε καὶ Ἡγησ. Hic ego pro ὑπερκύπτοντα ſubſtituendum puto contrarium ὑποκύπτοντα: &, quum de Menedemo illud intelligeretur, hoc de Cratete dici. ut locus ita legatur & interpungatur, τὸν δὲ μηδὲν ἧττον τηρεῖν παριόντα· καὶ ὑποκύπτοντα, Ἀγαμεμνόνειόν τε καὶ Ἡγησίπολιν ἀποκαλεῖν. id eſt, *Illum nihilominus obſervaſſe tempus quo præteribat: & tum caput ſubmittentem, Agamemnoneium & Hegeſepolin* (quaſi urbium adminiſtratorem, ſeu gubernatorem: id eſt, aptum ad gubernandas urbes, vel dignum qui urbium gubernaculis præeſſet) *appellaſſe*. Scimus autem illud ὑποκύπτειν eſſe reverentiæ, quâ aliquem proſequimur, ſignum. Cujus ὑποκύψεως exemplum in Turcis potiſſimum videmus.

Nec quoddam novum vocabulum omittere nolo, quod ex quadam mea emendatione profectum eſt, nec recte inventum à me dici poteſt, niſi conjectura mea vera comperiatur. Id vocabulum eſt ἀνδρικακία, quod ego apud Diogenem pro illo ἀνεξικακία, tam uſitato ut triviale dici queat, repono: in Arceſilao, lib. IV. ſect. 41. At Junius contrà, apud Illuſtrium novitate illa offenſus, pro ἀνδρικακία, vel potius pro genitivo ἀνδρικακίας, ſubſtituit ἀνεξικακίας, ex Diogene. Vide quæ apud Illuſtrium annotavi.

Illud autem dictum Arceſilai in quo vocabulum eſſe depravatum ſuſpicor, vel potius perſuaſum habeo, facit ut recorder cujuſdam dicti philoſophi alius, Theodori videlicet, in quo itidem peccatum eſſe exiſtimo: & ita peccatum ut eodem modo ob depravatam ſcripturam gratiam amittat, & frigidum ſit: quamvis alioqui non idem ſit depravationis genus, ſed longe diverſum. Neque enim de novo agitur vocabulo, ſed de voce κακῶς, quam in contrariam καλῶς mutandam arbitror. Locus eſt lib. II. ſect. 103. Κακῶς ποιεῖτε ἄνδρες Κυρηναῖοι ἐκ τῆς Λιβύης εἰς τὴν Ἑλλάδα με ἐξορίζοντες. Quam lectionem & interpres ſequutus eſt: qui vertit *Male facitis*. At ego ſubſtituens καλῶς ποιεῖτε, ſubſtituo etiam, in ejus interpretatione, *Recte facitis*. Oſtendat enim mihi quiſpiam quid χάριεν (ut vocat Diogenes) alioqui poſſit dici habere illius dictum. Apud Antiſthenem vero, lib. VI. ſect. 12. ubi leginus, τῷ γὰρ σοφῷ ξένον οὐδέν, οὐδ' ἄπο, pro ἄπο ſcribendum ſuſpicor ἄπορον.

Alias habeo, quas poſſim his addere, conjecturales emendationes, ſed eas in eum reſervabo locum ubi ταῖς ἀντιγραφοπίστοις (nam conjecturalibus τὰς ἀντιγραφοπίστους libet opponere) conjungi poterunt: ſicut jam in meis illis annotationibus priori editioni adnexis quædam etiam conjecturæ inveniuntur. Quoniam tamen Laërtium videmus multa in ſuo ſermone nova habere, & quidem talia fortaſſe nonnulla, ut non ſolum ξένα, ſed ἀλλόκοτα etiam vocari poſſint, vos admonendos putavi, nonnulla etiam inveniri quæ ſuſpecta eſſe poſſint, & in quibus culpa in librarios rejicienda videatur. Exemplum afferam ex principio vitæ Thaletis, lib. I. ſect. 23. μετὰ δὲ τὰ πολιτικὰ τῆς φυσικῆς ἐγένετο θεωρίας. Neque enim dubito quin ille ἐγεύετο, non ἐγένετο, ſcripſerit: (ſicut & ἅπτεσθαι & ab illo, & ab aliis ſimili metaphora dicitur.) Mihi videor alioqui uſum quendam huius verbi γίνεσθαι, aut verbi εἶναι, cum genitivo itidem obſervaſſe apud Xenophontem, illi propemodum peculiarem: ſed qui tamen talis eſſet, ut ex eo (niſi me fallit memoria) defendi hic non poſſet.

Cæterum & ex ipſo interprete quædam emendari à vobis poterunt. De cujus interpretatione, ſimulque de ejus recognitore Brognolo (cujus quædam calci hujus operis adjuncta ſunt) in illis in ipſum Diogenem annotationibus dicam. Valete.

Editioni Romanæ vel Aldobrandinianæ.

Sereniſſimo PHILIPPO, Hiſpaniarum Principi, Petrus Cardinalis Aldobrandinus.

EVolventi mihi, PHILIPPE, PRINCEPS Sereniſſime, majorum meorum, qui generis nobilitatem omnibus liberalis doctrinæ ſtudiis augere ſemper conati ſunt, ſcripta, & monumenta, quam ego præcipuam, & cariſſimam ab iis hæreditatem accepi, obtulit ſeſe inter cætera hic Laërtii Diogenis liber, quem innumeris antea mendis malè habitum, nec ſatis feliciter verſum, Thomas Aldobrandinus patruus meus, vir in primis Philoſophiæ, ac ingenuarum diſciplinarum cognitione præſtans,

collaris vetuſtis codicibus, accuratè olim emendavit, purius, fideliuſque vertit in Latinum, multiſque adnotationibus illuſtravit. Hunc ego librum, pro ea pietate, quam patrui optimi memoriæ, nominique debeo, ad curam meam pertinere ſum arbitratus: ut nunc demum publicè ederetur. Quia verò ex Auctoris hujus, quamvis Ethnici, lectione documenta fortaſſe non pauca, quæ ad populos juſtè regendos non mediocriter proſint, eliciuntur, vel ſaltem ex tot, tamque diverſis, ac perſæpe contrariis illorum temporum Philoſophorum opinionibus elucet, quantum Religioni Chriſtianæ debeamus, quæ his tenebris fugatis, lucem veritatis omnibus aperuit: tibi uni Opus hoc meritò dicandum exiſtimavi. Nam cum tot Regnis, totque inter ſe non ſolum moribus, & inſtitutis, ſed cœlo, marique disjunctis populis, & nationibus ſis imperaturus: ex hac veterum Philoſophorum hiſtoria, ac inter ipſos diſſenſione, illud manifeſtius cognoſces, firmiuſque apud animum tuum conſtitues, quod planè veriſſimum eſt; nimirum ſi quis alium ſequatur, quàm JESUM CHRISTUM Dominum, & ejus ſanctam Catholicam Romanam Religionem, hunc in tot, tamque varias, ac inter ſe contrarias opiniones incidere, ut nullo ſtabili loco pedem figere, ac conſiſtere, neque ulla de re certò aliquid affirmare valeat. quod clariſſimè etiam noſtri temporis Novatores oſtendunt, cum apud eos vix una domus, nedum una civitas certam, & conſentientem habeat religionem. Sed ob eam quoque cauſam volui, Librum hunc in tuo nomine, quod ſplendoris, & majeſtatis plenum eſt, apparere, ut meæ in te ſingularis obſervantiæ hoc, qualecunque ſit, extaret monumentum perpetuum, confiſus benigno te animo id eſſe accepturum. Deus Opt. Max. te tot, tantorumque Regnorum imperio natum quam diutiſſimè felicem ſervet, & augeat. Romæ. x. Cal. Maij. MD XCIV.

Lectori.

NOn ſine gravi ſtudioſorum incommodo & mœrore ſolet evenire, ut qui de ævi brevitate cogitantes induſtriam ſuam ac diligentiam communis utilitatis procurandæ cauſâ incitant, idque commentando, & ſcribendo agunt, ut eos vixiſſe poſteritas ſentiat, ii nonnunquam immaturâ occupati morte, in medio præclarorum laborum curſu, Deo ita volente, rapiantur. Accidit hoc THOMÆ ALDOBRANDINO, viro clariſſimo ac doctiſſimo, qui gravibus negotiis diſtentus, cum viris doctrinæ ſtudio deditis prodeſſe aggreſſus eſſet, importuna morte præreptus, non pauca à ſe inchoata perficere non potuit. In quibus hanc LAERTII tranſlationem triginta abhinc annis eoque amplius reliquit, accurata vetuſtorum manuſcriptorum codicum collatione plurimis in locis emendatam, & multis Adnotationibus illuſtratam. quæ licet ab ipſomet auctore ſuprema manu perpoliri, ac limari nequiverint, viſum eſt tamen fore oportunum, ſi eo modo, quo olim relicta fuerunt non integra (nam in decimum quidem librum nulla reperta ſcholia ſunt) ederentur. Doctorum enim virorum lucubrationes quocunque modo habere conducit: & in his ipſis tanta variæ eruditionis & Latinæ puritatis lumina apparent, quanta & agnitum, & probatum iri ſperatur eruditis omnibus viris, præſertim iis, qui cum Græcis Latina conjungunt, quique Philoſophiæ ac Philologiæ ſtudiis delectantur. Accipe igitur hæc benigno animo, Lector, & ſi quid non omni ex parte abſolutum offenderis, præſtantiſſimi viri, florente adhuc ætate, & opere non perfecto mortui, memoriæ condonabis.

AD

CLEMENTEM VIII. PONT. MAX.

Antonii Quærengi.

HAnc etiam meritò, CLEMENS, tibi maxime laudem
Tot celebres inter famæ immortalis honores,
Perpetuo manſuram ævo parit inclyta virtus,
Auſpiciis quòd læta tuis veneranda per urbes
Ingreditur Latias priſco Sapientia cultu,
Et vitæ altrices melioris promovet artes.
Illa tot elatis uno propè funere mœrens
Principibus, ſterilique ſolo, Martiſque tumultu
Squallorem induerat tetrum, dubioque trementes
Ore per Auſoniam fundebat territa voces.
Tu miſeros diris prædonibus eripis agros,
Munificiſque opibus populos ſolaris egentes.
Tu magni illecebris præmi perducis in urbem
Ingenio præſtante viros, qui celſa recludant
Nobilium ſtudiorum adyta: & jam Romula pubes
Fontis inexhauſtas puri bibit auribus undas:
Jam leges Aſtræa tuas, jam maxima rerum
Principia, & veræ cœleſtia dona ſalutis
Altior egregiis animis facundia pandit.
Non ſatis hoc: latebris quoque condita noctis opacæ
In lucem monumenta effers, quæ publicus olim
Omnibus incaſſum votis optaverat uſus.
En tibi fraterni donum immortale laboris
Promitur; Europæ admirans ſtudioſa juventus
Quod celebri excipiat plauſu, verſaſque decoro

Eloquio vitas ſapientum crebra volutet.
En majus genitoris opus, cui ſponte merenti
Utraque decedant Romani lumina juris;
Innumeris miſeras quod litibus eximat urbes,
Et ſtabili jungat diſcordes fœdere cives.
O felix tanto, PRINCEPS, genitore, ſed ipſa
Fortunate magis virtutum laude tuarum,
Perge artes bonus ingenuas, perge optima dignis
Muneribus ſtudia ad ſummos attolere honores.

ISAACI CASAUBONI.

Arnaldo Caſaubono, Parenti plurimùm obſervando, Iſaacus filius S. P. D.

MAgna me ſpes tenet, Pater Venerande, fore, ut hoc munuſculum, quod tibi à me nunc offertur, gratum tibi acceptumque ſit. Nam etſi eſt id quidem, ſi ipſum ſpectes, exiguum ac levidenſe: tamen quia à me, hoc eſt, ab eo quem tu unicè amas, quemque tu his literis ſummo ſtudio ac labore imbuiſti, proficiſcitur: non dubito quin has ſtudiorum meorum primitias ſis amaturus, & alacri libentique animo accepturus. Quemadmodum enim bono colono nihil gratius poteſt uſuvenire, quam ut fructus ex iis percipiat arboribus quas ſuis ipſe manibus ſeverit: ſic ego exiſtimo tibi volupe futurum, fructus iſtos qualeſcunque ex eo horto decerptos videre, quem tu, Pater dulciſſime, in graviſſimis occupationibus tuis, tanta cura tantoque ſtudio ſolus ſolum coluiſti. Vellem quidem, obſervande Parens, aliquid ejuſmodi poſſem tibi offerre, quod magnitudini tuorum in me beneficiorum ſaltem aliqua reſponderet ex parte: verum quia id ego non poſſum, in eo ſaltem quod potui deeſſe mihi nolui, quin aliquod tibi grati animi teſtimonium exhiberem. Atque hoc ſane conſilio Notas has tibi, mi pater, do, dico, nominique tuo conſecro: quas horis, ut ſcis, ſucciſivis in Diogenis Laërtii libros ſcripſi. Erat quidem animus ipſum Diogenem, noſtro ſtudio & opera emendatiorem factum, quam fuerit hactenus, edere; ſed quum non paucæ poſtea rationes ab ea me ſententia deduxiſſent: interea viſum eſt, Notas has publicare, quas doctis hominibus eo acceptiores fore ſperamus, quod arduum nobis fuit, hac præſertim ætate, gravioraque in ſtudia incumbentibus, eum auctorem emendare, quem doctiſſimi viri cum ſumma laude, prope, ut videbatur, in priſtinum ſplendorem reſtituiſſent. Verum, nos quidem quid præſtiterimus, docti homines, tuque imprimis, σεβασμιωτάτη κεφαλή, æſtimabis: cui ſi non diſplicuerit hoc noſtrorum ſtudiorum qualecunque ſpecimen, abunde ſatis operæ meæ conſecutus mihi pretium videbor: eritque cur non omnino eam me putem, quum hæc ſcripſi, luſiſſe. Vale, parens etiam atque etiam obſervande, meque filium tuum, tibi perpetuo obſequentiſſimum, amare, ut facis, perge. Iterum vale. Ex muſeo noſtro a. d. x. Kalend. Mart. cIↃ. IↃ. LXXXIII.

De Diogene Laërtio.

DIogenis Laërtii pauciſſimi ſunt è veteribus qui meminerint: iique non alii quàm Grammatici, quorum omnium antiquiſſimus eſt Stephanus, qui τὰ ἐθνικὰ conſcripſit. De tempore autem quo floruerit, haud ita facile eſt conjicere: faciliùs enim dixeris, quibus temporibus non vixerit, quàm quibus vixerit. Nam quia Plutarchum non ſemel laudat, meminitque Sexti Empirici nepotis ejus, & Epicteti, quem perhibent auctores rerum veterum, vitam produxiſſe ad Marci Antonini imperium uſque, facilè intelligimus non vixiſſe Diogenem ante Annum à Chriſto ducenteſimum. Rurſus quia ita ejus meminit Stephanus, quaſi auctoris ſatis antiqui, multò antè annum à Chriſto quingenteſimum vixiſſe eum dici poteſt: id quod ex eo etiam licet intelligere, quòd de Polemone loquens, ait eum fuiſſe πρὸ ὀλίγου. Fuiſſe autem hunc ait Suidas ante & poſt Auguſtum. Nec certius quicquam adhuc de hac re potui comperire. Porrò, ubi, quomodo, & quamdiu vixerit, dicam quum invenero qui me doceat: nam nunc quidem parum, aut omninò potiùs non liquet. Cilicem eum fuiſſe, & à Laërta Ciliciæ oppido Laërtium appellatum docti viri εἰκοτολογοῦσιν: à quibus cur diſſentiam, cauſſam non habeo. At fuiſſe auctorem hunc Epicuri philoſophiæ deditum, eamque ſectam ſecutum, non pauci horum librorum loci indicio eſſe potuerunt. An alia ſcripſerit, præter hoc opus, de vitis & placitis philoſophorum (quod ad mulierem neſcio quam fuiſſe miſſum, ex unico qui eſt in Platone loco intelligimus) & τὴν Πάμμετρον, cujus in his libris toties meminit: ne hoc quidem compertum habeo. Qui putant autem eo potiſſimùm nomine inſtitutum hoc opus à Diogene fuiſſe, ut ſua poëmata nobis hac ratione obtruderet: næ illi haud animadvertunt, per eſſe veriſimile τὴν Πάμμετρον multo ante conſcriptum hoc opus in manus hominum perveniſſe. Nam ſanè Diogenes, quoties fere aliquod ſuum epigramma aſcribit, indicat id ſe deſcribere ex eo opere: & in Empedocle, ejus verba ſunt hæc, φέρεται δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν ἐν τῇ Παμμέτρῳ, σκωπτικὸν μὲν, τοῦτον δ' ἔχον τὸν τρόπον. Ecce, ait φέρεται: quomodo φέρεται, ſi is liber nondum fuerat vulgatus? videtur autem tuliſſe annos ἡ Πάμμετρος. Nam quod Joannes Tzetzes, ſcriptor vanior ſtolidiorque (nemo qui legerit dicet ſecus)

ſecus) quàm antiquior, Diogenem Ἐπιγραμματοποιὸν appellat, crediderim viſam ab eo τὴν Παίμμετρον: quæ nihil aliud fuit, quàm volumen poëmatum & epigrammatum in viros illuſtres, omni carminum genere factorum. Diviſum id opus fuiſſe in varios libros teſtatur ipſe: ut in Thalete. Cæterùm, quàm ſæpè in hoc opere ſcribendo vacillans memoria Laërtio fuerit fraudi, aut otium judiciúmve ad ea digerenda defuerit, quæ ſatis confusè congeſſerat, poteris, benevole Lector, ex his noſtris Notis cognoſcere: pleniùs multò cogniturus, ſi dederit Deus Opt. Max. ut inſtitutum & propè jam affectum Commentarium, quem in hunc auctorem paramus, abſolvere liceat.

MERICI CASAUBONI
in Notas ſuas Præfatio.

Lectori, Salutem.

QUæ tibi hîc, in Diogenem Laërtium, à nobis offeruntur, amice lector, tertius hic annus agitur, cùm ſcripta & deſcripta pleraque omnia, urgente tum typographo, quaſi mox extrudenda. Mutato dein, ut res ipſa docuit, conſilio; primò Aldobrandini; publicatæ dudum, ſed à multis, ob raritatem exemplariorum deſideratæ, *Annotationes*; & poſt illas, Menagii, Viri Clar. & doctiſſimi, prolixæ, & laborioſæ, bone Deus! *Obſervationes* prælo ſubjectæ. Nova interim hîc rerum facies; & qui vi & armis de propriis ſedibus exturbati, ad ſua poſtliminiò, tanto intervallo, redeuntibus undique, novæ curæ ſubiere. Mihi certè vix aliàs longiùs ab his ſtudiis diſſidium; quæ tamen ipſa ætas & diuturna valetudo, propè jam excuſſerat. Sed ecce tibi! dum propriæ Spartæ ornandæ vires ægrè ſufficiunt; vellit aurem typographus, aut bibliopola potiùs, & opus ad umbilicum tendere, ſemel, iterumque monet; fidem meam teſtatur, ne quid detrimenti, meâ vel cunctatione, vel fruſtratione patiatur. Ego contrà: quæ meæ nunc partes eſſent, niſi viſis prius doctiſſimi viri *Obſervationibus*, ignorare me: Lectoris intereſſe; ſed & à me cautum ſemper quàm potui diligentiſſimè, ne actum agerem: præterea ad exiſtimationem meam pertinere, ne ſubleſtæ fidei ſuſpicionem (ſi cui mores noſtri ignoti) ſubiremus, ſi quid in noſtris deprehenderetur, quod alii, quos adhibuiſſe nos in conſilium, quando hîc liber excudebatur, omnes crediturі eſſent, occupaſſent. Facilè homini intelligenti perſuaſi. Hoc igitur ingenuè profiteor, antè quàm tantò ante ſcripta recognoſcere aggrederer, viſas mihi doctiſſ. viri ad decimum uſque librum, qui Epicuri vitam complectitur, (neque enim nos ultra pergimus) *Obſervationes*; viſis illis, pauca quædam, quæ priùs ſcripſeramus, induxiſſe; ſed multò plura (quæ tamen omnia, mole paucula:) addidiſſe, occaſione ſumptâ, vel ex ſilentio viri doctiſſ. ubi res ipſa aliter exigere, in tantâ præcipuè diligentiâ, videbatur: vel quia de quibuſdam aliter ipſe ſentiebam, quàm vel ille, vel quos ille paſſim laudat & exhibet, viri doctiſſimi. Penitùs inſedit dudum animo meo illud Ciceronis: *Quid enim laboro, niſi ut veritas in omni quæſtione explicetur?* Qui ita ſunt affecti, non eſt quod metuamus, ne ſuſceptæ pro veritate diſſenſiones, eâ lege, ut ſi fallimur ipſi, magnas gratias certiora docentibus habituri ſimus; illos, aut illorùm quenquam ſint offenſuræ. Sed eſt præterea quod te volo, lector. Quod b.m. parens Iſ. Caſaubonus in Epiſtola ad lectorem *Notarum* ſuarum ad Diogenem; *inſtituti & propè jam affecti Commentarii* meminit; ut ſeriò ab illo tum dictum, nullus dubito: ita fruſtrà fuerit qui inde concludat, aliquid ipſum ſcripto complexum eſſe, quod *Commentarii* ſpeciem, vel ſpecimen exhiberet. Ita enim illi ſolemne, ut quæ ſemel animo meditata, & quaſi delineata habebat; quorum indicia, notulas ſibi plerumque proprias, aut ἀποσημάδας ad oras librorum appoſuerat; quia minimo, ſi res ita ferret, negotio depromere & ſtylo contexere poterat; de iis, ut paratis & affectis, (verè ille & ſincerè, multo uſu confirmatus:) loqueretur: Mihi certè nihil hujus generis unquam viſum, præter ea quæ Codici Editionis Stephanicæ cum cura legens, adſcripſerat: quæ pleraque poſtea, in *Notas* quæ ſunt editæ, relata. Si quid in eo codice præterea nobis repertum, quod adverti mereretur; ejus lectorem noſtrum, auctore nominato, participem fecimus. Ipſum certè Codicem, non unus jam vir doctus in ſua poteſtate habuit: ſed unus præ ceteris nobis hîc nominandus, Joh. Pearſonus, magnifici illius Collegii Sr. *Trinitatis* Cantabrigiæ, præpoſitus digniſſimus; nobis ſemper amiciſſimus. Vale.

Merici Caſauboni, Is. F. Diſſertatio præliminaris, de editione Romana & verſione Aldobrandiniana.

DIogenem Laërtium *de Vitis*, &c. & ſuo nomine (magis tamen ab argumento, quàm ſcriptoris diligentiâ:) & paternis in illum lucubrationibus nobis commendatiſſimum, juvenes olim ſatis accuratè legeramus, & inter legendum non pauca ad difficiliores aliquot locos, interpreti non intellectos pro more ad proprios uſus notaveramus, aliis quoque ſi quando ferret occaſio (qui non ultimus ſtudiorum noſtrorum finis:) impertienda. Eorum ſpecimen noſtræ in Antoninum *De ſe ipſo*, Notæ, dudum ex-

hibuerunt. Romana Editio, *Thoma Aldobrandino* interprete, ne fando quidem nobis tum audita. Multis poſt annis, cùm res hîc jam verſæ, & nos (dum pejus naufragium metuimus) ἀνάσχετοι facti ſumus: tum demum; dubito an in Anglia ante viſam; in bibliopoliis ſemel & iterum oculis uſurpare contigit: quo tempore de propria & priſtina ſupellectile libri ſi qui ſupererant, cùm nullus eſſet nobis illorum uſus; de novis comparandis non erat quod cogitaremus. Nuper adeo qui noſtram quoque ad novam *Diogenis Laërtii* editionem Londini curatam, ſymbolam, opere jam, ut ipſi dicebant, affecto, rogabant, factum eſt illorum operâ, ut Romanam iſtam editionem adipiſceremur; cùm niſi illâ conſultâ, quid nobis relictum eſſet, ne actum ſcilicet imprudentes ageremus, intelligere nequiremus. Paullò poſt, longinqui ab omnibus turbis & tumultu, in prædiis *Cottonianis*, ſeceſſus opportunitate factâ: nihil prius habuimus, quàm ut Diogenem Laërtium relegeremus; noſtram editionem, cum Romana contenderemus; & quod ex hac ſeu relectione, ſeu collatione ad publicos uſus commodum ſe nobis offerebat, quantum aliorum librorum ad hoc opus idoneorum præſidio deſtitutis licebat, & præſcripti temporis ratio permittebat, id ſublegeremus, & (hinc iſta:) *notaremus*. Sed priuſquàm ſingulares locos quos proponimus nobis, aggredimur: plurimum lectoris intereſſe putamus, ut quid univerſim de Romana iſta editione, & *Aldobrandiniana* verſione, nunc experti, judicandum habeamus; paucis indicemus. Res invidioſa, fateor, cenſura omnis eſt; & ad odium potiùs, quàm benevolentiam comparata: ſed invidiam compenſabit utilitas; & ſic ſpero veritati litaturos nos, ut candorem nemo æquus deſideraturus ſit. Hoc igitur quod ex iſta noſtra collatione didicimus, eſto primum: Romanam Editionem Græci textûs Laërtiani hujus operis; ſed & ejuſdem textûs verſionem Aldobrandinianam; vulgato aliarum Editionum textui; & aliorum quæ circumferuntur, verſionibus longè antiſtare; & optimo conſilio, ad novæ hujus editionis apparatum, utrúmque, tum *textum* Romanæ editionis, tum *verſionem* quæ illi juncta eſt, omnibus aliis prælatam. *De textu*, ex variarum lectionum collectione, cuivis in his paullò verſato, ſatis liquebit. *De Verſione*, ex collatione, ſi quis id agat vel perfunctoriè: adeo crebri ſunt, & ubique ferè obvii loci, in quibus priores interpretes impegerunt, qui hîc doctè & fideliter redditi ſunt. Sed hoc fortaſſè judicio noſtro, ſeu teſtimonio, quod ita pleriſque jam perſuaſum ſit, Lector minùs indigebat. Quod igitur pleriſque fortaſſè præter expectationem magis erit, & ut dicatur, magis ideò neceſſarium, hoc eſt: non *textum* tantùm Romanæ editionis mutilum, aut mendoſum interdum eſſe, ubi integrum exhibent vulgatiores editiones; ſed & *verſionem* tot locis, etiam ubi nulla dubitandi cauſſa, vitioſam, puerilem, ridiculam: ut Aldobrandinum in Aldobrandino requiramus, & ægrè mihi perſuadeam ab illo proficiſci potuiſſe, qui præter multiplicem in his literis eruditionem, non vulgarem quoque ſermonis Græci peritiam locis difficillimis prodat ac præſtet. Cùm igitur Aldobrandinus diu ante, quàm hæc in lucem prodirent, vivere deſiiſſet, ſed & opus imperfectum reliquiſſe *ex Annotationibus* non perfectis appareat; quod aliquis inde colligat, excuſari debere, ſi quid aliter quàm debuit, & res ipſa poſtulabat, in opere poſthumo reperiatur; & correcturum illum fuiſſe, ſi per mortem licuiſſet, nos hoc quidem libentiſſimè admittimus, & longè ab eo animo abſumus, ut doctiſſimi viri meritis, verſionis ipſius (ſi tamen ipſius) culpis obſervandis, quicquam detractum velimus. Non ideo tamen ſuſpicioni noſtræ loci minus relictum, fieri potuiſſe, ut in tot annorum ſpatio, illorum imperitiâ, quibus editio commiſſa, aliqua mutatio interveniret; aut etiam quaſi emendatio, aut conſummatio: qui putarent ſcilicet, ſi quæ in Aldobrandini verſione hiare, aut aliquo vitio laborare viſa ſunt, ea ſe ſupplere, aut expolire; quæ veriùs depravabant. Cujus rei exemplum habemus, Ambroſianam, id eſt, veterem hujus libri verſionem; quam dum corrigere ſe putant, & profitentur ſcioli, tot locis, ut à non uno verè obſervatum eſt, corruperunt. Sed & nuper notatus nobis neſcio quis, hujus farinæ ac confidentiæ magiſtellus Pariſienſis, qui *accuratiorem* Enchiridii Epicteti verſionem promittens; ubicunque Wolphium, virum doctiſſimum, non intelligebat, toties fœdiſſimè depravavit. Sed quicquid hujus ſit, ſeu paſſa eſt aliquid ab aliena manu hæc verſio; ſive ſecùs: hoc modò conſtet, nihil ad Aldobrandini reprehenſionem pertinere, quæ in poſthuma ejus verſionis editione, cui poſtrema manus ab authore impoſita non fuerat, peccata reperiuntur: at ad illos interim non parum pertinere, qui uſuri ſunt, ut illam talem, cui ſemper fidere, & in qua ſecuri poſſint acquieſcere, non eſſe, certò intelligant, non opinor ſine cauſſa credidimus. Sed & ad illorum quoque ſtultitiam arguendam, eadem opera proderit, qui neglecto linguarum ſtudio, dum toti pendent à verſionibus; (ſi accuratiores aliquot, unam aut alteram de multis excipias:) non intelligunt ſe perſæpè operam ludere, ut qui nihil minùs, quàm quod ſe putant legere, & quod titulus præfert, legant. Quod ne gratis nobis credi poſtulemus, id nunc nobis incumbit ſcil. ut inſignioribus aliquot de multis exemplis, ita rem habere oſtendamus. Talia autem erunt omnia quæ proferemus, ut nulla in iis aut Græci textus (ſaltem qualem præferunt editi libri) depravatio: aut præcipua verborum Græcorum obſcuritas obtendi poſſit. Quæcúnque hujus generis obſervata nobis, *Notis* reſervata ſunt. Talia, inquam, quæ hîc proferemus omnia, ut ne Ambroſius quidem, niſi in paucis, impegerit.

Lib. I. Sect. 36. Thales conſultus ab adultero, an in judicio crimen abjurare ſibi liceret, ut pœnam perjurio evaderet; graviter & acutè ſimul reſpondit, Οὐ χεῖρον μοιχείας ἐπιορκία· *Non pejus eſſe perjurium adulterio*: hominis maleſani præpoſteram religionem ſuggillans (ut ſunt inter nos plurimi, ſacri-

legiis ac rapinis avidiſſimè inhiantes, qui tamen in minoris momenti rebus rigidi videri volunt, & pietatis laudem affectant) qui cùm *adulterium* ſine ſcrupulo committeret, ſuper *perjurio* tamen, quaſi Deum timens, ſcrupuloſus erat. Aldobrandini verſio, mutata Syntaxi verborum, & omni ſententiæ acumine obliterato; *Non minùs peccare, qui pejeraret, quàm qui adulteraretur.*

Lib. I. ſect. 109. Ait Laërtius de Epimenide: Κρὴς τὸ γένος ἀπὸ Κνώσσου, καθέστει τῆς κόμης τὸ εἶδος παραλλάσσων. Verba Græca clariſſima, de longiore coma. Mirabar unde illud in Aldobrandini verſione, *habitatione vici:* & in Ambroſio pariter, *ex vici natura:* ſed ita doctis viris placere, reperi poſtea, Ambroſium (ut & Aldobrandinum, probabile eſt, utut Romana editio aliter exhibeat:) in codice ſuo reperiſſe: καὶ θέσει τῆς κώμης: niſi tamen ita potiùs, qui veram lectionem non intelligerent, legendum ipſi credidere.

In Æſchine (lib. II. ſect. 62.) φάσι δ' αὐτῷ λέγειν Σωκράτην, ἐπειδήπερ ἐπιέζετο ὑπὸ πενίας, παρ' ἑαυτοῦ δανείζεσθαι, τῶν σιτίων ὑφαιροῦντα. Ita planè & Romana Editio hæc repreſentat: Sequitur autem, Τούτου τοὺς διαλόγους, &c. quæ ſunt alterius periodi, & ſententiæ. Ambroſius non malè, *Ajunt illi dixiſſe Socratem cùm premeretur inopiâ, ut à ſeipſo uſuras exigeret*, (ſolitos autem ad uſuras confugere, qui paupertate premerentur, alibi quoque in his *vitis* docemur:) *ſibi ſubducendo cibaria.* Quò pertinet & vetus verbum: *Parſimonia, magnum vectigal.* Aldobrandini verſio, mera portenta: *Ferunt ei Socratem dixiſſe, quandoquidem valdè egeret, ut ſubductis ſuis dialogis, inde ſibi cibaria mutuaretur; quod Ariſtippus ſuſpicatus eſt.*

Lib. II. ſect. 91. Τὸν φίλον τῆς χρείας ἕνεκα. καὶ γὰρ μέρος σώματος, μέχρις ἂν παρῇ, ἀσπάζεσθαι] *Amicum utilitatis cauſſa comparandum:* vel, *Omnem amicitiam* (quod multis refellunt Peripatetici; aliique) *ad utilitatem referendam. Nam & membrum corporis, quamdiu totius corporis uſibus aptum eſt, charum eſſe:* ubi ceſſet utilitas (puta, ſi ſideratum, vel alio quo caſu emortuum:) exſcindi; aut ſane reliquo corpori grave eſſe. Aut ſi mavis, ſemel amputatum, & jam inutile; abjici. Ariſtippi ſententia, ut in ejus vita legimus. Poſterius hoc membrum ex priore ita ſupplendum, nemo non videt. Ambroſius hîc quoque non malè: *Amicum neceſſitatis cauſſa amplectendum. Nam & corporis partes, quamdiu adſunt, adamari.* Aldobrandinus autem: *Amicum utilitatis cauſſa adjungi: nam & pars totum corpus, quamdiu incolume fuerit, amplexatur.*

Decantatiſſimum illud in Philoſophorum ſcholis, ſapientem neminem odiſſe. neminem enim alii inimicum, niſi qui errore mentis deceptus, ita ſibi credat expedire; vel qui aliqua injuria ſe provocatum cenſeat. Officium igitur boni viri eſſe, cum non odiſſe, qui invitus erret: (errare enim & decipi, niſi invitum neminem:) *Sed meliora ipſum pro virili ſua docere.* Antoninus Imperator, unus ante alios, & ſæpius repetit, & pluribus exequitur: doctiſſimè ille certè, ut omnia, & ſapientiſſimè: Ita l. 9. inter alia: Ὅλως δὲ ἔξεστί σοι μεταδιδάσκειν τὸν πεπλανημένον. Πᾶς δὲ ὁ ἁμαρτάνων, &c. Ariſtippus apud Diogenem paucis: τὸν σοφὸν μὴ μισήσειν, μᾶλλον δὲ μεταδιδάξειν. Ambroſius non malè: *Sapientem non odio quenquam habiturum, ſed potiùs eruditurum.* Aldobrandinus autem: *Neminem oſurum eſſe ſapientem, ſed potiùs vetera dediſcere, novaque addiſcere.*

Plerique iſtorum temporum Philoſophi (ut in Laërtio legimus) ſi, affectâ jam ætate; diuturniore aliquo morbo premerentur; nè qui contemptum mortis aliis commendaverant, ipſi vitam in tali vita nimis diligere viderentur, mortem ſolebant occupare: ſi non ut mala *lucri-facerent*; ſaltem ut exiſtimationi ſuæ conſulerent: qui enim ita diſcedebant, vulgò fortes habebantur. Sed Carneades, ſenio pariter & morbo diuturno confectus, cùm tamen averſiore à morte eſſet animo, ſolebat hoc dicto ſe tutari: Ἡ συστήσασα φύσις, καὶ διαλύσει· *Quæ te coagmentavit natura, eadem diſſolvet.* Quod iiſdem quidem verbis, ſed aliâ mente: (quamvis enim mortem, ſive voluntariam, ſive aliam; naturæ opus & beneficium, autumabant illi:) Antoninus: ἀποπέμπει σε ἡ εἰσαγαγοῦσα φύσις --- ὅ τε μὲν τῆς συγκρίσεως· νῦν δὲ, τῆς διαλύσεως αἴτιος. Idem tamen Carneades, cùm quodam tempore de generoſa, (ut tum credebant) id eſt, voluntaria (epoto veneno) Antipatri morte ipſi relatum eſſet: ipſe quoque hoc exemplo animatus, & ſubitò quodam quaſi inſtinctu numinis abreptus: *Date & mihi*, inquit ille; quaſi mox venenum hauſturus. Dum cunctantur amici, & tandem rogant (inviti ſcilicet, & reluctantes:) quid ille ſibi dari poſtulet: Carneades, remittente jam ſubitæ generoſitatis impetu, & ad ingenium rediens, οἰνόμελι, inquit: *mulſum* ſcilicet, qui *venenum* debebat dicere: dicturus certè credebatur. Quæ faceta narratio, verſibus non illepidis Laërtii noſtri (lib. IV. ſect. 65. & 66.) materiem præbuit. Poſtrema autem ita habent: Καὶ ὁ μὲν οὐδὲν ἔλασσον ἔβη κατὰ γῆς. ἐνὴν δὲ Τὰ πλέω κακὰ κέρδ' ἔχοντα μολεῖν εἰς ᾅδην. *At ille nihilominus ſub terram abiit: qui poterat* (ſi aliorum Philoſophorum exemplo, generoſâ morte defunctus eſſet, ſcilicet: ita tum multi, ſed repugnantibus tamen melioris notæ Philoſophis non paucis:) *multa mala lucrifaciens ad Orcum deſcendere.* Sed & Ambroſius in hanc ferè ſententiam. Aldobrandinus autem poſtrema ita reddit: *inerat autem plurima mala conſilia habentem, proficiſci ad Orcum.*

Non vacat nec lubet omnia perſequi quæ ſunt hujus generis. Si quis ita credat, potuiſſe iſta, & ſimilia ab Aldobrandino proficiſci; per me credat licet. Quid tamen facimus iſtis locis, ubi unius voculæ ignoratio, tantas ſententiæ contrarietates & abſurditates peperit, vix ut majores excogitari poſſint? De κριτηρίῳ veritatis, quod illud tandem ſit, res una omnium ſcitu digniſſima, & ad veram vitam maximè neceſſaria: de quo inter Philoſophos, magna opinionum varietas, & pro varietate opinionum, graviſſimæ contentiones. Epicurus (ſi tamen & illi inter veros Philoſophos locus, de quo poſteà ſuo loco pluribus:)

κριτήρια veritatis ſtatuebat, τὰς αἰσθήσεις, τὰς προλήψεις, καὶ τὰ πάθη. Τὰ πάθη, in Philoſophia Peripatetica, *perturbationes animi* (ut vertit Cicero, vel, ut interdum, *perturbationes*, ſimpliciter:) plerúmque ſignificare, omnis omninò ſit expers Philoſophiæ oportet, qui ignorat. Inde Ariſtoteles alicubi veriſſimè Οἱ ἐν πάθει ὄντες, τὸ ἀληθὲς οὐ κρίνουσιν· qui perturbationibus agitantur, quod verum eſt in rebus videre non poſſe. Quis autem putaret id Epicuro, qui tantus τῆς ἀταραξίας, laudator & aſſerror extitit, ut in ea potiſſimùm finem vitæ collocaret, ab Aldobrandino tribui potuiſſe, ut *perturbationes* (ita enim ibi vertit) regulam veritatis conſtitueret? Qui tamen quid per τὰ πάθη intelligeret, tum alibi docet, tum in poſtrema Epiſtola, ubi de voluptate, inter alia, hæc habet: καὶ ἐπὶ ταύτην καταντῶμεν, ὡς κανόνι τῷ πάθει πᾶν ἀγαθὸν κρίνοντες· ubi Aldobrandinus: *& ad hanc delabimur, omne bonum perturbatione, tanquam regula, judicantes.* Quid audio? an quiſquam tam patiens, ut ejus non refugiant aures, *omne bonum in perturbatione conſiſtere*; vel perturbatione dijudicari? An & Seneca (ut alios nunc omittam:) falſus, cùm dicit, *Apud Epicurum duo bona ſunt, ex quibus ſummum illud beatum componitur; ut corpus ſine dolore ſit; animus ſine perturbatione?* Eſt autem τὸ πάθος (ut hoc obiter) in Epicuri Philoſophia vox πολύσημος. *Affectus* interdum, ut Ambroſius haud malè: impreſſio quævis in animo, ex re ſenſibili: interdum, quicquid accidit; *eventus*. Interdum etiam Epicuro τὰ πάθη, *paſſiones corporis* propriè. Ita accipi debet, ubi ejus placita breviter recenſens Laërtius, ait eum inter alia ita ſciſcere: τὸν σοφὸν μηδὲ πλάττειν ἐκόντα (de iſtis verbis ſuo loco:) πάθεσι μᾶλλον συσχεθήσεσθαι. οὐκ ἂν ἐμποδίσαι πρὸς τὴν φιλοσοφίαν. id eſt: *malis* (ſeu *paſſionibus corporis*) *tantò magis contineri, & in ordinem cogi: nec illa obſtare ſapientiæ.* quò pertinet quod paullò pòſt, κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ σοφὸς, εἶναι αὐτὸν εὐδίμονα· *ſapientem eriamſi torqueatur*, (vel, in mediis tormentis:) *beatum tamen eſſe.* Longè aliter de prioribus iſtis verbis, viros doctiſſimos judicaſſe, non ignoramus: quorum rationes ſuo loco expendentur. Sed Aldobrandinus infeliciſſimè: *Sapientem perturbationibus majoribus opprimi; id verò ſapientiam minimè impedire poſſe.* Profectò mirificis, præter alias, hæc Epicuri vita ſcatet hallucinationibus (ut ſuo loco dicturi ſumus) etiam ubi Græca (quod in hac vita rarum) labe carent. Unicum afferam locum, qui mihi erat ante oculos, cùm hanc de verbo πάθος, obſervationem aggreſſus ſum. Ibi enim præcedebant iſta: τὴν διαλεκτικὴν ὡς παρέλκουσαν ἀποδοκιμάζουσι. ἀρκεῖν γὰρ τοὺς φυσικοὺς χωρεῖν κατὰ τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους. *Dialecticam* (aut *diſſerendi* potiùs *artem*; maximè generali, ut tum uſurpabant, notione) *mutilam eſſe. ſufficere enim, ut naturales ſoni, pro rerum ipſarum quæ ſe offerunt, naturâ procedant.* Hæc Epicurus ipſe, in ſequente Epiſtola latè proſequitur, ut nullum omninò dubitandi locum cuiquam relinquat. & præterea pertinent hæc ad nobilem illam de verborum origine, φύσει ſint illa, an θέσει, (de qua Epicurus in Epiſtola:) controverſiam: de qua agens in *Noctibus* ſuis Aul. Gellius, hæc habet inter alia: *Nam ſicuti cum adnuimus, aut abnuimus, motus ille quidam vel capitis, vel oculorum, à natura rei quàm ſignificat, non abhorret:* (χωρεῖ κατὰ τὰ πράγματα·) *ita in vocibus, quaſi geſtus quidam oris & ſpiritus naturalis eſt.* Quid igitur ſibi volebat Aldobrandinus, cùm ita vertebat; *Dialecticam ut ſupervacaneam repudiant. Phyſicos enim, vocibus uti, ſatis eſt.* Saltem, ſi *Phyſicis*, pro *Phyſicos*; dixiſſet; aliquanto tolerabilius. Et poteſt, ut ille ita ſcripſerit. Ita tamen, & vetus ante illum interpres Ambroſius; (qui fortaſſe & illum in errorem induxit:) *Poſſe enim Phyſicos abundè ſimplicibus & propriis rerum vocabulis agere.* Sed quid miramur iſtos? Gaſſendus etiam, tam ſtudioſus ſenſuum Epicuri indagator, & interpres; ad eundem lapidem, tum in verſione *vitæ* Epicuri (ab ipſo, dicam; ita mirificè interpolata eſt: an à Laërtio, ſed quam Laërtius non agnoſceret, conſcriptæ?) tum etiam in *Animadverſionibus*, impegit. Adeò illi quidem, memoriâ prorſus exciderant, tum quæ alibi ſuper hoc argumento legerat: ſed præcipuè apud Platonem, in accuratiſſimo περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος tractatu, ſeu *Dialogo*.

De verſione hactenus. Romanæ editionis textus Græcus, ut plurimùm melior, & minùs corruptus. Eſt tamen ubi vulgatarum editionum lectio, longè præferenda: eſt, ubi Romanus textus, vel deficiens, vel corruptus, interpreti fraudi fuit; ubi ex vulgatis editionibus, vel ſuppleri, vel corrigi debeat: Copiam exemplorum ſuppeditabunt variæ lectiones. Nos uno aut altero hîc erimus contenti. In Epitaphio Pittaci, longè abit à vulgatis Romana editio:

Οἰκεῖοι δακρύοις λιγαίνομεν, ἢ καταλείει
Ἐνθάδε Πίττακον ἠδ' ἱερὰ Λέσβος.

Sed haud dubium, quin quod exhibent priores editiones (Stephan. an. d. 1570. Græcolat. a. d. 1616. quæ mea editio:) Οἰκείοις δακρύοις ἀ γειναμένα (in Græco-lat. edit. errore typothetarum malè iſta coaluerunt:) καταθάπτει, &c. verum ſit.

In ſecundo autem verſu (ut hoc obiter dicam) quicquam mutare velle, vereor ne ſit τὰ ἀκίνητα κινεῖν. Multa enim in veteribus Inſcriptionibus, quæ idiotiſmum, & ignorantiam ſapiunt; quales ſæpe auctores, homines idiotæ & *illiterati*. Talis illa Ardeatum apud Plin. Nat. Hiſt. lib. xxxv. c. 10.

Dignis digna loca picturis condecoravit:

Reginæ Junonis ſupremæ conjugis templum, &c.

Ubi tamen Boiſſardus in Inſcriptionibus: *Dignè dictoloqueis:* pro, *Dignis digna loca*, exhibet: nec dubito quin ita repererit in vetere lapide: ſed minoris tamen, quàm prima Inſcriptio, vetuſtatis. Ibi quoque alia ejuſdem farinæ & ævi: & memini judicium Arriani quodam loco, Οὐκ ἄξιον μνήμης τὸ ἐπίγραμμα· quod de multis æquè verum; quæ ſola antiquitas, magna intelligentibus illecebra, commendat. Fortaſſe vox ἀεὶ, aut ſimilis alia, (ἱερὰ Λ. ἀεὶ) deeſt, ad explendum verſum.

In Menedemo, (lib. II. ſect. 126.) Λόγον ἀναστήσας, nullo ſenſu, & metro reclamante. Priores edit. rectiſſimè: Λῆρον ἀναστ. Eodem verſu, Sambuci editio, ἀφρυώμ. quod & verſus requirit.

In Platone: (lib. III. ſect. 14.) Οὔτις δέκα (pro δὲ κα diviſim:) εἰδῇ μαθὼν τῆνο, ἀγαθὸς ἤδη γίνετ. in ſcripturâ leve peccatum, nec dignum alioquin quod animadverteretur: ſed ex levi ſcripturæ vitio, maxima verſionis hallucinatio: *Quiſquis decem ſciverit*, &c. Ambroſius in ſuis Codicibus quid repererit (quamquam facilis ex omiſſione duntaxat intervalli, lapſus non intelligentibus librariis:) ex verſione liquet: *Quiſquis illud didicerit*, &c.

In Zenone: (lib. VII. ſect. 113.) de amore: Ἔστι γὰρ ἐπιβολὴ φιλοποριάς· ita exhibet Rom. Editio, quod & Aldobrand. in verſione ſequitur. Priores Editiones, ἐπιβολὴ φιλοποιίας, quod ratio ſuadet, & Ciceronis evincit interpretatio, quam profert in *Notis* ad alterum ſimilem locum, Græco-latinæ edit. pag. 516. b. m. parens. Hæc & id genus alia multa cùm cogito, dubitare ſubiit, an priorum editionum vel verſionum, ulla Aldobrandino unquam viſa. Stephanicam ille quidem, & quæ Stephanicâ poſteriores, XXX. antè vita functus annis, videre non potuit. De prioribus autem, quod ego dicam, quia nullæ mihi viſæ, non habeo. Quantum tamen ex doctorum virorum annotationibus colligere licet, non multum illæ à poſterioribus diverſæ. Sed en tibi, Lector, unum de multis diverſæ lectionis illuſtre exemplum, ex quo vanam non eſſe noſtram ſuſpicionem, & ipſe fortaſſe dices. De Deo, more ſuo Epicurus: (lib. X. ſect. 77.) Οὐ συμφωνοῦσι πραγματεῖαι καὶ φροντίδες, καὶ ὀργαὶ καὶ χάριτες μακαριότητι, ἀλλ' ἀσθενείᾳ καὶ φόβῳ, καὶ προσδεήσει τῶν πλησίον ταῦτα γίνεται. Sequitur in vulgatis editionibus; Μήτε αὖ πῦρ ἅμα ὄντα συνεστραμμένα, τὴν μακαριότητα κεκτημένα, κατὰ βούλησιν τὰς κινήσεις ταύτας λαμβάνειν. Quis, quæſo, cui *de divinitate Sphærarum* (quam aſſerunt & doctorum Judæorum principes:) & *intelligentiis* Ariſtotelicis quicquam unquam auditum; dubitet de veritate hujus lectionis? Nihil enim ad ſententiam & cohærentiam verborum aptius, ne cogitari quidem potuit: ſi tamen modica correctio (quam nos in *Notis* pluribus adſtruemus:) interveniat: ut pro πῦρ ἅμα· πυρὸς ἅμμα. & pro λαμβάνειν, λαμβάνει reſtituamus. Ampliùs dicam. Locum profert, ſed & exagitat, ex Ariſtotele Cicero, (aut verbis potius Ciceronis Velleius Epicureus,) qui magnam habet cum his verbis cognationem, ut eo reſpexiſſe Epicurum probabile ſit, ut ſuo loco videbimus. Ambroſius Interpres ex depravatâ lectione, ſenſum qualemcunque ſaltem, qui à vero non planè alienus eſſet, elicuit. At Romana editio & verſio: μήτε αὖ λυπηρὰ ἅμα ὄντα συνεστραμμένην τὴν μακαριότητα κεκτημένα, κατὰ βούλ. τὰς κιν. ταύτας λαμβάνειν. *Neque rurſus hæc moleſta cum ſint, perturbatam beatitudinem poſſidentia, hos ipſos motus voluntate ſuſcipere.* Utrumque quàm infœliciter? Sed hic quoque Gaſſendus, V. Cl. (quod non obtrectandi aut reprehendendi libidine à me dicitur; ſed ut Lector veri ſtudioſus monitus caveat:) tum in *Verſione*, tum in *Animadverſionibus*, peſſimè defunctus eſt.

Hæc de *Romana editione*, & *Aldobrandiniana verſione*, quæ lectorem non ignorare, non parum ipſius intereſſe credidi, præfati, ad *Notas* nunc progrediemur ea ratione & conſilio, ut nos brevitati ſtuduiſſe, & delectum habuiſſe, lector intelligens facile percepturus ſit.

Poſt ſuas in Platonem notas M. Caſaubonus ſequentia inſeruit.

Hactenus Plato, & quæ in ejus *vitam* à Laërtio conſcriptam, pro inſtituti noſtri ratione, nobis obſervata. Priuſquam ad alia pergimus, Lectori gratum fore credidimus, ſi vitam Platonis ab Olympiodoro conſcriptam, hactenus quod ſciam ineditam, in *Adverſariis* b. m. parentis Is. Caſauboni nobis repertam, hîc inſeramus.

PLATONIS VITA

Ab * OLYMPIODORO Græcè ſcripta;

(Ubi multa quæ nuſquam apud Laërtium; quædam ſecus)

Latinè converſa, atque Annotatiunculis aliquot obiter illuſtrata, *à Jacobo Windet.*

Φέρε δὲ καὶ τὸ γένος εἴπωμεν τοῦ φιλοσόφου, οὐ [1] πολυκοΐας χάριν, ἀλλ' ὠφελείας καὶ παιδεύσεως μᾶλλον τῶν προσιόντων αὐτῷ· [2] οὐ γάρ οὗτος οὕτις, ἀλλὰ μᾶλλον πολλῶν ἐπίστροφος ἦν ἀνθρώπων. Λέγεται γὰρ ὁ Πλάτων υἱὸς γενέσθαι πατρὸς μὲν Ἀρίστωνος τοῦ Ἀριστοκλέους, ἀφ' οὗ τὸ γένος εἰς Σόλωνα τὸν νομοθέτην ἀνέφερε. Διὸ καὶ κατὰ ζῆλον προγονικὸν νόμους ἔγραφεν ἐν ιβ' βιβλίοις, καὶ πολιτείας σύστασιν ἐν ια'. Μητρὸς δὲ προῆλθε Περικτιόνης, ἥτις ἀπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κατήγετο· φασὶν οὖν ὅτι φάσμα Ἀπολλωνικὸν συνεγένετο τῇ μητρὶ αὐ-

AGedum verò genus Philoſophi etiam nos narremus: non quaſi magni referret ut quàm plurima de illo dicantur; ſed ut emolumentum potiùs uberiorque inſtructio iis, qui ſeſe ad illum conferunt, redundaret. Fuit enim ille vir minimè omnium [2] obſcurus atque ignorabilis; ſed qui potiùs in luce hominum verſari maximè gauderet. Fertur autem Plato patre natus Ariſtone, filio Ariſtoclis, per quem genus à Solone Legifero traduxit. Proavi ergo æmulatione motus Legum libros duodecim, et doctrinæ Civilis undecim conſcripſit. Matre verò natus eſt Perictionâ, quæ à Meleo Codri filio oriunda erat. Ferunt autem ſpectrum ſub Apollinis imagine cum matre ejus Perictiona

* Vixit hic Olympiodorus ſub Theodoſio ſecundo, cui Commentariorum hiſtoricorum libros XXII. dicavit: quorum excerpta etiamnum extant apud Photium. Suidas Olympiodorum Ægyptium, Alexandrinum; Photius, Thebanum facit. Suidæ autem aſtipulatur commentariorum in Meteora Ariſtotelis inſcriptio Aldina, qui MSStorum fidem caſtiſſimè repræſentare ſolebat. Suidas celeberrimæ famæ virum (οὗ κλέος εὐρύ, καὶ δυνατὸν λέγειν) dicendique peritum facit: Photio dicitur, σαφὴς τὴν φράσιν, αὐτονος δὲ καὶ ἐκλελυμένος. καὶ πρὸς τὴν πεπατημένην κατενηνεγμένος χυδαιολογίαν, *perſpicuo atque aperto dicendi genere uſus, enervi tamen ac languido atque ad proculcatam futilitatem devexo.* Certè majorem laudem, ex ſcriptis philoſophicis, quàm hiſtoricis conſecutus videtur. Expoſuit autem non tantùm Ariſtotelis ſcripta aliquot, ſed & Platonis; ejus certè Phædonem: unde in Annalium adparatu, & Commentariis in Perſium, nonnulla depromſit Is. Caſaubonus. Opinor πραγματείαν ἀνέκδοτον hodiéque exſtare in Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca. Credo autem iſtam, quam damus, Platonis vitam commentariis Olympiodori in Platonem præfixam, indidemque à Caſaubono in Adverſaria relatam. Adſcripſerat Caſaubonus, *Multa quæ nuſquam apud Laërtium, quædam ſecus*, in iſtis Olympiodori contineri. quod quidem eſt veriſſimum. Olympiodorus Platonem à Solone per genus Paternum, à Codro per Maternum: Laërtius eum à Solone per genus Maternum, à Codro per Paternum deducit. Diſcrepant in hiſtoria trium in Siciliam itinerum in non paucis, ut & alibi.

1 Πολυκοΐας] Scrib. Πολυκλείας.

2 Οὐ γάρ τις αὗτος οὗτος] Pro quo legendum, οὐ γάρ τις αὐτὸς οὔτις. Notum ex Homero quo pacto οὔτινος nomine abuſus ſit Ulyſſes. Nomen idem ſignificat quod οὐτιδανὸς vulgò, (quod etiam inde venit per ſyllabæ pleonaſmum.) *vilis, obſcurus, nota nullius.*

concubuiſſe: et noctu idem Ariſtoni apparens, prohibuiſſe, ne cum Perictiona rem haberet, [3] quoad peperiſſet. Atque is dicto parebat. Cùm ergo natus eſſet Plato, ceperunt eum parentes infantulum adhuc, inque Hymetto poſuerunt, volentes pro eo Diis loci, Pani, Nymphis, et Apollini paſtorali, ſacra facere. Interea autem dum faceret, apes accedentes favis melleis os illi implerunt: omen dantes fore ut de illo verè dicatur,

Cui vox melle magis dulcis manabat ab ore.

Seſe autem omnino vocabat Cygnorum conſervum: utpote qui ab Apolline originem [4] duceret; ſed et iſte ales Apollineus. Cùm verò adoleviſſet, Dionyſio [5] Grammatiſtæ ſeſe addixit, ut in communibus literis erudiretur. Cujus etiam in [6] Amatoribus meminit: ne vel Dionyſius ludimagiſter honeſta Platonis mentione careret. Poſt illum inſtitutore uſus eſt [7] Ariſtone Argivo, Gymnaſta, à quo Platonis nomen reportavit: (cùm pridem Ariſtocles avi nomine dictus fuiſſet) ſic autem vocatus eſt, quòd binas corporis partes, pectus et frontem, viſendæ latitudinis haberet; ut liquet ex ſtatuis ejus paſſim poſitis, quæ ſic ſe habent. Alii nolunt iſta de cauſa mutatum illi nomen fuiſſe: ſed malunt fieri propter admodum copioſum apertumque ſtyli genus quo uſus eſt: perinde ac Theophraſtum ferunt mutato priore nomine dictum, propter divinam planè eloquentiam ſuam; cum prius Tyrtami nomine gauderet. Muſicæ præceptorem habuit Draconem, [8] Damonis diſcipulum; de quo meminit in Civilis doctrinæ libris. In iſtis autem tribus, literis di-

τοῦ τῇ Περικτιόνῃ, καὶ ἐν νυκτὶ φανὲν τῷ Ἀρίστωνι, ἐκέλευσεν αὐτῷ μὴ μιγνύναι τῇ Περικτιόνῃ [3] μέχρι τοῦ χρόνου τῆς ἀποτάξεως· ὁ δὲ οὕτω πεποίηκεν, καὶ γεννηθέντα τὸν Πλάτωνα λαβόντες οἱ γονεῖς, βρέφος ὄντα, τεθείκασιν ἐν τῷ Ὑμηττῷ, βουλόμενοι ὑπὲρ αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖ θεοῖς, Πανὶ καὶ Νύμφαις, καὶ Ἀπόλλωνι Νομίῳ, θύσαι· καὶ κειμένου αὐτοῦ μέλιτται προσελθοῦσαι πεπληρώκασιν αὐτοῦ τὸ στόμα κηρίων μέλιτος· ἵνα ἀληθὲς περὶ αὐτοῦ γένηται,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

Καλεῖ δὲ αὐτὸν πάντοθεν καὶ τοῖς κύκνοις ὁμόδουλον [4] ὡς ἐξ Ἀπόλλωνος προσελθών. Ἀπολλωνιακὸν γὰρ τὸ ὄρνεον. ἐν ἡλικίᾳ δὲ γενόμενος, πρῶτον μὲν ἐφοίτησε Διονυσίῳ τῷ γραμματιστῇ, πρὸς μάθησιν κοινῶν γραμμάτων· [6] οὗ καὶ ἐν Ἐρασταῖς μέμνηται· ἵνα μήτε Διονύσιος, ὁ διδάσκαλος, ἄμοιρος εἴη τῆς παρὰ Πλάτωνι μνήμης. Εἶτα μετ' ἐκεῖνον [7] γυμναστῇ μὲν ἐχρήσατο διδασκάλῳ, Ἀρίστωνι τῷ Ἀργείῳ. ὑφ' οὗ καὶ Πλάτων, ὡς φασι, μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς λεγόμενος τῷ τοῦ πάππου ὀνόματι. ἐκλήθη δ' οὕτως, διὰ τὸ δύο μόρια τοῦ σώματος ἔχειν πλατύτατα, τό τε στέρνον καὶ τὸ μέτωπον, ὡς δηλοῦσι πανταχοῦ αἱ ἀνακείμεναι αὐτοῦ εἰκόνες, οὕτω φαινόμεναι. ἄλλοι δέ φασι μὴ διὰ τοῦτο μετονομασθῆναι αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὸ πλατύ, καὶ κεχυμένον, καὶ ἀναπεπταμένον τοῦ ἀνακειμένου χαρακτῆρος· καθάπερ φασὶ καὶ Θεόφραστον οὕτω μετονομασθῆναι διὰ τὸ θεῖον τῆς φράσεως, πρότερον Τύρταμον λεγόμενον. Μουσικῆς δὲ διδάσκαλον ἔσχε Δράκοντα τὸν [8] Δάμενος μαθητήν. μέμνηται δὲ τούτου ἐν τῇ Πολιτείᾳ. τρία δὲ καὶ ταῦτα

3 Μέχρι τοῦ κρόνου τῆς ἀποτάξεως] Legendum, μέχρι τοῦ χρόνου τῆς ἀποτέξεως. ἀπότεξις Olympiodoro, Alexandro Aphrodiſienſi, atque iſtius ævi ſcriptoribus, in uſu frequenti, idem valens quod ἀπεκύησις, qua voce utitur Laërtius.

4 Ὡς ἐξ Ἀπόλλωνος προσελθών.] Lege, πραελθών.

5 Dionyſius Grammatiſta hic dicitur, Grammaticus apud Laërtium. Grammatiſta qui primam literaturam; Grammaticus, qui artis præcepta docet, veteribus dicitur. Sed & promiſcuè ſumi certum, ut hîc.

6 Οὗ καὶ ἐν Ἐρασταῖς μέμνηται.] Laërtio, ἐν τοῖς Ἀντερασταῖς. Initium iſtius Dialogi ſic habet: Εἰς Διονυσίου τοῦ γραμματικοῦ εἰσῆλθον, *Ludum Dionyſii grammatici ingreſſus ſum.*

7 Ariſto Argivus γυμναστὴς noſtro, Laërtio παλαιστής.

8 Lege Δάμονος, ex Platone πολιτειῶν tertio; & Nicomacho Geraſeno: non Δάμενος, ut Græca hîc perperam exhibent.

ἐπαιδεύοντο οἱ Ἀθήνησι παῖδες· φημὶ δὲ γράμματα, μουσικὴν, παλαίειν· [9] οὐχ ἁπλῶς. ἀλλὰ γράμματα μὲν, διὰ τὸ κοσμεῖν τὸν λόγον, τὸν ἐν αὐτοῖς· μουσικὴν δὲ, διὰ τὸ τιθασσεύειν τὸν θυμόν· παλαίειν δὲ, καὶ γυμνάζεσθαι, διὰ τὸ ἀναῤῥωννύναι τὸ τῆς ἐπιθυμίας χαλαρόν. Καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης δὲ παρ' αὐτῷ τὰ τριὰ ταῦτα φαίνεται παιδευθείς. διὸ καί φησι πρὸς αὐτὸν Σωκράτης· αὐλεῖν δὲ οὐκ ἐβούλου, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐφοίτησε δὲ καὶ παρὰ γραφεῦσι παρ' ὧν ὠφελήθη τὴν μίξιν τῶν χρωμάτων, ὧν ἐν Τιμαίῳ μέμνηται. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ παρὰ τοῖς [11] στρατηγικοῖς ἐπαιδεύθη. παιδευταῖς [12] ὀνομαζομένοις εἶναι τῆς Ἑλλάδος. προσῆλθε δὲ τούτοις διὰ τὸ ἀπὸ τῆς τραγικῆς γνωμικὸν, καὶ σεμνὸν, καὶ τὸ ἡρωϊκὸν τῶν ὑποθέσεων. [13] καὶ τοῖς διθυράμβοις δὲ πρὸς τιμὴν τοῦ Διονύσου, [14] ἔφορον λεγόμενον τῆς γενέσεως, ὡμίλησε. τούτῳ γὰρ ὁ διθύραμβος ἀνέκειτο, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ὄνομα εἶχε. Διθύραμβος γὰρ ὁ Διόνυσος, ὡς ἐκ δύο θυρῶν ἐξελθὼν, τῆς τε Σεμέλης, καὶ τοῦ μηροῦ τοῦ Διός. Εἰώθεισαν γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ αἰτιατὰ ὀνομάζειν τοῖς τῶν αἰτίων ὀνόμασι, καθάπερ καὶ τὸν Διόνυσον καλοῦσι. διὸ καὶ ὁ Πρόκλος περὶ τούτου φησὶν,

[15] Ὅσσ' εἶδον τεκέεσιν ἐφημίξαντο τοκεῦσιν.

Ὅτι δὲ τοὺς διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο, δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τοῦ διαλόγου πάνυ [16] πνέων τοῦ τοῦ διθυραμβώδους χαρακτῆρος. ἅτε τοῦ Πλάτωνος τοῦτον πρῶτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται. Ἔχαιρε δὲ πάνυ καὶ Ἀριστοφάνει τῷ κωμικῷ, καὶ Σώφρονι, παρ' ὧν καὶ τὴν μίμησιν τῶν προσώπων ἐν τοῖς διαλόγοις ὠφελήθη. λέγεται δὲ οὕτως αὐτοῖς χαίρειν, ὥστε καὶ ἡνίκα

co, muſica et palæſtra, pueros Athenis inſtituere ſolebant. [9] Non inconſultò. Literas quippe docebant, unde rationi ipſorum cultus accederet. Muſicam ad cicurandos domandoſque animi iraſcibilis impetus. Luctatum verò et ejuſmodi artes, ut duri jam confirmatique, libidinis mollitie minimè frangerentur. Sed et ipſe Alcibiades, apud eum, hiſce tribus inſtitutus videtur. Quocirca Socrates ad illum dicit, *Sed* [10] *tibiâ canere noluiſti.* et quæ ſequuntur. Inter pictores etiam verſatus eſt, à quibus colorum miſturam didicit, quorum in Timæo mentionem facit. Apud Tragicos [11] deinceps inſtitutus eſt, qui tunc Græciæ præceptores cluebant: iſtis autem ſe contulit, ſententiarum, gravitatiſque cauſſâ, ut et propter heroïcam argumentorum ſublimitatem. [13] Verſatus inſuper eſt cum Dithyrambis, [14] in Bacchi honorem, qui naturæ præfectus audit. Illi quippe Dithyrambus ſacer, à quo et nomen accepit. Dithyrambus etenim Bacchus eſt, utpote de duplici janua profectus, Semeles nempe et Jovis femore; antiquis enim in more poſitum, cauſſata cauſſarum nomine indigetare, quod eſt in Baccho factitatum. De hoc ergo Proclus dixit,

[15] *Patres viſa ſibi ad ſeros miſere nepotes.*

Platonem verò Dithyrambis operam dediſſe, liquet ex Phædro Dialogo, qui Dithyrambicum characterem prorſus ſpirat. Primus enim omnium erat, quos Plato ſcripſiſſe memoratur. Libenter etiam cum Ariſtophane Comico et Sophrone verſatus eſt; à quibus Perſonarum in Dialogis imitationem didicit. Hos autem tantopere dilexit, ut in ejus jam defuncti lecto re-

9 *Non inconſultò*] οὐχ ἁπλῶς in Gr. ἁπλῶς apud puriores Græcos ſignificat *temerè, imperitè, nullo adhibito judicio aut delectu, inconſultò*, ut hîc.

10 Iſta verba, *Sed tibia canere noluiſti*, alludunt illa Platonis Alcibiade 1. ubi Socrates Alcibiadi, Ἐ μαθες γὰρ δὴ σύγε, κατὰ μνήμην ἐμὴν, γράμματα, καὶ κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν· οὐ γὰρ δὴ αὐλεῖν γε ἤθελες μαθεῖν. *Didiciſti enimverò tute, ut memini, literas, & fidibus canere, & luctari: tibia enim canere recuſâſti dicere.*

11 *Apud Tragicos*] Lego enim τραγικοῖς (non στρατηγικοῖς, ut Græca hic malè habent) id enim poſtulat locus.

12 Ὀνομαζομένοις] Scrib. νομιζομένοις. Iſ. Caſaub.

13 Καὶ τοῖς Διθυράμβοις δὲ] Mallem, δὴ.

14 ἔφορον λεγομένου. Iſ. Caſaub.

15 Patres viſa, --- &c. in Græcis legi oportet, Ὅσσ' εἶδον τεκέεσσιν ἐφημίξαντο τοκῆες.

16 Πνέων τοῦ τοῦ δ.] Πνέοντος τοῦ δι. Iſ. Caſaub.

pertus

pertus ſit Ariſtophanes et Sophron. Sed et ejuſmodi Epigramma in Ariſtophanem ipſe compoſuit:

[17] *Gratia perpetuum ſibi templum, expersque ruinæ,*
Perquirens, animam cepit Ariſtophanis.

Eum etiam comicè ſuggillavit in Convivio dialogo, quo ſui in Comœdia profectûs ſpecimen dedit. Cùm enim probè appotus Amorem caneret, introducit illum ſingultu ſubinde correptum, ita ut cantionem abſolvere nequiret. Fecit et Tragica poëmata, et Dithyrambica, et alia quædam, quæ combuſſit omnia, quàm primùm convictu Socratis frui cœpiſſet; incinens tale carmen,

Huc ades, ô Vulcane, Plato te poſtulat uti.

Anatolius autem Grammaticus quidam hîc idem carmen forte recitans, Vulcano principi, qui urbi tunc [19] præfuit, admodum placuit, ſic autem illum alloquutus eſt,

Huc ades, ô Vulcane, [20] Pharus te poſtulat uti.

Ferunt etiam quòd quando Socrates eum recepturus erat, ſecundùm quietem [21] Cygnum implumem in gremio ſuo ſedentem viderit, qui mox alas adeptus in cœlum volavit, atque arguto quodam ſono audientes omnes [22] mulcebat. Hoc autem futuræ hujus viri gloriæ omen dedit. Poſt mortem verò Socratis præceptorem alium, Cratylum nempe Heracliteum habuit: ad quem dialogum cognominem Cratylum inſcriptum, ſive de recta nominum notatione, fecit. Poſtea verò navigavit in Italiam, ibidemque reperit Archytam Pythagoreorum ſcholam inſtauran-

ἐτελεύτησεν εὑρεθῆναι ἐν τῇ κλίνῃ αὐτοῦ Ἀριστοφάνην, καὶ Σώφρονα· καὶ ἐπίγραμμα δὲ τοιοῦτον εἰς Ἀριστοφάνην αὐτὸς πεποίηκεν.

[17] Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, τό περ οὔτι πεσεῖται,
Ζηλοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

ἐκωμῴδησε δὲ αὐτὸν ἐν τῷ Συμποσίῳ τῷ διαλόγῳ, ὡς κωμῳδίαν ὠφεληθείς· καὶ γὰρ [18] ποτίσας αὐτὸν ὑμνοῦντα τὸν ἔρωτα, εἰσάγει αὐτὸν μεταξὺ λυγγὶ περιπεσόντα, καὶ μὴ δυνάμενον πληρῶσαι τὸν ὕμνον. Ἐποίησε δὲ καὶ τραγικὰ ποιήματα, καὶ διθυραμβικὰ, καὶ ἄλλα τινὰ, ἅπερ πάντα κατέκαυσε τῆς Σωκράτους πειραθεὶς διατριβῆς, εἰπών τι τοιοῦτον ἔπος,

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε· Πλάτων νύ τι σεῖο χατίζει.

Γραμματικὸς δέ τις Ἀνατόλιος ἐνταῦθά ποτε τὸ ἔπος εἰπὼν, ἠὐδοκίμησεν εἰς Ἥφαιστον ἄρχοντα [19] ἐπιστάντα τῇ πόλει. εἶπε δὲ αὐτὸν οὕτως·

Ἥφαιστε, πρόμολ' ὧδε· Φάρος νύ τι σεῖο χατίζει.

φασὶ δ' ὅτι ἡνίκα ὁ Σωκράτης ἤμελλε δέχεσθαι, ὄναρ εἶδεν, ὅτι [21] κύκνος ἄπτερος, ἐν τοῖς γόνασιν αὐτοῦ καθῆστο, καὶ παραχρῆμα πτεροφυήσας ἀνέπτη εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἔκλαγξέ τι λιγυρὸν, ὡς [22] πάντα θέλξαι τοὺς ἀκούοντας. τοῦτο δὲ ἐδήλου τὴν μέλλουσαν δόξαν τοῦ ἀνδρός. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν Σωκράτους, διδασκάλῳ πάλιν ἐχρήσατο Κρατύλῳ τῷ Ἡρακλειτείῳ, εἰς ὃν καὶ διάλογον ὁμώνυμον ἐποίησεν, ἐπιγράψας Κρατύλος, ἢ Περὶ ὀρθότητος ὀνομάτων. μετὰ τοῦτον δὲ πάλιν στέλλεται εἰς Ἰταλίαν, καὶ διδασκαλεῖον εὑρὼν ἐκεῖ τῶν Πυθαγορείων συνιστάμε-

17 Epigramma in Ariſtophanem ſic ſe habere debuit.

Αἱ χάριτες τέμενός τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται,
Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνους.

18 Ποιήσας. Mer. Caſaub.

19 Ἐπιστάντα τῇ πόλει.] Præfecti Ægyptii ἐφεστῶτες, quaſi technico vocabulo, vocabantur; ut ex Herodoto diſcimus.

20 Iſte verſiculus de Pharo, & vox ἐνταῦθα paullo præcedens, rem iſtam Alexandriæ geſtam, ipſumque Olympiodorum Alexandrinum, ſaltem inſtituto, ſi minus natu, arguunt, contra Photium.

21 Hiſtoria Cygni implumis Socrati per quietem viſi, exſtat apud Philoſophum Madaurenſem libro de dogmate Platonis, non procul initio; ut & aliorum, quæ ſtudioſus poterit ad hæc contendere.

22 Πάντα] Lego, πάντας.

νον Ἀρχύταν, πάλιν ἔσχε διδάσκαλον τὸν Πυθαγόρειον ὁμώνυμον· ἔνθα καὶ Ἀρχύτου μέμνηται. ἐπειδὴ δὲ δεῖ τὸν φιλόσοφον φιλοθεάμονα εἶναι τῶν τῆς φύσεως ἔργων, στέλλεται καὶ εἰς Σικελίαν θεασόμενος τοὺς κρατῆρας τοῦ πυρὸς, τοὺς ἐν τῇ Αἴτνῃ· καὶ οὐ Σικελικῆς τραπέζης χάριν, ὦ γενναῖε Ἀριστείδη, ὡς σὺ φῄς. γενόμενος ἐν Συρακούσαις, πρὸς [23] Διονύσιον τὸν μέγαν, τύραννον ὄντα, ἐπειρᾶτο εἰς ἀριστοκρατείαν μεταβάλλειν τὴν τυραννίδα· διὸ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφῖκτο, καὶ τοῦ Διονυσίου ἐρομένου αὐτὸν, τίνα νομίζεις ἐν ἀνθρώποις εὐδαίμονα εἶναι; ὡς δὴ νομίζων ὅτι περὶ αὐτοῦ φήσει ὁ φιλόσοφος, κολακεύων αὐτὸν· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Σωκράτην. πάλιν ἐπανήρετο αὐτὸν, τί νομίζεις ἔργον ἀνδρὸς εἶναι πολιτικοῦ; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, τὸ τοὺς πολίτας βελτίους ποιεῖν. τρίτον αὐτὸν ἐπανήρετο· τί οὖν τὸ ὀρθῶς δικάζειν σμικρὸν σοὶ δοκεῖ; δόξαν γὰρ εἶχεν ὁ Διονύσιος ἐπὶ τοῦ ὀρθῶς δικάζειν· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, μηδὲν ὑποστειλάμενος· σμικρὸν μὲν οὖν, καὶ μέρος ἔσχατον. Ἀκεσταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ὀρθῶς δικάζοντες, οἵ τινες τὰ διερρωγότα ἱμάτια ἀνυφαίνουσι. Τέταρτον αὐτὸν ἐπανήρετο, τί τύραννον εἶναι, οὐκ ἀνδρεῖον; πάντων μὲν οὖν, ἔφη, δειλότατον, ὁπότε καὶ τὰ κουρευτικὰ [24] μαχαίρια διαδέκοικε, μὴ διὰ τούτων ἀπόληται. ἐπὶ τούτων οὖν ὁ Διονύσιος ἀγανακτήσας, προεῖπεν αὐτῷ ἡλίου ὄντος ὑπὲρ γῆς (aliquid deeſt) ἐκ τῶν Συρακουσῶν ἐδιώχθη. Τῆς δὲ δευτέρας ὁδοῦ τῆς εἰς Σικελίαν, αἰτία αὕτη. μετὰ τὸν θάνατον Διονυσίου τοῦ μεγάλου, διαδέχεται τὴν τυραννίδα Διονύσιος ὁ Διονυσίου, μητρὸς ἀδελφὸν ἔχων τὸν Δίωνα, ὃς ἐκ πρώτης ὁδοῦ ὁμιλητὴς ἐγένετο Πλάτωνος. γράφει οὖν αὐτῷ ὁ Δίων, ὅτι ἐὰν παραγένῃ, νῦν ἐλπίς ἐστι μεταβαλεῖν τὴν τυραννίδα εἰς ἀριστοκρατείαν· διὰ τοῦτο τοίνυν τὴν δευτέραν ὁδὸν ποιησάμενος, καὶ διαβληθεὶς ὑπὸ τῶν δορυφόρων τοῦ Διονυσίου πρὸς αὐτὸν, ὡς βουλεύε-

tem. Rurſus habuit præceptorem Pythagoreum ejuſdem nominis, inde etiam Archytæ meminit. Quandoquidem verò philoſophum avidum operum naturæ ſpectatorem eſſe convenit; in Siciliam quoque navigavit, ut ſcaturigines ignis quæ in Ætna ſunt, contemplaretur: non ut Siculæ menſæ conviva foret, ut tu, nobilis Ariſtida, memoras. Quando autem Syracuſis ageret apud Dionyſium [23] magnum regem, conabatur Regnum in Optimatium ſtatum mutare: eaque de cauſſa illum acceſſit. Percontante verò Dionyſio, Quem inter mortales Beatum exiſtimaret? (putavit quippe Philoſophum adulantem ſemet dicturum) ille, Socratem, reſpondit. Rurſus denuò interrogabat, Quodnam exiſtimaret officium viri rempublicam adminiſtrantis? Reſpondit Plato, Cives meliores reddere. Tertia vice, quæſivit, Num ex æquo jus dicere parvi tibi momenti res videtur? (Æquus enim in jure dicundo putabatur Dionyſius) ille nihil veritus reſpondit, Res oppidò parva eſt, atque officii pars infima. Jus enim dicentes ſimiles ſunt ſartoribus, qui veſtes laceras reficiunt. Quarto ſciſcitatus eſt, an non Rex qui ſit, idem quoque fortis admodum haberi debeat? Imò omnium (inquit) timidiſſimus, quòd etiam tonſorum novaculas formidet, ne illis perimatur. His ita commotus eſt Dionyſius, ut ſole jam orto diſcedere juberet. Ita è Syracuſis ejectus eſt. Secundæ autem in Siciliam profectionis hæc cauſſa erat. Poſt obitum Dionyſii Magni, in Regnum ſucceſſit Dionyſius Dionyſii filius, qui Dionem fratrem maternum habuit, qui in prima profectione Platoni familiariter innotuiſſet. Hic Dion ad illum ſcribit, ſi jam denuò venire velit, ſpem eſſe uti Regnum in Optimatium ſtatum mutare poſſit. quapropter ſecunda vice profectus, cùm nomen ejus Dionyſii ſtipatores deferrent,

23 Dionyſium magnum, Hermocratis filium vocat Laërtius.

24 Μαχαιρίδια δέδοικε. Iſ. Caſaub.

quaſi perdito Dionyſio ſummam rerum ad Dionem transferre ſtuderet: ab illo captus, traditus eſt [25] Æginenſi Pollidi, qui in Siciliâ mercaturam faciebat, ut venderetur. Qui ad Æginam deferens, illic Annicerin Libym, ad Elidem propediem navigaturum, reperit, ut quadrigis certaret. Is Pollidem fortè conveniens, ab illo Platonem emit, majorem inde gloriam ſibi partam exiſtimans, quàm ſi quadrigis viciſſet. De quo Ariſtides dicit, Nemo Annicerin cognoviſſet, niſi is Platonem emiſſet. Hæc autem occaſio extitit tertiæ in Siciliam profectionis. Proſcriptus à Dionyſio Dion, boniſque ſpoliatus, in carcerem demum conjectus eſt. Scribit ergò ad Platonem, ſpopondiſſe Dionyſium ſe dimiſſurum, modo Plato ad illum denuò venire dignetur. Is autem amico opem laturus etiam tertium iter promtè ſuſtinuit. Tantùm de peregrinatione Philoſophi in Siciliam. Sciendum autem in Ægyptum quoque ad Sacerdotes contendiſſe Platonem: atque illic ſacrorum rationem didiciſſe. propterea in Gorgia dicit, *Non per canem, qui Ægyptiis Deus habitus eſt.* Quod enim Græcis imagines, id Ægyptiis animalia præſtant: utpote deorum ſingulorum ſymbola quibus dedicantur. Cupiens etiam adire Magos, cum per bella in Perſide ea tempeſtate coorta ad illos pervenire non potuiſſet, in Phœniciam divertit, cumque Magis illic agentibus verſatus, Magicam didicit. Inde in Timæo etiam Aruſpicinæ conſultus videtur, ſigna Jecoris, et viſcerum, et ejuſmodi recenſens. Sed [27] hæc ante tres in Siciliam profectiones memorata oportuit. Cùm autem Athenas rediiſſet, ſcholam in

ται τὴν ἀρχὴν περιποιῆσαι τῷ Δίωνι, καὶ καταλύσαι τὸν Διονύσιον, κρατηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, παρεδόθη [25] Πόλλιδι τῷ Αἰγινήτῃ, ἐμπορευομένῳ εἰς Σικελίαν, πρὸς πρᾶσιν. Ὁ δὲ ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, εὗρεν Ἀννίκεριν ἐκεῖ, τὸν Λίβυν, μέλλοντα πλεῖν ἐπὶ τὴν Ἦλιν, ἐφ' ᾧ τεθρίππῳ ἀγωνίσασθαι. περιτυχὼν οὖν τῷ Πόλλιδι, ὠνεῖται παρὰ αὐτοῦ τὸν Πλάτωνα, κρείττω τὴν δόξαν ταύτην πάσης ἐν τεθρίππῳ νίκης ἀγωνισάμενος. Περὶ οὗ καὶ Ἀριστείδης φησὶν, ὅτι οὐδεὶς ἐγίνωσκεν Ἀννίκεριν, εἰ μὴ Πλάτωνα ἐπρίατο. τῆς δὲ τρίτης ὁδοῦ πάλιν ἀφορμὴ γέγονε τῆς εἰς Σικελίαν αὖτη· δημευθεὶς ὁ Δίων ὑπὸ τοῦ Διονυσίου, καὶ ἀφαιρεθεὶς τῶν ὄντων, ἐν δεσμωτηρίῳ ἐβλήθη. γράφει οὖν τῷ Πλάτωνι, ὅτι ὑπέσχετο ὁ Διονύσιος ἀφεῖναι αὐτὸν, εἰ Πλάτων αὖθις ἀφίξεται πρὸς αὐτόν· ὁ δὲ τῷ ἑταίρῳ βοηθήσων, ἑτοίμως ὑπέστη καὶ τὴν τρίτην ὁδόν. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἀποδημίας τοῦ Φιλοσόφου τῆς εἰς Σικελίαν. Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀπῆλθε πρὸς τοὺς ἐκεῖ ἱερατικοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔμαθε παρ' αὐτῶν τὴν ἱερατικήν. διὸ καὶ ἐν τῷ Γοργίᾳ φησί· οὐ μὰ τὸν Κύνα, τὸν παρ' Αἰγυπτίοις θεόν. Ὁ γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησι δύναται τὰ ἀγάλματα· τοῦτο, παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τὰ ζῶα, σύμβολα ὄντα ἑκάστου τῶν θεῶν, ᾧ ἀνάκειται. Βουλόμενος δὲ καὶ τοῖς Μάγοις ἐντυχεῖν, διὰ τὸ κατ' ἐκεῖνον τὸν [26] θεὸν ἐν Περσίδι συνεστάναι πόλεμον, μὴ δυνηθεὶς παρ' αὐτοὺς ἐλθεῖν, ἀφίκετο εἰς τὴν Φοινίκην· καὶ Μάγοις ἐκεῖ ἐντυχὼν, παρέλαβε τὴν μαγικήν. διὸ καὶ ἐν τῷ Τιμαίῳ φαίνεται τῆς θυτικῆς ἔμπειρος ὢν, σημεῖά τε λέγων ἥπατος καὶ σπλάγχνων, καὶ τοιαῦτά τινα. [27] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸ [28] τῶν αἰτίων τῶν εἰς Σικελίαν ἀφίξεων ἔδει ῥηθῆναι. ἀφικόμενος δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας διδασκαλεῖον

25 *Pollidi Æginenſi, qui Siciliæ mercaturam faciebat.*] Pollidem Lacedæmonium, legati ad Dionyſium munere fungentem facit Laërtius: atque hanc venditionem, Platoni in primo ad Siciliam itinere contigiſſe memorat, aliaque ea de re ſecus repræſentat quam noſter.

26 Τὸν θεὸν] Scrib. καιρὸν. Iſ. Caſaub.

27 *Sed hæc ante tres in Siciliam profectiones memorata oportuit, &c.*] Importuna hæc correctio, ut & frigida Dithyrambi Etymologia quæ ibidem occurrit, ne plura memorem, hæc parum diligenter conſcripta ab Olympiodoro comprobant. Hujuſmodi Commentarios ὕλην, (ut ille cæteras ſuas hiſtorias) vel μελέτας dixeris: quippe qui parum legitimi ac perfecti continent.

28 Τῶν αἰτίων] Scrib. τῶν τριῶν. Mer. Caſaub.

ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ συνεστήσατο· μέρος τι τούτου τοῦ γυμνασίου τέμενος ἀφορίσας ταῖς Μούσαις. καὶ μόνῳ τῷ Πλάτωνι ἐνταῦθα Τίμων ὁ μισάνθρωπος συνῆν. πολλοὺς δὲ πάνυ πρὸς μάθησιν ἀφείλκετο, καὶ ἄνδρας, καὶ γυναῖκας ἀνδρείῳ σχήματι, παρασκευάζων ἀκροᾶσθαι αὐτοῦ, καὶ [29]κρείττον ἁπάσης φιλοπονίας τὴν ἑαυτοῦ φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύς· καὶ γὰρ καὶ τῆς σωκρατικῆς εἰρωνείας ἀπήλλακτο, καὶ τοῦ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων διατρίβειν, καὶ τοὺς νέους θηρῶντα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. ἀπήλλακτο δὲ καὶ τοῦ σεμνοῦ [31] ὄγκου τῶν Πυθαγορείων, τοῦ ἀποκεκλεισμένας ἔχειν τὰς θύρας, καὶ τοῦ Αὐτὸς ἔφα· πολιτικώτερον ἑαυτὸν [32] παρέχων πρὸς ἅπαντας *** λήσας. μέλλων τελευτᾶν ἐνύπνιον εἶδεν, ὡς κύκνος γενόμενος, ἀπὸ δένδρου εἰς δένδρον μετέρχεται, καὶ ταύτῃ πόνον πλεῖστον παρεῖχε τοῖς ἰξευταῖς. ὁ Συμμίας ὁ Σωκρατικὸς ἔκρινεν, ὅτι ἄληπτος ἔσται τοῖς μετ' αὐτὸν ἐξηγεῖσθαι βουλομένοις αὐτόν· ἰξευταῖς γὰρ ἐοίκασιν οἱ ἐξηγηταὶ, τὰς ἐννοίας τῶν ἀρχαίων πειρᾶσθαι βουλόμενοι· ἄληπτος δέ ἐστιν ἐπειδὴ, καὶ φυσικῶς, καὶ ἠθικῶς, καὶ θεολογικῶς, καὶ ἁπλῶς πολλαχῶς ἐστιν ἀκούειν τῶν αὐτοῦ, καθάπερ καὶ τῶν Ὁμήρου. δύο γὰρ αὗται ψυχαὶ λέγονται γενέσθαι παναρμόνιοι, διὸ παντοδαπῶς ἐστιν ἀκούειν ἀμφοτέρων. ἀποθανόντος δ' αὐτοῦ, πολυτελῶς αὐτὸν ἔθαψαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπέγραψαν ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ·

[33] Τοὺς δὺ' Ἀπόλλων φῦσ', Ἀσκληπιὸν ἠδὲ Πλάτωνα.

Τὸν μὲν ἵνα ψυχήν· τὸν δ' ἵνα σῶμα σόοι.

καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ γένους τοῦ φιλοσόφου.

Academia conſtituit, et Gymnaſii partem in Templum Muſis ſeparavit. Cum Platone autem ſolo verſari voluit Timon ille hominum alioquin oſor. Valde autem multos in diſciplinam pertraxit, viros ſimul cum feminis, quas habitu virili amiciri coëgit, ut illum audire poſſent. Doctrinam enimverò ſuam quantavis induſtria dignam comprobavit. Socraticum enim cavillandi morem vitavit; nec in foro atque officinis verſatus eſt, ut ſermonibus publicitus habitis juvenes captaret. [30] Detrectavit et ſolenne Pythagoreorum juſjurandum, et clauſas fores, et Ipſe dixit. volens urbaniùs ſeſe erga homines comparare. Jamjam moribundus per inſomnium in Cygnum converti viſus eſt, atque ab arbore ad arborem tranſvolitando plurimam aucupibus moleſtiam creare; quod Simmias Socraticus ſic expoſuit. Fore ut qui deinceps illum exponere geſtirent, illum haut omnino capere valerent. Aucupibus enim ſimiles ſunt interpretes, mentem antiquorum explorare nitentes. Capi autem nequit propterea, quod ſermones illius, quemadmodum Homerici, Phyſicè, Ethicè, ac Theologicè, et ut ſummatim dicam, multifariam accipi poſſe videantur. Duæ enim iſtæ animæ omnibus numeris abſolutæ factæ dicuntur. utriſque ergo competit multifariam poſſe intelligi. Cùm autem diem obiiſſet, Athenienſes eum magnificè ſepelierunt. Inque ſepulchrum ejus ſic ſcripſerunt:

Phœbo patre Plato, atque hëros Epidaurius orti;

Hic nempe ut corpus ſervet, et ille animam.

atque de genere Philoſophi hactenus.

29 Κρείττον ἁπάσης] Scrib. κρείττονα πάσης. Iſ. Caſ.

30 *Detrectavit & ſolenne Pythagoreorum Juſjurandum & Clauſas fores, & Ipſe dixit.*] Per Clauſas fores alludit ad illud Pythagoricorum, --- θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις πᾶσιν ὁμῶς. --- Sed & Lyſis in Epiſtola ad Hipparchum, memorat quod Pythagoras Δαμοῖ τᾷ αὐτοῦ θυγατρὶ τὰ ἀπομνάματα παρακαταθέμενος ἐπέσκηψε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν. *Damoni, filiæ ſuæ, monimenta ſua relinquens, vetuit illa cuiquam extra domum communicari.* De Solenni jurejurando, & Ipſe dixit, vide ſi placet Epiſtolam noſtram de Vita functorum ſtatu. Quæ in Diogenem plurima jampridem adnotâſſem ad cæterorum qui hîc prodeunt lucubrationes contendens, comperii iis editis minimè opus eſſe; nihil enim fermè eſt quod illorum, ac præſertim doctiſſimi Menagii, diligentia intactum reliquit.

31 Ὄγκου] Scrib. ὄρκου. Mer. Caſaub.

32 Παρέχων πρὸς ἅπαντας *** λήσας.] Scrib. παρέχειν πρὸς ἅπ. θελήσας. Mer. Caſaub. imo, πλησιάζοντας.

33 Τοὺς δὺ' Ἀπόλλων] Ita prior verſus egregii hujus epitaphii reſtituendus. Legebatur antè, δύο Ἀπόλλων. M. Meibom.

Mericì Caſauboni diſſertatio præliminaris ad Decimum Laërtii librum.

AD decimum jam librum pervenimus, qui Epicuri vitam & dogmata, ex ipſius ſcriptis potiſſimum prompta (quo pertinent tres ejus *Epiſtolæ* à Laërtio hîc exhibitæ) continet. Et hîc quidem, *Notis & emendationibus*, campus patet amplus, cùm hæc Epicuri vita (& tres ejus Epiſtolæ præcipuè:) mendis ſcateat ultra priores infinitis quantis; quaſi de induſtria hoc egiſſent librarii, ut ipſius ſcripta, ſententiâ fœda, ſcriptura pari, tantò magis deformarentur; (quem ſanè ex hominum memoria penitùs interiiſſe, ſatiùs fuerat:) ſed & interpretes, quaſi cum librariis inſtituto certamine, qui monſtroſiorem, (verè mōnſtrum:) illum repræſentarent; portentoſis hallucinationibus, etiam ubi nullæ iſtorum, ſcribarum culpas cumulaſſent. Nos certè in feſtinata, cum tædio multo, lectione, talia non pauca notaveramus, quà ſcripturæ vitia, quà verſionum; quæ, ut premeremus, non unâ ſumus adducti ratione. Mihi certè (ut quod cenſeo liberè dicam:) in tota hac de natura diſputatione, quæ duabus prioribus *Epiſtolis* continetur; non tam loqui, aut ſcribere; quàm ex impotenti pietatis, & divini cultûs odio, rabere videtur Epicurus. Nam cujus, quæſo, furoris; cum paſſim in reddendis, aut inveſtigandis rerum naturæ cauſſis, agnoſcat & profiteatur, multa ſe comminiſci, ſed nihil certi afferre; (ita enim tuebatur ille, nihil certum eſſe, præter *atomos*, & *inane:*) ad alios identidem provocet, ut & ipſi cogitent, & aliquid comminiſcantur, (ἐκ τῶν φαινομένων·) nihil non amplecti ut probabile, paratus: hoc tamen ſemper excipiat, quod ad nauſeam uſque inculcat: *ut modo ne Deus cauſſa rebus inducatur.* Sed quo, quæſo, argumento? quo prætextu tam ſevera, tam decretoria in divinum numen ſententia? Hoc uno, nimirum, eoque iterum atque iterum, ſed unico ſemper argumento repetito: ne ſcilicet *beata illa natura* (ita enim fictitium illud & joculare ſuum numen nuncupare ſolet) ad vilia miniſteria, puta mundi creationem, Solis & Lunæ regendos motus, humani generis curam, & ſimilia (quibus ille exemplis non ſemel utitur:) deputetur: quæ à Deo obiri ſcilicet, ſine ſumma ejus moleſtia, & ſervili quadam humilitate poſſe, negat. Hoc præcipuum illi, ne dicam unicum, tot deliriorum fundamentum. Ita homo omnium fatuiſſimus, & omnis melioris literaturæ (ut uno ore de illo antiqui:) expers, de Deo, ut homine; aut ex proprio potiùs ingenio; pronuntiabat. At, O bone! etiam inter homines quidam *politici* & *pragmatici* à natura facti; qui non tantùm rebus maximis & multiplicibus obeundis pares; ſed quibus ipſa negotiorum moles, & magnitudo (quæ alios obrueret) ſumma plerunque voluptas: qualis, qui nuper in Gallia longè celeberrimus, (ſed qui à maleferiatis adulatoribus, ultrà ſortem humanam longè evectus) Cardinalis: quales inter alios non unus fortaſſe, quamvis non adeò celebrati, quia fatis obnitentibus, eventu non ſemper pari. Stoicorum præclariſſimum de Deo, præſtantiſſimi Oratoris, & Philoſophi verbis expreſſum teſtimonium, quo tota corruit hominis fanatici Philoſophia, tam opportuno loco non poſſum quin adſcribam. *Vos enim ipſi dicere ſoletis, nihil eſſe, quod Deus efficere non poſſit, & quidem ſine labore ullo. Ut enim hominum membra nullâ contentione, mente ipſâ, ac voluntate moveantur: ſic numine Dei omnia fingi, moveri, mutarique poſſe. Neque id dicitis ſuperſtitioſè, atque aniliter; ſed Phyſicâ, conſtantique ratione. Materiam enim, ex qua, & in qua omnia ſint, totam eſſe flexibilem & commutabilem, ut nihil ſit quod non ex ea, quamvis ſubitò fingi, convertique poſſit: ejus autem fictricem, & Moderatricem, divinam eſſe providentiam. hanc igitur, quocunque ſe moveat, efficere poſſe, quidquid velit.* Hactenùs ille: nec illi malè, qui τὴν ὕλην, ut Ethnici, Deo coæternam crederent. At Moyſes noſter, (non veſter, miſeri! qui Epicuri deliramenta tàm ſtudiosè conſectamini:) quantò ſublimiùs? *Dixit Deus, & facta eſt lux*, &c. Quæ etiam Ethnicus Longinus, acerrimi vir judicii, in illo, ut Deo digna laudavit. Hæc igitur una cauſſa quæ nos continuit, quod operam noſtram qualemcùnque, tam putidis nugis impendere gravaremur. Sed hoc tamen de prioribus duabus Epiſtolis, ubi de cauſſis naturalibus tractat, à nobis dici meminerit lector. In *Moralibus & Ethicis*, (quæ tertia Epiſtola complectitur) haud pauca præclarè ac fortiter ab Epicuro contra libidinem, contra ambitionem, & id genus humanæ vitæ peſtes, dici non nego. Et ſi quis ultra contendet, non adeò impurè illum vixiſſe, quàm vulgò creditum; cùm certum ſit, ad diuturnam & verè jucundam vitam (quæ Epicuro fælicitatis humanæ omnis, ſumma:) nihil æquè conducere, quàm contemptum earum voluptatum, quæ nobis cum brutis animalibus communes; ſed & illarum rerum, quæ ſpecie honoris & gloriæ ſtultorum perſtringunt oculos; (unde illa tam divina Lucretii, *Dulce mari magno*, &c. quæ nunquam lego, quin nova ſemper admiratione afficiar:) ne in eo quidem valdè refragaturus ſum. Mihi tamen ab hac etiam parte manus abſtinendi cauſſa ſatis idonea, quod qui nuper Epicuri patrocinium tantâ mole, tantoque ſtudio ſuſceperunt: quid illi hoc genere præſtiterint, penitùs inquirere nondum vacaverit. Sed nec Viri Clar. in x. librum *Obſervationes*, in manus bibliopolæ, à quo cætera communicata ſunt, dum hæc excudebantur, adhuc ullæ (ſi quæ venturæ) pervenerant. Ne igitur in ſuſpicionem plagii, & vaniſſimæ vanitatis, & φιλοδοξίας, imprudentes incurreremus, ſi fortè eadem nobis, interdum in correctionibus & interpretationibus occurrerent, quæ ab illis occupata fuerant; non omninò attingere tutiùs credidimus. De uno tamen, aut altero loco, quia jam promiſimus, paucis dicemus.

Sequentia ſuo loco inſerere velit Lector, nobis dum inter addenda laterent, non obſervata.

Pag. 156. *Col.* 1. *poſt ultima illa verba Mer. Caſauboni:* non leve periculum adiit: *adde:* Hanc noſtram interpretationem non parum confirmat locus Ciceronis de offic. lib. I. *Tanta vis eſt & loci & temporis, ut ſi quis cùm cauſſam ſit acturus, in itinere, aut in ambulatione ſecum ipſe meditetur; aut ſi quid aliud attentiùs cogitet, non reprehendatur: at hoc idem ſi in convivio* [ἐπὶ τῆς θυσίας] *faciat, inhumanus videatur, inſcitiâ temporis.*

Pag. 435. Col. 2. *poſt ultima illa verba Merici Caſaub.* & hæc indicta velle. *addatur:* Quid προβολὴ propriè ſit, ut hîc ſaltem; docet egregiè Panætii Philoſophi, Ciceronis præconio celeberrimi, A. Gellio, Noct. Attic. lib. XIII. memoratus locus. *Vita,* inquit ille, *hominum qui ætatem in medio rerum agunt, ac ſibi ſuisque eſſe uſui volunt; negotia periculáque ex improviſo aſſidua & prope quotidiana fert. Ad ea cavenda & declinanda perinde oportet eſſe animo ſemper prompto, atque intento, ut ſunt athletarum, qui pancratiaſtæ vocantur. Nam ſicuti illi ad certandum vocati, projectis altè brachiis conſiſtunt; caputque & os ſuum, manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt, membraque eorum omnia, priuſquam pugna mota eſt, aut ad vitandos ictus cauta ſunt, aut ad faciendos parata: ita animus,* &c. Appoſitus locus, ſi προβολὴ pro προκοπὴ; & παράταξις, pro παράτασις conjectura, arrideat. Vereor ego tamen ne nimis audax; (ita recogitanti videbatur:) & minùs ſit neceſſaria; cùm προκοπὴ & παράτασις benè congruant, ad *iræ inveteratæ* (ut *odium*, à Cicerone definitur:) ſignificationem. Lectori judicium permittimus: & hîc iterùm, nec plura occurrebant, deſinimus.

FINIS.

IN-

INDEX I.

SCRIPTORUM ET OPERUM,

quorum meminit DIOGENES LAERTIUS.

Numeri majores vel Romani notant librum, minores verò ejuſdem libri ſegmentum in margine poſitum.

A.



Γρίππας. IX. 88.
Ἀθήναιος. X. 12.
Ἀθήναιος ὁ Ἐπιγραμματοποιὸς. VI. 14. VII. 30.
Ἀθηνόδωρος. VII. 68, 121, 149.
ἐν ἡ. περιπάτων. III. 3. V. 36. IX. 42.
Αἰνεσίδημος. IX. 62, 87, 102, 106, 107.
ἐν τῇ εἰς τὰ Πυῤῥώνεια ὑποτυπώσει. IX. 78.
ἐν ἀ. τῶν Πυῤῥωνείων λόγων. IX. 106, 116.
ἐν τῷ κατὰ σοφίας. IX. 106.
ἐν τῷ περὶ ζητήσεως. IX. 106.
Αἰνεσίδημος Κνώσσιος. IX. 116.
Αἰσχίνης. II. 60. & ſeqq.
Ἀλέξανδρος. VIII. 36.
ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς. II. 19, 106. III. 3. V. 4, 62. VIII. 24. IX. 61.
Ἀλεξῖνος. II. 110. VII. 163.
Ἄλεξις.
Ἀγκυλίωνι. III. 27.
Μεροπίδι. III. 27.
Ὀλυμπιοδώρῳ. III. 28.
Παρασίτῳ. III. 28.
Ἀλέξων.
ὁ Μύνδιος ἐν β'. μυθικῶν. I. 29.
Ἀλκιδάμας. IX. 54.
ἐν τῷ φυσικῷ. VIII. 56.
Ἄλκιμος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμύνταν. III. 9, 12, 17.
Ἀλκμαίων. VIII. 83.
Ἀλκαῖος. I. 31, 81.
Ἀμβρύων.
ἐν τῷ περὶ Θεοκρίτου. V. 11.
Ἀμειψίας. II. 28.
Ἀμφικράτης.
ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. II. 101.
Ἄμφις.
Ἀμφικράτῃ. III. 27.
Δεξιδημίδῃ. III. 27.
Ἀναξαγόρας. II. 6, 11.
Ἀναξανδρίδης.
ἐν Θησεῖ. III. 26.
Ἀναξίλαος. I. 107.
Ἀναξίλας.
Βοτρυλίωνι. III. 28.
Κίρκῃ. III. 28.
Πλουσίαις. III. 28.
Ἀναξιλίδης.
ἐν τῷ β περὶ φιλοσόφων. III. 2.
Ἀναξίμανδρος. II. 11.
Ἀναξιμένης. I. 40. II. 4.
Ἀνάχαρσις ſcripta. I. 101. Epiſtola. I. 105.
Ἄνδρων Ἐφέσιος. I. 119.
ἐν τῷ τρίποδι. I. 30.
Ἀνταγόρας. IV. 21, 26.
Ἀντίγονος. IV. 22.
Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. II. 136, 143. V. 67. VII. 12. IX. 62.
ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος. II. 66.
ἐν τοῖς βίοις. IV. 17.
ἐν τῷ περὶ Πύῤῥωνος. IX. 62.
ἐν Τίμωνος βίῳ. IX. 110. 111.
Ἀντικλείδης.
ἐν β'. περὶ Ἀλεξάνδρου. VIII. 11.
Ἀντιλέων.
ἐν β'. περὶ χρόνων. III. 3.
Ἀντίοχος ὁ Λαοδικεύς. IX. 106.
Ἀντίπατρος. VII. 54, 55, 68, 84, 92.
περὶ λέξεων καὶ τῶν λεγομένων. VII. 57.
ἐν τῷ ἀ. περὶ ὅρων. VII. 60.
Ἀντίπατρος ὁ Τύριος ἐν τῷ η περὶ κόσμου. VII. 139.
ἐν τοῖς περὶ κόσμου. VII. 40.
ἐν τῷ ι. VII. 142.
ἐν τῷ ζ'. περὶ κόσμου. VII. 148.
ἐν τῷ β'. περὶ οὐσίας. VII. 150.
ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς. VII. 157.
Ἀντίπατρος ὁ Σιδώνιος. VII. 29.
Ἀντισθένης. IX. 38, 39, 56.
ἐν ταῖς διαδοχαῖς. I. 40. II. 38, 134. VI. 77, 87. VII. 168. IX. 27, 35.
Ἀντισθένης ὁ Κύων.
ἐν τῷ Ἡρακλεῖ. VI. 104, 105.
ἐν Σάθωνι. III. 35.
Ἀντιφῶν.
ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων. VIII. 3.
Ἀπελλᾶς ἐν τῷ Ἀγρίππᾳ. IX. 106.
Ἀπολλόδωρος. II. 3. VII. 140, 143, 157. IX. 24. 50. 56.
ἐν τοῖς χρονικοῖς. I. 37, 74. II. 2, 7, 44. III. 2. IV. 65. V. 9. VII. 184. VIII. 52, 58, 90. IX. 25, 41, 61. X. 13, 14.
ἐν γ'. περὶ χρονικῶν. IV. 23, 28.
ἐν β'. περὶ νομοθετῶν. I. 58.
ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων αἱρέσεων. I. 60.
ἐν τῇ ἠθικῇ. VII. 102, 118, 121. 127.
ἐν τῇ φυσικῇ κατὰ τὴν ἀρχαίαν. VII. 125, 135,

142, 143, 150.
Ἀπολλόδωρος ὁ Λογιστικὸς. I. 25. VIII. 12.
Ἀπολλόδωρος ὁ Κυζικηνὸς. IX. 38.
Ἀπολλόδωρος ὁ Κηποτύραννος. X. 25.
Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐφίλλας. VII. 39, 54, 64, 84.
Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος.
ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν δογμάτων. VII. 182.
Ἀπολλόδωρος ὁ Ἐπικούρειος. X. 2, 10.
ἐν τῷ α'. περὶ τοῦ Ἐπικούρου βίου. X. 2.
Ἀπολλοφάνης. VII. 92.
ἐν τῇ Φυσικῇ. VII. 140.
Ἀπολλωνίδης ὁ Νικαεὺς. IX. 109.
Ἀπολλώνιος. VII. 28.
Ἀπολλώνιος ὁ Τύριος. VII. 1, 6, 24.
ἐν α'. περὶ Ζήνωνος. VII. 2.
Ἀρισταγόρας. I. 11.
Ἀρισταγόρας ὁ Μιλήσιος. I. 72.
Ἀρίστιππος. VIII. 60.
περὶ τῆς ἡδονῆς. X. 4.
ἐν ά. περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. I. 96. V. 3.
ἐν δ'. περὶ παλαιᾶς τρυφῆς. II. 23, 48. III. 29. IV. 19. V. 39.
Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος.
ἐν τῷ περὶ φυσιολογιῶν. VIII. 21.
Scripta. II. 83.
Ἀριστόξενος. I. 42. II. 19. III. 8, 37. VIII. I. 7, 20, 79, 82.
ἐν τῷ Πλάτωνος βίῳ. V. 35.
ἐν ί. παιδευτικῶν νόμων. VIII. 15.
ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι. IX. 40.
ἐν τοῖς σποράδην. I. 107. 108.
ἐν τῷ περὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῦ. I. 118.
Ἀριστόξενος ὁ Σπινθάρου. II. 20.
Ἀριστόξενος ὁ Μουσικὸς. V. 92. VIII. 13.
Ἀριστοτέλης. I. 24, 98, 99. II. 23, 26, 45, 55. III. 80. VIII. 19, 36, 52, 63, 74. IX. 25, 81.
ἐν τῷ μαγικῷ. I. 1, 8.
ἐν τῷ ζ'. τῶν ἠθικῶν. 5. 21.
ἐν τῷ ά. περὶ φιλοσοφίας. I. 8.
ἐν τῷ ά. περὶ ποιητῶν. III. 48. VIII. 57.
ἐν τῷ γ'. περὶ ποιητικῆς. II. 46.
ἐν τῷ Σοφιστῇ. VIII. 57.
ἐν Δηλίων πολιτείᾳ. VIII. 13.
ἐν τῷ περὶ τῶν κυάμων. VIII. 34.
ἐν ἐπιτομῇ τῶν ῥητορικῶν II. 104.
ἐν τῷ περὶ παιδείας. IX. 52.
ἐν ὕμνῳ. V. 7.
διαθῆκαι. V. 11.
Scripta. V. 22. & seqq.
ἄλλοι. V. 35.
Ἀριστοφάνης. IV. 18, 19.
Νεφέλαις. II. 18, 20, 27, 28.
Ἥρωσι. VIII. 34.
Ἀριστοφάνης ὁ Γραμματικὸς. III. 61. X. 13.
Ἀριστοφῶν Πυθαγοριστῇ. VIII. 38.
Ἀρίστων. IV. 33. VIII. 11.
ὁ Κεῖος. V. 64.
ὁ Χῖος. IV. 40. VII. 160.
ἐν τῷ περὶ Ἡρακλείτου IX. V.
Libri ejus. 7. 163.
ἄλλοι. VII. 164.
Ἀρκεσίλαος.
ἐν ἐπιγράμμασι IV. 30. & seqq.
ἐπιστολή. IV. 44.
ἐν ἱστορίᾳ V. 42.
ἄλλοι. IV. 45.
Ἀρτεμίδωρος ὁ διαλεκτικὸς. IX. 53.
ἐν τῷ πρὸς Χρύσιππον. ibid.
Ἀρχέδημος. VII. 40, 68, 84, 88, 134.
ἐν τῇ περὶ φωνῆς. VII. 55.
ἐν τινὶ περὶ στοιχείων. VII. 136.
Ἀρχέλαος. II. 17.
Scripta VI. 15.
ἄλλοι VI. 19.
Ἀρχέτιμος ὁ Συρακούσιος. I. 40.
Ἀρχίλοχος. IX. 71.
Ἀρχύτας Ταραντῖνος ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Διονύσιον. III. 22, 79.
πρὸς Πλάτωνα. VIII. 80.
ἄλλοι. VIII. 82.
Ἀσκάνιος ὁ Ἀβδηρίτης. IX. 61.
Ἄστων Κροτωνιάτης. VIII. 7.
Αὐτόδωρος Ἐπικούρειος. V. 92.
Ἀχαϊκός.
ἐν ἠθικοῖς. VI. 99.
Ἀχαιὸς.
σατυρικῇ Ὀμφάλῃ. II. 133.

B.

Βίας. I. 85.
ᾠδόμενα. *Ibid.*
Βίων. IV. 47.
ἐν ταῖς διατριβαῖς. II. 77.
ἄλλοι. IV. 58.
Βόηθος. VII. 54, 142.
ἐν τῇ περὶ φύσεως. VII. 148.
ἐν ιά. περὶ εἱμαρμένης. VII. 149.

Γ.

Γλαῦκος. VIII. 52.
Γλαῦκος ὁ Ῥηγῖνος. IX. 38.
Γλαύκων. II. 124.
Γοργίας ὁ Λεοντῖνος. VIII. 58.

Δ.

Δαίδακος ὁ Πλατωνικὸς. I. 30.
Δάμων ὁ Κυρηναῖος. I. 40.
Δείναρχος.
ἐν τῷ πρὸς Ξενοφῶντα ἀποστασίου. II. 52.
Δείνων.
ἐν έ. ἱστοριῶν. I. 8.
Δημήτριος. I. 114. IX. 40.
Δημήτριος ὁ Μάγνης. II. 52, 56, 57. VI. 84, 88. X. 13.
ἐν τοῖς ὁμωνύμοις. I. 38, 79, 112. V. 3, 75, 89. VI. 79. VII. 31, 169, 183. VIII. 84, 85. IX. 15, 27, 35, 36.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς. I. 2. II. 44.
ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ. IX. 15, 37, 57.
ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. II. 7.
ἐν τῷ περὶ γήρως. II. 13. IX. 20.
Scripta. V. 80.
ἄλλοι. V. 83.
Δημήτριος ὁ Βυζάντιος. II. 20.
Δημώδοκος ὁ Ἀλείριος. I. 84.
Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης. I. 22, 23. IX. 41, 44, 72.
περὶ ἀτόμων. X. 4.
Scripta. IX. 46. & seqq.
ἄλλοι. IX. 49.
Δημόκριτος ὁ Τροιζήνιος, VIII. 74.
ἐν τῷ κατὰ σοφιστῶν βιβλίῳ. Ibid.
Δίδυμος
ἐν Συμποσιακοῖς. V. 76.
Διευχίδας.
ἐν ε. Μεγαρικῶν. I. 57.
Δικαίαρχος. I. 40, 41. III. 38, 46. VIII. 40.
ἐν ἀ. περὶ βίων. III. 40.
Διογένης. VII. 84, 88.
Διογένης Πτολεμαεὺς. VII. 41.
Διογένης ὁ Ἀπολλωνιάτης. IX. 57.
Διογένης ὁ Βαβυλώνιος. VII. 39, 55, 57.
ἐν τῇ περὶ φωνῆς τέχνῃ. VII. 55, 57.
ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ. VII. 71.
Διογένης ὁ Κυνικὸς. II. 112. VII. 131.
ἐν τῷ ποδάλῳ. VI. 20.
ἐν Θυέστῃ. VI. 73.
Scripta. VI. 80.
ἄλλοι. VI. 81.
Διογένης ὁ Ταρσεὺς. X. 25.
Ἐπιλέκτους σχολὰς ἔγραψεν. ibid.
Διογένης ὁ Ἐπικούρειος.
ἐν τῇ ἀ. τῶν ἐπιλέκτων. X. 96.
ἐν τῷ έ. X. 119.
ἐν τῷ ιβ'. X. 118.
ἐν τῷ ις'. X. 136.
ἐν τῇ κ'. X. 137.
ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν Ἐπικούρου ἠθικῶν δογμάτων. X. 118.
Διόδοτος γραμματικὸς. IX. 15.
Διόδωρος.
ἐν α' ἀπομνημονευμάτων. IV. 2.
Διόδωρος ὁ Ἐφέσιος. VIII. 70.
Διοκλῆς. VI. 12, 13, 20, 36, 87, 91, 99, 103. VII. 166, 179, 182. IX. 61, 65. X. 12.
ἐν τοῖς βίοις τῶν φιλοσόφων. II. 54.
Διοκλῆς ὁ Μάγνης ἐν τῇ ἐπιδρομῇ τῶν φιλοσόφων. VII. 48, 162. X. 11.
Διονύσιος ἐν Κριτικοῖς. I. 38.
Διονύσιος. VIII. 47.
Διονύσιος ὁ Στωικὸς. VI. 43.
Διονύσιος ὁ Καρχηδόνιος. II. 106.
Διονύσιος ὁ Κολοφώνιος. VI. 100.
Διονύσιος ὁ Μεταθέμενος. V. 92. VII. 67.
Διονύσιος.
Παρθενοπικίῳ. V. 92.
Διονύσιος Ἁλικαρνασσεὺς. X. 4.
Διονύσιος ὁ τύραννος ἐν ἐπιστολῇ. IV. 2.
Διονυσόδωρος. II. 42.
Διοσκουρίδης.
ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν. I. 63.
Διότιμος ὁ Στωικὸς. X. 3.
Δίνων.
ἐν Περσικοῖς. IX. 50.
Δοῦρις. I. 19, 74, 82, 89. II. 19.
ἐν τῷ β'. τῶν ἱερῶν. I. 119.
ἐν τῷ περὶ ζωγραφίας. I. 38.

E.

Ἑκαταῖος. I. 9.
ἐν τῇ ά. περὶ τῆς Αἰγυπτίων φιλοσοφίας. I. 10.
Ἑκάτων. VII. 2, 91, 182.
ἐν τῷ ά. τῶν χρειῶν. VI. 30, 95.
ἐν τῷ β'. τῶν χρειῶν. VII. 26.
ἐν τῷ περὶ τελῶν. VII. 87.
ἐν τῷ ά. περὶ ἀρετῶν. VII. 89.
ἐν τῷ γ'. περὶ ἀγαθῶν. VII. 101.
ἐν τῷ ζ'. περὶ τέλους. VII. 102.
ἐν τῷ β'. περὶ παθῶν. VII. 110.
ἐν ιγ'. περὶ παραδόξων. VII. 124.
ἐν τῷ γ'. περὶ ἀρετῶν. VII. 125.
ἐν τῷ β'. περὶ ἀγαθῶν. VII. 127.
ἐν τῷ ιθ'. περὶ ἀγαθῶν. VII. 103.
ἐν ταῖς χρείαις. VI. 4, 7, 172.
Ἐλευσις.
ἐν τῷ περὶ Ἀχιλλέως. I. 29.
Ἐμπεδοκλῆς. VIII. 59, 61, 65, 66. IX. 73.
προοίμιον πρὸς Ἀπόλλωνα. VIII. 57.
τὰ Περσικὰ. VIII. 57.
ὁ ἰατρικὸς λόγος. VIII. 77.
τὰ περὶ φύσεως. VIII. 61.
Τραγῳδίαι. VIII. 59, 77.
καθαρμοὶ. VIII. 63, 77.
Ἐπίκουρος. IX. 52. X. 139.
βιβλία. X. 27. & seqq.
ἐν ἐπιστολαῖς. VII. 5, 9. X. 8. 11, 14, 30.
ἐν τῷ περὶ τέλους. X. 6, 136.
ἐν τῇ πρὸς Πυθοκλέα ἐπιστολῇ. X. 5, 6, 29, 84.
ἐν ταῖς πρὸς τοὺς ἐν Μιτυλήνῃ φιλοσόφους. X. 6, 136.
ἐν τῇ πρὸς Λεόντιον ἐπιστολῇ. X. 5, 6.
ἐν τῇ πρὸς Θέμιστων. X. 5.
ἐν τῇ ά. περὶ φύσεως. X. 39, 40.
ἐν λζ'. περὶ φύσεως. X. 7, 30, 91, 119.
ἐν τῇ β'. περὶ φύσεως. X. 73.
ἐν τῷ ια'. X. 91.
ἐν τῇ ιβ'. X. 74, 96.
ἐν τῇ ιδ' & ιέ. X. 40.
ἐν τῇ πρὸς Μενοικέα ἐπιστολῇ. X. 29, 122.
ἐν τῷ ά. Μετροδώρῳ. X. 23.
ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων. X. 136.
ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων καὶ φυγῆς. X. 136.
ἐν τῷ ά. περὶ βίων. X. 119, 136.
ἐν τῷ β'. περὶ βίων. X. 119.
ἐν τῷ συμποσίῳ. X. 119.
ἐν ταῖς διαπορίαις. X. 119.
ἐν μεγάλῃ ἐπιτομῇ. X. 39, 40, 73.
ἐν μικρᾷ ἐπιτομῇ. X. 85, 135.

ἐν τῇ πρὸς Ἡρόδοτον ἐπιστολῇ. X. 29, 30, 35.
ἐν ταῖς κυρίαις δόξαις. X. 29.
πρὸς Ἰδομενέα. X. 22.
ἐν ιβ'. στοιχειώσεων. X. 44.
ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥητορικῆς. X. 13.
ἐν τῇ πρὸς Εὐρύδικον ἐπιστολῇ. X. 13.
Κανών. X. 14, 30, 31.
Διαθῆκαι. X. 16. & seq.
πολλοί. X. 26.
Ἐπίκτητος. X. 6.
Ἐπιμενίδης.
Scripta. I. 111, 112.
ἐπιστολή. I. 113.
Ἐπίχαρμος Κωμῳδοποιός. III. 9, 10, 13, 16, 17.
Scripta. VIII. 78.
Ἐρασίστρατος. VII. 186.
ἰατρός. I. 119. VI. 88. VIII. 47.
Ἐρατοσθένης.
ἐν τῷ περὶ πλούτου καὶ πενίας. IX. 66.
ἐν η'. περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. VII. 5.
ἐν ὀλυμπιονίκαις. VIII. 51.
ἐν τοῖς πρὸς Βάτωνα. VIII. 89.
Ἕρμαχος. X. 15.
βιβλία. X. 25.
Ἑρμιππος. I. 72, 101, 117. II. 109, 120, 142. III. 2. IV. 44. V. 41, 67, 78, 91. VI. 2, 99. VII. 184. VIII. 1, 40, 41, 51, 56, 69, 85. IX. 4, 27, 43. X. 2.
ἐν τῷ περὶ Θεοφράστου. II. 55.
ἐν β'. περὶ Πυθαγόρου. VIII. 10.
ἐν τῷ ά. περὶ μάγων. I. 8.
ἐν τοῖς βίοις. I. 33. II. 13. V. 2.
ἐν τῷ περὶ τῶν σοφῶν. I. 42.
ἐν τῷ περὶ Ἀριστοτέλους. V. 1.
ἐν δ'. περὶ σοφῶν. VIII. 88.
Ἑρμόδωρος. I. 8. II. 106. III. 6.
ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ περὶ μαθημάτων. I. 2.
Εὐάνθης Μιλήσιος. I. 29.
Εὐβουλος
ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Διογένους πρᾶξις. VI. 30.
Εὐβουλίδης II. 41. VII. 187.
ἐν τῷ περὶ Διογένους. VI. 20.
Εὔδημος. VII. 40.
ἐν τῇ περὶ τῶν ἀστρολογουμένων ἱστορίᾳ. I. 23.
Εὔδημος ὁ Ῥόδιος. I. 9.
Εὔδοξος ἐν γῆς περιόδῳ. I. 8.
ἐν τῇ ά. περιόδου. IX. 83.
Ὀκταετηρὶς. VIII. 87.
ἐν γῆς περιόδῳ. VIII. 90.
πολλοί. VIII. 90.
Scripta. VIII. 89.
Εὔορμος. VII. 39.
ἐν τῇ ἠθικῇ στοιχειώσει. VII. 39.
Εὐφρων ὁ Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ. I. 107.
Εὐκλείδης. 2. 107.
Εὔμηλος ἐν έ. τῶν ἱστοριῶν. V. 6.
Εὔπολις.
ἐν κόλαξι. IX. 50.
ἐν ἀστρατεύτοις. III. 7.
Εὐριπίδης. I. 76. VII. 23. IX. 71.
ἐν τῇ Αὐγῇ. II. 133.
ἐν τῷ Παλαμήδει. II. 44.
ἐν Λυκιμνίῳ. III. 63.
ἐν Ἰξίονι IX. 55.
Μηδείᾳ. II. 134.
Βελλεροφόντῃ. IV. 26.
Ἀνδρομέδῃ. IV. 29.
Φαέθοντι. II. 10.
Εὔφαντος ἐν ἱστορίαις. II. 141.
Εὔφαντος Ὀλύνθιος. II. 110.
Εὐφορίων. III. 37. IX. 56.
Εὔφορος. I. 40, 41.
Ἔφορος. I. 96, 98.
ἐγκέ. II. 45.

Z.

Ζεῦξις.
ἐν τῷ περὶ διττῶν λόγων. IX. 106.
Ζηνόδατος ὁ Στωικός. VII. 30.
Ζήνων ὁ Κιτιεύς. VI. 91. VII. 108, 110, 120, 148, 149, 157. IX. 72.
βιβλία. VII. 4.
περὶ ἐρωτικῆς τεχνῆς. VII. 34.
ἐν ταῖς διατριβαῖς. VII. 34.
ἐν τῷ περὶ τοῦ ὅλου. VII. 136, 142, 143, 145, 153.
ἐν πολιτείᾳ. VII. 121, 130, 131.
ἐν τῷ περὶ λόγου. VII. 39, 40.
ἐν τῷ περὶ ἀνθρώπου φύσεως. VII. 87.
ἐν τῷ περὶ παθῶν. VII. 110.
ἐν τῷ περὶ οὐσίας. VII. 134.
Ζήνων ὁ Ἐλεάτης. IX. 29, 72.
Σιδώνιος. X. 25.
ὁ Ταρσεύς. VII. 41, 84.
πολλοί. VII. 35.
Ζωΐλος ὁ Περγαῖος. VI. 37.
Ζώπυρος ὁ Κολοφώνιος. VI. 100.

H.

Ἡρακλείδης. I. 25. II. 43, 113, 120, 138, 143, 144. III. 5, 25, 26. VIII. 72.
ἐν τῇ περὶ τῆς ἀπνοῦ. I. 12. VIII. 67.
ἐν τῷ περὶ ἀρχῆς. I. 94.
ἐν τοῖς περὶ νόμων. IX. 50.
ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν τοῦ Σωτίωνος διαδοχῶν. V. 79.
περὶ νόσων. VIII. 51, 60.
ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ. VIII. 53. IX. 1.
ἐν τῇ τοῦ Σατύρου βίων ἐπιτομῇ. VIII. 40. IX. 26.
Ἡρακλείδης ὁ τοῦ Σεραπίωνος. VIII. 7, 44, 59.
Ἡρακλείδης ὁ Ταρσεύς. VII. 121.
Ἡρακλείδης ὁ Φυσικός. VIII. 6.
Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. V. 86. & seqq. VIII. 4.
ἄλλοι. V. 93.
Ἡράκλειτος. I. 23, 76, 88. IX. 2, 7, 8. & seqq. 73.
περὶ φύσεως. IX. 6.
ὁ Φυσικός. VIII. 6.
Πολλοί, IX. 17.

Ἥριλλος. VII. 166.
Ἡρόδοτος. I. 9, 22. VIII. 2. IX. 34.
ἐν τῇ πρώτῃ. I. 9, 95.
ἐν τῷ περὶ Ἐπικούρου ἐφηβείας. X. 4.
Ἡρόδοτος Ταρσεὺς. IX. 116.
Ἡσίοδος. VII. 25. X. 2.

Θ.

Θαλῆς.
ναυτικὴ ἀστρολογία. I. 23.
ἐπιστολαὶ. I. 43.
ἀξιόμενα. I. 35.
Θεαίτητος ὁ ποιητὴς. IV. 25. VIII. 48.
Θεοδόσιος.
ἐν τοῖς σκεπτικοῖς κεφαλαίοις. IX. 70.
Θεόδοτος.
ἐν τῷ δ'. τῶν πρὸς Ἐπίκουρον. X. 5.
Θεόδωρος ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων. II. 65.
περὶ θεῶν. II. 97.
πολλοὶ. II. 103, 104.
Θεόκριτος ὁ Χῖος. V. 11.
Θεόπομπος. I. 109. III. 40. VI. 13.
ἐν τοῖς θαυμασίοις. I. 117.
ἐν τῇ η'. τῶν Φιλιππικῶν. I. 8.
Θεόπεμπτος ἐν Αὐτόχαρι. III. 26.
Θεοφάνης.
ἐν τῷ περὶ γραφικῆς. II. 104.
Θεόφραστος. VIII. 55.
ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ. V. 37.
ἐν τῷ Μεγαρικῷ. VI. 22.
ἐν τῇ ἐπιτομῇ. IX. 21.
ἐν τοῖς φυσικοῖς. IX. 22.
διαθῆκαι. V. 51.
Scripta. V. 42.
Θέων ὁ Τιθωρεὺς ὁ Στωϊκὸς. IX. 82.
Θρασίβουλος.
ἐπιστολή. I. 100.
Θράσυλλος aut Θρασύλαος. III. 1, 56, 61, IX. 37.
ἐν τοῖς πρὸ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων. IX. 41.

I.

Ἰάδμενεὺς. II. 20, 60. III. 36.
ἐν τοῖς περὶ τῶν Σωκρατικῶν. II. 20.
Ἱερώνυμος. I. 27. VIII. 20, 57, 58, IX. 16.
ἐν τῷ περὶ ἐποχῆς. II. 105.
ἐν τῷ β'. τῶν σποράδην ὑπομνημάτων. I. 26. II. 14.
Ἱερώνυμος Ῥόδιος. II. 26.
ὁ περιπατητικὸς. IX. 112.
Ἰοῦστος Τιβεριεύς.
ἐν τῷ στέμματι. II. 41.
Ἵππαρχος. IX. 43.
Ἵππασος. VIII. 7, 85.
Ἱππίας. I. 24.
Ἱππόβοτος. V. 90. VI. 85, 102. VII. 25, 38. VIII. 43, 51, 69, 72. IX. 5, 40, 115.
ἐν τῷ περὶ αἱρέσεων. I. 19. II. 88.
ἐν τῇ τῶν φιλοσόφων ἀναγραφῇ. I. 42.
Ἱπποκράτης. IX. 73.
Ἵππωναξ. I. 84, 88, 107.
Ἰσίδωρος Περγαμηνὸς. VII. 34.
Ἰσοκράτης. V. 35.
Ἴστρος. II. 59.
Ἴων ὁ Χῖος. I. 120. II. 23.
ἐν τοῖς τριαγμοῖς. VIII. 8.

K.

Καινεύς. IV. 2.
Καλλίας.
ἐν παιδήταις. II. 18.
Καλλίμαχος. VIII. 17. IX. 23.
ἐν τοῖς πίναξι. VIII. 86.
ἐν τοῖς Ἰάμβοις. I. 23, 25, 28, 29.
ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν. I. 79. II. 111.
Καρνεάδης. IV. 65, 66.
Κάσσιος ὁ Σκεπτικὸς. VII. 32, 34.
Κέβης. II. 125.
Κερκίδας ὁ Μεγαλοπολίτης, ἢ Κρὴς ἐν τοῖς μελιάμβοις VI. 76.
Κλεάνθης. VII. 41, 89, 91, 92, 127, 128, 139, 142, 157.
ἐν τῷ περὶ ἡδονῆς. VII. 87.
ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτόμων. VII. 134.
ἐν τῷ περὶ χαλκοῦ. VII. 14.
βιβλία. 174. VII. & seqq.
Κλεάνθης ὁ Ποντικὸς. IX. 15.
Κλέαρχος. II. 30.
ἐν τῷ Πλάτωνος ἐγκωμίῳ. III. 2.
Κλέαρχος ὁ φιλόσοφος. I. 81.
Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τῷ περὶ παιδείας. I. 9.
Κλεινόμαχος ὁ Θούριος. II. 112.
Κλείταρχος ἐν τῇ δωδεκάτῃ. I. 6.
Κλειτόμαχος. IV. 67.
ἐν τῷ ά. περὶ τῶν αἱρέσεων. II. 92.
Κλεόβουλος.
ἐπίγραμμα. I. 89.
αἴνιγμα. I. 91.
ἐπιστολή. I. 93.
Scripta. I. 89.
Κλεομένης.
ἐν τῷ παιδαγωγικῷ. VI. 75.
Κράντωρ. IV. 24, 25.
περὶ πένθους. IV. 27.
Κράτης Ἀθηναῖος. II. 126. IV. 23.
Κράτης Θηβαῖος. VI. 85, 86, 98.
πολλοὶ. IV. 23.
Κρατῖνος.
ἐν Ἀρχιλόχῳ. I. 12.
ἐν Κλεοβουλίναις. I. 89.
ἐν Πυθαγοριζούσῃ. VIII. 37.
ἐν Ταραντίνοις. Ibid.
ἐν τοῖς χείρωσι. I. 62.
Ψευδοβολιμαίῳ. III. 28.
Κρίνις. VII. 62, 68.
ἐν τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ. VII. 71, 76.
Κρίτων. II. 121.
Κρότων ἐν τῷ Κατακολυμβητῇ. IX. 12.
Κωμικῶν τις. II. 108. IV. 20.

Λ.

Λεωνδριος Μιλήσιος. I. 28, 41.
Λεύκιππος. IX. 30. & seqq. 46.
Λίων. III. 62.
Λόβων ὁ Ἀργεῖος. I. 34.
ἐν τῷ Περὶ ποιητῶν. I. 112.
Λυκόφρων.
ἐν Σατύροις. II. 140.
Μενεδήμῳ. II. 140.
Λύκων. V. 16.
διαθῆκαι. V. 69.
ἄλλοι. V. 69.
Λυσανίας ὁ Αἰσχρίωνος. VI. 23.
Λυσίας. II. 40.
ἐν τῷ κατὰ Νεϊκείδου. I. 55.
κατ' Αἰσχίνου περὶ Συκοφαντίας. II. 63.
Λυσίας ὁ Κεφάλου. III. 25.
Λύσις ὁ Ταραντῖνος. VIII. 7.
ἐν ἐπιστολῇ πρὸς Ἵππαρχον. VIII. 42.

Μ.

Οἱ τὰ περὶ Μάγων γράψαντες. I. 9.
Μάνεθως.
ἐν τῇ τῶν φυσικῶν ἐπιτομῇ. I. 10.
Μελάνθιος ὁ ζωγράφος.
ἐν τοῖς περὶ ζωγραφικῆς. IV. 18.
Μελέαγρος. VI. 99.
ἐν τῷ β'. περὶ δοξῶν. II. 92.
Μέλισσος. IX. 24.
Μένανδρος ὁ κωμικός.
ἐν Ἱπποκόμῳ. VI. 83.
ἐν Διδύμοις. VI. 93.
Μένιππος. VI. 99, 100.
ἐν τῇ Διογένους πράσει. VI. 29.
ἄλλοι. 6. 101.
Μηνόδοτος. II. 104. IX. 115.
Μητρόδωρος.
ἐν τῷ περὶ εὐγενείας. X. 1.
ἐν τῷ Τιμοκράτει. X. 136.
βιβλία. X. 24.
Μητρόδωρος. IX. 58.
Μητροκλῆς.
ἐν ταῖς χρείαις. VI. 33.
Μίμνερμος. I. 60.
Μινύης. I. 27.
Μνησίλοχος. II. 18.
Μνησίμαχος.
Ἀλκμαίωνι. VIII. 37.
Μόλων. III. 34.
Μόνιμος. VI. 83.
Μουσαῖος. I. 3.
Μυρωνιανὸς Ἀμαστριανός. IV. 8.
ἐν ὁμοίοις. III. 40.
ἐν τοῖς ἱστορικοῖς κεφαλαίοις. X. 3.
ἐν τῷ δ'. τῶν ἱστορικῶν ὁμοίων κεφαλαίων. IV. 14.
V. 36.

Ν.

Ναυσιφάνης. IX. 102.
Νεάνθης. III. 3, 4. VI. 13. VIII. 55, 58.
Νεάνθης Κυζικηνός. I, 99. III. 25. VIII. 72. IX. 4.
Νεόφρων Σικυώνιος. II. 134.
Νικόλαος. X. 4.
Νικομήδης. IX. 15.
Νικόμαχος. VIII. 88.
Νικόστρατος ὁ Κλυταιμνήστρα. IV. 18.
Νουμήνιος. IX. 68, 102.

Ξ.

Ξάνθος. VI. 101.
ἐν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους. VIII. 63.
ὁ Λυδός. I. 2.
Ξενοκράτης. IV. 11. & seqq. IX. 19. Scripta IX. 18, 19.
Ἄλλοι. IV. 15.
Ξενοφάνης. I. 23. IX. 72.
ἐν ἐλεγείᾳ. VIII. 36.
ἄλλος. IX. 20.
Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος. I. 111.
Ξενοφῶν. II. 29, 45.
ἐν Συμποσίῳ. II. 31, 32. VI. 14.
Σωκράτους ἀπολογίᾳ. III. 34.
Κύρου παιδείᾳ. III. 34.
ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα. III. 34.
Scripta. II. 57.

Ο.

Ὀλυμπιόδωρος ὁ Ἀθηναίων προστατήσας. VI. 23.
Ὅμηρος. I. 90. III. 7. VI. 85. VIII. 74. IX. 67.
Ὀνησίκριτος. VI. 84.
Ὀνήτωρ. II. 114.
ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Εἰ χρηματιεῖται ὁ σοφός. III. 9.
Ὀρφεύς. I. 5.

Π.

Παμφίλη. I. 24, 68.
ἐν ὑπομνήμασι. I. 90.
ἐν λβ'. ἐν β'. ἐν ε'. ἐν ϛ'. ἐν κε' } ὑπομνημάτων. V. 36. I. 76. I. 98. II. 24. III. 23.
Παναίτιος. II. 64. III. 37. VII. 41, 92, 142, 163.
ἐν τῷ περὶ τῶν αἱρέσεων. II. 87.
ὁ Στωϊκὸς ἐν τῷ περὶ εὐθυμίας. IX. 20.
Παρμενίδης. I. 107. IX. 22, 23.
ἄλλος. IX. 29.
Πασιφῶν ὁ Ἐρετρικός. II. 61. VI. 73.
Παυσανίας Ἡρακλειτιστής. IX. 15.
Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος. II. 60.
Πεισιστράτου ἐπιστολαί. I. 53.
Περίανδρος.

ἐπιστολαί. I. 99.
Περσαῖος. II. 61. VII. 120.
ἐν ταῖς ἠθικαῖς σχολαῖς. VII. 28.
ἐν ὑπομν. συμποσιακοῖς. VII. 1.
Scripta. VII. 36.
οἱ περὶ Πινάκων γράψαντες. VII. 188.
Πίττακος.
ἀδόμενα. I. 78.
ἐπιστολαί. I. 81.
Scripta. I. 79.
Πλάτων. I. 29, 41, 77, 99. VII. 131. IX. 72.
ἐν Μένωνι. II. 38.
ἐν Πρωταγόρᾳ. I. 108. IX. 50, 55.
ἐν Θεαιτήτῳ. II. 18, 29. IX. 51.
ἐν Συμποσίῳ. II. 28. III. 34.
ἐν Εὐθυδήμῳ. II. 30. IX. 52.
ἐν τῷ σοφιστῇ. IX. 25.
Ἀπολογίᾳ. II. 39, 45. III. 34.
Φαίδωνι. II. 42.
ἐν τῷ περὶ ψυχῆς. II. 65. III. 36.
ἐν Ἀντερασταῖς. III. 4. IX. 36.
ἐν Φαίδρῳ. III. 25, 38.
ἐπιγράμματα. III. 29. & seqq.
διαθῆκαι. III. 41.
ἠθικὰ ἀπομνημονεύματα. III. 34.
πολιτεία. III. 34. VIII. 83.
νόμοι. III. 34.
ἐν Λύσιδι. III. 35.
ἐν Παρμενίδῃ. IX. 23. 25.
Scripta. III. 57. & seqq.
Πλάτωνες πολλοί. III. 109.
Πλούταρχος. IX. 60.
ἐν τῷ Λυσάνδρου βίῳ καὶ Σύλλᾳ. IV. 4.
Πολέμων. II. 104. III. 46. IV. 58. V. 85.
Πολύαινος. II. 105.
Πολυκύκριτος ὁ Μενδαῖος ἐν τῷ ά. τῶν περὶ Διονύσου. II. 63.
Πολύευκτος ὁ Ῥήτωρ. VI. 23.
Ποσείδιππος. VII. 27.
Ποσειδώνιος. VII. 39, 41, 62, 84, 92, 142, 157. IX. 68.
ἐν γ'. περὶ μετεώρων. VII. 135.
ἐν ιζ'. περὶ μετεώρων. VII. 144.
ἐν τῇ μετεωρολογικῇ στοιχειώσει. VII. 136, 152.
ἐν τῷ περὶ θεῶν. VII. 139.
ἐν τῷ ιγ'. περὶ θεῶν. VII. 138.
ἐν τῷ ά. τοῦ φυσικοῦ λόγου. VII. 143.
ἐν τῷ ς'. τοῦ φυσικοῦ λόγου. VII. 145.
ἐν τῷ ή. τοῦ φυσικοῦ λόγου. VII. 153, 154.
ἐν ιέ. τοῦ φυσικοῦ λόγου. VII. 140.
ἐν ιβ'. τοῦ φυσικοῦ. VII. 149.
ἐν ά. περὶ θεῶν. VII. 148.
ἐν β'. περὶ εἱμαρμένης. VII. 149.
ἐν τῷ έ. περὶ μαντικῆς. VII. 149.
ἐν τῷ περὶ κριτηρίου. VII. 54.
ἐν τῇ περὶ λέξεως εἰσαγωγῇ. VII. 60.
ἐν τῷ περὶ τελῶν. VII. 87.
ἐν τῷ ά. τοῦ ἠθικοῦ λόγου. VII. 91.
ἐν τοῖς προτρεπτικοῖς. VII. 91, 129.
ἐν τῷ ά. περὶ καθηκόντων. VII. 124. 129.
ἐν τῷ β'. τοῦ φυσικοῦ λόγου.. I. 134. 140.
ἐν τῷ ά. περὶ κόσμου. VII. 142.
ὁ Στωϊκὸς. X. 4.
Ποταμίλλα. VIII. 63.
Πραξιφάνης. III. 8.
Πράυλος.
Πρωταγόρας. IX. 54.
ἐν ἀντιλογικοῖς. III. 37.
ἐν τῷ περὶ θεῶν. IX. 51.
Scripta IX. 54.
ἄλλοι. IX. 56.
Πτολεμαῖος.
Πυθαγόρας. VIII. 6, 7.
τὰ περὶ Σκύλλης. VIII. 47.
ἐπιστολή. VIII. 49.
Libri. VIII. 7, 13.
ἄλλοι. VIII. 46.

Σ.

Σαβῖνος περὶ μελετητικῆς ὕλης. III. 47.
Σάτυρος. I. 68, 82. II. 26. III. 8. VIII. 59, 60.
ἐν τοῖς βίοις. II. 12. VIII. 53, 58.
ἐν τῷ δ'. τῶν βίων. VI. 80.
βίων ἐπιτομή. Vide Ἡρακλείδης.
Σέλευκος.
ἐν ά. περὶ φιλοσοφίας. III. 109.
ὁ Γραμματικὸς. IX. 12.
Σέξτος. IX. 87.
ὁ ἐμπειρικὸς. IX. 116.
ἐν τῶν Σκεπτικῶν δέκα βιβλίοις. IX. 116.
Σειληνὸς.
ἐν τῇ ά. τῶν ἱστοριῶν. II. 12.
Σιμωνίδης. I. 90.
Σιμμίας. II. 144.
Σίμων. II. 122, 123.
πολλοί. II. 122, 123.
Σιμωνίδης. I. 76, 90. IV. 5, 45. VIII. 65.
Σκυθῖνος ὁ τῶν Ἰάμβων ποιητὴς. IX. 16.
ὁ Στωϊκὸς. IX. 16.
Σόλων.
ἐλεγεῖα. I. 47, 49, 50, 52.
ἀδόμενα. I. 61.
ἐπιστολαί. I. 64.
Scripta. I. 61.
Σόφιλος.
ἐν γάμοις. II. 120.
Σοφοκλῆς.
οἰνομάῳ. IV. 35.
Σπεύσιππος.
ἐν τῷ Πλάτωνος περιδείπνῳ. III. 2.
ἐν τῷ περὶ φιλοσόφων. IX. 23.
Scripta. IV. 4.
ὁ ἰατρὸς. IV. 5.
Σπίνθαρος. V. 92.
Στησικλείδης.
ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ. II. 56.
Στίλπων. II, 120.

Στράτων. V. 58.
διαθῆκαι. V. 62.
ἄλλοι. V. 61.
Σφαῖρος. VII. 159. IX. 15.
Scripta. VII. 179.
Σωσίβιος ὁ Λάκων. II. 115.
Σωσίθεος ὁ ποιητὴς. VII. 172.
Σωσικράτης. I. 38, 49, 68, 75, 95, 106. VII. 163.
ἐν διαδοχαῖς. VIII. 8.
ἐν γ. διαδοχῶν. VI. 13.
Σωσικράτης ὁ Ῥόδιος. II. 84.
Σώφρων ὁ Μιμογράφος. III. 18.
Σωτίων. I. 98. IX. 5, 18, 20, 21, 115.
ἐν β'. τῶν διαδοχῶν. II. 74.
ἐν β'. ἐν κγ'. ἐν τῷ δ'. ἐν τῷ η'. ἐν τῷ ζ'. } τῆς διαδοχῆς. { I. 1, 6. VI. 26. VII. 183.
ἐν διαδοχαῖς. V. 86. VIII. 86.
ἐν β'. τῶν διαδοχῶν.
ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν φιλοσόφων. II. 12.
ἐν τῷ ια. IX. 110.
ἐν τοῖς ιβ'. τῶν ἐπιγραφομένων Διοκλείων ἐλέγχων. X. 4.

T.

Ταρσικοὶ. IV. 58.
Τηλαυγὴς.
ἐπιστολή. VIII. 53, 74.
ἐν τῇ πρὸς Φιλόλαον. VIII. 53.
Τίμαιος. VIII. 10, 60, 66, 71.
ἐν ιε. τῶν ἱστοριῶν. VIII. 51.
ἐν δ'. VIII. 71. 72.
ἐν τῇ α' καὶ β'. VIII. 66.
διὰ τῆς θ'. VIII. 54.
ἐν τῇ ιή'. VIII. 60.
ἐν τῇ β'. I. 114.
ἐν ί. τῶν ἱστοριῶν. VIII. 11.
Τιμόθεος ὁ Ἀθηναῖος.
ἐν τῷ περὶ βίων. III. 5. IV. 4. V. 1. VII. 1.
Τιμοκράτης. X. 4.
ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις εὐφραντοῖς. X. 6.
ἐν τῷ γ'. X. 23.
ἐν τῷ Δίωνι. VII 2.
Τίμων. II. 55, 62, 66, 107, 126. III. 26. IV. 33, 34, 42, 67. V. 11. VII. 16. 161, 170. VIII. 67. IX. 6, 18, 23, 25, 40, 52, 69, 102, 107. X. 2.
ἐν Σίλλοις. I. 34. II. 6, 19. VII. 15. VIII. 36. IX. 65, 112.
ἐν τῷ Πύθωνι. IX. 65, 67, 76, 105.
ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς. IX. 67, 105.
ἐν τοῖς περὶ αἰσθήσεων. IX. 105.
ἐν τοῖς Γάμβοις. IX. 110.
Ἀρκεσιλάου περιδείπνῳ. IX. 115.
Scripta. IX. 110, 111.

Φ.

ΦΑβωρῖνος. III. 37. V. 41. IX. 29.
ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. II. 1, 11, 20, 38, 40. III. 3, 19. IV. 54, 63. V. 5, 9, 77. VI. 25, 73. VIII. 15, 83. IX. 34, 50, 87.
ἐν ἡ'. παντοδαπῆς ἱστορίας. III. 24. VIII. 47.
ἐν α'. ἀπομνημονευμάτων. I. 79. II. 23, 39. 40. III. 19, 25. V. 76. IX. 20.
ἐν τῷ β'. ἀπομ. &c. IV. 5. VI. 89.
ἐν γ'. ἀπομνημονευμάτων. III. 40. VIII. 12.
ἐν τῷ γ'. ἀπομ. &c. VIII. 12.
ἐν τῷ ε'. ἀπομ. &c. III. 62. IX. 23.
ἐν ἀπομνημονεύμασι. III. 48. VIII. 53, 63, 73, 90.
Φαίδων. II. 105.
Φανίας Ἐρέσιος. II. 65.
ἐν τῷ περὶ Σωκρατικῶν. VI. 8.
ἐν τῷ α'. τῶν Ποσειδωνίων σχολῶν. VII. 41.
Φανόδικος. I. 31, 82, 83.
Φερεκύδης Σύρος. I. 119.
ἐπιστολή. I. 122.
Φιλήμων ὁ Κωμικὸς. VI. 87.
ἐν Φιλοσόφοις. VII. 27.
Φίλισκος ὁ Αἰγινήτης. VI. 73.
Φίλιππος ὁ Μεγαρικός. II. 113.
Φίλιππος ὁ Ὀπούντιος.
Ἐπινομὶς. III. 37.
Φιλόλαος. VIII. 84.
Φιλόδημος. X. 24.
ὁ Ἐπικούρειος ἐν τῷ ί. τῆς τῶν φιλοσόφων συντάξεως. X. 3.
Φιλόχορος. II. 44. IX. 55.
Φίλων. III. 40. ὁ Ἀθηναῖος. IX. 67.
Φλέγων.
ἐν τῷ περὶ μακροβίων. I. 111.
Φρύνιχος. IV. 20.
Φύλαρχος. IX. 115.
Φυσικῶν τις. X. 90.
Φῶκος.
ναυτικὴ ἀστρολογία. I. 23.

X.

ΧΑμαιλέων. III. 46. V. 92.
Χίλων.
Χοίριλος. I. 24.
ἐπιστολή. I. 73.
Χρύσιππος. VII. 57, 62, 65, 68, 79, 84, 89, 92, 102, 127, 129, 151, 157.
ἐν α'. παροιμιῶν. VII. 1.
τῷ περὶ πολιτείας. VII. 131, 138.
τῷ ά. περὶ λόγου. VII. 39, 54.
τῷ ά. τῶν φυσικῶν. VII. 29, 134, 136, 141, 142.
τῇ ιβ'. περὶ ψυχῆς. VII. 50.
ἐν τῇ ιβ'. τῶν φυσικῶν. VII. 54.
ἐν τῇ β'. τῶν φυσικῶν. VII. 55, 157.
ἐν τῷ περὶ ὅρων. VII. 60.
ἐν τοῖς διαλεκτικοῖς ὅροις. VII. 67.
ἐν ταῖς διαλεκτικαῖς τέχναις. VII. 71.

ἐν τῷ ά. περὶ τελῶν. VII. 84, 87, 91.
ἐν τοῖς περὶ τοῦ καλοῦ. VII. 101, 128.
ἐν τοῖς περὶ ἡδονῆς. VII. 103.
ἐν τῷ περὶ παθῶν. VII. 110.
ἐν τῷ ά. περὶ βίων. VII. 121, 129.
ἐν τῷ περὶ τοῦ Κυρίως κεχρῆσθαι Ζήνωνα ὀνόμασι. VII. 122.
ἐν τῷ δ'. τῶν ἠθικῶν ζητημάτων. VII. 120.
ἐν τῷ ά. περὶ δικαιοσύνης. VII. 129.
ἐν τῷ περὶ ἔρωτος. VII. 130.
ἐν τῷ ιά. περὶ θεῶν. VII. 148.
ἐν τῷ ά. περὶ ἀρετῶν. VII. 125, 127.
ἐν τῷ περὶ κενοῦ. VII. 140.
ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης. VII. 149.
ἐν τῷ β'. περὶ Μαντικῆς. VII. 149.
ἐν γ'. τῶν φυσικῶν. VII. 150, 151.
περὶ τῶν ἀρχαίων φυσιολόγων. VII. 187.
περὶ τῶν μὴ δι' ἑαυτὰ αἱρετῶν. VII. 188.
ἐν τῷ γ' περὶ δικαίου. VII. 188.
ἐν τῷ β'. περὶ βίου καὶ πορισμοῦ. VII. 188.
ἐν τῷ ά. περὶ προνοίας. VII. 139, 142.
Ἐπιστόλια. X. 3.
Scripta. VII. 190. & seqq.
ἄλλοι. VII. 186.

FINIS.

INDEX II.

Veterum & Recentiorum Scriptorum, in ÆGIDII MENAGII OBSERVATIONIBUS,

Emendatorum, illuſtratorum, & notatorum.

A.

Acro in Horatium notatus. II. 97.
Ælianus, emendatus. II. 317. VIII. 63. tentatus. II. 71. VI. 79.
Alcæi locus apud Athenæum emendatus. VIII. 9.
Aldobrandinus (Thomas) notatus I. 29, 40, 41, 55, 67 *& paſſim.*
Alſenus ICtus illuſtratus. X. 66, 138.
S. *Ambroſius* notatus. III. 6. tentatus. X. 3.
Ammianus Marcellinus notatus. IX. 26.
Ammonius in Categor. Ariſtotelis notatus. IX. 8.
Anthologia tentata. I. 51.
Antigonus Caryſtius, apud Athenæum, emendatus. II. 139. notatus. VIII. 83.
Antonius Monachus in Meliſſa emendatus. III. 26.
Apollodorus notatus. III. 3.
Apoſtolius emendatus. I. 53.
Apuleius emendatus. II. 46. IX. III.
Appendix Proverbiorum Græcorum emendata. I. 109.
Arati vitæ ſcriptor tentatus. I. 51.
Ariſteas notatus. 2. 144.
Ariſtophanes emendatus & illuſtratus. IV. 18. illuſtratus. II. 58.
Ariſtophanis Scholiaſtes emendatus. II. 37. VI. 90.
Ariſtoteles notatus. I. 114. IX. 79.
Athenæus emendatus. III. 4, 46. IX. 59, X. 149. illuſtratus. VI. 90. notatus. II. 23. X. 136. tentatus. VIII. 38. X. 5.
Athenagoras emendatus. IX. 15.
Auguſtinus notatus. I. 119.
Aurelius (*Marcus*) emendatus. II. 24. illuſtratus. VI. 83. IX. 43.

B.

Bajuletus (Adrianus) notatus. VII. 202. X. 27.
Baudrandus (Mich. Antonius) notatus. III. 5.
Benedictus (Joannes) notatus. I. 41.
Brodæus (Joannes) notatus. IV. 6.

C.

Calderinus (Domitius) notatus. I. 22.
Camerarius (Joachimus) notatus. 2. 48.
Caſaubonus (Iſaacus) notatus. I. 17, 30. II. 13. VIII. 69. IX. 28.
Cenſorinus emendatus. VII. 139. VIII. 80.
Chronicon Alexandrinum emendatum. I. 48. II. 48.
S. *Chryſoſtomus* notatus. VIII. 77.
Cicero emendatus. I. 120. VII. 191. VIII. 85. memoriâ lapſus. I. 58. illuſtratus. VII. 97. 182. X. 49. tentatus. II. 75. III. 69.
Clemens Alexandrinus emendatus. I. 12. II. I. VII. 168. VIII. 90. IX. I. X. 136. tentatus. VII. 87.

Codex C. unica *de Mendicantibus validis* emendatus. I. 55.
Cornarus (Joannes) notatus. IX. 47.
Critiæ verſus emendatus. I. 105.
Croïus (Joannes) notatus. II. 106.
Cujacius (Jacobus) notatus. VII. I.
Cunæus (Petrus) notatus. IV. 50.
S. Cyprianus emendatus. VII. 123.
S. Cyrillus Alexandrinus emendatus. I. 68. II. 20. tentatus. VII. 179.

D.

Davidis Pſalm. Lxxxix. illuſtratus. I. 54.
Didymus notatus. X. 5.
Diodorus Siculus emendatus. VIII. 40, 63.
Diogenianus emendatus. IX. 114.
Dion Chryſoſtomus notatus. I. 62.
Dionyſius Halicarnaſſeus emendatus. VIII. 45.
Dionyſius Periegetes emendatus. IX. 47. illuſtratus. I. I.
Dionyſii Periegetis commentator ineditus notatus. IX. 47.
Donzellinus (Hieronymus) notatus. III. 6.

E.

Etymologici Magni ſcriptor notatus. I. 94.
Etymologicum magnum emendatum. III. 26, 63.
Epicharmi verſus emendati. III. 10.
Epicletus illuſtratus. X. 135.
Epiphanius emendatus. V. 36. illuſtratus. V. 55. notatus. VII. I. tentatus. VIII. 39.
Eraſmus (Deſiderius) notatus. IX. 114.
Eſaïas Propheta illuſtratus. VIII. 34.
Eunapius illuſtratus. IV. 6.
Euripides apud Quintilianum emendatus. V. 3. illuſtratus. II. 10.
Euſebius in Chronico caſtigatus. IV. I.
Euſebius emendatus. IX. 62. 67.
Euſtathius emendatus. *n. ad tit.* p. I. col. I. II. 52. VIII. 2. IX. 59. X. 149. illuſtratus. II. 78. *Euſtathii* lapſus memoriæ. IV. 47. idem notatus. I. 51, 119.
Ezechiel Propheta illuſtratus. IV. 19.

F.

Ficinus (Marcilius) notatus. IX. 50.
Foëſius (Anucius) notatus. IX. 47.

G.

Galenus emendatus VI. 46. illuſtratus. III. 41.
Galenus de Succis. MS. I. 27.
Galeſius (Joannes) ejus de Semnotheis ſententia. I. I.
Gaulminus (*Gilb.*) notatus. IX. 44.
Gellius (Aulus) confutatus. III. 34. emendatus. VI. 37. VIII. 37. IX. 7. illuſtratus. IX. 46. memoriâ lapſus. IX. 43. tentatus. VIII. 5. X. 49.
Idem notatus. X. 124. 139.
Geſnerus (Conradus) notatus. V. 87.
Giraldus (Lil. Greg.) confutatus. VIII. 35.
S. Gregorius Nazianzenus emendatus. II. 78.
Grotius (*Hugo*) confutatus. VI. 83. notatus. V. 26.

H.

Harduinus (Joannes) confutatus. VIII. 34.
Harpocration emendatus. II. 60, 61, 63. III. 41, 47.
Heinſius (Daniel) notatus. V. 67.
Heraclides de Politiis emendatus. I. 118.
Heraldi (Deſiderii) lapſus memoriæ. IV. 38.
Hermippus notatus. III. 3.
Herodotus notatus. I. 95.
Hervetus (Gentianus) notatus. X. 139.
Heſiodus emendatus. IX. 73.
Heſychius emendatus. I. 81. II. 48. III. 4, 42. VII. 12. IX. 45.
S. Hieronymus emendatus. V. 4, 6. IX. 18. notatus. II. 23. ob malè verſum Euſebium. I. 64. tentatus VIII. 5.
Hippocrates interpunctione expoſitus. IX. 47.
Hody (Humfredus) confutatus. V. 47.
Holſtenius (Lucas) notatus. VIII. 40.
Homerus emendatus. IX. 73. tentatus. III. 75.
Horatius illuſtratus. IV. 16, 52. VII. 193. X. 126.
Hyginus in Poët. Aſtron. emendatus. I. 22.

I.

Amblichus emendatus. VIII. 39, 42. IX. 20.
Iamblichus MS. in Arithmeticam Nicomachi. I. 24.
S. Joannes Euang. VIII. 4. illuſtratus. I. 96.
S. Iſidorus Peluſiota L. V. Ep. 6. emendatus. I. 74.
Junius (Hadrianus) notatus. VII. 182.

L.

Actantius notatus. X.
Laurentius (Andreas) notatus. IX. 40.
Leopardus (Paulus) notatus. VIII. 8.
Libanius emendatus. II. 25.
Lipſius (Juſtus) confutatus. VIII. 45. notatus. IX. 28.
Lucianus emendatus. II. 22, 51. V. 67. VI. 78. IX. 18, 67. illuſtratus. VIII. 69.
Lucretius illuſtratus. X. 45.

M.

Machiavellus (Nicolaus) notatus. VI. 39, 40.
Macrobius emendatus. V. 36.
Manſus (Joannes Bapt.) notatus VII. 26.
Marcianus JCtus illuſtratus. VII. 183.
Marcilius (Theodorus) notatus. X. 131.
Marmora Arundelliana emendata. I. 68.
Martialis emendatus. VIII. 47. illuſtratus. VI. 62. 79.

Maſius (Andreas) notatus. II. 57.
S. Matthæus Euangeliſta illuſtratus. VIII. 117.
Mauſſacus (Jac. Philippus) notatus. I. 2, 22. V. 4.
Menander emendatus. IV. 38. illuſtratus. X. 137.
Meurſius (Joannes) notatus. I. 55, 68. III. 4. V. 46.
Modeſtini Vetus Int. Latinus notatus. IV. 50.
Moeris Atticiſta emendatus. III. 61.
Monachius (Stephanus) confutatus. VIII. 39.
Moſes Propheta illuſtratus. VIII. 23.
Muretus (M. Antonius) notatus. V. 81.

N.

Nicandri Scholiaſtes emendatus. I. 109. V. 46.

O.

Olympiodorus notatus. III. 44. emendatus. III. 44.
Origenes contra Celſum emendatus. II. 105. III. 1. notatus. III. 6. in Philoſophicis emendatus. III. 69. IX. 61. illuſtratus. VII. 138.
Ortelius (Abrahamus) notatus. I. 106.

P.

Paulus Apoſtolus in Epiſt. ad Rom. VII. 3. illuſtratus. I. 48. in I. Ep. ad Tim. c. III. illuſtratus. I. 55. c. IV. V. 37.
Petavius (Dionyſius) notatus. I. 13. VIII. 69.
Petrarcha (Franciſcus) notatus. II. 97.
Petronius illuſtratus. IV. 18.
Phædrus emendatus. V. 79.
Philo Judæus emendatus. VII. 66.
Philoponus (Joannes) notatus. IX. 47.
Philoſtratus emendatus. VIII. 69.
Photius in Bibliotheca tentatus. IX. 72.
Phrynichus notatus. V. 54. VII. 172. X. 137.
Pindarus emendatus. IX. 81.
Planudes (Maximus) caſtigatus. I. 72.
Plato emendatus. I. 13. III. 4.
Plinius in Præf. Hiſt. illuſtratus. IX. 46. notatus. II. 1.
Plutarchus contra Gellium defenſus. X. 139. emendatus. III. 4. VI. 48. VIII. 12, 85. IX. 60, 66. X. 14. illuſtratus. VI. 95.
Pollux emendatus. I. 81. illuſtratus. V. 67. reprehenſus. I. 55. tentatus. IX. 49.
Porphyrius emendatus. II. 42. VIII. 72. notatus. II. 19.
Priſcianus tentatus. VII. 58.
Proclus in Heſiodum emendatus. V. 1.
Pythagoræ vitæ Scriptor emendatus. VIII. 48.

Q.

Quintilianus emendatus. II. 25. IX. 50.

R.

I. Regum IV. 8. illuſtratus. VI. 88.
I. Regum XVII. 6. illuſtratus. VIII. 69.
Reineſius (Thomas) notatus. IX. 113.

S.

Salmaſius (Claudius) confutatus. IX. 49. notatus. not. ad tit. p. 2. c. 1. III. 31. VIII. 34. IX. 116.
Scaliger (Joſephus) confutatus. II. 61. notatus. I. 45. II. 144.
Scaliger (J. Cæſar) notatus. I. 3. VII. 97.
Scheffer us (Joannes) notatus. VI. 34. IX. 42.
Schottus (Andreas) notatus. IX. 113.
Septuaginta Interpr. illuſtrati. VIII. 34.
Sextus Empiricus emendatus. II. 32. IX. 18, 47, 56, 72, 79. X. 139. notatus. II. 32.
Simplicius in Epictetum emendatus. VII. 168.
Solinus notatus & emendatus. IV. 28.
Sophocles illuſtratus. VIII. 41.
Sophoclis Scholiaſtes emendatus. VIII. 41.
Sophoclis vitæ Scriptor illuſtratus. VI. 78.
Sotion emendatus. VII. 164.
Sponius in Itinere, notatus. n. ad tit. pag. 1. col. 1. IX. 49.
Stobæus emendatus. VI. 79. IX. 43.
Strabonis interpres notatus. X. 26.
Suidas emendatus. I. 9, 20, 76, 81, 107, 109. II. 105, 108. III. 4, 34, 51. IV. 27. V. 37, 67, 74. VI. 18, 20, 90. VII. 17, 30, 57, 60, 65, 85, 110, 118, 122, 130, 136. VIII. 37, 38, 39, 42. IX. 37, 39, 45, 58, 61, 71, 113, 114. X. 1, 5, 15, 118. illuſtratus. VII. 185. VIII. 69. memoriâ lapſus. VI. 102. notatus. I. 59. II. 48. V. 3. VI. 104. VII. 160. IX. 53. tentatus. I. 112. VII. 15.
Stephanus Byzantius emendatus. I. 51. II. 40, 136. V. 81. IX. 28. tentatus. V. 36. illuſtratus. VII. 168.
Stephanus (Henricus) notatus. I. 17.
Syneſius emendatus. IX. 59. illuſtratus. X. 131. notatus. VIII. 86.

T.

Tertullianus tentatus. II. 40. notatus. IX. 26.
Themiſtius emendatus. II. 46. expoſitus. VIII. 69.
Theocritus, illuſtratus. I. 94.
Theocriti Scholiaſtes emendatus. I. 38, 94. IX. 42.
Theodoritus emendatus. IX. 45.
Thomas Magiſter notatus. III. 61.
Timon Phliaſius apud Sextum Empiricum emendatus. IX. 52.
Tzetzes (Joannes) emendatus. VIII. 1. IX. 43. notatus. I. 119.
Tzetzes (Iſaacus) emendatus. IX. 43. expoſitus. *Ibid.*

V.

Valentinus Porphyrii Interpres notatus. II. 42.
Valerius Maximus emendatus. II. 105. III. 5. notatus. VII. 174.
Victorius (Petrus) reprehenſus. V. 46.
Virgilius illuſtratus. X. 142.
Vitruvius tentatus. IX. 49.
Ulpianus illuſtratus. VIII. 69.
Voſſius (Gerardus J.) confutatus. VI. 99. IX. 66, 70. notatus. II. 39.
Urſinus (Fulvius) notatus. IX. 28.
Vulteius (Juſtus) notatus. IX. 50.

X.

Xylander (Gulielm.) notatus. IX. 43.

Z.

Zenobius emendatus. IX. 114.

FINIS.

INDEX III.

Vocum Græcarum ab Interpretibus Diogenis expoſitarum.

N. Notas contextui ſubjectas, *M. Menagianas*, *K. Kühnianas* ſignificat.

A.

Ἀγαμος, *præter rationem*. N. I. 71.
Ἄγειν & ἄγειν βιβλίον εἰς ἀνθρώπους, *edere librum*. M. II. 48.
Ἀγκῶνι ἀπομύσσεσθαι, *cubito ſe mungere*. M. IV. 46.
Ἀγένατος, *ſine geniculis*. N. VIII. 34.
Ἀγορανόμοι qui magiſtratus Athenis. M. VI. 90.
Ἀγωνία quid, juxta Stoïcos. M. VII. 113.
Ἀγωνιάτης, *timidus*. M. II. 131. N. *Ibid.*
Ἀγωνιστικὸς λόγος quid apud *Platonem*. N. III. 49.
Ἀθήνη unde dicta. M. VII. 147. quid allegoricè. *Ibid.*
Ἀθρόα apud Epicurum, *magna multitudine corpuſcula*. N. X. 56.
AI correptum in fine vocis. M. IX. 60.
AI & E olim apud Græcos eundem ſonum habuiſſe. M. VII. 62.
Αἰγὸς ποταμὸς & ποταμοί. N. II. 10.
Αἰδήμων, *verecundus*. N. II. 48.
Αἱρέσεως definitio. N. I. 20.
Αἱσχροὶ Hæretici quidam quare dicti. M. VII. 187.
Αἰσχρουργεῖν idem ac λεσβιάζειν. K. I. 1. N. I. 5. M. VII. 187.
Αἰσχύνη, *contumelia*. K. I. 113.
Αἰσυμνήτης quid. N. I. 44.
Ἀκαταστασία, *motus animi turbidus*. N. VII. 110.
Ἀκουστικοὶ qui, apud Pythagoreos. M. VIII. 10.
Ἀκριβολογία, *nimia in rationibus ſumptuum ineundis cura*. M. IV. 50.
Ἀκρότης ψυχῆς quid. K. I. 12.
Ἀλγεῖν activè ſumtum ab Epicuro. M. X. 139.
Ἀλείπτης idem ac σωμασκητής. K. VIII. 46.
Ἀλεκτορὶς, *Gallus*, apud Tragicos & Comicos. M. III. 11.
Ἀλία, *congregatio*. M. I. 99.
Ἀλλαντοποιὸς, *fartor*. N. II. 60.
Ἀλλοῖόν τι, *aliquid humanitus*. M. IV. 44.
Ἀλλοίωσις, *commutatio*. N. VII. 50.
Ἄλογοι, *equus*. M. I. 83.
Ἄμεμπτα νοερὸν Sol dictus. N. X. 77.
Ἀμνημονεύειν, *oblivisci*. M. V. 72.
Ἄμπωτις quid. VII. 123.
Ἀμυκλαίδες quid. M. VIII. 69.
Ἀμφιβολία quid. M. VII. 62.
Ἀμφίταπις & ἀμφίταπος. M. V. 72.
Ἀναβάλλεσθαι, *chordas pollice prætentare*. M. IX. 49.
Ἀναβολαὶ, *proœmia muſicorum* M. IX. 49.
Ἀνακεῖσθαι, *accumbere*. M. VII. 17.
Ἀνακόπτεσθαι τῶν ῥευμάτων quid. M. I. 37.
Ἀναλυτικὴ quid. N. V. 28.
Ἀναπεπταμένος, Gall. *à decouvert*. M. IX. 11. 45. K. *Ibid.*
Ἀνασύρειν θεμιάτιον, Gall. *lever la jupe*. M. VI. 97.
Ἀναφέρειν γένος εἰς τινὰ, *genus ab aliquo ducere*. N. III. 1.
Ἀνδρὸς ἀρετὴ quæ, juxta Chilonem. N. I. 68.
Ἀνδρωνῖτις, Lacedæmon. M. VI. 59.

Ἀνεικαιότης, *circumſpectio*. N. VII. 46.
Ἀνελεῖν, *vaticinari*. M. I. 30.
Ἀνεπισήμαντος quid. M. IX. 12.
Ἀνθινὰ, *picta veſtis*. N. IV. 52.
Ἀνθομολογήσασθαι, *coram profiteri*. K. II. 40.
Ἄνθος νόου an Pythagoras dixerit. N. VIII. 9.
Ἄνθος πτερῶν, *flos plumarum*. M. I. 51.
ἐξ Ἀνθρώπων γενέσθαι, *mori*. M. II. 43.
Ἀνοδος ψυχῆς quid, juxta Platonicos. M. III. 67.
Ἀντίγραφα teſtamenta quæ apud Atticos. M. V. 57.
Ἀντιπεπονθότα quæ. M. VII. 64.
Ἀντίσιγμα quid, in notis Grammaticis. M. III. 66. N. *Ibid.*
Ἀντιτιμᾶσθαι, *multam ſibi imponere*. M. II. 42.
Ἀντιφάσεις, *ajentia & negantia pronunciata*. N. VII. 73.
Ἀντωμοσία quæ jurisjurandi ſpecies. N. II. 40.
Ἀξία, *æſtimatio*. N. VII. 84. quotuplex. K. VII. 105.
Ἀξίωμα, *enunciatio*. N. II. 112.
Ἀξίωμα, quid Ariſtoteli. M. VII. 65. quid Stoïcis. M. VII. 64. N. 65, 68. quàm diverſe vertatur ea vox à Latinis. M. VII. 65.
Ἄοινα συμπόσια. M. I. 76.
Ἀπάγεσθαι, *duci* ad ſupplicium. N. VIII. 85.
Ἀπαθεῖς qui. M. IX. 3.
Ἀπαλλαι, *infantes recens nati*. K. VIII. 20.
Ἀπειρία, *infinitio*. K. X. 45.
Ἀπελέκητος φωνὴ. *Gall. une voix mal rabbotée*. N. IV. 27. K. *Ibid.*
Ἀπέρχεσθαι, *mori*. N. III. 6.
Ἀπέχειν ἀντὶ τοῦ ἔχειν. K. VII. 100.
Ἀπηγμένος, *ductus* in carcerem, aut ad ſupplicium. N. & K. VIII. 85.
Ἁπλᾶ ἀξιώματα quæ apud Stoïcos. N. VII. 68.
Ἁπλοκύων, *ſimplex Cynicus*. K. VI. 13.
Ἁπλοῦσθαι θοιμάτιον, *ſimplici veſte uti*. K. VI. 13.
Ἀπόδειξις, *concluſio* ſyllogiſmi. N. II. 107. III. 53.
Ἀποδείξεως Stoïca definitio. N. VII. 45.
Ἀποδοχῆς ἀξιοῦν quid. M. V. 37.
Ἀποκρίνειν, *excrementa ejicere*. M. I. 113.
Ἀπόκρισις, *excretio*. N. I. 114.
Ἀποπροηγμένα. N. VII. 105.
Ἀποφαίνεσθαι, *enunciare*. N. I. 16.
Ἀποφάναι & ἀπόφασις, *enunciare & enunciatio*. N. VII. 69.
Ἀπόφασις ἢ ἀπόφανσις, *oratio affirmans aut negans*. N. IV. 28.
Ἀποσκοτῆσαι τινὸς, *recedere ne umbra alicui fiat*. K. VI. 38.
Ἀποστασίου actio quæ. N. II. 52.
Ἀπροπτωσία, *continentia à lapſu*. N. VII. 46.
Ἄπυρος τροφὴ quid. N. VII. 26.
Ἄρα, *tandem*. M. II. 133.
Ἀραίωσις idem ac μάνωσις, *raritas*. N. IX. 8.
Ἀργυρώματα, *vaſa argentea*. M. IV. 38.
Ἀρέσκεια quid. N. I. 85.
Ἀρματοτροφεῖν qui ſolerent Athenis. M. IV. 17.
Ἄρτος ῥυπαρὸς, Gallicè *du pain bis*. M. VI. 64.
Ἄρυπος διαιτα, *victus ſordibus carens*. N. VII. 26.
Ἀρχιερεὺς, *ſacerdos*. K. IX. 64.
Ἄσκληρός Democritea vox quid ſignificet. M. IX. 40.
Ἄσματα veterum ſapientum. N. I. 34.
Ἀστικαὶ νίκαι quæ. K. VIII. 90.
Ἀστραγαλωτὴ quid. M. IV. 34.
Ἀστροθύτης quaſi Zoroaſtres dictus. N. I. 8.
Ἀστρονόμημα ἀντὶ τοῦ Ἀστρονόμου. N. I. 34.
Ἀστυνόμοι qui magiſtratus Athenis. M. VI. 90.
Ἀτονῶ, *deficio*. K. IV. 14.
Ἀτρίβων, *inexercitatus*. N. III. 63.
Ἄττα compellatio juvenum ad ſenes. M. I. 80.
Ἀττάγᾶς, *attagen*, quæ avis ſpecies. M. IX. 114.
Αὐδηρίτης pro *Abderites*. M. IX. 30.
Αὐλὰς θεραπεύειν quid. N. II. 69.
Αὐλὴ *locus ſub dio*, ante januam. N. II. 69. K. IV. 8.
Αὐτάρκεια quàm commoda. M. X. 120, 130.
Αὐτάρκεια an ex ſola virtute naſcatur. M. VII. 127.
Αὐτὸν ἀντὶ τοῦ ἑαυτὸν. M. II. 13.
Αὐτοπραγία, *facultas per te faciendi quod velis*. N. VII. 121.
Ἀφίστασθαι φιλοσοφίας, *abſtrahere à Philoſophia*. N. VII. 129.
Ἀφυσικοὺς quos dixerit Ariſtoteles. M. IX. 24.

B.

Βαίνειν, *mori*. N. III. 6.
Βακτροπηρίται *Cynici* dicti. K. VI. 16.
Βαρβαρισμὸς quid. M. VII. 59.
Βασίλεια magiſtratus apud Epheſios. M. IX. 6.
Βαστάζειν, *auferre*. M. IV. 59. K. *Ibid.*
Βέμβηξ aut βέμβιξ quid. M. I. 80.
Βίοι, *mancipia*. M. II. 78.
Βίος, *ars & bona*. M. IX. 109.
Βιὸς, dictum Heraclitι circa hanc vocem. M. IX. 6.
Βλεννὸς piſcis genus. M. II. 66.
Βλέπειν καθ' ἑαυτὸν quid. K. VI. 31.
Βλίτρι vox quæ nihil ſignificat. N. VII. 57.
Βοτάνη & πόα an differant. M. IX. 3.
Βράστης quid. M. VII. 154.
Βρενθύεσθαι quid. M. II. 28.
Βύσματα, *ſophiſmata*. K. II. 120.

Γ.

Γαλαθηνὰ ζῶα, *lactentia animalia*. K. VIII. 20.
Γαστρίζειν, *ventrem verberare*. M. VII. 172.
Γαύρηξ, *jactator*. M. I. 81.
Γεγωνὸς, *magnus*. M. V. 64.
Γενεὰ, *ætas* triginta annorum. N. VIII. 45.
ὃ μὴ Γένοιτο εὐδὲ ἔσται, *quod abominor*. M. V. 12.
Γέρας pro *dignitate*. N. I. 53.
Γίνεσθαί τινος, *cupiam rei deditum eſſe*. N. I. 23.
Γίνεσθαι μετά τινος quid. N. II. 76.
Γλύξις quid. M. IV. 20.
Γνώμη, *Deus*. N. III. 75. IX. 1.
Γουνάζεσθαι, *genua complecti*, ſupplicum more. N. VIII. 34.
Γράμμα *litera*, quomodo ἀπὸ τοῦ στοιχείου differat. M. VII. 56.
παρὰ Γράμμα apud Ariſtotelem quid. N. II. 118.
παρὰ Γράμμα ἀρετὴν διώκειν quid. N. II. 118. K. *Ibid.*

Γραπτὴ, *effigies.* M. VIII. 72.
Γυμναστικὸς λόγος quid apud Platonem. N. III. 49.
Γυναικωνῖτις Athenæ. M. VI. 59.
Γύργαθος, reticulum. M. VII. 15.

Δ.

παρὰ Δάκτυλον μαίνεσθαι. N. VI. 35.
Δανείζεσθαι παρ' ἑαυτοῦ quid. M. II. 62.
Δείξεις ἀργυρικαὶ quæ. N. IV. 38.
Δεκαπάλαι, *olim* vox ab *Ariſtophane* ficta. M. IX. 17.
Δεκάτη ὑστέρα, *vigeſima prima* Menſis. K. VII. 10.
Δερματινὸς, *pelliceus.* K. II. 10.
Δημαγωγεῖν, *aſſentari populo.* N. I. 66.
Δημήτηρ unde dicta. M. VII. 147.
Δῆμοι πληθυντικῶς. M. II. 18.
Διαγράψαι, *numerare.* M. II. 137.
Διαθέσεις Philoſophorum quæ. K. I. 17.
Διάθεσις, *affectio animi.* N. I. 17.
ἐκ Διαθέσεως, *ex animo.* K. I. 81.
Διαθέσθαι τὰ βιβλία, *libros facere vendibiliores.* K. VI. 99.
Διακοσμῆσαι, *in ordinem adducere.* N. I. 4.
Διακόσμησις Stoïcorum. K. VII. 130.
Διάκοσμος, *Diſpoſitio.* M. IX. 46.
Διαλανθάνων, *argumentatio.* N. II. 108.
Διαμηρίζεσθαι quid. M. VII. 172.
Διαμηρισμὸς quid. M. VII. 172.
Διαπέμπειν τινάς, *dirimere quoſpiam.* K. II. 130.
Δίαρμα ψυχῆς quid. K. IX. 7.
Διαστεῖλαι, *diſjicere*, de morte violenta. K. IX. 59.
Διαστείλας, *diſtendens.* N. IX. 59.
Διασφὰξ, *montis ſciſſura* M. VIII. 60.
Διατείνειν βακτηρίαν, *intentare ictum baculi.* K. II. 48.
Διαφορούμενον ἀξίωμα quodnam. K. VII. 68. M. *Ibid.*
Διάχυσις, *mollities.* N. VII. 114.
Διζήσασθαι, *quærere.* M. IX. 5.
κατὰ Δίκην ἀντὶ τοῦ ἐκ Δίκης. K. IV. 17.
Δικογράφοι, *patronorum ſpecies.* K. VI. 16.
Δίμυλος λίθος, *è cælo lapſus.* M. II. 11.
Δίμυλος λίθος an Græcum. K. II. 11.
ὁ ἐπὶ Διοικήσεως, *promuscondus.* N. VII. 11.
Διουσικόλακες Philoſophi. M. X. 8.
Διπλῆ quid in notis Grammaticis. M. III. 65. N. *Ibid.*
Διχοτομία ἀντὶ τῆς Διχομηνίας. M. I. 146.
Δόγμα, *decretum.* N. I. 16.
ἐν Δοιῇ μοι θυμός, *animus mihi in dubio eſt.* N. IV. 26.
Δόρυ, *virile pudendum.* M. VI. 53.
Δουλεύειν, *mercede facere.* K. II. 19.
Δραματικὸς Dialogus. M. III. 49.
Δυὰς apud Pythagoreos *malum & materia.* N. VIII. 83.
εἰς τὸ Δυνατὸν, *quacunque ratione*, formula Teſtamentorum. N. III. 41.

E.

Ἑβδομαγέτης Apollo quare dictus M. III. 2.
Ἑβδόμη ſubintellecto φθίνοντος. 27 *menſis* K. III. 1.
Ἐγγύα, *ſponſio.* M. I. 73.
Ἐγκείμενος, *contradicens.* N. IV. 53.
Ἐγκεκαλυμμένος argumentatio M. II. 108. VII. 82. N. *Ibid.*
Ἐγκριθῆναι & ἐκκριθῆναι in certaminibus quid. K. VIII. 47.
Ἐγκύκλια, *vulgaria vitæ officia.* K. X. 85.
Ἐγκύκλια παιδεύματα quæ complectantur. N. II. 79. M. VI. 103.
Εἴδωλα quàm variè ea vox verſa. M. X. 46.
Εἰκαδίσται quare Epicurei dicti. M. X. 18.
Εἱμαρμένη unde fatum dictum. M. VII. 149.
Εἶναί τινος, *cuipiam rei deditum eſſe.* N. I. 23.
Εἶρων quid. M. II. 19.
Εἰς cum accuſativo *in quiete.* M. V. 51.
Εἰσφρεῖν, *intus admittere.* M. I. 102.
Ἐκβαλεῖν διὰ μέτρου, *poëtico excurſu explanare.* M. IX. 16.
Ἐκκλισις εὔλογος, *declinatio cum ratione* N. VII. 116.
Ἐκκλίνης, *qui deflectit à communi more.* K. II. 130.
Ἐκζέσαι φθειρσὶν quid. M. IV. 4.
Ἐκπατεῖν, *hominum veſtigia vitare.* M. IX. 3. K. *Ibid.*
Ἐκπύρωσις Stoïcorum. K. VII. 130.
Ἐκσφενδονίζεσθαι, *excrementa ejicere* M. I. 114.
Ἑκτη ſubintellecto φθίνοντος, *menſis vigeſima ſexta.* K. II. 44.
Ἐκτραχηλίζειν νεότητα, *perdere juventutem.* M. VI. 61.
Ἐκφορικὰ quæ in Dialectica Stoïca. K. VII. 76.
Ἐλαία παιδοτρόφος quid apud Sophoclem. N. V. 71.
Ἐλαύνειν, *perire.* M. II. 120.
Ἐλεγεῖον, *parvum poëma.* VI. 86.
ἐλεημοσύνην διδόναι M. *ad tit.* p. 2. col. 1. K. V. 17.
Ἔλεγχος N. V. 26.
Ἑλληνισμὸς quid. M. VII. 59.
Ἐλπίζειν de bonis & malis. M. VI. 56.
Ἐμπινὴς quid. M. V. 67. N. *Ib.*
Ἐμπίπτειν, *deprehendi.* K. VIII. 75.
Ἔμπυροι quare piſces ab Empedocle dicti M. VIII. 77.
Ἓν ἀνθ' ἑνὸς, *uno verbo.* N. VIII. 9. K. *Ibid.*
Ἐναντίους βλάβη, *mentis pernicies.* N. VIII. 9.
Ἐνάρετος, *virtuti deditus*, Stoïca vox. M. VII. 126.
Ἔνδον, *inſcriùs.* M. V. 4. N. *Ibid.*
Ἔνθεν ἦλθε, *inde orſus eſt loqui.* K. I. 102.
Ἐνετὸς, an urbs ſit hujus nominis. N. II. 113.
Ἔννοια, *notio* N. III. 79.
Ἐνομολέσχης quare Socrates dictus. M. II. 19.
Ἐνουρεῖν, *immeiere.* M. VI. 56.
Ἔνστασις βίου, *vitæ ratio.* K. VI. 103.
Ἐντελέχεια quid apud Ariſtotelem. N. V. 32.
Ἐξάγειν Platonica ſignificatione. V. 72.
Ἐξάγειν ἑαυτὸν quid apud Stoïcos. M. VII. 130.
Ἐξαγωγὴ εὔλογος, *juſta cauſa ſemetipſum è vita*

ejiciendi. M. VII. 130.
Ἐξαίρειν, *è medio tollere.* N. I. 64.
Ἐξακόσιοι qui Athenis. M. IX. 54.
Ἐξεράσαι, *evomere.* M. IX. 4.
Ἐξιδιοποιήσασθαι, Gallicè *s'approprier.* M. I. 40.
Ἐξίστασθαι ποιεῖν, *refugere ne aliquid facias.* N. III. 91.
Ἐπαγωγὴ, *inductio.* N. III. 53.
Ἐπαινῶ, recusandæ invitationis formula. N. II. 76.
Ἐπαπορεῖν, *addubitare.* N. VII. 68.
Ἐπὶ cum genitivo idem ac *sub*, ut ἐπὶ Πλάτωνος *sub Platone.* K. VII. 4.
Ἐπιγέννημα & ἐπιγεννηματικὸν quid. N. VII. 86. M. *Ibid.*
Ἐπιδρομαὶ τύχης, *incursiones fortunæ.* N. VI. 42.
Ἐπιδρομὴ, *brevis tractatio.* N. X. 11.
Ἐπίκλησις, *precatio Magica.* N. I. 9.
Ἐπικλίντης quid. M. VII. 154.
Ἐπικόπτης, *obloquutor.* K. II. 127.
Ἐπικυκλήσεις quid apud Stoïcos. N. I. 9.
Ἐπιλέγειν, *legere.* M. I. 122.
Ἐπιμαρτύρησις, *confirmatio.* K. X. 34.
Ἐπιμενίδιον ῥῆμα proverbium de rebus absconditis. M. I. 115.
Ἐπιμήνιος ἑορτὴ. M. II. 129.
Ἐπιμύλιος ᾠδὴ quæ. M. I. 81.
ἡ Ἐπίπεδος ἐπιφάνεια, à quo primùm dicta. N. III. 24.
Ἐπιπλοκὴ idem ac συμπλοκὴ. K. IX. 79.
Ἐπιῤῥαπίζειν, *objurgare.* M. VI. 90.
Ἐπισημασίαι, *signa tempestatum.* K. X. 98. M. *Ibid.*
Ἐπισημείωσις, *plausus.* K. VII. 20.
Ἐπισκώπτω, *increpo.* K. II. 127.
Ἐπίτροποι, *exsequutores testamenti.* M. III. 43. N. *Ibid.*
Ἐπιφορὰ Stoïcum vocabulum quid. K. VII. 76.
Ἐπιχαιρεκακία, *malevolentia.* N. VII. 114. M. *Ibid.*
Ἐπομβρία, allegoricè *hydrops.* M. IX. 3.
Ἐρεβίνθῳ cur abstinerent Pythagorei. N. VIII. 34.
Ἐρευνητὴς, *quæstor.* M. I. 55.
Ἐρωμένη, *concubina.* M. VII. 130.
Ἑταῖροι qui apud Philosophos. M. III. 81.
Ἑτεῇ, *verè.* N. IX. 72.
Εὖ διάγειν inscriptio Epistolarum Epicuri. M. X. 14.
Εὖ πράττειν in inscriptionibus Epistolarum. M. III. 61. N. *Ibid.*
Εὐγηρία, *levis senectus.* N. VII. 98.
Εὐδοξία, *bona fama.* N. VII. 102.
Εὐεστὼ, *summum bonum*, juxta *Democritum.* M. IX. 45.
Εὐθημοσύνη, *concinna rerum digestio.* M. II. 120.
Εὐθυμία, *bonus animus.* N. VII. 116.
Εὐθυμία, *summum bonum*, juxta *Democritum.* M. IX. 45.
Εὐρισιλογεῖν, *verbosum esse.* N. II. 134.
Εὐρεσιλόγος, *verbosus.* N. II. 134.
Εὔροια βίου quid apud Stoïcos. M. VII. 88.
Εὐσυμπεριφορος, *accommodans*, Gallicè. M. VII. 13.
Εὐφρόνη nox quare dicta. II. 4.
Εὐχὴ, *jactatio, gloriatio.* N. VIII. 68.
Ἐφεκτικοὶ, *qui assensum sustinent.* N. I. 16.
Ἔφοδος, *argumentorum series.* N. III. 47.
Ἔχειν γυναῖκα, *habere mulierem.* M. II. 75. N. *Ibid.*

Z.

Ζὰν *Jupiter Pherecydæ dictus.* M. I. 119.
Ζεὺς unde dictus. M. VII. 147.
Ζῆλος & ζηλοτυπία quid Stoïcis. M. VII. 111. N. *Ibid.*
τὸ Ζῆν pro *immortalitate.* M. VIII. 75.
Ζήτησις, *inquisitio*, in Dialogo quid. N. III. 49.
Ζητητικοὶ Philosophi qui. M. VI. 69.
Ζοφοδορπίδας quare *Pittacus* dictus. M. I. 81. N. I. 81.

H.

Ἡγεμονικὸν quæ animi facultas. N. I. 21. M. VII. 159. quæ ejus sedes. *Ibid.*
Ἡγούμενον quid in Dialectica Stoïca. K. VII. 76.
Ἡλίου πύλαι, *oculi.* N. VIII. 29.
Ἡμέρα, *dies natalis.* M. IV. 41.
μεθ' Ἡμέραν, *interdiu.* K. III. 1.
Ἡμικύκλιος κατάκλισις quid. M. VIII. 87.
Ἥρα unde dicta. M. VII. 147. quid allegoricè. *Ibid.*
Ἡσυχάζειν quid in Chrysippi libris. M. VII. 197.
Ἧττω νοῦ, *Mentis non capacia.* K. IX. 19.
Ἥφαιστος quis & unde dictus. M. VII. 147.
Ἡφαιστότευκτος. M. I. 32.

Θ.

Θαλῆς & Θάλης. M. I. 34.
Θαλλὸς, *oleæ ramus.* M. IX. 80.
Θάττον, *antea.* N. VI. 56. K. I. 12.
Θεὸς unde dictus. M. VIII. 26.
Θεὸς de utroque sexu dici. M. II. 116.
Θεὸς pro *sole.* M. IX. 65.
Θερίζων dictum argumentum. M. VII. 25.
Θέσθαι ὅπλα, *arma sumere & deponere.* N. I. 57.
Θέσις quid apud Rhetoras, N. V. 3.
Θεσμοὶ, Draconis leges. M. I. 53.
Θητεία, *servitus mercedis causa.* M. I. 66.
Θόρυβος quid, juxta Stoïcos. M. VII. 113.
Θύειν χάρισι quid. M. IV. 6. N. *Ibid.*
Θυλάκιον, *siliqua.* M. IX. 59.
Θύμος, *allium.* VI. 85. unde dictum. *Ibid.*
Θυμὸς quid propriè. K. VII. 114.
Θύραι κηπαῖαι, *posticum.* K. VII. 25.
ἐπὶ Θύρας τινὸς ἔρχεσθαι quid. N. II. 69.
Θυρεπανοίκτης, *apertularius.* N. VI. 86.
Θυσία, *convivium.* N. II. 130.
Θυωρὸς, *mensa*, Deorum Linguâ. M. I. 119. N. *Ibid.*

I.

Ἰδιοσυγκρισία quid. M. IX. 80.
Ἰδιωτισμὸς, *verborum vilitas.* M. VII. 59.
Ἱερομνήμονες qui. K. VI. 45.

ἀποτυφία, *ſuperbia.* N. VI. 7.
ἱστορία ἀντὶ τῆς αὐτοψίας. N. III. 18.
ἰσχνόφωνος, *qui loquendo hæſitat*, aut *exilem vocem habet.* M. III. 5.
ἰσχυρῶς, *valde.* M. I. 75.
Ἰταλιῶται, *magnæ Græciæ incolæ.* M. II. 5.
Ἰταλιώτης pro Pythagorico. M. VIII. 39.

K.

Καθάπτεσθαί τινος, *tangere aliquem.* N. I. 47.
Καθαρὰ γάμου, *integra.* N. III. 2.
Καθαρμοὶ qui libri. K. VIII. 77.
Κάθεσις τῆς κόμης, *promiſſio capillorum.* K. I. 109.
Καθῆκον & καθήκοντα, *officium & officia.* M. VII. 4.
Καθιππάζεσθαί τινος, *in aliquem* ſtylum acuere. N. IV. 47.
Κάθοδος ψυχῆς quid, juxta Platonicos. M. III. 67.
Κακώσεως δίκη Athenis quæ. M. IV. 17. N. *Ibid.*
Κάλλιστα, recuſandi vox. N. II. 76.
Καλλωπίζεσθαι, κοσμεῖσθαι. M. II. 28.
Καλὸς κἀγαθὸς dixiſſe Atticos, non ἀγαθὸς καὶ καλός. M. II. 48.
ἐκ Καλοῦ οἴχεσθαι, *à bono facto diſcedere.* K. II. 112.
Καπνοπάται Myſi quare dicti. K. IX. 18.
Καρτερία, *tolerantia.* N. VII. 93.
Κατακρουνίζεσθαι, *aquâ è tubulo erumpente perfundi.* K. VI. 41.
τὸ Κατὰ σαυτὸν ἐλᾶν quid. M. I. 80.
Καταγορευτικὸν & κατηγορικὸν, pronuntiata quomodo differant. N. VII. 69.
Καταδύσαι ἥλιον ἐν λέσχῃ. M. IX. 17.
Κατακάειν Atticè pro κατακαίειν. M. IV. 48.
Καταλαμβάνειν, *adire hæreditatem.* N. V. 12.
Καταληπτὸς, *comprehenſibilis.* N. I. 16.
Κατάληψις quomodo fiat juxta Stoïcos. M. VII. 52.
Καταπυγοσύνη quid. M. IV. 19.
Καταπυκνουμένη ἡδονὴ quid apud *Epicurum.* N. X. 142.
Κατασυβαρίσεσθαι, *cum ſupercilio tractare.* K. I. 81.
Κατατειχογράφειν, *ſcribere in muris.* M. II. 111.
Κατατρέχειν, *vexare, laceſſere.* M. VII. 187.
Κατατριβὴ, *conſumptio.* N. VI. 24.
Καταχωρίσαι, *ordine diſponere.* M. VII. 189.
Καταψηφίζεσθαι, *mortis damnare.* K. II. 13.
Κατέπειξις φωνῆς, *compulſio quæ voce fit.* K. VII. 113.
Κατηγόρημα, *quod dicitur de quodam aut quibuſdam.* N. II. 112. M. VII. 64.
Κατηγόρημα & κατηγορητικὸν, quomodo differant. N. VII. 70.
Κατηγορημάτων Stoïca diviſio. N. VII. 64.
Καθηγορικὰ *pronuntiata* quæ, apud Peripateticos. N. VII. 68.
Κερατίνη aut Κερατὶς argumentatio. M. II. 108.
Κεραύνιον quid, in notis Grammaticis. M. III. 66. N. *Ibid.*
Κέρδος pro *turpi lucro.* N. I. 97.
Κερκώπων ἀγορὰ Athenis quid. K. IX. 114.
Κέρκωψ, *adulator.* M. IX. 114.
Κήλησις, *delectatio ſuavitate auditûs animum deliniens.* N. VII. 114. M. *Ibid.*
Κῆπος ἀντὶ τοῦ αἰδοίου γυναικείου. N. II. 116. M. *Ibid.*
Κιθαριστὴς & Κιθαρῳδὸς quomodo differant. M. III. 88.
Κιλίκιος ἀντὶ τοῦ πονηροῦ. M. IX. 84.
Κόλαξ, *paraſitus.* M. VI. 4.
Κολοφῶνα ἐπιτιθέναι. M. X. 138.
Κολυττεὺς à Demo Colytto M. III. 3.
Κονδυλίζεσθαι, *pugnis cædi.* M. II. 21.
Κορυφαιότατος an Atticum. M. II. 41.
Κόσμος quot modis ſumatur. M. VII. 137, 138.
Κόσμος, à quo & quare *cælum* ita dictum. M. VIII. 48.
Κουρίας ἐν χρῷ, *capillo ad cutem attonſo.* K. VI. 31.
Κρέας μέγα quid. M. IV. 19.
Κρημνάω, *ſuſpendo de paxillo.* K. VI. 50.
Κριτήριον τῆς ἀληθείας. M. I. 21.
Κρόμμυα ἐσθίειν ἀντὶ τοῦ κλαίειν, *flere.* M. I. 83.
Κυκεὼν, in quem omnia, juxta *Heraclitum*, redeunt. M. IX. 6.
Κυνίζειν, *Cynicam profiteri diſciplinam.* N. VI. 2.
Κυνικὸς ἄνθρωπος quare Nabal à Græcis Interp. dictus. M. VI. 2.
Κυνισμὸς, *Cynica vivendi ratio.* N. VII. 121.
Κυρισύων argumentatio. M. II. 108.
Κυριώτατα μέρη φύσεως quæ *Epicuro.* N. X. 142.
Κύστις *pellicula* cui includitur amuletum. M. IV. 56.
Κῶμος quid. N. II. 128.

Λ.

Λάβε βιώσας, Pythagoricum effatum. M. VIII. 50.
Λαθύρῳ cur abſtinerent Pythagorei. N. VIII. 34.
Λακωνίζειν, *pædicare.* M. II. 51.
Λάλος, *homo immanis loquacitatis.* VII. 18.
Λαμβάνεσθαι, *vinci.* K. I. 115.
Λεῖψανα τοῦ χρυσοῦ γένους. M. IV. 22.
Λεκτὰ quæ in Dialectica Stoïca. K. VII. 76. N. VII. 43, 53.
Λελιθωμένη οὐσία, *divitiæ in lapides transformatæ.* K. II. 10.
Λεμβὸς aut Λεμὸς, *fauces.* N. IV. 57.
Λέσχη, *ſermocinatio.* N. III. 63. IX. 17.
Λεσχηνώτης quid. M. I. 43.
Λῆγον quid in Dialectica Stoïca. K. VII. 76.
Λῆμμα quid apud Stoïcos. M. VII. 68.
Λῆμμα, *ſumptio*, in Syllogiſmo. N. II. 107.
Λιτότητος exempla M. II. 97.
Λογισμὸς, *Ratio.* N. VII. 52.
Λογοπειὸς, *fabulator.* M. I. 72.
Λόγος pro *argumento* Dialectico. M. VII. 192, 197.
Λόγος apud Stoïcos creator mundi. M. VII. 135, 137.
Λόγος, *definitio & oratio.* N. VI. 3.
Λόγος cognomen *Protagoræ.* N. IX. 50.
Λυκόποδες *Piſiſtrati* ſatellites. M. I. 66.
Λύπη βαρύνουσα, *ægritudo premens.* N. VII. 112.
Λύω primam brevem habet, ſequente vocali; longam, ſequente conſonante. N. VII. 31.

M.

Μὰ τὸν ellipticè. M. v. 68.
Μάζα, *polenta miſta & ſubacta aquâ & oleo.* N. x. 131.
Μαιευτικὸς λόγος quid apud *Platonem.* N. III. 49. M. *Ibid.*
Μαλακαυχητὴς, *qui ſe ſuâ jactat mollitie.* K. v. 7.
Μᾶλλον ἔτι καὶ μᾶλλον, *magis ac magis* N. IX. 59.
Μεγαρίζειν, *cum Megaricis ſentire.* N. II. 113.
Μελαγχολία, *furor.* N. II. 118.
Μελάνουρον quare comedere vetuerit *Pythagoras.* M. VIII. 35.
Μέλας ἀντὶ τοῦ πονηροῦ. M. I. 61.
Μέλισσαι Nymphæ aquarum & Sacerdotes Cereris. M. I. 94.
Μελιτώδης quare dicatur *Proſerpina.* M. I. 94.
Μετασκευάζειν, *perſonam mutare.* N. I. 109.
Μετάφρενον quid propriè. M. VI. 53.
Μετοίκιον, *tributum inquilinorum*, apud Athenienſes. M. IV. 14.
Μὴ præfixa voci ad contrarium ſignificandum. K. IX. 77.
Μὴ λόγος, *quod non eſt ſermo.* K. IX. 77.
Μηδισμὸς, *favor erga Medos.* M. II. 12.
Μήλῳ βάλλειν, proverbium quid ſignificet. M. III. 32.
Μὴν Deus idem ac Luna. M. VIII. 34.
Μῆνις, origo & ſignificatio vocis. M. VII. 114.
Μητρῷον Athenis ἀρχεῖον, templum magnæ Deorum Matris. M. II. 40. N. *Ib.*
Μικρολόγος, *avarus.* M. IV. 50.
παρὰ Μικρὸν, *ob cauſam exiguam.* K. II. 31.
ὁ παρὰ Μικρὸν λόγος quale Sophiſma. K. VII. 197. N. *Ibid.*
Μονὰς apud Pythagoreos *bonum*, & Deus. N. VIII. 83.
Μορίαι, *oleæ* quare dictæ M. III. 26.
Μυκητίας quid. M. . 153. VII.
Μυρίῳ καλλίων, Gall. *mille fois plus beau.* M. I. 51.

N.

Νεκρὸν μαστίζειν. M. II. 135.
Νῆστις quare aqua ab Empedocle dicta. M. VIII. 76.
Νίφεσθαι γήραϊ, *nives à ſenectute accipere.* M. I. 85.
Νομοποιὸς, Muſicus. M. II. 104.
Νόμος, *lex*, quæ vox apud Homerum non exſtat. M. IX. 73.
Νουβυστικῶς, *Pythagorica* vox, ἀντὶ τοῦ συνετῶς. M. VIII. 97.
Νουμήνιος, Gallicè, *Corlieu*, avis ſpecies quæ. M. IX. 114.
Νοῦς, *mens*, pars animi divinior. N. VIII. 30.

Ξ.

Ξενίας δίκη, quæ apud Athenienſes. N. II. 29.

O.

Ὁ Δὸς ſubintellectum. K. X. 96.
Ὁδῷ ἐρωτᾶν, *ordine interrogare.* M. VII. 47.
Οἴησις *arrogantia.* M. IX. 7.
Οἴησις, *nimia de ſe opinio.* N. IV. 50. VII. 23. 115.
Οἰκειωθῆναί τινι ἐπιστήμῃ quid. M. X. 37.
Οἰκεῖος ἀρετῆς, vir probus. M. I. 92.
Οἴκημα, *lupanar.* M. II. 105. N. II. 31.
Οἰκονομία ἀντὶ τῆς οἰκοδομίας. K. VII. 90.
Οἰκονομικὸς, *avarus.* M. IV. 59.
Οἴχεσθαι, *mori.* N. II. 4.
Ὀλόσχοινος, *juncus.* M. II. 81.
Ὁμηροπάτης quare *Xenophanes* dictus. K. IX. 18.
Ὄμματα τεχνικὰ, *oculi eruditi.* M. VII. 51.
Ὀμφακίαι, *infantes poſt natales brevi extincti.* K. VIII. 20.
Ὀνήϊστος, *eximius.* M. IX. 2.
Οὖν idem interdum ac ὦκυ. M. IX. 80.
Ὠκύτατος, ἀντὶ τοῦ ὠκυτάτου. N. IX. 80.
Ὀξωτὰ quæ metaphoricè. M. IV. 18.
Ὄργανα χρόνου, quare *Plato* Terram & Planetas vocarit. M. VIII. 85.
Ὀργεῶνες qui. M. V. 54.
Ὁρίζομεν οὐδὲν, formula Sceptica. M. IX. 73.
Ὁρικῶς idem ac ὁριστικῶς. N. IX. 69.
Ὁρμὴ, *appetitus.* N. VII. 84.
Ὁρμὴ quid, apud Stoïcos. M. VII. 85.
Ὄρνις, *Gallus gallinaceus.* M. II. 30.
Ὀρτυγοτρόφος, *qui coturnices* ad ſpectacula *alebat.* M. II. 30.
Ὀρύττειν τὴν ψαμμὸν, in palæſtra quid. K. VI. 27.
Ὀστρέῳ γράφεσθαι, *purpureo colore ſcribi.* K. IV. 27.
Οὐδὲν μᾶλλον, formula Sceptica. M. IX. 73.
Οὐρανὸς quot modis ſumatur. M. VII. 138.
Οὖτις argumentatio. M. II. 108. VII. 82.
Ὀψοφάγος, *piſcium helluo.* M. VII. 19.

Π.

Παῖγκαλος pueri nomen. M. V. 93.
Παιδεραστεῖν ſolis ingenuis licitum Athenis. M. I. 55.
Παιδίσκη, *ancilla.* V. 54.
Παλματίας quid. M. VII. 154.
Παντὶ λόγῳ λόγος ἴσος ἀντίκειται, formula Sceptica. M. IX. 73.
Πάνυ καλῶς, recuſandæ invitationis formula. N. II. 76.
Παρακαίειν, *unà urere.* N. IV. 48.
Παράπηγμα quid apud Aſtronomos. M. IX. 48.
Παραπηγνύειν, *obſervare.* K. III. 17.
Παραπλάσματα quæ apud Criticos vocentur. M. IX. 49.
Παράσιτος, *Epulo.* M. VI. IV.
Παραστιχὶς idem ac ἀκροστιχὶς. N. VIII. 78. M. V. 93.
Παρασυναπτικοὶ σύνδεσμοι qui. N. VII. 71.
τὸ Παρασυνημμένον, *adnexum.* N. VII. 69.
Παρασχηματίζειν ἑαυτὸν τῷ πλάστῃ, *falſam ſui imaginem ſtatuario exhibere.* N. VI. 7.

Παρατελωνήσασθαι, *fraudare vectigal.* K. IV. 56.
Παρατίλλεσθαι, *barbam vellere.* M. & K. II. 21.
Πάροδος ἡλίου πρὸς τροπήν. N. I. 24.
Παρρησία, *liberè.* K. II. 130.
Παρρησία qua in re ſita. N. VI. 95.
Πάσχειν τι, *mori.* M. V. 61. N. *Ibid.*
τὸ Πάσχον, *patiens materia.* N. VII. 134.
Πατέρες ἀντὶ τῶν ἀστυνόμων. M. VI. 78.
Πέδα ἀντὶ τοῦ μετὰ, Doricè. M. I. 113.
Πεζὸς λόγος, *ſoluta oratio.* M. I. 29.
ἐπὶ Πείρᾳ διδόναι, Gallicè *donner à l'eſſai.* M. VI. 93.
Πειραστικὸς λόγος, apud *Platonem* quid. N. III. 49.
Πελαγία νῆσος quæ. M. I. 93.
Πενεστέων προσφιλέστερος, locutio παροιμιώδης. M. IV. 31.
Πένταθλοι, Philoſophi metaphoricè dicti. M. IX. 37.
Πένταθλος quis. K. IX. 37.
Πεντακόσιοι qui Athenis. M. IX. 54.
Πεποιημένος ὄχλῳ, Gallicè *fait pour le peuple.* M. VII. 161.
Περαίνεσθαι quid. M. IV. 34.
Περαινόμενος, *muliebria patiens.* N. II. 127.
Περαναντων ἀπόδειξις quæ. K. VII. 32.
οἱ Περὶ Πλάτωνα, modò Platonem ipſum, modò ejus diſcipulos deſignat. N. III. 22.
Περίαπτα, *amuleta.* N. IV. 156.
Περίδειπνον, *cœna parentalis.* M. III. 2.
Περίστασιν τὸ διδόναι, *dare ſubterfugio.* K. VII. 14.
Περικρύπτεσθαι, *ſubducere ſe.* K. VI. 61.
Περιπατεῖν quid propriè. M. I. 17.
Περίπατος, *ambulatio.* M. V. 70.
Περίπτωσις quid juxta Stoïcos. M. VII. 52. N. *Ibid.*
Περίστασις, *inopia.* N. VI. 22.
Περιτυχεῖν τινὶ, *in aliquid incidere.* N. I. 40.
Πέρπερος quid M. II. 108.
Πίνακες, *tabulæ* pictorum. M. VII. 188.
Πινάκων auctores qui. M. VIII. 86.
Πιττάκιον, *tabella alba.* N. VI. 89. M. *Ibid.*
Πλατεῖα, *continens.* N. I. 113.
Πλατύτης τῆς ἑρμηνείας, *orationis ubertas.* M. III. 4.
Πλείονες, *mortui* N. I. 105.
Πλήκτης, *gallus pugnator.* K. VI. 38.
Πόα & βοτάνη an differant. N. IX. 3.
Πότιμος, *dulcis*, propriè de aqua. N. IV. 47. K. *Ibid.*
Ποίημα & ποίησις quomodo differant. M. VII. 60.
Ποιητικὰ bona, quæ apud *Stoïcos.* N. VII. 96.
Ποικιλίδες, *cardueles.* M. IX. 114.
Ποινὴ, *furia.* N. IV. 48.
Πολιτισμὸν ἐκτοπίζειν, *celebritatem hominum devitare.* K. IV. 39.
τὸ Πολυδημώδες, *turba hominum.* K. VII. 14.
Πολυμαθίη ἀντὶ τῆς κακοτεχνίης. K. IX. 1.
Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει. M. IX. 1.
Πολλῶ, *magna.* N. VII. 21.
Πομπεῖον quis locus Athenis. N. II. 43.
Πόνος, *dolor.* N. II. 86.
Πορφύρεος θάνατος quid. M. VI. 57.
Ποσειδῶν unde dictus. M. VII. 147.
Πράμνιος οἶνος. N. IV. 20. M. *Ibid.*
Πρισβεύειν, *excolere.* K. I. 18.
Προεμπίπτειν, *non ingerere ſe intempeſtivè.* K. IV. 39.
Προηγμένα indifferentia quæ. N. VII. 105.
Προκοπὴ, *profectus in virtute.* N. II. 93. VII. 91.
Προκοσμήματα, *ornamenta.* K. I. 7.
Πρόληψις, *anticipatio.* N. VII. 54. M. *Ibid.*
Προλείπειν βίον, *antè è vita excedere.* N. VII. 129.
Προοίμιον, *hymnus.* M. & N. VIII. 57.
Προομοσία quæ jurisjurandi ſpecies. N. II. 40.
Προσηγορία, *nomen.* M. VII. 58.
Προσθεῖναι θύριον, *claudere oſtium.* K. II. 105.
Προσκεφάλαιον à Convivis interdum apud Græcos allatum. M. II. 139.
Πρόσληψις quid in Dialectica Stoïca. K. VII. 76.
Προσφέρεσθαι, *cibum capere.* M. II. 48.
Προσφωνεῖν βιβλία, *libros dicare.* M. IV. 38. VII. 185.
Πρόσωπον ἐλεφάντινον, *facies eburnea*, quâ umbo clypei exornatus erat. K. VIII. 5.
Προύνικος, *petulans.* M. IV. 6. K. *Ib.*
Πρυτανεία, *prytaneatus.* N. VII. 10.
Πρωτοκύμων, *primùm prægnans.* M. III. 31.
Πρωτόπλοος mulier, *quæ primos toros paſſa eſt.* M. III. 31.
Πτισάνη unde dicta. M. IX. 59.
ἡ Πυθὼ, *Delphi.* M. II. 23.
Πυκνὸς, *denſus*, quid in Muſica Pythagorea. N. X. 142.
Πυρίβια an ſint ulla animalia. M. IX. 79.
Πυρὸς ἄμμα, *ardor.* N. X. 77.

P.

Ῥᾶμμα, *ſputum.* K. II. 67.
Ῥαψῳδεῖσθαι ἐξ ὑποβολῆς τὰ Ὁμήρου. M. I. 57.
Ῥεύματα ex rebus ſenſilibus, quæ in Epicuri Philoſophia. M. X. 52.
Ῥήκτης quid. M. VII. 154.
Ῥῖσκος, *arca major.* M. V. 72.
Ῥοΐσκος, gemmæ ſpecies. M. V. 72.
Ῥομβοστομυλήθρα quid. M. II. 108.
Ῥύσασθαι pro ῥύσασθαι. N. VII. 30.
Ῥυτμὸς Democritea vox, quæ *figuram* ſignificat. M. IX. 47.
Ῥοβὸς, qui literam R pronunciare nequit. M. II. 108.
Ῥωβοστομυλήθρα quid. M. II. 108. K. *Ib.*
Ῥωπικὸς, quid. M. II. 108.
Ῥωποπερπερήθρα quid. M. II. 108.
Ῥωποτόλης, quid. M. II. 108.

Σ.

Σαγηνεύειν, *capere.* M. III. 32.
Σάθων quid. M. III. 35.
Σαράπους *Pittacus* dictus, unde. M. I. 81. N. I. 81.
Σεισάχθεια lex Solonis. M. I. 45. N. *Ibid.*
Σεμναὶ θεαὶ quæ. M. I. 112.
Σεμνόθεοι Gallorum Theologi. K. I. 1.
Σημαίνειν, *indicare.* K. I. 110.
Σημεῖα Grammaticorum. M. III. 65. N. *Ibid.*

Σκιμπο-

Σκιμαλίζειν quid. M. VII. 17.
Σκίφης μεσταὶ στίχοι qui. M. IV. 27.
Σκινδαψός inſtrumentum muſicum. M. VII. 15. N. *Ibid.*
Σολοικισμός quid. M. VII. 59.
Σοῦς Democritea vox, quid ſignificet. M. IX. 40.
Σοφία cognomen Democriti. N. IX. 50.
Σοφιστεία, *eruditio*. N. II. 113.
Σοφός quis proprie. N. III. 63.
Σπεῖρα *arculus*. N. IX. 53.
Σπίζα *avis*. M. IV. 42. N. *Ibid.*
Σπουδογελοῖοι Cynici. M. VI. 99. IX. 17.
Στασιώτας quos dixerit *Ariſtoteles*. M. IX. 24.
Στέμμα Δελφικὸν *laurea corona*. K. VIII. 73.
Στένειν *poſſe*. K. IX. 105.
Στιλφιῶτα quæ metaphoricè. M. IV. 18.
Στίχοι *lineæ*. M. IV. 24.
Στλεγγὶς *ſtrigil*. N. VII. 109.
Στοιχεῖα *ſigna* Zodiaci. M. VI. 102.
Στοιχεῖα *literæ Alphabeti*. M. VII. 56.
Στολὴ de *veſte virili*. M. V. 67.
Στωμυλήθρα, *loquax*. M. II. 108.
Στώμυλος, *garrulus*. M. II. 108.
Σκυτοτόμος, *ſutor*. M. II. 122.
Συγγραφή, *frons inſcripta*. N. IV. 46.
Συγκατάθεσις, *approbatio*, quid in Stoïca Philoſophia. M. VII. 46.
Συγκεκροτῆσθαι *doctrina inſtructum fuiſſe*. K. VII. 32.
Συγχωρεῖν, *indulgere*, *dare*. K. IX. 114.
Συμβάματα quæ in Stoïcorum ſermone. M. VII. 64. N. *Ibid.*
Συμβολικῶς, *nutu aut geſtu*. K. VII. 66.
Συναπτικοὶ συνδέσμοι qui. N. VII. 71.
Συνεφὴς, *triſtis*. K. IX. 59.
Συνέχον, *materia* de qua agitur. K. IX. 5.
τὸ Συνημμένον, *connexum*. N. VII. 69.
Συνηγμένος, *auſterus*, vel *in dicendo adſtrictus*. K. IV. 33.
Σύνοδος Lunæ quid. M. VII. 146.
Συνοχή, *coërcitio*. K. II. 99.
Συσσίτια Pythagoreorum quæ. M. VIII. 45.
Σύστημα Πυθαγορείων quid. M. VIII. 45.
Συσχολάζων, *condiſcipulus*. K. IV. 24.
Σχολαὶ & Σχόλια quæ à Græcis dicerentur. M. X. 26.
Σωκρατόγομφοι *Euripidis* verſus quare dicti. M. II. 18.
Σώματα, *ſervi*. M. II. 78.
Σωματοποιεῖν, *meliorem corporis habitum contrahere*. K. II. 138.

T.

Ταγηνάριον, *attagen*. M. IX. 114.
Ταῦρος, *ſuperbus & ferox*. M. II. 126.
Τείχους ἰσχυρότερον proverbium. N. VI. 4.
Τελεταὶς διατελεῖν an Græcum ſit. K. I. 102.
Τελικὰ bona, quæ apud *Stoicos*. N. III. 96.
Τερατεία, *ſuperſtitio*. N. VI. 103.
Τετρακόσιοι Athenis. M. IX. 54.
Τετραλογία, *quatuor fabularum certamen*. M. III. 56.
Τετραπάλαι, *olim*. M. IX. 17.
Τετριμμένος, *nitidus*. M. II. 132.
Τεχνίτης, *Muſicus*. M. I. 103.
Τηρεῖσθαι, *carcere detineri*. K. III. 19.
Τιθέναι, *referre rationem*. M. VI. 83.
Τιθέναι, *deponere*, & *aſſumere*. N. I. 57.
Τιμᾶσθαι, *mulctam imponere*. M. II. 42. N. *Ibid.*
Τιμεῖν, *plectere*, cum genitivo rei & dativo perſonæ. K. II. 43.
Τὶς ἀντὶ τοῦ ἐγώ. K. IV. 11.
ὑπὲρ τὸν Τόνον ἐνδιδόναι, *ſupra tonum præcinere*. K. VI. 35.
Τόπος, *tractatus*, *thema*. N. VII. 189.
Τόποι aut τρόποι Pyrrhoniorum. M. IX. 79.
Τραπεζοκόμος, Gallicè, *écuier tranchant*. M. IX. 80.
Τραπεζοποιός, Gallicè, *maître d'hôtel*. M. IX. 80.
Τραυλὸς, qui pro litera R pronunciat L. M. II. 108.
Τριακάς quid. M. I. 24.
Τριλογία, *trium fabularum certamen*. M. III. 56.
Τριπάλαι, *olim*. M. IX. 17.
Τρισάνθρωπος quid. M. VI. 47.
Τροπαὶ ἡλίοιο, apud *Homerum* pro Heliotropio. M. I. 119.
Τροπὴ ſolis. N. I. 24.
Τροπικὸν quid in Dialectica Stoïca. K. VII. 76.
Τρόπος in Dialectica Stoïca quid. M. VII. 68.
Τροχίλος avis ſpecies quæ. M. IX. 114.
Τυγχάνοντα, quæ in Stoïca Dialectica. K. VII. 76.
Τύλη *culcita* bajulorum. M. IX. 53. *ceſticillus*. N. IX. 53.
Τυπωδῶς *pingui Minervâ*. N. VII. 60.
Τύφος *ſuperbia*. N. V. 82.

Y.

Ὕβρις, *contumelia*, ſenſu peculiari. M. II. 127.
Ὑγιαίνειν in inſcriptionibus Epiſtolarum. M. III. 61. N. *Ibid.* M. VIII. 79.
Ὑέλη urbs Italiæ quæ. M. IX. 28.
Ὕλη vide Ὑέλη, urbs *Bœotiæ*. M. IX. 28.
Ὑὸς ἀντὶ τοῦ υἱός, Atticè. M. I. 79.
Ὑπεραποφητικὸν pronunciatum quid. K. VII. 69.
εἰς Ὑπερβολὴν *valde*. M. II. 48.
Ὑπερκύπτειν quid. M. II. 131.
Ὑπὸ cum genitivo *ſub*, ut ὑπ' Ἀλεξάνδρου *ſub Alexandro*. K. VI. 88.
Ὑπὸ κήρυκος *præcone adhibito*. K. IX. 52.
ἐξ Ὑποβολῆς recitare, quid. N. I. 57.
Ὑποδῦναι ἀντὶ τοῦ ἀναδῦναι. K. VII. 13.
Ὑποθήκαι, *præcepta*. M. I. 61.
Ὑποκοριστικὰ fœminarum. M. X. 4.
Ὑποτελὶς quid in Philoſophia Stoïca. M. VII. 165.
Ὑπόχυτος οἶνος. N. IV. 20.
Ὕρρα, *puer*. M. I. 74.
Ὑφήγησις, *expoſitio*, quæ dialogi pars. N. III. 49.

Φ.

Φαλακρὸς argumentatio. M. II. 108.
Φάλανθος, *calvus*. M. VII. 160.
Φαντασία, *oſtentatio*. M. IV. 53.
Φαντασία, *viſum* apud Zenonem. N. I. 21.
Φαντασία, φάντασμα, φανταστὸν & φανταστικὸν quomodo differant, apud Stoïcos. N. VII. 50.
Φάρμακον μανίας, *medicamentum quod ad inſaniam adigit*. K. I. 104.
Φαῦλος quid apud Platonem. M. III. 63. N. *ibid.*
Φιλόσοφος ἱστορία, qui libros hoc titulo ſcripſerint. M. ad tit. p. 1. col. 1.
Φλεβοπαλία, *pulſus arteriarum*, Democrito. M. IX. 47.
Φλυαρία idem interdum ac λέσχη. N. V. 93.
Φορμοφόρος idem ac φορτοφόρος. M. IX. 53.
Φρένες quomodo ἀπὸ τοῦ νοῦ diſtinguantur. N. VIII. 30.
Φυσικῶς ἀντὶ τοῦ ἰδίως. K. IV. 36.
Φύσις oppoſita νόμῳ. M. II. 10.
Φύσις quid apud Stoïcos. M. VII. 148.
Φωνασκικὸν βιβλίον Theodori Cyrenæi. M. II. 103.
Φωνὴ, *lingua*. M. VIII. 3.
Φωνῆς ἐμπλῆσαι, *gravia ac ſonora verba adhibere*. K. IV. 31.

X.

Χ In notis Grammaticis quid ſignificaret. M. III. 65. N. *ibid.*
Χαίρειν, in inſcriptionibus Epiſtolarum, quis primus poſuerit. M. III. 61. N. *ibid.*
Χαιρετίζω, *ſalvere jubeo*. M. III. 98.
Χαλκὸς, nummi genus. M. II. 43.
Χαλκώματα *vaſa ænea*. M. IV. 38.
Χαρακτηρίζειν τινὰ, *ſtylum alicujus exprimere*. K. IV. 31.
Χαριτοβλέφαρος cognomen. M. V. 76.
Χάρτης, quæ ſit vocis hujus origo. M. III. 61.
Χαράνεια quæ. M. VII. 123. N. *ibid.*
Χασματίας quid. M. VII. 154.
Χειμάζειν ἀντὶ τοῦ λυπεῖν an Atticum. M. X. 137.
Χειρόκμητα, *manu facta*. M. IX. 49.
Χειροπόδες qui. M. I. 81.
τὰ Χερεῖονα νικᾷ, proverbium. N. IX. 19.
Χθονίη, *terra*, à *Pherecyde* dicta. M. I. 119.
Χιλιοπάλαι *olim* vox ab *Ariſtophane* ficta. M. IX. 17.
Χολερικῶς ληφθῆναι quid. M. VI. 76.
Χλωρὸν τύρον quod. M. VII. 1.
Χρεία quid. N. II. 84.
Χρηματίζειν, *cognominari*. M. I. 48.
Χρηματισμὸς pro *Demi nomine*. N. I. 48.
Χρῆσθαι δούλοις oppoſitum τῷ πωλεῖσθαι. K. X. 20.
Χρηστωμάθειαι quid. M. III. 66.
Χρυσώματα, *vaſa aurea*. M. IV. 38.

Ψ.

Ψ Ελλὸς, qui ſigma craſſius pronunciat. M. II. 108.
Ψευδόμενος argumentatio. M. II. 108.
Ψυχὴ unde dicta. M. VII. 157.

Ω.

Ὠδεῖον quid Athenis. M. VII. 184.
Ὡραῖοι καρποὶ qui. N. II. 32.
Ὥρια, *fructus immaturi*. N. II. 32.
Ὦτα πεπαιδευμένα *aures elegantes*. M. VII. 51.
Ὠτοβλαδίας *auribus attritis*. N. V. 67.
Ὠτοκάταξις quid. M. V. 67.

FINIS.

IN-

INDEX IV.

Rerum & Verborum notatu dignorum quæ apud Diogenem, ejuſque Interpretes occurrunt. L ſolum Diogenis contextum ſignificat, reliquæ literæ Interpretes; quibus pleraque quæ hic obſervantur ſunt cum Diogene communia, quamvis brevitatis cauſâ literam L iis non appoſuerimus.

A.

Abominandi apud Græcos & Latinos formulæ. M. v. 11, 12.
Academia quid & ubi. M. III. 7. unde vocata eo nomine. *Ibid.* N. *Ibid.* vicinus ei hortus à *Platone* emptus. M. III. 20.
Academiæ triplicis conditores. N. I. 19. antiquæ dogmata. N. IV. 28. mediæ dogmata. L. IV. 28. nova, tertia ab aliis dicta. M. IV. 59. N. IV. 59. ejus princeps. *Ibid.*
Academici & Pyrrhonii quomodo differant. M. IX. 73.
Accipiter Ægyptiis cultus. M. I. 10.
Acervus, argumentatio. M. II. 108.
Achilles argumentatio dicta qualis. M. II. 108. IX. 23.
Acron Agrigentinus Empiricorum princeps. M. VIII. 65. N. *Ibid.*
Actis, filia *Eudoxi*. L. VIII. 88.
Acuſilaus ſeptem ſapientum numero habitus. M. I. 41.
Adjectiva ſine ſubſtantivis. M. VI. 79.
Adorantium humillima proſtratio. L. VI. 37.
Adverſa quis facillimè patiatur, juxta *Thaletem*. L. I. 36.
Adulatoribus obſeſſi quam infelices. L. VI. 92.
Ægeis Attica tribus. M. II. 48.
Ægrotatio animi quid, juxta Stoïcos. M. VII. 115.
Ægos flumen, ad quod è Sole lapis cecidit. M. II. 10. N. *Ibid.*
Ægyptii, eorum animalia Symbolica. N. I. 10. ea gens, quàm antiqua. M. I. 2. quas artes invenerint. M. I. 11. eorum Chronologia. N. I. 1. Geometriæ inventores. M. VIII. 11. N. *Ibid.* omnes Medici. N. III. 7. M. *Ibid.* eorum Philoſophia & Religio. L. I. 10, & 11. Sacerdotes per totum corpus tonſi. M. VIII. 87.
Ægyptius malleolus quare Zeno dictus. L. VII. 1.
Ægyptus à Philoſophis Græcis petita. M. I. 50.
Æmulatio quid, juxta Stoïcos. N. VII. 111.
Æneæ Thraciæ urbs. M. III. 46.
Æneſidemus ſcepticæ inſtaurator. M. IX. 62. ejus Libri de *Pyrrhonica* doctrina. M. IX. 62.
Aër natura frigidus, juxta Stoïcos. M. VII. 137.
Æſchines cujus Demi fuerit. M. II. 60. *Gorgiæ* imitator. M. II. 63. ejus dialogi. M. II. 61, 62. ejus dictio. M. II. 63. præinopia, in Siciliam ad *Dionyſium* ivit. M. II. 61. *Lyſiæ* in eum oratio. M. II. 63. ejus orationes. L. II. 62. pater. L. II. 60. plagii accuſatus. M. II. 60. N. *Ibid.* à *Platone* commendatus. M. II. 61. à *Platone* contemptus. L. II. 60, 61. ejus cum Platone ſimultas. N. III. 36. aſſiduus *Socratis* auditor. L. II. 60. quo munere *Socratem* donarit. M. II. 34.
Æſchinæ varii præter Socraticum. M. II. 64.
Æſchriones varii. M. VI. 23.
Æſchylus quid Tragœdiæ addiderit. N. III. 56.
Æſculapii Templum ægrorum ſuffugium. M. IV. 24.
Æſopi cum *Chilone* colloquium. M. I. 69.
Ætatum diviſiones variæ. M. I. 54. Pythagorica. L. VIII. 10.
Æthalides, in cujus corpore fuit anima *Pythagoræ* N. VIII. 4.
Æthiopes Ichthyophagi ſepulturæ negligentes. M. VI. 79.
Aëthlius Chryſippi medici pater. M. VIII. 89.
Ætnæ crateres. M. VIII. 69.
Affectuum natura quæ, juxta Stoicos. M. VII. 111. N. VII. 110, 111.
Agathon à *Platone* amatus. L. III. 32.
Agetor Lamicus fautor *Menedemi*. N. II. 138.
Agnonides Theophraſti accuſator. N. V. 37.
Agonum Græciæ inutilitas. L. VI. 24, 27.
Agrigenti incolæ quot. M. VIII. 63.
Agrigentinorum ædificia & convivia notata. M. VIII. 63. quâ Dialecto uterentur. M. VIII. 65.
Agrippæ Pyrrhonii ſectatores. M. IX. 88.
Album Symbolum boni. M. VIII. 35. N. *Ibid.*
Alcæus Pittaci æmulus. L. II. 46.
Alcibiades à *Bione* reprehenſus. L. IV. 49. ejus formâ an captus Socrates fuerit. M. II. 23.
Alcimus Rhetor. M. II. 114.
Alcidamas Eleates Palamedes à Platone dictus. M. IX. 25, 28.
Alcmæon & *Alcman* nomina confuſa. M. VIII. 83.
Alcmæonis Pythagorici de contrariis opinio. M. VIII. 83. N. *Ibid. Ionicè*, an *Doricè* ſcripſerit. M. VIII. 83. ejus pater & patria. L. VIII. 83. eum phthiriaſi non obiiſſe. M. VIII. 83. ejus liber Phyſicus. M. VIII. 83. opinio de Sideribus. M. VIII. 83.
Alexamenus Socraticorum dialogorum primus edi-

tor. M. III. 47. N. *Ibid.*
Alexander Ætolus Grammaticus. M. IX. 113.
Alexander Macedo ab Athenienſibus Bacchus declaratus. L. VI. 63. ejus cum Diogene congreſſus. M. VI. 32, 38. N. VI. 38. L. VI. 60, 68.
Alexander Myndius. M. I. 29.
Alexandri Polyhiſtoris hypomnemata Pythagorica. M. VIII. 36. ſucceſſiones. M. I. 116. III. 4.
Alexinus Eleus. M. II. 109. N. *Ibid.* Olympiam ivit. L. II. 109. ejus mors. *Ibid.*
Alexini interrogatiuncula à *Menedemo* repreſſa. L. II. 135. ſcripta. L. II. 110.
Alexis Comicus. M. III. 27. N. *Ibid.* ejus πυθαγορίζουσα. M. VIII. 37.
Alexis à Platone amatus. L. III. 31.
Alimento quot diebus, ſine interitu homo poſſit abſtinere. M. II. 143.
Altaria Deo Anonymo erecta. M. I. 109.
Alyattes à *Biante* eluſus. M. I. 83.
Amaſiorum ætas. M. II. 50.
Ambigua vocabula jocorum occaſiones. M. VI. 50.
Ambracia, & *Ampracia* eadem urbs. M. I. 98.
Ambracis Ariſtotelis ſerva. L. V. 14.
Amicitia quomodo paranda & colenda. L. I. 37, 60. quid, juxta *Stoïcos*. N. VII. 124. genera, juxta *Platonem*. N. III. 81. *Ariſtotelem*. M. V. 131. N. *Ibid.*
Amicitiam eſſe duntaxat inter bonos. M. VII. 124. eam quanti fecerit Pythagoras. VIII. 10.
Amicos augendos eſſe. L. VIII. 22. eorum omnia communia, quis primus dixerit. L. VIII. 10. alter ego. L. VII. 23. quam difficulter numerentur. L. II. 30. quomodo habendi. L. I. 91. eorum judicem eſſe quàm difficile. L. I. 87. amici & Judicis officium quomodo conciliatum à Chilone. M. I. 71. eorum in ſecundis & adverſis officia. L. V. 83. quales iis eſſe nos oporteat. L. V. 21. ita complecti quaſi eos oſuri ſumus an liceat. M. I. 87. eos ſervandos. L. IV. 51. quando iis potiſſimùm ſuccurrendum. L. I. 70.
Amipſias Comicus, qui in Socratem ſcripſit. M. II. 28. N. *Ibid.*
Aminon Archon ſub quo Plato natus. M. III. 3.
Ammonii περὶ λέξεων attributus libellus cujus ſit. M. II. 5.
Amnitæ, qui apud *Dionyſium*. M. I. 1.
Amor quid juxta Stoïcos. M. VII. 113. ex otio natus. M. VI. 50. eum quid ſedet. L. VI. 86.
Amphicratis de Viris Illuſtribus liber. M. II. 101. N. *Ibid.*
Amphibolia quid. L. VII. 62.
Amphicritus Eritreenſis. L. IV. 43.
Amphimenes Pindari æmulus. L. II, 46.
Amphion familiaris *Lyconis*. L. V. 70.
Amphis Comicus. M. III. 27. N. *Ibid.*
Amuleta vetularum à Bione irriſa & poſtea adhibita. N. IV. 56.
Amyclæ pedis indumentum. M. VIII. 69.
Amyclas Heracleotes *Platonis* diſcipulus. N. III. 46. M. IX. 40.
Amynomachus Epicuri hæres. L. X. 16, 17.
Anacharſis διγλωττος. M. I. 101. dicta. M. I. 103. quomodo dormiens pingeretur. M. I. 104. Epiſtola ad *Cræſum*. L. I. 105. Græcis admirationi fuit. M. I. 102. inventa. M. I. 105. Mors qualis. L. I. 102. N. *Ibid.* ejus cum Myſone colloquium. M. I. 106. ejus ſcripta. L. I. 101. ſolus ex Scythis Philoſophus. M. I. 101. Soloni quomodo amicus factus. L. I. 101. & *ſeq.* vitæ ratio. M. I. 101.
Analogiſtici, qui dicti. I. 17.
Analytica inquiſitio à quo inventa. N. III. 24. Philoſophiæ pars quæ. L. V. 28.
Anaxagoras primus ex Ionica ſecta Athenas migravit. M. II. 16. ἀγέλαστος. M. II. 14. ei aræ poſitæ. M. II. 6. ejus conſtantia auditâ morte filii. M. II. 13. N. *Ibid.* facultates deſeruit. M. II. 6. N. *ib.* impietatis accuſatus. M. II. 12. an damnatus. N. II. 12. defenſus à Pericle. L. II. 13, 14. *Mens* cognominatus. M. II. 6. pater & patria. N. II. 6. à quibus ſepultus. M. II. 15. quando vixerit. M. II. 7. N. *Ib.* ejus dicta. M. II. 10. & *ſeqq.* an primus de Phyſica ſcripſerit. M. II. 11. ejus placita. M. II. 8. & *ſeqq.* prædictio de lapide è cœlo delapſuro. M. II. 10. N. *Ib.* opinio de ſole. N. II. 9.
Anaxagoræ varii. M. II. 15.
Anaxandrides Comicus. M. III. 26. N. *Ib.*
Anaxarchus adulator Alexandri. M. IX. 58. Alexandrum quomodo irriſerit. M. IX. 60. conſtantia ejus dum tunderetur in mortario. M. IX. 58. εὐδαιμονικὸς dictus. M. IX. 60. patria. M. IX. 58. præceptores. M. IX. 58.
Anaxilas Comicus, M. III. 27. N. III. 28.
Anaximander Coloniam *Mileto Apolloniam* duxit. M. II. 1. ejus placita. M. II. 1. inventa. M. II. 1, 2. Ionicæ ſectæ conditor. L. I. 13. ejus pater & patria. N. II. 1. aſtronomica placita. N. II. 1. ætas. L. II. 2. opinio de principio omnium rerum. N. II. 1.
Anaximandri à Mileſio diverſi. M. II. 2.
Anaximenes Mileſius an Alexandro M. cultus. N. V. 10. ejus ætas. N. II. 3. epiſtolæ. L. II, 4, 5. pater & patria. N. II. 3. opinio circa principia. II. 3. alia placita. L. II. 3.
Anaximenes Rhetor Lampſacenus. M. I. 40. II. 3. N. 36. alii ejuſdem nominis. M. II. 3. à Diogene irriſus. L. VI. 57.
Anchipyllus Phædonis diſcipulus. L. II. 126.
Anchora an ab *Anacharſide* inventa. M. I. 105.
Andron Argivus ſitis expers. M. IX. 81.
Andron Epheſius Genealogus. M. I. 119.
Andrones varii. M. I. 30.
Andronicus Rhodius, Fabulas librorum Ariſtotelis & Theophraſti ab eo eſſe conſcriptas. M. V. 50.
Androſthenes Æginenſis *Diogenis Canis* diſcipulus. L. VI. 75.
Animæ quot facultates juxta Platonem. M. III. 67. juxta Pythagoram. N. VIII. 30. natura. N. *Ibid.* ejus vincula. L. VIII. 31.
Anima corporea, juxta *Stoïcos*. M. VII. 156. & *ſeq.*

N. *Ibid.* longæva, non æterna, juxta eoſdem. M. 1. 157. ejus facultates. M. VII. 110, 157.
Animarum puratum & impuratum ſors varia, juxta *Pythagoram.* L. VIII. 31.
Animæ rationalis ſedes quæ. M. VII. 159.
Animarum transmigratio *Platoni* credita. N. III. 67. V. *Metempſychoſis.*
Anima mundi. M. VII. 147.
Animal pro equo. M. I. 83.
Animalis juxta Stoïcos, prima appetitio. L. VII. 85. formatio quàm mira. N. VIII. 29. præſignificationes eorum quales, juxta Epicurum. L. X. 115. 116. eorum & Plantarum, juxta Stoïcos, diſcrimen. M. VII. 86.
Animalia bruta an ratione gaudeant. M. VIII. 30.
Animos eſſe immortales quis primus dixerit. N. I. 24. qui docuerint. M. VIII. 28. *& ſeqq.*
Animus ſuâ ſorte contentus. M. X. 120.
Anniceris Platonis redemptor. M. III. 20. ejus liberalitas. L. III. 20.
Annicerides duo Cyrenæi. M. II. 86.
Annicerei Philoſophi. M. II. 89. eorum placita. L. II. 96.
Annominationis exemplum. M. II. 80.
Annulario ſigillum annuli quem ſculpſiſſet ſervare illicitum Athenis. L. I. 57.
Anſæ Philoſophiæ quid. M. IV. 10.
Anſer, per eum juraſſe *Socratem.* M. II. 40.
Antagoras Rodius. M. IV. 21.
Anteraſtæ dialogus Platonis dubius. M. IX. 37.
Anticipatio quid apud Epicureos. L. X. 33.
Anticlides Alexandri M. vitæ ſcriptor. M. VIII. 11. N. *Ibid.*
Antidorus ab Epicuro *Sannidorus* dictus. L. X. 8.
Antigonus Caryſtius. M. II. 135. quando vixerit. M. III. 66. Pyrrhonis vita ab eo ſcripta. M. IX. 62.
Antigoni Regis erga *Cleanthem* liberalitas L. VII. 169. ad Zenonem Epiſtola. L. VII. 7.
Antimenides Pittaci æmulus. L. II. 46.
Antiolochus Lemnius *Socratis* adverſarius. L. II. 46.
Antipater curator ab Ariſtotele in teſtamento inſtitutus. L. V. 11.
Antipater Cyrenaicus. M. II. 86.
Antipater Sidonius. M. VII. 29.
Antipater Tarſenſis Philoſophus. M. VII. 54.
Antiphon Aruſpex Socratis inimicus. L. II. 46.
Antiphontis Oratoris lepidum dictum. M. II. 46.
Antiphontes varii. M. II. 46.
Antipodes quis primus nominarit. L. III. 24. M. VIII. 26.
Antiquiſſimum quid, juxta Thaletem. L. I. 35.
Antiſthenes Antiſthenis Cynici pater. L. VI. 1.
Antiſthenes Cynices inventor. M. VI. 2. N. *Ibid.* ejus dicta. M. VI. 3. ejus & *Diogenis* collatio. M. VI. 44. genus quodnam fuerit. M. VI. 1. libri M. VI. 14. *& ſeqq.* oratoriæ ſtudioſus. L. VI. 1. 2. ejus in pertuſo pallio geſtando ſuperbia. M. II. 36. VI. 8. dialogus in Platonem. M. III. 35. opinio de ſapiente. L. VI. 11. & 12. Socratis auditor. L. VI. 2. à Socrate caſtigatus. L. VI. 8. ſententia de virtute. L. VI. 10. 11.
Antiſthenes Cynico cognomine S. M. VI. 14.
Antiſthenes Heracliti interpres. L. IX. 15.
Anxietas, in cujus potiſſimùm animo reperiatur. L. IV. 47.
Anytus, quare accuſarit *Socratem.* L. II. 38. in exilium miſſus. L. II. 43.
Aoriſtus ad notandam conſuetudinem. L. I. 71.
Apelles Chius ab Arceſilao ſublevatus. M. IV. 37. N. *Ibid.*
Apellas nomen proprium. M. VII. 193.
Apelliconis Teii bibliotheca. M. V. 50, 52.
Apellicontis Peripatetici liber. M. V. 3.
Apollo, quo die genitus. M. III. 2. ejus ara cornea ubi fuerit. N. VIII. 13.
Apollo Delphinius, M. I. 29.
Didymæus Ibid. K. *Ibid.*
Apollodori varii. M. I. 37.
Apollodori Chronica iambis ſcripta. M. I. 37. II. 2.
Apollodorus Epicureus κηποτύραννος dictus. M. X 25.
Apollodori liber de Legiſlatoribus. M. I. 58. alia ejus ſcripta. M. I. 60.
Apollonides, auribus obturatis. N. II. 50.
Apollonius Cronus. M. II. 111. N. *Ibid.*
Apollonius Tarſenſis *Chryſippi* pater. N. VII. 179.
Apollonius Tyrius. M. VII. 1.
Apollophanes Stoïcus. M. VII. 92. Ariſtonis Chii diſcipulus. M. VII. 161.
Apollas nomen proprium. M. VII. 193.
Apollothemis Diogenis Phyſici pater. L. IX. 57.
Apologetici, qui dicti. M. I. 17.
Apuleius Græciſſans. N. III. 18.
Aqua, principium omnium rerum, juxta vetuſtiſſimos Græcos. M. I. 27.
Aratus Homeri interpres. M. IX. 113.
Arceſilaus Antigonum Regem ſpernebat. L. IV. 39. à Crantore quomodo exceptus. L. IV. 29. ab diſcipulis ſæpè deſertus. L. IV. 47. ejus liberalitas. M. IV. 37. L. IV. 38. ejus luxuria. L. IV. 40. mors. L. IV. 44. patria. M. IV. 28. quomodo ad Philoſophiam acceſſerit. L. IV. 28. *& ſeq.* teſtamentum ejus. L. IV. 44.
Arceſilaus mediæ Academiæ princeps. M. IV. 33. N. *Ibid.* ejus Epigrammata. L. IV. 30. ejus deſcriptio. L. IV. 33. 37. ejus dictæ. L. IV. 34. *& ſeqq.* dogma de rerum omnium incertitudine. M. IV. 28, 32. quo animo & quo ſenſu incerta omnia primus dixerit. N. IV. 28. Pyrrhonis imitator. M. IV. 33. an ſcripſerit. L. IV. 32.
Arceſilai alii præter Philoſophum. M. IV. 45.
Arceſilaus Stratonis hæres. L. V. 61, 65. ejuſdem pater. L. V. 58.
Archæanaſſa à *Platone* amata. L. III. 31.
Archecratis pompa aurea. L. IV. 38.
Archedemus Stoïcus. M. VII. 40.
Archelaus an ex Ionica ſecta primus Athenas migrarit. M. II. 16.
Archelai pater & patria. L. II. 10. Phyſicus dictus. M. II. 16. N. *Ib.* ejus placita. M. II. 16. *& ſeqq.*

opinio de principiis. N. II. 16.
Archelai Ægyptii liber. N. II. 17.
Archelai varii. M. II. 17.
Archepolis munus Menedemo & Aſclepiadi deſignat. L. II. 137.
Archetimus Syracuſanus. M. I. 40.
Archias Arcas. L. IV. 38.
Archilochus ab *Heraclito* damnatus. L. IX. 1.
Archinomus, juxta Telaugem, Empedoclis pater. L. VIII. 53.
Archippus Pythagoricus flammis ereptus. M. VIII. 39.
Archontis ebrii pœna. M. I. 57.
Archontes novem congregari inſtituit *Solon*. M. I. 58. N. *Ibid.*
Archytæ vita ab *Ariſtoxeno* ſcripta. M. VIII. 79. ejus columba lignea. M. VIII. 43. Imperator Tarentinorum. VIII. 79. Matheſeos peritus. M. VIII. 83. ejus inventa. L. VIII. 83. pater & patria. N. VIII. 79. ejus ad *Platonem* Epiſtolæ. M. VIII. 79. *Platonis* ſervator. M. VIII. 79. ejus ſcripta. M. VIII. 80.
Archytæ præter Tarentinum. M. VIII. 80.
Areſtades Pythagoricus. M. IX. 20.
Arete Ariſtippi filia, aut ſoror. N. II. 86.
Areus Medicus Scepticus. M. IX. 116.
Argumentationum ſpecies apud Stoïcos. M. VII. 79. *& ſeqq.*
Argumentationum ſophiſticarum variæ ſpecies. M. II. 108.
Aridelus ab Arceſilao eluſus. L. IV. 42.
Arimanes malum Perſarum principium. M. I. 8.
Arimneſtus Ariſtotelis frater. M. V. 15.
Ariſtagoras Ægyptiacorum ſcriptor. M. I. 10.
Ariſtagoras Eudoxi filius. L. VIII. 89.
Ariſtagoras Mileſius. M. I. 72.
Ariſtea Proconneſii fabula. M. I. 109.
Ariſtides curator teſtamenti *Stratonis*. L. V. 62.
Ariſtarchi Samii libellus de ſole & luna. M. VIII. 85. alius ei affictus. *Ibid.* idem motûs Terræ propugnator. M. VIII. 85.
Ariſtippus, ejus verba ad *Æſchinem* iratum. M. II. 82. aurum projici jubet. M. II. 77. canis regius dictus. L. II. 66. ejus diſcipuli. L. II. 86. quare Dionyſium adierit. L. II. 77. & 78, 80, 81. N. *Ib.* flexilis ad omnia ingenii. M. II. 66. luxurioſus. L. II. 66. *& ſeqq.* Socraticorum primus mercedem à diſcipulis accepit. M. II. 65. N. II. 74. ejus naufragium in littore Syracuſano. M. II. 73. patientia in audiendis convitiis. L. II. 70. patientia lucri cauſâ. L. II. 67. cum Platone ſimultas. N. III. 36. morienti Socrati non adfuit. M. II. 65. varios Socraticos habuit ſibi infenſos. L. II. 65. ſtolam muliebrem induit. M. II. 78.
Ariſtippi dogmata. M. II. 86. de beatitudine nunquam plenè adipiſcenda. L. II. 93. de Dialectica. L. II. 92. ejus dicta. M. II. 66. *& ſeqq.* de juſto & injuſto. L. II. 92. de Laïde dictum. M. II. 75. ejus liber de veteri luxu. M. II. 23. libri M. II. 84. ſententia de peccatis. L. II. 95. ſententia de perturbationibus. L. II. 92. de Phyſica. L. II. 92. præſenti utendum cenſebat. M. II. 66. de voluptatis æqualitate in omnibus ſortibus. L. II. 94.
Ariſtippi alii præter Cyrenaicum. M. II. 83, 97.
Ariſtippus ὁ μητροδίδακτος. M. II. 97.
Ariſtippus de ſucceſſionibus Philoſophorum. M. I. 40.
Ariſtocles an *Ariſtotelem* avaritiæ incuſarit. N. V. 16.
Ariſtocles Cytharœdus. L. VII. 13.
Ariſtodemi Spartiatæ dictum. M. I. 31.
Ariſtogenes Cnidius. M. VII. 185.
Ariſtogitonis & Harmodii ſtatuæ. L. VI. 50.
Ariſtomachus familiaris *Lyconis*. L. V. 70.
Ariſtomenes tutor ab Ariſtotele inſtitutus. L. V. 12.
Ariſtomenes Dionyſii Tyranni amicus, Platonis diſcipulus. N. III. 19.
Ariſton, duorum librorum inſcriptio. M. VII. 161.
Ariſton Ceus. M. V. 64.
Ariſton Chius *Siren* quare dictus. M. VII. 160. ejus placita. *ibid.* & *ſeqq.* N. *ibid.* deſcivit à Stoicis. M. VII. 161, 162. ejus liber de *Heraclito*. M. IX. 5. alii libri. M. VII. 163. mors. L. VII. 164.
Ariſton familiaris *Lyconis*. L. V. 70.
Ariſton palæſtrita Platonis magiſter. L. III. 3.
Ariſton Platonis pater unde genus duceret. M. III. 1.
Ariſton Zenonis diſcipulus. L. VII. 18. N. VII. 37.
Ariſtones præter Chium varii. M. VII. 164.
Ariſtophanes à Platone laudatus. M. III. 18.
Ariſtophontis opus Glauco tributum. M. VIII. 52.
Ariſtophontis Pythagoriſta. M. VIII. 38. N. *Ibid.*
Ariſtoxenus Ariſtotelis diſcipulus, mortuo maledicit. M. I. 118.
Ariſtoxenus Muſicus. M. I. 107. IV. 15. VIII. 1, 46. ejus liber de vita Archytæ. M. VIII. 79.
Ariſtoxenus Spinthari filius, vitæ Socratis ſcriptor. M. II. 20.
Ariſtoteles Alexandri præceptor. L. V. 4, 10. ejus Apologia. M. V. 9. N. *ibid.* Athenas quare reliquerit. M. V. 6, 9. ejus calumniatores. N. V. 3. convitiis ab Epicuro impetitus. M. X. 8. N. *ibid.* quomodo curari voluerit. M. V. 32. ejus deſcriptio. L. V. 1. ejus diſcipuli. M. V. 35. à quo parentibus mortuis educatus. M. V. 12. in eum Epigrammata. M. V. 1. ejus filia. L. V. 12, 13. Hermiæ adulator. N. V. 3, 4. Herpyllidos quam curam in Teſtamento geſſerit. L. V. 12, 13. an Lyceum, vivente Platone, Academiæ oppoſuerit. M. V. 2. N. *ibid.* matris ejus imago à Protogene facta. L. V. 16. miles, & pharmacopola. M. V. 16. ubi mortuus, juxta Suidam. M. V. 4. quare. M. V. 6. oleum vendidit. L. V. 16. ejus Pæan in Pythiadem. M. V. 4, 5. parentes. M. V. 1. Patria M. V. 1. patriæ inſtaurator. M. V. 4. Philoſophiæ docendæ *Xenocrates* ei occaſionem præbuit. M. V. 3. Platonem per quot annos audierit, M. V. 6. quamobrem Rhetoricam docere inſtituerit. M. V. 3. N. *ibid.* ſomno nimio quomodo obviam iret. M. V. 16. Stomacho laborabat. M. V. 16. ejus teſtamentum. M. V. 11. quomodo aliorum teſtimoniis utatur. M. X. 27. à Theocrito Chio notatus. M. & N. V. 11. vita antea inedita. M. V. 35.

Ariſtotelis de animæ duratione opinio. M. VII. 157. de anima. N. v. 32, 33, 34. apophthegmata. M. v. 17. *& ſeqq.* opinio de Deo. L. v. 32. paſſim vocibus dubitationem ſignificantibus utitur. M. IX. 73. epiſtolæ ejus. M. v. 27. an *Hippocratis* non meminerit. M. IX. 40. diviſio librorum in ἐξωτερικοὺς & ἀκροαματικούς. M. v. 27. ejus libri. M. v. 21. *& ſeqq.* 35. quomodo ſervati & editi. M. v. 52. ei tributus liber *Magicon* inſcriptus. M. I. 1. De Poëtis. M. II. 46. naturæ ſcriba. M. v. 26. dogmata an cum Platonicis conſentiant. M. v. 2. Poëta quantus. M. v. 6. dogma de ſapiente. L. v. 30, 31. liber *de ſpiritu*. M. v. 45. judicium de eo J. C. Scaligeri. *Ibid.* ſtylus ejus qualis, juxta Ammonium. M. v. 3. ſententia de virtute & ſummo bono. L. v. 30. *& ſeqq.* à Laërtio laudatus in libris qui non extant. N. III. 80.

Ariſtoteles Cyrenaïcus. L. II. 113.

Ariſtoteles Cyrenæus quomodo Laïdem eluſerit. M. v. 35.

Ariſtoteles cognomine Mythus. L. II. 63.

Ariſtoteles Philoſ. Stagiritæ nepos. L. v. 53. quot, præter Stagiritam Philoſophum fuerint. M. v. 35.

Arrham dare proponentes quæſtionem ſoliti Philoſophi. K. v. 18.

Arria mulier Philoſopha M. *ad tit. p. 1. col. 2. & ſeq.* III. 46.

Artemon Protagoræ pater. L. IX. 50.

Artes inutiles excultæ. M. VI. 27.

Artium diviſio Platonica. L. III. 100.

Articuli Grammatica definitio. L. VII. 58.

Artifex pro *Muſico*. M. I. 103.

Artificum de arte judicium multò acutius. M. VII. 50.

Aſclepiadis & *Menedemi* amicitia. L. II. 137. mors ejus. L. II. 138. quomodo ſe ſuſtentaret dum Philoſophiæ operam daret. M. II. 131.

Aſclepiades Phliaſius Eliacus. L. II. 105.

Aſcondus Cratetis Cynici pater. L. VI. 85.

Aſſentatores quomodo à Corvis differant. L. VI. 4.

Aſſus urbs *Lyciæ*. M. VII. 108.

Aſter à *Platone* amatus. L. III. 29.

Aſteriſcus, quid in Notis Grammaticis. M. III. 66.

Aſtonis Crotoniatæ libri *Pythagoræ* adſcripti. L. VIII. 7.

Aſtramphychus Magus. L. I. 2. ejus Scripta. M. I. 2.

Aſtronomia ab Ægyptiis inventa. M. I. 11.

Aſtronomorum vanitas. L. VI. 39.

Aſtrorum alimentum quod, juxta Stoïcos. M. VII. 145. N. *Ibid.* figura. *ibid.*

Aſtyanax frater Lyconis Peripatetici. L. v. 69. alius ejuſdem pater. L. v. 6.

Aſtydamas Tragicus, quomodo ab Athenienſibus habitus. M. II. 43. N. *ibid.*

Aſtypalæa urbs & inſula. M. VI. 84.

Atarna urbs. M. I. 80.

Athanes curator teſtamenti *Stratonis*. L. v. 62.

Athenæ, in quot claſſes diviſæ. M. I. 66.

Athenis cenſus à Demetrio Phalereo factus. M. v. 75.

Athenis rerum venalium nomina, locis, in quibus vendebantur, impoſita. M. VI. 95.

Athenæus Medicus Attaleus. M. & N. II. 104.

Athenæus an credendus ubi Socratem militaſſe negat. N. II. 22.

Athenienſium æqualitas. M. I. 67. Lacedæmoniis collati quales. L. VI. 59. quam in partem mortuos obverterent. M. I. 47. eorum cum Mitylenenſibus de Sigeo certamen. M. I. 74. eos haud ſemel pœnituit magnorum virorum malè habitorum. M. II. 43. N. *ibid.*

Athenocritus, juxta quoſdam, Democriti pater. L. IX. 34.

Athenodorus Tarſenſis. M. III. 3.

Athenodorus Solenſis Zenonis diſcipulus. L. VII. 37.

Atheus quis & quotuplex. L. VII. 119.

Athletæ, eorum apud Græcos nimii honores. L. I. 55, 103. eorum aures contuſæ. M. v. 67. quàm inutiles. M. I. 49, 56, 104. quomodo vires & corpus facerent. M. VIII. 12.

Atlas Libs Philoſophus. L. I. 1.

Atomos quis primus in Philoſophiam invexerit. N. IX. 30. M. *ibid.*

Attagen metaphoricè ſervus στιγματίας. M. IX. 114.

Attagen, Gallicè, *francolin*, quæ avis ſpecies. M. IX. 114.

Attali Philometoris horti. M. IV. 60.

Atticæ incolæ in tres claſſes diviſi. N. I. 58.

Atticorum civium diviſiones. M. I. 66.

Avari quàm ſtulti. L. VI. 28.

Avaritia omnium malorum metropolis. M. VI. 50.

Auditores quomodo à Philoſophis conciliandi. L. VII. 24.

Aulici miſeri. L. VI. 45.

Avicenna, quam dubitanter loquatur. M. IX. 73.

Aurum lapis Lydius hominum. L. I. 71.

Auſteros eſſe ſapientes, juxta Stoïcos. M. VII. 117.

Autolycus Mathematicus. N. IV. 29.

Axiothea Platonis diſcipula. M. III. 46. N. *ibid.* Speuſippi diſcipula. L. IV. 2.

B.

BAſtriani ſepulturæ incurioſi. M. VI. 79.

Baculum geſtare Athenis invidioſum. M. VI. 13.

Baſilides varii. M. X. 25.

Bathyllus familiaris *Alcmæonis*. L. VIII. 83.

Bate oppidum tribus Ægeïdis. M. X. 16.

Batis Metrodori Epicurei ſoror. L. X. 23.

Baton Sinopenſis. M. VIII. 89.

Baton Menippi herus. L. VI. 99.

Barbaris originem debere Philoſophiam. M. I. 1.

Barbariſmus vox Auguſtæo ævo ignota. M. VII. 59.

Beatiſſimi qui. L. VI. 5.

Beatitudinem à fortuna multum pendere, juxta Theophraſtum. N. v. 43, 44.

Beatitudo ſumma quæ, juxta *Platonem*. L. III. 78.

Belluæ omnium mordaciſſimæ. L. VI. 51.

Bene dicta, non mala, esse memoriæ mandanda. L. VII. 19.
Beneficentiæ divisio Platonica. L. III. 95. *& seqq.*
Beneficium citissimè omnium senescit. M. V. 18.
Benevolentiæ species, juxta Stoicos. L. VII. 116.
Beta mollis, aut fatuus. M. VI. 61.
Biantis & Bionis nomina confusa. N. IV. 48.
Bias, beneficentia ejus erga virgines Messenias. M. I. 82. dicta. M. I. 84. *& seqq.* consilium Ionibus datum. N. I. 82. judicium. M. I. 84. secum omnia portantis fuga. M. I. 82. mors. L. I. 84. pater. N. I. 82. patronus summus. L. I. 84. stratagema. M. I. 83. N. 3.
Bion, dicta ejus. M. IV. 46. *& seqq.* 50. impietatis pœnitentiam egit. L. IV. 54. impudicus. L. IV. 54. magistri varii. L. IV. 52. ostentationi deditus. L. IV. 53. parentes & patria. L. IV. 46. *Parodiæ.* M. IV. 52. *& seq.*
Bjones alii, præter Borystenitam. N. IV. 58.
Bionei sermones, id est, maledici. M. IV. 52.
Blitri vox nullius significationis. M. VII. 57.
Blyson Heracliti Ephesii pater. L. IX. 1.
Boethus celebris *Stoicus.* M. VII. 143. alii ejusdem nominis. *Ibid.*
Bona esse æqualia, juxta Stoicos. M. VII. 101. N. *Ibid.*
Bonos cum malis interdum versari oportere. M. VI. 6.
Bonum quid, juxta Stoicos. M. VII. 94, 101. quomodo dividatur. M. VII. 94. *& seqq.*
Bonum Diis referendum. L. I. 88.
Bonum esse, quam difficile. M. I. 76. N. *Ibid.*
Boni divisio Platonica. L. III. 101, 104.
Bolus Democriteus. M. I. 109.
Borystenes urbs. M. IV. 46.
Boves qui comedere illicitum crediderint. M. VIII. 20.
Brachium infra pallium continere modestiæ signum. N. IV. 16.
Brachmanum constantia in eodem statu corporis servando. M. II. 23.
Branchidarum templum. M. I. 72. N. *Ibid.*
Branchus Apollinis amasius. M. I. 72.
Breviloquentia in Philosopho laudata. L. VII. 20.
Brevitas qua in re sita. L. VII. 59.
Brontinus familiaris *Alcmæonis.* L. VIII. 85.
Brontinus aut *Brotinus* Pythagoricæ Theanûs pater. M. VIII. 42.
Bryson Achæus Cratetis Cynici præceptor. L. VI. 85. Peræ parodica descriptio. L. VI. 86.
Brugnolus (Benedictus) ejus elogium. M. *ad tit. p.* 3. *c.* 1.
Brutis & hominibus nullum jus commune. N. VII. 129.
Bulon familiaris *Lyconis.* L. V. 70.
Busiris oppidum Ægypti. M. V. 78.
Buzyges Heros Atticus. M. I. 115.

C.

Cadmus Milesius, primus historiam prosâ scripsit. M. I. 19.
Caduidas Anacharsis frater. M. I. 101.
Callianactis responsum ægro quærenti an esset moriturus. M. IX. 67.
Calliæ Comici Pedetæ. M. II. 18.
Callias à *Theophrasto* manumissus. L. V. 55.
Callicles Gorgiæ amicus. N. III. 52.
Callicratis pompa aurea. L. IV. 38.
Callides, aut *Callidea* in cujus corpore anima Pythagoræ fuit. N. VIII. 4.
Callimachi Lexicon Democriteum. M. IX. 40.
Callimachi Tabulæ. M. VIII. 86. N. *Ibid.*
Callinus familiaris *Lyconis.* L. V. 70.
Callinus cui Stagiritem fundum Theophrastus legavit. L. V. 51, 55.
Callippus Corinthius Stoïcus. M. VII. 38.
Callisthenes, dictum ejus in Alexandrum. M. IX. 67. quomodo ab Alexandro habitus. M. V. 4, 5. ejus ingenium. *Ibid.* phthiriasi mortuus. M. V. 5. Theophrasti discipulus. L. V. 53. à Theophrasto laudatus. M. V. 44.
Calore nimio mortui. M. I. 39.
Calumniæ quomodo spernendæ. L. V. 18.
Camelos Græciæ fuisse ignotos, nisi aliunde adductos. N. II. 7.
Canis, per eum jurasse Socratem. M. II. 40.
Canes *Cretenses.* M. VI. 101.
Canes famelici blandi, saturi mordaces. M. VI. 55.
Canes venditi ad pristinos dominos redeunt. M. VI. 40.
Canon titulus libri Epicuri, item Polycleti, & statuæ nomen. M. X. 30.
Canonica Philosophiæ pars Epicuro dicta quæ. L. X. 30.
Cantica moralia Veterum Philosophorum. N. I. 35.
Capilli variis de causis rasi. M. VII. 166.
Carcini Poëtæ Tragici. M. II. 63. N. *ib.*
Carneades Academicus caligine suffundebatur. L. IV. 66. disputaturus cum Chrysippo helleboro se purgabat. M. IV. 62. Chrysippum confutavit. L. IV. 62. ejus eloquentia. M. IV. 62. N. *ibid.* Epicuro multò recentior. M. X. 9. acutum ejus dictum de divitum aut Regum filiis. M. IV. 66. legatus ab Athenienſibus Romam missus. N. IV. 62. eo moriente sol & luna obscurati. M. IV. 64. mortem timebat. L. IV. 64, 65. Pater & Patria. L. IV. 62. ejus scripta. L. IV. 65. quàm attentus studiis. M. IV. 62.
Carneades alii præter Cyrenæum Philosophum. M. IV. 66.
Carneades Epicuri familiaris. M. X. 9.
Casaubonus (Mericus) notatus. N. X. 77.
Caseus *Cythnius* M. X. 11.
Cassius Pyrrhonius. M. VII. 32.
Castelvetri sententia de Trag. V. & Choro. M. III. 56.

Cave vox monentis esse recedendum, seriùs interdum emissa. L. VI. 66.
Caunii festivè à *Stratonico* irrisi. M. IX. 67.
Causa prima, an ad eam passim fugiendum. M. V. 32.
Cautio quid & quotuplex, juxta Stoïcos. N. VII. 116.
Cebetis Tabula. M. II. 125. ejus scripta alia. L. II. 125.
Cebetes, præter Socraticum, varii. M. II. 125.
Cecrops Monogamiæ auctor. M. II. 26.
Celsi Epicurei plures. M. X. 24.
Cephalion Rhetor & Historicus. M. IV. 58.
Cephisias tribus Athenienſis. M. III. 41.
Cephisodorus Isocratis discipulus, eum contra Aristotelem defendit. M. V. 3.
Ceramicum sepulcretum eorum qui bello occubuerant. M. VII. 11.
Cercidas Megalopolitanus. M. VI. 76.
Cercops Hesiodi æmulus. M. II. 46.
Cercops Pythagoreus. M. VIII. 6.
Cervicalia libris suffulta apud Veteres. M. III. 18.
Chabrias Dux capitis reus. N. III. 23.
Chaldæi Astrologiæ inventores. M. I. 5. eorum Dii. *ibid.*
Chaldæi sapientes. N. I. 1.
Chamæleon Grammaticus. M. V. 92.
Charmander Charmandidris filius Platonis accusator. L. III. 19.
Charmides à *Socrate* ad Remp. capessendam incitatus. N. II. 29.
Charondas Pythagoræ discipulus. N. VIII. 16.
Chartoni (Ludovici) consuetudo in loquendo peculiaris. M. IV. 36.
Chilo, scriptum χείλων & χίλων. M. I. 68. ejus apophthegmata M. I. 69. *& seqq.* ætas & mors. L. I. 72. quando Ephorus fuerit. M. I. 68. gaudio Pisæ mortuus. M. I. 72. novissima verba. M. I. 71. pater non idem ab omnibus dicitur. N. I. 68. prædictio de Pisistrato. M. I. 68. de Cytheris. M. I. 71. N. *ib.* quæ vita fuerit. M. I. 68.
Chilonea ratio dicendi quæ. M. I. 71.
Chion Platonis discipulus. N. III. 46.
Chiron Centaurus, cujus nomen jocis occasionem dedit. M. VI. 50.
Chærili quot fuerint. M. I. 24.
Cholera pro bile. M. VI. 76.
Chollidæ Demus. M. III. 41. N. *ibid.*
Chonuphis Ægyptius. M. VIII. 90.
Chorus Tragediæ quid primùm egerit. M. III. 56. N. *Ibid.*
Choum festum. M. IV. 8.
Chrysippi absurda dogmata. M. VII. 188. & seqq. absurdæ interpretationes fabularum. M. VII. 187. acumen. M. VII. 179. ejus arrogantia. L. VII. 183. 185. bona ejus fisco addicta. M. VII. 181. citationes. L. VII. 181. in *Cleanthem* disputabat. L. VII. 179. Dialectica ejus quanti facta. L. VII. 181. dicta ejus. L. VII. 182. varia ejus, circa liberorum educationem, placita. M. VII. 202. interrogatiunculæ ejus. L. VII. 186, 187. mors. M. VII. 184. pater & patria. M. VII. 179. à præceptoribus dissentit. L. VII. 179. quæstum damnat in sapiente. L. VII. 189. scripta. M. VII. 189. *& seqq.* scriptorum multitudo. L. VII. 181. vetula serva contentus. M. VII. 185. sophismata. L. VII. 187. statua. M. VII. 182. stylus. M. VII. 179, 201.
Chrysippi, præter Philosophum. M. VII. 186.
Chrysippus Æthlii filius. L. VIII. 89.
Chrysippus Cnidius Eudoxi auditor. L. VIII. 89.
Chytræa certamina. N. III. 56.
Cibo quot diebus, sine interitu, homines possint abstinere. M. II. 143.
Cicadæ collati eloquentes viri. M. III. 7.
Cicero imperitiæ Græcæ Linguæ & Philosophiæ incusatus à *M. Meibomio*. N. X. 142, 148.
Cicutæ usus in capitalibus suppliciis apud Athenienses. M. II. 42. eam ære suo emebat Carnifex. M. II. 42. animalibus quibusdam salubris. M. IX. 80.
Cilices latrociniis dediti. M. IX. 84.
Cimex homo nihili dictus. M. IX. 43.
Cimon à *Theophrasto* manumissus. L. V. 55.
Circuli quot in cœlo, juxta Stoicos. M. VII. 155.
Citium, nomen aliquot urbium. M. VII. 1.
Civenius (Ambrosius) primus Laërtii editor. M. *ad tit.* p. 2. c. 2.
Civitates brevi perituræ quales. L. VI. 5.
Civibus placendum esse. M. I. 85. N. *ib.*
Civium ingenia quantâ arte tractanda. K. I. 85.
Claves portarum urbium Episcopis olim in Gallia traditæ. M. VII. 6.
Cleanthei enarrator Heracliti. M. IX. 5.
Cleanthes Stoicus vitam aquam hauriendo sustentabat M. VII. 168. L. *ib.* 170. quam patiens contumeliæ. L. VII. 173. varia ejus dicta & facta. M. VII. 172. *& seqq.* Hercules alter. M. VII. 170. quam laboriosum ejus ingenium. L. VII. 171, 172. muneribus propter continentiam donatus. L. VII. 169. patria. M. VII. 168. plausu exceptus Theatrum ingrediens. M. VII. 169. scripta. M. VII. 174. statua in Urbe Asso. M. VII. 168. tabulæ duræ collatus. N. VII. 37. sine tunica. L. VII. 169. quot annos vixerit. M. VII. 176. *Zenonis* auditor. L. VII. 168, 169.
Clearchus Solensis. M. I. 9, 30.
Cleippis Cyzicenus. L. II. 127.
Clematidis Ægyptiæ descriptio. M. VII. 1.
Cleobulinæ duæ. M. I. 22.
Cleobulinæ Cleobuli filiæ laudes. M. I. 89.
Cleobulus Lindius quale ejus genus. N. I. 89. ejus ænigma. L. I. 91. dicta. M. I. 91. Mors. L. I. 92. ejus ad Solonem Epistola. L. I. 93. à Simonide reprehensus. L. I. 90. scripta ejus. *Ibid.*
Cleomenes Metroclis auditor. L. VI. 95.
Cleomenes scriptores varii. M. VI. 75.
Cleonymus Phliasius *Pythagoræ* abavus. L. VIII. 1.
Clidemi sententia de fulgure. M. X. 102.
Clinias Xenophontis Amasius. L. II. 49.

Clinias Pythagoricus. M. IX. 40.
Clinomachus Thurius primus de Axiomatibus & Categorematibus ſcripſit. L. II. 112.
Clitarchus M. I. 9.
Clitarchus Ariſtotelis Cyrenaici diſcipulus. L. II. 113.
Clitomachus Carthaginienſis. M. I. 19. IV. 67. condiſcipuli ejus & diſcipuli. M. *Ibid.* quomodo Punicè dictus. M. IV. 67. ſcripta ejus. M. IV. 67. N. *Ibid.*
Clitus Peripateticus. M. I. 25.
Codro datum ab Athenienſibus regnum. L. I. 53.
Cœli quare πληθυντικῶς dicti. M. X. 45.
Cœlum unde dictum. M. VIII. 48.
Cœli ſpectandi causâ an homines creati. M. II. 10.
Cœlum patria Philoſophorum. M. II. 7.
Cœlum Deo ſimile, juxta Platonem. N. III. 72.
Cœlum quid, juxta *Stoïcos*. L. VII. 138, 139.
Coïs reſponſum de Tripode aureo datum. L. I. 33.
Coïtus, epilepſia, aut apoplexia parva. M. IX. 43.
Collippus Platonis diſcipulus. M. III. 46.
Color hominum quàm varius. M. IX. 84. columbarum. *Ib.* IX. 86.
Colotæ varii. M. VI. 102.
Columnis hiſtoriam inſculpſiſſe Ægyptios. M. I. 90.
Cometæ quid, juxta *Anaxagoram*. N. II. 9. juxta *Epicurum*. L. X. III. juxta *Stoïcos*. N. VII. 152.
Commendatitiæ literæ inutiles. M. VI. 64.
Comœdiam ſcribere Areopagitæ illicitum. M. I. 59.
Comparatio in probando inutilis. L. II. 107.
Compendium ſcripturæ mendorum cauſa. N. VI. 80.
Condere diem, aut *ſolem*, quid. M. IX. 17.
Conficere impudico ſenſu. N. II. 127.
Conjunctionis definitio. L. VII. 58.
Connus fidicen *Socratis* Magiſter. M. II. 28.
Conon Athenarum mœnia reſtituit. M. II. 39.
Conſcientiam ſequi lex ſanctiſſima. N. II. 96.
Conſiliorum diviſio Platonica. L. III. 106.
Conſilia quæ bona, juxta *Solonem*. L. I. 60.
Conſtantia nimia torvitas fit. M. IX. 3.
Conſuetudo non parva res. L. III. 38.
Conſulendum lentè. L. I. 87.
Conſultatio recta quid, juxta *Stoïcos*. N. VII. 93.
Continentia quid, juxta *Stoïcos* N. VII. 93.
Contrariorum diviſio Platonica. L. III. 104.
Contumeliæ altare. M. I. 112.
Convivium quomodo apparari, juxta Socratem, debeat. L. II. 34.
Convivia an valetudini conducant. K. II. 133.
Cor, juxta varios Philoſophos, animi ſedes. M. VII. 159. N. *Ibid.*
Corde abſtineri quare voluerit *Pythagoras*. N. VIII. 19.
Corcyræorum liberi, ut caſtrarentur in Lydiam miſſi. N. I. 95.
Corax Rhetor à diſcipulo quomodo deluſus. M. IX. 56.
Corona non carpenda, quid apud *Pythagoreos* N. VIII. 18.
Corpus quid. M. VII. 135.
Cos Dorica civitas, & *Dorica* dialecto uſa. M. IX. 42.
Coſas fluvius quis. M. VIII. 11. N. *Ibid.*
Cranaë Attica. M. II. 58.
Cranaus Athenarum rex. M. II. 58.
Crantes Philoſophus à Galeno nominatus. N. I. 14.
Crantor, ejus bona quæ. L. IV. 25. commentaria. L. IV. 24. ejus dicta. L. IV. 25. *& ſeqq.* liber de luctu laudatus. M. IV. 27. N. *Ibid.* patria. L. IV. 24. quid cum Polemoni conciliarit. L. IV. 24. quantopere ei addictus. L. IV. 25.
Craſſus agelaſtus. M. IX. 3.
Crates Athenienſis Platonicus, ejus auditores. L. IV. 23. Demus. M. IV. 21. libri. L. IV. 23. pater & patria. L. IV. 21. Polemonis imitator & amicus ſummus. L. IV. 21.
Crates, præter memoratum varii. M. IV. 23.
Crates Thebanus, bona Philoſophiæ causâ deſeruit. M. VI. 87. N. *Ibid.* cæſus & tractus pedibus quid dixerit. L. VI. 90, 91. publicè cum uxore coïbat. M. VI. 96. convitiis ferendis quomodo ſe aſſuefaceret. L. VI. 90. quæ occaſio eum ad Cyniſmum impulerit. L. VI. 87. ob deformitatem irriſus. L. VI. 91. ejus dicta. M. VI. 86. *& ſeqq.* Epiſtolæ ejus. M. VI. 98. filiam experimento dedit diſcipulis. L. VI. 93. de filiis quid decreverit. N. VI. 88. quo honore à Græcis affectus. M. VI. 88. ejus libri. L. VI. 98. morti vicinus quid dixerit. L. VI. 92. quâ Olympiade floruerit. L. VI. 87. parodica ejus peræ deſcriptio. M. VI. 85. pater & patria. L. VI. 85. patriam reſtitui quare non curarit. L. VI. 93. quare oſtiorum apertor dictus. N. VI. 86. ejus cum *Stilpone* colloquium. L. II. 118, 119. verbera quomodo ultus ſit. L. VI. 89. vinum recuſavit. L. VI. 90.
Crates Foſſor *Alexandri* comes. M. VI. 87.
Cratini Chirones, aut *Deteriores* M. I. 62. ejuſdem Heroës. *Ibid.*
Cratini Cleobulina. M. I. 89. N. *Ibid.*
Cratylus Heracliteus Platonis magiſter. L. III. 6.
Creophylus Homeri hoſpes. M. VIII. 2.
Crepitus licitos à Cynicis & Stoïcis ubique habitos. M. VI. 94.
Crinis Stoïcus. M. VII. 60.
Crito, Socratis diſcipulus. L. II. 121. ejus libri & liberi. *Ibid.* Apologia ejus pro Socrate. M. II. 121.
Crobylus Sycophanta. N. III. 24.
Crocodilus, argumentatio. M. II. 108.
Cræſus quo tempore ſapientes Græciæ videre potuerit. M. I. 99.
Croton Pythagoreis plena. M. VIII. 3.
Cteſarchus à *Theophraſto* curator inſtitutus. L. V. 56.
Cteſibii duo. M. IV. 37. N. *Ibid.*
Cteſibius Chalcidenſis *Menedemi* Cynici diſcipulus. M. VI. 102.

Cubi duplicatio. M. II. 106.
Cupiditas animi morbus. L. I. 86. quid, & quotuplex, juxta *Stoicos*. M. VII. 113. N. *Ibid.* ejus Epicurea diviſio. M. X. 149.
Cupreſſus Pythagoreis interdicta quare. M. VIII. 10 N. *Ibid.* arcæ in quibus cadavera condebantur cupreſſinæ. *Ibid.*
Curatori cum pupilli matre cohabitare illicitum Athenis. L. I. 56.
Curioſitas nimia in Adoleſcente ab Zenone repreſſa. L. VII. 19.
Cyclops pro *Deſioculo*. M. IX. 112.
Cydon aut Cylon Crotoniates Pythagoræ inimicus. M. II. 46.
Cylon Athenarum tyrannus N. I. 110.
Cyloneum piaculum. M. I. 110. N. *Ibid.*
Cylon Crotoniates Pythagoræ inimicus. M. II. 46.
Cynædi, à Diogene quomodo irriſi. M. VI. 65.
Cynædorum apud Athenienſes pœnæ. M. I. 55.
Cynica ſecta quando interciderit. M. VI. 106.
Cynici unde dicti. M. VI. 2, 13. eorum cultus qui. M. VI. 13. potiſſima dogmata. L. VI. 103. & ſeqq quidam voluptuarii. M. VII. 161.
Cyniſmus, de eo Stoïcorum judicium. M. VII. 121. N. *Ibid.*
Cynoſargos, gymnaſium, M. N. VI. 13.
Cynoſura pro Cynica inſtitutione. N. VII. 4.
Cypſelidarum Donarium. M. I. 96.
Cypſelus Arcadiæ Rex. M. I. 96.
Cypſelus Rex Corinthi, quare ita dictus. M. I. 94.
Cyrenaïci hoſtes Græciæ, judice Epicuro. M. X. 8 N. *Ibid.*
Cyrenaïcorum dogmata. M. II. 86. & *ſeqq.* N. *Ibid.* Sectæ. N. II. 85.
Cyri παιδεία Xenophontis an figmentum. M. III. 34.
Cytharœdus gallus. L. VI. 48.
Cythera inſula, prædictio Chilonis de ea. M. I. 71. N. *Ibid.*

D.

Dæmoni ſuo obſequendum. M. VII. 88.
Dæmones, juxta Platonem, qui. N. III. 79. juxta Pythagoram L. VIII. 32 juxta Stoïcos, rerum humanarum inſpectores. M. VII. 15. N. *Ibid.*
Dæmonax ſepulturæ negligens. M. VI. 79.
Daïmachus Platæenſis M. I. 30. N. *ibid.*
Damaſcii Hiſtoria Philoſophica fœminæ nuncupata. M. III. 47.
Damaſippus, juxta quosdam, *Democriti* pater. L. IX. 34.
Damiſcus aut *Lamiſcus* idem. M. VIII. 80.
Damo Pythagoræ filia. M. VIII. 42.
Damon Cyrenæus. M. I. 40.
Damon Pythagoreus. M. VIII. 10.
Damon Socratis Magiſter. M. II. 19.
Danaë meretrix Leontii Epicureæ filia. M. X. 4.
Daphidas Grammaticus Homerum mendacii arguit. M. I. 48,
Decima à Piſiſtrato impoſita. M. I. 53.
Decoctores Athenis infames. N. I. 55.
Decretum apud Philoſophos quid. N. III. 51.
Dediſcere mala quanti. L. VI. 7, 8.
Definitio quid, à quibus inventa & potiſſimum adhibita. M. VII. 60.
Defioculi excæcati ultio quæ Athenis. M. I. 57.
Deliciæ quàm noxiæ. M. X. 131.
Delio urinatore egere quid. M. II. 22.
Deliis oraculum redditum de duplicanda cubica ara M III. 106.
Delienſis pugna, cui adfuit Socrates. M. II. 22. N. ibid.
Delphis filia *Eudoxi*. L. VIII. 88.
Demagogi quàm noxii & quàm utiles Athenis. L. I. 64, 65. populi ſervi M VI. 24.
Demaratus, ejus auxilium contra Græciam. L. I. 71.
Demetrius Magnes de Homonymis Scriptorum & Urbium. M. I. 38, 112. N. I. 38.
Demetrius Alexandrinus Cynicus *Metrocli* auditor. M. VI. 95.
Demetrius Byzantius M. II. 20.
Demetrius Calantianus. M. I. 38.
Demetrius Grammaticus Ixion dictus. N. V. 84.
Demetrius Lacon Epicureus M. X. 26.
Demetrius Phalereus. M. V. 75. in Ægyptum fugit N. V. 78. Arceſilai amaſius. L. IV. 41. cenſus Athenienſium ab eo factus. M. V. 75. cognomina ejus ludicra. M. V. 76. an curator Bibliothecæ Alexandrinæ fuerit. M. V. 78. Athenis fugatus. M. V. 77. ejus caracter. M V 82. N. *Ibid.* dicta ejus. L. V 82. ejus genus. N. V. 76. *Lampeto* dictus quare. N. V. 76. ejus leges. M. V. 76. N. *Ibid.* libri. M. V. 79. mors. N. V. 78. quandiu Remp. adminiſtrarit N. V. 75. Sepulcrum. M. V. 78. N. *Ibid.* à Serapide oculorum uſum recepit. N. V. 76. Apologia Socratis. M. IX. 15. ejus ſtatuæ. M. V. 75, 77. N. *Ib. Theophraſti* auditor. N. V. 75.
Demetrii, quot præter Phalereum. M V. 83. & *ſeqq.*
Demetrii Troezenii liber de Sophiſtis. M. VIII. 74.
Demeus Zenonis pater. L. VII. 1.
Demochares Lachetis. Fil. L. IV. 41. Zenoni favorem pollicitus, quomodo ab eo exceptus. L. VII. 14.
Democritus Abderita an inimicus *Anaxagoræ*. M. IX. 34. quos audiverit. L. IX. 34, 35. cedit borum parte fratribus. M. IX. 35. *Darium* qui conſolatus. M. IX. 43. dementiæ accuſatus & abſolutus. M. IX. 39. quando floruerit. M. IX. 41. ejus fratres. M. IX. 39. gloriæ contemptor. M. IX. 36. ejus cum Hippocrate congreſſus. M. IX. 42. quantis honoribus affectus. L. IX. 39. ejus itinera per Orientem. M. IX. 35. Lerocritus ab Epicuro dictus. M. X. 8. mori certus quomodo vitam aliquandiu ſuſtentarit. M IX 43. quomodo mortuus ſit. M. IX. 43. nomen nuſquam à Platone prolatum. L. III. 25 oculis ſe privavit. M. IX. 43 oleum, prævisâ ejus caritate, coëmit. M. I. 26. IX. 43. Pater ejus & Patria. IX. 34. riſit in publico perpetuo. M. IX. 43. Sapientia dictus M. IX. 39. Sepulchro incluſus. M. IX. 38. Solitarius vixit. L. IX. 36 quot annos vixerit. M. IX. 43.

Democriti Sententia de Atomis & inani. M. IX. 44-45. *Botanices* peritus. M. IX 47. coïtum parvam Epilepſiam vocabat. M. IX. 43. ejus opinio de Deo. M. IX. 43. διάκοσμος magnus & parvus. M. IX. 46. Judicium de Homero. M. IX. 49. hominem quomodo definierit. M. IX. 43. inventa. M. IX. 43. lac cujus vaccæ eſſet cognovit. M. IX 42. de infinitate mundorum. M. IX. 44. de neceſſitate quâ omnia fiunt. M. IX 45. conſilium de paucis faciendis. M. IX. 46. omnium Philoſophiæ partium peritus. L. IX. 37. ejus Phyſica dogmata. L. IX. 44, 45. ejus judicium de Planetis. M. IX. 46 de Poëtis. M. IX 49. portentoſarum obſervationum auctor. M IX 49 futurorum præſcius. M. IX. 39. de qualitatibus omnibus. M. IX. 44. initium libri ejus de tranquillitate. M. IX. 46. de ſenſibus fallacibus. M. IX. 44. Scepticorum prodromus. M. IX 72. ejus ſcripta. M IX 46. ſcripta falſò attributa. M. IX. 49. an obſcurè ſcripſerit. M. IX. 40, 47. de ſummo bono. M. IX 45. Tabula Aſtronomica. M IX. 48. ejus Tritogeneïa. M. IX. 46. veritatem latere credidit. M. IX. 43. virginem à vitiata diſcernebat conſpectu. L. IX. 42. de eo ſingularia à Diogene omiſſa. M. IX 43.

Democriti præter Abderitam Philoſophum. M. IX. 49.

Demodochus Lerius. M. I. 84.

Demophilus Ariſtotelis accuſator. M. V. 5.

Demonſtratio quid. M. VII. 45. N. *Ibid.*

Demophontis Atrienſis Alexandri mira natura. M. IX. 80.

Demoſthenes Eubulide præceptore uſus. L II. 108.

Demoſthenes Platonis ſtudioſus. N. III 46.

Demotimus Theophraſti familiaris. L. V. 53, 55.

Demus pro Demetrio. N. VI. 80.

Demylus Tyrannus Zenonem cruciat M. IX. 27.

Deus ἀνώνυμος apud Gentes varias cultus. M. I. 110. ejus exiſtentiam notam, naturam non item. M. I. 88. ejus *imaginem in annulo non ferre* quid apud Pythagoreos N. VIII. 17. multis nominibus, juxta potentias, appellatus. M. VII. 147. omnia ei nota, juxta Ethnicos M I. 36. eo omnia permeari juxta *Stoïcos*. L. VII. 138, 139. juxta Platonem incorporeus. M III. 77. de utroque ſexu Deum dici. M. II. 116.

Deus Stoïcorum qualis. M VII. 135, 137. N. *Ibid.* & 147, 148. quid, juxta *Thaletem*. L. I. 36. quo ſenſu vir ſapiens dici queat. M. VIII. 66.

Dexius Xenophanis Philoſ. pater L. IX. 18.

Diagoræ Melii dictum de Naufragorum tabulis. M. VI. 59.

Dialectica ab Epicuro damnata M. X 31. eam quis primus nominarit. L. III. 24.

Dialecticæ definitio, apud Stoïcos. M VII. 62.

Dialecticæ diviſio, juxta eoſdem. L VII 43.

Dialectica juxta Stoïcos ſapienti neceſſaria. L. VII. 46, 47, 48.

Dialectica & Rhetorica quomodo differant. M. VII. 42.

Dialectica inductio à Rhetorica quomodo differat. N. III. 55.

Dialectica virtus, juxta Stoïcos. M. VII. 46. N. *Ibid.*

Dialectici κατ' ἐξοχήν dicti Stoïci. M. II. 108. VII. 83.

Dialectici libri cui rei ſimiles. M VII. 160.

Dialectici πολυφθορεῖοι ab Epicuro dicti. M. X. 8.

Dialecticorum interrogationes quàm inanes. L. II. 135.

Dialectus quid. M. VII. 56.

Dialogos Philoſophicos, quis primus ſcripſerit. M. III. 47. N. *Ibid.*

Dialogorum genera apud Platonem. N. III. 51.

Dialogi Socratici ratio. M. III. 53.

Dicæarchi Meſſenii vitæ. M. I. 40.

Dicæarchi Peripatetici libri. M. III. 4.

Dictio quid, juxta Stoïcos. M VII. 56.

Dies, an nox prior fuerit. M. I. 36.

Digamma quibus vocibus præfigerent Græci. M. IX. 28.

Digitum medium in aliquem porrigere ingentem fuiſſe contumeliam. M. VI. 34

Didymon tibicen moechus. M VI. 50. à Diogene caſtigatus. L. VI. 68.

Didymus moechus. L. VI 51.

Didymi Silli. M. IX. III.

Didymi Sympoſiaca. M. V. 76. N. *Ibid.*

Dieuchidas Megaricus M. I. 57.

Difficile quid, juxta *Thaletem*. L. I. 36.

Difficillimum quid, juxta Chilonem. L. I 69.

Dii variè culti. L. VIII. 22, 33. an formâ humanâ M. I. 147. ignei, juxta Platonem N. III. 74. eorum Lingua, qui ejus meminerint. M. I. 119. non lugendi, aut non colendi. M. IX. 19. Gentilium Epicharmi verſibus confutati. K III. 10.

Dimidium plus toto, quid ſignificet. N. I. 75.

Dimylus, an ullus Archon eo nomine fuerit. M. III. 11.

Dinarchi oratio in Xenophontem. M. II. 52. N. *Ibid.*

Dinon rerum Perſicarum ſcriptor. M. I. 8 IX. 50.

Diocles curator Teſtamenti Stratonis. L. V 62.

Dioclis liber de vitis Philoſophorum. M. II. 54. X. 11.

Diocles Pythagoreus. M. VIII. 46.

Diodorus Cronus. M. II. III. N. *Ibid.* ejus mors. M. II. 112. inventor *involuti* & *cornuti*. L II. 111.

Diodori varii. N. IV. 2.

Diodotus Grammaticus *Heracliti* interpres. L. IX. 15.

Diogenes Apolloniates aërem Deum eſſe credidit. M. IX. 57. & elementum initium ejus operis. L IX. 59. patria. M. IX. 57. 58. opinio de terra. L. IX. 59.

Diogenes Babylonius. N. VI. 81. VII. 39.

Diogenes Cynicus, ejus auctio. L. VI. 74. *Antiſthenis* quomodo ſe erudiendum tradiderit. M. VI. 21. N. *Ibid.* ejus & *Antiſthenis* collatio. M. VI. 44. futilia argumenta quomodo confutarit. L VI. 38 & 39 reſponſum ejus ingenioſum Ariſtippo editum. M. II. 68 cadaver ſuum leviter pulvere ſpargi voluit. M. VI. 79. N. *Ibid.* qualis canis eſſet. L VI. 55 60.

χειροτυγία. M. VI. 46. an publicè congreſſus. M. VI. 69. ejus dicta. M. VI. 22. & ſeqq. diſcipuli qui. M. VI. 76. dolium ejus an teſtaceum. M. VI. 23. domus ejus quæ. L. VI. 22, 23. libri. M. VI. 80. mors ejus quæ fuerit. M. VI. 76, 79. N. ibid. dogma de communitate mulierum. L. VI. 72. oſtentatio. L. VI. 41. pater & patria. M. VI. 20. pecuniæ falſator. M. VI. 20. quid cum venderetur dixerit. L. VI. 29, 30, 36. unde facilioris vitæ rationem didicerit. L. VI. 22. ſepeliri quomodo voluerit. L. VI. 32. ſepulcrum ejus ubi. M. VI. 78. ſervitutem quare ſpreverit. L. VI. 74. è ſervitute redemtus. M. VI. 29, 74. ſervum dimittit. M. VI. 55. Socrates furens. M. VI. 54. tolerantia ejus. M. VI. 23. diras Tragicorum implebat. N. VI. 38. an Tragœdias ſcripſerit. M. VI. 73. victus ejus unde. M. VI. 38. utenſilia. M. VI. 36. N. ibid. liberos Xeniadæ quomodo inſtituerit. L. VI. 30, 31.

Diogenes Cynico cognomines. M. VI. 81.

Diogenes Laërtius unde dictus. M. ad tit. p. 1. col. 1.

Diogenianus à Tzetze dictus. M. ad tit. p. 1. c. 1. qui ex Vett. ejus meminerint. M. ad tit. p. 1. col. 2. ejus contradictio. N. 1. 106. editiones variæ. M. ad tit. p. 2. c. 2. Epicureus fuit. N. II. 97. quare Epicurei nullius vitam ſcripſerit. M. X. 138. error ejus de Archelao. N. II. 16. de Myrtone Socratis uxore. N. II. 26. Gloſſematibus plenus. M. VI. 79. IX. 49, 65, 70. plurima ei inſerta. N. V. 48. lapſus ejus memoriæ. N. I. 22. M. IV. 4. ejus omiſſio in vita *Archytæ*. M. VIII. 80. ordinem paſſim negligit. N. I. 45. ejus liber *πάμμετρον* inſcriptus. M. ad tit. p. 1. col. 1. quomodo Philoſophicam Hiſtoriam inſcripſerit. M. ad tit. p. 1. c. 1. fœminæ opus ſuum inſcripſit. M. ad tit. p. 1. c. 2. mutilum eſt ejus opus. M. ad tit. p. 2. c. 1. alia, præter Hiſtoriam Philoſophicam & Pammetrum ſcripſit. M. II. 65. ejus ſtylus. M. ad tit. p. 2. c. 1. VI. 76. parum accuratus fuit. M. ad tit. p. 2. c. 1. quando vixerit. M. ad tit. p. 1. col. 2.

Diogenes Tarſeus Epicureus. M. X. 26. ejus ſcripta. ibid. X. 118.

Diomedon Eleatarum Tyrannus. M. IX. 26.

Dion Platonis ſervator. N. III. 21. Platonis inſtitutione uſus. M. III. 21. ad liberandam Siciliam à Platone excitatus. N. III. 21, 29.

Dionyſiaca certamina. N. III. 56.

Dionyſius Carthaginienſis. M. II. 106.

Dionyſius Colophonius. M. VI. 101.

Dionyſii Critica, aut *Chronica*. M. I. 38. N. *ibid.*

Dionyſius Epicureus. M. X. 25.

Dionyſius Grammaticus *Heracliti* interpres. L. IX. 15.

Dionyſius Grammaticus Platonis Magiſter. L. III. 4.

Dionyſius Halicarnaſſeus auctor libri *περὶ ἑρμηνείας*. M. V. 81.

Dionyſius Heracleotes Stoicorum deſertor. M. VII. 166. N. *ibid.* verſus facit. *ibid.* 167. operam dat voluptati. *ibid.*

Dionyſius Syracuſanus, quomodo Græcos Philoſophos exceperit. M. II. 61. ejus in Platonem munificentia. L. III. 9. ejus mordax ad Speuſippum epiſtola. L. IV. 2.

Dionyſius Corinthi, proverbium. N. III. 34.

Dionyſiodorus Hiſtoricus. M. II. 42.

Dioſcoridis Memorabilia *Voſſio* omiſſa. M. I. 63.

Dioſpolis, duæ Ægypti urbes dictæ. M. V. 78.

Dioteles tutor ab Ariſtotele inſtitutus. L. V. 12.

Diotimus Stoïcus *Epicuri* culumniator. M. X. 3.

Dioxippus Athenienſis Olympionices. M. VI. 43, 61.

Diphilus Ariſtonis Chii diſcipulus. N. VII. 161.

Diphilus Boſphorianus. L. II. 113.

Diſcere quid primum oporteat. M. VI. 7.

Diſciplinarum ſpecies, juxta *Platonem*. N. III. 83.

Diſcordia quid, juxta *Stoicos*. M. VII. 113.

Divinationem eſſe, juxta *Stoicos*. M. VII. 149. N. *ibid.*

Diviſibilitas in infinitum Stoicis probata. L. VII. 150, 151.

Diviſibilium ſpecies, juxta *Platonem*. L. III. 107. & *ſeqq.*

Diviſio quid & quotuplex. L. VII. 61. N. *ibid.*

Divites divitiis abutentes quibus ſimiles. M. VI. 60.

Dives indoctus qualis. L. VI. 47.

Dives modeſtus. L. VII. 23.

Divites ſapientibus potiores. M. II. 69.

Divitiæ naturæ neceſſariæ quæ. M. X. 144.

Divitias qui abjecerint. M. II. 6.

Divitias quâ ratione acquirere oporteat, juxta Epicurum. M. X. 120, 143.

Divitiis laudes non deberi. M. I. 88.

Dium nomen variarum urbium. M. I. 5.

Diyllus Hiſtoricus. N. V. 76.

Docti quomodo ab ignaris differant. M. V. 19.

Docti quomodo ab indoctis differant. L. II. 69, 70, 72, 73.

Doctrina quanto ſit ſubſidio. M. II. 73.

Dogmatiſtes quis ſit. L. III. 51.

Doloris amotio an *voluptas* dici queat. N. II. 89.

Dolorem non ex ſolo corpore oriri. N. II. 89. & ſeqq.

Dolor quid, juxta *Cyrenaïcos* L. II. 86, 87. N. *ibid.*

Dolor quid & quotuplex, juxta *Stoicos*. N. VII. 111.

Dolor, quo pacto fiat tolerabilis. M. X. 140, 148.

Domus æquo nitidior. M. VI. 32.

Domus ſplendida turpis domini. M. II. 75.

Domus vomens Dominum. L. VI. 47.

Donax nomen ſervi. M. V. 55.

Dormiens quanti ſit. M. III. 39.

Dos Athenis, apud ditiores, decem talentorum. N. IV. 4.

Doſiades Creticorum ſcriptor. M. I. 109.

Drachmis Pariis quid inſculptum. M. IV. 45.

Draco cicur. N. V. 89, 90.

Draconis leges *Θεσμοὶ* dictæ. M. I. 53.

Dramati ſimilem eſſe vitam. M. VII. 160.

Druidæ unde dicti. N. I. 1.

Druidæ Celtarum Philoſophi. M. I. 1.

Duris Samii liber de Samiorum limitibus. M. I. 119.
Duris, an varii ejus nominis fuerint Scriptores. M. I. 38.

E.

EBrietas quid, juxta *Pythagoram* M. VIII. 9. ejus remedium ebrii conſpectus. M. I. 103. in Sapientem non cadere. M. VII. 118.
Ebrios peccantes, juxta *Pittacum*, duplici pœna afficiendos. M. VII. 76. N. *ibid.*
Ecce tibi Ciceroniana phraſis. N. I. 2.
Ecedemus, unde Academiæ nomen. M. III. 7.
Echecles Epheſius Cleomenis auditor. L. VI. 95.
Echecrates Pythagoreus. M. VIII. 46.
Eclectica ſecta. M. I. 21.
Eclectica ſecta *Clementi Alex.* probata. N. I. 17.
Egere paucis Deo proximum. M. VI. 105.
Elothales Epicharmi pater. N. VIII. 78.
Elea Zenonis patria dicta *Velia*. M. IX. 28.
Electræ argumentatio. M. II. 108.
Elementa quæ & quot, juxta *Stoicos*. L. VII. 136, 137.
Elementa quomodo differant à Principiis. M. VII. 134, 136.
Elementorum, juxta Platonem, figuræ. M. III. 70. L. III. 75.
Elementorum in ſe invicem mutatio, juxta Heraclitum. L. VIII. 8, 9.
Elementum pro ſigno Zodiaci. M. VI. 102.
Elenctica ſecta. M. I. 17.
Eleuſis ſcriptor. M. I. 29.
Eliaci Philoſophi. L. II. 105.
Elleborum animalibus quibuſdam ſalubre. M. IX. 80.
Eloquentia quanti in adminiſtratione Reip. L. V. 82.
Emon Chius ab *Arceſilao* quomodo deluſus. L. IV. 34.
Empedocles quid in *Agrigentina* Rep. mutarit. L. VIII. 66. animalium ſacrificia damnabat. M. VIII. 53. quos audierit. L. VIII. 56. bovem è melle & farina immolavit. M. VIII. 52. N. ibid. cadaver per 30. dies incorruptum ſervavit. L. VIII. 61. ejus calcei ænei. M. VIII. 69. carmina ejus. M. VIII. 57, 77. L. VIII. 58. Dorica dialecto uſus. M. VIII. 65. opinio de elementis. M. VIII. 76. eorum apud eum nomina. ibid. liberalitas ejus. L. VIII. 73. quâ Olympiade floruerit. M. VIII. 51. κωλυσανέμας dictus. M. & N. VIII. 60. ejus Magia L. VIII. 59. de ſua metempſychoſi. M. VIII. 77. mors ejus quæ fuerit. M. VIII. 69. quando mortuus. L. VIII. 52, 74. Parmenidis æmulus. L. VIII. 56. pater & patria. N. VIII. 51, 53. L. 54. peſtem quomodo Agrigento expulerit. M. VIII. 60. de piſcibus. M. VIII. 77. de Principiis. M. VIII. 76. N. *ibid.* ejus purificationes Olympiæ recitatæ. M. VIII. 63. regnum aſpernatus. L. VIII. 63, 64. Rhetoricæ inventor. M. VIII. 57. Scepticis aliqua in re favit. M. IX. 73. de ſole. M. VIII. 77. N. *ibid.* liber de Sphæra falſò tributus. M. VIII. 77. an ſuperbus quia ſe Deum dixit. M. VIII. 66.
Empedocles Agrigentinus Philoſophi avus. L. VIII. 51.
Empedocles alter quis dictus. M. VIII. 69.
Emptionum varia genera. L. VI. 95.
Endymion, quare ſemper dormiiſſe dicatur. M. I. 109.
Enetus urbs Paphlagoniæ. M. II. 13.
Enunciationis ſpecies apud Stoicos. M. VII. 66. L. VII. 63. N. VII. 66. & ſeqq.
Ephemeris ſumptuum luxurioſi hominis. L. VI. 86.
Ephori, quando inſtituti. M. I. 68. N. *ibid.*
Ephorus Cumæus à quo ad ſcribendum incitatus. M. II. 48.
Epicharmi acroſticha. M. VIII. 78. qui Dii. M. III. 10. N. *ibid.* ejus hypomnemata. M. VIII. 78. pater quis. M. VIII. 78. patria. *ibid.* libri de pecudum medicinis. M. VIII. 78. quot annos vixerit. M. VIII. 78. ſententiæ quas ab eo mutuò ſumpſit Plato. L. III. 10. & ſeqq.
Epicharmus Phyſicus an à Comico diverſus. M. III. 9.
Epicomus vel *Philocomus* Carneadis pater. L. IV. 62.
Epicletus quo uſque vitam produxerit. M. ad tit. p. I. col. 2.
Epicurei quam inter ſe amantes. M. X. 9. quanti Epicurum facerent. M. X. 9, 18. per quot ſæcula floruerint. M. X. 9. memoriter magiſtri ſcripta diſcebant. L. X. 12, 85. natalem ejus celebrabant. M. X. 18. N. ibid.
Epicurus quàm multos habuerit amicos. M. X. 9. N. *ibid.* Athenas reverſus ſectam inſtituit. L. X. 1. quantæ auctoritatis eſſet apud diſcipulos. M. X. 9. in ſummis doloribus beatum ſe dixit. M. X. 22, 118. beneficus in amicos. M. X. 10. convitiatur aliis Philoſophis. M. X. 6. coquum quanti emerit. M. X. 6. ubi educatus. M. X. 1. ejus fratres. M. X. 3. fratrum amantiſſimus. M. X. 27. fratrum erga eum reverentia. M. X. 10. frugalitas ejus. M. X. 11. à Grammatica quo caſu alienatus. M. X. 2. N. *ibid.* in horto vixit. M. X. 10. Lampſacenus quare dictus. M. X. 2. magiſtris caruiſſe gloriatur. M. X. 13. an verè. *ibid.* mors ejus. L. X. 15, 16. natalis ejus à diſcipulis quâ die celebratus. M. X. 18. quando obierit. M. X. 15. parentes & patria. M. X. 1. quâ ætate Philoſophiæ operam dederit. M. X. 2. *philoſophus κατ' ἐξοχήν* dictus. M. X. 138. *Samius* quare dictus. M. X. 1. N. ibid. ejus Schola quandiu duraverit. M. X. 9. diſſoluta ejus vita. L. X. 6, 7. teſtamentum ejus. L. X. 16. & ſeqq. Xenocratem audivit. L. X. 13. adulterium quare vitandum cenſuerit. M. X. 118.
Epicuri opinio de anima. N. X. 63, 65, 66, 67.

ſententia de animo ſuâ ſorte contento. M. x. 120, 130, 144. ejus arcana. M. x. 5. de Aſtronomia. M. x. 93. *& ſeqq.* de magnitudine Aſtrorum. M. x. 91. de eorum occaſu & ortu. L. x. 92. ſententia de bono. L. x. 124. de cœleſtibus intelligentiis. L. x. 77. de conſtantia ſapientis. M. x. 117, 118. de cupiditatibus. L. x. 127. de Cyniſmo. M. x. 119. Democritum & Ariſtippum in multis ſequutus. M. x. 4. de Deo. M. x. 139. de Deo nihil curante. M. x. 77. de Diis. L. x. 123. diſciplinas damnabat. M. x. 6. N. *Ibid.* de divinatione. M. x. 135. de fuga doloris & appetitu voluptatis. M. x. 137. de dolore. M. x. 139, 148. quam vocem Epiſtolis ſuis præfixerit. M. III. 61. N. *Ibid.* epiſtola ad Hermachum. M. x. 22. in epiſtola ad *Herodotum* confuſus. K. x. 37. ejus ſententia de corporibus. L. x. 39. *& ſeqq. Ibid.* 69. *& ſeqq.* ſententia de fato. M. x. 133. L. x. 134. de felicitate. L. x. 128. *& ſeqq.* cum prudentia & honeſtate conjuncta. L. x. 132, 135, 140. de fortuna. M. x. 134. de fulgure & tonitru. M. x. 101. & ſeqq. de frugalitate. L. x. 130, 131. ſententia de gratia referenda. M. x. 118. de homine. M. x. 33. de inani. L. x. 40, 41, 42. de indiviſibilibus atomis. L. x. 43. & ſeqq. 54. & ſeqq. de injuriis. M. x. 17. de intactili natura. M. x. 40. de inventione rerum. L. x. 75. ſententia de juſtitiæ bonis & injuſtitiæ malis. M. x. 144. quæ tamen natura non ſunt. M. x. 150. & 151 ejus *κύριαι δόξαι*. M. x. 27. ejus Libri. M. x. 27. *& ſeqq.* ſententia de Logica. M. x. 31. de luxurioſis. M. x. 142. de malo. L. x. 124. *& ſeqq.* de matrimonio. M. x. 119. de meteoris. L. x. 76. *& ſeqq.* 80, 86. de mœrore. M. x. 119. de morte ad nos nihil pertinente. M. x. 124. *& ſeqq.* 139. de plurimis mundis. M. x. 45. L. x. 74, 89. de Muſica. M. x. 121. de natura felici & immortali. M. x. 139. ſententia de primis notionibus. L. x. 38. de opinionibus veris & falſis. M. x. 34. de opibus acquirendis. M. x. 120. de tempore philoſophandi. M. x. 122. ſententia de partibus Philoſophiæ. L. x. 30. de Phyſica. M. x. 142. de Poëtica. M. x. 121. quàm fuerit *πολύγραφος*. M. x. 126. de populi conventibus vitandis. M. x. 119. de amore puerorum. M. x. 118. ratarum ſententiarum laus. M. x. 138. de rationis ſede. M. x. 66. de abſtinendo à Republica. M. x. 119. de ſapientis felicitate. M. x. 119. L. x. 117. *& ſeqq.* de ſapiente fortunæ non obnoxio. M. x. 144. de ſcenicis ludis. M. x. 120. de ſenſationibus. M. x. 49. L. x. 31, 49. & ſeqq. de Scepticiſmo. M. x. 121. de ſepultura. M. x. 118. de ſomno. M. x. 66. ſtylus ejus non ſine exclamationibus. N. & M. x. 5. idioticus. M. x. 13, 14. de tempore. M. x. 40. 73. de *Theognidis* dicto circa natales & mortem. M. x. 122. verſus miſcebat proſæ. M. x. 121. de tenui victu. M. x. 131. de virtute non propter ſe expetenda. M. x. 138. de vita beata. M. x. 128, 131, 140. de vita delicatiori. M. x. 131. de rerum univerſitate. M. x. 39, 41, 188. & ſeqq. voces quibus ſæpius utebatur. M. x. 135. vocabula peculiaria. M. x. 5. quam laudet voluptatem. M. x, 6. de voluptatibus animi & corporis. M. x. 136. L. x. 131. de voluptate contra Cyrenæos. M. x. 136. de nulla voluptate mala. L. x. 141. de ſumma voluptate. M. x. 139, 144. de Venerea voluptate. M. x. 118.

Epicurus contra *Ciceronem* defenſus. N. x. 142.

Epicuri ſex, præter Gargettium. M. x. 26.

Epimenidis ætas. N. I. 111. altaria ab eo poſita. M. I. 109, 112. Athenas quando vocatur. N. I. 110. quomodo eas luſtrarit. L. *Ibid.* cadaver Lacedæmone. M. I. 115. vox è cœlo edita. L. I. 115. Cures dictus. L. I. 115. rerum divinarum peritia. M. I. 109. divinationis peritum fuiſſe. L. I. 114. quare *καθαρτὴς* dictus. M. I. 110. Nymphæ filius. M. I. 115. à Nymphis cibum accipiebat. L. I. 114. pater & patria. M. I. 109. N. *Ibid.* pecuniæ ramum oleæ prætulit. L. I. 110. ſacra ei faciebant Cretes. M. I. 114. ſcripta. L. I. 111. *& ſeqq.* Solonem juvit. M. I. 112. ſomnus. M. I. 109. vates creditus. M. I. 114.

Epimenidæ à Cretenſi diverſi. M. I. 115.

Epiſtolarum apud Græcos variæ inſcriptiones. M. III. 61. N. *Ibid.*

Eratoſthenes Cyrenæus Ariſtonis Chii diſcipulus. M. VII. 16. liber ejus de divitiis & paupertate. M. IX. 65. Olympionicæ. M. VIII. 51. N. *ibid.* Plato alter dictus. M. VIII. 89. ejus Platonicon. M. VIII. 89.

Ereſſium Theophraſti patria. N. V. 36.

Eretriaci Philoſophi. M. II. 105.

Eretriacum facinus, quid. M. II. 144.

Eretricus ἐθνικὸν Eretriæ. M. I. 17.

Eretium, ſcortum cui *Epicurus* congrediebatur. L. x. 7.

Erythinis quare abſtineri vellet *Pythagoras*. N. VIII. 19.

Ercheia, Demus Atticus. M. II. 48.

Eriſtica ſecta. M. II. 106.

Eræadæ Demus. M. III. 41.

Eruditioni conſequendæ quæ neceſſaria ſint. M. V. 18.

Eruditionis radices amaræ, fructus dulces. M. V. 17.

Eruditio ſapientem non facit. L. IX. 1.

Etea Cretæ oppidum. L. I. 107.

Ethica à quo cœperit inter Græcos maximè excoli. N. I. 18.

Ethicæ hiſtoria. L. I. 18.

Ethicam Philoſophiam quis primus coluerit. M. II. 20.

Etia pagus Laconicæ unde Myſon. N. I. 107.

Euæon Lampſacenus Platonis diſcipulus. N. III. 46.

Evander Lacydæ diſcipulus. M. IV. 60. N. *Ibid.*

Euanthes Mileſius & Samius. M. I. 29.
Euathlus quomodo Protagoram deluſerit. M. IX. 56.
Eubulides Dialecticus Demoſthenis præceptor. M. II. 109. contra Ariſtotelem ſcripſerat. *ibid.* diſcipuli ejus. L. II. 109, 110.
Eubulides Mileſius, Megaricus. N. II. 108.
Eubulides nonnullorum Philoſophorum vitam ſcripſerat. M. II. 41.
Euclides Philoſophus, ejus dialogi. L. II. 108. methodus in diſputando. L. II. 107. patria. L. II. 106. ejus placita. L. II. 106. & ſeqq. poſt mortem Socratis Platonem & alios Philoſophos excipit. L. II. 106.
Euclidæ varii. M. II. 106.
Eudæmonici, qui dicti. M. I. 17.
Eudemi Aſtrologicæ, & Geometricæ hiſtoriæ. M. I. 23.
Eudemus Rhodius quis. M. I. 9.
Eudoxus Aſtronomus. M. VIII. 86. ejus in Ægyptum peregrinatio. M. VIII. 86, 90. Cnidiorum legiſlator. M. VIII. 86. L. VIII. 89. circa quam Olympiadem floruerit. M. VIII. 90. opus Geographicum. M. VIII. 90. Geometria. M. VIII. 88. mors à bove pronunciata. M. VIII. 91. ejus Octaeteris. M. VIII. 87. ejus Phænomena. M. VIII. 87. Platonis auditor. M. VIII. 86. Scripta. L. VIII. 88. ejus opus de terræ ambitu. M. I. 8. opinio de voluptate. M. VIII. 87. quando vixerit. M. II. 106.
Eudoxi præter Aſtronomum. M. VIII. 90.
Eumenis in Arceſilaum liberalitas. L. IV. 38.
Eumenidum Templum Athenis. M. I. 112.
Eumolpidæ unde ortum ducant. L. I. 3. quare ſacris præeſſent Athenis. M. I. 3.
Eunomus Pythagoræ frater. L. VIII. 2.
Euphantus Olynthius Philoſophus, Hiſtoricus, Poëta. L. II. 110. Antigoni præceptor. *ibid.*
Euphorbus Phryx aliquot ſpeculationum Geometricarum inventor. L. I. 25.
Euphorbus, in cujus corpore anima *Pythagoræ* fuit. L. VIII. 5. N. VIII. 4.
Euphorus alius ab Ephoro. M. I. 40.
Euripides Ægyptum viſit. M. III. 6. Anaxagoræ diſcipulus dogmata Magiſtri in ſcenam produxit. M. II. 10. N. *ibid.* ejus laus. N. IV. 26. quando natus. M. II. 45. Palamedes. M. II. 44. adjutor ejus Socrates creditus. N. II. 18. an ante Socratem obierit. N. II. 44. verſus de vita & morte. M. IX. 72.
Eurylochus Caſſandreus, quantâ reverentiâ Menedemum coluerit. L. II. 127.
Eurymedon Ariſtotelis accuſator. N. V. 5.
Eurymenes Athleta Samius. L. VIII. 12.
Euthycrates Cratetem Corinthi malè habet. L. VI. 90.
Euthydemus à *Platone* oppugnatus. N. III. 52.
Euthyphron Heraclidis Pontici pater. N. V. 86.
Euthyphron atavus *Pythagoræ*. L. VIII. 1.
Euthyphron Socratis auditor. L. II. 29.
Exænetus juxta nonnullos *Empedoclis* pater. N. VIII. 53.
Examen ſui ipſius. M. I. 92.
Execeſtides Solonis pater. M. I. 45.
Exercitatio quotuplex. L. VI. 70.
Exilium à *Diogene* ſpretum. L. VI. 49.
Exilium nullum, juxta *Epictetum*. M. VI. 49.

F.

FAba quare à *Pythagoræ* interdicta. M. VIII. 24, 34. N. *ibid.* 19, 34.
Faciem non eſſe ornandam. L. I. 37.
Facile quid, juxta *Thaletem*. L. I. 36.
Facturos non facientes laudabat *Diogenes*. L. VI. 29.
Fames vertiginis cauſa. M. V. 59.
Faſtus maximus. M. VI. 26.
Fatum, ea de re *Stoicorum* interpretationes. M. VII. 149. N. *ibid.*
Fato furtum excuſans qui à *Zenone* confutatus. L. VII. 23.
Favorini liber *Plutarchus* inſcriptus. M. III. 41.
Favorinus Pyrrhoniæ ſectæ addictus. M. IX. 87.
Felicitatis partes, juxta *Platonem*. L. III. 98. & ſeq.
Felix qui, juxta *Thaletem*. L. I. 37. juxta *Solonem*. L. I. 50.
Filium matrem adulteræ alimenta præbentem potuiſſe abdicari. N. I. 94.
Ficus porrecta à Philoſophis ſibi invicem, quid ſignificaret. N. V. 18.
Figlinas quis invenerit. M. I. 105.
Figuli rota an ſit Anacharſidis inventum. M. I. 105.
Finis quot ſint ſpecies, juxta *Platonem*. L. III. 96.
Finis Vide *Beatitudo ſumma*.
Finis bonorum, juxta Cyrenaïcos, diverſus à vita beata. N. II. 87.
Finis malorum rectè à Cicerone dictum. M. VII. 97.
Flumen hodiernum non idem ac heſternum. M. IX. 8.
Fœminæ intra quot dies formentur. M. VIII. 29.
Fœminæ, quâ in parte uteri concipiantur. M. II. 9.
Forma, quam commendet. M. V. 18, 20.
Fortiſſimum quid, juxta Thaletem. L. I. 35.
Forum fraudis ſedes. L. I. 105. ei operam dare inutile, juxta *Socratem*. L. II. 30.
Fructus magno ementes quales. N. II. 32.
Fulgores ſubiti in aëre unde. N. VII. 153.
Fulgura & fulmina unde, juxta *Epicurum*. L. X. 101, 102.
Fulgur, quid, juxta *Democritum* & *Stoicos*. M. X. 101.
Fulgur quid, juxta *Stoicos*. M. VII. 153. N. *ibid.*
Fulgur, quare prius cernatur quàm Tonitru. M. X. 102.
Fulmen quid, juxta *Stoicos*. M. VII. 153. N. *ibid.*
Funera combuſtione pretioſarum rerum celebrare, mos Veterum. N. IV. 48.

Funerum variæ ſpecies apud Gentes varias. M. IX. 84.
Furari, an naturâ malum. M. X. 151.
Furorem in Stoïcum ſapientem cadere. M. VII. 118.

G.

Glaxia, quid juxta Anaxagoram. M. II. 8. N. ibid.
Galenus quo pacto à Sceptica revocatus. M. IX. 106. ejus tractatus περὶ χυμῶν, quando ſcriptus. M. I. 27. liber de Theriaca falſo ei tributus. M. III. 47.
Galeſius (Petrus) quis. M. VII. 144.
Gallo albo quare veſci prohiberet Pythagoras. M. VIII. 34.
Gallos Gallinaceos *Athenienſes* in Theatro committebant. M. II. 20.
Gargettus, Atticæ demus. M. X. 1.
Gaſſendi (Petri) comment. in Epicurum notatus. L. X, 75, 142, 145.
Glauci Rhegini opus de Poëtis & Muſicis. M. VIII. 52.
Gebeleizis Getarum Deus. M. VIII. 2.
Gelous pro *Gelæo*, uſus obtinuit contra Analogiam. M. II. 106.
Gemelli interdum difficulter diſtinguuntur. M. VII. 162.
Generatio quot ſit annorum. M. VIII. 45.
Generatio quomodo fiat, juxta *Stoicos*. M. VII. 159.
Genii hominum cuſtodes. M. VII. 151.
Genitivus apud Græcos loco nominativi, ad aliquot res ſignificandas. M. II. 133.
Genus quid apud Logicos. M. VII, 60. N. ibid.
Geometriam quis invenerit & perfecerit. M. VIII. 11. N. ibid. ab Ægyptiis inventa. M. I. 11. juxta Socratem, quatenus diſcenda. M. II. 33.
Georgius Corinthius *Platonis* diſcipulus, N. III. 46.
Glacies unde, juxta *Epicurum*. L. X. 109.
Glaucon Athenienſis Socratis diſcipulus. L. II. 24. Platonis frater. N. II. 29.
Glaucus Arabicorum ſcriptor. M. VIII. 52.
Gloria annorum mater, quo ſenſu. N. IV. 48.
Gnomonice à quo inventa. M. II. 1. N. *ibid.*
Gnurus Anacharſis pater. M. I. 101.
Gobryes Magus. L. I. 2.
Gorgias Leontinus. M. IX. 5. ejus annominationes. M. VIII. 65. à Platone oppugnatus. N. III. 52. quot annos vixerit. M. VIII. 58.
Gorgylus curator teſtamenti Stratonis. L. V. 62.
Græcia ſubciſiva, quæ dicta. M. I. 13.
Græci quomodo biberent. N. I. 103.
Græcorum ſapientiſſimus quis, tempore Thaletis. L. I. 29.
Grammaticorum notæ variæ margini veterum Librorum adſcriptæ. M. III. 66. N. *ibid.*
Grammaticorum ſectæ. M. II. 15. eorum ſtultitia. L. VI. 27.
Grando unde oriatur, juxta *Stoicos*. N. VII. 153. juxta *Epicurum*. L. X. 106.
Gratia eſt, aut *gratiam facio* recuſandæ invitationis formulæ. N. II. 76.
Gratiæ quomodo pingi ſolitæ. M. II. 19.
Gratiæ Socratis manu ſculptæ. M. II. 19.
Grillyo ſculptor *Ariſtoteli* coævus. L. V. 15.
Griphi quales. N. I. 89.
Gryllus Xenophontis filius, ubi occiſus. M. II. 55. à multis laudatus. L. II. 55.
Gudii (Marquardi) de Epicharmi Theologia Epiſtola. M. III. 10. confutatus. N. *ibid.*
Gymnoſophiſtæ Indorum Philoſophi. N. I. 1. quomodo docerent. M. I. 5.

H.

Habere mulierem quid. N. & M. II. 74.
Haberi à divitiis qui dicantur. M. IV. 50.
Halo circa Lunam unde, juxta *Epicurum*. L. X. 110.
Halys conſilio *Thaletis* ſine ponte trajectus. L. I. 38.
Harmonia ad quàm multa, juxta *Pythagoram*, pertineat. L. VIII. 33.
Harpalus Alexandri præfectus. L. V. 75.
Harpalus improbus ſelix. M. VI. 74.
Haſtæ tractandæ periti potiſſimùm *Spartani*. M. I. 73.
Hecatonis Chreiæ. M. VI. 4.
Hecaton Rhodius. M. VII. 87.
Hecataus Abderites & Mileſius. M. I. 9. primus proſâ ſcripſit. M. I. 119.
Hedia, ſcortum cui *Epicurus* congrediebatur. L. X. 7.
Hedylus nomen proprium. M. VII. 196.
Hegeſianactis liber de dictione *Democriti*. M. IX. 40.
Hegeſianax ad quem ſcripſit Epicurus. M. X. 27.
Hegeſiæ Cyrenaici de vitæ miſeriis orationes. M. II. 86.
Hegeſiſtratus Democriti pater. L. IX. 34.
Helenæ crater. M. I. 32.
Heliæa tribunal Atticum. M. I. 66.
Heliotropion *Pherecydæ*. M. I. 119.
Helleniſmi definitio. L. VII. 59.
Helluo à *Zenone* Cittieo caſtigatus. M. VII. 19.
Hepheſtia, Minerva. M. III. 41.
Hephæſtias tribus Athenienſis. M. III. 41.
Heracion, juxta quoſdam, Heracliti pater. L. IX. 1.
Heraclides Ponticus. M. V. 86. quos audiverit. L. V. 6. deluſus à Dionyſio. L. V. 92. draconem aluit. L. V. 89. Eutyphronis pater & filius. M. I. 107. ejus libri. M. V. 87. ejus volumen περὶ ὕπνου. M. I. 12. N. *ibid.* liber περὶ νόσων aut νήσων. M. VIII. 51. N. *ibid.* παραδοξολόγος. M. VIII. 72. pater & patria. L. V. 86. *Heraclitι* Interpres. L. IX. 15. ſuperbia ejus ab Apolline punita. L. V. 91. vitarum ſcriptor. M. V. 87. ejus ſtylus. L. V. 89.
Heraclidæ præter Ponticum. M. V. 93. *& ſeqq.*

Heraclidæ Epitome *Satyri*. M. IX. 26.
Heraclitus, quem audiverit. L. IX. 5. αὐτοδίδακτος. M. IX. 5. Darium deſpexit. M. IX. 12. ab Epheſiis contemptus, & exilio damnatus. M. IX. 15. quomodo interierit. M. IX. 4. ejus pater & patria. M. IX. 1. quid de eo judicarit Socrates. L. II. 22. de tempeſtatibus. L. IX. 10. juxta quoſdam ſcriptor Allegoriarum Homeri. M. V. 87.
Heracliti varii præter Epheſium Philoſophum. M. IX. 17.
Heraclidi à Laërtio omiſſi. M. IX. 17.
Heracliti opinio de contrarietatibus rerum. M. IX. 7. N. IX. 8. de Criterio. M. IX. 95. de diebus & noctibus. L. IX. 10. 11. dicta ejus. M. IX. 1, 2. de fato. L. IX. 7. homines exoſus. L. IX. 3. honorum contemptor. L. IX. 6. opinio ejus de igne. M. & N. IX. 7. L. VII. 8. κυκητὴς dictus. M. IX. 6. libri. M. IX. 5. in templo Dianæ depoſiti. *Ib.* IX. 6. liber ejus à quo editus. L. IX. 12. opinio de Luna. N. IX. 10. de duratione mundi. M. VIII. 84. de ejus origine. *Ibid.* de mundo. M. & N. IX. 8. de mutatione perpetua omnium rerum. M. & N. IX. 8, 9. quantopere Remp. patriam reprehenderit. L. IX. 2, 3. opinio ejus de ſenſibus. M. IX. 7. σκοτεινὸς dictus. M. & N. IX. 6. de ſole. M. IX. 7. N. *Ib.* & 10. de ſpiritibus, quibus omnia plena. M. IX. 7. obſcuritas ejus ſtyli. M. & N. IX. 6. interpretes. L. IX. 15. turbator Epicuro dictus. L. X. 8.
Heraclitei Philoſophi. M. IX. 6.
Heraclius familiaris Lyconis. L. V. 70.
Hercules, Cynicorum primus dictus. M. VI. 2. N. *Ibid.*
Herculis in gratiam demiſſus imber lapideus. M. II. 10.
Herillus Carthaginienſis *Zenonis* diſcipulus. L. VII. 37. ejus ſententia de ſummo bono. M. VII. 165. N. *Ib.*
Hermachus Epicuri ſucceſſor. L. X. 15.
Hermias Eunuchus, Atarnæ tyrannus. M. V. 3. N. *Ibid.* & 4.
Hermiæ concubina aut ſoror ab Ariſtotele adamata. L. V. 3, 4.
Hermippi quot. N. VIII. 51.
Hermippus Berytius & Smyrnæus. M. V. 41. Smyrnæus. M. I. 8, 42.
Hermippi Hiſtorici laus. M. VIII. 1.
Hermippi Peripatetici libri. M. II. 51.
Hermodamas Pythagoræ præceptor. M. VIII. 2.
Hermodorus Epheſius à civibus quod excellerēt præ aliis ejectus. M. IX. 2. N. *ibid.* ejus ſtatua Romæ conſecrata. M. IX. 2.
Hermogenes Parmenidis diſcipulus, magiſter *Platonis*. L. III. 6.
Hermotimus, in cujus corpore anima *Pythagoræ* fuit. N. VII. 4. L. VIII. 5.
Herodotus mendacii, in iis quæ de *Xerxe* ſcripſerat, arguebatur. N. I. 9. parachroniſmus ejus in ætate Periandri. M. I. 94. contra Diogenem defenſus. K. I. 9. à Laërtio perperam citatus. N. I. 22.
Herodotus Medicus Scepticus. M. IX. 116.
Heroes qui. M. VII. 151. N. *ib.* juxta *Pythagoram*. L. VIII. 32. cultus eorum. *ibid.* 33. eorum eſſe quæ infrà menſam decidunt. N. VIII. 34.
Heroës in *Sardinia* dormientes. K. I. 109.
Herpyllis Ariſtotelis pellex. M. V. 1. L. V. 12, 13.
Heſiodi æmuli. L. II. 46. anima, quo in ſtatu à Pythagora viſa. L. VIII. 21. verſus ei ſublatus. M. I. 48.
Heſtiæus Archytæ, juxta quoſdam, pater. N. VIII. 79.
Heſychius quare Illuſtrius dictus. N. II. 74.
Hicetas Syracuſius. M. VIII. 89. N. *ibid.*
Hierocles à Merico Caſaubono *emendatus*. N. VI. 42.
Hierocles Pyræei & Munychiæ præfectus. L. II. 127. IV. 39.
Hieromnemones fures. L. VI. 45.
Hieronymus Rhodius. M. I. 29. V. 68. L. IV. 41, 42.
Hipparchia Maronitis Cratetis uxor. M. VI. 96. ejus vita. L. *ibid.* & ſeqq.
Hipparchi Mathematici elogium. M. IX. 42.
Hipparchus Pythagoreus ob proditam magiſtri doctrinam expulſus. M. VIII. 15.
Hipparchus Theophraſti familiaris. L. V. 51. & 55.
Hippaſus Lacon Meurſio & Voſſio omiſſus. M. VIII. 84.
Hippaſus avus *Pythagoræ*. L. VIII. 1.
Hippaſus Pythagoricus iguem pro Deo coluit. M. VIII. 84. IX. 7.
Hippaſi liber *Pythagoræ* tributus. L. VIII. 7.
Hippias à Platone oppugnatus. N. III. 52.
Hippobotus, an plures hoc nomine. M. I. 19.
Hippocentaurus canis Xenophontis. M. II. 56.
Hippoclides & *Polyſtratus* Epicurei quam amici. M. X. 11.
Hippocratis Aphoriſmorum laus. M. IX. 73. cum Democrito congreſſus. M. IX. 42.
Hippocrati patri Piſiſtrati quodnam portentum evenerit. L. I. 68.
Hippocrates curator teſtamenti Stratonis. L. V. 62.
Hippocrates, quot in antiqua Hiſtoria ſint. M. V. 62.
Hipponis decretum in honorem Zenonis Citiei. L. VI. 10.
Hipponicus Geometra. L. IV. 32.
Hipponicus Macedo fautor Menedemi. L. II. 138.
Hirundo pro loquace & inepto. M. VI. 78.
Hirundinum à quibuſdam cantus quaſi ſuavis deſcribitur. M. VI. 78.
Hirundines ſub tecto ſuo non habere quid apud *Pythagoreos*. N. VIII. 17.
Hiſtoriæ cauſa quid apud *Apuleium*. N. III. 18.
Homeri æmuli. L. II. 46. anima, quo in ſtatu in inferis à Pythagora viſa. L. VIII. 21. interpres ejus Ariſtoteles. M. III. 26. & 36. ab Athenienſibus contemptus & cultus. M. II. 43. N. *ibid.*

ab Heraclito damnatus. L. IX. 1. Mida antiquior. N. 1. 90. poëmata ejus Athenis legi quis inſtituerit. M. I. 57. illuſtratus à Solone. *Ibid.* N. *Ibid.* ab omnibus Philoſophis in partes ſu as tractus. M. IX. 73. quo in ſtatu Poëmata reliquerit. M. IX. 113. verſus ei inſerti. M. I. 48. eum virtutis eſſe magiſtrum. M. II. 11.
Homerus Tragicus. M. IX. 113.
Homo ejus definitio abſurda. L. VI. 40.
Homo ſapientiſſimum & ſtultiſſimum animal. L. VI. 24.
Homo natura κοινωνικός. M. VII. 123.
Homines qui. L. VI. 32, 40, 60.
Hominum mens varia pro temporibus. M. IX. 71.
Homines à vitiis diſtinguendi. M. V. 17.
Homœomeriæ Anaxagoræ. M. II. 8.
Honeſtum, juxta Stoïcos, quid. N. VII. 100.
Hora, pro parte diei aut noctis quando à Græcis ſumi cœptum. M. II. 1.
Horologia ſciotherica quando inventa. M. II. 1.
Horoſcopium pro Horologio. M. II. 1.
Horus Rex & Philoſophus Phœnix. K. I. 1.
Humanas carnes poſſe edi, juxtà Stoïcos. M. VII. 121. N. *Ibid.*
Humanas carnes comedere an naturâ turpe. M. VI. 73.
Humanitas ab homine diſtinguenda. N. V. 17. L. V. 21.
Humanitatis ſpecies, juxta *Platonem*. L. III. 98.
Hyems unde, juxta quoſdam Philoſophos, oriatur. M. VII. 151.
Hyperides Rhetor Platonis ſtudioſus. N. III. 46.
Hyrcani ſepulturæ negligentes. M. VI. 79.

I.

Iactatio pro adverſa fortuna. M. VIII. 69.
Iceſius Diogenis pater. L. VI. 20.
Ichonuphys vide *Chonuphis*.
Ichthyas Metalli filius. L. II. 112, 113.
Idæum antrum. M. VIII. 3.
Idea quam multipliciter apud *Platonem* ea vox ſumatur. L. III. 64.
Ideæ quæ, juxta *Platonem* & *Epicharmum*. L. & N. III. 12. & ſeqq.
Ideæ, circa eas idem non ſenſiſſe *Platonem* & *Ariſtotelem*. M. III. 77.
Ideæ Platonicæ à *Diogene* irriſæ. L. VI. 53.
Idomeneus Epicureus. M. II. 19. X. 25. ejus liber de Socraticis. M. II. 47.
Jeremias Propheta an Platonis magiſter. M. III. 6.
Ignem gladio ne fodias, quid ſignificaret Pythagoreis. N. VIII. 17.
Illuſtrius an cognomen viri. N. II. 74.
Imagines Deorum boni. L. VI. 51.
Imagines veſtibus intextæ. M. VI. 102.
Imbrium lapideorum unde natæ fabulæ. M. II. 10.
Immortales qui homines fiant. L. VI. 5.
Immortalitatem animi qui primùm docuerint. M. I. 24.
Imperiorum genera quot, juxta Platonem. N. III. 92.
Imperium quodnam maximum. L. I. 77.
Impietas fiduciæ inimica. N. IV. 51.
Impii fruſtra pietatis naturam quæruntur. L. I. 86.
Impudentiæ altare. M. I. 112.
Impudentiæ fanum, ab Athenienſibus, auctore *Epimenide*, conditum. N. I. 110.
Incerta omnia eſſe an certum Scepticis habitum. M. IX. 76.
Incipere benè quanti ſit. N. II. 31.
Indifferentia quæ, juxta Stoïcos. M. VII. 104. & ſeqq. L. VII. 102. N. *Ibid.* & 104.
Indigere minimis Diis ſimile. L. VI. 105.
Individuorum ſpecies, juxta *Platonem*. L. III. 107. & ſeqq.
Inductio quid. N. III. 53.
Infantes quot menſibus naſcantur. N. VIII. 29.
Infinitum principium omnium, juxta Anaximandrum. M. II. 1. N. *Ibid.*
Inimici qui, juxta Zenonem. N. VII. 32.
Inimici & amici quomodo habendi. L. I. 91.
Initiati apud inferos feliciores. L. VI. 4.
Inſolentia ex divitiis orta. M. I. 59.
Interiora libri quæ. M. V. 4.
Intellectus, quomodo res, juxta Stoïcos, percipiat. M. VII. 52.
Intelligibilium, juxta Platonem & Epicharmum, immutabilitas. L. III. 10.
Inventa tollere Athenis furtum. M. I. 57. N. *Ibid.*
Invidiâ quid, juxta *Stoicos*. N. VII. 111.
Invidum invidiâ perire. M. VI. 5.
Invidorum natura. M. IV. 51.
Invitationis recuſandæ formulæ apud Græcos & Latinos. N. II. 76.
Injuſtitiæ fructus perturbatio animi. M. X. 144.
Ion Chius, Poëta Tragicus. M. I. 120. ejus Triagmi. M. VIII. 8. N. *Ibid.*
Ionica ſecta, quando inceperit & deſierit. L. I. 13, 14.
Ionicæ ſectæ Philoſophus quis Athenas primus migraverit. M. II. 16.
Ioniſmus, quando in uſu eſſe deſierit. M. IV. 58.
Iphicrates à Socrate incitatus. L. II. 30.
Ira quid, & quotuplex, juxta *Stoicos*. M. VII. 113, 114.
Iræ cohibendæ conſilia. M. II. 13.
Iratum pœnæ arbitrum eſſe non oportere. M. III. 39.
Iratum nihil facere aut dicere oportere. L. VIII. 23.
Iris unde, juxta *Epicurum*. L. X. 109. juxta Stoicos. M. VII. 152. N. *Ibid.*
Iſmenias tibicen. M. IV. 22. VII. 125.
Iſocrates, quando natus. M. III. 3.
Iſocratis arcana quæ. N. IV. 2. M. *Ibid.*
Iſocrates à Platone laudatus. M. III. 8. an docendi Ariſtoteli occaſionem dederit. N. V. 3.
Iſter vel *Iſtrus*, nomen variorum ſcriptorum. M. II. 58.
Iſthmionicæ honor Athenis. M. I. 55.
Iſthmum Corinthiacum perfodere qui voluerint. M. I. 99.

Itali quomodo ab Italiotis differant. M. II. 5.
Italica ſecta, quando cœperit & deſierit. L. I. 13, 14.
Ithagenes Meliſſi Philoſ. pater. L. IX. 24.
Judæi genere Ægyptii crediti. M. I. 9. juxta *Clearchum*. N. I. 9.
Judæos an adierit *Plato*. M. III. 6.
Judicis & Amici officium quomodo à Chilone conciliatum. M. I. 71.
Judicium à quibus ferri debeat. M. VII. 103.
Judicia falſa ferentes quibus ſimiles. L. V. 66.
Julietes, civis urbis in *Ceo* inſula ſitæ. N. VII. 164.
Julis urbs Cei inſulæ. N. VII. 164.
Juno unde dicta. M. VII. 147.
Juno, per ejus numen Philoſophos quoſdam juraſſe. M. II. 40.
Jupiter quid faciat, juxta Chilonem. N. I. 68.
Jupiter quare *jurator* dicatur. L. VIII. 32.
Juramentum qui ſit, juxta *Pythagoram*. L. VIII. 32.
Juramento quid certius, juxta *Solonem*. L. I. 60.
Jurare qui neceſſe non habeant. M. IV. 7.
Juſta & injuſta, juxta Epicurum. L. X. 150. & ſeqq.
Juſtitia quid, juxta *Stoïcos*. N. VII. 92.
Juſtitiæ unde orta notio, juxta *Epicurum*. M. X. 150.
Juſtitia Dei Lex, juxta *Platonem*. L. III. 79.
Juſtitiæ fructus animi tranquillitas. M. X. 144.
Juſtitiæ genera, juxta *Platonem*. N. III. 83.
Juſtitiæ norma, juxta *Thaletem*. L. I. 36.
Juſtum naturâne ſit an ex inſtituto. M. II. 16. VII. 128.
Juſtus Tiberienſis Hiſtoricus. M. II. 41.
Juvenes quos revereri debeant. L. V. 82.
Juvenis virtus quæ. L. II. 32.

L.

L. quid in notis Grammaticis. M. III. 66.
Lacedæmon avaritia periit. M. I. 117.
Laconica educatio quæ. M. II. 54.
Lacrimas nere Parcæ dictæ. M. III. 30.
Lacydæ avaritia quomodo à ſervis deluſa. M. IV. 59. mors. L. IV. 61. pater & patria. N. IV. 59. vinolentia. M. IV. 61. ubi Scholam habuerit. L. IV. 60. dicta. L. IV. 60. à ſervis deluſus, & contra dogma ſuum loquutus. K. IV. 59.
Lærta Ciliciæ oppidum, quodnam ſit ejus ἐθνικόν. M. *ad tit. p.* 1.
Lætitiæ ſpecies, juxta Stoïcos. M. VII. 116.
Lais, ejus patria. N. IV. 7. à Xenocrate ſpreta. *ibid.* ſpeculum Veneri dicatum. M. II. 84.
Laïdas duas fuiſſe. M. II. 75.
Lamia meretrix Attica. M. V. 75. N. *ibid.*
Lamiacum bellum quando exarſerit. N. IV. 9.
Lamprocles Socratis filius. M. II. 26. à patre caſtigatus. N. II. 29.
Lamprus Muſicus Socratis Magiſter. M. II. 32.
Lampyrion Stratonis hæres. L. V. 61, 65.
Lapidum è cœlo delapſorum fabulæ. M. II. 10, 11. N. *ibid.*
Lapſus expertem nominem invehiri. M. VI. 89.
Lar & *Dæmon* quomodo differant. N. I. 8.
Laſthenia Speuſippi diſcipula, Mantinea. N. IV. 2. Platonis. M. III. 46. N. *ibid.*
Laſus ſeptem ſapientum numero adſcriptus. M. I. 42.
Latere an ſcelerati ſperare queant. M. X. 151.
Latrocinia à multis honeſta habita. M. IX. 84.
Laudes parum decoræ. L. VI. 5, 8.
Launoius (Joannes) ejus laus per Homericam parodiam. M. VI. 90.
Laurum è foribus ſuſpendere, in gravi morbo, Græcos ſolitos. M. IV. 57.
Leander Mileſius. M. I. 28.
Lectica muliebris. L. VI. 51.
Lectio librorum ſine exercitio ſapientiæ qualis. L. VI. 48.
Legere utilia, non multa, eruditi eſſe. L. II. 71.
Legiſlatores qui à Numine ſe leges accepiſſe finxerunt. M. VIII. 8.
Lenæa certamina. N. III. 56.
Leochares Myrleanus. L. IV. 41.
Leodamas Pythagoræ præceptor. M. VIII. 2.
Leodamas Thaſius Mathematicus. L. III. 24.
Leon familiaris Alcmæonis. L. VIII. 83.
Leonides Platonis diſcipulus. N. III. 46.
Leontis Phliaſii quæſtio Pythagoræ propoſita. M. & N. VIII. 8.
Leonteus vir Themiſtæ Epicureæ. M. X. 4, 25.
Leontium Epicuri amica. M. X. 4. N. *ibid.* adverſus Theophraſtum ſcripſit. M. X. 4.
Lepreon aut Leprion Peloponneſi oppidum. M. II. 53.
Lex ſcripta & non ſcripta. M. III. 86. N. *ibid.*
Legibus bene ac malè adminiſtrari Reſpub. quotupliciter dicatur. L. III. 103. Leges Araneis ſimiles. M. I. 58. N. *ibid.* *Leges defendendas* præceptum Pythagoreum. L. VIII. 23. Leges quam acriter defendendæ. L. IX. 2. Leges quam neceſſariæ. L. VI. 72. Legum quomodo obſervatio procurari queat certiſſimè. L. I. 59. Leges quando & quæ à Sapiente ferri patriæ queant, juxta *Platonem*. N. III. 78.
Leucippus Philoſophus Eleenſis. M. IX. 28. ejus opinio de atomis. IX. 30. N. *ibid.* liber de Mente. M. IX. 33. patria. M. IX. 20. præceptores. M. IX. 30. expoſitio naturæ ſolis & Lunæ. L. IX. 30, 33. de terræ figura. M. IX. 30. N. *ibid.* ſitu. M. IX. 33. an Theophraſti popularis. N. V. 36. dogma de rerum univerſitate. M. IX. 30, 31, 32. N. *ibid.*
Liber, quis apud Græcos primus librum emiſerit. M. II. 2. N. II. 11.
Libri quos poſtremùm legerunt viri aliquot magni. M. III. 18.
Libri olim ut legerentur à Librariis mutuò ſumpti. N. III. 66.
Liberi degeneres pituitæ & pediculis collati. L. II. 81.
Liberorum educatio quanti facienda. M. II. 72.

Liberorum mortis conſtanter ferendæ exempla. M. II. 55.
Liberi parentibus ex jure Attico & Romano quid deberent. N. & M. I. 55.
Libertas quid. M. VII. 121.
Libertas loquendi quanti à Diogene fieret. M. VI. 69.
Linea quid. M. VII. 135.
Lineæ in libris olim numeratæ. M. VII. 33.
Lingua bona & mala. M. I. 105.
Linus cujus filius. M. I. 4. à quo occiſus. *ibid.*
Lini ſcripta. L. I. 3. opinio de initio rerum. *ibid.* mors. ibid. 4.
Literæ Alphabeti quot fuerint apud Græcos. M. VII. 56.
Literæ humaniores inutiles, juxta Zenonem. N. VII. 32.
Lobon Argivus. M. I. 34.
Logica ſepimentum Philoſophiæ. N. III. 40. prima ejus pars. *ibid.*
Loquax à Zenone Cittieo caſtigatus. M. VII. 23. L. VII. 18, 20, 21.
Lucano verſus inſerti. M. I. 48.
Luciferum & *Veſperum* quis eundem eſſe primus dixerit. M. VIII. 14.
Lycimnia Euripidea fabula. M. III. 63.
Luctus mortuorum à *Solone* probatus. M. I. 61. ab *Ennio* improbatus. *Ibid.* an rationi conſentaneus. N. IV. 48.
Lucrum turpe damnatum. L. I. 97.
Lucrum turpe jacturâ fœdius. M. I. 70.
Luna unde dicta. M. VII. 145.
Luna apud Ægyptios ἀβρεσιθηλυς. M. VIII. 34.
Lunæ defectiones ab Ægyptiis numeratæ. L. I. 2.
Lunam eſſe habitatam, juxta Anaxagoram. M. II. 8. N. *ibid.*
Luna qualis, juxta Stoïcos & alios. M. I. 144, 145, 146. unde alatur. M. VII. 145.
Lunus Deus in nummis. M. VIII. 34.
Lupos occidentium præmium Athenis. M. I. 55.
Lycomedes familiaris *Lyconis*. L. V. 70.
Lycon Peripateticus dicta ejus. L. V. 66. *Glycon* dictus. N. V. 66. gymnaſtices ſtudioſus. M. V. 67. ejus pater & patria. L. V. 65. Regibus gratus. L. V. 65, 67. quandiu ſcholam rexerit. L. V. 68. ſervi quos manumiſit. L. V. 72. & ſeqq. ejus in dicendo ſuavitas. L. V. 65. & 66. curator teſtamenti & ſucceſſor *Stratonis*. L. V. 62. ejus Teſtamentum. L. V. 69. teſtes. L. V. 74.
Lycones varii. M. V. 69.
Lycon Epicuri ſervus. L. X. 21.
Lycon frater & hæres Lyconis Peripatetici. L. V. 69.
Lycon fratruelis Lyconis Peripatetici. L. V. 70.
Lycon Pythagoricus *Ariſtotelis* calumniator. N. V. 16.
Lycon accuſator *Socratis*. N. II. 39.
Lycophronis Encomium ironicum in Menedemum. M. II. 140.
Lycophron Periandri filius. L. I. 94. ejus mors. *ibid.* 95.
Lycurgus Rhetor Platonis ſtudioſus. N. III. 46.
Lydi caſtrandi periti. M. I. 95.
Lynceus Samius Theophraſti diſcipulus. M. V. 57.
Lyſanias Archon, ſub quo lapis è cœlo cecidit. M. II. 11.
Lyſias, ejus in Æſchinem oratio. II. 63. pro Socrate alia. M. II. 40.
Lyſias à Platone confutatus. N. III. 25.
Lyſiæ oratio pro Socrate, quare hic ea uſus non fuerit. M. II. 40.
Lyſias Pharmacopola à Diogene caſtigatus. L. VI. 43.
Lyſide Periandri uxor. M. I. 94.
Lyſimachi minæ à Theodoro irriſæ. N. II. 101.
Lyſiphanes Epicuri magiſter. L. X. 13.
Lyſis Pythagoricus flammis ereptus. M. VIII. 39.
Lyſidis Tarentini liber Pythagoræ tributus. M. & N. VIII. 7.
Lyſis Socratis auditor. L. II. 29.

M.

Mæandrius Protagoræ, juxta quoſdam, pater. L. IX. 50.
Magas Cyrenarum Rex. M. II. 103.
Magia Deorum cultus. N. I. 6.
Magicon liber cujus creditus. N. I. 1.
Magus, aliquot Gentium ſapientes ita vocatos. N. I. 1.
Magi quinam eſſent apud Chaldæos. M. I. 1. matribus miſcebantur. M. I. 7. veſte alba induti. M. I. 7.
Magi Perſarum de Deo, juxta *Philoſtratum*, quo pacto publicè loquerentur. M. IX. 49.
Magi ſtatuas Deorum damnabant. M. I. 6. eorum aliæ opiniones. L. I. 6. *& ſeqq.*
Magiſtratum qui gerit ingenium facilè oſtendit. M. I. 77.
Magnanimitas quid, juxta *Stoicos*. N. VII. 93.
Maledicentia quomodo ſpernenda. L. VI. 3, 7.
Maledici quare ſpernendi. L. II. 35, 36.
Malos eſſe pleroſque. M. I. 87.
Malorum conſortium quibus licitum. L. VI. 6.
Malum quid & quotuplex, juxta *Stoicos*. L. VII. 94, 95, 102.
Mali diviſio Platonica. L. III. 102.
Mancipia mentium ſtultitia. L. VI. 30.
Manes ſervi nomen. M. V. 55.
Manes à *Theophraſto* manumiſſus. L. V. 55.
Manethos Mendeſius & Sebennita. M. I. 10.
Manetis præceptor Empedoclis placita edoctus. M. VIII. 76.
Manſuetudo quos potiſſimùm deceat. L. I. 70.
Mantineenſis pugna. N. II. 54.
Manum movere loquendo nolebant Veteres. M. I. 70.
Mappam à convivis allatam interdum apud Romanos. M. II. 139.
Marbodus Andinus duos verſus Lucano ſuppoſuit. M. I. 48.

Mares intra quot dies formentur. M. VIII. 29.
Mares, qua in parte uteri concipiantur. M. II. 9.
Marinâ aquâ omnia purgari. M. III. 6.
Marini ſententia de Parmenide Platonis. M. III. 58.
Marmachus, juxta quoſdam, *Pythagoræ* pater. N. VIII. 1.
Marmarium, ſcortum cui *Epicurus* congrediebatur. L. X. 7.
Maroneæ Thraciæ urbs *Hipparchia* etiam dicta. M. VI. 96.
Maſſagetarum communia Matrimonia. M. IX. 83.
Materia quid juxta Platonem. N. III. 69.
Materiæ natura, juxta *Stoicos*. M. VII. 150. an finita. *Ibid.*
Materiarii Hæretici qui dicti. M. VII. 150.
Mathematicorum ſtultitia. L. VI. 28.
Matrimonium eſſe ineundum. M. X. 119.
Mauſolæum quando conditum, anne ab *Anaxagora* conſpectum. M. II. 10.
Maximum quid, juxta Thaletem. L. I. 35.
Media inter bona & mala quæ. M. VII. 104. *& ſeqq.*
Medium inter virtutem & vitium eſſe neminem, juxta Stoicos. M. VII. 127. N. *ibid.*
Medicinæ partes quot. M. III. 85.
Medicus qui Palæſta fuerat. M. VI. 62. item veſpillo. *ibid.*
Medici Pyrrhonii. M. IX. 106.
Megabyſi Sacerdotes Dianæ Epheſiæ. M. II. 51. N. *ibid.*
Megalopolis ab Arcadibus & Thebanis condita. N. III. 23.
Megarenſium ædificia & convivia notata. M. VIII. 63. eorum vitia. M. VI. 41.
Megarici Philoſophi. M. II. 105, 106. N. *ibid.*
Melantas Theophraſti pater & hæres. L. V. 36, 51.
Meleager Cynicus. M. VI. 99. N. *ibid.*
Meliſſa Periandri uxor. M. I. 94.
Meliſſi Philoſophi opinio de Univerſo. M. IX. 24. N. *ibid.* de motu. M. IX. 24. N. *ibid.* Nauarchus electus à populariibus. M. IX. 24. pater & patria. M. IX. 24.
Melitæ inſulæ duæ. M. VI. 55.
Melitæi canes. M. VI. 55.
Melitus, quare accuſarit Socratem. L. II. 38. morte damnatus. L. II. 43.
Melius & *Mileſius* vocabula perperam confuſa. M. IX. 30.
Memoria circa quæ potiſſimùm exercenda. L. VII. 22.
Menander, propter Demetrii Phalerei amicitiam periclitatus. L. V. 79.
Menandri Didymi. M. VI. 93.
Menander Theophraſti diſcipulus. N. V. 36.
Menander Diogenis diſcipulus. M. VI. 84.
Mendaces quid lucrentur. M. V. 17.
Mendæ urbs Siciliæ. M. II. 63.
Mende urbs Ægypti & Thraciæ. M. II. 63.
Mendicanti quare dandum. L. VI. 49.
Mendicis quare homines largiantur. L. VI. 56.
Mendici validi pœnas dabant. M. I. 55.
Menecratis Medici liber. M. I. 2.
Menedemus Eretrias Eliacus L. II. 105. amicitiæ cultor. L. II. 137. Antigono quàm carus. L. II. 141, 142. quomodo Aſclepiadæ filium exceperit. M. II. 127. Convivas quomodo exciperet. M. II. 139. Dicta ejus varia. L. II. 127. & ſeqq. diſputat. L. II. 134, 136. Eretriacæ ſectæ conditor. L. II. 126. fabrorum primùm adjutor. L. II. 131. quàm gravis fuerit. L. II. 127. libertas apud Nicocreontem. L. II. 129. à Lycophrone ironicè laudatus. M. II. 140. Magiſtratum Eretriæ geſſit. M. II. 131, 140. quando mortuus. M. II. 144. pater ejus & patria. L. II. 125. quomodo ſe ſuſtentaret dum Philoſophiæ operam daret. M. II. 131. an Platonis potuerit eſſe diſcipulus. M. II. 128. ejus judicium de Poëtis. L. II. 133. Stilponis auditor. II. 126. ſumptus nimios in cœna quomodo redarguerit. L. II. 129.
Menedemus à Cratete irriſus, quomodo ſe ultus ſit. L. VI. 91.
Menedemus Erinnyos veſte indutus. M. VI. 102.
Menippi plures, præter Cynicum. M. VI. 101. ejus libri. L. VI. 99. avaritia. L. VI. 99. ortus. M. VI. 99. Mors. L. VI. 100.
Menodotus Nicomedienſis Pyrrhonius. M. IX. 106, 116.
Menon Theſſalus. M. II. 50. N. *Ibid.*
Menſa aurea ad ſapientiſſimum mittenda. M. I. 28. de menſa lapſa non eſſe tollenda. N. VIII. 34.
Mens, eam materiæ quis primus præeſſe inter Græcos dixerit. M. II. 6.
Menſis ænigmate deſcriptus. M. I. 91.
Menſis Deus. M. VIII. 34.
Mentor Carneadis diſcipulus. M. IV. 63. N. *Ibid.*
Mercurii præ foribus ædium. M. IV. 8.
Mercurius ψυχαγωγός. M. VIII. 31.
Mercurii ſtatuæ quare quadratæ. M. V. 82. quare iis adderentur magna pudenda. M. V. 82.
Meretrices Regum reginæ. M. VI. 63.
Meretricibus uti quomodo turpe, juxta Ariſtippum. N. II. 69, 74.
Meropes qui. M. I. 33.
Metempſychoſin quis primus docuerit. N. VIII. 14.
Meteora non unâ ratione exponi poſſe, juxta *Epicurum*. L. X. 80, 86. & ſeq. 97. dogmata de iis Stoicorum. M. VII. 153.
Metens argumentatio. M. II. 108.
Meto Empedoclis Philoſ. pater. L. VIII. 52.
Metrocles Cynicus, quot Philoſophorum auditor fuerit. M. VI. 94. ejus felicitas. M. VI. 95. crepitu edito deſperatio. L. VI. 94. diſcipulus Cratetis quomodo factus. L. VI. 94. ejus diſcipuli. M. VI. 95. à Theodoro quomodo retuſus. L. II. 102.
Metrodorus Epicuri diſcipulus Lampſacenus an Athenienſis. M. X. 22. contra fratrem ſcripto certavit. M. X. 23. ejus libri. M. X. 23, 24.

ſitim intercute morbo laborans ferre non potuit. M. x. 23.
Metrodori Carthaginienſis caſus. M. v 84.
Metrodori Chii ſententia de hominis cognitione. M. IX. 58.
Metrodori Lampſaceni liber de Homero. M. II. 11.
Metrodorus Stratoniceus, quomodo ab Epicuro ad Carneadem defecerit. M. x. 9.
Metrodorus ὁ θεωρηματικὸς. L. II. 113.
Metrodori varii. M. x. 24.
Metroon Athenienſium ἀρχεῖον. M. x. 16.
Metropolis metaphoricè. M. VI. 50.
Metus quid, & quotuplex, juxta *Stoïcos*. M. VII. 112.
Midas quando vixerit. M. I. 90. ejus fabula *Homero* recentior. *ibid.*
Midæ Epitaphium. L. I. 89.
Midias Ariſtotelis gener. L. V. 53.
Midias Medicus. M. V. 72.
Midiæ trapezitæ cum Diogene certamen. L. VI. 42.
Milo Crotoniata *Pythagoræ* diſcipulus. M. VIII. 39.
Miltiades Ariſtonis Chii diſcipulus. N. VII. 161.
Mimnermi, de vitæ fine ſententia. L. I. 61.
Minis utendum non eſſe. M. I. 69.
Minos quàm conſtanter mortem filii tulerit. M. II. 55.
Mirari ſapiente eſſe indignum. M. VII. 123. N. *ibid.*
Miſcelliones qui dicerentur. M. 121.
Miſericordia quid, juxta Stoïcos. N. VII. 111.
Miſericordia, juxta Stoïcos, ſapiente indign. M. VII. 123.
Miſerum non irridendum. M. I. 70.
Mithres Syrius Epicureus. M. x. 4.
Mitylenenſium cum Athenienſibus de Sigeo certamen. M. I, 74.
Mnaſeus Zenonis pater. L. VII. 1.
Mneſagoras Archytæ Pythagorici pater. N. VIII. 79.
Mneſarchus annulorum ſculptor *Pythagoræ* pater. M. VIII. 1. N. *ibid.*
Mneſiclis ſervi Periclis mirus caſus. M. IX. 82.
Mneſigenes curator teſtamenti *Stratonis*. L. V. 62.
Mneſilochus, an poëta quiſpiam eo nomine fuerit. M. II. 18.
Mneſimachus Poëta mediæ Comœdiæ. M. II. 18. VIII. 37.
Mneſiſtratus Thaſius Platonis ſtudioſus. L. III. 47.
Mochus ſcriptor Phœnix. M. I. 1.
Modum adhibendum omnibus. M. I. 93.
Mœreas Arceſilai frater. L. IV. 28.
Molon Athenienſis. M. III. 34.
Molon à *Theophraſto* manumiſſus. L. V. 55.
Monenti benè obſequentes quanti. L. VII. 25, 26.
Monimi Cynici deſcriptio, & dictum celebre. M. VI. 83. ſcripta. *ibid.* diſcipulus *Diogenis*, *Cratetis* & aliorum. L. VI. 82. patria. *ibid.* ſervus Menſarii. L. VI. 82.
Moralis Philoſophiæ, juxta Stoïcos, diviſio. L. VII. 84.
Morbi animi, juxta Stoïcos. M. VII. 115. N. *ibid.* juxta Epicurum. M. x. 137.
Morbi hominum & pecudum unde, juxta *Pythagoram*. L. VIII. 32.
Morbi Medicinâ curati. M. V. 43.
Mori bonos dici non poſſe. M. VI. 5.
Mors ubique æqualis. M. II. 11. an mala. L. VI. 68. quæ optanda. M. IV. 64.
Mors & vita perinde, juxta Thaletem. L. I. 35.
Morti à natura damnati omnes homines. M. II. 35.
Mortis ſibi inferendæ juſtæ cauſæ ſecundum Stoïcos. M. VII. 130.
Morticinam carnem comedere apud Veteres nefas. N. II. 132.
Mortui efferrentur quomodo Athenis. M. V. 75.
Mortuis concolores qui ſint. N. VII. 2.
Mortuis non maledicendum. M. I. 70.
Moſes, quare ſapientum numero ab Ethnicis non inſertus. M. I. 5.
Moſchus Phædonis diſcipulus. L. II. 126.
Moſchus Phœnix Atomorum inventor. M. IX. 30.
Moſchus Sidonius. M. I. 1.
Moſchus, ſcriptum apud nonnullos Veterum, pro Mochus. M. I. 1.
Motus duplex à Pyrrhoniis relictus. M. IX. 90.
Motus, tres de illo ſententiæ. M. IX. 24.
Mundities ante ſacra quomodo acquiratur. N. VIII. 32.
Mundus quotupliciter ea vox ſumatur. N. VII. 137, 138.
Mundus pro *cælo*. M. VIII. 48.
Mundi definitio Epicurea. L. X. 88.
Mundus quid & qualis, juxta Platonem. M. III. 71, 72. N. *ibid.* N. III. 74.
Mundus æternus & mutabilis quo ſenſu. M. VII. 141. & *ſeq.* N. *ibid.*
Mundi anima, juxta Stoïcos. M. VII. 138. rotundæ figuræ. M. VII. 140. animal. M. VII. 143, 146. N. *ibid.* ab univerſo differt. M. VII. 143.
Mundus, juxta Stoïcos, Deus. M. VII. 137, 146. quæ mutationes in eo eveniant. M. VII. 141. N. *ibid.*
Mundos plures qui veterum crediderint. M. X. 45.
Mundus, qui ſint ſcriptores *libellorum de Mundo*. M. V. 25.
Mulieri puritas quæ requiratur, ut ſacris adſit. M. VIII. 43.
Mulieres ætate libidinoſiores. M. VIII. 9.
Mulieres quomodo tractandæ. L. I. 92.
Muli Athenis in pretio habiti. K. VII. 105.
Munichia, de ea *Epimenidis* vaticinium. M. I. 114. N. *ibid.*
Muneribus homines innoteſcere. L. I. 77.
Muneribus publicis excluſi Athenis flagitioſi. L. I. 55.
Muri qui tutiſſimi. L. VI. 13.
Mus nomen ſervi Epicuri, aliorumque. M. X. 3.
Muſæus, de eo judicium Joſ. Scaligeri. M. I. 3. ejus tumulus. L. I. 3.
Muſæo inſcriptum poëma de Leandro & Herone, an ſit priſci Muſæi. N. I. 3.

Muſæi ſcripta. M. I. 3. plures ejus nominis. *ibid.* cujus filius. *ibid.*
Muſæ *Nymphæ* dictæ. M. VIII. 11.
Muſarum nominibus libri inſcripti. M. IV. 58. IX. 12.
Muſicæ partes tres. N. III. 88.
Muſicorum ſtultitia. L. VI. 27.
Mutilati pro patria, publicè nutriti. M. I. 55.
Myia Pythagoræ filia. M. VIII. 42.
Myrmecides, nomen aliquot virorum. M. V. 14.
Myrmex, nomen aliquot virorum. M. V. 14. pueri cujus curam geſſit Ariſtoteles. L. *ibid.*
Myrmex Dialecticus. M. II. 13.
Myrmex Exæneti filius. L. II. 113.
Myroniani ſimilia. M. I. 115.
Myrrhinus Demus M. IV. 1.
Myrto Socratis uxor cujus Ariſtidis filia. M. II. 26. N. *ibid.*
Mys vide *Mus.*
Myſon, colloquium ejus cum Anacharſide. M. I. 106. miſanthropus. L. I. 107. patria. M. I. 106. 107. pro *Periandro* in numero ſeptem ſapientum. M. I. 41. nemine præſente ridebat. L. I. 108. ſapientiſſimus ab oraculo pronuntiatus. L. I. 106.
Myſteriis initiati in altera vita beatiores crediti. M. VI. 39. N. *ibid.*
Mythrus Lyſimachi diſpenſator. L. II. 102.

N.

NAturæ convenienter vivere, ſummum *Stoicorum* bonum. L. VII. 87, 88. N. *ibid.*
Naturæ convenienter vivere Stoïcum præceptum. M. VII. 89.
Naves quæ tutiſſimæ. N. I. 104.
Navigantium periculum. M. I. 103, 104. N. I. 105.
Nauſiphanes Epicuri præceptor. M. X. 8. ab eo convitiis proſciſſus. *ibid.*
Neanthis Cyziceni liber de Pythagoricis. M. VIII. 72. alia ejus ſcripta. *ibid.* M. I. 99. N. III. 25.
Nearchus Eleatarum Tyrannus. M. IX. 26. N. *ibid.*
Neceſſitatem ne Dii quidem ſuperant. M. I. 77.
Neleus Codri filius Mileti conditor. M. I. 22.
Nelei populus quis. M. I. 29.
Neleus Theophraſti librorum hæres. M. V. 52.
Nemeſis Dea vehemens. M. I. 78.
Neocles Epicuri pater, Sami ludimagiſter. M. X. 1. Athenis colonus in Samum iit. M. X. 1.
Neophron Sicyonius. M. II. 134.
Nepos pro *ſororis filio*. M. IX. 116.
Nicanor Ariſtotelis gener. M. V. 12.
Nicanor Epicureus. L. X. 20.
Nicarete nobile ſcortum. M. II. 114.
Nicarete Stilponis pellex. L. II. 114.
Nicias Epicuri ſervus. L. X. 21.
Nicidium ſcortum cui Epicurus congrediebatur. L. X. 7.
Nicippus Theophraſti familiaris. L. V. 53.
Nicocreon Cypri tyrannus. M. II. 129.
Nicocreontis in Anaxarchum crudelitas. M. IX. 59.
Nicodromus Cytharœdus. L. VI. 89.
Nicolochus Rhodius Pyrrhonius. M. IX. 115.
Nicomachus Ariſtotelis filius. N. V. 1. M. V. 12. an Ethicam ſcripſerit. M. V. 35.
Nicomachea Ethica cujus ſint. M. VIII. 87. N. *Ibid.*
Nicomachus Ariſtotelis pater. L. V. 1.
Nicomachus pictor. M. VII. 51.
Nicomedes Heracliteus. M. IX. 15.
Nicoſtratus Comicus. M. II. 59. N. IV. 18.
Nicoſtrati pictoris de Helena Zeuxidis judicium. M. VII. 51.
Niger pro *malo*. M. I. 61.
Nigrum ſymbolum mali. M. VIII. 35. N. *Ibid.*
Nihil ex nihilo, juxta *Epicurum*. L. X. 38. in nihilum nihil. *Ib.* 39.
Nilus Vulcani pater. M. I. 1.
Nili incrementa unde. M. I. 37. N. *Ibid.*
Nimis, cui tribuatur dictum, *ne quid nimis*. M. I. 41.
Nix unde, juxta *Epicurum*. L. X. 107.
Nix unde oriatur, juxta *Stoicos*. N. VII. 153.
Nives capitis rectè ab Horatio dictum. M. I. 85.
Nobilitas vera qua in re ſita. M. III. 89.
Nobilitatis ſpecies, juxta Platonem. L. III. 86. 89.
Noctambuli exemplum. M. IX. 82.
Noctuam aves circumvolant proverbium. N. IV. 42.
Nomen appellativum & proprium quid, juxta Stoicos. L. VII. 58.
Nonnus, de eo judicium Joſ. Scaligeri. M. I. 3.
Noſce te ipſum, à quo dictum & quanti momenti. M. I. 40.
Notæ Grammaticorum marginibus librorum adſcriptæ. M. III. 65. N. *Ibid.*
Nox, an dies prior fuerit. M. I. 36.
Noctium & dierum longitudines variantes, unde, juxta *Epicurum*. L. X. 98.
Nubendum pari. M. I. 92.
Nubes quales, juxta *Epicurum*. L. X. 99.
Numa Pomp. ſtatuas Deorum damnabat. M. I. 6.
Numerus approbantium quanti faciendus. M. IX. 16.
Numerorum oratoriorum ars à quo inventa & potiſſimum exculta. N. IV. 2.
Numeris omnibus abſolutum quid, apud Stoïcos. M. VII. 100.
Nuptiæ quæ experendæ. L. I. 80.

O.

O *Belus*, quid in notis Grammaticis. M. III. 66. N. *ibid.*
Obſtetricari de animo. M. VII. 166.
Ocellus Lucanus. M. VIII. 80.
Ochus an Philoſophus Phœnix eo nomine fuerit. K. I. 1.
Ochus Phœnix Philoſophus, apud Suidam. M. I. 1.
Ocreæ æneæ militum. M. VIII. 69.

Oculorum effoſſorum variæ pœnæ. M. I. 57.
Odium quid, juxta *Stoïcos*. L. VII. 113.
Oenomaus fabula Sophoclis. M. IV. 35.
Oenopides Chius cum Ægyptiis verſatus. M. IX. 37.
Officia in adverſis à Sapiente præſtanda quæ. N. N. VII. 109. in rebus mediis. *Ibid.*
Officii definitio & ſpecies, juxta *Stoïcos*. L. VII. 108. *& ſeqq.*
Oïa Demus Athenienſis. M. IV. 16.
Olei calidi fomentum. N. V. 16.
Ollæ veſtigium in cinere delere, quid apud Pythagoreos. N. VIII. 17.
Olympionicæ honor Athenis. M. I. 55.
Olympionicis ſtatuas corporibus majores erigere non licuiſſe. M. V. 52.
Olympicus curator teſtamenti *Stratonis*. L. V. 62.
Olympius ab Ariſtotele manumiſſus. L. V. 15.
Omphale fabula. M. II. 133.
Onatas Pythagoræ inimicus. L. II. 46.
Onera allevato, non imponito, quid ſignificaret apud Pythagoreos. N. VIII. 17.
Oneſicritus Æginenſis. L. VI. 75.
Oneſicritus Aſtypalæus Diogenis diſcipulus. M. VI. 84.
Onoſander Platonicus. M. III. 37.
Opera verbis contraria. L. VII. 171.
Opinationem non cadere in Stoïcum ſapientem. M. VII. 121. N. *Ibid.*
Opinio, quotuplex, juxta Epicureos. L. X. 34.
Opinionum varietatis cauſa. N. IX. 73.
Optimum quid, juxta Pittacum. L. I. 77.
Oratio blanda laqueus. L. VI. 51.
Orationes Rhetorum arte expolitæ quales. L. VII. 18.
Orationis partes quot, juxta varios Grammaticos & Philoſophos. M. VII. 57. juxta Platonem. N. III. 86, 87.
Oratores quàm ſtulti. L. VI. 28.
Oreſtades Pythagoricus. M. IX. 20.
Orion Etymologus. M. X. 26.
Oromazes bonum Perſarum principium. M. I. 8.
Oropus Bœotiæ urbs. M. II. 141. ad quam Amphiarai templum. M. II. 142.
Orpheus Thrax Philoſophus. L. I. 5. abſurdæ ejus de Diis opiniones. *Ibid.* mors. *Ib.* à mulieribus diſcerptus. M. I. 5. poëma ei à *Pythagora* ſuppoſitum. L. VIII. 8.
Orthomenes Xenophanis Philoſ. pater. L. IX. 18.
Oſtæ venti ſubterranei. M. VII. 154.
Oſtanæ plures. N. I. 1.
Oſtanæ qui apud Perſas. M. I. 2.
Otioſi in Ægypto & Athenis pœnas dabant. M. I. 55. N. *Ibid.*
Otium libertatis cognatum. M. II. 31.
Otii commoda quanta. N. II. 31.
Oves pellitæ quæ. M. VI. 41.

P.

PÆanes in Deorum & hominum honorem ſcribi ſoliti. M. V. 4. N. *Ibid.*
Pæania Demus Atticus. M. V. 74.
Pæoneus Ariſtidis diſcipulus. L. II. 113.
Palamedes Eleates quis apud Platonem. M. IX. 2, 25.
Palamedes fabula Euripidis. M. II. 44.
Pallas, per ejus numen viros quoſdam juraſſe. M. II. 40.
Pallium quis apud Græcos primus duplicaverit. M. VI. 13. N. VI. 23.
Pamphila variæ. M. I. 24.
Pamphilus Platonicus, quem Sami Epicurus audiit. M. X. 13.
Panætius Rhodius. M. VII. 41.
Panathenaica certamina. N. III. 56.
Pancreon Theophraſti hæres. L. V. 51.
Panionium ubi fuerit. M. I. 40.
Panis, non frangendum eum quare cenſuerit *Pythagoras*. M. VIII. 35. N. *ibid.*
Panthea Agrigentina ab Empedocle curata. L. VIII. 69.
Papinius Statii pater Velienſis. M. IX. 28.
Parcitas nimia quam ſtulta. L. V. 20.
Parcus de grege Epicuri, quid apud *Horatium*. N. X. 131.
Parentes jurare quanti ſit. L. I. 37.
Parentes ſuſtentari à liberis quæ leges juſſerint. M. I. 55. N. *Ibid.*
Parmenides Philoſophus Achillis inventor. M. IX. 23. ejus auditores. M. IX. 25. conſtantia. M. IX. 25. *& ſeqq.* opinio de hominis generatione. M. IX. 22. N. *Ibid.* doctrina de ideis Platoni probata. M. III. 23. Logicæ inventor. M. IX. 25. circa quam Olympiadem floruerit. M. IX. 23, 29. ejus pater & patria. M. IX. 21. opinio de duplici Philoſophia. L. IX. 22. à Platone laudatus. M. IX. 22. ejus poëmata. M. IX. 22. dogma de ſenſibus. M. IX. 22. N. *Ibid.* obſervatio de Veſpero & Lucifero. L. IX. 29. opinio ejus de terra. M. IX. 21. *Xenophanis* diſcipulus. M. IX. 21.
Parmenides Platonis Dialogus, an inſcribendus *de Deis* vel *de Ideis*. M. III. 57.
Parmeniſcus Pythagoricus. M. IX. 20.
Parmenon à *Theophraſto* manumiſſus. L. V. 55.
Parodiæ *Diogenis*. M. VI. 53, 55.
Parricidio quare pœna à *Solone* non conſtituta. M. I. 58.
Paſicles Cratetis filius. L. VI. 88. frater. L. VI. 89.
Paſithemis Medicus. M. V. 72.
Paſſeres *ἰκτῖναι*. M. IV. 10.
Paſſiones quotuplices, apud Epicureos. L. X. 34.
Patæcion fur celebris. M. VI. 39.
Patientia in adverſis quanti. L. I. 86.
Patres abdicare liberos cauſa non editâ apud Romanos, non item apud Græcos potuiſſe. N. I. 94.
Patria quanti fieri debeat. M. I. 104.

Patriam, licèt afflictam, non deſerendam. M. I. 85.
Patria amicorum an ſit inquirenda. M. IV. 46.
Patriæ bene conſulere quanti. L. I. 86.
Patria quæ Cynicis. L. VI. 93.
Patriâ procul mori an miſerum. N. IV. 31.
Patria, pro ea mortui quo honore Athenis affecti. L. I. 55. mortuorum filii Athenis publicè educati. M. I. 55.
Patriæ plures uni homini tributæ. M. IX. 70.
Patria ſapientis quæ. M. VI. 63.
Patrum in filios ſupplicium quale. N. I. 94.
Pauſanias Empedoclis amaſius. L. VIII. 60.
Pazates Magus. L. I. 2.
Peccandi voluntas à quibus punienda. L. I. 98.
Peccata eſſe æqualia juxta Stoïcos. M. VII. 101, 120.
Peccata emendata non exprobranda. L. VI. 56.
Pediculi homines viles dicti. M. IX. 43.
Pedibus accidere quibus oporteat. L. II. 79.
Peleus à Vulcano enſem accepit. M. I. 32.
Pelles præcantatæ morborum remedia. K. IV. 56.
Periander Ambraciota. M. I. 98. N. *ibid.*
Periander Corinthius auro mulieres Corinthias quâ arte ſpoliarit. L. I. 96. caſtrandos mittit Corcyræos in Lydiam. M. I. 95. N. *Ibid.* ejus dicta. M. I. 97. ejus epiſtolæ. L. I. 99. *& ſeq.* genus. L. I. 94. filii. N. *Ibid.* ratio imperandi. M. I. 98. cum matre concubuit. M. I. 96. navis ab Echeneïde retenta. N. I. 95. è numero ſeptem ſapientum à multis ejicitur. M. I. 99. N. *ibid.* quî ſepulcrum celaverit. L. I. 96. quâ arte & quandiu tyrannidem retinuerit. M. I. 100. N. I. 97. uxorem ictu calcis occidit. M. I. 95. uxorem innocentem necavit. L. I. 94. quas inferias ei fecerit. N. I. 100.
Pericles Anaxagoræ diſcipulus. M. II. 12.
Perictione Platonis mater, unde genus duceret. M. III. I.
Peripatetici unde dicti. M. I. 17. an ab loco, vel ab actione denominati. M. V. 2. N. *Ibid.*
Peripatus, locus ita dictus. M. I. 17.
Perjurium adulterio pejus, juxta Thaletem. L. I. 36.
Perſarum inceſta Matrimonia. M. IX. 83. duo principia. M. I. 8. ſepultura quæ. M. I. 7.
Perſæus Cittieus Zenonis familiaris. L. VII. 6. cum eo Zeno habitabat. M. II. 143. VII. 36. L. VII. 13. Menedemo inimicus. L. II. 143. ejus *ὑπομνήματα*. M. VII. 1.
Perſpicuitas quid. L. VII. 59.
Perturbationes ex malè intellectis meteoris natæ. L. X. 78. *& ſeqq.* 85. *& ſeqq.* 142.
Peſtis remedium ignes accenſi. M. VIII. 65. excluſi venti. M. VIII. 60.
Petiti (Samuelis) de Epicharmi Theologia ſententia. M. III. 10.
Phædon, ejus libri. M. II. 105. ſervus fuerat. M. II. 105. auctore Socrate redemptus. N. II. 31. à Cebete Socratico. M. II. 105.
Phædrion Epicuri ſervus. L. X. 21.
Phædrus à Platone amatus. L. III. 29.
Phæton Euripidis fabula. M. II. 10.
Phæthontis fabula Homero recentior. M. I. 90.
Phæſtias Ariſtotelis mater. L. V. 1. ejus imago à Protogene facta. N. V. 16.
Phæſtus patria Epimenidis. M. I. 109.
Phaniæ liber de Socraticis. M. II. 47.
Phanias Stoïcus. M. VII. 41.
Phanius Cleanthis pater. L. VII. 168.
Phanocriti liber de Eudoxo. M. VIII. 91.
Phanodemus rerum Articarum ſcriptor. M. I. 31.
Phanoſtratus Demetrii Phalerei pater. V. 75.
Phantaſia quid, juxta Stoicos. M. VII. 45. N. *ibid.* L. VII. 50.
Phantaſia & Phantaſma quomodo, juxta Stoïcos, differant. M. VII, 50. N. *ibid.*
Phantaſiarum, juxta Stoicos, ſpecies. N. VII. 51.
Phantòn Pythagoreus. M. VIII. 46.
Phaſianus avis, ad differentiam *Phaſianorum equorum*. M. II. 30.
Phavorinus ubi & quando vixerit. N. VIII. 53.
Phemonoë, hexametros invenit. M. I. 40.
Pherecydes Syrus an *Syrius* dictus. N. I. 116. animos immortales primus dixit. M. I. 116. N. *ibid.* Deo nulli ſacra faciebat. N. I. 118. commentitia Epiſtola. I. 119. cujus filius. M. I. 116. ejus mors & ſepulcrum. M. I. 117. patria. M. I. 119. an primus Phyſica ſcripſerit. M. I. 116. *Pythagoræ* præceptor. N. VIII. 2. magiſter Pythagoræ & Thaletis. M. I. 119. ſcripta. L. I. 119. 122. Thaletis æmulus. M. II. 46. ejus Theogonia. M. I. 119. ejus de Theologia liber obſcurus. N. I. 122. ejus vaticinia. M. I. 116.
Pherecydæ varii. M. I. 119.
Philalethæ, qui dicti. M. I. 17.
Philelphus (Franciſcus) aggreſſus Latinè vertere Laertii Græcos verſus. M. ad tit. p. 2. c. 2.
Phileſia Xenophontis uxor. L. II. 52.
Phileta Elienſis Arceſilai amica. L. IV. 40.
Philiades Æginenſis. L. III. 3.
Philippi caſtra cur ingreſſus Diogenes. M. VI. 43.
Philippus Opuntius Legum Platonicarum exſcriptor. L. III. 37, 46.
Philiſcus Ægineta Alexandri præceptor. M. VI. 76.
Philiſcus Æginenſis *Diogenis* Canis diſcipulus. L. VI. 75.
Philiſta Democriti ſoror, quomodo ſe erga eam geſſerit. N. IX. 66.
Philiſtion Locrus Medicus. M. VIII. 86. N. *ibid.*
Philochorus Athenienſis. M. II. 44.
Philocomus vel *Epicomus* Carneadis pater. L. IV. 62.
Philodamus, aut *Philodemus* Epicureus. M. X. 3.
Philolaus Archytæ auditor. M. VIII. 84. ejus opinio de Deo. M. VIII. 85. de motu terræ circa ſolem. M. VIII. 85. ejus libri. M. VIII. 85. vendidit Pythagoricos libros. M. VIII. 84, 85. quo pretio Pythagoricos libros vendiderit. N. III. 9. L. VIII. 15. ſepulcrum ejus in quo canens exauditus aliquis fuit. M. VIII. 68.

Philomarus Epicureus. M. x. 3.
Philon ab Ariſtotele manumiſſus. L. v. 15.
Philon Dialecticus. M. vii. 16. N. vii. 13.
Philon Pyrrhonis diſcipulus. M. ix. 67. an ejus *Lucianus in Auctione* meminerit. K. ix. 69.
Philones plures. M. iii. 40.
Philonides Stoïcus Thebanus. L. vi. 9.
Philopidas Spartiata in Xenophontem liberalis. L. ii. 23.
Philoſophandum quouſque ſit. L. vi. 92.
Philoſophia agro, animali & ovo aſſimilata. M. vii. 40.
Philoſophiam barbaris originem debere. N. i. 1.
Philoſophiam requirere alias cognitiones. M. iv. 10.
Philoſophiæ juxta Ariſtotelem diviſio. L. v. 28. partium ejus uſus. *ibid.* & 29.
Philoſophiæ Stoïca diviſio. N. vii. 39, 40. ordo. L. vii. 40, 42.
Philoſophiæ partes quot. L. iii. 56. quid Platoni & aliis. N. iii. 62.
Philoſophiæ partes. M. i. 18.
Philoſophiæ profeſſoribus ſalaria à M. Antonino conſtituta. M. x. 9.
Philoſophus, nomen proprium ejus qui libros Platonis de Rep. diviſit. M. iii. 57. ix. 67.
Philoſophis Athenis quando ſcholis inſtituendis interdictum. M. v. 38. N. *Ibid.*
Philoſophus qui primus dictus. N. i. 12.
Philoſophi quare divitum fores frequentent. L. ii. 69, 70, 77. & ſeq.
Philoſophi quid præ cæteris habeant. L. ii. 68.
Philoſophorum varia cognomina. M. i. 12.
Philoſophi falſò ſic dicti procis Penelopes collati. N. & M. ii. 79. Ulyſſi. L. ii. 80.
Philoſophi nomen à quo inventum. M. viii. 8. N. *Ibid.*
Philoſopho an opes corradere licitum. N. iii. 9.
Philoſophus quare periculum timeat. M. ii. 71.
Philoſophorum diverſæ opiniones an à Philoſophia abſterrere debeant. N. vii. 129.
Philoſophi quomodo ſolerent pingi. M. vii. 16.
Philoſophi Regum, captandæ pecuniæ cauſâ, adulatores. M. ii. 61.
Philoſophi verè ſic dicti, quàm rari. M. vi. 88. avari non ſunt. *Ibid.*
Philoſophorum ſucceſſiones. L. i. 13. & ſeqq.
Philoſtorgii libri à literis ejus nominis incipientes. M. viii. 78.
Philoxenus Dithyrambicus. M. iv. 36.
Philtis filia *Eudoxi*. L. viii. 88.
Phintias Pythagoreus. M. viii. 10.
Phliaſii Pythagoræ diſcipuli. M. viii. 46.
Phocion bonus dictus. M. vi. 76.
Phocion Diogenis Canis auditor. L. vi. 76.
Phocus Samius. M. i. 23.
Phraſidemus Peripateticus. L. ii. 114.
Phrearrius Demus. M. iii. 41.
Phrynes cum Xenocrate concubitus. M. iv. 7. N. *Ibid.*
Phrynes ſtatuæ inſcriptio à Diogene addita. M. vi. 60.
Phrynici tres. M. iv. 20.
Phrynon monomochiâ à Pittaco victus. M. i. 74.
Phthiriaſis morbus. M. i. 118.
Phthiriaſi qui ſint mortui. M. iii. 40. N. iv. 4. M. ix. 43.
Phyſica an ſapienti neceſſaria. M. vii. 160.
Phyſicæ cognitio quantum ad tranquillitatem animi faciat, juxta *Epicurum*. L. x. 78. & ſeqq. 85. & ſeqq. 142.
Phyſica quouſque ſola à Philoſophis culta. L. i. 18.
Phyſicæ Stoïcæ diviſio. L. vii. 132.
Pictorum additæ tabulis inſcriptiones quæ. M. vi. 89.
Pictura quæ eſſe deberet. M. iv. 17.
Pietas quid, juxta Stoïcos. M. vii. 119.
Pigritia quid, juxta Stoïcos. M. vii. 112.
Pileus Arcadicus & Laconicus. M. vi. 102.
Pindari æmulus. L. ii. 46. ejus laus. L. iv. 31.
Pirithus Alcmæonis Pythagorici pater. L. viii. 83.
Piſiſtratus ad Codrum genus referebat. M. i. 53. ejus fraus ad invadendam tyrannidem. L. i. 60. N. *Ibid.* M. i. 65, 66. tyrannorum optimus. N. i. 67. M. *Ibid.* ejus & Solonis Epiſtolæ ſuppoſititiæ. L. i. 52. quomodo ſe ei oppoſuerit *Solon*. L. i. 49. 50. quomodo eum Piſiſtratus habuerit. N. i. 53.
Pitana urbs Æolidis. M. iv. 28.
Pittacium prædium Pittaci. M. i. 75.
Pittaci ſermo cum Crœſo. N. i. 74. dicta. M. i. 76. & ſeqq. libri de Legibus. M. i. 79. monomachiæ victor. M. i. 74. ipſe molebat. M. i. 81. ejus mors. N. i. 76. pecunias ſpernit. M. i. 75. retibus in monomachia utendi exemplum fuit. M. i. 74.
Placentas olim in deliciis fuiſſe. M. vi. 55.
Plantas, juxta veteres quoſdam, animalia eſſe. M. viii. 28.
Plantarum & Animalium, juxta Stoïcos diſcrimen. M. vii. 86.
Plantas non ladendas præceptum Pythagoreum. N. viii. 23.
Plato Athenienſis, adoleſcentiæ ejus ſtudia. L. iii. 4, 5. in Ægyptum profectus. M. iii. 6. ab Antiſthene reprehenſus. L. vi. 7. à Diogene. L. vi. 25, 26. Apollinis filius dictus. M. iii. 2. N. *ibid.* quare ab Epicuro *aureus* dictus. M. x. 8. quæ bona reliquerit. M. iii. 42. Athenis choragus. N. iii. 3. à variis civitatibus, ut leges ipſis præſcriberet, vocatus. M. iii. 23. quam compoſitus in juventute. L. iii. 26. à Comicis laceratus. L. iii. 26. cujus demi eſſet. M. iii. 3. ejus cum Diogene congreſſus. M. vi. 40. à Diogene petendi accuſatus. L. vi. 67. ejus cum Dionyſio ſeniore colloquium. L. iii. 18. ejus reſponſum literis tyranni. L. iii. 21. iter ad Dionyſium juniorem. N. iii. 21. cui ſit ſuſpectus. *ibid.* alterum iter. N. iii. 22. ejus diſcipuli. iii. 46. N. *ibid.* diſcipulæ. *ibid.* eloquentia. M.

III. 5. ejus epitaphia. M. III. 44. ad Euclidem Megaram ſe confert. L. III. 6. fratres ejus. M. III. 4. genealogia. M. III. 1. N. *ibid.* quomodo iræ in verberando ſervo moderatus ſit. M. & N. III. 38. ejus cum Iſocrate amicitia. L. III. 8. laus ex Ariſtotelis carminibus. M. v. 27. magiſtri. M. III. 4. malignitas. M. IX. 40. mater. M. III. 1. an militiam ſecutus fuerit. M. III. 8. quando ſit mortuus. M. III. 3. N. *ibid.* quando natus. M. III. 2, 3. N. *ibid.* in Olympicis ludis omnium ora ad ſe convertit. L. III. 25. palæſtra ſe exercet. M. III. 4. pauper libros immenſo pretio emit. M. III. 9. ejus peregrinationes. M. III. 6. N. *ibid.* unde *Plato* dictus. M. III. 4. puerorum amori deditus. N. III. 29. Pythagoricos, poſt Socratis mortem, inviſit. M. III. 6. quoties in Siciliam iverit. M. III. 18. N. *ibid.* defendendi Socratis tentamen. L. II. 41. Socratis de eo ſomnium. M. III. 5. N. *Ibid.* cum variis Socraticis contentiones. N. III. 36. à Solone genus ducebat. M. III. 1. teſtamentum. L. III. 41. & ſeqq. N. *ib.* quomodo venditus. M. III. 19. quot annos vixerit. M. III. 3. ejus & Xenophontis æmulatio. N. III. 34. M. II. 57. de Cyropædia Xenophontis judicium. M. III. 34.

Plato, ejus Anachroniſmi. M. III. 35. de Animis ſententia. M. III. 67. N. *Ibid.* variæ argumentationes. L. III. 53. ad Chriſtianiſmum invitus tractus. M. III. 6. Dialogorum ejus ordo. L. III. 57. *& ſeqq.* M. III. 61. ſpecies. N. III. 51. Qui dubii. M. III. 62. inducit dicentes varios quæ non dixerunt. M. III. 35. N. *Ibid.* varia ejus dicta. L. III. 38, 39. dogmata varia. N. III. 78. & ſeqq. an dogmatiſtes fuerit. N. III. 51. ejus diviſiones variæ. L. III. 81. & ſeqq. ad finem libri. de elementis. N. III. 73. L. III. 75. epigrammata. M. III. 29. & ſeqq. ejus Epiſtolæ. M. III. 71. inanes Etymologias ſcripſit. M. III. 23. ab Hebræis plura mutuatus. M. III. 6. Heraclitæus primum fuit. M. III. 6. libros ſuos in Sicilia vendidit. M. VIII. 85. liber de non contradicendo. L. III. 35. diviſio ejus de Republ. librorum. M. III. 57. fabuloſus quandóque. L. III. 80. quibus leges ſuas deberet. L. III. 37. dogma de creatione mundi. M. III. 71, 77. naturarum omnium diviſiones. L. III. 107. & ſeqq. Philolai librum emit. M. VIII. 85. Philoſophiæ ſuæ partes unde hauſerit. M. III. 8, 9. N. *Ib.* quæ primus in Philoſophiam invexerit. L. III. 24, 25. priores Phyſicos reprehendit. M. III. 25. dogma de pœnis poſt mortem. M. III. 79. N. III. 80. Poëticæ operam dedit. M. III. 5. præceptum de potu. L. III. 39. dogma de principiis. M. III. 69. N. *Ibid.* quot agnoverit principia. K. III. 69. ejus Reſpublica. M. III. 21. Nulla eſſe poteſt. M. III. 21. an Scepticis in dubitando præiverit. M. IX. 72. ſtylus. M. III. 36, 37. an nuſquam ſui mentionem fecerit. M. III. 34. ejus verborum Lexica. M. III. 63. præter Philoſophum varii. M. III. 109.

Platonicarum perſonarum in Dialogis varia genera. L. III. 49, 50.

Platonicarum vocum ambiguitas. M. III. 63, 64.

Pleias Poëtarum. M. II. 133.

Pliſtanus Elienſis Philoſophus. L. II. 105.

Pliſtarchus Pyrrhonis pater. L. IX. 61.

Plutarchi liber de Academia. M. III. 41.

Pluvia unde oriatur, juxta Stoïcos. N. VII. 153.

Poëmatis definitio. L. V. 60.

Pœnitentia propter tempus amiſſum. L. V. 66.

Pœnitere omnes vitæ quacunque ratione eam ineant. M. II. 33.

Poëſis definitio. L. V. 60.

Poëſis ante proſam inventa. M. I. 119.

Poëta duplicis generis. N. I. 35.

Poëtarum certamina Athenis. M. III. 56.

Poëtæ Sapientes & Sophiſtæ dicti. M. I. 12.

Polemo quomodo ad Philoſophiam allectus. M. IV. 16. ejus conſtantia oris. L. IV. 17. Demus, & patria. L. IV. 16. quomodo doceret. L. IV. 19. ubi habitaret. L. IV. 19. quam luxurioſus primum fuerit. L. IV. 16. mors ejus L. IV. 20. pater. L. IV. 17. probitas. L. IV. 19.

Pollis Spartiates Platonis venditor. M. III. 19. mors ejus. L. III. 20.

Politia quæ optima juxta Stoïcos. M. VII. 13.

Polus Agrigentinus. M. IX. 50.

Polus Agrigentinus à Platone oppugnatus. N. III. 72.

Polyænus Lampſacenus Epicureus. M. X. 24. Mathematicus. M. II. 105.

Polycleti Canon. M. X. 30.

Polycrates Orator qui contra Socratem Orationem ſcripſit. M. II. 38.

Polycritus Mendæus. M. 63.

Polyeuctus qui teſtimonium in Socratem dixit. L. II. 38.

Polyeucti varii. M. II. 38.

Polygamia, quare Athenis Socratis tempore permiſſa. M. II. 26.

Polymnaſtus Pythagoreus. M. VIII. 46.

Polyſtratus Epicureus. M. X. 25.

Polyſtratus & *Hippoelides* Epicurei, quàm amici. M. X. 11.

Pemphylus Theophraſti ſervus Philoſophus. M. V. 36.

Populi laudatores. L. II. 34.

Porcus an rectè à Pyrrhone imitandus Philoſopho propoſitus. M. IX. 68.

Porticus quæ *Zenoni* ad docendum electa. L. VII. 5. in ea antea mille quadringenti cives Attici occiſi. L. VII. 5.

Portus (Æmilius) *Suidæ* indiligens editor. N. VII. 107.

Poſidonius Alexandrinus Stoïcus. M. VII. 38, 39. N. *Ibid.*

Poſidonius an ſcripſerit librum de mundo. M. VII. 152.

Poſidonius Apameënſis. M. VII. 39.

Potamon Alexandrinus ſectæ Eclecticæ auctor. M. ad tit. p. 1. col. 2. l. 21. ejus opiniones præcipuæ. L. I. 21.
Potamus Leontidis tribus oppidum. M. X. 16.
Potentiæ ſpecies quot, juxta *Platonem*. L. III. 97.
Potidæa ab Athenienſibus capta. N. II. 22.
Potone Platonis ſoror *Speuſippi* mater. L. IV. 1.
Præceptorum merces quanta eſſe debeat. L. II. 72. parentibus anteferendi. L. V. 19.
Prædicatum quid & quotuplex, juxta Stoïcos. N. VII. 64.
Præſenti rectè uti, quanti ſit. M. I. 77.
Præſenti tempore utendum. M. II. 66.
Pramnium vinum quale. M. IV. 20. N. *Ibid.*
Praxiphanes Epicuri magiſter. L. X. 13.
Praxiphanes Hiſtoricus. M. III. 8.
Preces ab iis qui eas fundunt irritæ fiunt. M. VI. 28.
Preces ad numen, quomodo concipiendæ, juxta Socratem. M. II. 40.
Preſter quid. M. VII. 154. N. *Ib.*
Preſteres unde, juxta *Epicurum*. L. X. 104.
Pretioſiſſima minimo pretio conſtare. L. VI. 35.
Priene colonia Bœotorum, Cadme dicta. M. I. 83.
Principum malum exemplum quàm pernicioſum. M. VII. 6.
Principium omnium quid, juxta Pythagoram. N. VIII. 25.
Principia quot, juxta Platonem. M. III. 69.
Principia Phyſica Stoïcorum. M. VII. 134. N. *ib.*
Proceleuſmaticum metrum quale. M. VI. 79.
Procles Meliſſæ Periandri uxoris pater. N. I. 100.
Prodicus Ceus. M. IX. 50. ejus vox abſona. *Ibid.*
Prodigalitas quàm ſtulta. L. V. 20.
Prodigus, quare plura quàm alii mendicantibus dare eum oporteat. L. VI. 67.
Prodigorum fatum. L. VI. 50.
Profatum quid. M. VII. 65.
Proloquium quid. M. VII. 65.
Prophetæ, apud *Ægyptios*, qui dicerentur. M. I. 1. N. *Ibid.*
Propoſitionum Dialecticarum ſpecies juxta Stoïcos. L. VII. 66. *& ſeqq.* N. *Ibid.*
Proſa antiquiſſima argumenti poëtici. M. I. 119.
Protagoras expulſus Athenis. M. IX. 51. Atheus quare dictus. M. IX. 52. bajulus primùm fuit. M. IX. 53. bajulus ab Epicuro dictus. L. X. 8.
Protagoræ contradictiones. L. III. 37. ejus inventum culcita. M. IX. 53. de Deorum exiſtentia dubitavit. M. IX. 51. à diſcipulo quomodo deluſus. M. IX. 56. λόγος dictus. M. IX. 50. N. *Ibid.* liber de Ente. M. IX. 55. pater & patria. M. IX. 50. pecunias ingentes lucratus. M. IX. 52. à quo ad Philoſophiam vocatus. M. IX. 53. à Platone oppugnatus. N. III. 52. veritatem ab hominum judicio pendere dixit. M. IX. 51. quot annos vixerit. M. IX. 56. in utramque partem dicere paratus. M. IX. 51.
Protagoræ præter Ceum Rhetorem. M. IX. 56.
Providentiam Dei quis Philoſophorum primus nominarit. L. III. 24.
Providentiâ adminiſtrari mundum, juxta Stoicos. N. VII. 138.
Proxenus Xenophontis amicus. L. II. 49.
Prudentia quid, juxta *Stoicos*. N. VII. 92.
Prudentia quare appetenda. L. II. 91.
Prudentia quantùm cæteris virtutibus antecellat. L. IV. 51.
Prudentis & fortis viri officia diverſa. L. I. 78.
Pruina quid, juxta *Stoicos*. N. VII. 153.
Pruina unde, juxta *Epicurum*. L. X. 109.
Ptolemæus Peripateticus. M. IX. 115.
Ptolemæi Soteris dictum in Diodorum. L. II. 111.
Pudor quid, juxta Stoïcos. M. VII. 112.
Pudor rei indifferentis Cynico vetitus. L. VI. 35, 36.
Pueris pudor & amor laudis quàm neceſſaria. L. V. 65.
Pueris ad proficiendum quæ neceſſaria. L. V. 18.
Pugilum mos laterum impetendorum. K. VI. 27.
Pulcherrimum quid, juxta Thaletem. L. I. 75.
Pulchritudo quid. L. VII. 23.
Pulchritudo donum quid ſignificet. N. V. 18.
Pulchritudo nativa adſcitiâ major. L. I. 51.
Pulchritudinis genera, juxta *Platonem*. N. III. 89.
Punctum quid. M. VII. 135.
Pylades Arceſilai frater. L. IV. 28, 38, 43.
Pyrander in cujus corpore anima Pythagoræ fuit. N. VIII. 4.
Pyrates Parmenidis pater. L. IX. 21.
Pyres Zenonis Eleatæ pater. L. IX. 25.
Pyrrhus Ariſtotelis ſervus. L. V. 13.
Pyrrho Anaxarchi præceptor. L. IX. 63. αὐτολαλητὰς. M. IX. 69. diſcipuli ejus. M. IX. 69. *Homeri* ſtudioſus. M. IX. 67. iratus, contra ſuum dogma. M. IX. 66. ejus magiſtri. M. IX. 61. Picturæ addictus priùs. M. IX. 61. pater & patria. M. IX. 61. Sacerdos in patria factus. M. IX. 63. vitæ inſtitutum. M. IX. 63. an nihil vitarit. M. IX. 63. dogma ejus de omnium rerum incertitudine. L. IX. 61. de indifferentia omnium rerum. L. IX. 65. dictum ad familiarem lautiùs convivantem. M. IX. 101. an ſectam inſtituiſſe dici queat. L. I. 20. placita diu ſectatores non habuiſſe. N. I. 20. de vita & morte ſententia. M. IX. 73.
Pyrrhonii & *Academici* quomodo differant. M. IX. 73.
Pyrrhonii omnia tollebant. M. IX. 90. bonum & malum naturâ ullum nolebant. M. IX. 101. cauſas negabant. M. IX. 58. eorum confutatio ab *Epicteto*. M. IX. 90. aliter. IX. 102. placita varia. *ibid. & ſeqq.*
Pyrrho Liparæus. M. IX. 107.
Pyrrho Phliaſius *Timonis* diſcipulus. M. IX. 115.
Pyrrhus, Delius piſcator, in cujus corpore anima *Pythagoræ* fuit. L. VIII. 5.
Pythagoras Ægyptum profectus. N. VIII. 3. Apollo Hyperboreus. M. VIII. 11. N. *ibid.* barbâ prolixâ. M. VIII. 47. Chaldæos audiit. L. VIII. 3. in Creta cum Epimenide verſatus. N. VIII. 3. comatus erat. M. VIII. 47. cum Diis verſabatur.

M. VIII. 14. diſcipuli quomodo unà viverent. M. VIII. 10. mos ejus in diſcipulis admittendis. M. VIII. 10. nocturni ejus diſcipuli. L. VIII. 15. domus à Metapontinis conſecrata. M. VIII. 17. N. *ibid.* femur ejus aureum. M. VIII. 11. N. 6. filiæ & uxor. M. VIII. 42. ex inferis ſe veniſſe quomodo finxerit. L. VIII. 41. urbes Italiæ plurimas ordinavit. M. VIII. 16. ejus itinera. M. VIII. 3. Leges Italis dedit. N. VIII. 3. Matheſeos cultor. M. VIII. 11. & 12. N. *ibid.* Medicinæ peritus. M. VIII. 12. Mens ejus in quot corporibus fuiſſet. M. VIII. 5. N. N. VIII. 4. metempſychoſis ſuæ quare recordaretur. M. VIII. 3. N. *ibid.* quomodo & ubi mortuus. M. VIII. 39. N. *Ibid.* à *Beſſo* fluvio ſalutatus. M. VIII. 11. N. *ibid.* quâ Olympiade floruerit. M. VIII. 45. ejus parentes & patria. M. VIII. 1. N. *ib.* Philoſophus primus dictus. M. 1. 12. à Poëtis ſcommatibus impetitus. L. VIII. 36. *& ſeqq.* à Polycrate Amaſidi commendatus. L. VIII. 3. præceptores. M. VIII. 2. prædixit nonnulla. M. VIII. 24. ejus præſtigiæ. M. VIII. 36. Samo quare abierit. M. VIII. 3. N. ib. ſermonibus quibus abſtineret. L. VIII. 20. quare à Romanis Socrati prælatus. M. VIII. 1. veſtes & victus. M. VIII. 19. N. Ib. victimæ incruentæ. M. VIII. 13, 20, 22. vita ex Cod. MS. M. VIII. 50.

Pythagoræ opinio de aëre. L. VIII. 27. de anima placita. M. VIII. 28. *& ſeqq.* de anima & vita. N. VIII. 28. 30. animalibusne omnibus abſtinendum voluerit. M. & N. VIII. 20. bellum damnabat. M. VIII. 50. carmina aurea ei tributa, cujus. M. VIII. 7. ejus dicta & dogmata. VIII. 8. *& ſeqq.* Ib. 24. *& ſeqq.* dicta ejus *Dei voces.* N. VIII. 14. diſcipuli Crotoniatæ. M. VIII. 3. dogmata Ethica à Delphica Vate acceperat. M. VIII. 8. Epiſtola ad Anaximenem. M. VIII. 49. ejus epitaphia. L. VIII. 44. fabis interdixit. M. VIII. 24. N. VIII. 19. de fato. N. VIII. 27. de generatione. N. VIII. 29. de cognatione hominum & Deorum. L. VIII. 27. inventa ejus. M. VIII. 12. à Judæis multa mutuò accepit. M. VIII. 3. liber de patre Epicharmi. M. VIII. 78. Monita clara. L. VIII. 22. ſententia de mundi creatione. N. VIII. 25, 26. de ejus diſpoſitione. L. VIII. 26. ejus Phyſica. M. VIII. 25. *& ſeqq.* an ſcripſerit. M. VIII. 42. an ſcripſerit quidpiam. M. VIII. 6. N. *Ib.* volumen ejus de Scylla. M. VIII. 47. opinio de ſemine. N. VIII. 28, 29. de ſenſibus. N. VIII. 29. & 30. de ſideribus. L. VIII. 27. Symbola ejus. M. VIII. 17. 18. N. *Ib.*

Pythagoras Cyrenæus. M. VIII. 47. exercitator. M. VIII. 46. L. 48. *Rheginus.* M. VIII. 47. *Samius Ib. Zacynthius.* M. VIII. 46. alii. *Ib.*

Pythagorei, Pythagorici & Pythagoriſtæ quomodo. differant. M. VIII. 38.

Pythagorei quomodo ad abſtinentiam ſe formarent. M. VIII. 19. quouſque alienos à ſecta ſua in conſortium admiſerint. L. VIII. 55. arcanam habebant doctrinam. M. VIII. 15. N. *Ib.* eorum arcani libri. M. VIII. 15. quando editi. *ibid.* communio bonorum. M. VIII. 23. N. VIII. 10. conjunctio. M. VIII. 10. cenotaphia diſciplinæ ſuæ deſertoribus ponebant. M. VIII. 15. à Cylone Crotoniate combuſti. M. II. 46. Illuſtriores. M. VIII. 16. Deorum cultus qui. M. VIII. 23. N. *ibid.* eorum examen veſpertinum. M. VIII. 22. N. *ibid.* juramenta quæ. M. VIII. 22. N. *ibid.* Μαθηματικοὶ, qui apud Pythagoreos. M. VIII. 10. Magiſtro quæcunque inveniebant tribuebant. M. VIII. 15. memoriam quomodo exercerent. M. VIII. 23. morticinis abſtinebant. M. VIII. 33. Muſicâ multum utebantur. M. VIII, 24. Ὁμάκοϊα Pythagoreorum. M. VIII. 45. piſcibus ferè abſtinebant. M. VIII. 34. eorum ſtudium erga Platonem. N. III. 22. ſecta quandiu duraverit. M. VIII. 45. ſodalitia. M. VIII. 10. ſophiſtæ dicti. M. 1. 12.

Pythagorides. M. VIII. 41.

Pythias Ariſtotelis filia, quibus nupſerit. M. V. 12, 53.

Pythias, ſoror Hermiæ, quam duxit Ariſtoteles. M. V. 3. & cui ſacra mortuæ fecit. *ibid.* N. *ibid.* cum Ariſtotele ſepultâ. L. V. 16.

Pythocles Bugeli F. L. IV. 41.

Python Ænius ſtatua Athenis honoratus. M. IX. 65.

Python familiaris *Lyconis.* L. V. 70.

Python & *Heraclides* Platonis diſcipuli. M. III. 46. N. *ibid.*

R.

REcta loquentes, nec facientes eſſe cytharæ ſimiles. L. VI. 64.

Recuſandi vox. N. II. 76.

Reduces filii qui in gratiam patris redibant. N. 1. 94.

Redundantes voces quàm multæ ubique apud Vett. occurrant. N. 1. 85.

Regiæ dignitatis duplex genus. N. III. 82.

Regina, ſcorta. M. V. 19.

Regium benefacientem malè audire. M. VI. 3.

Regnum pro peritia artis. M. X. 25.

Regum antiquorum Græciæ ſtipendia. L. 1. 53.

Reipublicæ ſpecies, juxta *Platonem.* N. III. 87.

Reipublicæ ineptus, juxta *Solonem*, qui paterna bona decoxerat. M. 1. 55.

Rempublicam attingere noluerunt plures Philoſophi. M. II. 7.

Rempublicam quare ſapiens ſæpè attingere nequeat. K. III. 23.

Reſurrectio corporum à *Magis* credita. L. 1. 9.

Retia de captioſis argumentationibus. M. VII. 15.

Rhadamanthi juramentum. M. II. 40.

Rhetorica an circa univerſalia verſetur. N. III. 55.

Rhetorica & Dialectica quomodo differant. M. VII. 42.

Rhetorica inductio ab Dialectica quomodo differat. N. III. 77.

Rhetoricæ quot genera juxta Platonem. N. III. 93. *& ſeqq.*

Rhetoricæ natura & partes, juxta Stoïcos. L. VII. 42, 43.
Rhodiorum ædificia & convivia notata. M. VIII. 63.
Riſcus quid. M. V. 72.
Riſu mortui qui. M. VII. 184.
Robertus (Joannes) Juriſconſultus, Cujacii de eo judicium. M. IX. 56.
Ros unde, juxta *Epicurum*. L. X. 108.

S.

S Initiale quandoque reſectum. M. I. 1.
Sagaris Homeri æmulus. M. II. 46.
Sal apponi quare voluerit *Pythagoras*. N. VIII. 35.
Salamis quomodo ab Athenienſibus vindicata. L. I. 46, 48.
Salarus Biantis æmulus. L. II. 46.
Samnitæ Gallorum ſapientes. M. I. 1.
Samus duplex. M. VIII. 11. N. *Ibid.*
Sandes Epicureus. M. X. 22.
Sapiens ſolus Deus, juxta *Pythagoram*. L. I. 12.
Sapiens *Cyrenaïcorum* qualis. L. II. 91, 92, 95.
Sapiens qualis ſit oportet, juxta *Platonem*. L. III. 78.
Sapiens *Stoïcus* ſolus liber, M. VII. 121. N. *Ibid.* miſericors non eſt. M. VII. 123. N. *Ibid.* quibus de cauſis mortem obire queat. N. VII. 30. ſolus omnia tenebat & erat. M. VII. 83. N. *Ibid.* ejus omnia. N. VII. 125. omnia rectè facit. M. VII. 125. quo amore capiatur. M. VII. 129. ſolus pius & Deo charus. L. VII. 119. Remp. adminiſtrare poterat. M. VII. 121. N. *Ibid.* ſolus Rex. M. VII. 122. N. *Ibid.*
Sapiens *Theodoritorum* qualis. L. II, 98, 99.
Sapientem invenire quam difficile. L. IX. 20.
Sapientes ſeptem. L. I. 13, 30. variæ de his ſententiæ. L. I. 40. M. I. 41.
Sapientium eſſe omnia M. VI. 37.
Sapientia in cognitione Dei ſita. L. IX. 1.
Sapientiſſimum quid, juxta *Thaletem*. L. I. 35.
Sardanapali tumuli inſcriptio. M. VI. 86.
Saturninus Cythenas Scepticus. M. IX. 116.
Satyrus Peripateticus. M. I. 68.
Scenicus Philoſophus, qui dictus. M. II. 10.
Sceptica Philoſophiæ nomine indigna M. IX. 69.
Scepticorum quæ ſumma beatitudo M. IX. 107. eorum methodus. M. IX. 73, 80. formulæ variæ. *Ibid.* prodromi varii Philoſophi M. IX. 72.
Scientia quid, juxta *Stoïcos*. M. VII. 47.
Scientiæ acquirendæ quid maximè obſit. L. VII. 23.
Scientia quantum bonum. N. II. 31.
Scillus oppidum propter Olympiam. M. II. 52.
Scire ſe neſcire, quanti ſit. M. II. 32.
Scirpalus aut *Scirtalus* improbus felix. M. VI. 74.
Scholæ mos, ad excitanda puerorum ingenia. M. V. 4.
Scholaſtici qui olim dicti. M. V. 37.
Scopas Cranonius duplex. M. II. 25.
Scortatorum quæ præmia. L. VI. 89.
Scribere in animo. M. VI. 5.
Scribere ἀντὶ τοῦ numerare. M. II. 137.
Scurra Atticus Socrates dictus. M. II. 19.
Scythici ſermones. M. II. 105.
Scythicum dicendi genus. M. I. 101. N. *Ibid.*
Scythinus Jamborum ſcriptor. M. IX. 16.
Secta quid ſit. M. I. 20.
Sectæ Philoſophorum. M. I. 13, 17, 19.
Sectæ Philoſophorum Græcorum. N. 1, 13, 20. unde nomina duxerint. L. I. 16.
Securitas malis eſſe nequit. M. X. 151.
Sedere in tonſtrinis otioſorum. M. I. 76. N. *Ibid.*
Seditione ortâ neutrum manere Athenis an licuerit. L. I. 58. N. *ibid.*
Seleuci, Grammatici plures. M. IX. 12. N. *ibid.*
Semen neceſſario non requiri ad generationem, juxta Averroëm. M. VII. 159.
Semen an inſit fœminis. M. VII. 159. N. *ibid.*
Semen quid, juxta Stoïcos M. VII. 158. N. *ibid.*
Semen quid, juxta Pythagoram. N. VIII. 28, 29.
Semnothei, qui apud Celtas. M. I. 1.
Seneca, judice *M. Meibomio*, malus *Epicuri* interpres. N. X. 143.
Senectus quare honoranda. L. VII. 22.
Senem laborare decet. L. VI. 34.
Senſibilium, juxta *Platonem* & *Epicharmum*, mutabilitas. L. III. 10.
Senſibilium varia genera, juxta Stoïcos. L. VII. 52, 53.
Senſus quid & quotuplex, juxta *Stoïcos*. N. VII. 52.
Senſus quandoque fallere. N. II. 93. M. IX. 7, 22.
Senſibus abſolutam veritatem non cerni. M. IX. 87.
Senſus, juxta *Epicurum*, veri & falſi judices. L. X. 146.
Senſuum ſedes quæ juxta Stoïcos. M. VII. 52. quomodo afficiantur. *ibid.*
Sepelientes amicis carentem qui. L. VI. 52.
Sepulcra quam in Mundi partem verſa apud Vett. Græcos. N. I. 48. quid iis inſcriberetur. N. I. 48.
Sepulcris impoſita Symbola. M. VI. 78.
Sepulturam qui non curent populi. M. VI. 79. an curanda. *ibid.*
Sermo quid, juxta Stoïcos. M. VII. 56.
Sermonem actionum umbram quis dixerit. M. I. 58. IX 37.
Sermo Sacer, liber Pythagoricus. M. VIII. 42.
Servitus quæ & quotuplex, juxta Stoïcos. L. VII. 121, 122.
Servi cupiditatum mali. L. VI. 66.
Servis qui multùm utuntur an beati. L. VI. 44.
Servi literati qui. M. IX. 114.
Servi unde nomina nanciſcerentur. M. V. 55.
Servi, qui in Philoſophos evaſerunt. M. II. 105.
Sextus Chæroneus an idem cum Empirico. M. IX. 116.
Sexti Empirici libri. M. IX. 116. qui Veteres ejus meminerint. M. IX. 116. quando vixerit. M. *ad tit. p.* I. *c.* 2.
Sextus Pyrrhonius Medicus. M. IX. 106.
Sicinus inſula. M. I. 47.
Sidera eſſe Deos juxta *Pythagoram*. N. VIII. 27.

Siderum motus & natura quæ, juxta *Stoïcos*. M. VII. 144. N. *ibid.* figura. M. VII. 145.
Siderum motus unde, juxta *Epicurum*. L. X. 112.
Sigillorum uſus, quam antiquus. L. I. 57.
Silanion ſtatuarius Athenienſis M III. 25.
Silentium quàm difficile ſervatu. M. I. 69, 70. VII. 24.
Silentium à quibus ſervari debeat. M. V. 40.
Silenus Calatianus. M II. 11.
Silli verſus maledici unde dicti. M IX. 111.
Simia vetus non capitur laqueo. Proverbium. M. V. 93.
Similitudo in probando inutilis. L. II. 107.
Simmias Ariſtotelis Cyrenaïci diſcipulus. L. II. 113.
Simmia Thebani libri. L. II. 124.
Simo Ariſtotelis domeſticus. L. V. 15.
Simon Athenienſis coriarius diſcipulus Socratis. L. II. 122.
Simonis Socratici libri. M. II. 122.
Simones alii. L. II. 123.
Simus Medicus. M. II. 122.
Sindone veſtiri Athenis non omnibus licitum. L. VI. 90.
Sinope virorum illuſtrium patria. M. VI. 20.
Sobrietas quantopere à Pythagora commendata. L. VIII. 9, 23, 34.
Socrates, ejus accuſationis formula. M. II. 40. N. *Ibid.* accuſatores. M II. 39, 43. Archelaum inviſere non vult. M. II. 25. cujus rei ab Ariſtophane accuſatus. N. II. 20. Æſopi fabulas verſibus exprimere aggreſſus. M. II. 42. à *Bione* reprehenſus. L. IV. 49. calcibus impetitus quid dixerit M. II. 21. è carcere fugere noluit. M. II. 24. conſtantia. M. II. 24. deliciari interdum ſolitus M. II. 28. deriſor. M. II. 19. dicta M. II. 32. & *ſeqq.* in diſputatione vehemens M. II. 21. Ethica tantùm attigit. M. II. 45. Ethicæ Philoſophiæ pater. M. II. 20 fidibus tractandis operam dat. N. & M. II. 32. ejus fortitudo. M. II 23. frugalitas. M. II 27. ejus Genius. M II. 32. Verſus Homeri quam maximè in ore habebat. M. II. 21. impietatis injuſte accuſatus M. II. 40. quomodo ſe coram judicibus geſſerit. L. II. 41, 42. ejus juramenta. M. II. 40. juventutis quaſi corruptor accuſatus. M. II. 38. Lyſiæ oratione quare uti noluerit. M. II. 40. *Melitus* quare dictus. M. II. 40. IX. 30. ubi militaverit. M. II. 22. N. *Ibid.* mors à Syro Mago prædicta L. II. 46 mors ejus ab Athenienſibus damnata. M. II. 43. N. *Ibid.* quando mortuus. M. II. 44, & 45. N. *Ibid.* munerum contemptor. M. II. 25. ejus nativitas in cujus Archontis Magiſtratum inciderit. M. II. 44 nubes quare adoraſſe fingatur. M. II. 40. ejus de numine ſententia. M. II. 40. ejus patientia in eodem ſtatu corporis ſervando. M II. 23. patientia in ferenda Xanthippa. M II. 36. & *ſeq.* ejus parentes. M. II. 18. pecuniam à diſcipulis non exigebat. M. II. 27. pecuniam quomodo exigeret. L. II. 20. nunquam peregrinatus. M. II. 21. L 23. ejus in perſuadendo ſolertia. L. II. 29. an primus Philoſophorum damnatus. N. II. 20. ejus præceptores. M II. 19, 32. ſapientiſſimus hominum. M. II. 37. ſaltandi peritus. N. & M. II. 32. ſobrietas. L. II. 27, 34. ſomnium, quo ſe intrà triduum moriturum cognovit. L. II. 35. ſtatua donatus. M. II. 43. ejus verberati ultio. M. VI. 89. verſus in Apollinem compoſuit ante mortem. M. II. 42 veſtitus vilis. M. II. 28. veſtes quandoque pretioſas induebat. N. II. 28. in quibus veſtibus mori voluerit. M. II. 35. idem ſemper vultus. M. IX. 3. uxores. M. II. 26. N. *Ibid.*
Socrates varii, præter Athenienſem Philoſophum. M. II. 47. N. *Ibid.*
Socrates pro *Soſicrate*. N. VI. 80, 82.
Socratis varii ſucceſſores. L. I. 14, 15.
Socraticorum præcipui. L. II. 47. eorum ſucceſſio. *Ibid.*
Solis defectiones ab *Ægyptiis* numeratæ. L. I. 2.
Solis & Lunæ defectiones quis primus inveſtigarit. N. I. 23. item magnitudines. L I. 24.
Sol quare deficiat. N. VII. 145, 146.
Solem igneam eſſe molam, juxta *Anaxagoram*. M. II. 8. & quidem Peloponneſo majorem. M. II. 8.
Sol igneus & terra major, juxta *Stoïcos*. M. VII. 144. unde alatur. M. VII. 145.
Solis quietem qui Veterum defenderint. M. VIII. 85.
Solertia quid, juxta *Stoïcos*. N. VII. 93.
Soli urbs *Ciliciæ*, à quo condita. M. I. 51.
Soli urbs *Cypri*, à quo dicta. M. I. 50, 51. N. I. 51.
Solœciſmus unde dictus. M. I. 51.
Solœciſmus quid. M VII. 59.
Solœciſmus in voluptate quomodo, juxta Diogenem Cynicum, committatur. M. VI. 39.
Solon in *Ægyptum* navigat. M. I. 50 ejus verſus de ætatibus M. I. 54 unde *Cilix* creditus. M. I. 51. ejus civium diviſio. M. I. 61. ex Codro oriundus. M. I. 49. an Crœſum viderit. M. I. 50. quando ad Crœſum profectus. M. I. 99. in exilium quando profectus. N. I. 52. factum audita filii morte M. I. 63. quomodo *Homerum* illuſtrarit M. I. 57 variæ ejus leges. L. I. 55. & *ſeqq.* Atticæ terræ accommodatæ. N. I. 55. ligno & lapidi inſculptæ. M. I. 45 quando ſcriptæ. M. I. 62. ejus mors. L. I. 62. ſepultura. *Ibid.* pater cujas. M I. 45. ejus & *Piſiſtrati* Epiſtolæ ſuppoſitiæ. M. I. 50. L. I 63. ſcripta. M. I. 61. ſententiæ. L. I 60. ei ſtatuæ poſitæ. M. I. 62. Tyrannidi quàm infenſus. L. I. 49.
Somnia unde veniant L. VIII. 34.
Somniis territi quàm ſtulti. K. VI. 43.
Somnolentus quanti ſit. M. III. 39.
Somnus unde oriatur, juxta *Stoïcos*. N. VII. 158.
Somnus quomodo ab Alexandro & Ariſtotele præcaveretur. M. V 16. N. *Ibid.*
Somnus multorum annorum quàm inficetè à Græcis fictus. K. I. 109.
Sonitus quomodo creetur, juxta *Stoïcos*. N. VII. 158.

Sophilus Comicus. M. II. 120.
Sophiſta, quid ea vox primùm ſignificaret. M. I. 12. N. *ibid.*
Sophocles quid Tragœdiæ addiderit. N. III. 56.
Sophoclis Amphiclidæ F. edictum in Philoſophos. N. VII. 18. ejus damnatio. L. *ib.*
Sophocles & *Homerus* quàm ſimiles. M. IV. 20.
Sophoclis verſuum *Zenonis* Parodia. M. II. 82.
Sophrones Mimographus & Comicus. M. X. 139. ejus Mimi, quanti à Platone fierent. M. III. 18.
Sorites, argumentatio. M. II. 108.
Soritis diluendi Chryſippei ratio. M. VII. 179.
Soſibius Anaxagoræ æmulus. II. 46.
Soſibius Lacon. M. I. 115.
Soſithei maledicta à Cleanthe ſpreta. L. VII. 73.
Soſicrates Rhodius. M. I. 38. VI. 82.
Sotion Alexandrinus. M. X. 3.
Sotionis liber de ſucceſſionibus Philoſophorum. M. I. 1. de miraculis fluminum & lacuum. M. VII. 164.
Species externa mores indicat. L. VII. 173.
Species quid, & quotuplex, apud Logicos. L. V. 61.
Speculum aſpicere quàm utile, juxta Socratem. M. II. 33.
Spes quid ſit. M. V. 18.
Spe bona probos à malis differre. M. I. 69.
Speuſippus arcana *Socratis* vulgavit. N. IV. 2. à *Diogene* Cynico caſtigatus. L. IV. 3. ejus genus. M. IV. 1. indoles triſtior. M. IV. 1. mors ejus. L. IV. 3. liber de Philoſophis. M. IX. 23. libri in laudem Platonis. M. III. 2. ſcientias primus unà junxit. N. IV. 2. quamdiu ſcholæ Platonicæ præfuerit. L. IV. 1. ſcripta. M. IV. 4, 5. vaſa ex lignis tumentia primus invenit. L. IV. 3. ejus vitia. M. IV. 1. N. *ibid.*
Speuſippi alii. M. IV. 5.
Sphæra à quo inventa. M. II. 1.
Sphærus Boſphoranus Zenonis diſcipulus. N. VII. 37.
Sphærus Boryſtenites. M. VII. 177. quomodo à Ptolemæo exceptus. M. VII. 177. ejus ſcripta. M. VII. 178.
Sphærus Heraclitι interpres. L. IX. 15.
Sphettus Acamantidis tribûs Demus. M. II. 60.
Spicas eminentiores demetere, quid ſignificarit. M. I. 100.
Spinthari varii. M. II. 20.
Spiritibus aërem eſſe plenum, juxta *Pythagoram*. N. VIII. 32.
Spondere pro alio quàm periculoſum. M. I. 73.
Statuarum admiratores nimii à Socrate notati. M. II. 33.
Statuam amplecti ἀσυήσεως genus. M. VI. 23.
Statuæ Deorum apud Perſas nullæ. N. I. 9.
Statuæ nudæ apud Græcos, veſtitæ apud Romanos. M. VIII. 72.
Statuarum quarumvis numini cuipiam conſecrandarum mos. N. III. 25.
Stellæ cadentes quæ, juxta Epicurum. L. X. 14.
Stellarum trajectiones, juxta Anaxagoram. N. II. 9.
Sternutationem, juxta quoſdam, fuiſſe Dæmonium Socratis. M. VI. 48.
Stephani Byzantii epitomen tantum ſupereſſe. N. I. 19.
Stilpo, ejus cum *Cratete* colloquium. L. II. 118, 119. dicta ejus memorabilia. M. II. 115. ejus dialogi. L. II. 120. *Diogenis* Canis auditor. L. VI. 76. cujus diſcipulus. M. II. 113. filiæ intemperantiam quomodo tulerit. M. II. 114. mors. L. II. 120. ejus de Minerva jocus. L. II. 116. mulieroſus. M. II. 114. patria ejus & præceptores. L. II. 113. à Ptolemæo & Demetrio honorificè exceptus. L. II. 115. ſpecies tollebat. L. II. 119.
Stoici unde dicti. M. VII. 5. eorum captioſæ argumentationes retibus aſſimilatæ. M. VII. 15. quomodo Dei unitatem cum recepta ſententia conciliarent. K. VII. 135. eorum dogmata circa varias diſciplinas. M. VII. 42. etymologiarum ſtudioſi. M. VII. 147. fabularum interpretes inepti. M. VII. 147. veſtitu quomodo à *Cynicis* different. M. VI. 103.
Stragula colligata habere quid, apud Pythagoreos. N. VIII. 17.
Straton Peripateticorum ſui ævi princeps. M. V. 58. ejus libri. M. V. 79. & *ſeqq.* pater & patria. L. V. 58. Phyſicus dictus. *ibid. Ptolemæi Philadel.* præceptor. L. V. 58. ſervi, quos manumiſit. L. V. 63. teſtamentum. L. V. 62.
Stratones Peripatetico cognomines. M. V. 61.
Strato, qui contra Ephorum ſcripſit. M. II. 110.
Strato Theophraſti familiaris. L. V. 53.
Stratonicus Cythariſta. M. VII. 168.
Stratonici jocus in Caunios. M. IX. 67.
Stultos omnes inſanire, paradoxum Stoïcum. N. VII. 124.
Stylus elaboratus. L. VII. 59.
Suaviſſimum quid, juxta *Thaletem*. L. I. 36.
Subſelliorum ordo, in ſcholis Veterum. L. II. 130.
Suidam debere dici, non *Sudam*. M. I. 101.
Suidas Laertii exſcriptor. N. VII. 107.
Summum bonum, juxta Cyrenaicos. N. II. 87. & *ſeqq.*
Summum bonum qua in re, juxta Stoïcos, ſitum. M. VII. 86.
Supercilia quanti ſint. L. V. 82.
Superficies quid. M. VII. 135.
Superſtitioſorum Stultitia. L. VI. 48.
Supplicium injuſtum juſto præſtabilius. M. II. 35.
Sus, ſi porcellis ſuis veſcatur, malum omen. M. II. 46.
Sycophantæ *Athenienſes*. M. V. IX.
Syllogiſmi definitio. M. VII. 42.
Syllogiſmorum, juxta Stoicos variæ ſpecies. L. VII. 76. & ſeqq. N. *Ibid.*
Symbola Pythagoræ. M. VIII. 17, 18. N. *Ibid.*
Syria inſula. M. I. 119.
Syringes minutæ cavernæ. M. VII. 154.
Syros inſula, dicta *Syra*, & *Syria*. M. I. 119.
Syres populi Indiæ. M. I. 81.

T.

TAbulam Geographicam quis invenerit. M. II. 2.
Tabulæ impudicæ Ethnicorum. K. VII. 188.
Tacho ab *Ariſtotele* manumiſſus. M. VII. 15.
Tamaſius crater. M. I. 32.
Tarſici Oratores, aut Poëtæ qui. M. IV. 58.
Taurus qui matricem habebat. M. VII. 162.
Tegeates pro molli. L. VI. 62.
Telauges Pythagoræ filius. L. VIII. 43.
Telecles Lacydæ diſcipulus. L. IV. 60.
Telephus ab *Euripide* ſportulam gerens inductus. M. VI. 86.
Telephus Euripidis Tragœdia irriſa. N. VI. 87.
Telephi Ωκυτόκιον. M. VII. 166.
Teleſphorus Demetrii Phalerii patruelis. L. V. 80.
Teleutagoras Parmenidis aut *Zenonis* pater. L. IX. 25.
Tellus Athenienſis. M. I. 50. N. *ibid.*
Templa, juxta Zenonem, nulla Numini extruenda. M. VII. 33. N. *ibid.*
Tempeſtates anni unde oriantur juxta Stoicos. L. VII. 151, 152.
Tempus quid, juxta Platonem. N. III. 73.
Tempus res incorporea. M. VII. 14. N. *ibid.* quid juxta varios Philoſophos. *Ib.*
Tempus cognoſcere quid. M. I. 79.
Tempori parce, Stoicum præceptum. M. VII. 22.
Tempus ſapiens, & inſipiens. M. I. 35.
Terpander Lyræ ἑπταχόρδου inventor. M. II. 104.
Terram qui abſorbeant. L. IV. 48.
Terra Deorum antiquiſſima juxta Platonem. M. III. 75. N. *ibid.*
Terræ figura juxta varios. M. II. 1.
Terram eſſe mediam rerum, juxta varios Philoſophos. M. VII. 155. Ea & aqua quomodo ſe adinvicem habeant. M. VII. 155.
Terræ motus unde, juxta *Anaxagoram*. M. II. 9.
Terræ motus unde, juxta *Epicurum*. L. X. 105.
Terræ motus unde oriatur, juxta *Stoicos*. M. VII. 154. & alios Philoſophos. *Ib.*
Terram circa mundi centrum moveri, juxta *Anaximandrum*. M. II. 1. ejus figura juxta eundem. *Ibid.*
Terra à *Pythagoreis* moveri credita. M. VIII. 85. ab aliis. *Ib.*
Terror quid, juxta *Stoicos*. M. VII. 112.
Teucer Carthaginienſis. L. VIII. 82.
Teutamium ſacellum apud Prienenſes Bianti ſacrum. L. I. 88.
Thales Ægyptiorum diſcipulus. M. I. 24. ejus Apophtegmata. M. I. 35. æmulus. L. II. 46. animas omnibus adſcripſit. L. I. 24. opinio de aqua. M. I. 27. N. *ibid.* Aſtronomiæ apud Græcos primus cultor. M. I. 23. 34. ejus opinio de Diis, quibus omnia plena. M. I. 27. Epiſtolæ ſuppoſititiæ. M. I. 42. eius inventa. L. I. 23, 24. Mors. L. I. 38, 39. factum in Oleis emendis. M. I. 26. N. *Ib.* origine Phœnix. N. M. I. 22. Mileſius civis factus. *Ib.* Primus Phyſicus M. I. 24. M. I. 16. ejus in puteum lapſus. M. I. 34. quomodo Pyramidas metitus. N. M. I. 27. nihil ſcripſit. L. I. 23. tripus ad eum miſſum, quaſi ad ſapientiſſimum. M. I. 28. ejus ſententiæ. L. I. 34. *& ſeqq.* vita ejus quæ. L. I. 25, 26. an primus Urſam obſervarit. M. I. 23.
Thaletes præter Mileſium Philoſophum. L. I. 38.
Thales Ariſtotelis domeſticus. L. V. 14.
Thales Cretenſis. M. I. 38. N. *ibid.*
Thallus à *Capra* meretrice corroſus. M. IX. 80.
Thargelion menſis quo Athenienſes urbem ſuam purgabant. M. II. 44.
Thaumaſias Arceſilai neceſſarius. L. IV. 43.
Theætetus Socratis auditor. L. II. 29.
Theætetus Poëta. M. IV. 25.
Theagenes Megarenſium Tyrannus. N. I. 110.
Theagenides Archon, ſub quo lapis è cœlo cecidit. M. II. 11.
Theanones Pythagoricæ quæ & unde. M. VIII. 42.
Theanûs Epiſtolæ. M. VIII. 43. reſponſum ejus memorabile. *ibid.*
Themiſta Epicurea. M. X. 5.
Themiſtoclea Pythagoræ magiſtra. L. VIII. 7, 21.
Theocritus Chius Poëta. M. V. 11.
Theocriti verſus antea inediti. N. II. 69.
Theodectes Rhetor, aut ad quem de Rhetorica ſcripſit Ariſtoteles. M. V. 24.
Theodoriorum placita. L. II. 97.
Theodorus Atheus dictus. M. II. 86. 97. N. *ibid.* Athenis quare ejectus. L. II. 101, 102. Cyrenis diu vixit. L. II. 103. illinc ejectus. L. *ibid.* Deus quare dictus. L. II. 100. eius liber de Diis. N. *ibid.* impia dogmata. M. II. 99. dicta ejus. M. II. 101. *& ſeqq.* cum Hipparchia diſceptatio. L. VI. 97. interrogatiunculæ. L. II. 99, 100. iocus de ſexu Minervæ. L. II. 116. apud Ptolemæum Lagi moratus. L. II. 101.
Theodorus Mathematicus Platonis magiſter. L. III. 6.
Theodorus Samius primus æneas ſtatuas conflavit. M. II. 103. alia ejus inventa. *ibid.*
Theodori varii. M. II. 103. & ſeqq.
Theodota Elienſis Arceſilai amica. L. IV. 40.
Theodoſius Bithynus & Tripolites. M. IX. 70.
Theodoſii capita Sceptica. M. IX. 70.
Theogoniæ variorum. M. I. III, 119.
Theombrotus diſcipulus Metroclis. L. VI. 95.
Theomedon Medicus *Eudoxi* amicus. L. VIII. 87.
Theon Tithoreus noctambulus. M. IX. 82.
Theontas aut *Theotas* liberator Siciliæ cum Dione. M. III. 21.
Theophraſtus, quo ætatis anno characteres ſcripſerit. M. V. 47. eius dicta. N. V. 39, 40. diſcipuli quot. M. V. 37. funus, quàm honorificum. M. V. 41.
Theophraſtus quo ætatis anno interierit. M. V. 41.
Theophraſti magiſtri. L. V. 36. noviſſima verba. L. V. 40, 41. eius patria. M. V. 36. pater. N. *ibid.* Regibus carus. L. VII. 37.
Theophraſtus, quando Ariſtotelis ſcholam ſuſceperit. M. V. 36.

Theophraſti teſtamentum. L. v. 51. & ſeqq. teſtes ejus. L. v. 57.
Theophraſti ſcripta. M. v. 42. ad 50. ſtylus. M. v. 38. Tyrtamus antea dictus. N. v. 28.
Theophraſti Philoſopho Ereſio cognomines. M. v. 57.
Theopompus Chius, à quo ad ſcribendum incitatus. M. II. 48.
Theopompi mirabilia. M. I. 115.
Theopompi Chii Hiſt. Philippicæ. M. I. 8.
Theopompus Comicus. M. III. 26. N. *ibid.*
Theopompi plures. M. VI. 14.
Theoretica ſecta. M. II. 113.
Thericlea pocula. M. V. 72.
Theſpis fabulas docere prohibitus. M. I. 79.
Theſpis Tragœdiæ inventor. N. III. 56.
Theſſalus Hippocratis filius. M. I. 51.
Theudas Nicæenſis. M. IX. 116.
Traſybuli conſilium Periandro datum, de occidendis primoribus. N. I. 100.
Thraſymachus Corinthius. L. II. 113.
Thraſymachus à Platone oppugnatus. N. III. 52.
Thraſonis decretum in honorem *Zenonis Cittiei*. L. VI. 10.
Thraſonides nomen viri. M. VII. 130.
Thraſyllus Mendeſius. M. III. 1.
Thraſyllus ſcriptor. M. IX. 37, 43.
Threptes Theophraſti libertus. L. V. 54.
Thria Demus Atticus. M. IV. 21.
Thurium quando conditum. L. VIII. 52.
Thyatira Lydiæne an Phrygiæ urbs. M. IV. 31. N. *ibid.*
Timæus Locrus Pythagoricus. M. VIII. 85.
Timæus ſcriptor maledicus. M. V. 1.
Timæi plures. M. I. 114.
Timagoras Gelous. L. II. 113.
Timarchus Alexandrinus *Cleomenis* diſcipulus. L. VI. 95.
Timarchus tutor ab Ariſtotele inſtitutus. L. V. 12.
Timarchus Timonis Phliaſii pater. L. IX. 109.
Timiditas quid interdum præſtet. L. VII. 171.
Timocrates, qui contra Epicurum ſcripſit. L. X. 6.
Timocrates Epicuri hæres. L. X. 16, 17.
Timocrates Epicureus. M. X. 22. alii. M. X. 23.
Timocratæ varii. M. VII. 2. X. 4.
Timocreon Simonidis æmulus. M. II. 46.
Timon miſanthropus. M. IX. 112.
Timon Phliaſius, diſcipuli ejus. M. IX. 115. incuria in legendo. M. IX. 114. libri ejus. M. IX. 111. maledicus. M. IX. 111. patria. M. IX. 109. liber Python inſcriptus. M. IX. 63. primùm ſaltator fuit. M. IX. 109. ejus vinolentia. M. IV. 61.
Timotheus Athenienſis, ejus libri. M. III. 5. IV. 4.
Tolerantia quid, juxta Stoicos. N. VII. 93.
Tonitru quid, juxta *Democritum*. M. X. 101. juxta Epicurum. L. X. 100. *& ſeqq.* juxta Stoicos. M. VII. 153. N. *ibid.*
Tonſurâ Veteres delicatiores uti ſoliti. N. V. 1.
Tragicæ diræ. M. VI. 37.
Tragœdi quibus feſtis certarent Athenis. L. III. 56.
Tragœdia quàm difficilis. L. IV. 26.
Tragœdiæ inutilia mendacia. L. I. 59. M. *Ibid.*
Tranquillitas Epicurea, unde naſcatur. L. X. 142, 143.
Trigeſima dies menſis, quomodo à Solone dicta. L. I. 57.
Tripus liber *Nauſiphanis*. M. X. 13.
Tripodis ad ſapientiſſimum mittendi hiſtoria. M. I. 28.
Triſtitia quid & quotuplex, juxta *Stoicos*. N. VII. 112.
Tropicos quis invenerit. L. I. 24.
Turpe, juxta quoſdam Veteres, naturâ non eſſe. M. II. 16.
Tutori pupilli matrem ducere Athenis illicitum. M. I. 56. ut etiam pupillam, aut eam filio ſuo collocare. M. I. 56.
Tutores eſſe non poterant Athenis pupillorum, ſi obirent, hæredes. M. I. 56. contrà Romæ. *Ibid.*
Tynnichus Chalcidenſis Poëta. M. II. 42.
Typhon quid, juxta *Stoicos*. N. VII. 154.
Tyrannis fundus ſine exitu. M. I. 49.
Tyrannus Artis pro homine perito. M. X. 25.
Tyrannus Atticæ febris quare Thucydides dictus. M. X. 25.
Tyranni nomen, quis primus habuerit. M. I. 98.
Tyranni Græcorum antiquiſſimi. N. I. 53.
Tyrannorum amici logiſticis calculis ſimiles. L. I. 59.
Tyranni meticuloſi. L. I. 64.
Tyrannus ſenex res nova. M. I. 36.
Tyrannorum in poteſtate qui ſunt ſervi habentur, L. II. 82. regnare tuto quomodo queant. L. I. 97, 100.
Tyrrheni inſulis quibuſdam ab Athenienſibus expulſi. M. VIII. 1.
Tyrrheni, quomodo accumberent menſæ. M. VII. 17.
Tyrrhenus Pythagoræ frater. L. VIII. 2.
Tyrtæus Poëta Athenienſis, contemtus à civibus, laudatus à Lacedæmoniis. M. II. 43.

V.

VAccæ nigræ lac præſtantius. M. IX. 42.
Vaccæi ſepulturæ incurioſi. M. VI. 79.
Vacuum extra mundum. M. VII. 140.
Varietas ſententiarum à Philoſophia deterrere non debet. K. VII. 129.
Vaticinia ad ſpiritus aëreos referri, juxta *Pythagoram*. L. VIII. 32.
Velia à Græcis *Elea*. M. IX. 28.
Velociſſimum quid, juxta *Thaletem*. L. I. 35.
Veneris uſus à *Pythagora* improbatus. L. VIII. 9, 20. probatus. L. VIII. 21.
Veneris uſus æſtate viris noxius. M. VIII. 9.
Veniam ultione meliorem. M. I. 76.
Venter Charybdis. L. VI. 51.
Venti unde, juxta *Anaxagoram*. N. II. 9.
Ventus quid, juxta *Stoicos*. M. VII. 152. N. *Ibid.*

juxta Epicurum. L. x. 100.
Ventorum ſubterraneorum ſpecies. M. vii. 154.
Verba rebus poſtponi oportere. L. i. 108.
Verbum quid, juxta Stoïcos. M. vii. 58.
Verè Philoſophi. M. vii. 8.
Veri κριτήριον quodnam, juxta Stoïcos. M. vii. 54.
Veritas quanti facienda. L. iii. 39.
Veritas qua parte Philoſophiæ inveſtiganda. L. v. 28.
Veritas inputeo an rectè dictum. M. ix. 72.
Verſus pro *lineis*. M. iv. 24.
Veſtæ à Numa orbiculare templum quare factum. M. viii. 85.
Veſtes pretioſas mortui induebantur. M. ii. 35.
Via pro ordine. M. vii. 47.
Viâ publicâ non ambulare quid apud *Pythagoreos*. N. vii. 17.
Viaticum quod parandum. L. vi. 5.
Viaticum ſenectutis quod. L. i. 88.
Victus facilis quibus occultus. L. vi. 44.
Victus parabilis quàm commodus. L. viii. 13.
Videtur, an ſit ſemper dubitationis indicium. M. ix. 73.
Vinum, large aut parcè ſumtum, nocet aut prodeſt. M. ix. 86.
Vinum dulce minus tentat caput. M. vii. 184.
Veſtibulum ædium magnatum. N. ii. 69.
Virgines quomodo educandæ. M. i. 91.
Virgines liberaliter Romæ educatæ. N. i. 91.
Virgines prudentiâ mulieres. L. i. 91.
Viri æſtate minùs libidinoſi. M. viii. 9.
Virtus quæ & quotuplex, juxta *Stoicos*. L. vii. 89, 90.
Virtus, an amitti queat. M. vii. 127.
Virtus an ſufficiat ad beatam vitam. L. vii. 128.
Virtus, quibus ſubſidiis indigeat ad beatè vivendum. L. iii. 78.
Virtutis ſpecies, juxta *Platonem*. N. iii. 90, 91.
Virtutes omnes eſſe unà connexas. M. vii. 125. eum qui unam habet omnes, ex *Stoicorum* ſententia, habere. *Ibid.*
Viſio quî fiat, juxta *Pythagoram*. L. viii. 19. juxta *Stoicos*. M. vii. 157. N. *Ibid.*
Vitæ humanæ ætatum diviſio, juxta *Pythagoram*. M. viii. 10.
Vita hominis quàm brevis. M. v. 41. N. *Ibid.*
Vita quæ mala. L. vi. 55.
Vita conventui celebri ſimilis. L. viii. 8.
Vita Dolori cognata. M. vii. 68.
Vita dramati ſimilis. M. vii. 160.
Vitæ genera quæ, juxta *Ariſtotelem*. N. v. 31, 32.
Vita & mors quomodo differant. M. ix. 73.
Vitæ tempus quomodo ſupputandum. L. i. 87.
Vitæ terminus, juxta *Solonem*. L. i. 55. N. *Ibid.* L. i. 61.
Vitis, quot fructus, juxta Anacharſin, ferat. M. i. 103.
Vitiorum Stoïca diviſio. L. vii. 63, 95, 96. initium eorum ignorantia. L. vii. 93.
Vitulis veſci quando, & ubi prohibitum. M. viii. 20.
Viſûs fallacia. M. ix. 84.
Vivere in æternum qui ab Ethnicis dicerentur. M. vi. 5.
Unguenta non nocere juxta *Ariſtippum*. M. ii. 75. eorum uſus perperam, *Ariſtippo* judice, infamatus. L. ii. 76.
Unguentis delibutus à *Zenone* caſtigatus. L. vii. 23.
Vocis modus quis dicenti eſſe oporteat. L. iv. 63.
Voluptas quotuplex. N. ii. 87.
Voluptas quando vitanda. N. ii. 90. ea quomodo utendum, juxta *Ariſtippum*. L. ii. 75.
Voluptatem non ex ſolo corpore oriri. N. ii. 89. & *ſeq.* nulli perpetua. L. ii. 91.
Voluptas quid, juxta *Cyrenaicos*. L. ii. 86, 87.
Voluptas quæ ab *Epicuro* laudata. M. x. 6.
Voluptas quoad creſcat, juxta *Epicurum*. M. x. 145, 146. L. x, 139.
Voluptas quid & quotuplex, juxta *Stoicos*. M. vii. 114. N. *ibid.*
Vota malè concepta. N. vi. 42.
Vox quid juxta *Stoicos*. M. vii. 55. N. *ibid.* quotuplex. L. vii. 55, 56.
Unà eſſe ἀντὶ τοῦ *ſimul cœnare*. N. ii. 76.
Univerſum quid, juxta Stoïcos. M. vii. 143.
Univerſi generatio qualis, juxta *Stoicos*. L. vii. 136.
Univerſi partem eſſe unumquemque hominem. M. vii. 87.
Urſæ minoris inventor. M. i. 23.
Uſura nautica. N. vi. 13, 99.
Vulcanus apud Ægyptios Philoſophiæ auctor. L. i. 1.
Vulcani plures. N. i. 1.
Uxor qualis eſſe debeat. L. i. 80.
Uxor qualis eligenda. L. i. 92.
Uxor moleſta, cui uſui ſit. M. ii. 37. N. *ibid.*
Uxorem ducere an conducat. M. iv. 48.
Uxorum communitas in Rep. Zenonis. M. vii. 33. N. *ibid.*
Uxorum laus *Pythagoræ*. L. viii. 11.
Uxorem unam duci lege ſanciviſſe Cecropem. M. ii. 26.

X.

Xanthippe, Socratis uxor, quàm mala. M. ii. 36. & *ſeq.*
Xanthus Athenienſis Muſicus. M. iv. 29.
Xanthi Lydii ſcripta. M. i. 2.
Xeniades Diogenis emptor. L. vi. 30.
Xeniadæ Corinthii duo. M. vi. 74.
Xenocrates Philoſ. ad *Antipatrum* legatus quomodo ſe geſſerit. L. iv. 9. ejus ἄχαρι. M. iv. 6. collatus aſino. L. iv. 6. ubi bibendo vicerit. K. iv. 8. continentia. M. iv. 7, 8. dicta ejus. M. iv. 10. & *ſeqq.* hebetior vaſi arctioris orificii collatus. N. iv. 6. injurato fides habebatur. N. iv. 7. ejus pater. L. iv. 6. patria. M. iv. 6. N. *ibid.* pecuniæ contemptor. N. iv. 8. ad *Philippum* legatus quomodo ſe geſſerit. L. iv. 8, 9. amicitia in *Platonem*. L. iv. 11. ſinceritas. M. iv. 7. pota-

tor ſtrenuus. N. IV. 8. quandiu Scholæ Platonicæ præfuerit. N. IV. 14. ſcripta ejus. M. IV. 12. *& ſeq.* venditus Athenis. M. IV, 14. N. *ibid.* quot annos vixerit. M. IV. 14. præter Philoſophum, varii. M. IV. 15.

Xenophanes, Opinio ejus de anima. N. IX. 19. ἀκαταλήψιας defenſor. M. IV. 20. ejus carmina. M. IX. 18. ſententia de Deo. M. IX. 19. quorum diſcipulus. L. IX. 18. quando floruerit. M. IX. 20. judicium de *Homero* & *Heſiodo*. M. IX. 18. liber in Homerum. M. II. 46. longævus. M. IX. 18. ejus opinio de mundis. N. IX. 19. ejus pater & patria. M. IX. 18. ſcripta. L. IX. 20. ſilli. M. IX. 111. verſus quibus quidquam conſtare negabat. M. IX. 72.

Xenophanes alius præter Colophonium. M. IX. 20.

Xenophilus ex ultimis Pythagoreis. M. VIII. 46. N. *ibid.* ejus dictum de educatione liberorum. L. VIII. 16. quandiu vixerit. N. *ibid.*

Xenophon Athenienſis, quæ ætate ad *Cyrum* iverit. M. II. 49. N. *ibid.* Ageſilao ſe tradit. L. II. 51. *Attica Apis* aut *Muſa* dictus. M. II. 57. in exilium ab Athenienſibus mittitur. N. II. 51. ejus liber de expeditione Cyri minoris. M. II. 57. alia ejus opera. M. *ibid.* ejus filii διόσκουροι dicti. M. II. 52. alia de iiſdem. L. II. 53. *& ſeqq.* quàm conſtanter nuncium de morte filii acceperit. M. II. 55. quando & ubi mortuus. L. II. 56. Philoſophorum primus Hiſtoriam ſcripſit. M. II. 48. à quo ad ſcribendum incitatus. M. *ibid.* ubi eam ſcripſerit. M. II. 52. ejus & *Platonis* æmulatio. M. II. 57. N. III. 34. an nuſquam Platonis meminerit. M. III. 34. quomodo Socratem audire cœperit. L. II. 48. ejus ſtylus à Grammaticis quibuſdam notatus. M. II. 57. verationis ſtudioſus. M. II. 56. uxor. L. II. 52.

Xenophontes varii. M. II. 59.

Xerxes an in mare compedes, in ſolem tela jecerit. N. I. 9.

Xerxis exercitui epulum à Democriti patre datum. M. IX. 34.

Xuperæ Demus. M. III. 41.

Z.

Zaleucus Pythagoræ diſcipulus. N. VIII. 16.

Zamolxis Pythagoræ ſervus. M. VIII. 2. Deæ & Dei nomen. *ibid.* N. *ibid.*

Zamolxis Thrax Philoſophus. L. I. 1.

Zelotypia quid, juxta *Stoicos*. N. VII. III.

Zenon Cittieus, ab *Antigono* quanti factus. L. VII. 7, 13, 15. ejus ad *Antigonum* Epiſtola. L. VII. 7. quos audiverit. N. VII. 2. quot annos. L. VII. 4. quo honore affectus Athenis. M. VII. 6. L. VII. 10. cùm biberat ſuavis. M. VII. 26. ejus caſtigationes quales. L. VII. 16, 17. conſtantia in jactura bonorum. M. VII. 5. in Cratetem quàm beneficus. L. VII. 12. à multis cultus. L. VII. 5. ejus dicta. L. VII. 16. *& ſeqq.* M. *ibid.* diſcipuli. M. VII. 36. *& ſeqq.* diſcipulum divitem quomodo abegerit. L. VII. 22. ubi docuerit. M. VII. 5. ejus dogmata. M. VII. 32. *& ſeqq.* frequentiam vitabat. L. VI. 14. hilaris quando eſſet. L. VII. 26. juramentum ejus. N. VII. 32. M. *ibid.* laudatus à Comicis. L. VII. 27. ejus libri. L. VII. 36. mors. L. VII. 28. obſcœnæ opiniones. M. VII. 33. pater. M. VII. 1, patria. *ibid.* quomodo Philoſophiæ animum appulerit. M. VII. 5. L. VII. 2, 3. alios Philoſophos provectus audit. L. VII. 25. ejus libri de Republica. M. VII. 4. ſcripta. M. VII. 4. ſtatura quæ. L. VII. 1. Stilponis auditor. L. II. 120. triſtis & amarulentus. M. VII. 16. in Venereis qualis. L. VI. 13, 17. quandiu vixerit. L. VII. 28. verborum parcus. M. VII. 18, 24. verecundiam ei demere quomodo conatus ſit *Crates*. L. VII. 3. victus quis. L. VII. 2, 13.

Zenone continentior, proverbium. L. VII. 27.

Zenon Eleates, ejus dogmata phyſica. L. IX. 29. Palamedes Eleaticus dictus. L. IX. 25. utriuſque partis defenſor. M. IX. 25. ejus pater. M. IX. 25.

Zenones præter Cittieum & Eleatem. M. VII, 34. & ſeqq.

Zeno junior quis. N. VII. 116.

Zeno Sidonius, Cittiei diſcipulus. L. VII. 38.

Zeno Sidonius Epicureus. M. X. 2, 25. maledicentiſſimus. M. VII. 35.

Zenodotus Stoïcus. M. VII. 19.

Zenodotoi Grammatici. M. II. 15.

Zenonii Stoïci priùs dicti. L. VII. 5.

Zerynthus antrum Samothraces ſacrum. M. VI. 57.

Zeuxis Medicus Herophileæ Scholæ Præfectus. M. IX. 106.

Zoïlus Pythagoræ patruus. L. VIII. 2.

Zonæ quinque. L. VII. 155.

Zopyrus Colophonius. M. VI. 101.

Zopyrus Rhetor. L. IX. 114.

Zoroaſtres Perſa quo tempore vixerit. L. I. 2. opiniones ejus. 1. 8.

Zoroaſtres unde dictus. N. I. 8.

Zoroaſtræ plures. M. I. 2.

Zoſimi Alexandrini τὰ χυμευτικά. M. IX. 49.

FINIS.

56



UB WIEN
+AM374033005

books2ebooks.eu

www.books2ebooks.eu

eBooks from your library by

eBooks on Demand

digitised by

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK